BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XXXIX
G
15
NAPOLI

XXXIX 9 +9 15

EX P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEΩN LIBRIS XV.

ELECTORVM LIBRI TOTIDEM,

VLTIMO INTEGRO.

Ad eoſdem noui Commentarij, cum Sectionibus & Argumentis:

Studio & opera IACOBI PONTANI *de Societate* IESV.

Acceſſerunt in obſcurum OVIDII Poëmation IN IBIN VALERII ANDREÆ Deſſelij, Iuriſconſulti, & FRANC. SANCTII Brocenſis, Salmanticæ Eloquentiæ Profeſſoris, VBERIORES NOTATIONES.

NAPOLI

ANTVERPIÆ
Apud Heredes MARTINI NVTII.
Anno M. DC. XVIII.


ÆMILIUS IACOBUS CAVALERIUS S. TROIANÆ ECCLESIÆ EPISCOP.

POETICÆ
POETARVMQVE
AMANTIBVS
DONATVM, DICATVM,
CONSECRATVM.

INTER Poëtas Larinos ingenij magnitudine ſupra omnes excellere OVIDIVM, cum Romano Philoſopho haud inuiti confirenrur, quicunque de ingeniorum præſtanria arbitrium facere poſſunt. Ex eius porrò ſcriptis, quę permulta feruntur, nullũ exrat, in quo ea magnitudo liquidiùs, quàm in hoc multifariàm dilaudato Opere eluceat: ex quo, quanquam nondum limaro ac perpolito, meliùs ſe & euidentiùs, quàm ex effigie ſua, in annuli gemmam inſculpta, & ab amico geſtata cognitum iri, ipſemet in Triſtibus affirmauit, ita loquens:

Grata tua eſt pietas: ſed carmina maior imago
Sunt mea, quæ mando qualiacunque legas:
Carmina, mutatas hominum dicentia formas:
Infelix domini quod fuga rupit opus.

Ineſt igitur in hoc Volumine vis ingenij longè affluentiſſimã. Tantúmne? Ineſt quoque Etuditio plurima. Ineſt Amœnitas incredibilis, quanta nimirum, vt liberè dicam, in nullo monumenro poëtico, & quanra nec in horris aur Mæcenatis illius, aut Alcinoi, & Heſperidum fuit. Ineſt præterea Exemplorum copia; Exemplorum, inquam, partim ad virtutem irer præmonſtrantium, partim à ſceleribus deterrenrium: id quod ex libello noſtro, quem annis abhinc aliquot edidimus, & παραδειγματικὸν inſcripſimus, cuiuis promptum eſt diſcere. Docet Horatius, Poëtis propoſitum eſſe aut delectare, aut prodeſſe, aut vrrumque præſtare ſimul. Hoc extremum qui cumulatiùs feliciuſque NASONE in hiſce TRANSMVTATIONVM libris præſtiterit, non facilè reperiemus. Non ibo ramẽ inficias, honeſtis inhoneſta, pudicis impudica ac terra admiſceri, quæ à noſtris moribus & inſtitutis vehementer abhorrent. Verùm illa adeò crebra non ſunr, vt non bonis, honeſtis, ac probandis narrarionibus mulris partibus præponderentur: quibus ſecernendis ac deligendis operam dedimus ne immodicam lanienam, ac veluri Penrheum quemdam,

nulla parte cum alia vſpiam cohærente efficeremus, vt ſi pueris, non æuo & iudicio maturioribus, iſta laboraremus. Quicquid igitur hoc eſt ſudoris, atque operis noſtri, vobis Muſarum cultoribus & alumnis, quibus nempe condendi carminis & poëtas lectitandi ſtudium in amoribus eſt, magna voluntate offerimus: ſperantes, vos hoc de natione veſtra bene merendi deſiderium charum acceptumq́ue habituros: & qualeſcunque conatus noſtros in optimam partem interpretaturos. Auguſtæ Vindelicorum Kalend. Aprilis, M.DC.XVII.

IN ELECTA METAMORPHOSEΩN OVIDII A P. IAC. PONTANO ILLVSTRATA.

MVTATAS cecinit quondam in noua corpora formas
Pelignus vates, Scyllas, Phorcynida, Prognen,
Perſea, Medeam, atque Ææa pocula Circes:
Hinc diuorum iras memorat, pœnaſque nocentûm:
Nec ſua virtuti ſubducit præmia, cautus
Ritè ſub ignoto depingens cuncta colore.
Hac ſacra Muſarum penetralia, quæ ſale tinxit
Gratia, quæ docto veſtiuit ſyrmate Pallas
Inſpirans ter grande ſophos, PONTANE recludis,
Semotoſque aperis fontes. Accurre iuuentus,
Hîc reſtingue ſitim, patet en via, prolue labras;
Curret inexhauſto fons flumine, dum ſua Muſæ
Antra colent, Phœbúſque chelyn pulſabit acutam.
Macte iô, PONTANE, licet tibi finiat æuum
Fati incerta dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet, at meliore tui ſuper aſtra perennis
Parte vehere, tuúmque erit indelebile nomen.

B. D. A. S. I.

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTVS & ISABELLA CLARA EVGENIA Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimi Belgarum Principes, diplomate ſuo ſanxerunt, nequis *R. P. Iacobi Pontani Soc.* IESV *ex P. Ouidij Naſonis Metamorphoſi Electa, & Valerij Andreæ Deſſelij I. C. & Franciſci Sanctij Brocenſis in Ibin Ouidianam Notas vberiores*, præter Martini Nutij Typographi Antuerpienſis voluntatem in Belgio intra ſexennium imprimat, aut alibi impreſſa in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliaúe habeat. Qui ſecùs faxit, præter confiſcationem exemplarium, alia graui pœna multabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ 27. Aprilis, anno 1617.

Signat

Steenhuyſe.

MVTIVS VITELLESCVS, SOC. IESV PRÆPOSITVS GENERALIS.

CVm Commentarios Iacobi Pontani Societatis noſtræ in Publ. Ouidij Naſonis Metamorphoſeωn libros xv. Electorum, tres eiuſdem Societatis noſtræ, quibus id commiſſum fuit, recognouerint,& in lucem edi poſſe probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandentur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras, manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus, Romæ, 9 Ianuarij anno 1616.

Mutius Vitelleſcus.

FACVLTAS R. P. PRÆPOSITI PROVINCIALIS PROVINCIÆ FLANDRO-BELGICÆ.

EGo Carolus Scribani Societatis IESV in Prouincia Flandro-belgica Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum P. N. Mutio Vitelleſco Præpoſito Generali, concedo Martino Nutio, Typographo Antuerpienſi, facultatem typis mandandi Electa R. P. Iacobi Pontani Societ. eiuſdem ex Metamorphoſi P. Ouidij Naſonis. In quorum fidem has litteras manu mea ſcriptas, & officij mei ſigillo munitas dedi, Antuerpiæ 23. Auguſti, anno 1618.

Carolus Scribani.

CENSVRA.

REcenſui Commentarios R. P. Iacobi Pontani Societ. IESV Presbyteri, & de litteraria Republica quàm optimè meriti, libris xv. digeſtos, ad totidem libros Metamorphoſeωn P. Ouidij Naſonis Poëtæ inter Latinos præſtantiſſimi: eoſque vt nouos, doctos, & verè Electos, prælo dignos iudicaui. Vt per quos pretioſiſſimum humani animi opus (quo nomine Homeri Iliadem Alexandrum Macedonem olim nuncupaſſe memorant Annales;) commendatur, atque illuſtratur. Datum Antuerp. in Seminario Epiſcopali, 17. Martij, ann. 1617.

L. Beyerlinck Archipresbyter Eccl. Cathed. & librorum Cenſor Antuerp.

INDEX FABVLARVM IN METAMORPHOSI OVIDIANA QVO ORDINE A LVCTATIO PLACIADE DISTINGVVNTVR.

LIBRO I. METAM.

CHAOS in quatuor elementa conuerſum. Fab.3
Aetatum quattuor deſcriptio. 4
Gigantum ſanguis in homines crudeles. 5.6
Lycaon in lupum. Diluuij deſcriptio. Lapides à Deucalione & Pyrrha in homines. 7
Pythonis cædes. Pythia ludi. 8
Io Inachi filia in vaccam. 10
Argus centoculus, à Mercurio occiſus. 11
Syrinx nympha in calamum. 12
Argi oculi in caudam pauonis. 13
Io in deam Iſidem mutata. 14

LIBRO II.

Terræ incendium. 1
Phaëthontis caſus; eius ſorores in populos arbores. 2.3
Cycnus in olorem. 4
Coruus fit è candido niger. 7
Ocyroe in equam. 10
Battus Nelei F. in ſaxum. Inuidiæ domus. 11
Aglauros in ſaxum. 12
Iupiter ob Europam Agenoris F. in taurum. 13

LIBRO III.

Cadmus contra draconem. Thebarum conditor. Dentes draconis in viros armatos mutati. 1.2
Actæon in ceruum. 2
Bacchi educatio. 7.8
Echo in vocem. 5
Tyrrheni nautæ in delphinos. 9
Pentheus diſcerptus à Bacchis. 10

LIBRO IV.

Dercetis in piſcem. 1
Semiramis in columbam. 2
Nais in piſcem. 3
Mineides in veſpertiliones. 12
Ino & Melicerta in deos. 13
Comites Inus Sidoniæ in ſaxa, & in aues. 14
Cadmus cum coniuge in ſerpentes. 15
Guttæ ſanguinis ex Meduſæ capite in Libya ſerpentes. 16
Atlas in montem. 17
Perſeus Andromedam liberat. 18
Meduſæ capilli in ſerpentes. 19

LIBRO V.

Cephei tumultuantes in ſaxa. 1
Prætus & Polydectes in ſaxum. 2.3
Hippocrenes fontis deſcriptio. Muſæ in aues. 4
Gigantomachiæ deſcriptio. 5
Cereris laudes. Raptus Proſerpinæ. Cyane in ſtagnum. 6
Puer in ſtellionem. 7
Aſcalaphus in bubonem. 8
Sirenes in aues. 9
Arethuſa in fontem. 10
Lynceus in lyncem: & Pierides in picas. 11

LIBRO VI.

Arachnes cum Minerua de lanificio certamen. 1.2
Hæmus & Rhodope in montes. 4
Pygmæa in gruem. Antigone in ciconiam. Cinyræ filiæ in ſaxum. 5
Iupiter in bouem, aquilam, cycnum, Satyrum, Amphitryonem, aurum, ignem, paſtorem. Neptunus in taurum, in Enipeum, in arietem, in equum, & in delphinum. Phœbus in accipitrem, leonem, & paſtorem. Bacchus in vuam, Saturnus in equum. Arachne in araneam. 1
Niobes filiorum mors: ipſa in marmor. 3
Lycij ruſtici in ranas. 4
Marſyas in fluuium. 5
Pelopis humerus eburneus. 6
Progne in hirundinem. Philomela in luſciniam. Tereus in vpupam. 7
Orithyia raptus à Borea. Zetes & Calais alati. 8

LIBRO VII.

Medea Aeetæ F. amor in Iaſonem. Tauri ignem efflantes. Dentes draconis in viros armatos. Somnus draconis. Ramus oliuæ aridus in viridem. 1
Aquæ guttæ in flores. Aeſon, ex ſene iuuenis. Bacchi nutrices in iuuentutem reductæ. 2.3
Peliæ cædes. 4
Cerambus in auem, vel ſcarabæum, qui etiam volat. 5
Draco in ſaxum. 6 7
Iuuencus in ceruum. 8.9
Coæ matres cornutæ. 10
Telchines omnia viſu mutantes. 11
Hyriæ filius in cycnum; cuius mater in ſtagnum. 13.14
Combe in auem. 15
Pluuiales fungi in homines. 20
Phineus & Periphas in aues. 21
Cerberi ſpuma in aconitum. 22
A Theſeo geſta. Scyronis oſſa in ſcopulos. Minois bella in Athenienſes. 23
Arne in monedulam. 24
Formicæ in homines. 25
Cephalus in aliam figuram. 26
Vulpes in canes in ſaxa. 27
Procris à Cephalo marito imprudenter telo occiſa. 28

LIBRO VIII.

Minotaurus. & Labyrinthi deſcriptio. Corona Ariadnes in ſidus cæleſte. 2
Dædali volatus. Icari caſus. Perdix in auem. 3
Calydonij apri deſcriptio. & pugna. Atalantæ patria. Tegeatis forma. Fratrum Althææ mors. Fatalis ſtipes Meleagri. Aper conficitur à Meleagro: huius mors. Meleagri ſorores in aues Meleagrides. 4
Naiades in inſulas Echinadas. 5
Iupiter cum Mercurio in homines. 7
Caſa Baucidis in templum. 8
Baucis & Philemon in arbores. 9
Proteus in varias formas. 10
Impietas, fames & exitus Eriſichthonis. Eius filia in piſcatorem. Achelous in varias figuras. 11

LIBRO IX.

Acheloi & Herculis lucta & congreſſus. Achelous in anguem, & in taurum. Cornucopia. 1
Labores Herculis. 3
Hercules ab vxore miſſa Neſſi veſte venenata interimitur: fitq; Deus. Lychas in ſcopulum. 4

Ga-

Galanthis in muſtelam. 6
Lotos & Dryope in arbores. 7.8
Iolaus ſenex in iuuenem. 9
Callirhoes filij impuberes in viros. 10
Mileti fuga è Minois regno. 11
Iphis in marem. 12

LIBRO X.

Orphei ad inferos deſcenſus. 1
Atys in pinum. 2
Cypariſſus in cupreſſum. 3
Iupiter in aquilam 4
Hyacinthus in florem. 5
Cerastæ in tauros Amathuntis. 6
Propœtides in ſaxa. 7
Eburnea ſtatua in virginem. 8
Hippomenes in leonem & Atalanta in leænam. 11

LIBRO XI.

Orphei cædes. Serpens in lapidem. 1
Bacchæ in arbores ob cædem Orphei. 2
Midæ contactu omnia in aurum verſa. 3
Eius aures in aſininas. 4
Famuli eius vox in arundinem, cannaſq́ vocales. 5
Apollo & Neptunus in homines. 6
Dædalion in accipitrem. 8
Lupus in ſaxa. 9
Ceycis naufragium Delphos nauigantis. Somni domus. Morpheus in homines, & in Ceycem. Phobetor anguis in bruta. Phantaſus in inanimata. Alcyone cum Ceyce in auem. 10
Mergus in auem. 11

LIBRO XII.

Serpens in ſaxum. 1
Cerua pro Iphigenia ſuppoſita. Famæ domus deſcriptio. 2
Cycnus in volucrem ſui nominis. 3
Cænis in marem, Cæneus hinc dictus. 4
Nuptiæ Pirithoi. Lapitharum & Centaurorum prælium. 3
Cæneus in auem. 5
Periclymenus in varias figuras. 6
Paris Achillem ſagitta interimit. 7

LIBRO XIII.

Contraria Aiacis & Vlyſsis orat. ſuper armis Achillis. Aiacis gladio ſuo incumbentis cruor in hyacinthum. 1
Polydori cædes. Polyxenæ immolatio Achilli. Hecuba oculos eruit Polymneſtori. Vertitur idcirco in canem. Memnonis rogi fauilla in aues. 2
Aeneæ pietas in parentem. Anij filiæ tactu omnia in frumentum vinum & oleum vertentes: ipſæ in columbas. 4
E fauilla rogi filiarum Orionis duo iuuenes. 5
Iudex Ambracius in ſaxum. 6
Filij Moloſsi in aues. 7
Scylla in monſtrum. Polyphemus amator Galateæ, eiuſq́; cantilena, & opes. Acis in fluuium. 8
Glaucus in Deum marinum. 9

LIBRO XIV.

Scylla in ſcopulum. 2
Cercopes in ſimias. 3
Aeneæ nauigatio. & cum Sibylla Cumana congreſſus. Sibyllæ ætas à Phœbo prorogata. & in vocem verſa. 4
Achæmenidis relicti in Aetna liberatio. Polyphemi excæcati querela. Polyphemus homines deuorans. Vlyſsis errores. Antiphates Læſtrygonum rex. Vlyſsis ſocij in porcos. 3
Poſt in priſtinas formas mutati. 6
Picus rex Latij à Circe in auem ſui nominis. 7
Pici comites in varias feras. 8
Canens Pici vxor in auras, locoq́; nomen dedit. 9
Caietæ ſepulcrum. Diomedis ſocij in aues Diomedeas. 10
Appulus paſtor in oleaſtrum. 11
Turnus Aeneæ claſſem conatur exurere. Aeneæ naues in nymphas. 12
Nauis ab Alcinoo Vlyſsi data in ſaxum. 13
Ardea Turni ciuitas in auem. 14
Aeneas inter deos indigetes. 15
Vertumnus in omnes formas, in anum. 16
Aqua frigida in calidas. 19
Romulus in Deum, fit Quirinus. Herſilia in deam Oram. 20.

LIBRO XV.

Calculi nigri in ſuffragijs in candidos. 1
Dogmata Pythagoræ. 2
Euphorbus in Pythagoram, & migratio animarum. Omnium rerum viciſsitudo, ac mutatio. Aetatis anni quattuor. Milo Crotoniates. Helena forma ætate deterior. 3
Elementorum mutationes. Aqua in terras, montes in valles & contrà. 4
Flumina, Lycus, Eraſinus, Caycus, Amaſenus, Amygrus, & Hypanis. 5.6.7.8.9.10
Inſula in continentem, & contrà. 11
Helice, Dura. Montes facti ex planicie. 13
Terræmotus. 14
Hammonis & Athamanis fontes. 15.16
Fontium aquarumq́; mira natura. 17.18.19
Ortygia olim mobilis. 24
Aetna mons, vnde perpetuò ardeat. 23
Viri & feminæ in aues. 26.27
Aues ex cadauere bubulo. 28
Crabrones ex equis. 29
Scorpius ex cancro. 30
Bombyces ſeu tineæ in papiliones. 31
Rana ex limo. 32
Vrſa lambendo fingitur. 33
Apes primò ſine pedibus. 34
Aues ex oui medio. 35
Spina hominis in anguem. 36
Phœnix ex ſeipſo. 37
Hyæna modò mas, modò femina. 38
Chamæleontis natura. 39
Lyncurium, ex vrina lyncum. 40
Coralium ex molli durum. 41
Rerum adeoq́; regnorum mutationes. 42
Roma. Romulus. Numa Pompilius. 43
Hippolytus in Virbium, quaſi bis virum. 43
Egeria in fontem. 46
Gleba in puerum. 47
Haſta Romuli in arborem. 48
Cippo cornua. 49
Aeſculapius Coronidis F. in anguem Romam deducitur. 50
Iulius Cæſar in Cometem. Prodigia quæ Cæſaris mortem portenderunt. Cæſar in curia à Caſsio & Bruto interficitur. Aetas Iulij Cæſaris, Auguſti, & Ouidij. 51

LECTORI ΦΙΛΟΚΑ'ΛΩ. S.

QVOS *Deo opt. max. litterarum noſtrarum auſpice, duce, comite* Poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum, *ac ſpes & deſideria multorum in longum producta nunc tandem foras expromimus* OVIDIANARVM METAMORPHOSEΩN *libros contractiores (extra poſtremum* ὁλοκληρον, *& quantus quantus eſt, intaminatum atque ſanum)* ELECTORVM *nomenclatione donauimus & inſigniuimus. E ſingulis enim Poëtæ, quæ honeſta, aut leuicula illa quidē, & ab honeſto minùs abeuntia, non tamen* κατάρατα *ſunt viſa, & ex vetuſticrū auctorum voluminibus, poëtarum potiſsimum, etiam* Homeri, Virgilij, Statij, Tragicorum, *& aliorum (qui ſalillo puriores, nihilq́; præter myrrham & vnguenta paſsim ſpirare ab imperitis creduntur, quoſq́; in hunc vſque diem vadatus eſt nemo, euelli, eradicari, exurifunditus, abſque ſtudiorum liberalium incommodo & iniuria maxima nequeunt) noſtro arbitratu, aſcitis inſuper in conſilium viris ingenio, eruditione, prudentia ornatiſsimis, elegimus, ſtudioſiſq́; diligentibus ac probis inſeruire, & gratum acceptumq́; facere pia voluntate enixi ſumus. Repudiata à nobis, vt plus ſatis lubrica, &, ne quid diſsimulem, nonnunquam etiam nefanda, atque à natura ipſa abhorrentia ſibi retineant, nihil interdico, qui à nobis ſeorſum ſentiunt, totumq́; hoc inſtitutum poëtas laſciuiarum refertos perpurgandi, ad vſum ſcilicet Chriſtianæ iuuentutis auerſantur: nec dictis, quod tolerabilius foret, ſed maledictis horribilibus inſectantur. Prætermittere nos æqua mente ſinant, quæſo, quæ, vt Perſius loquitur,* intrare lumbum, *& imbecilliores ad reſiſtendum animos collutulare poſse meritò videantur. Elaboratum eſt præterea, vt in* ELECTIS *hiſce, quatenus commodè, nec inhoneſtè poſsit, nihilominus cerneretur pulcherrima illa & ingenioſiſsima, atque ab omnibus eruditis mirificè commendata rerum fabularumq́;, quomodo in catena annulorum, complexio, & ad finem vſque vniuerſi Operis continuata ſerie decurrens expoſitio: qua poſteriora ſemper è prioribus, haud ſecùs quam rami quidam è ramis enaſcuntur ac propagantur. Vulgatam partitionem fabularum, cum earundem numeris tenere tam non potuimus, quàm noluimus.* SECTIONES *contrà adhibuimus, iiſque ceu Capitibus, vt aſſolet, periochas ſuas & argumenta præſcripſimus, quò iuniorum intelligentiæ præluceremus.*

De COMMENTARIIS *noſtris ſupereſt vt ſtrictim agamus. Ego te, Lector, immenſa mole, chartis infinitis onerandum non putaui. Poëtæ ſententiam dilucidè exponere conatus ſum. Latinitatem eius (quam quidam Latiniſsimi homines, in ſinu ſcilicet Latinitatis ipſiſsimæ nati educatique deſpicatum ire, & arrodere nihil verentur) ex optimis ſcriptoribus creberrimè confirmaui, & illuſtraui. Trecentos teſtes & auctores in vnam eandémque rem aduocare vt ad gloriolam ſpecioſum, ſic ad fructum ſuperuacaneum duxi. Aliquot locos memorabiles aliquanto fuſius pertractaui: vt te quodammodo de via feſſum*

amœnis diuerticulis reficerem, & ad alacriter pergendum roborarem. In fabulis recenſendis, & regionibus deſcribendis parcior fui, teq; ad Mythographos, & Geographos, & quæ appellant Dictionaria poëtica miſi. Ex multa lectionum varietate vetuſtorum & impreſſorum codicum, à doctis viris annotata, cum delectu quaſdam in contextum aſciuimus: quaſdam ad oras paginarum adſcripſimus. Quòd nonnunquam verſus ad confirmandum profero, qui in hoc noſtro contextu non apparet, ſcito, quod per te vides, me hoſce Commẽtarios *& ætate & iudicio grandioribus edere, qui Ouidiana vt ſunt legere nullo edicto Prætorio prohibentur. Nihil tamen impurum citare me credas velim. Denique hoc quidquid eſt laboris noſtri, totum id ad emolumentum tuum direximus. Tibi facta hæc ſementis: tute ſegetẽ tibi metito, Deum* τὸν σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύοντα *venerans precare, vt reliqua in poſterum mea ad eius honorem feliciter eant. Nunquid aliud? Etiam. A Clemente Alexand.* 1. *Stromat. præclarè poſitum ſuggerit memoria, quo hanc præfationem clauſam & obſignatam volo.* οὐκ οἶμαι γάρ τινα οὕτως εὐτυχῆ γραφὴν ἡγεῖσθαι, ᾗ μηδεὶς ἀντερεῖ· ἀλλ᾽ ἐκείνην εὐτυχῆ νομιστέον, ᾗ μηδεὶς εὐλόγως ἀντερεῖ. καὶ πρᾶξιν ἅμα, καὶ αἵρεσιν ἀποδεκτέον, οὐ τὴν ἄμεμφῆ, ἀλλ᾽ ἣν οὐδεὶς εὐλόγως καταμέμφεται. Nullam ſcripturam ita fortunatam procedere exiſtimo, cui nullus omnino contradicat; ſed illa habenda eſt felix, cui nullus iure contradicat. Et actio ſimul, & inſtitutum eſt admittendum, non quod non reprehenditur; ſed quod nullus iure reprehendat. *Et me iuuat idem ſentire, quod de ſe ſcripſit in præfat. Plinius:* Equidem ita ſentio, *inquit*, peculiarem in ſtudijs cauſſam eorum eſſe, qui difficultatibus victis, vtilitatem iuuandi prætulerunt gratiæ placendi.

ΠΡΟ-

ΠΡΟΟΔΟΠΟΙΙΑ

PER DISSERTATIONES VIII.

DISSERTATIO PRIMA.

Aliquot SS. Patrum auctoritates de litteris externis, cuiuſque generis.

QVanquam copioſa diſputatione demonſtrare licet, quantum Chriſtianæ Reipub. commodent, quas Latini *diſciplinas liberales, profana ſtudia, litteras ſæculares*, Græci Patres τῶν ἔξωθεν, τοὺς ἔξω λόγους, τὴν ἔξωθεν παιδείαν, *externas diſciplinas, externam eruditionem:* ſicut Chriſtianæ religionis exortes, quantumuis doctiſſimos τοὺς ἔξωθεν, καὶ ἀλλοτρίους, *externos, & alienos* vocare conſueuerunt: tamen quia id iam ὁμολογουμένως creditur, ac tenetur: nec quidquam aliter ſapiat, niſi deſipiat, pauca dumtaxat Patrum teſtimonia ad gratiam & fauorem libro huic conciliandum proferemus.

Ex D. AVGVSTINO, *lib. 2. de doctr. Chriſt.* Migrat ex Ægypto, qui relictis ſuperſtitionibus profanis ad Chriſtianam religionem ſeſe conuertit. Ægyptias opes tollit, qui litteras Ethnicorum ad noſtræ fidei decus & vſum transfert. Vt enim olim Hebræi ea, quæ ſibi vſui fore iudicaſſent, rapuerunt, (Exodi xi.) relictis illis, quæ aut moleſta, aut inutilia, aut profana exiſtimaſſent: ita nos oportet ſua quidem vitia Ethnicis relinquere, ſuperſtitiones, libidines, cupiditates, hæc, inquam, apud dominos relinquenda. At ſi quod ſapientiæ aurum, ſi quod eloquentiæ argentum, ſi qua bonarum litterarum ſupellex penes illos erit, eam omnem conuaſare, & in noſtros vſus accommodare debemus, nihil furti calumniam veriti: quin potiùs pulcherrimi etiam facinoris & laudem, & præmium ſperare auſi, *&c.*

Ex S. NAZIANZENO, *orat. 1. in Iulianum apoſtatam*: Vtinam mihi, amiciſque meis politioris litteraturæ robur adſit, quod primum poſt id, quod principem locum tenet, amplexatus ſum, atque amplexor, hoc eſt, poſt diuinam. Vnde hoc igitur tibi in mentem venit, homo omnium leuiſſime, & inexplebiliſſime, vt ſermonis, & doctrinæ humanitatis ſtudia Chriſtianis auferres? Vnde, & qua ex cauſſa? Quis Mercurius Lngius, vt ipſe dixeris, tibi hoc in mentem induxit? Qui Corybantes peruerſi, & inuidi dæmones: *&c.*

Ex S. HIERONYMO, *epiſt.* 146. Quam (captiuam illam, & pulchram mulierem Deuteron. cap. 21.) ſi Iſraelites vxorem habere voluerit, debet illa radere cæſariem, vngues circumcidere, veſtem in qua capta eſt deponere, atque ita demum in eius amplexum venire. Ita & nos facere ſolemus, quando philoſophos legimus: quando in manus noſtras veniunt libri ſapientiæ ſæcularis: ſi quid in eis vtile reperimus, ad noſtrum dogma conuertimus: ſi quid verò ſuperfluum de idolis, de amore, de cura ſæcularium rerum, hæc radimus, his caluitiem inducimus, hæc in vnguium morem ferro acutiſſimo deſecamus.

Ex S. THEODORETO, *lib. 1. de curandis Græc. aff.* Vt qui roſaria demetunt, ſpinas quidem intactas dimittunt, roſarum verò calyces legunt: Ipſis quoque apibus natura hanc legem inſtituit, vt non ſolum floribus, qui ſunt dulces, inſidant: ſed etiam qui amarulenti, ſolum tamen quod in illis dulce hauriant, amaritiem autem auerſentur, & ex diuerſis qualitatibus, amaris videlicet, auſteris, acutiſque mel hominibus dulciſſimum conficiant. Harum itaque exempla & nos ſectati, è veſtris illis amarulentis pratis dulce nobis, ac perquam vtile mel conficimus.

DISSERTATIO SECVNDA.

De inſcriptione Metamorphoſeωs, & qui de ea bene meriti.

SVper epigraphe, ſiue titulo maioris illius operis, vt quidem ab ipſomet Naſone primùm, Triſt. lib. 2. & hodie à pleriſque, nec falſo nuncupatur, eruditi controuerſantur, *Metamorphoſes*, an *Metamorphoſis* inſcribendum appellandumque ſit. Rationes in vtramque partem Raphael, & Micyllus perſequuntur. Nos numero multitudinis veriùs inſcribi cenſemus, P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEΩN LIBRI XV. quo pacto *Parthenius* ſuos inſcripſerat. Qui ſi extarent, quid ab eo noſter in ſuum peculium tranſtuliſſet, fortaſſe cerneremus. Latini enim poetæ Græcorum æmuli, & quodammodo alimentarij ſunt, Tragici & Comici potiſſimum. Latinè *Metamo-*

tationum, Tranſmutationum, Transformationum, Conuerſionum, & conuenienter ipſius Poëtæ verbis, *mutatæ formæ* eruditi appellant. *Transformationum* vt appellemus, idem nos quaſi admonet lib. 13. de filiabus Anij loquens ita:

In ſegetem, laticemq́; meri, baccamq́; Mineruæ
Transformabantur. ———

Et de Scylla lib. 14.

Ni priùs in ſcopulum, qui nunc quoque ſaxeus extat
Transformata foret. —

Statius 2. Syluar. in Genethliaco Lucani ceſſuros illi Poëtas enumerans, de Ouidio ait, *Et qui corpora prima transfigurat*. Hinc *Transfigurationum* quoque hoſce libros iure vocaueris. Nam vt *formas* & *facies*, ſic nonnunquam *figuras* ipſe Poëta nominare conſueuit. Apud Matthæum cap. 17. & Marcum 9. de Saluatore legimus, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. Vbi vetus interpres reddidit: *& transfiguratus eſt ante eos.* Maluit hoc, quàm *transformatus*.

Seriem autem narrationum Ouidij, compendiò perſpicuè honeſtéque per omnes libros deſcripſit Gulielmus Canterus Nouar. lect. lib. 1. cap. 20. Idem multò antè, ſed aliquanto latiùs præſtiterat M. Antonius Tritonius Vticenſis, & *Epitomen* nominauerat. *Fabularum argumenta* Lactantio ſeu Luctatio Placido Grammatico adſcribuntur. Interpretationem earundem ethicam, phyſicam, hiſtoricam ſtudioſis perutilem euulgauit Georgius Sabinus. Bene multas, & communes ſic item explicauit Natalis Comes, *Mythologiæ* ſuæ libris 10. De qua Mythologia, ſeu fabularum tractatione, inquam, ſic meritus eſt, vt alius præterea nemo. Metamorphoſim Ouidij græcè etiam conuertit, ſed ſoluta non vincta oratione Maximus Planudes in nachas Byzantinas: addit Geſneri Epitoma, Heroidum Epiſtolas, vt paſſim leguntur eius Dionyſij Catonis moralia diſticha græce: itemq́; e Cicerone Somnium Scipionis, imo & Macrobij in illud Commentarium haberi in Gallorum Regis Chriſtianiſſimi bibl. ferunt, teſtaturq́; qui græcam illam Metamorphoſim legit ac ſublegit Gul. Morelius in Latino-græco ſuo Lexico Lutetiæ edito. Præcipua verò laude afficiendus eſt Raphael Regius, qui totum opus iuſto Commentatio iam pridem illuſtrauit: de quo viro, quoniam & nobis interdum manum auxiliariam porrexit, adſcribam quæ apud Eraſmum Epiſtolarum lib. 22. legi: *Patauij neminem vidi celebrem, præter Raphaëlem Regium hominem admodum natu grandem, ſed cruda viro, viridiſq́; ſenectus. Erat tum, vt opinor, non minor annis* [illegible]xx. *& tamen nulla fuit hyems tam aſpera, quin ille mane hora ſeptima adiret Marcum Muſurum, græce profitentem, qui toto anno vix quatuor intermittebat dies, quin publicè profiteretur. Iuuenes hyemis rigorem ferre non poterant: illum ſenem nec pudor, nec hyems abigebat ab auditorio.* Ad huius Raphaëlis Commentarios Additiones non pœnitendas adiecit Iacobus Micyllus. Doctiſſimas in omnia Ouidij monumenta Obſeruationes conſcripſit *Hercules Ciofanus* Sulmonenſis, quæ & ipſa Naſonis noſtri patria fuit.

DISSERTATIO TERTIA.

L. Apuleij, & quorundam aliorum Metamorphoſes.

DE Aſinina L. Apuleij *Metamorphoſi*, libris XI. ab eo compoſita, age diſſeramus. Meminit eius D. Auguſt. Ciuitatis lib. 18. c. 18 vbi de transformationibus humanis in iumenta diſputans, eas non veras, ſed phantaſticas, & arte dæmonum effici ſolitas contendit. Illic inter cætera: *Nam & nos, cùm eſſemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, vbi ſtabularias mulieres imbutas his malis artibus in caſeo dare ſolere dicebant, quibus vellent, ſeu poſſent viatoribus: vnde in iumenta illicò verterentur, & neceſſaria quæque portarent: poſtq́; perfuncta opera iterum ad ſe redirent: nec tamen in eis fieri mentem beſtialem; ſed rationalem humanamq́; ſeruari, ſicut Apuleius in libris, quos Aſini aurei titulo inſcripſit, ſibi ipſi accidiſſe, vt accepto veneno, humano animo permanente aſinus fieret aut indicauit, aut finxit. Hæc vel falſa ſunt, vel tam inuſitata, vt merito non credantur.* Argumentum hoc à Luciano ſumpſit, qui huiuſcemodi nugis nec veritatem, nec veriſimilitudinem habentibus, ſe in Theſſalia magiæ cognoſcendæ verſantem, dum in auem tranſire ſtuderet, in aſellum conuerſum memoriæ prodidit. *Quod opuſculum*, inquit Viues Comment. in eoſdem Auguſtini libros, *ſic latinum fecit Apuleius, vt ad verbum expreſſerit plurima, additis pleriſq́;, quo iucundior eſſet lectio iis, qui Mileſijs fabulis delectantur: & condiuit illa ſua partim antiquaria, partim nimis audaciter nouata dictione rem alioqui futuram ſubinſulſam, atque fatuam. At nunc iuuat legere, quæ phraſi illa complura dixit: quæ nec appoſitiùs dici, nec maiore cum gratia poterant. Quem nonnulli cum imitari conantur, in ridiculas ineptias incidũt. Puto enim gratiam illam propè inimitabilẽ.* Hactenus Viues. Tenent ergo libri illi nomẽ *Metamorphoſis*: ſiquidẽ ibi de vna quadã vnius mutatione continens eſt perpetuaque narratio. Hodie à doctis pæne omnibus, neglectis *Aſini* & *Metamorphoſis* nominibus, *Mileſiæ* (vt *fabulæ* ſubaudias) dicuntur,

auctore

auctore Apuleio ipſomet, qui in carmine Iambico, quo aſinum ſuum inchoauit, demulcentes atque prurientes narrationes illas *ſermonem Mileſium* nuncupauit. Deinde apud Capitolinum ſic eſt in Albino: *Cùm ille nanijs quibuſdam occupatus, inter Mileſias Punicas* (fuit enim Apuleius Pœnus, ſeu Afer, quomodo & Albinus *Apuleij ſui, & ludicra litteraria conſeneſceret.* A mollibus nimirum & effœminatis Mileſiorum moribus, de quibus Prouerbium, *Domi Mileſia*, Eraſmus, & Cœlius Rhodigin. lib. 7. Antiquar lect. cap. 10. explanarunt.

Nominatur à Photio in Bibliotheca *Lucius Patrenſis*, qui & ipſe *Transformationum narrationes* varias conſcripſit, & duos libros priores ſimiliter ad Luciani aſinum attemperauit. Quo diſcrimine, vide ibidem, numero CXXIX. Ita vnus aſinus Lucianicus geminauit bis, & duos alios creauit aſinos: quorũ alter aureus vſque hodie viuit: alter fato aduerſo interijt. Superſunt denique *Antonini Liberalis Metamorphoſeωn Collectanea*, ſiue Transformationum congeries, in quibus nonnullæ fabulę aliter quàm ab Ouidio recitantur. Et ab eodem μεταμορφώσεων Nicander, Bęus & Didymarchus, vnde ſua collegit, proferuntur. His Parthenium, & Neſſum Lycium adiunge. Neque admodum ab his diſſident fabuloſis Narrationibus ἐρωτικὰ, quę vulgò leguntur, Plutarchi, Heliodori, Achillis Tatij, itemque Longi Sophiſtæ Ποιμενικά.

DISSERTATIO QVARTA.

Eruditorum de Metamorphoſibus Ouidianis teſtimonia.

INgenium, eruditionem, facundiam, & multiplicem demũ Naſonis excellentiam ex recitatis magno numero doctiſſimorum, ac Principum teſtimonijs c. 5. *Prodidagmatum*, quæ Cõmentarijs noſtris in libros Triſtium, & de Ponto præfiximus, & ante annos multos edidimus, ſatis ſuperque perſpectam arbitramur. Cumq; & vniuersè, & particulatim propter certos libros ab ijs laudatum, & aduerſus nonnullorum OBSCVRORVM HOMVNCIONVM AC INEPTE FASTIDIOSORVM (vt M. Antonius Muretus, vir cumulatiſſimè doctus eos appellat) calumnias atque contemptionem defenſum iam cognouerimus, in præſens tantùm ea Elogia ſelegimus, quæ *Metamorphoſin* attingunt: vt immortale opus qui diligunt & admirantur, & antea illa non legerunt, ex ore virorum litteratiſſimorum magis illud diligant & ſuſpiciant. Sic conſuetudini bonos auctores ac poëtas inprimis, vel *Commentarijs* explanantium, vel *Notis* illuſtrantium, vel quoquo demũ modo, operâ, & ingenijs ſuis exornantium cùm alia ad lucem & amorem operi pariendum, tum teſtimonia quoque in veſtibulo afferre, quæ ſcriptori ab eruditis impertita ſedulò collegerint, quorum auctoritate legentibus admirabilior & carior euadat, nos quoque parebimus.

LACTANTIVS *Inſtitut. diuinar. lib. 1.* OVIDIVS quoque in principio præclari operis ſui ſine vlla nominis diſſimulatione à Deo, quem fabricatorem mundi, quem rerum opificem vocat, mundum fatetur inſtructum. *Et lib. 2. cap. 1.* Quòd optimè ingenioſus poëta ſignauit.

IVLIVS SCALIGER *Poëtices lib. 6. Metamorphoſeωn* libri ſanè digni, quos felicior fortuna ſecuta eſſet, vt eſſent emendatiores: id quod & ipſe cõqueritur verſibus luculentis. Sunt tamen in ipſis propè infinita, quæ aliꝰ viri ingenio nunquã meliora effici poſſe putem. *Vide præterea lib. 5. c.* 8.

MARCVS ANTON. MVRETVS *Orat. 3. volum. 2. Metamorphoſis* diuinum poëma, & omnibus ingenij, omnibus eloquentiæ luminibus omni ex parte collucens.

HERCVLES CIOFANVS *præfat. Obſeruat. in Metamorph.* Opus tum ingenioſum, tum ſolidæ multiplicisque eruditionis plenum. Quod ſi quis diligenter inſpiciat, reperiet profectò tantam tamque admirabilem copiam dicendi, atque vbertatem, ſimulque ſententiarum, verborumq; grauitatem, vix vt alius ſit apud Latinos poëta, qui in hac re ipſi præferri poſſit. Quid dicam de modo illo ſingulari, ac propè diuino connectendi fabulam cum fabula? in quo ita excellit, vt nihil artificioſius, nihil prestantius, nihil denique ornatius aut dici aut fieri poſſit: quo res diuerſiſſimas tractans, adeò ingenioſè eas connexuit, vt vna materia planè videatur. *Maximus Planudes* cùm noſſet Græcam linguam poëma non habere, quod tanta gratia ac venuſtate, quanta hoc, flueret, e Latino in Gręcum id trãſtulit. Quid multa? artes omnes, quæ antiquitus notę erãt, cùm in alijs, quę conſcripſit operibus, tum maximè in hoc ita declarauit, vt id quamplurimi viri vtriuſque linguæ, quę in pretio ſunt, intelligentia atque acerrimo iudicio præſtantes, ſupra quàm dici poteſt, admirentur.

GVLIELMVS CANTERVS *Nouar. lect. lib. 1. cap.* 20. Arbitror equidem multis cùm Ouidij *Transformationes* legunt, idem, quod mihi ſæpe, contingere, vt perpetuam illam, & nunquam interruptam [illegible] tionum tam variarum connexionem ſatis admirari nequeant: quodque in hoc opere Poëta tam conuenienter propoſito ſuo, à prima mundi origine ad ſua vſque tempora perpetuum carmen artificioſiſſime deducat. Quæ ſanè res ita me ſemper delectauit vt temperare mihi tandem non potuerim, quin opere toto ſemel peruoluto, ordinis rationem

per ſingulas fabulas conſiderarem, atque adeò totum librum quaſi in *epitomen* quandam redigerem: vt quam è partibus ſingulis ante voluptatem ceperam, eam pòſt è toto poëmate breuiter ſub oculos poſito, longè pleniorem perciperem, & poetæ ingenium, vt in alijs rebus multis, ita in hac præcipuè, non vulgare fuiſſe deprehenderem, &c.

IACOBVS MICYLLVS *principio Additionum*. Deſcribit his libris Ouidius pletaſque *transformationes* cùm rerum tum perſonarum, quæ iam inde ab initio mundi vſque ad tempora ipſius accidiſſe fabulis traduntur. Neque vllum fermè poëma inuenias, quod tanta facilitate fluat. Nam de eruditione quid attinet dicere? quæ tanta tamque varia, & abſtruſa in his libris eſt, vt multa in ijſdem loca ne à doctiſſimis quidem explicata, aut etiam intellecta ſatis fuerint, omninoque Delio quodam, vt Prouerbio dicitur, natatore indigeant.

HENRICVS STEPHANVS *præfat. in Horatium editionis ſuæ*. Quemadmodum Epicurei poëtam ſuum habent Lucretium: vt agricolarum & militum vates eſt Virgilius: vt Tibullus, & Propertius, necnon & NASO in aliqua ſuorum poematum parte amatoribus cauũt: ſic idem NASO in ſui *Metamorphoſeωn* libris pictorum poëta vocari fortaſſe poteſt: quum illæ ingenioſiſſimæ deſcriptiones pleriſque locis materiam pictorum penicillo conuenientiſſimam habere videantur. *Hæc Steph. Quibus adde in nullum opus poeticum quadrare magis, quàm in hoc & in hunc quod aiunt & Plato 10. de repub & Ariſtot. in Poetica, poetas pictoribus eſſe ſimiles, & omnium ſermone tritum, atque à Plutarcho lib. de auditione Poëtorum relatum, picturam eſſe poeſin tacitam, poëſin autem picturam loquentem. Ipſius quoque Homeri poeſin picturam appellat Cic. Tuſcul. 5.*

BERNARDVS MARTINI *Variar. lect. lib. 2. ca. 18.* Zeuxis induſtriam, & conſilium ſecutum opinor poetam Sulmonenſem in præclaro opere conficiendo, quod μεταμόρφωσιν appellauit vt quemadmodum inſignis artifex in effingenda Helenæ pictura, virginibus quarum ſingularis eſſet, & non quotidiana formæ pulchritudo, vndecunque ex tota Græcia conuocatis, & vnius cuiuſque aſpectu, quid in ſingulis præſtantius ac eximius attentè delibaret, penicilloque exprimeret: ſic ille ex innumeris Græcorum poëtarum libris primò quidem ingentem fabularum vim & copiam erueret, ac varijs locis diffuſam diſperſamque in vnum corpus cogeret: tum verò ex vnoquoque auctore vti quodque pulchrum & elegans eſſet, diligenter annotaret, atque in vſum ſuum transferret: quò nihil ad ornatum & venuſtatem diuini operis poſſet requiri. *Et lib. 4. ca. 15.* Monuimus Naſonem in conſcribenda *Metamorphoſi* Græcorum poetarum ope & auxilio frequenter feliciterque vſum eſſe. Ne verò quis arbitretur, illum ſuos homines planè neglexiſſe, & eorum libros indignos exiſtimaſſe, quibus euoluendis ac imitandis aliquid operæ & laboris impenderetur, reſtat, vt ne quidem veterum illorum, qui lutulenti ac turbidi fluebant vt loquitur Horatius monimenta, licet aranearum plena, & tetricæ dictionis ſqualore obſoleta, dedignatum fuiſſe oſtendamus; ſed potius ex ijs multa decerpſiſſe, quæ tam aptè, tamque accommodatè in ſuos vſus vertit, vt ſua tantùm adferre, non aliena vſurpare meritò videatur.

RAPHAEL REGIVS, *huius operis integri primus, & ſolus vſque in hanc diem interpres (quod ſanè permirum videri poteſt, cùm libri de Arte, & Amorum, quanquam toti inuerecundi & ἀφροδίσιοι, ſuos tamen, & Chriſtianos interpretes nacti ſint) in Præfat.* Nihil eſt enim quod ad rei militaris peritiam gloriamque pertineat, cuius illuſtria exempla in *Ouidij Metamorphoſi* non habeantur. Nam clariſſima quæque non bella modò, verum etiam prælia, vt ſtrategemata, vt ducum colloquia prætermittam illo verborum lepore, illa elegantia deſcribuntur, vt pleriſque tibi inter legendum intereſſe videaris. Iam ciuiliter viuendi rationes vnde faciliùs ſumamus, auctorem inuenies neminem, &c *eſt enim longior laudatio, quam tute legas licet. Idem præfat. in 2. edit.* Poſtquam enarrationibus noſtris fuit illuſtrata *Metamorphoſis*, vt vbicunque eſt in vſu Romana lingua, lectitatur, vt in L. Millia exemplarium & amplius iam dicatur fuiſſe deſcripta.

Age, proferatur, ſi poteſt, è recentioribus ſæculis vel vnus cui tanta felicitas obtigerit, vt tam incredibili exemplarium numero legeretur viuus adhuc & ſuperſtes. Obſeruetur etiam quanta tum fuerit huius Ouidiani partus apud Latinè ſcientes exiſtimatio, & quanta eius cognoſcendi cupiditas.

M. ANTON. TRITONIVS *diſputat. de Fabulis.* Diuinum hoc opus ſcripturis poëſin omnino neceſſarium eſt, & ob dicendi leporem, mirum poëtæ artificium, iucundamque rerum varietatem ab omnibus vehementer expetendum. Sanè, qui fabulas diligenter collegerit, doctè, eleganter ac diſpoſitè explicarit, nullus præter OVIDIVM fuit, qui ex *Orpheo, Heſiodo, Homero*, ceteriſque vetuſtiſſimis poetis tam præclarum & admirandum opus confecit, vt illo Latinæ litteræ non immeritò poſſint gloriari.

ERASMVS *in Ciceroniano Dialogo.* Ouidius inter Poëtas Cicero videri poteſt. *Summam eloquentiam ei tribuit. Vt igitur Panætius Homerum Platonem Poetarum Græcorum, ſic nos* NASONEM *Ciceronem poetarum Latinorum appellitemus.*

DIS-

DISSERTATIO QVINTA.

Num ſit Epicis, & Cyclicis poëtis accenſendus NASO, *& quid poëma cyclicum.*

IOANNES ANTONIVS VIPERANVS. lib. 2. *de Poëtica*, c. 6. qui quærit, vnde ducendũ narrationis initium in *Epopœia*: & à medijs, ſiue vltimis aſſerit inchoandum, OVIDIVM Epicorum choro excludit, hiſtoricumque fabuloſum dici poſtulat, quando à mundi origine cœperit, rerum ac temporum ordinem ſecutus. cum poëtę *Epici* non rerum geſtarum, ſed narrantis perſonæ rationem habeant, ſiue ſuam interponant, ſiue alienam fingant. Hoc iudicium doctiſſimi hominis antequam improbemus, ordiendum eſt altius. Huic generi carminum, quo *Metamorphoſes* ſuas OVIDIVS conſcripſit, triplex nomen eſt, *hexametrum, heroicum, epos, ſiue epicum*. Primum quidem à definito pedum numerō, ſenum enim conſtat: alterum à ſubiecta materia, quam plerumque tractat, & in qua potiſſimum verſatur, heroum rebus geſtis videlicet: tertium ab elocutionis charactere ſumitur. Cum enim ἔπος, verbum, ſiue *locutio* ad poëticam locutionem, verſum ſcilicet, propter eius præſtantiam tranſlata ſit, vt oratio ad orationem oratoris, ob eandem cauſſam (alioqui etenim omnis ſermo eſt *oratio*, ſiquidem oris ratio) in ipſo autem ſermone poëtico, grauitate, amplitudine, & alijs denique ornamentis antecellat, qui ad hoc genus carminis adhibetur, illud ſibi nomen commune proprium iam vindicauit. vſitateque *epos*, poëſis *Epopœia*, ipſi poëtæ *Epici*, quemadmodum & *Heroici*, dicuntur, vt *Homerus, Apollonius, Virgilius, Statius, Silius, Claudianus, Lucanus*, &c. Quòd ſi iſta ratione carmen Naſonianum non eſt ἔπος, nec ipſe meritò Epicus audiet. Atqui heroica plurima, ſeu vera, ſeu ficta (nihil enim ad poëtam intereſt) item *res geſtas regumq́; ducumq́; & triſtia bella* materiam Epicorum propriam ac peculiarem perſequitur ſi non ore ſemper grandiloquo, compoſitione limata, & exquiſita, plena maieſtatis: at diſerta, at ingenioſa, at copioſa, at multis luminibus. vt non ſatis cauſſæ putandum ſit, cur ob vnum hoc quia à primis initium narrationis capit, hiſtorici appellationem potius adipiſcatur: & tam nobile nomen *Valerijs Flaccis, Lucanis, Claudianis, Silijs* relinquatur quibus prę *Homero* & *Virgilio* vix conuenit. Illi ſiquidem duo ita ſunt in hoc genere primi, vt pænè ſint ſoli. id quod ipſummet Viperanum affirmare memini, & hi, ſi excutiantur, non vtique ad vnguem ſeruant omnia, quæ à Viperano de *Epopœia* cap. 2. 3. 4. 5. libr. 2. præcipiuntur) noſtro autem poëtæ, vtique his longè excellentiori, & à principe proximo denegetur. Quinimmo extra Scenicos, illa Homerica inuerſione ſeu Methodo qui vtatur Epicus vix vnus & alter reperitur.

Liceat ergo omiſſa ſubtiliore diſputatione & eſſe, & manere Epico NASONI, & eundem ob perpetuum carmen dici κύκλιον, ἢ κυκλικὸν, ἢ ἐγκύκλιον: & *Metamorphoſin* eius κύκλιον ἔπος, quod Horatius Ode 7. lib. 1. *perpetuum carmen* dixit, cùm eo Palladis vrbem, nempe Athenas celebrari dixit. Vbi Læuinus Torrentius interpretatur, *quod continua quadam ſerie nihil aliud tractet quàm Athenarum laudes*. Nos paulo latiùs differentes, dicemus eſſe *perpetuatum, continuatum, nullis velut hiatibus interciſum, rebus probè apteq́; inter ſe nexis atque cohærentibus: vt vna ex altera oriri, & inſtar annulorum in catena, ſeu torque conſerta cernantur*. Id quod NASONI in Metamorphoſi propter ſummam & incomparabilem ingenij felicitatem præclarè contigit. Teſtes quantum eſt eruditorum hominum. Eiuſmodi carmen ἀκολουθίαν, ſeu rerum ipſarum conſecutionem, qua poſterior ex antegreſſa ſemper profluit. & mirifico nexu omnia coniunguntur ac deuinciuntur, vt in hoc opere videmus, poëma κύκλιον, ſeu κυκλικὸν ἔπος, & poëtæ κύκλιοι, ſeu κυκλικοὶ nomen adipiſcuntur, quaſi *Circulare*, & *Circulares* dicas, de quo Daniel Heinſius Animaduerſ. in Horatium multis agit. lege & And. Schotti noſtri Obſeruationum humanarum lib. u. ca. 1. quæque de Cyclio choro ad Procli Chreſtomathiam olim adnotauit. Præterea Ioſephum Scalig. in Epig. Catulli 96. & ad Auſonij locum Epiſtola ad Cl. Puteanũ in poſthumis Opuſculis: I. Caſaubonum ad Athenæum Animaduerſ. lib. 7. cap. 3. Pet. Victorium in Ariſtot. Politica, Franc. Patricium lib. 6. Diſcuſſionũ Peripateticar. De veteribus, meminit Io. Philoponus in ἀναλυτ. Ariſtotelis, Scholiaſtes Homeri in 1 Iliad. Qui porro poëtã *cyclicum* in Arte poëtica Horatij exponunt *circumforaneum, circulatorem, rhapſodum poëtam*, & *cyclia* ſeu *cyclica* carmina quæ in circulis & triuijs ac vicis populo decantarentur, ex Homericis poëmatibus plerumque collecta, longiùs abeũt à mente Horatij, & errore capti ſunt. Poëmæ *circulum* dicit appellari Pierius lib. 39. cuius finis idem eſt cum principio: cuiuſmodi Catullianum epigramma in *Annales Voluſij* & alterum in *Nonium Strumam*, & vnum etiam *in Mamurram & Cæſarem*. Sed hæc nihil ad inſtitutum noſtrum.

DISSERTATIO SEXTA.

De tribus partibus Epicæ, ſiue Heroicæ poëſeos, vtque eas Ouidius noſter obſeruarit.

SVſcepit hoc poëtarum, maximè verò *Epicorum*, ſiue *Heroicorum* conſuetudo communis, vt ipſo poëmatis veſtibulo, ſiue exordio lectorem docilem faciant, & attentum. Quod conſequimur, vt à magiſtris dicendi erudimur, ſi ſummam cauſſæ breuiter exponamus: &, ſi proponamus, quibuſnam de rebus dicturi ſimus. Etſi autem orator docilem reddere aliquando auditorem non curet, cùm nimirum res aut nota iam, aut humilis & tenuis eſt, *Epicus* vt grandia, mira, nondum ſatis percepta, & cognita cantaturus nunquam non proponit. Secundùm Propoſitionem ad diuinam opem, vtpote ad talia canenda neceſſariam, ſeſe conuertit. Eſt enim in hominum mentibus impreſſa & inſculpta opinio, citra diuinum auxilium, cæleſtemq́ue afflatum nihil difficile & operoſum rectè peragi, feliciterque abſolui. Iſtuc ſeruantes poëtæ, quoniam pietas eſt amabilis, lectoris quoque beneuolentiam ſibi conciliant. Ipſa inſuper inuocatione attentionem augent: vt quæ dicturi ſunt, ea Muſarum, aut Deorum veluti dictata quędam cenſeantur. Nonnunquam tamen etiam Principes, aut viros illuſtres admodum, táquam Deos quoſdam inuocantes videre licet. Sequitur tertia pars, cuius ergô duæ priores aſſumuntur: quęque toto libro, ſeu totis libris diffunditur, expoſitio, ſeu Narratio. In his tribus quemadmodum ſe geſſerint poëtæ, in medio ſunt qui edoceant: plura nihil attinet. De Propoſitione & Inuocatione, quemadmodum ijs Græci & Latini diſſimiliter vtántur, lege Scaligerum Poëtices libr. 5. cap. 17. Morem hunc OVIDIVS ſibi cuſtodiendum ratus, argumentum ante narrationem luculenter conſtituit primo carmine: deorum afflatum ſequentibus tribus expoſcit. Cur porrò non vnum aliquem Deum, ſed Deos generatim inuocet, ipſemet tribus verbis cauſſam indicauit. *Nam vos mutaſtis & illas.* Quorum expoſitionem ſuo loco proponemus.

DISSERTATIO SEPTIMA.

Ex Politiani Nutricijs, de varietate ſcriptorum Ouidij.

SEd Tiberim, dominum rerum, mundiq́; potentem
Ambigitur, riguine tener Sulmonis alumnus
Nobilitet magis, an verò tibi, Roma, pudori
Sit potiùs Getica ſic ſemiſepultus arena,
Prò dolor, exul inops: nimiùm quia forſan amico
Lumine Cæſareæ ſpectauerit ora puellæ.
1. *Ille nouas primo facies transformat ab æuo,* Metamorphoſ.
2. *Ille cupidineas verſu canit impare flammas,* De Arte, & Amorum.
3. *Inuoluitq́; nouum dubijs ambagibus Ibin,* In Ibin.
4. *Vel dat amatricum dictatas ore tabellas,* Epiſt. Heroid.
5. *Vel miſer exilium cygnæo gutture deflet,* Triſt. & de Ponto.
6. *Temporaq́; & cauſſas Romani digerit anni.* Faſti.
7. *Vel memorat piſces, & adhuc ignara Latinis* Halieutica.
8. *Nomina: vel cælo labentia computat aſtra:* Phænomena.
9. *Et replet aſtrictus diuerſo epigrammate chartas,* Epigrammata.
10. *Conſutum quoque ſyrma trahit, ſuſpendit & vnca* Medea Trag.
11. *Nare malos (quorum tunc omnia plena) poëtas.* In malos poëtas.
Indulget tamen vſque ſibi. Nam praditus acri
Nimirum ingenio, faciem putat eſſe decoram
Carminis, inſperſus maculet quam denique næuus.

Libros de Remedio amoris, germanum & legitimum partum omiſit Politianus. Sed ij ceu Appendix τῶν ἐρωτικῶν haberi, & cum illis numerari poſſunt.

De hac varietate nos in Prodidagmatis noſtris in libros *Triſtium & de Ponto* cap. 2. explicatiùs & vberiùs. Conſolatio *ad Liuiam* ſuper morte Druſi, quem Tiberio Druſo priori marito genuerat, non Pedonis Albinouani, vt vulgò putatur, ſed Ouidij eſt Elegia, & γνησία: quam peruolutauit, edidicit, totamq́ue in ſuas *Conſolationes*, quas ad varios ſcripſit, transferre non dubitauit *Seneca*: idq́ue OVIDII imitandi ſummo amore, atque ſtudio: quod totis ſuis ſcriptis, & ipſis præ-

ſertim

ſertum Tragœdijs (ſi eius ſunt, vt equidem Lipſium, & Delrium noſtrum Commentatorem ſecutus exiſtimo) tam non obſcurè declarat, vt ſi quis de eo dubitet, is etiam an meridie luceat dubitare poſſit. Vide Præfat. Ioannis Paſſeratij in eandem *Conſolationem*: eum enim huius ſententiæ auctorem habeo. M. Vertranio Mauro tribuit, qui Corippum Poëtam Commentarijs nuper Scotus Pariſiis illuſtrauit. Sed quo argumento? Nam quod Ouidio noſtro falsò adſcriptum circumfertur egregium Poëmation ad Calpurnium Piſonem, id nunc demum Lucano Poetæ H. Iunius Plantinianis typis vindicauit.

DISSERTATIO OCTAVA.

Principium Metamorphoſeωn Ouidij, à reprehenſione & correctione Iulij Scaligeri vindicatum.

IN ſcriptis ſuis emendari, ac meliora effici multa poſſe, ingenuè alicubi confitetur Poëta, vt in aliorum vtique auctorum tam veterum quàm recentium plura pauciora, leuiora grauiora ab emunctæ naris animaduerſoribus & emendata ſunt, & emendari queunt: ſiue illi inſcitia aliqua (quis enim præter Deum eſt πανσοφής;) ſiue incuria, ſiue ſua recognoſcendi caſtigandique tædio, vti noſter hic, peccauerunt. Sigillatim verò de his Transmutationum libris, eos ſeſe in exilium abeuntem incorrectos reliquiſſe teſtificatus eſt 1. Triſtium eleg. 6. A fide porrò non abhorret quod dicam: ab ipſiſmet librorum parentibus quàm à Criticis, Ariſtarchis, Zoilis pleraque feliciùs, ingenioſiùs, & omnino rectiùs corrigi potuiſſe, ſi modò aut otium non defuiſſet: aut voluntas affuiſſet: aut ambo hæc ſuppeditaſſent, inprimiſque ab Ouidio, qui, quemadmodum ingenio (cui indulgere quàm temperare maluit) abundauit: ſic iudicio, maiore etiam, quàm qui de illius iudicio inſolentiùs detrahunt, præditus fuit: & delicta librorum ſuorum ſatis ſuperque vidit, nec amauit, *Cùm ſua plus iuſto carmina quiſque probet,*
vt ait de Ponto eleg. 9. lib. 3. Poëtas, præſertim antiquiores ad limam vocare arduum & lubricum eſſe munus, docuit in Hypercriticis Scaliger, ita loquens: *Citiùs & commodiùs mille carmina de ſuo fabricatus quiſquam fuerit, quàm aliena decem vel praua direxerit: vel ſqualentia nitere fecerit.* Nunc aliis eiuſdem criſibus in Naſonem omiſſis, de hoc exorſu præſtantiſſimi operis quid ſenſerit audiamus: *In noua fert animus*, &c. Admodum infelix principium, inquit, cenſeri poteſt. Breuitas pura, & ſcita: at numerus non bonus, *animus mutatas*: ſyllabæ namque concurrunt iiſdem elementis. Deinde non eſt vſitata illa dicendi ratio, *formas mutatas in corpora*. Non enim ſic loquar: Æneas mutatus eſt in nouas ſedes: ſed mutauit ſedes. Philoſophi quoque mutant corpora ſub formis: materia enim per hoc fit. Accepit igitur *mutatas* pro eo quod eſt tranſlatas: aut *formas* pro figuris. Quid eſt *& illas*? & quid aliud? Concludit triplicem hanc cenſuram, ſiue calumniam ſuam, additque: Idcirco ſic auſi ſumus:

Quas mutata nouas immotis corpora formis
Induerint facies, ſe vt mirarentur in illis,
Tecta fide veterum canimus miracula vatum.
Dij, quibus imperium hoc, rerum variare figuras,
Et fluxo reparare orbi ſua ſemina, cœptis
Aſpirate meis. —

Primùm omnium ὕστερον πρότερον vt agamus, in tam nobili & deprædicato monimento exturbare funditus initium, quod à ſcita & pura breuitate commendauerat, idque tam infirmis argumentis, & ſuum nobis obtrudere, cuius tandem eſt licentiæ, ne dicam importunitatis & audaciæ. Pro duobus verſibus & dimidiato integros quinq; ſupponit. *Immotis formis*, inquit. Sanè, vt formæ Phyſicæ, quibus ſubſtantialibus nomen eſt, eædem ſemper in ſe, & immutabiles perſeuerent: nec vlla in aliam commigret: nec in corpora noua mutentur, hoc eſt (vt παραλλαγὴν, quam eum non perſpexiſſe miror, explicemus) ipſæ ſub corporibus nouis non mutentur: non tamen etiam immotæ manſerunt, cùm verbi gratia, hominibus non quidem in animantes (eas enim tunc ſeruarunt: vt Io in vaccam, Actæon in ceruum, Calliſto in vrſam conuerſi mentem humanam non amiſerunt, *Mens antiqua tamen facta quoque manſit in vrſa:*
& de Actæone: *— Mens tantùm priſtina manſit.*) ſed in arbores, in ſaxa, & ſimilia inanimata transformatis, ipſæ formæ profectò ceſſerunt, ac motæ ſunt: aliæq; ſucceſſerunt. Tum verò corpora mutata ſe in nouis illis faciebus mirata non ſunt, vt Scaliger ait: quî enim potuerũt, cùm id quod mirari debebat, iam deeſſet? Non igitur ἀμφιβόλως loquendum fuit. Cumque vocabulum *forma* vſitatè figuram ac faciem ſignificet, cur poëtam vſitatè loqui non ſinit? hucuſque de carminibus eius hypobolimæis: quibus germanum legitimumq; dominum veluti per vim de fundo ſuo deiicere conatus eſt. Ad alia priùs ab eo notata veniamus.

Negat

Negat numerum eſſe bonum *animus mutatas*, propter ſyllabam *mu* ſtatim iteratam. Scimus id à Grammaticorum ſenatu in vitio poni, vocarique κακόφατον, id eſt, turpiter, aut inconcinnè, aut malèſonans. Atqui, niſi è ſyllabis ita repetitis, & concurrentibus confletur, quod ſeu vt inhoneſtum, ſeu vt obſcœnum aures offendat: quod genus (exemplo res clarior euadet) 2. Æneid. *& Dorica caſtra.* Et apud Tibull. *Nudus & aſtiui tempora ſicca canis,* vtrobique concurrunt *ca ca,* non vſque adeò talem concurſum, & iterationem fugiendam, ſunt è doctis qui exiſtiment: cùm apud oratores, & Poetas inuentu tam rara non ſit. Scribit item Seruius Comment. in 12. Æneid. id à veteribus non exploſum. Suauius autem geminari monoſyllabum antecedens, certum eſt. Cic. 1. Philip. *quæ quæſita.* Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Me mea paupertas*, &c. Qua elegantia delectatū, in Scholijs M. Anton. Muretus annotauit. Iam vero quid ad hæc Maroniana dicet noſter reprehenſor, vt cætera mittamus, *glauca canentia fronde.* Et, *ſiliqua quaſſante legumen.* Et, *ruit Oceano nox.* Et, *neque te teneo?* Nónne quod in Marone caſtiget nihil inuenit? nónne illi aras ſtatuit? H. Turnebus, cuius doctrinam ſuſpiciunt omnes, lib. 7. Aduerſarior. cap. 19. verſum illum Tullianum, *O fortunatam natam*, &c. quem carpit etiam in Ciceroniano ſuo Eraſmus, cui in defenſione ſua reſpondit Iulius ipſe Scaliger, & nuper Schottus noſter in Tullianis Vindicijs, contra obtrectatores tuetur, & adijcit: *Hanc figuram poſteritas faſtidijt, & ex ſuo faſtidio ea, quæ de induſtria, vt venuſta, affectauerant antiqui, aſpernata eſt. Quæ tamen multis in locis ineptiùs multo, & putidius laſciuijt & luſit: vt meritò, in quibus ſe circumſpicit, nonnunquam a ſerijs, & intelligentibus viris rideri queat.* Quædam carminum artificia, quæ aptiùs ingeniorum carnificia dixeris, ſubindicat Turnebus, in quibus tempus & opera malè conſumitur, & ſæpe inaniſſimi plauſus captantur.

Secundo loco Hypercriticus hunc locutionis modum, vt neutiquam conſuetum, condemnat, *formas mutatas in corpora*, atque in re minimè dubia, & aperta philoſophatur, oblitus ita ſæpenumero loqui Virgilium, & Poetarum greges, ὑπαλλαγῶς, ſeu per *commutationem*: quod & Raphaël explanator monuit. *Ibant obſcuri ſola ſub nocte*, pro, ibant ſoli ſub obſcura nocte. *Dare claſſibus Auſtros*, pro, dare claſſes Auſtris. Horat. ad Piſones: *Siue receptus Terra Neptunus claſſes Aquilonibus arcet*, pro, à claſſibus Aquilones arcet. Sic ergo, *fert animus dicere formas mutatas in corpora noua*, id eſt, corpora mutata in nouas formas, ſeu mutata nouis formis, quas induerunt: ſeu, verſa in nouas facies, vt Plauto Amphit. *In faciem verſus Amphitruonis Iupiter.* Et in 2. argumento iterum:

Amore captus Alcumenas Iupiter,
Mutauit ſeſe in eius formam coniugis.

Virgil. 1. Æneid. συνεκδοχικῶς, cum quarto caſu videlicet:

— vt faciem mutatus & ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat.

Et ita vocem *facies* pro forma externa, & figura ipſemet Criticus in carmine illo ſubditiuo ſuo accepit. Tenuit igitur Poëta noſter ius ſuum, dixitque audaciùs. Alibi citra tropum:

Dictaq; ſunt nobis, quamuis manus vltima cœpto
Defuit, in facies corpora verſa nouas.

Quod tertio loco quærit, quid ſit, *& illas? quidenim*, inquit, *præter illas*? reſpondendum quod vel puer abſque admonitu Pædagogi ſcire poterat, eſſe traiectionem, & ἀναστροφὴν, hoc intellectu, *Dy cœptis meis aſpirate.* Quamobrem? quia etiam vos ijdem ipſi illarum mutationum auctores, & præſides fuiſtis. Nam & vos illa corpora, de quibus narrare inſtituo, mutaſtis, & in nouas formas conuertiſtis. Alia quidem Iupiter, alia Mercurius, alia Apollo, alia Bacchus, alia Iuno, alia Minerua, alia Diana, alia Venus, alia Ceres, &c. Vnde eaſdem mutationes, & conuerſiones, ſcribenti mihi ſuggerere, & memorare poteritis. De alijs quippe metamorphoſibus quàm hoc opere comprehenſis, non loquitur. Quocirca *&* particula pro cauſali, non copulatiua ſumenda. Si pro copulante ſumas, & exponas *etiam*, vt & eorum quoque mutationes, ſeu metamorphoſes cum aliorum metamorphoſibus coniungat, hoc ſenſu, nam ipſi cùm vos ipſos, tum illas mutauiſtis (referuntur namque deorum quædam mutationes in hiſce libris, & bello gigantæo in Ægyptum fugientes, ſub diuerſorum animantium formis latuerunt) non pugnabo contrà: ſimplicior tamen eſt prior intelligentia. Felix itaque, niſi aberro à ſcopo longiſſimè, huius ingenioſiſſimi, & eruditiſſimi operis principium, non admodum infelix, vt cenſet Scaliger, Muſarum chorus omnis iudicauerit.

ELECTORVM LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM, SIVE SVMMA PRIMÆ SECTIONIS.

Propoſitio, inuocatio, narrationis initium à Chao.

IN NOVA fert animus mutatas dicere formas SECTIO I
Corpora. Dij cœptis (nam vos mutaſtis & illas)
Aſpirate meis, primáque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Ante mare & terras, & quod tegit omnia, cælum
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, RVDIS INDIGESTAQVE MOLES.
Nec quidquam niſi pondus iners, congeſtáque eódem
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan:
Nec noua creſcendo reparabat cornua Phœbe:
Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus,
Ponderibus librata ſuis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Quáque erat & tellus, illic & pontus, & aër. † Vſque erat.
Sic erat inſtabilis tellus, innabilis vnda,
Lucis egens aër, nulli ſua forma manebat:
Obſtabátque alijs aliud: † quia corpore in vno † quòd corp. in vno. nam corp.
FRIGIDA PVGNABANT CALIDIS, HVMENTIA SICCIS,
MOLLIA CVM DVRIS, SINE PONDERE HABENTIA PONDVS.

COMMENTARIVS.

VERS. 1. IN NOVA FERT ANIMVS] A Vt hic dicit Ouid. *fert animus*, ita Catull. ad Furium & Aurelium:

Omnia hæc quæcunque ferct voluntas
Cælitum, tentare ſimul parati.

Et Lucret. lib. ... *Si ... ita corde voluntas.* Quid enim hæc ab illo differunt: Animus ſi... ... eſt quo volumus, meminimus, ... Repetit in extremo huius primi, *Si modò fert animus gradere.* Imitatus eſt Lucanus lib. 1.

Fert animus cauſſas tantarum expromere rerum.

Virgil. 2. Æneid. *Et ſedet ho... animo.*

IN NOVA CORPORA MVTATAS FORMAS] Hypallage, pro, *corpora mutata in nouas formas*, ſeu nouis formis, de qua diſputatum ſatis Diſſertat. VIII. Raph. Regium quoque ſic exponentem perperam reprehendit Cio...nus.

2. NAM VOS MVTASTIS ET ILLAS] Ætiologia inuocati... Non mutarunt ſeſe dij, & illas: ſed & ... mutationum iſtarum auctores fuerunt. Particula & ho... ... eo cauſſa... potiùs, quàm copulam ſignificat. Vi... bis alia corpora mutaſſe Iouem, alia Mercurium, alia Apollinem, alia Bacchum, alia Neptunũ, alia Iunonem, alia Mineruam, alia Dianam, alia Venerem, alia Cererem.

Cos-

Coeptis aspirate meis] adeſte, fauete. A Liuius præfat. *Cum bonis potiùs ominibus, votiſq́, ac precationibus deorum dearumq́, ſi, vt poetis, nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus, vt orſis tanti operis proſperos ſucceſſus darent.* De Epicis, ſeu Heroicis capiendus eſt. Quod autem dixit *proſperos ſucceſſus darent*, id Naſo per verbum *aſpirare* expreſſit, ducta metaphora à nauigantibus, quibus vento aſpirante opus eſt. Sic Virgil. 2. Æneid. — *aſpirat primo fortuna labori.* Et itetum lib. 9.

Vos ô Calliope precor, aſpirate canenti.

Hinc & *aura* pro fauore. *Aura popularis*, &c.

3. Primaqve ab origine mvndi.] Dictum ſicut prima domus, primoribus labris, prima littera, prima tellos, prima nox, vnda prima. Et apud Catull. *primus digitus, primo carmine*, pro prima parte digiti, prima parte carminis, ſeu poëmatis, & cætera huius notæ. Primam mundi originem vocarunt item Lu- B cretius lib. 5.

Atque ita res mundi cecidere ab origine prima.

Virg. 1. Georg. Propert. libr. 3. eleg. 5 in alia quadam re:

Nunc mihi, ſi qua tenes, ab origine dicere prima
Incipe, ſuſpenſis auribus iſta bibam.

4. Ad mea tempora] vſque ad ætatem, ad memoriam meam: ad principium videlicet imperij Auguſti, qui Iulium in monarchia excepit, cuius, Iulij puta, ἀποθέωσιν perſequitur in fine lib. xv. Alia oratione cepit verbum hoc M. Tullius, cùm opus quoddam ſuum inſcripſit, *De temporibus ſuis*.

Perpetvvm carmen] nuſquam interruptum aut interciſum. Recole dicta Diſſertat. v.

Dedvcite] Voci *perpetuum* commodè reſpondet *deducite* à lanam facientibus, ſeu fila ducentibus ſumptum. Et eſt tum in Triſtibus, tum in Ponticis frequens hæc tralatio. 1. Triſt. eleg. 1.

Carmina proueniunt animo deducta ſereno.

Propert. lib. 1. eleg. 16.

At tibi ſæpe nouo deduxi carmina verſu.

Cùm dicit Virgil. eclog 6. — *paſtorem Tityre pingues*
Paſcere oportet oues, deductum dicere carmen.

Macrob. explanat tenue, ſubtile. Symbolas ibi noſtras inſpice, ſi placet.

5. Ante mare, et terras, &c.] Subaudi, ſic ſeparata, diſpoſita, & locis ſuis diſcluſa, certiſque limitibus circumſcripta. Iam nulla erit ἀντιλογία verſu 15. *Quaq́, erat & tellus illic & pontus, & aer.* quaſi dicat, mare & terram non fuiſſe, & fuiſſe, vt Poëtarum Hypercriticus argumentatur. Atque hunc ſenſum paulo pòſt clarè expreſſit: — *nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Et qvod tegit omnia cælvm] Lucan.

Cœlo tegitur qui non habet vrnam.

Lucret. lib. 1.

Nec res vlla geri ſub cœli tegmine poſſet.

Et lib. 2. — *ſub eodem tegmine cœli.* Cic. in Arateis: *Inde eſt ales auis lato ſub tegmine cœli.* *Cœlum* quippe non ſolùm a cælatura, ſed etiam à celando, id eſt, tegendo quibuſdam videtur appellatum. Atqui tunc prima ſyllaba vocali ſecunda, non διφθόγγῳ ſcribenda erit. Non placet. Cicero 2. de nat. deor. *Reſtat vltimus, & omnia cingens, & coercens cœli complexus.* Et 1. Tuſcul. *Suadent enim Mathematici, terram in medio mundi ſitam, ad vniuerſi cœli complexum quaſi puncti inſtar obtinere.* Manil. libr. 1. — *Quis enim condentibus illis*
Clepſiſſet furto mundum, quo cuncta teguntur?

A *Cœlum* vocat *mundum*, vt Plin. lib. 2. cap. 1. *Mundum & hoc, quod alio nomine cœlum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta.* Stat. 5. Thebaid. *Sera tamen mundo venerunt aſtra.* Aut propter præſtantiam: eſt enim pars mundi nobiliſſima. Aut κατὰ συνεκδοχήν, vt quidam volūt. Catullus de nuptijs Pelei: — *concuſſitq́, micantia ſidera mundus.* Arnobius creberrimè, cuius locos ſimiliter Macrobij, Ennij, Virgilij, Apulei producit Meurſius in Critic. Arnob. lib. 1. cap. 1. Quin & Horatiu *orbis* pro cælo, ode 3. lib. 3.

Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Ad prouerbium reſpexit, *Quid ſi cœlum ruat?*

6. Vnvs natvræ vvltvs] 1. de Art[illegible]

Prima fuit rerum confuſa ſine ordine moles,
Vnaq́, erat facies ſidera, terra, fretum.

Nunc enim poſtquam omnia diſſociata & diſcreta ſunt, litemque illam melior natura diremit, non eſt vnus naturæ vultus. Alius ſiquidem cæli, alius terræ, alius aquarum, &c. Et quoniam vultus mutatur, facies permanet: & ob hanc mutationem, quam ex diſtinctione & diſpoſitione rerum paſſa eſt natura, quamque adhuc quotidie patitur (cuncta enim fluunt, — *omniſq́, vagans formatur imago*, vt eſt in XV. vbi id affatim demōſtratur) meliùs ei vultū quàm faciem tribuit. *Naturam* porrò, & *naturam rerum* dici, quod interdum *vniuerſum*, & *omne*, τὸ πᾶν, non fugit litteratos. Cic. 1. de nat. deor. *Communis rerum natura, vniuerſa, atque omnia continens.* Lucret. lib. 1.

Quos (verſus) *ego de rerum natura pangere conor.*

7. Qvem dixere Chaos] Sequentibus verbis definitur, ſeu deſcribitur Chaos. Et quemadmodum ex tot corporibus confuſis & indiſtinctis natus eſt C mundus: ita in eadem ex quibus coaluiſſet, in antiquum chaos, inquam, rediturum aliquando credebant.

Rvd. indigestaq. moles] Silius lib. 11.

Namq́, chaos cæcam quondam ſine ſidere molem.

9. Non bene ivnctar. d. sem. rervm] Quomodo enim diſcordia & pugnantia bene iungerentur? Qua autē ratione *diſcordia ſemina*, infrà explicatur. — *quia corpore in vno Frigida pugnabant calidis*, &c.

10. Nvllvs adhvc mvndo, &c Titan] Notarunt quidam, vocem *nullus* hoc loco habere vim negandi, eandē cum particula *non*. Cic. 3. Offic. *Quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piſcatorum eſſent, quòd eos nullus videret.* Ibi perperam vulgati *nullos*. Ad Attic. ep. 22 lib. 1. *Philotimus non modò nullus venit, ſed ne per litteras quidē*, &c. Terent. Eunuch. *Memini, tametſi* D *nullus moneas.* Plaut. Aſin. *Libanum in tonſtrinam vt iuſſeram venire, is nullus venit.* Cur autē hæc rerum vniuerſitas latinè *mundus*, græcè κόσμος dicatur, & vnde eius pulchritudo colligatur, docebit te, ſi voles, Cælius Rhodiginus lib. 1. cap. 6. Quæ de mundo & elementis a I. Lipſio in Phyſiologia Stoica à Diſſertat. 6. deinceps plurimis paginis erudititſſimè tractantur, magnam ſane Ouidio à principio huius Operis illuſtrādo copiam ſuppeditabunt.

11. Nova cres. rep. parab. corn. a Phoebe] Lib. 2.

Cornuaq́, extrema velut euaneſcere luna.

Mendosè ſcriptum in quibuſdam codicibus, *renouabat.* Quale enim eſſet, ne noua cum nua renouabat? an non Battariſmus? Nunc autem luna reparat cornua cum, vt alibi loquitur, reſumit noua lumina. Libr. 2.

Orbe

Orbe reſurgebant lunaria cornua nono.

Lib.3. *Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent,*
Efficerentq́; orbem.

Seneca Hippol.
Cum ſuos ignes coeunte cornu iunxit.

Iam cum Phœbi ſoror vnũ & idem numen in ſyluis *Diana*, in inferis *Hecate*, in cælo *Luna* dicatur; hinc pictores & ſculptores duo cornicula eidem ſolēt addere. *Phœbe* autē à claritate, vt *Phœbus* φοῖβος quippe clarus, lucidus, ſplendidus. Corollarium hoc eſto. Quoniã *ſol* & *luna* ſidera ſunt perſimilia, ideo Claudian. 1. de Rapt. Dianã Phœbo ſororem fratri quàm ſimillimam, ſoloque ſexu differentem venuſtè dixit:

At Triuiæ ſpecies leuis, & multus in ore
Frater erat Phœbiq́; genas, & lumina Phœbi
Eſſe putes, ſolusq́; dabat diſcrimina ſexus.

12. NEC CIRCVMFVSO PENDEB. &c.] Auſonius:
Telluris medio quæ pendet in aere libra eſt.

Tibull lib. 4.
Qualis in immenſo deſederit aere tellus.

Et: *Nec circumfuſo conſiſtit in aere tellus.*

Manil. lib. 1.
Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam
Aeris, & toto pariter ſuſpenſa profundo.

Cic. 1. de nat. Deor. *Terra circumfuſa hac innabili natura, cui nomen eſt aer* Plura de loco, ſitu & quiete terræ infrà, ibi *Et preſſa eſt grauitate ſui.* eſt enim res ad conſiderandum haud iniucunda

13. PONDERIBVS LIBRATA SVIS] Ipſemet Ouid. hoc ipſum περὶ φαινομένων Faſt 6. hæc, inquam, terræ in medio ſuſpenſæ ἰσορροπίαν luculenter exſequitur:

Terra pilæ ſimilis, nullo fulcimine nixa,
Aere ſubiecto tam graue pendet onus.
Ipſa volubilitas libratum ſuſtinet orbem,
Quiq́; premat partes angulus omnis abeſt.
Cumq́; ſit in media rerum regione locata,
Et tangat nullum pluſue, minuſue latus,
Ni conuexa foret parti vicinior eſſet,
Nec medium terram mundus haberet onus.

Manil. lib. 1.
Quòd niſi librato penderet pondere tellus,
Non ageret curſus mundi ſubeuntibus aſtris
Phœbus ad occaſum, & nunquam reuocaret ad ortus, &c.

Cic. Tuſcul. 5. *Vnde terra æquis librata ponderibus.* Omnes iſti loci ab Hercule Cioſano in Obſeruat. recitãtur. Illuſtrabunt hæc & ſuperiora quæ ſcribuntur à Plinio lib. 2. cap. 5. in quo de ſitu quatuor elementorum agit. *Vitalem hunc ſpiritum, & per cuncta rerum meabilem, totoq́; conſertum, huius vi ſuſpenſam cum quarto elemento librari medio ſpatio tellurem.* Et paucis interiectis: *Sic pari in diuerſa niſu vi ſua quæque conſiſtere, irrequieto mundi ipſius constricta circuitu: quo ſemper in ſeſe currente, imam atque mediam in toto eſſe terram, eandemq́; vniuerſi cardine ſtare pendentem, librantemq́; per quæ pendeat. Ita ſolam immobilem, circa eã volubili vniuerſitate, eandem ex omnibus necti, eidemq́; omnia inniti.* Addo corollarium ex Ioanne Pierio lib. 43. in Curru. *Cybele eadem eſt cum tellure, ſeu terra, quam ideo curru à leonibus inuehi finxerunt, vt eius in aere circumfuſo pendentis libramentum indicarent.* Teſtatur id Lucret. lib. 2.

Hanc veteres Graiûm docti cecinere poetæ
Sedibus in curru biiuges agitare leones:
Aeris in ſpatio magnam pendere docentes
Tellurem.

NEC BRACHIA L. MARG. TERRAR. &c.] Alijs verbis iſtuc ipſum non longè poſt:

A — *Circumfluus humor*
Vltima poſſedit, ſolidumq́; coërcuit orbem.

Iorcham Brachmanarum Indiæ ſapientum principem interrogat Apollonius apud Philoſtratum libr. 3. cap. 11. terráne mari, an mare terra maius ſit. Reſpondet ille. Si ad mediterraneum mare tantùm fiat comparatio, maiorem eſſe terram, ſiquidem mare contineat: ſin vniuerſæ ſubſtantiæ humidæ ratio habeatur, terram minorem eſſe.

Amphitriten Neptuno vxorem dant Poëtæ, & maris deam fingunt, ac μετωνυμικῶς ita mare appellitant. Claudianus de Rapt.

— *Etiam Nereia glauco*
Neptunum gremio complectitur Amphitrite.

Catull. de nupt. vbi loquitur de prima naui, cui nomen Argo:

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten.

B Vocabulum eſt παρὰ τὸ ἀμφιτρίβειν, terram enim circumcirca terit, ſiue alluit mare. Hanc eſſe *Salaciam* ex vetuſto Lexico (vbi vitioſè legitur *Salmacia*) conijcit Turnebus lib. 19. Aduerſar. cap. 11. *Salacia* autem à ſalo, id eſt mari, ciendo, ſeu concitando. Pacuuius, *hinc ſæuitiam Salaciæ* fugimus. Maris *pellaciam* aliter paulo Lucretius nominat. nam *Malacia* eius pro tranquillitate Cæſari & Senecæ dicta. Sorórem eius facit Thetidem in Theogon. Heſiodus.

15. QVAQ. ERAT ET TELLVS, ILLIC, &c.] Non poterant eſſe in eodem loco terra & mare, ſi erant, inquit Iulius Scalig. Mirum in mendacio tam curioſè veritatem quærat. Quomodo nunc ſunt in eodem loco aqua & terra, ſi commiſceantur; ita tum fuiſſe fingendum & cogitandum. Porphyrion vetus Horatij interpres ad oden 4. lib. 3. hunc verſum ſic
C citat & interpungit: *Quaq́; fuit tellus: illic & pontus, vt aer:* vt huius, & mox ſequentis verſus hic ſit intellectus: Ex quo, priuſquam elementa digeſta eſſent, tellus diffuſa ſparſaque iacebat, & pro libidine quaquauerſum extendebatur, inſtabilis erat, quoniam in centro non quieſcebat, ad quod ingenio ſuo ſemper deuolui cupit. Item quia in aëre ſedebat aqua, natari haud ſanè poterat. Cùm enim ſoleamus ſupra aquas, ſeu in ſuperficie aquarũ, non intra ipſas aquas natare, aquę tunc commiſtæ alijs elementis ſuperficiem ſuam non habebant. Hic ergo ordo ſit. *Tellus quaq́; fuit*, id eſt, quaquauerſum diſperſa & diffuſa. Deinde facta pauſa, demum inſeratur: *illic & pontus*, ſupple, fuit, *vt* pro vbi, *aër*, ſubaudi erat. Ac propterea tellus erat inſtabilis vndáque innabilis. Voculam *vt* pro vbi etiam à Virgilio vſurpatam notauit Dio-
D medes in 5. Æneid. *caſis vt forte iuuencis*, &c. Iacobus Crucius Annot. in Ouid. Valere autem particulam, inquit, *vt* idem aliquando quod *vbi*, manifeſtè hi loci quoque teſtantur Catullus ad Furium & Aurelium:

Furi & Aureli, comites Catulli,
Siue in extremos penetrarit Indos,
Littus vt longè reſonante Eoa
Tunditur vnda.

Et ad Coloniam:

Verùm totius vt lacus putidaq́; paludis
Liuidiſſima, maximeq́; eſt profunda vorago,

Principium verſus ex veteribus libris legitur: *Vtq́; erat & tellus*, id eſt, *Et vbi erat tellus.*

16. SIC ERAT INSTABIL. TELLVS &c.] Singulis elementis proprietates ſuas naturales abfuiſſe ait, quamuis vnam tantùm in tribus nominet: terræ ſtabilitatẽ; aquæ, vt ſic dicam, nabilitatem;

aëri lucem, ſeu διαφάνειαν pelluciditatem. De igne A tacet. Sed & huic ſua leuitas aut ſubtilitas deerat.

17. NVLLI SVA FORMA MANEB.] Pugna, de qua tribus ſequentibus, faciebat vt nullum elementum etiam figuram ſuam obtineret. Erant informia: non quòd formam Phyſicam non haberent: alioqui nec terra fuiſſet terra, nec aër fuiſſet aër: forma ſiquidem ſuum cuique nomen dat. Vultum, & imaginem alibi vocat, quam hîc formam, & figuram vult intelligi.

18. CORPORE IN VNO] Multa erant corpora: ſed ea vnicum quoddam variè commiſtum & confuſum corpus efficiebant. *Maſſam* 1. Faſt. nuncupat. Venuſtè transfertur. 1. Off. *Totum corpus reipub. tuentur.* Epiſt. 12. lib. 5. *A principio coniurationis, vſque ad reditum videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe.* Ad Q. F. *Vtros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora) an vtroſque neſcio.*

19. FRIGIDA PVGNAB. CALIDIS &c] ἐναλλαγμός. Diceret enim Græcus, τὰ ψυχρὰ ἐμάχοντο τοῖς θερμοῖς. Virg. 4. Æneid.

— *Placidóne etiam pugnabis amori?*

Catullus in carm. Nupt. *Noli pugnare duobus.* Sulpitia poëtria: *Primaq́; Romanos docuit contendere Graijs.*

20. SINE POND. HABENTIA PONDVS] Non vult Ouid. quod Scaliger comminiſcitur, idem numero pondus habuiſſe: & non habuiſſe: idem humidum, & non humidum, ſeu aridum fuiſſe: ſed, vt rectè notauit Turnebus, τὰ βάρος ἔχοντα reluctata τοῖς ἀβαρέσι, quibus pondus inerat, pugnaſſe pondere vacantibus, leuia grauibus. Idem de reliquis contrarijs qualitatibus hîc recenſitis affirmandum.

Digeſtio τοῦ χάους in quatuor elementa: eorum qualitates, & poſitura.

II.

Hanc Deus, & melior litem natura diremit.
Nam cælo terras, & terris abſcidit vndas,
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cælum.
Quæ poſtquam euoluit, cæcoque exemit aceruo,
Diſſociata locis concordi pace ligauit.
Ignea conuexi vis, & ſine pondere cæli
Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi leuitate locóque.
Denſior his tellus, elementáque grandia traxit,
Et preſſa eſt grauitate ✝ *ſui. circumfluus humor* ✝ ſua.
Vltima poſſedit, ſolidúmque coërcuit orbem.

21. HANC DEVS ET MEL. LIT. NAT. D.] Diremit litem & pugnam, quoniam ſeparata ab inuicem, & ſuum quæque nacta locum, pugnare deſierunt. Meliorem naturam huius conflictus elementorum & qualitatum diſtributione facta velut ſequeſtram ac pacificatricem fuiſſe pronuntiat. Quo nomine capiendus ipſe Deus, vt & ſit particula exponens. *Deus, id eſt, melior natura*, vt vult Regius. Priſci namque Deum *naturam* vocabant. Seneca natural. 2. cap. 45. *Vis illum naturam vocare? non peccabis. Eſt enim ex quo nata ſunt omnia, cuius ſpiritu viuimus.* Deum Stoicos ſæpe vocaſſe *rerum naturam*, docet Lipſius Phyſiolog. Diſſertat. 5.

22. NAM CÆLO TERRAS, &c] Ab hoc verſu vſque ad illum,

Induit ignotas hominum conuerſa figuras,

(ſunt autem LXVII) exponitur qua ratione Deus mundum produxerit: immò verò quo pacto eum iam exiſtentem, ſed confuſè ac perturbatè exiſtentem, pulchrè, prouidè, ſapienter diſtinxerit, expoliuerit, exornauerit: ſingulis nimirum partibus ac membris eius per loca ſibi conuenientia diſtributis, conformatis, & peculiari animantium genere ditatis, & ſuis demum, ac proprijs quibuſdam opibus inſtructis & locupletatis. Perſpicis ex iſto tot verſuum argumento, & ſumma quadam, Deum opt. max. non tam κτιστὴν *conditorem*, è nihilo ſcilicet (quod tamen omnes credimus & confitemur) B quàm κατακοσμητὴν *exornatorem*, *ac diribitorem*, à poëta introduci: quantumuis rerū opificem, & mundi fabricatorem, ſed minùs propriè nominet. Nihil enim fabricat. Idem in Timæo fecit Plato. Iam illud, infrà ſect. 6. *mundi melioris origo*, oſtendit alium antea fuiſſe mundum, cuius ipſe nō ſit origo. Latuit hoc magnum myſterium profanos, quod Moſes primus litteris ſuis patefecit, & in altiſſima caligine lumen clariſſimum nobis extulit. Qui quòd terrarum duntaxat nominauit (*In principio creauit Deus cælum & terrā*) exiſtimat Baſilius Magnus homil. 1. in Hexaëm. cauſſam eſſe ex duabus alteram: quòd mutuò commiſta C ſint, & in terra aqua, aër, ignis, ſicut in cæteris alia inueniantur, etiamſi ſuum ſingula locum ſortita ſint. Quanto tandem veriùs, pleniùs, diſertiùs falſarū religionū oppugnator & euerſor acerrimus Lactantius lib. 2. c. 10. *Fecit Deus primū omnium cælum, & in ſublime ſuſpendit, quod eſſet ſedes ipſius Dei conditoris. Deinde terram fundauit, ac cælo ſubdidit, quā homo cum cæteris animalium generibus incoleret. Eam voluit humore circumfundi ac contineri. Suum verò habitaculum diſtinxit claris luminibus, & impleuit: ſolis ſcilicet, lunaq́; orbe fulgentis, & aſtrorum micantium ſplendentibus ſignis adornauit*: & quæ ibidem ſequuntur plura, lectu periucunda. De natis autem animantibus ab initio diſputat cap. 12. & aniquorum delitamenta conuellit. Vide inſuper Euſeb.

Præparat.

Præparat. Euang. lib. 1. cap. 4. de origine mundi, Diodorum Siculum, & Cenſorinum de die natali ca. 2. vanitatemque & cæcitatem Gentilium deride. Ariſtides orat. 1. tomo 1. Iouem mundi fabricatorem ſtatuit eamque fabricationem & partium diſpoſitionem facundiſſimè deſcribit. Tu tantùm *Iouis* nomen in *Dei* nomen tranſmuta: quod nobis Chriſtianis in alijs quoque crebrò faciendū, quæ de illo commentitio *deo* falsò & impiè aſſeruntur.

23. ET LIQVID. SPISSO S. AB A. CÆLVM] *Cœli* nomine & orbes ipſos cæleſtes, & ignis elementum comprehendit: quem cur *liquidum* dicat Maro eclog. 6. *& liquidi ſimul ignis*, docui in Symbolis Virgilian. ex Turnebo lib. 10. Aduerſar. cap. 5. quæ etiam in cælum conueniunt. *Liquidum* quippe appellatur, quod defæcatum, quod purum, quod non turbidum, quod clarum, quod ſincerum, à vino colis defæcato translatione ducta.

24. QVÆ POSTQ. EVOLVIT.] Erant igitur conuoluta & implicita inter ſe.

CÆCOQ. EXEMIT ACERVO] Quoniam congeries illa ac moles elementorum indiſcretorum carebat luce, iacebatque in altiſſimis tenebris. *Cæcum* ποιητικῶς Poëtis quod non cernitur, cùm ſit corpus: quod latet; quod occultum eſt. Virgil. 2. Æneid. *Limen erat, cæcæq; fores*. Sic alibi ſaxa ſub vndis latentia vocat *cæca*. Et 3. *cæcis erramus in vndis*, quas nimirum propter tenebras minimè videbamus.

25. CONCORDI PACE LIGAVIT] *Pax* colligat ac deuincit quodammodo animos: vnde *vinculum pacis*. diſcordia disiungit & alienat. Latenter Empedoclei dogmatis nos admonet. Ille enim principia rerū quatuor eſſe elementa aſſeruit, duas autem facultates, amicitiam & litem: quarum illa coniungeret, hæc disiungeret: ac proinde illa ad rerum ortum, hæc ad interitum valeret. Plutarch. de placit. Philoſoph. lib. 1. cap. 3.

26. IGNEA CONVEXI VIS, &c.] Iterum de his legas 1. Faſt. & 15. lib. Metam. in concione Pythagoræ, quibus conſentanea Plin. lib. 2. cap. 5. Diſtributionem hanc elementorum, ſiue deſcriptas eorum ſedes ex hoc ipſo loco Ouidij expreſſit in 1. de Raptu Claudianus:

—— Veterem qua lege tumultum
Diſcreuit natura parens, & ſemina iuſtis
Diſceſſere locis. quidquid leue, fertur in altum:
In medium grauiora cadunt, incanduit æther;
Legit flammea polum; fluxit mare; terra pependit.

Obſeruandum, quam dicit Naſo *diſcordiam rerum*, & mox *litem*, à Claudiano dici *veterem tumultum*. Item *Semina*, quæ à Philoſophis prima & ſimplicia corpora. De conſenſu porro ſingulorum elementorū cum locis proprijs diſſerit Fracaſtorius de Sympathia & Antipathia cap. 3. Præterea quam hîc Naſo *igneam vim cœli*, Tibull. *igneum ætherem* nominauit. *Aether*, inquit M. Tull. 2. de nat. Deor. nominatur *ardor vltimus, & vndique circumfuſus, & extremus, omnia cingens & complectens*. Quo vocabulo cùm quartum ac ſupremum elementum afficiat, ab ardore nimirum, αἴθειν enim eſt ardere, eodem nihilominus cælum dici affirmat lib. 2. quaſi illud ignea natura conſtare fateretur.

27. SVMMA IN ARCE] Quòd arces in editioribus locis ædificarentur, ſæpe videas loca alta & ſublimia *arces* appellari. Et ab *arce cœli* nihil eſt aliud, quàm à ſublimi & excelſo cœlo. Dicta autem *arx*, quòd inde facilè hoſtes arceantur. Et tutiùs ex edito, quàm ex plano pugnatur. De locis elementorum, eorumque diſpoſitione Cicero 1. Tuſcul. partita habere & diuiſa inter ſe momenta: terrena & humida ſuopte nutu ſuoque pondere ad pares angulos in terram & in mare ferri: reliquas duas partes vnam igneam, alteram animalem, vt illæ ſuperiores in medium mundi locum grauitate feruntur ac pondere: ſic has rurſum rectis lineis in cælum ſubuolare. Hoc loco elegans & eruditum, planeque phyſicum theorema Nemeſij ex lib. de natura hominis, cap. 5. ſuper ſitu & diſpoſitione elementorum afferre libet. *Sunt autem elementa*, inquit, *ſibi mutuo contraria, quæ duas habent qualitates contrarias, vt aqua frigida & humida igni calido & ſicco: & terra ſicca & frigida aeri calido & humido. Quoniam autem contraria copulari ſibi non poterant, ſi non eſſet medium quoddam vinculum, quod ea colligaret, qui hunc mundi ornatum molitus eſt Deus, inter terram & aerem quæ contraria ſunt, aquam poſuit, duasq; ei qualitates dedit, humorem & frigus, quibus cum extremis copulatis, ea colligare poſſet.* Nam *frigore cum terra neceſſitudinem habet, humore cum aëre coniungitur. Inter aquam item, & ignem, quæ contraria quoque ſunt, medium aerem interiecit, qui humore cum aqua, calore cum igni conuenit. Atque ad iſtum modum contraria coniunxit, interiectis naturis quibuſdam vincientibus, quæ & ſeipſas, & ea quæ vincirent aſtringerent. Tale enim vinculum optimum eſt.* Verùm de *elementorum* omnique adeò rerum *natura* Sebaſt. Foxius Hiſpalenſis in Phyſicis, Platonem cum Ariſtotele comparãdo, diſſerit, & in Alcinoum Platonicum Iacobus Carpentarius, & Gaſpar Contarenus Cardin. libris v. quos, ſi lubet, legito.

28. PROXIMVS EST AERE ILLI] *Iouis* nomine æther, ſiue ignis, *Iunonis* aër μυθολογικῶς ſignificatur. Et quoniam calor ille æthereus agit in aërem, cuius ſumma pars ad ætheream puritatem propiùs accedit, hinc Iunonem Iouis & *ſororem* & *coniugem* dixerunt.

29. DENSIOR HIS TELLVS] Non ſunt denſa ignis & aër. Comparatiuum pro poſitiuo ſæpius adhibemus. *Solidum orbem* mox vocabit.

ELEMENTAQ. GRANDIA TRAXIT] Iacobus Crucius *hylem* intelligit, in qua ſit fæx elementorum omnium. Id eſt ignis ſordidior, aër, aqua & terra ſordidiora: vt terra idcirco grandia elementa traxerit, quatenus in eam ſordes & excrementa elementorum confluxerint. Nam & Lucret. lib. 5.

Sic igitur terra concreto corpore pondus
Conſtitit, atque omnis mundi quaſi limus in vnum
Confluxit grauis, & ſubſidit funditus vt fæx.

Claudianus dicit, *In medium grauiora cadunt*. Quæ ipſe *grauiora*, Ouidius dicit *elementa grandia*. Vterque illa corpora maximè bruta, & ad terræ naturam quàm proximè accedentia ſignificat.

30. ET PRESSA EST GRAVITATE SVA] Quia grauis, imò grauiſſima, ob id depreſſa eſt, & ſubſedit, & deſcendit in locum infimū, quem petit quidquid graue eſt. Manilius:

Vltima ſubſedit glomerato pondere tellus.

In rotundo autem medium eſt infimum.

Idonea partium huius vniuerſi, elementorumque diſpoſitio, dignitati videlicet eorum & naturæ conſentiens, videtur flagitare, vt quod inter illa eſt ignobilius & contemptius, loco extremo & infimo collocetur. Locus infimus eſt, qui longiſſimè à cælo abeſt, & *centrum mundi* vocatur. Quocirca, quoniam

terra cum reliquis elementis collata vilior videtur (eſt enim bruta, & craſſa, & obſcura duntaxat moles) infimum locum, ipſumque centrum non immeritò occupauit. Hæc popularis, & captu facilis eſt ratio. Nequiuerunt intelligendo aſſequi veteres quidam Philoſophi, quînam tanta vaſtitas nullis fulcimentis, in medio immenſi cuiuſdam ſpatij ſtabilis & quieta conſiſteret. Hinc Xenophanes Colophonius terram ab imo quaſi in quandam infinitam radicem extendi; Empedocles infinitam profunditatem illius; Thales Mileſius aquæ, vt lignum, innatare; Anaxagoras & Democritus ob latitudinem diuidere aërem non poſſe, atque ideo in illo ſic hærere opinati ſunt. Aliquid tamen rationum videamus: Plin. lib. 2. cap. 69. *Mediam eſſe terram mundi totius, haud dubijs conſtat argumentis: ſed clariſſime æquinoctij paribus horis. Nam niſi in medio eſſet, æquales dies noctesq́ꝫ haberi non poſſe deprehenderunt & dioptra, quæ vel maxime id confirmant: cùm æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occaſusq́ꝫ cernatur, & ſolſtitialis ortus per ſuam lineam, brumalisq́ꝫ occaſus. Quæ accidere nullo modo poſſent, niſi in centro ſita eſſet.* Hæc de ſitu, de quo & 6. l. auctor.

Et quantum à ſummis, tantum ſeceſſit ab imis
Terra, quod vt fieret forma rotunda facit.

Nunc de quiete. Quamobrem non cadat, idem eodē lib. c. 65. Nam *ſicut ignium ſedes non eſt niſi in ignibus, aquarum niſi in aquis, ſpiritus niſi in ſpiritu: ita terræ, arcentibus cunctis, niſi in ſe, locus non eſt.* Conuenienter cauſſæ huic Turnebus, vbi & propoſitum poëtæ locum explanat iſto modo, libr. 4. cap. 17. Tellurem ait Ouid. ſuo pondere ſuſpenſam retineri, cùm potiùs in præceps & abruptum ire debeat. Sed nec *pondere*, verùm *ponderibus* dixit: *ponderibus librata ſuis*. Exiſtimo ab eo ſignificari, ita in medio vniuerſi cardine pendere terram, vt cùm tantumdem vndique ponderum habeat, nulla propenſio ei in hanc, vel in illam cęli partem, nullàque inclinatio ſit: quam & quietis terræ cauſſam Plato in Phædone exiſtimat eſſe, & *ἰσοῤῥοπίαν* Græci vocant. Nam ſic vndique examinata ponderibus ſuis, neque in mediæ noctis metam, neque in medij diei punctum fertur, nutu ponderum æqualiter vtrinque reſiſtente; obnitūtur enim, & repugnant. Nec in ortum, vel occaſum propendebit, cùm tantumdem ponderis retrahentis vtrinque ſit. Itaque ſi in ortum inclinetur, repugnabunt pondera eius, in occaſum vergentia. Hæc ille. De motu terræ quid ſenſerint veteres, diſcas ex Plutarcho de placitis Philoſ. lib. 3. c. 13. Terram ab aëre vehi, ſuſtinerique, vt quidā, alij ab aqua, credebant. Lucan. — *dum terra fretum, terramq́ꝫ leuabit aer.* Claudian. de 4. conſulatu Honorij:

Et qui perpetuò terras ambitq́ꝫ vehitq́ꝫ,
Nec premat incumbens oneri, nec cedet aër.

Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 21. *Quis enim ambigat matrem deûm terram haberi? Hæc enim leonibus vehitur, validis feruore atque impetu animalibus, quæ natura cæli eſt, cuius ambitu aër continetur, qui vehit terram.* Proferūt hęc teſtimonia alij. Adiunge Epicureum ex Laërtio, *τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐποχεῖσθαι ὡς συγγενῆ, terram in aëre vehi, vt cognatam.* Nicetam Syracuſium ex Theophraſto narrat

A in Lucullo M. Tullius ſenſiſſe, cælum, ſolem, lunam, ſupera denique omnia ſtare: neque præter terrā rem vllam in mundo moueri: quæ cùm circum axem ſe ſumma celeritate conuertat, eadem effici omnia, quę ſi ſtante terra cælum moueretur. Eiuſdem opinionis & Cleanthes Samius fuit. Plura Pet. Victorius libr. 22. Variar. Lect. cap. 3. Sed hæc ſomniorum ſimilia ſunt. Gregorij Theologi verba auſculta ex orat. 2. de Theologia: *Dic age qui fiat, vt terra firma & inflexa ſtet, à quo vehatur, cuius adminiculo fulciatur, quidq́ꝫ rurſus fulturam illam ſuſtineat. Neque enim quidquam rationi quo nitatur, occurrit, ſi diuinam voluntatem exceperis.*

B 30. CIRCVMFL. HVMOR VLTIM. POSSEDIT] Aqua vltimum eſt elementorum, quatenus terram cingit & ambit: non autem habita ratione centri, cui vicinior terra. Duæ ſunt veterum philoſophorū opiniones de *mari*, (Scalig. Hypercrit. cap. 7.) Quidam aſſerebant mare eſſe quaſi lacum in terra: ambiri enim ab ea, atque in ſinu eius contineri, ripis quaſi circumiectis. Alij contrà, terram vniuerſam eſſe inſulam: id quod ſanè verum eſt. Nullum enim mare eſt, præter Caſpium, quod non continenti tractu cum alio mari continuetur.

31. SOLIDVMQ. COERCVIT ORBEM] cohibuit, cōplexus eſt terræ vltima, extima, oras illius. Quanquam non ſtatim orbis perfectus fuit: ſequitur enim quatuor verſu, — *Ne non æqualis ab omni*
Parte foret,

C in ſpeciem magni orbis glomeratum eſſe. Quatuor elementa recenſens Poëta, aquæ loco, vti vides, *mare* nominat. Eſt enim aquarum generalis collectio: & omnis congregatio aquarum, ſiue ſalſæ illæ, ſiue dulces ſint, *ἀκυεὺς maria* nuncupantur, iuxta illud, *& congregationes aquarum appellauit maria.* Iſidor. libr. 13. Eſt itaque mare aquarum pars potior, & tanquam immenſus earum inexhauſtusque theſaurus. Quinimmò, vt tradit D. Baſilius homil. 4. in Hexaēm. aqua marina humoris omnis terram irrigantis fons & origo eſt. Rationes ibidem lege. Corpora ſimplicia dicuntur, quandoquidem non alia concretione, ſed materia, & forma tantummodo continentur, atque ex ijs reliqua corpora, pręter cęlum (quod quinta quadam natura conſtare docet Ariſtoteles) coag-

D mentantur. Proditum eſt etiam literis, plures Phyſicos, nec eos contemnendos, num elementum aliquod, ignis puta, aëre ſuperius, & orbi Lunæ proximè ſubeſſet, in dubitatione poſuiſſe: quoſdam negaſſe. Tetradis huius neceſſitudinem libr. 2. de cælo demonſtrauit Ariſtoteles. Quid porrò differāt principium, & elementum: & quodnam ex his primo loco procreatum ſit, Plutarch. de placitis lib. 1. cap. 2. 6. 7. Chriſtiani cum cælis omnia elementa ſimul producta credimus: ideoque rotunda & globoſa, quò inferiora ſuperiorum ambitu complexuque cōtineri poſſent. Nam quòd vniuerſi partes ac mēbra ſunt, ob id figura hæc illis apta inprimis & idonea eſt. Adde, quòd propter incolumitatem, ſalutemque animantium ex aquis, terram partim interſecantibus & intermeantibus, partim circumdantibus, & ex ipſa terra vnus effectus eſt globus.

Terræ, aquarúmque conformatio, diſtinctio. Cæleſtes quinque Zonæ, ac terreſtres totidem.

Sic ubi diſpoſitam, quiſquis fuit ille deorum, III.
Congeriem ſecuit, ſectámque in membra redegit:
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret, magni ſpeciem glomerauit in orbis.
Tum freta diffudit, rapidíſque tumeſcere ventis
Juſſit, & ambitæ circumdare littora terræ.
Addidit & fontes, & ſtagna immenſa, lacuſque,
Fluminâque obliquis cinxit decliuia ripis.
Quæ diuerſa locis partim ſorbentur ab ipſa:
In mare perueniunt partim: campóque recepta
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulſant.
Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles,
Fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes.
Vtque duæ dextra cælum, totidemque ſiniſtra
Parte ſecant Zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura dei: totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu.
Nix tegit alta duas: totidem inter vtramque locauit,
Temperiémque dedit miſta cum frigore flamma.

32. QVISQVIS F. ILLE DEORVM] Fuiſſe deum non dubitat: nam ſuprà dixit: A
Hanc deus, & melior litem natura diremit.
Quo eum nomine appellet, dubitat, vel potiùs neſ[illegible]. Non enim Iouem hoc honore dignandum cenſet, quod facit Ariſtides Rhetor, adulterum illum magnum, rerum opificem & conditorem inducens, vt ſuprà docui.

3[illegible]. DISP[illegible]S. CONGERIEM SECVIT] Non priùs diſpoſitam ſecuit, ſed ſecuit & diſpoſuit rudem illam indigeſtámque molem, & cæcum aceruum. [illegible]

IN M[illegible]MBRA] in quatuor elementa, quæ ſunt membra & partes mundi, prægrandia membra prægrandis corporis.

34. NE NON ÆQVALI AB O. PARTE] Ro- B
tun[illegible]tati repugnat ab aliqua parte inæqualitas. Et eſt definitio rotundi, quod ex omni parte eſt æquale.

[illegible]5. MA[illegible]NI SPECIEM GLOMER. IN ORB.] Ci[illegible]. de nat. deor. *Terra vndique in ſeſe nutibus conglobata.* [illegible]erram quidam putauerunt non globoſam, ſed [illegible] pani, quorum duo argumẽ[illegible] refutat Ariſtoteles 2. de cælo cap. 13. V[illegible]de [illegible] apud Plutarch. de placitis li. 3. [illegible] propter amplitudine[illegible]. Conti[illegible] Ariſtoteli mil[illegible] [illegible] [illegible]archo 34625. Propter or[illegible] [illegible]que infi[illegible] [illegible] med[illegible] & fi[illegible]e ca[illegible]tem, Ho[illegible]erus [illegible]

A 36. TVM FRETA DIFFVDIT] Ad marium immenſitatem pertinet *diffudit.* Mare magnum & ſpatioſum vocat Dauid pſalm. 103. Eius magnitudinem & lenitatem admiratur Nazianzenus orat. 2. de Theolog. *Fretum* ait Varro dictum à ſimilitudine feruentis aquæ, quòd in fretum ſæpe concurrat æſtus, atque effe[illegible]eſcat. *Fretum* Iſidoro libr. 14. quòd ibi ſem[illegible] mare ferueat, vt Gaditanum, vel Siculum.

R[illegible]PIDISQ. TVMESCERE VENTIS IVSSIT] Dominantur in mari venti, qui proinde eius *arbitri* Horatio, & in eo ſæpius bella gerunt, ode 3. lib. 1.

Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus: nec timuit præcipitem Africum, B
Decertantem Aquilonibus:
Nec triſtes hyadas nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Hadriæ
Maior, tollere, ſeu ponere vult freta.

Lucret. lib. 2.

Suaue mari magno turbantibus æquora ventis
Alterius magnum e terra ſpectare laborem.

Tumida æquora Vi[illegible]il. 1. Æneid quoniam venti
Incubuere mari totumq; a ſedibus imis
Vna Eurusq; Notusq; ruunt &c

lib. [illegible]. *Nos tumidum ſub te permenſi classibus æquor.*

37. AMBI[illegible]Æ C[illegible]CVMD. LITTORA T[illegible]RRÆ] Suprà, — *Nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

38. ET FONTES, ET STAG[illegible]A IMM. LACVS[illegible]]

Fontem quòd è terra funditur, Varro & Feſtus nominatum volunt. *Stagnum*, quòd in eo aqua perpetuùm ſtet. Feſtus, lacus, lacuna magna, vbi aqua contineri poteſt. A

39. FLVMINAQ. OBLIQ. CINX. D. RIPIS] Stat. 4. Thebaid. *& amfractu riparũ incurrunt Heliſſus.* Merito, inquit Philo lib. de mundi opificio, terræ quoque antiquiſſimæ matrum, ac fœcundiſſimæ naturæ tanquam mammas dedit amnium fluenta fontiumque, vt ſtirpes rigentur, & omnia animalia potum copioſum habeant. Fluuij naturam lapſus anguium exprimunt, & ita ripas obliquas efficiunt. Hinc dij fluuiorum præſides, propter riparum alueorumque curuitates flexusque, ad cornuum taurinorum ſimilitudinẽ *cornuti* fingebantur. Vide Hieron. Magium li. 4. c. 1. Miſcellan. *Amniũ cornua*, inquit Turneb. libr. 23. ca. 5. etiam ipſorum oſtia & ora dicuntur, vt apud Maronem, *Rhenuſq; bicornis*: exit enim duobus oſtijs in Oceanum. Sic Valer. Flaccus lib. 8. B

Haud procul hinc ingens Scythici venit impetus Iſtri,
Fundere non vno tantùm quem flumina cornu
Accipimus.

Septem quippe alueis, vt ait, in Pontum ſe exonerat.

40. PARTIM SORBENTVR AB IPSA] Flumina, quæ terræ latebras ſubeunt, & rurſum alibi emergunt, ſunt *Ladon* Arcadiæ, de quo Pauſanias; *Alpheus*, de quo Virg. 3. Æneid.

—— Fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.

Conſule Symbola noſtra Virgiliana. De *Nilo* Plin. li. 5. cap. 9. Ex hoc lacu profuſus, indignatur fluere per arenoſa & ſqualentia, conditque ſe aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore, in Cæſarienſis Mauritaniæ gente Maſſæſylûm erumpit, & hominum cœtus veluti circumſpicit, iiſdem animalium argumentis: iterum arenis receptus conditur: rurſum XX. dierum deſertis ad proximos Æthiopas: atque vbi iterum ſenſerit hominem, proſilit fonte, & veriſimile eſt, illo quem Nigrim vocant. De *Euphrate* Philoſtratus in vita Apollonij Tyanæi lib. 1. cap. 14. Sunt qui dicant in paludem quandam partem maximam Euphratis abſorberi, ita vt ad mare non perueniat: ſed in terra curſus ſui finem naneiſcatur. Quidam & audaciùs de eo loquentes, aſſerunt, ipſum cùm diutius ſub terra fluxerit, rurſus in Ægypto apparere, & Nilo commiſceri. Adnumera his ex lib. huius operis XV. *Lycum* & *Eraſinum*, & lege quæ ibidem diſſerimus. Videtur porrò Ouidius hoc loco de iis loqui fluuijs, qui ſic humo abſconduntur, vt non ampliùs deinde alibi in apertum emanent, nec in mare deuoluantur. Cuius generis exempla nondum legi. C D

41. IN MARE PERVENIVNT PARTIM] Infrà, vbi plurimos fluuios ad Peneum vel gratulatum, vel conſolatum conueniſſe dicit, nominatis aliquibus ſubijcit:

Moxq; amnes alij, qui quà tulit impetus illos,
In mare deducunt feſſas erroribus vndas.

Lib. 4. — *Vtq; fretum de tota flumina terra,*
Sic omnes animas locus accipit ille.

Et in fine 8. libri:

Vtq; fretum recipit de tota flumina terra,
Nec ſatiatur aquis, peregrinos que ebibit amnes.

Sic Plaut. Curcul. *Quiſnam hic fluuius eſt, quem non recipiat mare?* Lucret. lib. 6.

Principio mare mirantur non reddere maius
Naturam, quò tantum fiat decurſus aquarum,
Omnia quò veniant ex omni flumina parte.

Cur mare incrementum non capiat, cùm omnia flumina fontesque recipiat, cauſſas aliquot profert Iſidorus lib. 13. cap. 14.

CAMPOQ. RECEPT. LIBER AQVÆ] latiſſima planitie ſpatio ampliſſimo. Sic infrà:

Terra ferax dum terra fuit: ſed tempore in illo
Pars maris, & latus liquidarum campus aquarum.

Virgil. lib. 6. *Principio cælum, & terras, camposq; liquentes.* Nominauit etiã *campos ſalis*, & *Neptunia prata*. Plaut. Trinum. vbi Charmides ſenex Neptunum compellat, cuius beneficio ſaluum ſe nauigaſſe arbitratur:

—— Namque abſque te foret, ſat ſcio, in alto
Diſtraxiſſent, diſq; tuliſſẽt ſatellites tui me miſerum fœdè,
Bonaq; omnia ita vnà mecum cæruleos per campos.

42. PRO RIPIS LITTORA PVLSANT] De ſignificatu vocum *littus* & *ripa*, lege diſputationem Franciſci Floridi lib. 1. cap. 10. Virgil. eclog. 9.

Inſani feriant ſine littora fluctus.

43. IVSSIT ET EXTENDI CAMPOS, &c.] Obſerua propria verba cuique reddita. *Campi extenduntur, valles ſubſidunt, ſylua teguntur frondibus, montes ſurgunt.* Nazianzenus terram conſiderans: *Qui fit*, inquit, *vt illa partim in montium vertices aſſurgens, partim in campos ſubſidens, idq; varie & multipliciter, ac denique paulatim alternando commutata, tum ad hominum vſus vberior affluentiorq; ſit, tum varietate ipſa iucundior*, &c. Maximè varium, longeque pulcherrimum & amœniſſimum eius ornatum deſcribit in Annalibus ſuis Conſtantinus Manaſſes, pag. 4.

45. DVÆ DEXTRA, TOTID. SINISTRA] *Dextra* pars mundi hîc accipienda eſt de ſeptentrione, *ſiniſtra* de meridie. Liuius lib. 1. *Augur dextras ad meridiem partes, læuas ad ſeptentrionem dicit.* Plinio contrà, *læua* ſunt exortiua, *dextra* occidua, antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. Vide libr. 2. cap. 3. Varroni quoque *ſiniſtra* ab oriente ſunt in templis effandis, *dextra* ab occaſu, antica ad meridiem, poſtica ad ſeptentrionem. Turneb. lib. 18. cap. 35. De iiſdem Rhodigin. lib. 1. cap. 10. & 11. Pierius hieroglyph. lib. 3. in *Tauro*, pag. 24.

46. CÆLVM SECANT ZONÆ] Huc aſciſce carmina Virgilij de quinque Zonis Georg. 1. & cũ Ouidianis compone, vt & Claudiani deſcriptionem ex 1. de Raptu. Exponens enim quo pacto Proſerpina telę ſuæ ſpeciem 4. elementorum ac cæli intexuerit, etiam hæc de Zonis adiungit:

Addit quinque plagas: mediam ſubtemine rubro
Obſeſſam feruore notat; ſqualebat adustus
Limes, & aſſiduo ſitiebant ſtamina ſole.
Vitales vtrimque duas, quas mitis oberrat
Temperies habitanda viris: tum fine ſupremo
Torpentes traxit geminas, brumaq; perenni
Fœdat, & æterno conſtringit frigore telas.

Legitur item, quamuis longiuſcula, apud Tibull lib. 4. hoc principio: *Et quinque in partes totus diſponitur orbis.* Meminit & Horat. lib. 1. ode 22. & rurſum lib. 3. ode 24. *Quinque Zonas* vocarunt Aſtrologi quina ſpatia, in quæ extimam cæli ſuperficiem vtiliter, nempe ad Solis, Lunæ, reliquorumque ſiderum motus dignoſcendos, ad viciſſitudines temporum diſtinguendas, ad regionum denique qualitatem diſcernendam diuiſerunt. Martiano Capellæ [illegible] *cingulis, circuli*; modò ne lineas ipſas, ſed lineis, ſeu peripherijs circulatam, diſcretam ac ſeparatam planitiem.

tiem intell... Paucis ac dilucidè ſuper his Macrob. in Somnium Scip lib. 1 cap. 15. *Quinque alij circuli paralleli vocantur. Horum medius & maximus eſt æquinoctialis. Duo extremitatibus vicini, atque ideo breues, quorum vnus ſeptentrionalis, alter auſtralis. Inter hos & medium duo ſunt tropici maiores vltimis, medio minores. Et ipſi ex vtraque parte Zonæ uſtæ terminum faciunt* Hæc ille. Obſerua etiam, ſeptentrionalem ab vrſa maiore, aſtro nimirum VII. ſtellarum, ibidem aſpectabili, *arcticum*: ſicut qui eundem è regione, a polo ſcilicet auſtrali, reſpicit, *antarcticum* nuncupari. ἄρκτος enim *vrſa*.

48. CVRA DEI] id eſt, *Deus*. 1 Faſt.

Hæc igitur vidit trabeati cura Quirini,

id eſt, Quirinus, ſiue Romulus Horat. ode 21. libr. 3. *Narratur & priſci Catonis ſæpe mero caluiſſe virtus.* Eode 3. lib. 1 *Perrupitq; Acheronta Herculeus labor.* Catull. de nupt. *Simul & decus innuptarum*, id eſt, innuptas. Virg. Georg. *ferri rigor*, pro rigidum ferrum. Ennius:

Olli reſpondit ſuauis ſonus Egeriæ,

pro Egeria ſuauiloqua. Eiuſdem ordinis ſunt apud Propertium *amor, error Herculis*, pro amante, errante Hercule; *Pactoli liquor*, pro Pactolus liquidus. Græca periphraſis eſt. Heſiod. Theogon. ἀλλὰ ... ιςεδάμασσε βίης Ηρακλῆος. *Sed eum domuit vis roboris Herculei*. Homer. Odyſſ. ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, *magna ira Alcinoi.*

TOTIDEM ... PLAG. TELLVRIS PREMVNTVR] Spatijs ac Zonis cæleſtibus quinque, pari numero ſpatia & plagæ & Zonæ in terris reſpodet. De vtriſque

A ſimul agit Macrob. in Somn. Scip. lib. 2. cap. 2. & quomodo Zonæ in terra tam anguſta & contracta immenſæ cæleſtium amplitudini reſpondere queant, planum facit. Media inter tropicos, *torrida* nomen ſortita eſt quam antiqui, quòd ingentibus Solis ardoribus torretur, inhabitabilem putarunt, (quod ſecùs eſſe teſtificati ſunt, qui noſtro & patrum ſeculo nauigantes, diſtinctiſſimas oras aperuerunt Luſitani & Hiſpani, ac nouas inſulas, & incognitos terrarum tractus inuenerunt: Zonam ſcilicet mediam non ſolùm non torridam eſſe, ſed temperatam, imbriumque, perennium fontium & fluuiorum aquis, frugibus & fructibus abundantem, & variarum gentium populis, magno cæli ſoliſque fauore & ſalubritate in oli... vt item duas vltimas, ob immoderatum frigus, æternumque gelu. Reliquæ ſunt temperatæ,
B quarum vnam inter tropicum æſtiuum, & arcticum nos incolimus. Altera hyberno tropico, & circulo antarctico interiecta eſt. Quam quæ gentes habitent, multis iam & longis nauigationibus exploratum, litterarumque ſignificatione intellectum eſt. De Zonis terreſtribus vide amplius Cic. 1. Tuſcul. Plin. lib. 12. cap. 68. & de recentioribus Had. Iunium li. Animaduerſorum 3. ca. 4. & 5. ex Homero & Virgilio, quem Eratoſthenis verſus expreſſiſſe docet.

51. MISTA CVM FRIG. FLAMMA] frigore & calore mixtis, hoc enim temperamentum facit plagas medias habitabiles.

Aëris leuitas, & peculium. Quatuor venti, eorúmque regiones.

IMMINET *his aër, qui quanto eſt pondere terræ,* IV.
Pondere aquæ leuior, tanto eſt oneroſior igne.
Illic & nebulas, illic conſiſtere nubes
Iuſsit, & humanas motura tonitrua mentes,
Et cum fulminibus facientes frigora ventos.
His quoque non paſſim mundi fabricator habendum
Aera permiſit: vix nunc obſiſtitur illis,
(Cùm ſua quiſque regat diuerſo flamina tractu)
Quin lanient mundum: TANTA EST DISCORDIA FRATRVM.
Eurus ad auroram, Nabathæaque regna receſſit,
Perſidaque, & radijs iuga ſubdita matutinis.
Veſper, & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro: Scythiam, ſeptemque triones
Horrifer inuaſit Boreas: contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioque madeſcit ab Auſtro.

52 IMMINET HIS AER] Hactenus de elementis, C terra, & aqua, nunc quomodo aërem tractanerit & quid in eo inſtituerit opifex, perſpicuè ac diſtinctè exponitur.

... ND... R... TERRÆ, PON... AQVÆ ...] Non negat aërem aliquid grauitatis habere ... ad terræ & aquæ grauitatem pænè nullam ... Cùm autem ... aër ... tamen ... ignis: Suprà; *Proximus eſt aer illi leuitate, locoq;*.

54. ILLIC ET NEBVL. ILLIC C. NVB.] In media nempe regione, in qua nubes, imbres, ventique coguntur, & impreſſiones exiſtunt. *Meteora* Græci nominant, quæ cùm è ſiccis, tum ex humidis terrarum & aquarum aſpirationibus in ſublimi mirabilia fiunt.

5... HVMANAS MOTVRA TONIT MENTES] Aëris hoc ſpatium in quo generatur tonitrua, Lucret. lib. 2. vocat *cæli tonitralia templa*, βροντεῖα. *Templum* quippe

 auctore

auctore Varrone lib. 6. de ling. Lat. tribus modis di- A
citur, ab natura, ab auſpicio, ab ſimilitudine, in cælo, in terra, ſub terra. In Symb. noſtris ad illud 4. Æneid.

— Cæciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miſcent,

de hominum terrore horroreque cùm tonat cælum, eiuſque cauſſa attulimus locum Lucretij è li. 5. Ibid. ex Suetonio de Tiberio, & Caligula, quantopere tonitrua expaneſcerint. Exiſtimat vir doctus, Pythagoreorum dogma aliqua ex parte ſecutum Naſonem, relatum ab Ariſtot. 2. Analyt. vbi docet fieri poſſe, vt eadem res & propter finem aliquem fiat, & ex neceſſitate. ὥσπερ εἰ βροντᾷ ἀποσβεννυμένου τοῦ πυρὸς ἀνάγκη σίζειν, καὶ ψοφεῖν· καὶ ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοί φασιν, ἀπειλῆς ἕνεκα τοῖς ἐν τῷ ταρτάρῳ, ὅπως φοβῶνται, *vt cum igne extincto tonat, ſtridorem ac ſonitum edi neceſſe eſt: & vt Pythagorei tradunt, ad metum inferis iſta comminatione incutiendum.* B

56. FACIENTES FRIG. VENTOS] Iacobus Cruceius ſic legit hunc verſum:

Et cum fulminibus facientes fulgura ventos,

motus his verſibus lib. 3. vbi in hanc ſententiam, huiuſmodi in aëre fieri ſolita concipiuntur.

— Ergo mœſtiſſimus altum
Aethera conſcendit, vultumq; ſequentia traxit
Nubila, queis nimbos, immixtaq; fulgura ventis
Addidit, & tonitrus, & ineuitabile fulmen.

Etiam propter ſenſum, qui nullus foret, aut fatuus, nec maieſtati diuini operis reſpondens, ſi *frigora* legeris. Nam venti non modò frigora, verùm etiam calores æſtusque interdum feruentiſſimos inferunt. Vulgatam, & ab omnibus codicibus probatam lectionem nos retinemus. Nam cum fulminibus poſſunt fulgura quoque intelligi: & frigus excitari vento, præſertim Aquilone, quem *horriferum* verſu ab hoc decimo appellat, experientia notiſſimum eſt. C

57. NON PASSIM] Noluit mũdi fabricator aërem quoquoverſus ventis communem eſſe. Cauſſa ſubiungitur. De aëre agit Plinius libr. 2. cap. 38. Ibidem *ventorum regnum* vocat. Et quoniã natura ipſorum eſt flare ac ſpirare, probè Horat. ode 15. lib. 1. Nereum illos ingrato otio obruiſſe dicit, cùm Paridi nauiganti fata Troiana prænuntiare vellet.

59. CVM SVA QVISQ. REGAT, &c.] cùm nunc quiſque intra ſuos terminos cogatur flare, tamen id vix tolerabiliter facit: nimis validè & impotenter ſpirant. Quid, ſi vagari liberè ſinerentur?

60. QVIN LANIENT MVND.] Libr. 11. Alcynoë Æoli filia, quò nauigare parantem maritum regem retineat, ita de ventorum ſæuitia: D

Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora venti,
Nil illis vetitum eſt: incommendataq; tellus
Omnis, & omne fretum eſt: cæli quoque nubila vexãt,
Excutiuntq; feris rutilos concurſibus ignes.

Quin & Lucret. lib. 1. ſanctiſſimos eorum impetus, quibus omnia vexant, diruunt ac ſternunt pluſculis verſibus elegantiſſimè depingit, inducta fluminis ſimilitudine, quod auctu aquarum è monte decurrentium oppoſitas moles perrũpit, & obuia quæque ſecum rapit. *Nec ratione fluunt alia,* &c. Atque hinc adeò factum, vt ventis quoque, tanquam ſanctis numinibus vota conciperentur, ſoluerenturque: quod fecit Auguſtus *Circio*, &c. Alex ab Alex. libr. 3. cap. 22. Quem honorem Thurij *Boreæ* habuerint, diſce ex Æliano lib. 12. cap. 61.

60. TANTA EST DISCORDIA FRATRVM]

ἐπιζευγμάτων & καταχρήσεως, vt in multis animatis & inanimis, prout poëtis ludere libuit. Vocabula enim propinquitatum & cognationum ſunt hominum propriè. Sic infrà de Io in vaccam transformata:

De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.

Varro item appellauit ventos *phreneticos ſeptentrionum filios*. Proinde Ouid. non inſulsè fratres: vt item li. 6. vbi Boreas reliquos deſpiciens, & vires ſuas ambitioſiùs efferens,

Idem ego cùm fratres cælo ſum nactus aperto.

Sic Pindarus imbres *filios nebularum*. Vide Pet. Victorium lib. 23. Variar. lect. cap. .

61. EVRVS AD AVRORAM] Præfatus ventorum furorem atque rabiem, quibus ob id mundi animator aëris amplitudinem, ac vaſtitatem promiſcuè inuadendam non conceſſerit: ſed ſuum cuique tractum B regionemque attribuerit, ne pro eorum inter ſe diſcordijs mundum laniarent & euerterent, mox quatuor principum ſedes, ceteris omiſſis demonſtrat: & quò quiſque horum deſtinatus ac miſſus ſit, clarè docet: *Eurum* ad orientem, *Zephyrum* ad occidentem, *Boream* ad ſeptentrionem, *Auſtrum* ad meridiem. Hoſce quatuor ſolus eum agnouiſſe quiſpiam ſuſpicabitur, cùm multo plures ſint, vt tradit Ariſtoteles 2. Meteor. cap. 6. Seneca Natural. lib. 5. cap. 16. Plin. lib 2. cap. 48. Gell. lib. 2. cap. 22. Vitruuius lib. 1. cap. 6. & ibidem Philander, Iſidorus lib. 13. cap. 1 . Sed hæc ignoratio in tam eruditum, & rerum naturæ ſcientiſſimum vatem minimè cadit. De primarijs igitur, ſeu cardinalibus, vt vulgò dicuntur, à quatuor mundi velut cardinibus, loqui, & eos, quemadmodum & alibi, indicaſſe ſufficere putauit. Homerus quoque C Odyſſ. 2.

Σὺν δ' Εὖρός τε, Νότος τε, Ζέφυρός τε δυσαής,
Καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.

Lucan. lib. 1. has quatuor mundi plagas, vnde ſpirant his verſibus comprehendit:

Vnde venit Titan, & nox vbi ſidera condit,
Quaq; dies medius flagrantibus æſtuat horis,
Et qua bruma rigens, ac neſcia vere remitti
Aſtringit Scythicum glaciali frigore pontum.

1. Triſt. eleg 2.

Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt:
Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus aduerſa prælia fronte gerit.

Manil. lib. . compendioſiùs:

Aſper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
D *Auſter amat medium ſolem, Zephyruſq; cadentem.*

Eurus ἀπὸ τοῦ ἠῶ ῥεῖν nomen accepit, quòd flatus eius ſit ab oriente. Nam, quod Vitruuio placet, ea re, quòd ex auris procreatur, à Græcis αὖρος appellatum videri, nobis parum placet. Omnes venti ex auris progenerantur, num ideo omnes *Euri*? αὐρολιῶται præterea Græcis.

64. PROXIMA SVNT ZEPHYRO] Eundem eſſe ventum *Zephyrum*, ac *Fauonium*, aduerſus Veterum probat Franc. Floridus lib. 2. c. 5. *Zephyrus* autem quaſi ζωηφόρος, vitam ferens, aut ζοφοφόρος, ali nomiam, vnde vict iamus, profecens. *Fauonius* à fauendo. Plinio *genitalis humidi ſpiritus*. Claudiano 2. de raptu *pater veris*. quo nimirum ſpirante ver incipit. Catullo de nupt. *florum genitor*:

— Quos propter fluminis vndam
Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni.

Huic

Huic poëtæ *Chlorin*, Latinis *Floram* dictam adiungit pro vxore. Cur vétorum celerrimus, Plutarch. de caus. naturalib.cap.34.exponit.

64. SEPTEMQ. TRIONES] Aſtrum hoc in cæli vertice locatum, quoniam VII. ſtellarum poſitu & figura plauſtrium refert, Græci *ἅμαξαν*, *currum*, ſeu *plauſtrum* dixerũt: Romani à ſtellis ita iunctis, vt *triones* (boues antiquis, quòd terram arando tererent) iuncti viderentur, *ſeptentrionem*. Gell.lib.11.cap.21.

65. HORRIFER INVASIT BOREAS] A ſono & fremitu, ἀπὸ τῆς βοῆς factum ei nomen. Idem *Aquilo*, ob velocitatem flatus: aquila enim volat celerrimè.

A Homero αἰθρηγενέτης ſerenificus, Pindaro in Pyth. ventorum rex, & pater. *Flatus Aquilonios* multum adiuuare procreationem maris in pecudibus; *Auſtrinos*, fœminæ, auctor Ariſtot. 2. de generat. animal.2.& in hiſt.9.cap.19.

CONTRARIA TELLVS] meridionalis, quæ contraria eſt ſeptentrionali, quomodo occidentalis orientali.

66. PLVVIO AB AVSTRO] *Auſter* quaſi hauſter, ab hauriendis aquis: Græcè *Notus*, à νοτὶς *humor*, eſt enim humidus, & creat pluuias. S. Hieronymus *pincernam pluuiarum* nominat.

Ignis, & cælum in ſummo. Singularum mundi partium incolæ, & animantes.

V.

HÆc ſuperimpoſuit liquidum, & grauitate carentem
Æthera, nec quidquam terrenæ fæcis habentem.
Vix ita limitibus † diſcreuerat omnia certis, — † deſcripſerat. diſſepſerat. diſcerpſerat.
Cùm, quæ preſſa diu maſſa latuere ſub ipſa
Sidera, cœperunt toto † fulgeſcere cælo. — † effulgeſcere. feruеſcere. efferueſcere.
Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba,
Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæque deorum:
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ:
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.

67. HÆC SVPERIMPOS. LIQVID.] ἀνεστοίχησε pro, B *ſuper hæc impoſuit*. Reſtabat vt iam de quarto elemento, *igni* videlicet, ageret, & quid illic conditor inſtituiſſet, peculiaremque œconomiam eius nos doceret, quod facere non videtur: facit tamen, ſed ita, vt cum cælo confundat, cuius vim antè dixit eſſe igneam, & ſine pondere. Vocauit etiam liquidum: *Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aëre cælum.* Ergo ſideribus pulcherrimè diſtinctum ait, quæ ſint eius animalia: nam terræ dabit feras, ſeu quadrupedes, aëri aues, aquis piſces. Quod igitur ad verba præſcripta attinet, ſic Tibull. lib. 4.

Et vagus e terris quà fingere nititur aër,
Hinc & concretus paſſim fluit igneus æther.

Apuleius de Coſmograph. *cælum* ipſum, ſtellas, atque omnem ſiderum compagem *ætherem* vocari dicit: non quòd ſit igneus & incenſus, vt quidam putant: C ſed quòd curſibus rapidis ſemper rotetur. Hinc Ariſtot. lib. de Cælo ex ἀεὶ, & θεῖν nomen deductum vult. Tameq Ouid. huc minimè reſpiciens, igneum facit.

69. DISCREVERAT OMNIA] Lambin. in oden 13.lib.2.corrigit *deſcripſerat*. Quod ad vocis notionem, & locum ipſum attinet, non malè: eſt enim *deſcribere* etiam diſponere, diſtribuere, definire, deſignare. Cic. .Catilin. *Deſcripſiſti vrbis partes ad incendiũ.* Q. Tullius Frat. de petit. conſul. *deſcribere ſuum cuique munus.* Veruntamen ſine cauſſa, vt ſæpiùs alias. Verbis enim poëtæ rem ſatis exprimi. Ciſan. legit *diſſepſerat* à [illegible] pio. ian. [illegible] bhardus ex [illegible] *diſcerpſerat*: quod *diſcerpere* hic non tam [illegible] quam [illegible] Diſcreuerat, gloſſema eſſe, [illegible].

B 71. SIDERA, COEPER. T. FVLGESCERE CÆLO] Incredibilem cæli ornatum ex ſtellarum planetarúmque, quibus conſitum eſt, elegantia ac ſplendore depingit initio ſuorum Annalium Conſtantinus Manaſſes. Quapropter illud ſiderum pulchritudine fuit exornatum, inſtar pepli margaritis diſtincti, veſtis auro intertextæ, panni lucidis gemmis decorati. Tunc primùm illuxit ocellus ille diei ſol, magnus ille gigas, lucerna vitam nutriens, fons lucis inexhauſtus, ignis materiæ expertis domicilium, &c. pag 5. Ciof. & has lectiones affert, *efferueſcere*, *ferueſcere*, pro *fulgeſcere*, quia ſtellæ igneæ naturæ putarentur: *feruor* autem igni naturâ ineſt.

73. ASTRA TENENT CÆLESTE SOL. &c.] Ex motus aſſiduitate, & è græco aſtra dici quidam coniectant, quaſi ἄστατα, hoc eſt, οὐδέποτε ἱστάμενα, ἀλλ' ἀεὶ C κινούμενα. Exponens Ouidius quæ, & cuius generis animantia mũdi partes occupare & incolere cœperint, vt in ijs viuerent, ſuúmque genus propagarent, etiam in eorum numero *aſtra*, ſiue *ſtellas* conſtituit quin & deos ipſos, quos Platonici in ordinem animalium retulerunt; hominem ob eam cauſſam definientes *animal rationis compos, mortale*: vt per hoc diſcrimen *mortale* à dijs, animalibus morte carentibus, ſicut per *rationem* à brutis eum ſeiungerent. Sic & Porphyrius in Iſagoge: ἀλλ' ἀμφῶ τὸ λογικὸν, καὶ θνητὸν διαφοραὶ συστατικαὶ γίνονται τοῦ ἀνθρώπου. *Sed differentia rationis part. [illegible] & mort. ſic hominem conſtituunt.* Quod igitur dixit Poëta, in cæleſti ſolo præter aſtra eſſe formas deorum: hoc ipſo haud ambiguè indicat, deos eſſe animantia, cùm priùs dixiſſet, vnamquamque regionem & partem vniuerſi ſuas poſſidere animantes. Debeo iam Benedicto Pererio noſtro hunc florem:

Cæleſtia

Cæleſtia corpora animata voluerunt inprimis Chaldæi, quorum inuentum aſtrologia putatur: & qui primùm, & ante alios de natura philoſophati ſunt Græci, atque Aegyptij. Plutarch. lib. 5 de placit. cap. 20. meminit cuiuſdam libri Ariſtotelis, in quo quadripartitum genus animantium introduxerit, terreſtre, aquatile, volatile, cæleſte. Nam cæleſtium orbium dici animalia, non ſecùs atque terra. Platoni in fine Timæi mũdus & animal, & deus eſt. In Epinomide iubet aſtra vt deos à nobis coli & honorari. Stoicis quoque, quorum argumenta examinat & refutat Lactant. lib. 2. cap. 7. Aiebant ijdem, cælum eſſe mundo τὸ ἡγεμονικὸν, *ſicut homini rationẽ. Vide Plutarch. lib. 2. ca. 3. Quod ſcitum infrà attingit Ouid. vt obſeruauit Manilij Scholiaſtes.*

Siue recens tellus, ſeductaq́; nuper ab alto
Aethere, cognati retinebat ſemina cæli.

De homine enim quà particeps eſt rationis agitur. Quod & Maronem voluiſſe apparet lib. 6. de animis loquentem:

Aethereum ſenſum, atque auraï ſimplicis ignem.

A

Verùm qui mundum ingens quoddam animal aſſeruerunt, horum alij omnes eius partes vna eademq́; anima conſtare: alij orbes ſingulos ſuis animis: alij etiam vnamquamque ſtellam ſua præditam anima aſſeuerarunt. Rurſum nonnulli intelligẽtem duntaxat: alij & altricem cælo ineſſe affirmarunt, quòd Oceani, & terrarum aſpirationibus in ſublime elatis paſceretur, Heraclitus puta, & cum Stoicis Plato. Vide 2. de placit. apud Plutarch. cap. 17. Quò alluſerit fortaſſe Virgilius 1. Aeneid.

— Conuexa polus dum ſidera paſcet.

Philo Hebræus pluribus locis vitam & intelligentiam ſtellis largitur. Cælum habere animam ſentientem, auctam ſenſu interiore, phantaſia, inquam, Arabs Auicenna docuit. Denique Ptolemæus, & aſtrologi plures cælum eſſe animal decernunt. Quod magis mirum, inter noſtros Origenes libr. 7. περὶ ἀρχῶν, *& tom. 1. Commentar. in Ioannem ſtellas non modo animatas, ſed virtutis quoque & vitij capaces eſſe contendit. Sed pars negans vera eſt, habetq́; aſſertores grauiſſimos. Aientium argumentorum facilis eſt diſſolutio.* Qui plura deſiderabit, eundem Pererium adeat, qui Commentat. in Geneſin lib. 2. quæſt. 7. vbertim & accuratè in hac theſi verſatus eſt, vnde hæc compendiò petita ſunt. & Conimbricenſes noſtros in 2. Ariſtotelis de Cælo quæſtion. 1. articulo 1. & 2. Leonard. Coquæum Comment. in Ciuitat. Auguſt. lib. 13. cap. 16.

C

Ariſtides de hac animantium per ſedes & regiones ſuas diſtributione in hunc modum: *Simul porrò vt illa fabricauit, rite ſingula diuiſit, & loca diſtribuit propria ſingulis creans animalia, ſuaq́; rebus creatis ſedes & domicilia attribuens; dijs quidem cælum, tãquam arcem vniuerſi, pulcherrimum & ſplendidiſſimum, puriſſimumq́;, & quò ſenectus non pertingit: hominibus verò terram, marino autem generi mare, & volucri aerem. Etenim ita maximè dignitatem quæque ſuam iueri poſſe videbantur, ſi & natura ſua ingenioq́; coniunctas ſedes nanciſcerentur, & cognata occuparent domicilia, terreſtria quidem terram, humida mare, leuiora & ſicciora aerem, ſuperiora & ignea & reliquis incumbentia æthereũ & cælum.* Hæc ille tom. 1. orat. 1. Hîc ego quæro, ſi dij cæleſte ſolum Chao digeſto occuparunt, vbi antea latuerunt? Num in quoque elemento viuant animantes, diſputat Lælius Biſciola noſter Horar. ſubſeciuar. lib. 8. cap. 1.

D

74. CESSER. NITID. HABIT. PISCIB.] *Nitor piſcium* eſt illorum liquor & lubricitas. Aliter nitet vultus, oculi, veſtes, domus, &c. 2. de Arte.

Sylua feras, volucres aër accepit habendas,
In liquida piſces delituiſtis aqua.

Scriptores ἁλιευτικῶν piſcium geonta CLIII. reperiri

A memoriæ prodiderunt, vt ex Oppiano alibi B. Hieronymus in Euangelia obſeruat. De *Ouidij Halieuticis*, quorum ſupereſt fragmentum, ſic Plin. lib. 32. cap. 2. *Mihi videntur mira & quæ Ouidius prodidit piſcium ingenia in eo volumine quod Halieuticõ inſcribitur.* Ibid. *His adijciemus apud Ouidium poſita nomina quæ apud neminem alium reperiuntur*: ſed fortaſſis in Ponto naſcuntur, vbi id volumen ſupremis ſuis temporibus inchoauit.

75. TERRA FERAS CEPIT, VOLVCR. &c.] Hactenus animalium genera nominauit quinque, cæleſtia duo, *aſtra & deos*: aquatica, *piſces*: terreſtria, *feras*, ſub quibus & nõ feras intelligimus: aëria, *volucres*: ſextum, puta *homines*, mox nominabit, quod genus partim ad cæleſtia, partim ad terreſtria pertinere certum eſt: ſiquidem, vt grauiter Salluſt. in Catilin. *animus nobis cum dijs, corpus cum belluis commune eſt.*

B

Et quoniam de ſedibus animalium audiuimus, viſum eſt ſeparatim quærere, quotnã genera eorum ponenda ſint. D. Auguſtin. de Ciuit. lib. 8. cap. 16. ex Apuleio recẽſet 4. ætheria, *deos* nimirum; aëria, *dæmones*; terreſtria, in quibus *homines*; aquatilia, in quibus *piſces*. *Dæmones* definit animalia, animo paſſiua, mente rationalia, corpore aërea, tempore æterna. Horum quinque tria illis nobiſcum eſſe cõmunia, quartum proprium, quintum cum dijs commune. Hoc dogma ibidem excutit & redarguit ſanctus Doctor, de dæmonibus aëreis ſcilicet. Ariſtotelem quatuor generibus ea circumſcripſiſſe, teſtis in 2. de Nat. deor. etiam M. Tullius, his verbis: *Cùm igitur aliorum animalium ortus in terra ſit, aliorum in aqua, in aëre aliorum, abſurdum eſſe Ariſtoteli videtur, in ea parte, quæ ſit ad gignẽda animalia aptiſſima, animal gigni nullum putare. Sidera autem æthereum locum obtinẽt: qui quoniam tenuiſſimus eſt, & ſemper agitatur ac viget, neceſſe eſt, quod animal in eo gignatur, idem quoque ſenſu acerrimo, & mobilitate celerrima præditum eſſe. Quare cùm in æthero aſtra gignãtur, conſentaneum eſt, iiſdem ſenſum & intelligentiam ineſſe.* Hanc partitionem ſecutus videtur Ouidius. Apuleius cũ alijs quibuſdam, aues in terreſtribus potiùs, quàm in aëreis reponit. Quippe quibus ſemper omnis victus in terra ibidem pabulum, ibidem cubile: tantumq́ue aërẽ proximum terræ volando tranant. Feſſis autem remigio pennarum terra portus eſt. Varroni in 4. de ling. Lat. tria ſunt genera. Locat enim ea in *aqua, aëre, terra*, vt & Chriſtianis aues cælo, id eſt aëri, adſcribuntur. Quia verò homo non ſolùm animal, ſed præſtantiſſimum eſt animal, terreſtria in rationis capacia & rationis expertia diuidamus. Sic prætermiſſis aſtris erunt genera quatuor. Qui tria tantùm faciunt, de carentibus ratione loquuntur, cum quibus quà corpore, ſocietas eſt hominibus: ſicut quà mente, cum angelis. Hæc & his plura H. Magius Miſcellan. lib. 1. cap. 21. Cæterùm in elemento ignis nullas extare animantes, in 4 de rebus ſublimibus tradit Ariſtoteles. Nihilominus naſci in hoc noſtro igne quaſdam ex eiuſdẽ lib. 5. de hiſtoria animal. & ex lib. 2. Quæſt. nat. Senecæ, item ex lib. 11. Plinij confirmat Muretus lib. 16. Variarum c. 2. Conſulendus etiam Ælian. libr. 2. de animal. cap. 2. Caſaubon. in Æthenæum, pag. 389.

Platoni in Polit. duo tantùm ſunt genera, *ferum & manſuetum*. Ariſtoteli 1. de hiſtor. animal. tria. Aliàs enim animantes eſſe perpetuò cicures, alias perpetuò feras, quaſdam ad vtrumque horum ita flexibili ingenio, vt & cicurari & efferari facillimè poſſint. A Moſe tria recenſentur, illis verbis: *Producat terra animam*

maris viuentem in genere ſuo, iumenta, & reptilia, & beſtias terræ, ſecundum ſpecies ſuas. *Iumentorum* nomine omnia magis domeſtica, hominique familiaria, vt canes, equi, boues comprehenduntur. *Reptilium* nomine continentur tam ea, quæ carent pedibus, vt ſerpentes, quàm quæ habent: ſed breues admodum, & exiguos, quibus paulùm elato è terra corpore moueu-

A tur, vt formicæ & lacertæ. *Beſtiæ* ſunt agreſtia & fera animalia, nec humano imperio tractabilia, vt leones, pantheræ, tigres, & ſimilia. Sed quia nullo iſtorũ genere includi videntur cerui, lepores, capræ, ideo LXX. præter ſupradicta poſuerunt quadrupedia. Sunt iſta Pererij in Geneſ. lib. 1. in opere diei ſexti. De varietate volatilium ac terreſtrium Manaſſes pag. 6.

Hominis fabricatio, & diuina præſtantia.

SANCTIVS HIS ANIMAL, MENTISQVE CAPACIVS ALTÆ VI.
DEERAT ADHVC, ET QVOD DOMINARI IN CÆTERA POSSET.
Natus homo eſt: ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo:
Siue recens tellus, ſeductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat ſemina cæli:
Quam ſatus Iapeto mistam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,
OS HOMINI SVBLIME DEDIT, CÆLVMQVE TVERI
IVSSIT, ET ERECTOS AD SIDERA TOLLERE VVLTVS.
Sic modò quæ fuerat rudis, & ſine imagine tellus,
Induit ignotas hominum conuerſa figuras.

76. SANCTIVS HIS ANIMAL, &c.] *Sanctius animal*, pro, ſanctum; comparatiuus pro poſitiuo, vt loquuntur Grammatici. Sic 1. Æneid.

Triſtior & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.

Non enim cętera animalia ſancta erant. Sanctum ergo animal homo, id eſt, admirabile, ſuſpiciendum, venerandum, ſacroſanctum, minimeque violãdum, aut iniurioſiùs tractandum. Si attendas, à rebus ſex hîc laudatur *homo*; Primò, quòd ſanctus; ſecundò, quòd mentis præſtantiſſimæ compos; tertiò, quòd cęterorum animantium princeps, ac dominus; quartò, quòd diuino ſemine oriundus: ſiue illum Deus, ſiue Prometheus cõdiderit; quintò, quòd deorum ſimilis; ſextò, quòd ſolus vultu erecto, & cæleſtium contemplator. Quare autem Deus creauerit vnum tantùm hominem, & animantes in ſuo quæque genere plures, diſputat Auguſtin. Ciuitatis Dei lib. 12. cap. 21.

77. ET QVOD DOMIN. IN CÆT. P.] Cic. de Vniuerſit. *Homines deorum immortalium quaſi gentiles, & diuini generis appellantur, & omnium animalium tenent principatum.* Quaſi quædam paraphraſis horum, & antecedentium & ſequentium Poëtæ verborum eſt pſalmus 8. ab eo loco: *Quid eſt homo, quòd memor es eius*, &c. Quorum ipſorum verſiculorum (ſunt autem omnino quatuor) en tibi ex eloquentiſſimo Paraphraſte elegantiſſimã paraphraſin: *Domine, quid eſt homo, quòd eius ſaluti & commodis tanta benignitate conſulis, ac prouideſque ...iuquam, homo eſt, quod eum peſtifero morbo laborantem ...iſis & eius vulnera tuis vulneribus ...is. Tu, Dom... ...ibus illis cæleſtibus, & ab omni contr...tione ...ta ...tiu hominem pene gloria & honore exæquaſti ... memoria illi, & mentu, & cogitatione imperti... ſti, vt & præterita teneret, & futura prouideret, & compleÆti*

B *poſſet præſentia: atque aliquando ad ſupremam cæleſtium animorum dignitatem peruenire, modò ſeſe à contagione corporis integrum caſtumq; ſeruaret, ſeq; totum dederet venerationi numinis tui. Tu denique hominem huic medio mundi globo, tanquam mortalem aliquem deum præpoſitum eſſe voluiſti: neque ſolùm ea quæ gignuntur in terris, ſed etiam cælum ipſum, & admirabiles illos ſiderum fulgores ad vſus & commoditates illius creauiſti, eiuſdemq; imperio & poteſtati permiſiſti tot genera, tamq; diſparia beſtiarum cicurum ferarumq; & omnes aërias animantes, & quæ fluminibus & mari belluæ occultantur.*

78. NATVS HOMO EST] Cur vltimo loco, poſt omnia reliqua conditus ſit homo, cauſſam edit Philo de mundi opificio: *Haud priùs regem aduenire oportebat, quàm ei domicilium & palatium, & quibus indigebat, eſſent præparata. Quemadmodum & herbas Deus ante animalia condidit, vt mox pabulum reperirent.* Adde & iſtã.

C Homo eſt rerum dominus, & finis quodammodo, ob quem procreata cætera. Itaque ante illum procreanda fuerunt. Vide inſuper Pererium tomo 1. in Geneſ. pag. 449. edit. Rom. Rhodiginum libr. 2. cap. 17. & 18.

SIVE HVNC DIVINO SEM. FECIT] Plato, vt obſeruat Lambin. in Horat. ſat. 2. libr. 2. haud vnu loco tradit, *animam humanam* ἀποσπασμα μέρος τῆς παντὸς ψυχῆς *ſegmentum, ſiue ramentum, fragmentum, particulam animæ totius mundi:* & animam non ſolum à Deo eſſe, ſed etiam Dei partem eſſe. Teſtis itẽ Plutarchus in Quæſtionibus Platonicis. Senſerunt idem & Stoici. Hoc ergo dogma ...nquam falſum, attinet Poëta, ſignificans, nos mentes è diuina mẽte delibatas habere. Ita & Lucret. lib. 2.

Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi.

Quod ... en p...oſ... & explanat Lactant. libr. 4 cap 19.

cap. 10. & de opificio Dei cap. 19. Et Virgil. in 6.

Igneus eſt ollis vigor & cæleſtis origo.

Horatij autem verba ſunt hæc:

— Quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs animum quoque prægrauat ipſum,
Atque affigit humi diuinæ particulam auræ.

79. ILLE OPIFEX RERVM.] Antea, *mundi fabricator.*

MVNDI MELIORIS ORIGO.] Per quem extat *mundus melior*, id eſt mundus in ſuas partes digeſtus, & ornatus. Nam *Chaos* fuit mundus confuſus.

80. SIVE, &c. COGNATI RETINEB. SEM. CÆLI.] ſiue aliquid naturæ cæleſtis hæſit in terra, vnde formatus eſt homo.

82. QVAM SAT. IAPETO MIST. FLVVIAL. VND.] Tellus miſta fluuialibus vndis eſt lutum; & quorum melior indoles, perſpicax & prudens ingenium, de meliore luto ficti dicuntur. Iuuenal. ſat. 14.

Forſitan hæc ſeruant iuuenes, quibus arte benigna
De meliore luto finxit præcordia Titan.

Myſterium hoc infrà aperietur, de *luto* nempe duplici. Titan autem hîc eſt Prometheus Iapeti filius, Titanis nepos. Enumerat cauſſas Rhodigin. lib. 7. cap. 19. ob quas Poëtæ Prometheum hominē è luto finxiſſe prodiderint. Quod illi Iupiter apud Lucian. tomo 1. exprobrat: & cum ob hoc crimen, tum ob alia duo per Mercurium & Vulcanum ad Caucaſi montis ſaxum affigi iubet. Vides & Poëtas aliquid de fictione hominis, & quaſi per nebulam audiuiſſe: *Res eos non fefellit*, inquit Firmianus lib. 2. cap. 11. *ſed nomen artificis.* Lege quæ ibidem ſequuntur. Idem cap. 12. *Deus veri patris functus eſt officio.* Ipſe corpus effinxit, ipſe animam qua ſpiramus indidit. Illius eſt totum quidquid ſumus. Antiquorum ſapientum diuerſas opiniones de prima hominum origine recenſet Cēſorinus de die natali cap. 3. Eæ omnes falſæ, quædam, vt Empedoclis, Democriti, Epicuri, Zenonis etiam fatuæ ſunt. *Principem limum* ode 16. lib. 1. nominat Horat. primum hominem, accommodatè vtique ad veritatem. Ibidem affirmat Prometheum corpus humanum ex aliorum animalium particulis conſtituiſſe, & inſani leonis vim, id eſt, iram, ſtomacho appoſuiſſe noſtro. Claudianus 2. in Eutropiū *Epimetheum*, quoque Promethei fratrem ἀνθρωποπλάστην fingit: ſed ingenio multum ab altero differentis; quomodo ipſe, ſi nomina ſpectemus, multum à fratre diſtat.

Namque ferunt geminos vno de ſemine fratres
Iapetionidas, generis primordia noſtri
Diſsimili finxiſſe manu. quoſcunque Prometheus
Excoluit, multoq; innexuit æthera limo;
Hi longè ventura notant, dubijsq; parati
Caſibus occurrunt, fabro meliore politi.
Deteriore luto prauus quos edidit auctor,
Quem meritò Graij perhibent Epimethea vates,
Et nihil ætherij ſparſit per membra vigoris,
Hi pecudum ritu non impendentia vitant,
Nec res antè vident: accepta clade queruntur,
Et ſerò tranſacta gemunt.

Poſt hominem à Prometheo è luto formatum, fabulę habent, Vulcanum Iouis iuſſu æquè è luto mulieris effigiē formaſſe, cui Minerua animā impertiuerit, cęterique dij alius aliud, & ob id Pandoram appellatam, datamque coniugem Epimetheo, fratri Promethei, inde Pyrrham Deucalionis vxorem progna-tam. Hyginus fab. CXLII. Pro corollario notabis, cōtrà deteriore luto fictos dici, quorum ſtolida mēs

A & natura agreſtior, vt ex Claudiano perſpexiſti.

83. FINXIT IN EFFIG. MOD. CVNCT. DEOR.] Si hoc de imagine & ſimilitudine vnius & veri Dei, conditoriſque noſtri intelligas, magnum & mirabile ſubeſt ſacramentum. Secūdùm quod orat. περὶ φιλοπτωχίας benè Theologus Nazianz. Homines ſumus ampliſſimi & contemptiſſimi, terreſtres & cæleſtes, mortales & immortales, hæredes lucis & ignis, ſeu tenebrarū, prout in hanc, vel in illam partem inclinauerimus. Talis eſt noſtra mixtio. & hanc ob cauſſam, quātum ego diſpicere poſſum, conflata: vt ſi quando extollamur propter imaginem, ob puluerem contrahamur. Voces illas de Geneſi, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram* expendens Nyſſenus, vnum in creatione, alterum in electione poſitum docet. Nam vt fieremus ad imaginem Dei, dum principio procrearemur, obtinuimus: vt autem efficiamur ad

B eius ſimilitudinem, propoſito voluntateque conſequimur.

85. OS HOMINI SVBLIME DEDIT, &c.] Apuleius Apol. 1. *Eſt enim ea pars hominis loco celſa, viſu prompta, vſu fœcunda. Nā feris & pecudibus os humile, & deorſum ad pedes deductum, veſtigio & pabulo proximum, nunquam ferè niſi mortuis, aut ad morſum exaſperatis conſpicitur: hominis verò nihil prius tacentis, nihil ſæpiùs loquentis contemplare.* Plin. lib. 11. os ait eſſe viſcerum excelſiſſimum, proximum cælo capitis (id eſt, palato, quod οὐρανὸν Gręci vocant, vt viciſſim Ennius *palatum cæli* dixit.) Sed nemo melius & copioſiùs ſententiam Ouidij nobis explicabit, quàm Seneca epiſt. 94. *Illa* (natura) *vultus noſtros erexit in cælum, & quidquid magnificum mirumq; fecerat, videri à ſuſpicientibus voluit: ortus, occaſusq;, & properantis mundi volubilem curſum. Interdiu terrena aperiun-*

C *tur, noctu cæleſtia: tardos ſiderum inceſſus, ſi compares toti; citatiſſimos, ſi cogites, quanta ſpatia nunquam intermiſſa velocitate circumeant: defectus ſolis & lunæ inuicem obſtantiū,* &c. Lactantius lib. 6 cap. 20. *Aiunt philoſophi, multo eſſe præclarius, & homine dignius, cælum potiùs, quàm cælata intueri, & hoc pulcherrimum opus interinicantibus aſtrorum luminibus tanquam floribus adornatum, quàm picta & ficta & gemmis diſtincta mirari.* Veruntamen alior ſum trahit iſtam ſublimitatem oris noſtri, & ſine dubio meliùs de cauſſa ſentit lib. 7. cap. 8. *Solus ex omnibus cæleſte ac diuinum animal homo, cuius corpus ex humo excitatum, vultus ſublimis, ſtatus erectus originem ſuā quærit, & quaſi contempta humilitate terræ ad altum nititur, quia ſentit ſummum bonum in ſummo ſibi eſſe quærendum, memorq; conditionis ſuæ, qua Deus illum fecit eximium, ad artificem ſuum ſpectat.* Vide eundem lib. 3. cap. 9. & de opificio Dei cap. 8. & de ira Dei cap. 7. & Minutium

D in Octauio. Cic. 2. de nat. Deor. verba refero: *Quæ* (prouidentia) *primùm eos humo excitatos, & erectos conſtituit, vt deorum cognitionem cælum intuētes capere poſſent. Sunt enim ex terra homines, non vt incolæ, & habitatores: ſed quaſi ſpectatores ſuperarum rerum atque cæleſtium, quarum ſpectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet.* Cęleſtes res interpretabimur nos Chriſtiani, quas Paulus *inuiſibilia Dei* nominat, *ſempiternam quoque eius virtutem, & diuinitatem, quæ per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Locum Ouidianum opinor Silium verbis mutatis imitatum:

Nónne vides hominum vt celſos ad ſidera vultus
Suſtulerit Deus & ſublimia finxerit ora,
Cùm pecudes, volucrumq; genus, formasq; ferarum,
Segnem atque obſcœnam paſſim ſtrauiſſet in aluum?

Germana his loquitur & Salluſtius, Catilinariam coniura-

conjurationem exordiens. Vide inſuper Rhodigin. li. 3. c. 11. & S. Chryſoſt. concione 1. de prouidentia & fato, pag. 8 o. edit. Pariſ. Gregor. Nyſſen. de hominis opificio, cap. 8. Mea quidem ſententia nihil magnificentius de homine nec Ouidius ſcripſit, nec à quoquam dici, aut cogi poteſt, quàm hic de eius creatione legimus, modò de Prometheo commentū tollas.

87. RVDIS, ET SINE IMAGINE TELLVS] Quomodo tota illa moles, ſeu chaos fuit rude, id eſt, indigeſtū, inornatum, ſic & tellus in ipſo aceruo. Acquiſiuit imaginem, vbi nacta eſt ſuam diſpoſitionem & locum. Supra nominauit vultum:

Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,

vna imago, vnus quidam rerum permixtarum quaſi aſpectus.

88. INDVIT IGNOT. HOM. C. FIGVRAS] ignotas figu- A ras, non antè ſibi viſas. Senſum tribuit telluri. Hactenus de mundo, non tam condito, quàm diſpoſito & ornato: cuius procreatio apud Moſem longè aliter deſcribitur. Eius natalē Ægyptios celebrare cōſueſſe 12. Kalend. Aug. auctor Solin. *Sabbato* itemq; id eſt, die 7. hebdomadis à Iudæis celebratum inſtituto Moſis, Philo docet in eius vita li. 3. Nazianz. orat. 1. de pace, ecce quàm grauiter, & breuiter tamen, mundū laudet: *Mundus magnū hoc Dei elementū & illuſtre, quo Deus declaratur, taciteq; voce prædicatur. Mundus verè eſt, quod appellatur (κόσμος) atq; incomparabilis pulchritudo. Neq; eo vllum opus, quod quidem materia conſtet, aut præſtantius, aut magnificentius excogitari poteſt.* Ex ornatu & pulchritudine, ex varietate, multitudine, naturâ rerum conditarum Dei ſapientiam admirantur li. de Trinitate Tertullian. & orat. 2. de Theologia Nazianz.

Quatuor ſæcula, ac primùm de aureo.

VII.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo,
Sponte ſua ſine lege fidem, rectúmque colebat:
Pœna, metuſque aberant: nec verba minantia fixo
Aere ligabantur: nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui: ſed erant ſine iudice tuti.
Nondum cæſa ſuis, peregrinum vt viſeret orbem,
Montibus, in liquidas pinus deſcenderat vndas:
Nulláque mortales præter ſua littora norant.
Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ:
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non enſis erant: ſine militis vſu
Mollia ſecuræ peragebant otia gentes.
Ipſa quoque immunis, raſtróque intacta, nec vllis
Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus:
Contentique cibis nullo cogente creatis,
** Arbuteos fœtus, montanáque fraga legebant,* * Arboreos
Cornáque, & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.
Ver erat æternum: placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat:
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant:
Flauáque de viridi ſtillabant ilice mella.

89. AVREA PRIMA SATA EST ÆTAS] Narratio iſta, ſeu figmentū de quatuor ætatibus, & metamorphoſi morum atque rerum à melioribus in peiora, quatuor metallorū cōparatione declarata, ex hiſtoria Danielis manaſſe creditur, de ſtatua in quā, regi Nabuchodonoſori per quietem oblata. In qua prima monarchia per aurum, ſecunda per argentum, tertia per æs, quarta per ferrum exhibetur, Aſſyriorū, Medorum, Macedonum, Romanorum videlicet. De hac enim ſtatua Græci quoque, vt de aliis Hebræorū myſteriis, aliquam auditionem accipere potuerunt. Vetuſtiſſimæ προφήτιδες Sibyllæ has mundi ætates oraculis ſuis deſcripſerunt. Deinde Heſiod. li. 1. ἔργ. & ἡμερ. qui omnino V. enumerat, *heroicam* nimirum in- B ter æneam & ferream interponēs, qua Hercules, Iaſon, & cæteri Argonautæ vixerint. Poſt illum Aratus in Phænomenis, qui nomine æneæ ferream quoq; comprehendit. Ouid. Heſiodum & Aratum longè poſt ſe reliquit. *Aurea & argentea* meminit Virg. 1. Georg.

Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni, &c.

Aurea Lucret. lib. 5.

Volgiuago vitam tractabant more ferarum, &c.

Aurea & ferrea Tibull. lib. 1. eleg. 5.

Quam bene Saturno viuebant rege, &c.

Earundem Seneca Hippolyto:

Hoc equidem reor vixiſſe ritu, &c.

Et Octauia: *Tunc illa virgo numinis magna dea.* Martialis breuiter lib. 12. epigram. 63.

Antiqui rex magne poli, mundiq́; prioris,
Sub quo pigra quies, nec labor vllus erat:
Nec regale nimis fulmen, nec fulmine digna,
Sciſſa nec ad manes, ſed ſita diues humus.

Pluribus aliquando noſter Amor.3.eleg.7.quam deſcriptionem conferendi cauſſa cum iſta heroica ſubtexere non pigebit:

At cùm regna ſenex cæli Saturnus haberet,
Omne lucrum tenebris alta premebat humus.
Æraq́; & argentum, cumq́; auro pondera ferri
Manibus admorat: nullaq́; maſſa fuit.
At meliora dabat, curuo ſine vomere fruges,
Pomáque, & in quercu mella reperta cauo.
Nec valido quiſquam terram ſcindebat aratro:
Signabat nullo limite foſſor humum.
Non freta dimiſſis verrebant eruta remis:
Vltima mortali tum via littus erat.

Cornelius Seuerus in Ætna:

Aurea Saturni quis neſcit ſæcula regis?
Quum domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
Venturiſq́; malas prohiberet frugibus herbas,
Annua ſed ſatura complerent horrea meſſes:
Ipſe ſuo flueret Bacchus pede, mellaq́; lentis
Penderent foliis, & pingui Pallas oliuo.

De pluribus mundi ætatibus Lælius Biſciola noſter Horar.Subſeciuar.lib.3.cap.4.

QVÆ VINDICE NVLLO] Nulli tum erant indices, nulli cognitores, nulli lictores, nulli rerum capitalium vindices, nec vlli carceres.

90. SPONTE SVA FID. RECTVMQVE COLEB.] Fab. Pictor, quem ſequutus eſt Liuius, de aureo ſæculo. Principes, quia iuſti erant, & religionibus dediti, iure habiti dij & dicti. Nec enim arbitria illorũ ab æquo, vel populus à iure innato diſcedebãt, nullo tunc vindice, aut metu, ſed ſua ſponte retinebant C fidem & rectum. Pudor ipſe regebat populos, & ius principes.

91. POENA METVSQ. ABERANT] Qui timore ſuppliciorum duntaxat virtutis officia exſequuntur, nec ſponte ſua & vnius tantũ virtutis amore id præſtant quod laudabile eſt; in bonis viris numerari haud meritò queunt: potiuſq́ue mali quàm boni & integri dicendi ſunt. Natura hortatrice atque duce ad honeſta & glorioſa eniti, difficultateſq́ue & obſtacula omnia magnitudine animi perrumpere, hoc veræ bonitatis eſt indicium. Cum his, & quæ ſequũtur, conſentiunt planè illa 1. Faſt. ex ore Iani:

a Proq́; metu populum ſine vi pudor ipſe regebat:
Nullus erat iuſtis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello, pacem poſteſq́; tuebar.

91. NEC VERBA MIN. F. ÆRE LIGAB.] Nec D leges, pœnas minitantes, in æs incidebantur. Bene *minantia*, quandoquidem leges ſunt minis mixta præcepta, vt ait Seruius. Pro *ligabantur* quidam reponunt *legebantur*. Typographus hunc locum neutiquam capientes, ita mutaſſe, *nec vincla minacia collo Aere ligabantur*, conqueritur Brod l.4.c.12. Veteres, tum Græcos, tum Latinos leges, fœdera, res denique magni momenti in æneis tabulis inſculpſiſſe, docet ex Ariſtophanis Scholiaſte & Halycarnaſſeo idẽ Brod. eod. cap. Cicero 3. Catilinat. *Et legum æra liquefacta ſunt.* Liuius, *Priuſquam in Vrbem ingrederentur, leges decemuirales, quibus XII. Tabulis nomen inditum, in æs inciſas in publico propoſuerunt.* Cicero Philippica 3. *Falſas leges C. Cæſaris nomine, & falſa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerat.* Tradit Plato in Minoë, Ta-

A lum apud Cretenſes, regnante Minoë, tota inſula circumtuliſſe tabulas æneas, in quibus leges erant inſcriptæ. Vnde & *æres* nomẽ acceperit. Lib. 1. Machab. c. 8. & 14. & Romani, & Spartiatæ Iudæis in tabulis æreis reſcribunt. *Fixo ære*, inquit: affigebantur enim parietibus. Virgil. li. 6. *Fixit leges pretio, atq́; refixit.* Vide & Turn. li. 30. c. 35. Faceté Stalimus ſeruus in Trinum.

Mores leges reduxerunt iam in poteſtatem ſuam,
Magiſq́; viris ſunt obnoxioſæ, quàm parentes liberis.
Eæ miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis,
Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

92. NEC SVPPLEX T. TIM. IVD. &c.] Sanctiſſimi, iuſtiſſimi, æquiſſimi, incorruptiſſimi, acerrimi debent eſſe iudices, ideo timentur. Verumtamen hæc non impediunt, quin etiam miſericordia capiantur aliquando: ideo ad eos turba non timida tantùm, ſed & ſupplex accedit. Timida, vt rea: ſupplex, vt innoB cens, aut minùs nocens: atq; idcirco ibi pœnam metuens, hîc miſericordiam ſperans.

93. SED ERANT S. IVD. TVTI] In *Iudicis*, *iudice*, Traductio figura, quã ſic definit Cornificius li.4. quæ facit, vt cùm idem verbum crebriùs ponatur, non modò non offendat animum; ſed etiam concinniorem orationem reddat, hoc pacto: *Eum tu hominem appellas, qui ſi fuiſſet homo nunquam tam crudeliter vitam hominis petiſſet.* Hac vſus figura & B. Auguſt. libro 50. Homiliarum, hom. 25. *Nullum peccatum facit homo, quod non faceret alter homo ſi deſit rector per quẽ factus eſt homo.*

94. PEREGRIN. VT VISERET ORBEM] *Peregrinus orbis*, eſt pars orbis remotior, & longiſſimè diſtãs, tellus tranſmarina. Sic 1. Triſt. eleg. 1.

— Nobis habitabitur orbis Vltimus, à terra terra remota mea.

Penelope Vlyſſi:

Victor abes, nec ſcire mihi quæ cauſſa morandi,
Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.

95. PINVS DESCEND.] Catull. de nupt. Pelei

Peliaco quondam prognata vertice pinus,
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per vndas.

Virg eclog. 4.

—— Nec nautica pinus Mutabit merces.

97. NOND. PRÆCIPIT. CING. OPPID. FOSSÆ] Ad hunc, & ſequentes retulit animum auctor Octauiæ Tragœdiæ, in hoc ipſum Senecam pulchrè æmulatus, qui Naſoniana imitatione impenſiùs delectatur. Si earum tragœdiarum auctor eſt ipſemet *Seneca* Philoſophus, quod contendit noſter Delrius, & nihil dubitat Lipſius, næ magnus ex grauiſſimi & acutiſſimi ſcriptoris iudicio Ouidianæ gloriæ cumulus accedit. Locus hic eſt:

—— Humanum genus
Non bella norat, non tubæ fremitus truces,
Non arma gentes cingere conſuêrant, ſuas
Muris nec vrbes, peruium cunctis iter:
Communis vſus omnium rerum fuit.

98. NON TVBA DIRECTI &c.] *Tuba* peditum eſt *directa*, cuius ſonus grauis: *Lituus* (quem *Φρυγίαν* puto hîc *flexum æs* appellari) inuerſum, ſono acuto. Horat. oda 1. lib. 1. *Multos caſtra iuuant, & lituo tubæ Permiſtus ſonitus.* Inuentum Tyrrhenorum. Virg. li. 8.

Tyrrhenuſq́; tubæ mugire per æthera clangor.

99. NON GALEÆ, NON ENSIS] *Caſſis* de lamina eſt, *galea* de corio. Corn. Tacitus, *Vix vni alterúe caſſis aut galea.* Et certè *galea* eſt propriè ἀπὸ τῆς γαλέης, à fele aut muſtela. Priſci enim tegmina ferè petebant à feris. Vnde in Homero, alijſque *ἰκτιδέη, κυνέη, ταυρείη, αἰγείη*, muſtelina, canina, taurina, ca-

capilla. In Suida: ἀλωπεκία ἢ περικεφαλαία, *vulpina ipſa galea*. Lipſ. de milit. Rom. lib. 3. Dial. 2.

100. MOLLIA SECVRAE PERAG. OTIA GENTES] Claudian. 3. de Raptu:

—— Saturnia poſtquam
Otia, & ignaui ſenium cognouimus æui.

Otium agere, Græcis eſt ποιεῖν σχολὴν, ἡσυχίαν, σχολὴν ἄγειν. *Molle otium*, vel quia mollium eſt: vel quia molles facit. Sed otium hîc feriæ ab armis, vt 2. Faſtor. *Otia miles agit*. Et apud Horat. ad Piſon.

—— & aperti otia portu.

Cicero poſt reditum ad Quirites: *Cùm me fortunaſq; meas pro veſtra incolumitate, otio concordiaq; deuoui* Ibid. ſub finem: *Quoniam illi arti* (bellicæ) *in bello ac ſeditione locus eſt: huic* (eloquentię) *in pace atque otio*. Et 1. de Orat. *Nam poſteaquam imperio omnium gentium conſtituto, diuturnitas pacis otium confirmauit*. Pluribus teſtimoniis ignotam pleriſque huius vocis notionem inculcandam exiſtimaui.

101. IPSA QVOQ. IMMVNIS RASTROQ. INT. &c.] Lucret. lib. 5.

Nec robuſtus erat curui moderator aratri
Quiſquam, nec ſcibat ferro molirier arua.

Virgil. 1. Georg.

Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni.

Id eſt, regnante Saturno, antequam mundus eſſet ſub Ioue. Hoc verſu, & qui mox ſequitur, Ouidium iſtos Heſiodi expreſſiſſe obſeruat Iulius Scaliger in Crit. καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον, additque reprehenſionem iteratæ repetitionis: *Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.* At enim carmen iſtuc illa ſuperiora interuallo ſat magno ſequitur: & quidem interiecta veris mentione, cui, cùm verſum iſtum ſubiungit: *Mox etiam*, &c. perinde eſt, ac ſi non æſtatis quidem (nam *ver* fuiſſe *æternum* dixit) ſed eius boni, quod poſtea mortales non niſi æſtatis beneficio conſequi cœperunt, mentionem ſubnecteret. Nam verſus illos: *Ipſa quoque immunis*, &c. *Saucia vomeribus*, &c. ſequuntur iſti, *Contentiq; cibis*, &c. & alij 5. Atque his verſibus proximè adiicitur ille, in quem ab eo inquiritur: *Mox etiam fruges*, &c. illumque ille excipit, eôdem pertinens, qui alioqui reprehenſionem, tanquam malè repoſitus, non minùs mereri dici poſſit, quàm alter: *Nec renouatus ager*, &c. Iſta eſt defenſio H. Stephani contra ἀλογιστίαν Scaligeri. Huc referendi Lucretiani de extremo 2.

Præterea nitidas fruges vinetaq; læta
Sponte ſua primùm mortalibus ipſa creauit:
Ipſa dedit dulces fœtus, & pabula læta.

Succedit his querimonia apud eundem de labore colonorum, & eo ſæpiùs inani: comparatioque ætatis poſterorum cum ætate maiorum, quæ ad ſæcula conſequentia ſpectant. Seneca in Octauia:

Et ipſa tellus læta fœcundos ſinus
Pandebat vltro, tam pÿs fœlix parens,
Et tuta alumnis.

NEC VLLIS SAVCIA VOMERIB.] Ipſa tellus in conqueſtione ſua lib. 2.

—— quòd adunci vulnera aratri, Raſtrorumq; fero, &c.

Similibus metaphoris vtitur Plinius, cùm ait l. 2. c. 63. *terrã omnibus horis cruciari*. Et li. 12. c. 14. *Saucius arbores*.

102. PER SE DABAT OMNIA TELLVS.] Virgil.

Omnia liberiùs nullo poſcente ferebat.

Saturno rege homines fagi pyrique alebant. Vndè manauit, vt terra fruges ſua ſponte proferre diceretur, quòd non coleretur ab vllo: ſed quidquid per ſe produceret, eo vitam ſuam ſuſtinerent homines. Max. Tyrius diſſert. 11.

103. CIBIS NVLLO COG. CREATIS] Vide Prouerb. *Cœna terreſtris*. Foſtiones, ſationes, plantationes, rigationes, ſarritiones, in hortis olitoriis & pomariis, arationes, occationes, ſtercorationes in agris ad olera & frumenta educenda, quædam imperia ſunt aduerſus terram. Inde *arua parere colono* dicuntur à Virgilio: & colonus dicitur *imperare aruis*.

104. ARBVTEOS FOETVS] Lib. 15. Pythagoras:

At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen,
Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis,
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aëra pennas:
Et lepus impauidus medÿs errauit in aruis,
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo.
Cuncta ſine inſidiis, nullamq; timentia fraudem,
Plenaq; pacis erant. ——

Arboreis fœtus alibi, Virgil. 1. Georg. *Arborum fœtus decerpere* dixit Plin. lib. 4. c. 12. Cicero, *Terræ fœtus profunduntur nobis*, 1. de Leg. Et Lucret. lib. 1. *Lætificos nequeat fœtus ſummittere tellus.*

106. ET QVAE DECID. PATVL. IOVIS ARB. GLANDO.] Quercus περιφραστικῶς *arbor Iouis*, vt olea *arbor Palladis*, aliç aliorum deorum dearúmve, vt iamiam docebimus. Ante frumentum inuentum glandes, poma, herbas ad eſum adhibita ſcribunt & fingunt poëtæ, vt iam audiſti, & ex 4. Faſtor. cognouiſti. Vetuſtiſſimus, & primi ſæculi victus *glandes*. Virg. 1. Georg.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit, cùm iam glandes, atque arbuta ſacra
Deficerent ſyluæ. & victum Dodona negaret.

Arnob. li. 2. *Quid enim, ſi hoc modo culpam velimus infligere prioribus illis atque antiquiſsimis ſæculis, quòd inuentis frugibus glandes ſpreuerint, & repudiauerint arbuta?* Dicendum hîc, quæ arbores, quæ plantæ quibus diis ſacræ *Ioui* quercus, ilex, æſculus. *Apollini* laurus, oleaſter, hyacinthus, myrica, iuniperus. *Marti* fraxinus, gramen. *Mineruæ* olea. *Veneri* myrtus, roſa. *Herculi* populus. *Baccho* vitis, edera, folia ficus, narciſſus, pampinus. *Plutoni* cupreſſus *Laribus* allium. *Eumenidibus* alnus, cedrus. *Cereri* crocus. *Proſerpinæ* narciſſus. *Muſis* palma. *Genio* platanus. *Mercurio* portulaca. *Patula arbor* eſt patulis, hoc eſt, in latũ patentibus, diffuſis ramis, vt eſt in 1. de orat. *Patulã fagum* vocauit Maro 1. ecloga.

108. MVLCEB. ZEPHYR. N. SINE SEM. FLOR.] Catull. in Carm. nuptiali:

Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber.

Propert. eleg. 2. lib. 4.

Mulcet vbi Elyſias aura beata roſas.

Id eſt, molli ac leni flatu contingit, leniter ijs aſpirat. Recole quę principio libri, ſect. 4. de Zephyro in medium attulimus. *Flores ſine ſemine*, ſunt ſponte ſua in pratis prouenientes, quibus opponuntur ſatiui, ſeu hortenſes: quanquam & illi ſe in ſemen induant, ſeſeque reſeminent, Veruntamẽ à nobis non ſeruntur, nec vlla cultura indigẽt. Et ſunt in illis qui venuſtate & odoris ſuauitate, multos hortenſium antecellunt.

109. FRVGES TELL. INARATA FEREB.] Horat. Epod. ode 16.

Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis.

110. NEC RENOVAT. AGER.] Noua aratione nouæ ſationi pręparatur ager, quæ tum nulla requirebatur.

110. Gravid. caneb. aristis.] *Ariſtæ* ſunt acus granorum in ſpica, appellatæ ſic quòd prius areſcant. Quarum vſum à natura repertum indicat Cic. in Catone: *Viriditas herbeſcens, cùm è vaginis emerſerit, fundit frugem ſpicæ, ordine ſtructam, & contra auium minorum morſum munitur vallo ariſtarum.* Agrum autem *caneſcere ariſtis*, id eſt, ſpicis (pars enim pro toto ſumenda) non aliud eſt quàm *albeſcere ad meſſem.* Illa velut canicies in ſegetibus, ſeneſcente æſtate, maturitatis argumentum eſt. Mare tortum remigiis *incaniſſe ſpumis* dicit Catull. de nupt. Pelei & Thetidos.

111. Flvm. iam lact. iam flvm. nect. ib.] In Chriſtianorum litteris, hoc eſt, in ſanctis Scripturis, rerum omnium vbertas & copia per terram lacte & melle manantem intelligi ſolet. Id Poëtæ multoties in fabulis ſuis, ſimiæ veritatis noſtræ, inde ſumptum imitantur, quoties de temporum felicitate loquuntur. Cùm porrò *aquam ire*, & *currere* dicimus, quoniam neutrum ſine pedis officio fieri reuera poA teſt, notat Turnebus lib. 6. cap. 20. poëtas fluminibus & aquis etiam *pedem* μεταφορικῶς tribuere. Horat. Epod. ode 16. *Leuis currente lympha deſilit pede.* Lucret. lib. 5. *Qua via ſecta ſemel liquido pede detulit vndas.* In Aetna, *Ipſe ſuo flueret Bacchus pede.* Hoc eſt, aureo ſæculo vinum ſua ſponte fluebat, viniq́ue flumina erant: non, vt nunc coactum & expreſſum calcantum pedibus manabat. Mihi porrò ſignatè locutus videtur *ibant*: vt *placidè labentia*, & *leni agmine fluentia*, B (quomodo de Tiberi dixit Virgil.) intelligeremus. Alioqui *flumina currere*, & *fluminum curſus* legimus ſæpenumerò.

113. De viridi stillab. ilice mella] Virgil. eclog. 3. *Mella fluant illi.* Et rurſum eclog. 4.

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Et eclog. 8. *Sudent electra myricæ.* Tibull. eleg. 3. lib. 1. *Ipſa mella dabant quercus.* Claudian. *Ilex plena fauis.* Idem in Rufin. 1. *Rorabunt querceta fauis.* Horat. Epod. ode 16. *Mella caua manant ex ilice.*

De argenteo.

VIII. 113. *Poſtqvam Saturno tenebroſa in tartara miſſo*
Sub Ioue mundus erat, ſubiitque argentea proles,
Auro deterior, fuluo pretioſior ære:
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,
Perque hyemes, æſtuſque & inæquales autumnos,
Et breue ver ſpatiis exegit quattuor annum.
Tum primùm ſiccis aër feruoribus vſtus
Canduit, & ventis glacies aſtricta pependit.
Tum primùm ſubiere domos; domus antra fuere,
Et denſi frutices, & iunctæ cortice virgæ.
Semina tum primùm longis cerealia ſulcis
Obruta ſunt, preſſique iugo gemuere iuuenci.

113. Postqvam Satvrno tenebrosa, &c.] Antiqui regem appellabant *Saturnum*, quòd is ante Iouem cæli regnum tenuiſſet, vnde à filio deturbatus eſt vſque in tartara, vt dicit Ouid. De qua calamitate & Heſiod. in Theogonia:

Πεύθετο γὰρ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Οὕνεκά οἱ πέπρωτο ἑῷ ὑπὸ παιδὶ δαμῆναι.

Saturnus, vt audiuit ſe regno exactum iri à filio Ioue, eidem inſidias ſtruxit, vt habent commenta poëtarum. Suboluit hoc Ioui, itaque patrem, Promethei conſilio parens (vt eſt in *Prometheo* tragœdia Æſchyli) in tartara deiecit. Elapſus ille è carcere, in Italiam, ad Ianum, tunc ibi regnantem profectus, humaniter ab eo exceptus eſt, quem & viuendi rationẽ, & agriculturam docuit. Cui Ianus pro accepta illa diſciplina dimidium regni ſui muneris loco dedit: & in pecunia, ex ingenio Saturni primũ ſignata, ex vna parte *nauim* (naui quippe Saturnus ad ſe venerat) ex altera *bifrontem* effigiem (quia communiter imperarent) exprimendum curauit. Teſtatur id ipſe 1. Faſt.

Hac ego Saturnum memini tellure receptum, &c.

Primus igitur per id tempus Saturnus in Italia plantationes & inſitiones, & educationes arborum, & omnium fructiferarum rerum culturam docuiſſe fertur. Vnde tanquam humanioris vitæ repertor cum C coniuge Rhea diuinos honores obtinuit. Doctos autem ab eo Italos & Virgilius canit Æneidos libro 8.

Primus ab æthereo venit Saturnus olympo, &c.

Huius prudentiæ ac ſapientiæ (cuius conſultor & auctor regi Iano Saturnus) tanta fuit apud Italos admiratio, tantaq́ue rerum pax & tranquillitas, vt *aurea ætas* ſub illo fuiſſe dicatur. Hucuſque Natal. Comes li. 2. c. 2. Lactant. Firmianus lib. 7. c. 13. ex Ennij ſacra hiſtoria rem paucis abſoluit. Adi & Macrob. Saturnal. lib. 1. c. 7. At Lucian. libello περὶ ἀστρολογίας fabulam hanc refellit, eiuſq́; confingendæ cauſſam oſtenD dit: *Neque igitur*, inquit, *Saturnum Iupiter vinxit, neque ad inferos deturbauit: neque alia machinatus eſt, quæ illum machinatum homines opinantur*, &c. *Saturnus* à ſatu nomen trahit, quaſi *Satunus*. Lipſius de Gladiat. lib. 1. Apud Claud. lib. 1. de Raptu inter minas, quas Ioui fratri intentat Pluto, ſi ſe vxoris expertem diutiùs patiatur, ſunt etiam hæ, Saturnum, qui in vinculis apud inferos ſeruaretur, ſoluturum: *Patefacta ciebo Tartara, Saturni veteres laxabo catenas.*

114. Sva Iove mvndvs erat] Conueniunt huic loco, quæ Prometheum choro interroganti de ſupplicio ipſius reſpondiſſe dicit Æſchylus. Vide Bernard. Martini lib. 2. c. 22. Variar. Lection.

Svb-

114. SVBIITQVE ARGENTEA PROLES] Feſtiua A diſputatiuncula eſt eiuſdem Bernardi lib. 1. cap. 8. an argentum in malis habendum ſit, nec ne.

115. AVRO DETERIOR, F. PRETIOS. AERE] Virg. Aeneid. 8.

Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, &c.

potiùs de æreo, & ferreo ſæculis dicta, quæ Poëta duobus verſibus quàm breuiſſimè concludit. Quale verò ſæculum ſub Ioue, quale ante Iouem ſub Saturno fuerit, id eſt, argenteum, æneum & aureum, exponit Maro lib. 1. Georg. ab hoc initio,

—— Pater ipſe colendi Haud facilem eſſe viam voluit, &c.

116. IVPPITER ANTIQ. C. TEMP. VERIS] ὕστερον πρότερον eſt in narratione. Non enim priùs ſecuta eſt ætas argentea poſt auream, deinde Iupiter quatuor tempora induxit, quibus annum diſtingueret, mortaleſq; ad conſtituenda domicilia, ad agriculturam, & varias artes excogitandas compelleret: verùm hæc ipſa Iouis οἰκονομία ætatem ſuperiori diſſimilem, & quaſi auro in argentum commutato peperit. B

117. ET INÆQVALES AVCTVMNOS] *Inæquales* vocat hoc tempus, quoniam eo non certa temperies, ſed inæqualitas dominatur. Eodem quippe die iam æſtu ſudes, iam algore tremas. Quin dies quodammodò æſtiur, noctes hybernę ſunt. Quæ mutationes ad ſalubritatem corporum quî pertineant? Inæqualitatem hanc, quæ etiam morborum cauſſa eſt, notat 2. de Arte his verſibus Naſo: C

Sæpe ſub auctumno, cùm formoſiſſimus annus:
Plenaq; purpureo ſubrubet vua mero,
Cùm modo frigoribus premimur, modò ſoluimur æſtu,
Aëre non certo corpora languor habet.

118. SPATIIS EXIG. QVAT. ANNVM] *Annum* Ægyptij per tres tantùm qualitates metiebantur, *ver, æſtatem, hyemem*, quas ſingulas 120. diebus conſtare voluerunt, &, vt Theopompus ait, hyemem *Saturnum*, æſtatem *Venerem*, ver *Proſerpinam* appellabant. Addiderunt 5. dies, quos intercalares dicebant. Pierius Hieroglyph. lib. 18. in *Vulture*. Veteres annũ in duas duntaxat partes diuiſiſſe, hyemem, & æſtatem, & illi auctumnũ, huic ver adiunxiſſe, ex Philone de plantat. Noe, & Ariſtot. 4. de generat. animal. probari putat Lud. Cerdius noſter comment. in 3. eclog. Anni porro tempora primùm inueniſſe, eumq́ue in 360. dies diuiſiſſe Thaletem, narrat Laërtius. Spatia verò cuique ſua, & tres menſes aſſignantur, *Veri* Martius, Aprilis, Maius: *Aeſtati* Iunius, Iulius, Auguſtus: *Auctumno* September, October, Nouember: *Hyemi* December, Ianuarius, Februarius. D

119. TVM PRIM. SICCIS AER FERVOR. VST.] Aër auctor æſtiuorum, hyemalium, auctumnalium, vernorumq́ue temporum, quæ anni abſoluunt circulum. Philo de inſomnijs.

120. VENTIS GLACIES ASTRICT. PEPENDIT] De ſtirijs accipiendum, quæ fiunt ex ſtillicidijs. De flumine autem 3. Pont. eleg. 3.

Et coit aſtrictis barbarus Iſter aquis.

Virgil. 3. Georg.

Concreſcunt ſubitò currenti in flumine cruſtæ.

121. TVM PRIMVM SVBIERE DOMVS, &c.] Hunc, & proximè iunctũ verſum, Iacob. Crucius ſic diſponendos cenſet: *Tum primùm denſi frutices, & virga iuncta cortice ſubiere domos*. Parentheſis eſt, *domus antra fuerunt*. Et erit hic ſenſus: Tum primùm frutices & virgæ, velut tibicines & fulturæ domos ſuſtinuere, & quaſi ſuccollantes ſubiere. Antè enim pro domibus ſpeluncas mortales primitus incoluere, vt ſcribunt Plin. & Lucanus. Aduocat confirmationis ergô Senecam ad Lucilium. Furcæ vtrinque ſuſpenſæ fulciebant caſas: ſpiſſatis ramalibus, ac fronde congeſta, & in procliue diſpoſita, decurſus imbribus quamuis magnis erat. Et Fabius Pictor. domus illis non extructæ, non ornatæ, luxuriaque inſignes erant. Hæc ille. Verùm ego vulgatam & ſimplicem huius loci intelligentiam ſinceriorem duxerim.

122. ET IVNCTÆ CORTICE VIRGÆ] Eraſmus legit *vincta*. Eſt autem & hodie mos, ex corticibus tiliarum, aliarumq́ue arborum interioribus parare funes, quos veriſimile eſt tum primùm inuentos. Crates igitur intelligit, aut ſimile quiddam, è quibus etiam nunc multis in locis parant ruſtici domos. Glarean. in Annotat.

123. SEMINA LONG. OBRVTA SVLCIS] *Semina ſpargere*, epiſt. Heroid. 12. *Sulcis committere ſemina*, Virg. 1. Georg. Tibull. lib. 2.

—— Spes ſulcis credit aratis
Semina quæ magno fœnore reddat ager, &c.

Lib. 2. de Arte noſter:

Nec ſemper credenda Ceres fallacibus aruis.

Iupiter apud Claud. lib. 3. de Raptu Proſerp.

Sopitosq; diu populos torpore paterno
Sollicita placuit ſtimulis impellere vita,
Incultis ne ſponte ſeges grandeſceret aruis, &c.

154. PRESSIQVE IVGO GEMVERE IVVENCI] Dictus *iuuencus* ſecundùm Varronem lib. 4. qui iam ad agrum colendum iuuare poſſit. Virgil. 1. Georg.

Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere.

Lucret. lib. 5. —— *Valido conſueta bidenti*
Ingemere, & terram preſſis proſcindere aratris.

Aratus Iuſtitiam virginem inducit, huius ſæculi homines compellantem, & exprobrantem, quod à patribus vſque adeò diſceſſerint: prędicentem quoque futurum, vt perditiores adhuc liberos generent: quē locum cum Horatiano confert Muretus lib. 4. Var. lect. cap. 15. Quamobrem ſæculi primi fælicitates rebus durioribus mutaret, & aliud priori diſſimile ac laborioſum induceret, quas ſuprà perſtrinxi cauſſas ipſemet Iupiter conuocatis ad concilium dijs, principio 3. de Raptu apud Claudianum diſertè exponit, his verbis:

Adduxere meas iterum mortalia curas
Iampridem neglecta mihi, Saturnia poſtquam
Otia, & ignaui ſenium cognouimus æui,
Sopitóſque diu populos torpore paterno
Sollicita placuit ſtimulis impellere vita,
Incultis ne ſponte ſeges grandeſceret aruis,
Vndaret neu ſylua fauis, neu vina tumerent
Fontibus, & totæ fremerent in pocula ripæ.

De æneo & ferreo.

IX. *Tertia poſt illam ſucceſſit ahenea proles,*
Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma,
Non ſcelerata tamen. De duro eſt vltima ferro.
Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas: fugêre pudor, verúmque, fidéſque:
In quorum ſubiere locum fraudéſque, dolique,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.
Vela dabat ventis, nec adhuc bene nouerat illos
Nauita; quæque diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultauere carinæ;
Communémque priùs, ceu lumina ſolis, & auras,
Cautus humum longo ſignauit limite menſor.
Nec tantùm ſegetes, alimentáque debita diues
Poſcebatur humus: ſed itum eſt in viſcera terræ.
Quáſque recondiderat, Stygijſque admouerat vmbris,
EFFODIVNTVR OPES, IRRITAMENTA MALORVM.
Iamque nocens ferrum, FERROQVE NOCENTIVS AVRVM
Prodierat: prodit bellum, quod pugnat vtroque,
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero: fratrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
VICTA IACET PIETAS: *& virgo cæde madentes*
Vltima cæleſtûm terras Aſtræa reliquit.

125. AHENEA PROLES] Vt antè ætatem argenteã, ſic & hanc *prolem* nominat, & in quarta mox idem vocabulum ſubintelligit. ſed cùm ſit τῶν πρός τι, ſeu ex ijs *quæ cum aliquo conferuntur*, cum quo confertur, ſeu quidnam reſpicit, ſeu cuius eſt proles? temporis opinor. Tempus enim, ſeu ętas tempori & ætati, ſicut filij parentibus, ſuccreſcit & ſuccedit.

126. AD HORRIDA PROMPTIOR ARMA] *Horrida* id eſt, horrorem incutientia, propter varias & diras clades, quas bellum creat: ſic *horridus miles* Ennio. Præterea *Bellum* dictum eſt à bellius. Belluæ autem horridæ & terribiles. Poëtam in hac ætate deſcribẽda ideo breuiorem fuiſſe conijcit Glareanus, quòd Arato deſtitueretur. Aratum verò per χαλκείην expreſſiſſe ferream & vltimam ætatem: χαλκὸς enim quondam *ferrum* ſignificabat; quòd arma ærea eſſent pro ferreis. Veruntamen, ſi Arato deſtituebatur, at non Heſiodo. Qui cùm homines illius memoriæ è quercubus, ſeu duro robore natos autumat, eos vi magna corporis, inquietos, bellicoſos fuiſſe ſciendum eſt. Poſt hãc ætatem ponit Heſiodus heroicam, iuſtitiæ cultricem qua vixerunt *Heroes*, qui ſemidei dicuntur, quales numerantur, qui pro Polynice aduerſus Eteoclem ad Thebas pugnarunt, quorum noA mina & ἀριστεῖα ſunt apud Æſchylum, Euripidem, Statium. Item qui ad Ilium pro recuperãda Helena, *Menelaus, Agamemno, Diomedes, Achilles*, &c. quos in Iliade celebrat Homerus: ſiue potiùs Argonautæ, *Iaſon, Hercules, Peleus.* &c. de quibus Apollonius & Valer. Flaccus. Affatur eos Catull. de nupt. Pelei & Thetidis:

O nimis optato ſeclorum tempore nati
Heroes ſaluete, deûm genus, ô bona mater.
Vos ego ſæpe meo vos carmine compellabo.

127. DE DVRO EST VLTIMA FERRO] *Durum ferrum*, durior tamen chalybs; quanquam & chalybs B in ferro eſt, nempe ſincerius ferrum. Iam ob ferri & ęris duritiem, quæ firmiſſima & ſolidiſſima ſignificamus, ferrea & ahenea dicimus. Horat. lib. 1. ode 33. *iuga ahenea* de copulatione coniugum. *Vox ferrea* 2. Georg. Homines duri, intractabiles, inexorabiles dicũtur *ferrei*. ſic *os ferreum, ſcriptor ferreus, ſeculũ ferreum*.

128. VENÆ PEIORIS OMNE NEFAS] A metallis Metaphora. Optima vena auri ſi ad mores referas: bona argenti; nondum mala æris, peſſima ferri. Heſiodus antequam hanc ætatem, quæ illi quinta, nobis quarta eſt, ante oculos ponat, optat aut ea natus non eſſe, aut priùs vita exceſſiſſe: aut poſt eam demum

demum cæli lucem hauſiſſe: quomodo & Tibullus lib. 1 eleg. 10. vellet in hanc vltimam ætatem non incidiſſe. Quod quis hoc noſtro ſæculo plus quàm ferreo pennde optauerit. In Phænom. Aratiâ Cicerone conuerſis, fuerunt verſus hi tres, qui nunc Græci in ſeculi ferrei deſcriptione deſiderantur: A

Ferrea tum verò proles exorta repentè eſt:
Auſaq; funeſtum prima eſt fabricarier enſem,
Et guſtare manu victum domitumq; iuuencum.

129. FVGERE PVD. VER. FIDESQVE] Theognis:

ὤιχετο μὲν πίστις μεγάλη θεός, ὤιχετο δ' ἀνδρῶν
Σωφροσύνη· χάριτες τ' ὦ φίλε γῆν ἔλιπον.

Gratia tellurem, & ſollers prudentia liquit,
Atque inter cunctas maxima diua Fides.

Nomine *pudoris*, veritatis, fidei omnem integritatem & ſanctimoniam: *fraudis* doli, inſidiarum & auaritiæ, omnia vitia & ſcelera intellige. Et *fugere* dicit, quaſi à monſtris & immanibus portentis. B

131. AMOR SCELERATVS HABENDI] Definitio ſeu periphraſis quædam *auaritiæ*, quæ eſt amor habendi: ſed mire inquietus ac turbidus, quin etiam ſceleratus; quia iuréne an iniuria acquirat quod concupiuit nil penſi habet. Vnde & Eccleſiaſticus, *Auaro nihil ſceleſtius*. Et Paulus ad Epheſ. 5. *Auaritia eſt idolorum ſeruitus*. Qua ſeruitute nihil vtique ſceleratius, magiſq́ue impium.

132. VELA DAB. VENTIS NAVITA] Sinô 2. Æneid.

Deliti dum vela darent, ſi fortè dediſſent.

Tranſlationem habet venuſtam Cicero 4. Tuſcul. *Quærebam igitur, vtrum panderem vela orationis ſtatim.* Horat. lib. 1. ode 34. *dare vela retrorſum*, eſt aliud vitæ inſtitutum mutata ſententia capeſſere. Quintiliano permittere vela ventis, & oram ſoluentibus bene precari, eſt periculum facere, & euentum experiri. C

NEC ADHVC BENE NOVERAT ILLOS] Nondum poterat narrare nauita de ventis, vt ait Propert. qui venti, & vnde ſpirent: qui huc illuc nauigantibus ſecundi, qui aduerſi, neceſſaria gubernatoribus notitia.

134. FLVCTIB. IGNOTIS] quos tum primùm occipiebant experiri. Reſpondet *fluctibus* verbum *inſultauere*. Naues enim agitatæ fluctibus, dum attolluntur & deprimuntur, ſalire & ſaltare, ipſoſq́ue fluctus deſpicere videntur. Poëtica phãtaſia. Cæterùm quæ rudimenta, qui progreſſus nauigationis, & quo pacto à timore magis magiſq́ue ad audaciam proceſſum fuerit, eleganter Claudian. præfat. in Rapt. Proſerp.

135. CEV LVMINA SOLIS, ET AVRÆ] Hucaptè quadrat locus Cicer. 1. Offic. *Sunt autem priuata nulla natura: ſed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, vt qui bello potiti ſunt: aut lege, pactione, conditione, ſorte. Ex quo fit vt ager Arpinas Arpinatium dicatur, Tuſculanus Tuſculanorum: ſimiliſq; eſt priuatarum poſſeſſionum deſcriptio. Ex quo quia ſuum cuiuſque fit, eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat: ex quo ſi quis ſibi plus appetet, violabit ius humanæ ſocietatis.* D

Aura Poëtis crebrò eſt aër. Aëris autem ſeparatim [illegible] eſt lumen. Igitur lumen ſolis & auræ non [illegible] eſt, quàm lumen ſolis diem efficiens, & totum [illegible] ſpatium, quod eſt à terra vſque ad elementum ignis, aëre plenũ, lumine ſuo perfundens & illuſtrans.

138. ITVM EST IN VISCERA TERRÆ] ſcrutari cœperunt homines intima & profunda terrarum. Plin. præfat. lib. 33. *Imus in viſcera eius, & in ſede manium opes quærimus.* Claudian.

— Trepida quis viſcera terræ Commouerat motus.

Stat. 8. Thebaid.

— Dum per caua viſcera terræ Vado diu pendens.

Adde his Senecam Octauia:

Sed iam parentis viſcera intrauit ſuæ
Deterior ætas, eruit ferrum graue
Aurumq; ſæuas mox & armauit manus.

Adi prætetea Lipſij Admiranda lib. 6. cap. 5. vbi hîc ex Caſſiodoro locus profertur, inſtituto idoneus. *Intrant homines caliginis profundas, viuunt ſine ſuperis, exulant a ſole: & dum ſub terris compendia quærunt, nonnunquam lucis gaudia derelinquunt.*

139. STYGIISQ. ADMOVERAT VMBRIS] Eandem continent ſententiam illa 3. Amor. quæ ſuprà in aureo ſæculo recitaui. *At cùm regna ſenex*, &c.

Atq; hinc nata fabula de Lynceo, qui oculorũ perſpicacitate mirabili etiam ſub terras penetrauerit: argentum enim & metalla primus fodiendo quæritare inſtituit. Vide Palæphat. & prouerbium, *Lynceo perſpicacior*.

140. EFFODIVNTVR OPES] Seneca lib. 7. de Benef. cap. 10. *At mehercule terra, quæ quidquid nobis vtile futurum erat protulit, iſta defodit, & merſit. & vt noxijs rebus ac malo gentium in medium prodituris, toto pondere incubuit.* Annotat in Horat. Torrentius, & in Cicer. ad Famil. epiſtolas Paullus Manutius. *opes* antiquis ſcriptoribus non tam valere *diuitias*, quàm *potentiam*, quę non modò in pecunia, ſed in amicorum quoque, ſociorum, & ſeruorum copia conſiſteret. Lucret. 2.

Ad ſummas emergere opes rerumq; potiri.

Cic. in Lælio: *Diuitiæ opportunæ ſunt vt vtare, opes vt colare, honores vt laudere*, &c.

OPES IRRITAMENTA MALORVM] Virgil. 3. Æneid.

Auri ſacra fames, quid non mortalia cogis Pectora?

Plaut. Trinum.

Odi ego aurum: multa multis ſæpe ſuaſit perperam.

Nullum eſt tam enorme aut ſcelus, aut flagitium, quòd pecuniæ, & rei vel adipiſcendæ, vel augendę perpetratum non fuerit.

141. NOCENS FERRVM PROD.] Non aliunde nocet ferrum, niſi per enſes, quos meritò deteſtatur Tibullus eleg. 10. lib. 1.

Quis fuit, horrendos primùm qui protulit enſes?
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit?
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via eſt.

Seneca: *Video ferrum ex iiſdem tenebris eſſe prolatum, quibus aurum & argentum: ne aut inſtrumentum in cædes mutuas deeſſet, aut pretium.* His verbis, & quæ paulo antè appoſui, puto Senecam idem quod Ouidius, ex ipſo Ouidio (cuius eſt perſtudioſus) dicere voluiſſe: vt item illis, epiſt. 94. *Aurum & argentum, & propter iſta nunquam pacem agens ferrum, quaſi malè nobis committerentur, natura abſcondit.*

FERROQVE NOCENTIVS AVRVM] Ad hunc, & qui conſequuntur verſus de ferri & auri incommodis, lege eleg. Tibulli à me iam nominatam, & obſerua ibidem, eam cauſſam bellorum ac cædium non ferro magis, quàm auaritiæ & cupiditati pecuniæ tribui, quæ homines ad intima terræ ſcrutanda, & metalla eruenda (in quibus & ferrum) impulit. Ouid. autem longè plura & grauiora mala per aurum, & propter aurum, quàm per ferrum perpetrari affirmat.

142. QVOD PVGNAT VTROQVE] Philippus

ſet, qui fertur plures vrbes auro, quàm ferro ſube- A
giſſe, dicere ſolebat: nullum caſtellum adeo muni-
tum, & firmum, quod expugnari nequiret, ſi modò
aſellus auro onuſtus eò poſſet aſcendere. M. Tullius
lib. 1. epiſt. ad Atticum. at Pyrrhus ille ab Ennio can-
tatus, non auro, ſed ferro duntaxat pugnandum ſta-
tuebat, cuius præclara vox repetitur ab eodem Tul-
lio 1. Offic.

Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis;
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes,
Ferro, non auro vitam cernamus vtrique.

143. SANGVINEAQ. MANV CREP. CON. ARMA] Similis (υμαινομένοις) illi Maronianæ in 1. Æneid. vbi

—— Furor impius intus
Sæua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis fremit horridus ore cruento.

Sanguinea manu, ſanguine imbuta, ſtillanti, cruenta manu. Vſitata Poëtis figura. Sic *frondea nemora, ſanguinea lingua, vulnera, florea rura*. B

144. VIVITVR EX RAPTO] ex rapinis. Præda victus ſpoliat: rapina ſubitò venit. Itaque illa victoria gaudet: hæc petulantia. Cornel. Fronto.

NON HOSPES AB HOSPITE TVTVS] Hoſpitalitas eſt facilitas, & liberalitas in hoſpitibus ac peregrinis recipiendis atque tractandis. Quanquam & *hoſpites* inter ſe dicuntur, qui id amicitię tantùm cauſſa viciſſim præſtant. Locus eſt in 2. Off. quem recitabo. *Rectè etiam à Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas. Eſt enim, vt mihi quidem videtur, valdè decorum patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus. Idq; etiam reipub. eſt ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in vrbe noſtra non egere. Eſt autem etiam vehementer vtile iis, qui honeſtè multum poſſe volunt, per hoſpites apud externos populos valere opibus & gratia. Confringere teſſeram* apud C Plautum Ciſtell. eſt violare ius hoſpitij. *Symbola* quędam ſeu teſſeras ſibi dabant, quibus exhibitis, qui erant hoſpites, mutuò agnoſcebant. Atque hæc erat *conteſſeratio*, quæ etiam ad vtrorumque liberos pertinebat. In Pœnulo Hanno Pœnus Carthagine Calydonem veniens,

Sed hic mihi antehac hoſpes Antidamas fuit,
Eius filium hic prædicant eſſe Agoraſtoclem.
Deum hoſpitalem, ac teſſeram mecum fero.

Porrò verba Ouidij etiam de iis capienda, qui vulgò hoſpites audiunt, aduenæ, peregrini & ignoti, quibus ſine vlla iniuria humanitatis debentur officia.

145. NON SOCER A GEN. FRAT. QVOQVE, &c.] Seneca Hippolyto:

Tum ſcelera dempto fine per cunctas domos
Iere: nullum caruit exemplo nefas.
A fratre frater, dextera nati parens D
Cecidit: maritus coniugis ferro iacet,
Perimuntq; fœtus impia matres ſuos.

FRATRVM QVOQVE GRAT. RARA EST] Rari ſunt fratres, qui inter ſe diligant: cùm tamen poſt ſocietatem coniugum, parentum cum liberis, fratrum coniunctione nihil oporteat eſſe ſanctius atq; coniunctius. Hinc *fraternè diligere*, & *fraternus amor*.

146. IMMINET EXIT. VIR CONIVG. ILLA MARITI] Quæ mulieres ſuos viros, & contrà, qui viri ſuas mulieres necauerint, Hyginus fab. CCXL. & CCXLI. Nihil æquè & odium, & ex odio cædem inter coniuges parit, vt adulterium, ſeu re ipſa patratum, ſeu vana ſuſpicione præſumptum. Dicentur ſuper hoc plura lib. 7. Metam.

147. LVRIDA ACONITA] quæ faciunt luridos. *Aconitum* pro veneno, ſpecies pro genere. Herba eſt è ſpuma Cerberi, vt dicemus lib. 7. Metam. Quidam volunt in monte Caucaſo naſci, ex cruore ac ſanie Promethei. Indicat Propert. eleg. 12. lib. 2.

Tecta Prometheis diuidit herba iugis.

Auſonius: *Vnde Prometheo de corpore ſanguineus ros*
Aſpergit cautes, & dura aconita creat cos.

Turnebus lib. 18. Aduerſariorum, cap. 1.

TERRIBILES MISCENT NOVERCÆ] Maroni 2. Georg. appellantur *ſæuæ*.

Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ,
Miſcueruntq; herbas, & non innoxia verba.

Et eclog. 3. *iniuſta*, à noſtro alibi *dura*, à Seneca *funeſta*: de quibus plura Delrius noſter Hippolyto, in Chorum act. 1. Fatale quoddam odium illis in priuignos. Euripid. Alceſtide.

ἐχθρὰ γὰρ ἡ ᾿πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις
τοῖς πρόσθ᾿, ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.
Hoſtis nouerca eſt antè natis liberis,
Nihilq; mitior nocente vipera.

Inde prouerb. *nouercale odium*, pro infeſtiſſimo.

148. FILIVS ANTE D. PAT. INQ. &c.] propter patrimonium potiundum, cuius deſiderium illi auget patris viuacitas. Conſulit ergo ariolos de annis paternis, multine ſuperſint: vellet eum cras efferre, ſi poſſet. Huc fortaſſe illud Proculeij pertinet, quod eſt apud Quinctilianũ, & Rutilium Lupum de Schematibus: *Cùm Proculeius filium ſuum hortaretur, audacter de ſuis rebus ſumtum faceret, etiam ſe viuo: filiuſq; reſpondiſſet, non eſſe ea adhortatione opus. Non enim exſpectare ſe patris mortem. Imò verò, inquit, oro mortem meam exſpectes, nec properes moliri, vt velociùs moriar.*

149. VICTA IACET PIETAS] nullus cernitur deorum metus. Quid autem vicit & proſtrauit pietatem? Impietas. Ad deſpicientiam, miſeriam, & negligentiam accommodatur verbum *iacere*. Cicer. ad Att. epiſt. 10. lib. 7. *Cn. autem noſter (ô rem miſeram!) vt totus iacet?* Parad. 4. *Cùm leges in ciuitate nihil valebant, cùm iudicia iacebant.* Lucret. lib. 1.

Humana ante oculos fœdè quàm vita iaceret
In terris, oppreſſa graui ſub religione.

Nonius exponit, *ſorderet*.

150. VLTIMA CÆL. TERR. ASTRÆA RELIQ.] Cic. in Arateis:

Et Iouis in regno, cæliq; in parte recepta eſt,

de Aſtræa loquitur. Iuſtitiam Græci à patre Aſtræo ſic nominant. Gyrald. Syntagm. 1. pag. 27. Eius deſcriptionem ac picturam habes apud Gell. lib. 14. cap. 4. ex Chryſippo. Sed cùm à principio fugerit pudor, verumque fideſque, & in eorum locum ſubierint fraudeſque, dolique, inſidiæque & auaritia, an non perijt Iuſtitia, & locum eius occupauit iniuſtitia? Videtur conniuiſſe iuſtitia, donec eam atrocitas iniuriarum ſumma, & effuſio etiam cognati ſanguinis abegit. Aut, Iuſtitiam poſtremò abiiſſe hoc vult, homines Iuſtitiam diutiùs, quàm virtutes cæteras coluiſſe, & ab ea ſeriùs deſciuiſſe. Quò pertinet, quod ait 1. Faſt.

Nondum Iuſtitiam facinus mortale fugarat,
Vltima de ſuperis illa reliquit humum.

Delectatos quondam fuiſſe deos hominum candore, ſimplicitate, morumque integritate, vt cum iiſdem amicè ac familiariter colloquerentur, verſarenturque, poſtea verò flagitijs & nefarijs eorum actionibus offenſos, deſertis terris in cælum rediiſſe, canunt Poëtæ. Quod, vt alia ſexcenta, è diuinis libris

famam

famam ad gentes perculiſſe, nihil dubitandum. Didicimus nos Deom per angelos ſępiùs viſiſſe homines illos verè antiquos, & cum iis colloquia miſcuiſſe, cum *Abrahamo, Iacob, Mo, , Elia* &c. Ianus lic t. Faſt.

Tunc ego regnabam, patiens cùm terra deorum
Eſſet, & humanis numina miſta locis.

De vtraq; re item Catullus de Nuptijs verſibus plunibus & elaboratiſſimis:

Præſentes namq; antè domos inuiſere caſtas
Cælicolæ nondum ſpreta pietate ſolebant.

Et paolo pòſt iterum:

At poſtquam tellus ſcelere eſt imbuta nefando,
Iuſtitiamq; omnes cupida de mente fugarant,
Perfudere manus fraterno ſanguine fratres,
Deſtitit extinctos natus lugere parentes,
Optauit genitor primæui funera nati,
Liber vt innuptæ poteretur flore nouercæ,
Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato
Impia, non verita eſt diuos ſcelerare penates,
Omnia fanda nefanda malo permiſta furore
Iuſtificam nobis mentem auertêre deorum.
Quare nec tales dignantur viſere cœtus:
Nec ſe contingi patiuntur lumine claro.

Seneca Octauia:

Neglecta terras fugit, & mores feros,
Hominum cruenta cædepollutas manus
Aſtræa virgo. ſiderum magnum decus.

Sic Gentiles, vt liquet ex Atoobij lib. 1. ſtatim ab initio, & Auguſtino de Ciuit. Dei, pro atroci crimine

A intendebant Chriſtianis, quòd poſtquam ipſi apparuiſſent, mundus repentè tot calamitatibus inuectis perijſſet. Quin ipſos quoque cælites, derelictis curis ſolemnibus, quibus quondam inuiſere ſolebant res humanas, terrarũ ab regionibus exterminatos; hoc eſt, ſacris Chriſtianis offenſos, terris exceſſiſſe. Animaduerſione item dignum, & notauit Bud. 10 Pand. quòd Virgil. 2. Georg. in laudibus vitæ ruſticæ, & agricolarum, vt proborũ, moderatorũ & laborioſorũ hominum ait, *Extrema per illos Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.* Æquitas enim naturæ, pectoribus ingenerata, multiplicatis paulatim ob hominum peruerſitatem ſcriptis legibus, deleta eſt ex animis: quantoque ſimpliciores erant homines, tanto & naturâ iuſtiores. Vbi legom volumina in ciuitatibus tanquã
B Aſtrææ teſtamenta, compoſita ſunt, illa ſimplicitas ſenſim ad ruſticos homines extra oppida, & ad horum teſtamentorum ignaros demigrauit. Iuuenalis ſat. 6. quę in mulierum flagitia liberrimè inuehitur, Pudicitiam cum Iuſtitia ſorore terras deſeruiſſe autumat cum Heſiodo. Qui verſus ad ſæcula, de quibus nunc agitur, accommodati ſunt:

Multa pudicitiæ veteris veſtigia forſan,
Aut aliqua extiterant & ſub Ioue, ſed Ioue nondum
Barbato, nondum Græcis iurare paratis
Per caput alterius, tùm furem nemo timeret
Caulibus, aut pomis, & aperto viueret horto.
Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit
Hac comite, atque duæ pariter fugêre ſorores.

Gigantum ob cælum oppugnatum pœna: eorundem impia & ſanguinaria poſteritas.

NEVE *foret terris ſecurior arduus æther,* X.
Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes,
Altáque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum pater omnipotens miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.
Obruta mole ſua cùm corpora dira iacerent:
Perfuſam multo natorum ſanguine matrem
Immaduiſſe ferunt, calidúmque animaſſe cruorem.
Et, ne nulla ſuæ ſtirpis monimenta manerent,
In faciem vertiſſe hominum. SED ET ILLA PROPAGO
CONTEMPTRIX SVPERVM, SAEVAEQVE AVIDISSIMA CAEDIS,
ET VIOLENTA FVIT: SCIRES E SANGVINE † NATAM. † natos.

151. NEVE FORET TERRIS SECVR.] De gigantibus, & cæli oppugnatione fabula occaſionem ſumpſit è cap. 6. Genes. de turri Babylonica; & hiſtoria vetuſtiſſima mendaciis, vt aliæ multæ tum ſacræ tum profanæ, adulterata eſt.

152. AFFECTASSE FERVNT] *Affectare* eſt ſollicitè ambire, ſummo cum deſiderio quærere. Liuius lib. 1. *Neque eares Tarquinio ſpem affectandi regni minuit:* vbi rectius, puto, ſcriberetur, *affectati regni.* Curt. li. 4. *Nam tùm regnum affectares, proditio, quia ſola id aſſequi poterat, timebatur.* Plaut. Menæch. *Video quam rem agas.*
C *Quia commiſi vt me defraudes, ad eam rem affectas viam.* Et Aulular. *Vt me deponas vino, eam affectas viam.*

GIGANTES] *Gigantes* è Terra, & Vrano, qui *Cælus* Latinè, progenitos quidam fabulati ſunt: alij è ſola Terra, vnde dicti *terrigenæ.* Horat. ode 12. lib. 2. *Telluris iuuenes.* Atque id ſonat γίγας, quaſi dicas γηγενὴς, hoc eſt ἐκ γῆς γεγεννημένος. Neptuno & Iphimedia natos ſcripſit Homerus Odyſſ. λ. Fuerunt immani corporum granditate, robore prævalido, aſpectu horribili, capillo barbaque promiſſis, pedibus anguineis, vnde & *anguipedes*, inf. v. 184. Vide Crinit. li. 2. cap. 11.

Hieron. Magium lib. 1. c. 4. Solis Titanibus gigantum nomen poëtæ tribuerunt. Alioqui gigantes quiuis homines feri, robuſti, audaces, tyranni, ſuperbi, impij, ſæpe nominabantur. Præcipuè tamen, ſi vaſta ac procera corporis mole forent. Plura Delrius noſter Commentariis in Oedipum Senecæ. *Gigantizare*, eſt more gigantum tyrannicè, ac pro libidine alijs imperare, putareque nihil non ſibi fas ac licitum. Giganticum, ſeu giganteum nomen pro polyſyllabo, & ſeſquipedali: aut propter eximia facinora latè diuulgato. In epigrammatis Græcis *γιγαντεῖαι χεῖρες*, *gigantea manus*, pro validis, toroſis & ingentibus. Et procera admodum corporis ſtatura homo, giganteus. Ex Adag. Iunij carptum.

B 153. CONGEST. STRVXISSE AD SID. MONTES] Lib. 5. Faſt.

Extruere hi montes ad ſidera ſumma parabant.

Seneca Agamem.

Qualè ſonabat, cùm Titanas
Fulmine miſſo fregere dei:
Vel cùm montes montibus altis
Superimpoſiti ſtruxere gradus
Trucibus monſtris: ſtetit impoſita
Pelion Oſſa, pinifer ambos
Preſſit Olympus.

Oſſa Pelion impoſuiſſe Othum & Ephialten, cælumque ſcandere niſos, refert Hyginus fab. 28. Homer. Odyſſ. λ.

C *Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ*
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Cùm itaque montes illos altiſſimos conſcendiſſent, ignitas arbores, & ſaxa ingentia in deos iaculabantur. Ex quibus in mare decidentia, inſulæ; in terram, montes euaſiſſe dicuntur à mythologis. Natal. lib. 6. c. 21. Vna ex Pieri filiabus cum Muſis cantu certantibus hoc bellũ canit li. 5. pro anteſignano Typhœum nominat, qui præ cæteris deos terruerit, & eos in Ægyptũ fugiſſe, ibique metu huius gigantis variorum animaliũ figuras latendi cauſſa induiſſe. Quod commentum pluribus eaſequitur Antonius Liberalis in ſuis Metamorphoſibus. De hac expeditione gigantea aduerſum deos cælites Virgil. 1. Georg.

D *— tum partu terra nefando*
Cœumq; Iapetumq; creat, &c.

Et 6. Æneid. *Hic & Aloidas geminos*, &c.

Ouid. Faſt. 5.

Terra feros partus, immania monſtra gigantes, &c.

Item 1. Faſt. & 2. de Pont. & li. Amor. 2. Allegoriã, ſeu tropologiam fabulæ hunc in modum explicant; Philoſtratus in vita Apollonij li. 5. c. 6. gigantes inde deos oppugnaſſe creditũ ait, quòd fortaſſe deorum ædes ac templa violarent. Nam diis arma intuliſſe exiſtimare, meram inſaniam videri. G. Sabinus in hunc modũ: *Cælum eſt reſpub. ſeu Eccleſia. Iupiter ſupremus ma-*

A *giſtratus ibi, hic Pont. Max. Habet vterque ſuos principes, gigantes, vel ciues ſeditioſos, vel hæreticos, vel tyrannos pin manus inferentes, & iniuſta ſancientes. Montes ad talis oppugnationem congeſti ſunt conatus temerarij, & opiniones impiæ. Fulmen Iouis, arma ciuilia & Eccleſiaſtica, quibus domantur & opprimuntur, atque etiam diuina vltio, qua puniuntur, quicunque contra legitima imperia, quibus ſubiectos eſſe oportebat, inſurgunt: aut qui Eccleſiam vexare nituntur. Quod exemplis Catilinæ, Bruti, Caßij, Diocletiani, & hæreſiarcharum hæreticorumq; demonſtrari queat.*

154. MISSO PERFREGIT OLYMP. FVLMINE] Montem Olympum, non cælum perfregit miſſo fulmine Iupiter. Penetrauit tanquam telo (& vocatur *telum*, ac *tela Iouis*) penetrandoque diſcuſſit ac diſſi-

B pauit.

156. OBRVTA MOLE SVA] mole ſua, quam montium aggeſtu conſtruxerant, obruti ac ſepulti ſunt. Ouid. 5 Faſt.

Fulmina de cæli iaculatus Iuppiter arce,
Vertit in auctores pondera vaſta ſuos.

CORPORA DIRA] dirorum, hypallage. nefandorum & importuniſſimorum, nec tam hominũ quàm monſtrorum potiùs.

157. MVLTO NAT. SANGV. MATR. IMMAD.] Et quia multi gigantes, & quia vaſtiſſimis corporibus, ideo eorum nece multum ſanguinis fieri neceſſe fuit, quo mater eorum terra perfunderetur, quemque imbiberet. Plutarch. libello de Iſide & Oſiride ſcriptum

C reliquit, veteres Ægypti reges vſque ad Pſammetichum nec ipſos bibere vinum, nec diis libare ſolitos; putantes eorum eſſe ſanguinem, qui olim diis bellum feciſſent, gigantum puta. Ex eo enim profuſo, terræque commiſto, enatas eſſe vites. Inde largiùs potantes reddi ebrios, inſanos & furentes, vt qui ſe impiorum ſanguine ingurgitarint.

158. CALIDVMQ. ANIMASSE CRVOR.] *Cruor* ei pro ſemine fuit. *Animare*, eſt dare animum, ſeu animos, exſuſcitare, confirmare aliquem. Hic, dare animam, ſeu vitam.

161. CONTEMPTRIX SVPERVM] Lib. 3. *Contemptor ſuperûm Pentheus*. Virgil. 8. *Contemptorq; deûm Me-*

D *zentius.*

162. SCIRES E SANGVINE NATAM] Lib. 4. Metam. *Scires à Pallade doctam*. Non alia ratione meliùs cognoſci poterant, è ſanguine, hoc eſt, è ſanguinariorum ſanguine extitiſſe, niſi quia cædibus & ſanguine profundendo delectabantur; quandoquidem parentum vitia liberi plerumque propenſiùs quàm virtutes imitantur. Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Nam fuerit quicunq; loquax, is ſanguine natam,
Is Venerem è rapido ſentiet eſſe mari.

Admoneor dicti Demadis oratoris, Draconis leges (nimiùm ſcilicet atroces) ſcriptas non atramento, ſed ſanguine.

Ira & habitus concionaturi Iouis, deorum conuentus, circuli lactei hypotypoſis.

XI. 163 *QVÆ pater vt ſumma vidit Saturnius arce,*
Ingemit, & facto nondum vulgata recenti
165. *Fœda Lycaoniæ referens conuiuia menſæ,*
INGENTES ANIMOS, DIGNAS IOVE CONCIPIT IRAS,

Con-

Conciliumque vocat, tenuit mora nulla vocatos.
Eſt via ſublimis cælo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo:
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta Tonantis,
Regalémque domum: dextra læuáque deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis: à fronte potentes
Cælicolæ clarique ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli.
Ergo vbi marmoreo ſuperi ſedêre receſſu;
Celſior ipſe loco, ſceptróque innixus eburno,
Terrificam capitis concuſſit térque quatérque
Cæſariem: cum qua terram, mare, ſidera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit.

163. PATER SATVRNIVS] *Pater*, ſæpe venerationis A eſt in diis & hominibus. *Saturnius* hîc diſtinguit ab aliis diis. Abſolutè autem *Pater*, de Ioue, 2. Æneidos:

Ipſe Pater Danais animos vireſq; ſecundas Sufficit.

SVMMA ARCE] ab alio cælo. Arces edita loca: dictum antea. Cælo nihil editius, ergo *ſumma arx*. Suprà, cùm de elementorum locis ageret:

Ignea conuexi vis, & ſine pondere cæli
Emicuit, ſummaq; locum ſibi legit in arce.

Cæli arces dixit Maro 1. Æneid.

164. NONDVM VVLGATA] quia factum recens, quam ipſe cauſſam addit.

165. FOEDA CONVIVIA] *Fœdum* aliquando pro crudeli. Cic. 2. Officiorũ: *Secutus eſt, qui in cauſa impia, victoria etiam fœdiore*, &c. Salluſt. *Victoriã fœdè exercuit.* B Quàm igitur fœdæ τῶν ἀνθρωποφάγων epulæ in Braſilia, & alibi apud Barbaros?

166. INGENTES ANIMOS] Vox *ingentes* hîc non ad magnitudinem, ſed ad ſpiritus ferociam, ad iram denique pertinet; & quod ſequitur, ἐπεξήγησις eſt. Alia notione Virgil. de apibus in 4. Georg.

Ingentes animos anguſto in corpore verſant.

Quin & harum duces dicit *magnanimos*, libri exordio.

DIGNAS IOVE CONCEPIT IRAS] perſonam ſuam decentes, ſeu, pro maieſtate ſua: quam, quia tam audacter impudenterque violari indigniſſimum fuit (quid enim Ioue maius?) ideo etiam grauiſſimè illum iraſci, & de ſcelere acriùs vindicando cogitare ac deliberare abſurdum nequaquam fuit. Aldina editio non improbanda, vel præ aliis C probanda potiùs, ſic habet:

Ingentes animo, & dignas Ioue concipit iras.

Dici autem *iras* numero multitudinis ſignatè, cùm de diis ſermo eſt, obſeruat Germanus Valens in 1. Æneidos, & in exemplis hoc etiam Ouidianum adducit.

167. CONCILIVMQVE VOCAT] De XII. conſiliariis & aſſeſſoribus Iouis, vt cenſuit antiquitas, nonnihil Turneb. lib. 25. cap. 12. Aduerſariorum. Virgil. lib. 6.

—— Ille ſilentûm
Conciliumq; vocat. ——

Cæſar 1. Gallicorum: *Hæc cùm animaduertiſſet Cæſar, conuocato concilio, omnium ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus, vehementer eos incuſauit.* Sic Æneidos 10. Iupiter deorum ſenatum cogit, eoſque in concordiam ſuper Italis & Troianis redigere laborat:

Panditur interea domus omnipotentis olympi,
Conciliumq; vocat diuûm pater, atque hominum rex
Sideream in ſedem.

Sic & apud Statium Thebaidos 1. Iouis imperio dij conueniunt, in quorum medio de infandis & innumeris hominum ſceleribus grauiter conqueſtus, ſententiam ſuam de Thebanis & Argiuis malè multandis exponit. Apud Claudianum quoque 3. de Raptu ab Iride iuſſu Iouis dij conuocantur, quibus aperit cogitationes ſuas. *Deorum* porrò *concilia* apud poëtas monent, res humanas non caſu, verùm certo Dei conſilio procedere, ac prouidentia gubernari, nihilque temere & inconſultò agendum in Republica. Si namque Iupiter, penes quem rerum ſumma poteſtas, ſuperos nihilominus in conſilium adhibet, quoties quippiam maioris momenti ſtatuendum eſt: quanto magis id hominibus faciendum, qui diuinam ſapientiam minimè aſſequuntur?

TENVIT MORA NVLLA VOCATOS] ob reuerentiam patris & regis ſui confeſtim, ac ſine tergiuerſatione, quò vocabantur (vtique à Mercurio, qui eſt deorum nuncius & internuntius) acceſſerunt. Virgil. 2. Æneid.

Quæ tantæ tenuere moræ? quibus, Hector, ab oris
Exſpectate venis?

Et 3. Georgic.

—— En age ſegnes
Rumpe moras. ——

Ciceronianè, nullam moram fecerunt, quæſiuerunt, interpoſuerunt.

168. EST VIA SVBLIMIS CAELO MANIFESTA, &c.] Cælo puro ac ſereno tenues quaſdam, raras, candidaſque veluti nubeculas, aut album quendam fumum, ſeu lactis longè lateque profuſi copiam inuenimus nocturno tempore, à qua lactis imagine circulus ille ὁ γαλαξίας, ſeu γαλαξίας Græcis, Latinis *circulus lacteus*, Ciceroni *lacteus orbis*,

putius

poëtis & vulgo *via lactea*, die milchſtraſʒ nominatur, de qua ſcriptum meminimus in extremo ſexto de Repub. ſiue in ſomnio Scipionis: *Et corpore laxati incolumi illum locum quem vides (erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circulus elucens) quem vos, vt à Graiis accepiſtis, orbem lacteum nominatis.* Solus hic ex omnibus circis cælum ambientibus (ſunt autem vndecim) ſubiectus eſt oculis, cæteris magis cogitatione, quàm viſu comprehendendis, vt ait Macrobius libri 1. cap. 15. in Somnium. Huius cauſſas quidam naturales, quidam fabuloſas tradiderunt. Duas affert Manilius lib. 1. Stellarum nimirum eo in loco frequentiam, vnde tantus ex luminibus candor: idque probatur pluribus aſtrologis. Eſſe, inquam, ſphæræ octauæ partem, ſtellis plurimis ac minutis, quæ propter exiguitatem diſtinctè à nobis cerni nequeunt, denſiorem, & ob eam cauſſam lucidiorem, & albicantem, propter luminis copiam. Iudicio quorundam eruditorum ſunt partes eiuſdem octaui cæli denſiores, minùs tamen denſæ, quàm aſtra; quæ quidem ex reflexione luminis tam ſolis, quam ſiderum ibi collucentium, candorem illum, hunc ſplendorem emittunt. Deinde, quia heroum, ſeu virorum fortitudine, ſapientia, pietate, iuſtitia præſtantium animæ corporibus ſolutæ in eam ſedem recipiantur, quod & Cicero ſuprà tetigit. Et Statius Syluar. 2. in Genethliaco Lucani, quem iam mortalitate exutum, & cælo receptum, ſub finem carminis ſic affatur:

> *At tu, ſeu rapidum poli per axem*
> *Famæ curribus arduis leuatus,*
> *Quà ſurgunt animæ potentiores,*
> *Terras deſpicis & ſepulchra rides.*

Qui error, iudice Philone, libro de plantat. Noë, ex obſcura notitia angelorum, quam Gentes habuerunt, quibus Heroum nomen dederunt, promanauit. Alia æquè, aut magis etiam fabuloſa cauſſa eſt de lacte Iunonis, de qua Hyginus libri 2. Aſtron. in extremo, quam & Manilius non tacuit, cuius carmina ſequuntur:

> *Nec mihi celanda eſt fama vulgata vetuſtas*
> *Mollior, è niueo lactis fluxiſſe liquorem*
> *Pectore reginæ diuûm, cælumq; colore*
> *Infeciſſe ſuo. quapropter lacteus orbis*
> *Dicitur, & nomen cauſſa deſcendit ab iſta.*
> *An maior denſa ſtellarum turba corona*
> *Contexit flammas, & craſſo lumine candet,*
> *Et fulgore nitet collato clarior orbis?*
> *An fortes animæ, dignataq; nomina cælo*
> *Corporibus reſoluta ſuis, terraq; remiſſa*
> *Huc migrant ex orbe, ſuumq; habitantia cælum,*
> *Aetherios viuunt annos, mundoq; fruuntur?*
> *Atque hic Aeacidas, hic & veneramur Atridas,* &c.

Plinius libri 18. cap. 29. huius defluuio velut ex vbere aliquo ſata lactescere, id eſt fœcundo & frugifero ſucco impleri dicit. Adi Plutarchum de placit. libri 3. cap. 1. & Turnebum lib. 13. Aduerſar. cap. 2. & libro 6. cap. 18. & Iouianum Pontanum Meteor. libri 1. & quos producunt auctores Conimbricenſ. noſtri Meteorolog. tract. 4. cap. 1.

171. ATRIA DEORVM NOBILIVM] *Nobiles deos*, potentes & claros (his enim tribus epithetis eos afficit) accipiendos puto, maiorum gentium qui dicuntur: plebem, ignobiliores, ſeu indigetes, ex hominibus nempe aſcitos. Illos incluſit duobus verſibus Ennius.

A
> *Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,*
> *Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Sex mares, totidem fœminas. De vtriſque Cicero 1. Tuſcul. *Ex hoc & noſtrorum opinione*

> *Romulus in cælo cum dijs agit æuum,*
> *Vt famæ aſſentiens dixit Ennius.* &c.

Quoniam verò dijs maioribus *atria* dat, videtur dicere, eos habitare ædibus amplioribus & auguſtioribus, quæ celebrentur, obeanturque quotidie: ſicut teruntur ſuperba ciuium potentiorum limina apud Horatium Epod. ode 2. ad quem morem alludit, & de eo iam ſcriptum recordor in Symbolis 2. Georgic. ibi:

> *Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis*
> *Manè ſalutantum totis vomit ædibus vndam.*

Immò *cæli palatia* nominat, vt nihil reſtet dubitationis.
B
Minores verò, ceu clientes, ciueſq; medios & infimos anguſtioribus, nec ita ſplẽdidis habitare ędibus.

172. VALVIS CELEBR. APERTI] *Valuæ* Varroni, quæ reuoluuntur. & ſe velant: *Fores*, quæ foras aperiuntur, ſicut apud veteres moris fuiſſe Muretus docet libri 1. Variarum cap. 17. *Ianua* verò eſt primus domus ingreſſus, dicta, quia Iano conſecrata, qui eſt omnium principium. Cætera inter ianuam oſtia vocantur generaliter, ſiue valuæ ſint, ſiue fores. Ita Seruius. *Valuæ*, inquit Iſidorus, *quæ intus reuoluuntur. & duplices complicabileſq; ſunt.* Patebant igitur atria deorum iſtorum nihilominus multis, quotidie intrantibus & exeuntibus. In verbo *celebrare* ineſt ſignificatio celebritatis, multitudinis, frequentiæ; & celebrat hoc ipſum verbum Ouidius in libris ſuis.
C
Cicero de Oratore libri 1. *Tellus eſt huiuſce Q. Metelli ianua & veſtibulum, quod maxima quotidie frequentia ciuium, ac ſummorum hominum ſplendore celebratur.*

Via eſt locus celebris, quam multi ambulant, in qua plurimi verſantur. Exempla magno numero proponit in Promulſide ſua Iuſtus Zinzerlingus c. 11.

173. PLEBS HABIT. DIVERSA LOCIS] *Dij minorum gentium* ſparſim habitãt, vel per viam lacteam, vel per cælum. Sunt dij quidam plebeij, quidam patricij: dij quidam magni, quidam minuti, & patellarij apud Plaut. Ciſtell. Vide ibidem Lamb. Comment. De his ipſe Iupiter longè infrà, vbi in filiam Inachi nimis familiariter appellat:

> *Præſide tuta deo nemorum ſecreta ſubibis,*
> *Nec de plebe deo.* ——

A FRONTE POTENT. &c.] Suntne potentes
D
iſti cælicolæ alij, quàm qui modò dicti nobiles dij? At iſti à dextra læuáque huius viæ habitare dicebantur. Intellige quoſdam nobiles deos in aditu huius viæ habitare. De *dijs magnis*, qui Græcis μεγάλοι, item de dijs communibus & inferioris notæ, quos Naſo videtur *plebem* vocare, lege Alexan. ab Alex. lib. 6. c. 4. & ibid. Tiraquellum.

175. SI VERBIS AVDACIA DETVR] Præfatur veniam, veritus deorum offenſionem, quia tam magna & illuſtria paruis componit, cùm melius parua magnis conferantur.

176. HAVD TIM. MAG. DIX. PALATIA CAELI] Auguſti domus nominata eſt *palatium*, occaſione loci; habitabat ſiquidem in Palatio, ſeu in monte Palatino. Quemadmodum itaque Auguſti regia conſpicua eſt in magna & ampla vrbe Roma: ſic via iſta, & domus Iouis, quò illa ducit, conſpicua ſunt in amplitudine cęli, quod non ſecùs, quàm illa Romam, exornant.

177. MAR-

177. MARMOREO RECESSV] Interiora regiæ A Iouis, & quaſi conſiſtorium, fingit conſtructa è marmore, ad magnificentiam. Catull. de nupr.

Ipſius at ſedes quacunque opulenta receßit
Regia.

Virgil. 1 Æneid.

At domus interior regali &c.

178. CELSIOR IPSE LOCO] Sublimiùs ſedere in concilio regem fas eſt, quò faciliùs conſpiciatur, audiaturque ab omnibus: & vt ipſa ſedis altitudo ſedentis, ſupra omnes eminentiam auctoritatemque declaret.

SCEPTROQVE INNIXVS EBVRNO] Sceptra veterum regum erant haſtilia, aureis æreiſve bullis ornata, è ligno, aut ebore. Vides igitur, quomodo ſceptris inniti potuerint. Nixum ipſa vox declarat. Eſt enim *σκῆπτρον* à *σκήπτω*, *nitor*, innitor, incumbo, B fulcio me. Quæ 1. Iliad. de ſceptro Achillis, & 12. Æneidos de ſceptro Priami ſcripta ſunt, lege in Symb. noſtris Maronianis. Porrò *ἀναλογικῶς* ab ebore *eboreum*, vt à marmore *marmoreum*, à pumice *pumiceum* dici debuit: ſed vſus admiſit *eboratum*, & *eburnum* Quæ tamen ita diſtinguũtur, vt *eboreum* ſit ex ebore ſolidum; *eboratum* ebore extrinſecus ornatum; *eburnum* ebori ſimile. Chariſius.

179. TERRIFICAM CONCVSS. CÆSAR.] non quę per ſe quidquam terroris haberet: ſed quę ipſo concuſſu terrifica fiebat, ſeu terrorem afferebat.

In magna indignatione, ira, pœnitudine, concutere caput, vſitata res. lib. 2. de Phœbo:

Pœnituit iuraſſe patrem, qui terq́, quaterq́,
Concutiens illuſtre caput, temeraria, dixit,
Vox mea facta tua eſt.

180. CVM QVA TERR. MARE, SID. MOVIT] Hac A hyperbole maieſtatem Iouis, vt patris diuûmque hominumque indicat. Quod & alij poëtæ de eodem loquentes faciunt. Noſter 2. Faſt.

Iuppiter annuerat: nutu tremefactus vterque
Eſt polus: & tali pondera mouit Atlas.

Virg. 1. Æneid.

Vultu, quo cælum, tempeſtateſq́, ſerenat.

Et l. 9. *Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.*

Catull. de nupr.

Annuit inuicto cæleſtûm numine rector,
Quo tunc & tellus, atque horrida contremuerunt
Aequora, concußitq́, micantia ſidera mundus.

Horat. ode 1. lib. 3. *cuncta ſupercilio mouentis.*

Seneca Agamemn.

——— tuq́, ante omnes
Pater, ac rector, fulmine pollens,
B *Cuius nutu ſimul extremi*
Tremuere poli.

Stat. 1. Thebaid.

——— Placido quatiens tamen omnia vultu.

Omnes inſtiterunt Homeri veſtigijs 1. Iliad. vbi de Ioue, precibus Thetidis pro Achille filio vindicando annuente ſic legimus:

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.
Sic ait, atque ſupercilijs pater annuit atris,
Ambroſiaq́, altè diuino à vertice regis
Defluxere comæ, magnuſq́, tremiſcit olympus.

181. ORA INDIGNANTIA SOLVIT] ipſe indignabundus ſic orſus eſt.

Lib. 2. *Vix equidem fauces hac ipſa in verba reſoluo.*
Lib. 15. *Primus quoque talibus ora Docta quidem ſoluit.*
Virg. 4. Georg. *Sic fatis ora reſoluit.*

Oratio Iouis ad deos de extinguendo ob ſceleratos mores humano genere. Inſeritur blandimentum Auguſto Cæſari.

XII. *NON ego pro mundi regno magis anxius illa*
Tempeſtate fui, qua centum quiſque parabat
Inijcere anguipedum captiuo brachia cælo.
Nam quanquam ferus hoſtis erat, tamen illud ab vno
Corpore, & ex vna pendebat origine bellum.
Nunc mihi quà totum Nereus circumſonat orbem,
Perdendum eſt mortale genus: per flumina iuro
Infera, ſub terras ſtygio labentia luco.
CVNCTA PRIVS TENTANDA: SED IMMEDICABILE VVLNVS
ENSE RECIDENDVM EST; NE PARS SINCERA TRAHATVR.
Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyrique & monticolæ Syluani:
Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certè terras habitare ſinamus.
An ſatis, ô ſuperi, tutos fore creditis illos,
Cùm mihi, qui fulmen, qui vos habeoque regoque,
Struxerit inſidias notus feritate Lycaon?

 Confre-

Conſremuere omnes: ſtudiiſque ardentibus auſum
Talia depoſcunt. Sic, cùm manus impia ſæuit
Sanguine Cæſareo Romanum extinguere nomen,
Attonitum tanto ſubitæ terrore ruinæ
Humanum genus eſt, totúſque perhorruit orbis.
Nec tibi grata minùs pietas, Auguſte, tuorum,
Quàm fuit illa Ioui. qui poſtquam voce manúque
Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit vt clamor preſſus grauitate regentis,
Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit.

181. PRO MVNDI REGNO] *Mundi* nomine *cælum* cape, quomodo ipſe poëta capiendum ſtatim ſic docet: A

Iniicere anguipedum captiuo brachia cælo.

Diximus de iſta appellatione iam antea. Adde Senecam Herc. Fur.

Mundus puellæ ſerta Gnoſiaca gerit,

coronam Ariadnes puta.

ILLA TEMPESTATE] Antiquum, & poëticũ eſſe verbum *tempeſtas* pro *tempore*, teſtis 3. de Orat. ita loquens Cicero: *Sed tamen rarò habet in oratione poëticum aliquod verbum dignitatem. Neque enim illud fugerim dicere, vt Lælius: Qua tempeſtate Pœnus in Italiam venit.* Hanc vocem hiſtorici tenent. Salluſt Iugurth. *Hac tempeſtate fuere in exercitu noſtro complures noui, & ignobiles.* In Catilinar. *Ea tempeſtate corpore ſe quiſque extollere, & ingenium in promptu habere.* Videor & in T. Liuio notaſſe. *Cis paucas tempeſtates*, Plauti eſt in Moſtellaria. B

183. CENTVM BRACHIA PARAB. IN.] Vnum attributum gigantum eſt ἑκατόγχειροι *centimani*, quales in Theogon. Heſiod. Cottom, Briareum, Gyan fratres facit. Bene autem *parabat iniicere*, non enim iniecerunt, aſcenſu tam arduo in ipſa ſtructura diſturbato, ac diſſipato videlicet.

184. ANGVIPEDVM] Alterum attributũ eſt δρακοντόποδες, *anguipedes*, quod ſignificat, eos inceſſu quodam ſuperbo, contortis pedibus, ſeu veſtigiis velut anguium ſpiras imitatos. Vide Macrob. Saturnal. 1 cap. 20. *Anguipedes* à poëtis nominati credit Turnebus lib. 25. cap. 17. quòd ima ſui parte in ſerpentes deſinerent. In eorum ſpeciem homines tota vrbe conquiſitos, pedibus capros, vel debiles formatos, Commodus Imper. ſagittis confecit, vt Lamprid. ſcribit, cùm Dio clauà ab eodẽ mactatos narret. Ita ſtolidus vecorsque Princeps præſtantiſſima Hectoris facinora imitabatur, in miſerorum ſanguine, & anima ludens. Iam vt hic Ouid gigantes vocauit *anguipedes*, ita Lucret. lib 6. *elephantos anguimanos*; iis enim promuſcis eſt loco manus, eaque tortilis, volubilis, flexibilis, in morem ſerpentis. C

Sicut quadrupedum cum primis eſſe videmus
In genere anguimanos elephantos, India quorum
Millibus è multis vallo munitur eburno.

Cic. quoque 2. de nat. deor. elephantis *manum* tribuit. Vide quæ & antè non longè ad verſ. 152. de Gigantum pedibus notabam.

CAPTIVO CÆLO] Cælum capere qui poterant, adeò vaſtum & amplum? Deos habere captiuos moliebantur, iiſque manus iniicere. Eſt ergo continens pro contento, συνεκδοχικῶς. Æneid. 8. de Tiberi: *cælo gratiſſimus amnis*, pro cælitibus.

185. FERVS HOSTIS] *Ferus* etiam aſpectu, propter brachiorum multitudinem, & pedum horribilem figuram; vt omittam vultum formidabilem.

AB VNO CORPORE] *Corpus* collectiuum eſt, ob vnius corporis, id eſt, originis (vt mox interpretatur) oppugnationibus. Liuius lib. 1. *Oriundi à Sabinis, ſui corporis regem creari volebant.*

186. AB VNA ORIGINE] Fratres enim erant; fratrum vna origo, propter ſeminis & ſanguinis de iiſdem parentibus in eos profectã communitatẽ.

187. QVA TOT. NEREVS CIRCVMS. ORB.] quà orbis terræ patet. Circumſonat, quoniam vndarum illa ventis flantibus agitatio non fit ſine grãdi ſtrepitu. Principio libri *nec brachia longo*

Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Notiſſimæ vel pueris metonymiæ, Neptunus, Nereus, Thetys. Oceanus pro mari, vt Bacchus pro vino, &c. De Nereo Natalis lib. 8. cap. 6. B

188. PER FLVM. IVRO INFERA] Quia ipſa Styx coniuratorum contra Iouem deorum, cùm illum vincire voluerunt, inſidias patefecerat, hanc illi dignitatẽ conceſſit, vt dii iuſiurandũ per Stygẽ ſanctiſſimũ haberẽt. Teſtatur Homer. Odyſſ. 5. Notal. lib. 3. cap. 2. Iurat ſic Iupiter Iunoni ſub finẽ huius.

Pone metum, inquit, nunquam tibi cauſa doloris
Hæc erit: & ſtygias iubet hoc audire paludes.

Et Phœbus lib. 2. Phaëthonti.

—— quod vis pete munus, & illud
Me tribuente feres. Promiſſi teſtis adeſto.
Diis iuranda palus, oculis incognita noſtris.

Et infrà: *Ne dubites, dabitur (ſtygias iurauimus vndas)*

Quodcunque optaris: ſed tu ſapientius opta.

Hoc autem iuramentum μέγας ὅρκος dicebatur. Heſiod. Theogon. vbi de Styge: C

αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον.

Homer. Odyſſ. ε.

ὥς ἄρ' ἔφη, γέλασεν δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι.

190. CVNCTA PRIVS TENTANDA] Cogitabat Ouid. illud Terentianum. *Omnia prius quàm armis experiri ſapientem decet.* Boni Principis officiũ idem, quod bonorum parẽtum eſſe, docet Seneca lib. 1. de Clement. cap. 14. *Qui obiurgare liberos nonnunquam blandè, nonnunquam minaciter ſolent, aliquãdo admonere etiam verberibus. Nunquid aliquis ſanus filium ad primam offenſam exhæredat? Niſi magnæ & multæ iniuriæ patientiam euicerint, niſi plus eſt quod timet, quàm quod dãnat, non accedit ad decretorium ſtylum. Multa antè tentat, quibus dubiam indolem, & priore loco iam poſitam reuocet: ſimul deplorata eſt, vltima experitur. Nemo ad ſupplicia exigenda peruenit, niſi qui remedia conſumpſit, &c.*

SED

[illegible] ecr [illegible] [illegible] curatione [illegible] *[illegible] artes [illegible] immedicabile vuln[illegible]* [illegible] cridis metaphoram duxit. [illegible] loco, ni fallor, æmulatus [illegible] quondam [illegible] Magnum [illegible] de coërcenda [illegible] et ex[illegible] aretq[illegible] nome[illegible] [illegible]m. Claud. in Eutropium:

[illegible] vera poſſ[illegible] is alte ſuffu[illegible] a medn[illegible]
[illegible] cuiore manu: [illegible] ro ſanantur & igne.

[illegible] s Ciceronis producamus. 3. Offic. *Ve[illegible] membra [illegible] uadam amputantur, [illegible] ipſa ſanguine, [illegible] ſpiritu carere cœperint, ne noceant [illegible] ſic [illegible] figura hominis feritas, [illegible] humani a bel[illegible] a [illegible] mum tanquam humanitate corporu [illegible]* [illegible] lipp. 8. *In corpore, ſi quid eiu modi [illegible] reliquo corpori noceat, id vr[illegible] ſecari patimur, vt mem[illegible] tu aliquo l po[illegible] [illegible] tu corpus intereat: ſic in Reipub. corpore, vt totu ſaluum ſit, quidquid eſt peſtiferum, amputetur.* E[illegible] nat? *Quæ ſanari poterunt [illegible] unque ratione ſanabo: quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare.*

191. [illegible] PAR[illegible] A[illegible] VR[illegible] [illegible]ptes ſane velut attra[illegible] [illegible] & [illegible]cent [illegible] ag[illegible] [illegible] agio. Teſtis M. Tull. in Bruto: *Nihil erat in eius oratione niſi ſincerum nihil niſi ſi[illegible] atque ſanum.* E[illegible] Maniliana: *Plures ſecum in eandem calamitatem trahunt.*

192. S[illegible] Pares ſin[illegible] eras enumerat Iupiter, quibus [illegible]tag[illegible]ne, & [illegible] torum immani[illegible] e met[illegible] *Semidei* Græcis [illegible] Credebantur a[illegible] cæleſte & fa[illegible] mer[illegible] genere, & [illegible] humana effi[illegible] ad totius [illegible] commoda pro[illegible] Gyrald. Syntag. 1. Rap[illegible] heroas qui fuerunt meliore [illegible]atres, & auguſtiores hominibus, d[illegible] min[illegible]. Heſiod. [illegible]

Ζεὺς κρονίδης [illegible]
ἀνδρῶν [illegible] γένος [illegible]
ἡμίθε[illegible]

Lucian. in Dialog. Mortuorum: *[illegible]* *Heros eſt, qui nec homo, nec deus, ſed vtrumque eſt.*

S[illegible] RVSTICA [illegible] IN FAVNI. De *Faunis*, agreſtibus [illegible] dijs le[illegible] Natal. lib. 5. cap. 9. & de *Nymphis*, c[illegible] que generibus cap. 12. De *Satyris* cap. 7. De *Syluanis* c. 10. De [illegible] Gyraldum H. Ci[illegible] ſan. ſic emendat, *ſunt ruſtica numina Nymphæ, Faunique, Satyrique.*

193. ET NYMPHÆ. D[illegible] us veterū *Nymphæ* quædam erant a[illegible] miniſt[illegible]m. Habuit *Iupiter*, vt hic vides. Habuit *Neptunus*, quem *νυμφαγέταν* appellat Cornutus, & [illegible] Heſiodus dat quinquaginta. Habuit *Phœbus* Aganippidas ſuas & A[illegible]. Habuit *Bacchus* ita mul[illegible] vix recenſeas nomina Baccharum Baſſ[illegible]dum, [illegible] Thyadū. Habuere et[illegible] deæ, vt *Iuno* [illegible] *Æ[illegible]*

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ.

Vt *Diana* venatrices, *Thetis* Nereides; [illegible] Gratias. Hæc [illegible] bo[illegible] d. Cer[illegible]

194. CÆ[illegible] D[illegible] M.H[illegible] [illegible]am ob ca[illegible] A[illegible] ne[illegible] ud conſequi debebant, & [illegible] ſat[illegible] on [illegible] er[illegible]

[illegible] S D[illegible] ER[illegible] A[illegible] H[illegible] B. [illegible] do [illegible] m d[illegible] ca[illegible] lon[illegible] d [illegible] ter [illegible] el[illegible] operis [illegible] Ione nuntu[illegible] O[illegible] t huic [illegible] A[illegible]

[illegible]es Statius & cum eo [illegible] hæc verba poëtæ ſignificare, ruſticanis dijs nil accidiſſe mali, & eos diluuii ſedes ant[illegible] uas [illegible]. Quibus autem [illegible] de [illegible] tacuiſſe. Nam ne [illegible] omnium d[illegible] cr[illegible]endum eſt: & quibus [illegible] erat hos & [illegible] uerat, vt ſe in tutū re[illegible] eſt [illegible] N[illegible]phas enim mo[illegible] Th[illegible] oſ[illegible]:

[illegible]

qu[illegible] co[illegible] *Satyri*. Neque verò monte[illegible] cu Poë[illegible]

[illegible] ad[illegible]

nec id f[illegible] Fl[illegible] ſi[illegible] autem b[illegible] *M[illegible]arum, N[illegible] harum, [illegible] rum, [illegible] aunorum [illegible]*

1[illegible] [illegible] ſ[illegible] R[illegible] α [illegible] ſæ. Q[illegible] &. [illegible] R[illegible] imperator ex [illegible] & [illegible] p[illegible]

197. Q[illegible] V[illegible] bus: ebi [illegible] dat [illegible] *r. fulmin[illegible] es, [illegible] in[illegible]* Do[illegible] c[illegible] in Perſia ap[illegible] [illegible] S[illegible] *opulentus, inc[illegible] tus, ſupremus, [illegible] lus, vi[illegible] otens* [illegible] ates erat ad Nic[illegible] qua [illegible] & [illegible] curat [illegible] q[illegible] e[illegible] lo[illegible] [illegible] P[illegible] ſt addire. *Quod [illegible] memoria [illegible] dij etiam regem habere Iouem dicimur. Qui [illegible] ſi verum eſt apparet, deos etiam hunc ſtatum cæteris anteferre. [illegible] veritates [illegible] [illegible] conieEturi in eam opinionem adducti ſumus: id argumento eſt nos omnes [illegible] antiſſimam indicar[illegible] N[illegible] enim [illegible] R pub. diceremus, niſi eam longe pr[illegible] cæteris crede[illegible]mus.*

198. N[illegible] L[illegible] quem feritas, & [illegible] nob[illegible] qui[illegible] tyrannus paſſim P[illegible] a[illegible] m al[illegible] ua virtus, alium [illegible] redd[illegible]

199. C[illegible] M[illegible] M[illegible], & [illegible] Æ[illegible] *cun[illegible] ſimul ore [illegible] emel ant [illegible] ardauida.* V[illegible] ſummo lo[illegible] n[illegible] potuerunt [illegible] fr[illegible] & murmure proder[illegible] tem etiam [illegible] pœnam capit[illegible] [illegible]. Quidam c[illegible] habēt *Contremuere omnes*: [illegible] honos, amor, & reuere[illegible] Iouem magn[illegible] catur. Sic cont[illegible], & c[illegible] hoc inexſpe[illegible] [illegible] o[illegible] [illegible] teren[illegible]

200. S[illegible] M[illegible] IMP[illegible] & [illegible] De iſta aduerſus [illegible] ſtum [illegible] Triſt.

Diuiſis etiam mul[illegible] & bon[illegible] s auctos
V[illegible] ls, qui [illegible] erant [illegible] caput arma tuum.

Vide [illegible] lege Suet[illegible] n. c. 19 *Manus* pro cœt[illegible] & [illegible] inferi[illegible] c[illegible] parata, p[illegible] S[illegible] in Catilinari: *Memorare poſſem, quibus in locis maximas hoſtium copias pop. Rom. parua manu fuderit.* Cic[illegible] linam. *[illegible] autem [illegible] tre me[illegible] laus & [illegible] importuna [illegible] manu. [illegible] manum [illegible] re facere habere.* [illegible] capud [illegible] L[illegible] min [illegible] c 12 [illegible] [illegible] *Herodes [illegible] manus, vt affligeret quoſdam de Eccleſia.*

201. Sanguine Cæsareo Romanum extingui e nomen.] *Sanguine extinguere*, helleniſmus, vt extingueret. Occidere Auguſtū, à quo Roma, & imperiū Romanum pēdebat, fuit virtus Romanū non eſt delere 2. Triſt.

Per ſuperos igitur, qui dant tibi longa dabuntq́;
Tempora, Romanum ſi modò nomen amant.

Cum Conſtantinus M. apud Veronam in confertiſſimos hoſtium globos ſe immiſiſſet, lacrymantes eum in conſpectum, amplexique totum ſanguine hoſtium perfuſum grauiter, quòd ſe tanto periculo commiſiſſet, & parum ſibi conſuleret, obiurgarunt: quo pereunte, ſatis conſtaret, totam rempub. eſſe perituram. Sigon. lib. . de Imp. Occident.

202. Attonitum genus est, &c.] Comparans eum cū Ioue 2. Triſt. ait, *hominum tu pater, ille Deûm.* Non ergo mirum, ſi ad auditionem tanti periculi patris ſui totus orbis perhorruit.

204. Augusto] qui nobis Augustus, Græcis in hiſtoria eſt σεβαστὸς, id eſt, venerabilis, adorādus, ſeu veneratione & adoratione dignus. Vxores Auguſtorū cura ſenatus decretum Augustæ appellari non poterat. Quanquam nō ſolū imperatorum, ſeu Auguſtorū coniuges, ſed filiæ quoque ſorores, nuptæ, ſocius hoc nomine aſſiciebantur. Claudian. ſocrus, filias, neptes Auguſtorū, reginas nominat.

205. Voce manuque murmura compressit.] Lucan. de Cæſare lib. 1. Pharſal.

Compeſuit vultum, dextraq́; ſilentia iuſſit.

Perſ. ſat 4 *Fert animus calida feciſſe ſilentia lingua.* A

Nota ſilentium impetrantis, *St.* cui plerumque ad iungitur verbum *tace, tacete.* Plau Epid. *St, tacete, habete bonum animum.*

Statius Cæcil. apud Cicer. 3. de Orat. *St, tacete, quid hic clamoris eſt.*

In dextra magnā eſſe auctoritatē maieſtatemq́;, hoc argumento conſtat, inquit Alex ab Alex. lib. 2. cap. 19. cùm tumultuantem multitudinem dextra compeſcimus; aut ſilentium indicimus; aut pacem manu porrecta nos afferre indicamus. Inde nos Principum ſtatuas pedeſtres equeſtresq; ad hoc æui dextera porrecta aſpicimus Marius quoq; cū in Romanos maxima clade ſæuiret, quos ſeruare voluit, dextera porrecta, vt ſalute data, incolumes fecit.

206. Tenuere silentia cuncti] Virgil. 10. Ænei. B

Tum pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas,
Infit, eo dicente deûm domus alta ſileſcit.

Et 2. Æneid. *Conticuere omnes, intentiq́; ora tenebant.* Lib 11. *tum facta ſilentia linguis.* Cic. 1. de Oratore: *Hac cùm Craſſus dixiſſet ſilentium eſt conſecutum.* Et lib. 3. *Ipſe conticuit, & cæteris ſilentium fuit.*

207. Pressus gravitate regentis.] paulo antè, *qui vos habeoq́, regoq́;*. *Grauitas* poſita pro auctoritate quam conciliat, cauſſa pro effectu.

208. Sermone silentia rupit] Non minùs eleganter dictum, *rumpere vocem*, vt Græci dicunt ῥῆξαι φωνὴν. de quo genere loquendi Pett. Victorius lib. 10. Variar. lect. cap. 8.

Immanitas Lycaonis in Iouem, eius ſupplicium.

XIII.

Ille quidem pœnas (curam hanc dimittite) ſoluit:
Quod tamen admiſſum, quæ ſit vindicta docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures:
Quam cupiens falſam, ſummo delabor olympo,
Et deus humana luſtro ſub imagine terras.
Longa mora eſt, quantum noxæ ſit vbique repertum
Enumerare: minor fuit ipſa infamia vero.
Mænala tranſieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cyllenco gelidi pineta Lycæi.
Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni
Ingredior, traherent cùm ſera crepuſcula noctem.
Signa dedi veniſſe deum, vulgusque precari
Cœperat: irridet primò pia vota Lycaon.
Mox, ait, experiar, deus hic, diſcrimine aperto,
An ſit mortalis: nec erit dubitabile verum.
Nocte grauem ſomno nec-opina perdere morte
Me parat: hæc illi placet experientia veri.
Nec contentus eo eſt: miſſi de gente Moloſſa
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.
Atque ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis, partim ſubiecto torruit igni.
Quos ſimul impoſuit menſis, ego vindice flamma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit, nactusque ſilentia ruris
Exululat, fruſtraque loqui conatur, ab ipſo

Colligit

Colligit os rabiem: ſolitæq́; cupidine cædis
**Vtitur in pecudes, & nunc quoque ſanguine gaudet.*
In villos abeunt veſtes, in crura lacerti;
Fit lupus, & veteris ſeruat veſtigia formæ.
Canicies eadem eſt, eadem violentia vultus:
Iidem oculi lucent; eadem feritatis imago eſt.
Occidit vna domus, ſed non domus vna perire
Digna fuit: QVA TERRA LATET, FERA REGNAT ERINNYS.
In FACINVS IVRASSE PVTES. *dent ocyùs omnes*
Quas meruere pati, ſic ſtat ſententia pœnas.

* Vertitur

209. CVRAM HANC DIMITTITE] *Secludite curas,* Virgil. 1. Æneid. & 12. *Quam pro me curam geris, hanc, Pater optime, pro me Depenas.* Et 6. *Mitte hanc de pectore curam.* *Curas expedire* per Horatium dicamus audacter cùm ille dicat ode 22. l. 1. *Et vltra Terminũ curis vagor expeditis.* Quam lectionẽ vt venuſtiorẽ, & Horatianam ac poëticã magis præ *expeditus*, freti auctoritate omniũ antiquorũ librorũ probãt Lamb. & Torrẽtius. A

210. QVOD TAMEN ADMISSVM] *Admittere,* vt committere flagitium, maleficium, facinus dicimus. *Admiſſum dedecus,* Cicero epiſt. 10. lib. 3.

211. CONTIG. NOST. INFAM. TEMP. AVRES] Locus eſt Geneſ. 18. vbi Deus ad Abrahamũ ſic: *Clamor Sodomorũ & Gomorrhæorũ multiplicatus eſt, & peccatũ eorũ aggrauatũ eſt nimis. Deſcendã, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an nõ eſt ita, vt ſciam.* Huic ſimilia hæc Ouidiana: Certiſſimũ eſt, Gentiles ſacrorũ librorum myſteria multa cognouiſſe, idq́; vel lectione eorundem, vel auditione, vel doctrina, ipſis à Chaldæis, Ægyptijs, inter quos Hebræi habitarunt, tradita. B Tertul. in Apologet. pleraſq; philoſophorũ ſententias, poëtarumq́; fabulas ex diuinis libris primitus excerptas, nouisque cogitationum aſſumẽtis corruptas affirmat. Idẽ, *res noſtra, ſunt incredibiles,* inquit, *quia eadem dicũtur à poetis cũ ipſi à nobis ſumpſerint.* *Infamia temporis* exponendũ, infamia ſcelera hominũ per id tempus.

212. QVAM CVPIENS FALSAM] Cùm Deus neminem perire cupiat, ſed omnes ſaluos fieri, cupit etiã nõ peccari, & falſam potiùs differri famam, quàm verã de infandis mortalium flagitijs, & ſceleratiſſimis actionibus: tametſi me idacio non delectatur.

213. SVMMO DE AB OLYMPO, ET DEVS HVM. &c.] Hoc hemiſtichiũ, *ſũmo delabor olympo* cũ ſequẽti hexametro, quã idoneũ, quã aptũ in Dei Filiũ? quem miſit Pater in vterũ Virginis; vnde humano corpore aſſũptu proceſſit, & homo cũ hominib. verſatus eſt. Mirũ C verò, cũ dij humana figura in cælis nõ ſint quomodo ibidẽ multa faciãt, quę niſi ab hominib. fieri nõ poſſũt.

214. DEVS HVMAN. SVB. IMAG.] Lib. 8. *Iuppiter huc ſpecie mortali, cumq́; parente Venit Atlantiades.*

215. QVANT. NOXÆ SIT VB. Q. REPERT.] *Noxia* eſt culpa, ſeu peccatum. Plaut. Moſtell. *Quaſi non eras iam cõmercam aliã noxiã.* Et Mercat. *Vacuã eſſe iſthoc ætatis qs decebat noxys.* *Noxa* verò eſt pœna. Vnde lex iubet *noxa dedere* pro peccato. Attius Menalippo: *Tete eſſe huic noxa obnoxium.* Et Cæcilius, *Nam iſta quidem noxa mulieris eſt magis, quàm viri.*

215. MINOR FVIT IPSA INFAM. VERO] magnitudinem & multitudinem graſſantium ſcelerum per orbem æquare fama non potuit.

216. MÆNALA TRANSILIRAM, &c.] Mõtes ſunt Arcadię *Mænalus, Cyllene, Lycæus.* Primo ferarum tertio pinuum copiam tribuit. Medius, *Cyllene* inquam, Mercurij partu nobilis habetur. Virgil. lib. 8.
Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

218. INHOSPITA TECTA] ὑπαλλαγή. hypallage, inhoſpitalia tecta. Vir. *inhoſpita Syrtis, inhoſpita ſaxa,* 4. & 5. Æn.

219. TRAHEB. CVM SERA CREPVSCVL. NOCT.] *Crepuſculũ* eſt tempus illud, cùm noctescere incipit, confine lucis & tenebrarũ, quod Ouidiana Hypermneſtra ad Linũ commoda periphraſi expreſſit: *Modò facta crepuſcula terris, Vltima pars lucis, primaq́; noctis erat.* Errant, qui vocem hanc trãsferunt etiã ad dubiã illã lucem, antequã dieſcat, quod *diluculũ* vocari debet. Eſt autẽ *crepuſculũ* à *crepero*, quod Feſtus interpretatur dubium, vt ſit dubia lux, tenebris nimirũ ſe ingerẽtibus.

221. VVLGVSQ. PREC. CORP.] Ad me viſendũ & adorãdũ plebecula cõueniebat. *Vulgus* etiã virili genere dici, teſtibus idoneis cõfirmat Nonius. Virg. 2. Æn. *Hinc ſpargere voces in vulgũ ambiguas.* Accius Epigono: *Et nũnc Argiuos fremere bellũ, & velle vi vulgũ vides?* Varro περὶ ὕπνου λύσεως, *Iurgare cœpit, dicẽs, quæ facis, atq; in vulgũ vulgas.*

223. DEVS HIC AN SIT MORTAL.] hic hoſpes deus ſit, an homo. Si deus, non poterit occidi: ſi occidetur, non erit deus.

224. GRAVEM SOMNO] depreſſũ, oppreſſum, merſũ, ſepultũ ſomno, cũ eũ arctiùs cõplexus eſſet ſomnus. Lib. 3. *Ille mero, ſomnoq́; grauis.* Et l. 15. *Preſſum grauitate ſoporis.* Epiſt. 14. *Iamq; cibo vinoq́; graues, ſomnoq́; iacebant.*

NEC OPINA PERO. MORTE] ne poſſet elabi, ſi preſẽtiret, quod ſibi intentabatur exitiũ. Inopinatã mortẽ Iulius Cæſar beatã ſtatuebat. Sueton. c. 87. verba adſcribam: *Et pridie quã occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam apud M. Lepidum, quiſnam eſſet finis vitæ cõmodiſſimus, repentinum inopinatumq́; prætulerat.*

227. OBSIDIS VN. IVGVL. MVCRONE RESOL.] Apollodoros l. 3. Biblioth. *Lycaonẽ* è diuerſis cõiugibus L. filios ſuſcepiſſe narrat, additis ſingulorũ nominibus. Nõ autẽ Lycaonẽ ipſũ, ſed filios eius Iouem hoſpitio excepiſſe: neq; interfectũ hunc, Iouiq; in epulis antepoſitũ obſidẽ, ſed illorũ ciuẽ fuiſſe, ipſumq; Lycaonẽ cum filijs præter Nyctinum natu minimũ fulmine enecatos. Notat H. Cruſan. At Clemẽs Alexand. Protreptico ad gentes Nyctinũ filiũ Ioui appoſuiſſe dicit, irridẽsq; iſtuc neſcio cui ẽ, adiũgit: Egregius verò Iupiter, qui eſt diuinator, hoſpitalis, ſupplices exaudiens, clemẽs, panomphęus, ſeu vocib. ac linguis omniũ cultus, depulſor & auertor malorũ. Et mox, velut ironiã ſuã corrigens, immò verò iniuſtus, ſceleratus, iniquus, impius, inhumanus, violẽtus, ſtuprator, adulter, amator.

228. PARTIM FERVENT. A. MOLLIT AQVIS] Filios Lycaonis carnẽ humanã, cum reliquis carnibus cõmiſcuiſſe, ac Iouem tentare voluiſſe, tradit Hygin. fab. CLXXVI. Arguitur falſitatis à Delrio noſtro in Aduerſarijs ad Senecam Seruius, qui ad 1. Æneid. docuit, heroas elixis carnib. haud vſos, cum Euripides in Cyclope dicat, Polyphemo parata fuiſſe ἑφθὰ καὶ ὀπτά, *cocta & aſſa.* Accius in Atreo de immanitate Thyeſtis agens; *Concoquit partem vapore, flammã tribus verubus* lia

hîc Ouid. partim elixar, partim aſſat, vt de Itt l. 6. *pars in- A de cauis exultat ahenis, pars verubus ſtridet*. Seneca Thyeſte:

Hæc verubus hærent viſcera, & lentis data
Stillant caminis: illa flammatus latex
Querente aheno iactat. Claudian. 2. in Eutropium:

Quas figat verubus partes, quæ fruſta calenti Mandet aqua.

231. IN DOM. DIGN. EVERT. TECT. PENATES] Proponit varias lectiones Ciofan. *In domino dignos*, hoc ſenſu, Euerti tecta in penates dignos domino. Aliam, *In dominum, & dignos*, &c. hanc iudicat optimam. Nos cum Glareano ita verſum interpretamur: *Euerti tecta penates* (appoſitio eſt) dignos euerti in dominū, id eſt, propter dominum impium ſeu impietatem domini.

232 NACTVSQ. SILENTIA RVRIS] *Ruris ſilentium* eſt à vocibus humanis, non item ab auium cantibus, & ferarum pecorumque clamoribus.

233. EXVLVLAT] valdè vlulat. Luporum eſt vlulare. Prou. *Vlulare cū lupis*. Virg. 1. Georg. *Per noctem reſonare* B *lupis vlulantibus vrbes*. Item canum. 4. Æn. *Viſaq; canes vlulare per vmbrā*. Fœminis vlulatum tribuit idē 2. Æneid. *Penitusq; caua plangoribus ædes Fœmineis vlulant*. Et 4. *Lamentis, gemituq; & fœmineo vlulatu Tecta fremunt*.

AB IPSO COLL. OS HABET EM] *Rabidū os* illi factum eſt, quia ipſe antea rabidus. Rabido congruenter natū os rabidū, quo in pecudes ſęuit. Cū autē canibus propriè tribuatur rabies, ea nónunquā in iis cernitur: at lupi rabiunt ſemper. Prou. *Suadet lupus vt inſaniant*, cū quis tyrannū, & ſuopte ingenio ſæuū ad crudelitatē incitat.

234. SOLITÆ Q. C. C. VTIT. INP. &c] quomodo priùs humano, ſic nūc pecudū ſāguine, illas dilaniādo gaudet. Oues pręſertim intelligit, quib. eſt infeſtiſſimus lupus.

236. IN VILL. AB. VEST.] In metamorphoſibus ſuis A ſemper proportionē, & analogiā quandā inter ea quę mutantur, & ea in quæ mutata ſunt, poëta noſter ſpectare ſolet. Veſtes tegūt corpus, quas proinde in pellē villosā mutari conueniens erat, vt & lacertos in crura.

237. FIT LVPVS, ET VETER. &c] De Arcadibus ex Varrone ſcribit Auguſt. Ciuit. l. 18. c. 17. qui ſorte ducti tranſnatabāt quoddā ſtagnum, & ibi cōuertebātur in lupos & cum ſimilibus feris per illius regionis deſerta viuebant. Si verò carne nō veſcerētur humana, rurſus poſt nouē annos eodē renatato ſtagno reformabātur in homines. Nec idem propter aliud arbitratur ab hiſtoricis in Arcadia tale nomē affictum Pani Lycæo, & Ioui Lycæo niſi ob hanc in lupos hominum mutationem, quòd eā niſi vi diuina fieri nō putarent. Idē c. 18. docet quid de huiuſmodi trāsformationibus credēdū ſit. Oſtēdit autē mox Ouidius, qua ratione Lycaon veteris formæ veſtigia lupum modò indutus ſeruarit.

B FERA REGNAT ERINNYS] Plena ſunt omnia ſcelerum. De Erinnybus fusè Natalis l. 3. c. 10. Eædem ſunt *Furiæ, Eumenides, Erinnyes*. Et Gyrald. Syntag. 6.

242 DENT OCYVS OMN. Q. MER. POEN.] Quia nemo inſons, nemo ſit pœnarum exors. Deucalionem & Pyrrham vnicum par coniugum vt exciperet, non erat tanti, in tanto ac pæne infinito capitum numero.

243 SIC STAT SENTENTIA] Terent. Eunuch. PAR. *Hui, vniuerſum triduum? vide quid agas*. PH AE. *ſtat ſententia*. Liuius l. 34 *Stat ſentētia, nō minuere copias, ne quid interim hoſtes inferāt ignominiæ*. Vir. procedē dicit 2. Æn. *Et ſedet hoc animo*. Et 5. *Animo ſētētia cōſtat*. Plaut. Trinū. *Sic eſt ſententia*. Sed ex ore Principis, cōtra quorū conſtituta & mandata veniri facilè neutiquā poteſt, longè aliter, quā ex plebeij alicuius ſonat hoc ipſum, *ſic ſtat ſentētia*.

Deorum aſſenſus, in homines ſympathia. Iouis de noua ſobole promiſſum: & cur mūdus non ignibus ſed aquis punitus ſit.

XIV.

*DICTA Iouis pars voce probant, ſtimulosq; * frementi* * furenti
Adijciunt: alij partes aſſenſibus implent.
Eſt tamen humani generis iactura dolori
Omnibus: & quæ ſit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant: quis ſit laturus in aras
Tura: feriſne paret populandas tradere terras?
Talia quærentes (ſibi enim fore cætera curæ)
Rex ſuperûm trepidare vetat: ſobolemque priori
Diſsimilem populo promittit origine mira.
Iamque erat in totas ſparſurus fulmina terras:
Sed timuit, ne fortè ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas, totusq; ardeſceret axis.
Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptáque regia cæli
Ardeat. & mundi moles operoſa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum:
Pœna placet diuerſa: genus mortale ſub vndis
Perdere, & ex omni nimbos demittere cælo.

244. STIMVLOSQ. F. AM. ADIIC.] Jolcū flāmę, quod aiunt, & currentē incitabāt. Cic. pro Archia: *Nūc inſidet quædam in optimo quoq; virtus, quæ noctes & dies animū gloriæ ſtimulis concitat*. Pro Sextio, *Admouere ſtimulos*.

245. PART. ASSENSIB. IMPLENT] nutu faciebant, quod debebant, vt aſſentirētur animitū. *Annuebant*. A ſcena tractum, vbi actores ſunt *primarū, ſecundarū partium*; quas implent, cū plauſum bonitate actionis merentur. Ian. Gebhard. Crepund. 1. cap. 12. reſpexiſſe C Poëtā exiſtimat ad minores curiæ partes, & quaſi pedarios Senatores, qui non ſingulatim, ſed vniuerſim interrogati, nutu, non voce, aſſenſuque tacito ibant in ſententiam. Reſpectaſſe ſimul vulgi dictum, eum qui tacet, aſſentire videri. Cic. Verrin. 1. in Q. Cæcilium, *Cur nolunt, etiamſi taceant, ſatis dicunt*.

246. EST TAMEN HVM. GEN. IACT. DOL] Scribit Plato, omnia hominū cauſſa procreata, homines propter deos, à quib. cognoſcātur, implorētur & colātur. Mira

deos

deos in Deum, nihil à nō Chriſtiano audiſti chriſtianius. Non itaque immeritò vicem cultorum ſuorum dolent, quanquam reorum, & à quibus in poſterum colendi ſint, quærunt.

249. Ferasne paret popvl. &c.] Populationē ſeratū, & incurſus homines arcēt ſepibus, & alijs munitionibus atq; obſtaculis impediūt. Qui ſi nulli ſint, feræ dominabūtur, libereq; vaſtabūt omnia. Atqui tātopere aquis creſcētibus & feras neceſſe erit interire, ſicut interierūt; quod nos ex ſacra Geneſi docemur, ijs exceptis, quas Noë in arcā induxit. Quid ergo ſolliciti ſunt boni dij ne feræ populētur terras, ſi homines defuerint?

Traderet terras] Eiuſdē vocabuli iteratio ſuboffendit Zinzerlingium. Nam & tertio abhinc verſu legimus, *terra mortalibus orba.* Ex mēbranis corrigit *gentes*. Gens enim de regione, dictu nō infrequēs ait Criticorū Promulſide cap. 51. At nos vocē *terras* eijciendā nō cenſemus. Teſtimoniū ex 1. Arnobij cōtra gētes, cū ait, *gentes viduatas eſſe ſuis cultoribus ac deſolatas*, nihil probat. Alterius ex 2. Metam. ſenſus vtique non eſt *totas terras in cinerē cōuerſas*. Tertium ex 5. Faſt. exponendū eſt, ſparſit noua ſemina per immenſas gentium terras.

251. Rex svperûm] Supra ad deos ipſe, *qui vos habeoq; regoq;*. Ad finem libri *ſuperûm rector.* Sæpe cæli, cælicolum rex & rector. Contrà, Pluto, *rex inferûm*.

Origina mira] Quid tam mirū & ſingulare, quā ex lapidibus prodire homines? certè mira origo. Prodierunt Myrmidones ex formicis ad preces Aeaci, l. 7. Metam. qui ortus non tantum habet admirationis.

254. Sed timvit ne forte sacer æth. &c.] *Sacer æther* propter ſacros incolas. Atqui propter tantū interuallū quare timuit, quāuis à tot ignibus? Sed de dijs, & rerū natura nō modò humana, verū etiā quæ vulgaris imperitiæ ſunt, ſæpe à poëtis cantantur. De *æthere* agit Lælius Biſciola Horar. ſubſeciuar. l. 11. c. 2.

256. Esse qvoq. in fatis, &c.] Audiuimus primā cauſsā, cur Iupiter genus humanū omniū ſcelerū licētia corruptum fulminibus & incēdijs paſſim excitatis delendum non putarit: cælo quippe timuit. Accedebat ſecunda. Non neſciebat, fatali incendio elementa ipſa, adeoque cælum ipſum aliquando arſurum. Tēpus igitur vt anteuerteret, ad aliud pœnæ genus, eluuionem nimirum deſcendit. Fata quidem illa, quæ alia intelligat Ouid. dū eorū notitiā Ioui fabuloſè attribuit, nō video, præter Sibyllina, quæ ſint iſta fortaſſan:

καί ποτε τὴν ὀργὴν θεὸν οὐκ ἔτι πραΰνοντα,
Ἀλλ' ἐξεμβριθόντα, καὶ ἐξολύοντα τε γένναν
Ἀνθρώπων ἅπασαν ὑπ' ἐμπρησμοῦ πέρθοντα.

Ad quos verſus Lactant. de Ira Dei c. 23. tres Naſonianos, quaſi interpretationē eorū recitat. Nec abhorret à probabili, gētes quiddā de hoc igne in ſacratiſſimis Chriſtianorū libris inaudiſſe prædictū. Nā de futuro Iudicis illius cæleſtis aduētu loquēs Dauid Propheta Pſalm. 96. *Ignis*, inquit, *ante ipſū præcedet.* Et Ioël 2. *Ante faciē eius ignis vorās, & poſt eum exurens flāma.* Nec differt ignis iſte ſpecie ab hoc, quē quotidie videmus, diuina imprimis potentia, angelorū opera, & cauſſarū naturalium obſequio productus: vt neq; de ſuo loco elementarius ille deſcēdat, qui non eſt ea præditus poteſtate, vt exurat: neq; infernus aſcendat. verū per terras maxima cū cauſſarū impulſu è ſubiecta materia exoriatur, vniuerſumq; mūdum admirabili & incredibili celeritate tanquā diluuiū quoddā peruadat & inundet, fumidæ expirationis copia maxima, & ſuccēdēte calorisfomite, Deiq; virtute immenſū auctus, vt cūcta depopuletur breui tēpore, ac perpurget ante iudiciū, etiā ad ſalutē deſtinatos: tanto vnumquemque acriùs, quāto fuerit illius culpa grauior. Poterit enim Deo volente fieri, vt vel non omnes mortales æquè vrat: vel tēporis breuitas, quo electi purgabuntur, doloris magnitudine cōpenſetur. Peracto iudicio, dānatos à iudice ignis hic corripiet, ſecumq; inuolutos in tartara deuoluet. Quibus abſorptis, terra, cælū & elementa ceu magno onere expedita, decore mirifico illuſtrabuntur. An verò boni maliq; omnes illis ignib. aliōue modo extinguendi ſint antè, vt Iudex ſuperſtitem neminem reperiat: ſed priùs omnes corporibus ſuis anima reſtitutâ reuixerint, vt ita ad eius tribunal ſiſtātur, Theologi videant. Vt ad priora redeamus. Docuerūt itē Stoici, quomodo mundus aquarum eluuio quondā periſſet, ſic denuo exuſtione peritur ū. Seneca Conſol. ad Marciam: *Tēpus aduenient, quo ſe mundus renouaturus extinguat & omni conflagrante materia, vno igne, quidquid nūc ex diſpoſito lucet, ardebit.* Plures veterū, mūdū conflagraturū ſenſiſſe, ſed nō planè conſenſiſſe & quid noſtra à philoſophorū ſententia diſcrepet, diſſerit Delrius Comment. in Octauiā, pag 513. De hac cōflagratione ſeu exuſtione Minutius quoq; in Octauio; & libris aliquot vir multarū literarū, ſuaq; nece, quā Conſtātinopoli captiuus pertulit, indigniſſimus Hieronymus Magius; qui cæleſte, ſeu quintū corpus non paſſurū hoc incēdiū, multis rationib. demōſtrat l. 2. c. 2 Aug. item Steuchus de perēni philoſophia l. 10 initio.

257. Qvo mare, qvo tell. correptaq. r. cæli] Triplex opus vocatur in Cōſ. ad Liuiā: *Explicat vt cauſas rapidi Lucretius ignis, Caſurūq; triplex vaticinatur opus.*

Regia cæli] Poteſt videri *ταπείνωσις*, *regia cæli* pro toto cælo, vt *gurges* pro mari.

258. Mvndi m. oper. lab.] *operoſa moles* propter amplitudinē, & rerū varietatē, & artificium, in cuius procreatione, ſeu potiùs diſtinctione, multum operæ ponendū fuerit. Plin. l. 2. c. 1. *Rerū natura opus, & rerū ipſa natura.* Cic. 2. de nat. deor. *Fabrica incredibilis naturæ.* Laboraturam tanto incendio dicit, quaſi ſe in nihilum redigēdā formidatura ſit. Iā ſi aliquādo occaſurus eſt totus mūdus, magnū erit, ſi pereāt regna, ſi ad vaſtitatem redigantur vrbes, ſi ſupereſſe deſinant homines?

259. Tela manib. fabric. cyclop.] Vulcanus in inſula Vulcania, quæ peculiari vocabulo *Hiera*, & dijs arma, & Ioui fulmina fabricare creditus eſt; cuius operæ Brontes, Steropes, Pyracmon cyclopes. Vir. 8. Æn. *Sicaniam iuxta locus eſt*, &c. vbi Seruius ita: *Quid factum ſit, ex nominibus docet. Nam Brōtes à tonitru dictus eſt, ἀπὸ τῆς βροντῆς. Steropes à fulgetra*, id eſt, *ἀπὸ τῆς στεροπῆς. Pyracmō qui nūquā à calēti incude diſcedit.* Habet autē telorū, ſeu fulminū duo genera: alia quippe ſecūda vocant ſuperi, vt eſt lib. 3. & ea tantarū virium non ſunt.

260. Pœna placet diversa] Sicut *aliter* nōnunquam nō vulgari more, ſed pro *contra*, ſiu contraria parte ſumitur; ita & *diuerſus*. Hîc namq; pœna diuerſa, eſt pœna cōtraria, ſicut ignis aquæ contrarius eſt, eique opponitur. Eodem modo verbum *alio*. Lege Guil. Canterum Nouarum lib. 2. cap. 10.

261. Ex omni nimb. demitt. cælo] imbres ingentes. *Nimbi* dicuntur, inquit Seruius, repentinæ & præcipites pluuiæ. Infrà: *Et denſi funduntur ab æthere nimbi.* Virg. 2. Æneid. *Toto ſonuerant æthere nimbi.* Pluuias ipſas vocamus lentas, & iuges.

Diluuij feſtiuiſſima deſcriptio.

262. *Protinvs Æolijs Aquilonem claudit in antris,* XV.
Et quæcunque fugant inductas flamina nubes:
Emittitque Notum, madidis Notus euolat alis,

Terribilem picea tectus caligine vultum.
Barba grauis nimbis; canis fluit vnda capillis:
Fronte ſedent nebulæ; rorant pennæq; ſinuſq;.
Vtq; manu latè pendentia nubila preßit,
Fit fragor, & denſi funduntur ab æthere nimbi.
Nuntia Iunonis varios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentáque nubibus affert.
Sternuntur ſegetes, & deplorata colonis
Vota iacent, longíque perit labor irritus anni.
Nec cælo contenta ſuo eſt Iouis ira, ſed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Conuocat hic amnes: qui poſtquam tecta tyranni
Intrauere ſui: Non eſt hortamine longo
Nunc, ait, vtendum: vires effundite veſtras:
(Sic opus eſt) aperite domos: ac mole remota
Fluminibus veſtris totas immittite habenas.
Iuſſerat. hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,
Et defrænato voluuntur in æquora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit: at illa
Intremuit, motuque vias patefecit aquarum.
Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cumq; ſatis arbuſta ſimul, pecudéſque viróſque
Tectáque, cumq; ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Si qua domus manſit, potuitque reſiſtere tanto
Indeiecta malo, culmen tamen altius huius
Vnda tegit, preſſæq; latent ſub gurgite turres.

261. PROTIN. ÆOLIIS AQVIL. CLAVD &c.] De generalib. & prouincialib. eluuionib copiosè Lælius Biſctola noſter Horar. ſubſecio to. 1. l. 19. c. 13. De prouincialib. Iuſtinus l. 2. Ariſtot. Meteor. 2. Oroſius l. 1. c. 9. Pauſ. in Atticis, Cato Frag 2. Solin. Auguſt de Ciuit Dei. Iſidor. 14. c. 22. Contigit autẽ Noëticum, de quo Moſes in Geneſi, anno mundi circiter 1656. de quo videtur loqui poëtæ, cũ [illegible] ere ſẽper de Theſſalico, quod ſub Deucalione rege Theſſaliæ euenit, loquantur quo ſæculo immẽſa vixit hominũ flagitijs coopertorũ multitudo; vt tãquã corpus animatũ vitioſis humorib expur[illegible] ſic ciuitates improbis ſemel abſolui ac liberari diuina prouidẽtia volue[illegible]. Quã cauſſam belli Troiani, in quo toto decennio v[illegible] tot centena hominũ millia occubuerũt, fuiſſe autumat Euripides, vt terra ſc. tot malis & inutilib hominibus, vel ut graui quodã onere leuaretur. Iuſtin Martyr Apol. 1. narrationẽ diluuij Deucalionæi ex Noë[illegible] ad Gentium cognitionem perueniſſ[illegible] teſtatus. Noë [illegible] autem cauſſa quę fuerit, [illegible] ignorat? *Omnis caro corruperat viã ſuã.* Octo tãtũ animas inuenit quas ſibi ſeruãdas iudicaret Deus. Occurrebat Naſoni hæc ſcriptur[illegible] Virgilij locus ex 1. Æn. *Hic vaſto rex Aeolus antro*
Luctantes ventos, tempeſtateſq; ſonoras
Imperio premit ac vinclis & carcere frænat.
Præcipuè *Aquilonem* claud[illegible], quòd eſt [illegible] Homero 5. Odyſſ. ſerenitatem inducens: contrà *Auſter*, ſeu Notus imbriter. Vi[illegible] quæ infrà de cauſſis diluuij ex Seneca proferuntur. Quare & paulo pòſt de Ioue:
Nubila diſiecit, nimbiſq; Aquilone remotis
Et cælo terras oſtendit, & æthera terris.
Alia eſt œconomia Maronis. Ille enim Aeolo ſuam poteſtatẽ ſaluã relinquit, & Iunonẽ ab eodẽ vẽtos ad ciendam tempeſtatẽ [illegible] ducit. Poterat itaque Iupiter mandare eidẽ, [illegible] *Aquilonem* clauderet, *Notum* emitteret, & ita imbres caderent. Sed, cũ fateatur ibidẽ Aeolus, ſe, quodcũq; hoc regni, Iunonis beneficio à Ioue conſecutũ, dicemus, ſummũ deorũ autoritate ſua citra miniſterium alicuius minoris dei vti voluiſſe.

263. E[illegible] QVÆCVNQ. FVG. IND FLAM. AVR.] Non igitur ſolus Aquilo. Sunt autem quod & ſuprà monuimus, venti longè plurimi & à Vitruuio enumerantur, nec omnibus eadem vis.

MADIDIS NOTVS EVOLAT ALIS] Lepidiſſima [illegible]. à cęlo turbido, & pluuia tempeſtate pe[illegible]. Alæ ventis affingũtur propter velocitatem. *De Aquilone, ſeu Borea*, [illegible]uius maiores impetus, lib. 6.
Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus,
Excuſſit pennas: quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus, latumq; perhorruit æquor.
Claud. 1. de Raptu haud diſſimiliter de Borea *Glacieq; niuali Hiſpidus & gelida cũ vertus grãdine pẽnas Flare cœpit.* Quod pſ. 103. ſcribitur de Deo, *Qui ambulas ſuper pẽnas ventorũ*, ne putes poëticè & μυθικῶς dictũ: ſed iis verbis celerẽ eorum diſcurſum volatũque intellige.

268. VTQVE MAN. LATE PEND. SVB. PRESS.] Verbum *preſsit* aquarũ deſcendentium c[illegible]piam exprimit. Veluti ſpongia ebria cõpreſſa, nubes aquam fundebãt.

269. FIT FRAGOR] Hoc ad tonitrus, ante, & cũ imbribus ipſis perſtrepentia. *Intonuere poli*, Virg l. 1. Æn.

ET DEN. FVND. AB ÆTH. NIMBI] Hoc eſt quod aiebat, *Notum* manu preſſiſſe nubes latè [illegible]. Vir doctus, cui plurimas Ouid. caſtigationes debe[illegible]. Zinzerlingus, ex ms. emẽdat, *& denſi* [illegible]*ndãtur vertice nimbi.*

Vultum

V[illegible] fronte antè di- xit, [illegible] ne nolim, [illegible] latè [illegible] udentibus, Non [illegible] in terrã fuſ[illegible], ait, [illegible] *ab athere*, non à *vertice* fun- deb[illegible] æquã pr[illegible] meret latè pend[illegible] [illegible] eius erat [illegible] ratus nimbo [illegible] [illegible] à capillis, vtiq; etiã à vertice.

270. N[illegible] [illegible] [illegible]]Ph[illegible] licè dictũ, [illegible] quæ in ae- re [illegible] ſuo nomine deſignat, concipiũtur [illegible] õnia è nubibus fiunt, quibus Iuno pręeſt, vt Seruius ait. A Ioue mi[illegible] ut. 9. Æne[illegible] & quemad- modũ M[illegible] ad curandam concordiã: ſic illa ad [illegible] cordiam ferme mittitur. Virgil. 6.

Irim de cælo miſit Saturnia Iuno
Iliacam ad claſſem, &c.

Et. *Illa viam celerans per mille coloribus arcum*, &c. [illegible] notauimus in Symbolis arcũ hunc diuerſico- lore [illegible] cœmiam [illegible] *ὑπὲρ ἀκαλ[illegible]*, *ſuper omnẽ* [illegible] [illegible] ſeſte, coloribus variantibus. Co- lor [illegible] *caruleum*, ſeu vinoſum, *oſtrinum*, ſeu p[illegible] *raſinum*, ſeu viridem, à quibus aliqui multi, [illegible] cun[illegible] auctore Ariſtotele Meteor. lib [illegible] & 4 De cauſis [illegible] multa Seneca Queſt. N[illegible] [illegible] 4. 5 6. De [illegible] bus Cęlius Rhodig in. [illegible] 10. *Arcum ingentẽ* vocauit Maro 1. Georg. [illegible] P[illegible] *imbri* [illegible] Si placet, lege Dia- lo[illegible] ſtrum [illegible] Tertij. *Thaumantis* filiam dixeris [illegible] nihil quippe omnium, quęcunque locis [illegible] naturę vi & in[illegible] procreantur, vel ſpe- ct[illegible] ſeu obternatu [illegible]. Propter ad- mirationem ita dictam affirmat in Theæteto Pla- to. Omnia meteora vincit pulchritudine.

271. ALIMENTA AQVIS [illegible] FERT.]Nubiũ ali- menta ſunt vapores, ſiue [illegible] exp[illegible] onesque calidę, & humid[illegible], vt etiam nebularum, ro[illegible], plu- uiæ, grandinis.

272. STERNVNTVR SEGETES.]1. Ænei. *Sternuntur ſata lata boumq; labores*. Et Eclog. *Strata iacent paſſim ſua quaque ſub arbore poma*. Seges po[illegible] nunc ager eſt qu[illegible] nunc fruges ipſæ agri. In vtramque par- tem [illegible] profert Andreas Schottus noſter in N[illegible] ſuis enodatis, [illegible] 1. cap. 8.

ET [illegible] COLONI VOTA IACENT.]Manilius: *Squalidaque eluſi deplorant vota coloni*,
Et ſteriles inter ſulcos depreſſus arator
Ad iuga mœrentes cogit fruſtrata iuuencos.

S[illegible] ibus neceſſe erat deplorata, id eſt, de- ſp[illegible] cere ipſa frumenta, quæ votis & precibus [illegible] comprecantur & optant agricolæ, vt eſt in 1. Georg. vbi hi verſus:

Illa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolæ, qua bis ſolem, bis frigora ſenſit.

273 LONGI ANNI.] Longum annum arbitror, quem Virg. 3. Æneid. vocat *magnũ*, id eſt, undecim menſium. *Interea magnum ſol circumuoluitur annum*. Et ſententiam ſubeſſe [illegible] inanis & vanus redditur la- bor pru eo anno à coloni[illegible] ſceptus, [illegible] quippe in anno fit ſementis, & meſſis. De apro Calydonio agros[illegible] importuniſſimè [illegible] Metam. [illegible] *modò creſcentes ſegetes proculcat in herba*:
Nunc matura metit fleturi vota coloni
Et Cererem in ſpicis intercipit: area fruſtra,
Et fruſtra expectant promiſſas horrea meſſes.

274. NEC CÆLO CONTENTVS.]Cælum ipſi, vt maria

A Nuptuno, Pl[illegible] ſortitur. Deſta p[illegible] one, & tripli[illegible] [illegible] 4. Faſt.
Non ego nob[illegible] Plutone poſita eſt mihi regia cæli,
Poſſidet alter aquas, alter inane chaos.

Non ſatis fuit Ioui de cælo, quod eſt regnum eius, vim aquarum immenſam profundere, à fratre petit auxilium *κατὰ τὸ [illegible]*.

275. CÆRVLEVS FRATER.]à colore aquæ marinæ Neptuni epithetou. lib. 2. *Caruleos habet vnda deos*, ma[illegible] inos puta.

276. C[illegible] NVOCAT HIC AMNES.]Seneca l. 3. Natu- ral. c. 28. [illegible] res cauſas diluuij efficiẽtes ſtatuit, *imbres*, *flumina*, *mare*: & hanc potiſſimã ac maximã, de qui- bus & vates noſter. Cũ enim paulo ſuprà dixiſſet:

Vtq; manu latè pendentia nubila preſſit,
Fit fragor, & *denſi funduntur ab athere nimbi*;

nunc de reliquis duabus agit.

B TVNC TATYRANNI SVI]regis ſui. olim enim hoc verbũ non fuit in vitio. De Ænea in 7 Latinus: *Pars mihi pacis erit dextrã tetigiſſe tyrãni*. Vide illic ſymb. *Ἰν* *[illegible]* erat *regnator*. Humero vox *[illegible]* ignota eſt.

277. NON EST HORTAMINE LONGO NVNC VTENDVM.]ma- turandum eſt: tempus illud, & negotium moras, & verboſam orationem non patitur. Hortamen dicit etiam Liuius lib. 10. *Ibi auditur P. Decij eueutum ingens hortamen ad omnia pro repub. audenda*.

278 VIRES EFFVNDITE VESTRAS.]Tribus verſi- bus oratio abſoluitur. Breuitatẽ tẽpus ipſũ petebat, & dicentis auctoritas. Regis enim apud populum, & ſubiectos multa loqui non eſt decorum. Verbu ſignificantiſſimo vſus eſt, *effundite*. *Effundit* enim qui nihil relinquit. Virgil. 12. *ſauam nullo diſcrimine ca- dem Suſcitat*, *irarumq; omnes effundit habenas*. Apud Ciceronem odium, furorem effundere.

C 279. SIC OPVS EST.] propter auctoritatem Iouis, cui non patere nefas cenſet Neptunus.

VESTRAS APERITE DOMOS.] Quas hîc do- mos, mox fontes nominat, fluuiorum ſcilicet capi- ta & origines, vbi tanquam in ędibus habitare fin- guntur, vt docuimus antea. Stat. 4. Thebaid. de Langia fluuio, *Quacunq; domo gelida ora reſoluis*.

AC MOLE REMOTA]pertupto quidquid obſtat.

280. TOTAS IMMITTITE HABENAS.]Adducere, & laxare ſeu immittere habenas, ab equitibus ducta metaphora. Idẽ hic alijs verbis extulit, quod antea, *vires effundite veſtras*. De Ænea lib. 12. *irarumq; omnes effundit habenas*.

281. A FONTIBVS ORA RELAXANT] Quid aliud hoc, quã quod paulo antè dic[illegible] bar, *veſtras aperite do- mos*, & ſinite, [illegible] quidquid intus latet foras ruere?

D 282. E[illegible] FRÆ[illegible] [illegible] VVNT. IN Æ[illegible].] Cu[illegible] ſus defræ[illegible], eſt curſus cate[illegible] ſign[illegible] cur[illegible] us liberrimu[illegible]. De flu[illegible] ibu[illegible] [illegible] ter[illegible] in mare [illegible] [illegible] pri[illegible] illũ ver- ſũ, *In mare perueniunt partim*, & dicemus al biuiſum. Tr[illegible] tur quan[illegible] fluminibus, qua in- c[illegible] in mare, ad [illegible] videtur, in exun- dati[illegible] adiunandum decurrunt. [illegible] de vt ſæpe [illegible] ſignificatum in [illegible] Deprę- ho [illegible] neror, [illegible] miror [illegible] quam mi- nuit, Detu[illegible] [illegible] [illegible] rate, deſię i [illegible] &c.

283. IPSE TRIDENTE [illegible] TERRAM [illegible]] Magn[illegible] vocat [illegible] Georg. [illegible] *Tuq; ô cui prima fre- mentem Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti*. [illegible] ngum noſtet l. 6. Fuſ[illegible] Ca[illegible] *Neptuni fu- ſcina telum*. Tridens putatur [illegible] ptuno tribui pro- pter

pter [illegible] arum partes, [illegible] O[illegible]ans a[illegible] bit [illegible] ver[illegible] in [illegible]is [illegible] br[illegible] tiuntur terræ motus, & cum eo [illegible] exiſtunt idcirco terram [illegible] nte [illegible] per-hibetur. Et hinc [illegible] ęcis [illegible], & [illegible] tex concuſſor, qualiter [illegible] or. lib. [illegible] *tridentiger genitor.*

284. MOTVQVE VIAS PATEF. A [illegible] AR.] hiati-bus, & voragi[illegible]bus factis, iter aquis marinis de-dit. Ex vulgi [illegible] cui terra videtur [illegible] mari, [illegible] phyſici contrarium doceant, & id [illegible] quo[illegible], in-terdum inſinuent, dum [illegible] con[illegible]cendi [illegible]unt. 1. Æneid. *Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor.*

[illegible] A [illegible] N[illegible], &c.] [illegible]onem [illegible] ualces uos [illegible]rum hac [illegible] q[illegible] ammodo.

[illegible] ATIS AR[illegible] SIMVL, &c.] Vir-gil. [illegible] torrentem [illegible] bus de[illegible] ente [illegible] Æneid. *Præ-cipitesq; trahit* [illegible] ibid. *C[illegible] ſtabulis armēta trahit.*

[illegible] CVM [illegible] RAL SAC[illegible]] nec [illegible] loc[illegible] patebat.

290. PRESSÆ [illegible] AT. SVB [illegible] TVRRIS in-gentem [illegible] pro[illegible]unditatem his verbis ſigni-ficat. Et gurges hic plus quam mare eſt. [illegible] immodica.

Continuatur deſcriptio.

XVI. IAMQVE *mare, & tellus nullum diſcrimen habebant*
Omnia pontus erat: deerant quoque littora ponto.
Occupat hic collem; cymba ſedet alter adunca,
Et ducit remos illic, vbi nuper ararat.
Ille ſuper ſegetes, aut merſæ culmina villæ
Nauigat: hic ſumma piſcem deprendit in vlmo.
Figitur in viridi, ſi fors tulit, anchora prato:
Aut ſubiecta terunt curuæ vineta carinæ.
Et modo qua graciles gramen carpſere capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora phocæ,
Mirantur ſub aqua lucos, vrbesque domosque
Nereides, ſyluasque tenent delphines, & altis
Incurſant ramis, agitataque robora pulſant.
Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones:
Vnda vehit tigres: nec vires fulminis apro,
Crura nec ablato proſunt velocia ceruo.
Quæſitisque diu terris, vbi ſiſtere poſſit,
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti,
Pulſabantque noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars vnda rapitur: quibus vnda pepercit,
Illos longa domant inopi ieiunia victu.

* [illegible]

291. NVLLVM DISCRIMEN HABEB.] Q[illegible] diuina prouidentia lim[illegible]te mari po[illegible]er, *& terminum quem non tr[illegible] ſgrederetur operire terram,* fecit tamen extrema hominum [illegible] in continentem ſe effunderet.

292. OMNIA PONTVS ERANT.] Ergo [illegible]um *vndiq;, & vndique pontus.* Quamquam [illegible] pix [illegible] den-ſitate, & [illegible] ritate non ce[illegible]atu[illegible].

29[illegible] CV[illegible] [illegible] nt C[illegible] M[illegible] ant [illegible] uam ope[illegible] retur aquis. Nam inſi[illegible] & tumul[illegible]s, & n[illegible]ontan[illegible] a cumina fluctibus [illegible] uta [illegible] ffirmat. [illegible] ergo ſeruata [illegible] numina Fa[illegible], Nymphæ, S[illegible] & mont[illegible] æ S[illegible] [illegible] deriot

296. I[illegible] MA[illegible] [illegible] RFND [illegible] De Deucalio[illegible] o Hor[illegible] t. o[illegible] c[illegible]

T[illegible] uit gentes grave ne rediret
Seculum [illegible] a, noua monſtra queſta,
Omne [illegible] m Proteus pecus egit a[illegible]tos
[illegible] ere [illegible]nte.
Piſcium & ſumma genus hæ[illegible] mo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis,
Et [illegible] up[illegible] c[illegible]o pauidæ natarunt
Aequore damæ.

[illegible] FORS TVLIT] [illegible] ita lege. *fors,* inquam, non *for.* & audi M[illegible] re[illegible]um lib [illegible] Genus loquendi [illegible] eſt, *ei* [illegible] L[illegible] re[illegible] dūt, *ſi forte.* Cic. [illegible] ſt ad [illegible] *intelli[illegible] nihil eſſe a me, niſi orationis a[illegible] tatem, [illegible] iracundiam, & [illegible] ſi forte raro literarum miſſarum indiligentiam re[illegible] h[illegible] ram.* E[illegible] 2 de Orat *Ex quo [illegible] reor ne v[illegible] im tui, niſi [illegible] loſionem pedis imi tatu[illegible] & [illegible] e, motum [illegible] nem.* Ouid. [illegible] a m[illegible] ta [illegible] n[illegible] *rs tul[illegible]* [illegible] uius ignoratione vulgò fece-runt, [illegible] Spero[illegible] cc[illegible] r, tibi emendationem [illegible] [illegible] ati

[illegible]8. A[illegible] T[illegible] BI[illegible] T[illegible] VIN[illegible] AR.] Corri-gi S[illegible] ie[illegible] [illegible] *Et curu[illegible] ſulcata* [illegible] *ta* [illegible] Mutatio [illegible] tu[illegible] altera, feci q[illegible] ep[illegible] tis [illegible] re[illegible] *nt* [illegible] pt[illegible] ùs legemu[illegible] *int*, [illegible] e[illegible] idimus.

2[illegible] R[illegible]

1 *Non me pa[illegible] tecaſ, e* [illegible] m[illegible] ns, & [illegible]

peris

petis amaras. Gramina carpſit ouis. 4. Faſt. *Gramina carpunt armenta.* 2. Georg.

300. DEFORMES PHOCÆ] Phocæ autem, qui & vituli marini, quanquam in terra ſpirent, ac dormiant, piſcibus tamen adſcribuntur, Plin. lib. 9. cap. 8. Eorum cuſtos & paſtor eſt Proteus, vt ſuprà ex Horatio doctus es.

301. MIRANTVR SVB AQVA LVCOS, &c.] Sic Argo nauem, quæ prima tentauit mare, admirantur apud Catull. de nupt.

Quæ ſimul ac roſtro ventoſum proſcidit æquor,
Tortaq; remigio ſpumis incanuit vnda:
Emerſere feri tanenti è gurgite vultus,
Aequoreæ monſtrum Nereides admirantes.

Simili phantaſia, vt Seruius appellat, hîc vtitur, & maiore etiam Ouidius, dum lucos, vrbes, domos ſub aqua miratas narrat eaſdem deas.

302. SYLVASQ. TENENT DELPHIN. &c.] Rerum natura immutabatur in his quæ præceſſerunt, & adhuc ſequuntur.

304. NAT LVPVS INTER OVES.] Similiter 2 Faſt. vbi item ſermo eſt de diluuio. *Et ſletit in ſaxo proxima cerua lea.* Signatè, *nat lupus inter oues*. propter ſummum inter hæc duo animãlium genera antipathiã, quæ nec morte finitur. Nam & tunc ouis lupum timet. Si enim altera pars tympani lupina, altera ouilla pelle obducatur, pulſa lupina, ſtatim ouilla diſrumpitur. Eſt hac de re emblema Alciati, memineruntque diſcordiæ huius Plato in Phædro, Homer. Iliad. 10. Horatius ode 4. Epod. & adag. Priùs lupus ouem ducat vxorem.

Offendit hic locus Senecam Natural. lib. 3. c. 27. Cuius verba paulo altiùs visũ eſt arceſſere, quòd ad hanc Ouidianam hypotypoſin conducunt. *Omnis tumulus in profundo iacet, & immenſa vbique altitudo eſt: tantùm in ſummis montium iugis vada ſunt. In ea excelſiſſima, cum liberis coniugibusq; fugêre, actis ante ſe gregibus. Diremptum inter miſeros commercium, ac tranſitus: quoniam quidquid ſubmiſſius erat, id vnda compleuit. Editiſſimis quibusq; adhærebãt reliquiæ gentis humanæ: quibus in extrema perductis, hoc vnum ſolatium fuit, quòd tranſierat in ſtuporem metus, non vacabat timere mirantibus: nec dolor quidem habebat locum. Quippe vim ſuam perdit in eo, qui vltra mali ſenſum miſer eſt. Ergo inſularũ modo eminent montes, & ſparſas Cycladas augent, vt ait ille poëtarum ingenioſiſſimus* (Ouid.) *Licet idem pro magnitudine dixit, Omnia pontus erant, deerant quoque littora ponto: niſi tantum impetum ingenij, & materiæ ad pueriles ineptias reduxiſſet. Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones. Nõ eſt res ſatis ſobria, laſciuire deuorato orbe terrarũ. Dixit ingentia, & tantæ confuſionis imaginẽ cepit, cùm dixit, Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos. Preſſæq; latent ſub gurgite turres. Magnificè hæc, ſi non curauit, quid oues, & lupi faciant. Natari autẽ in diluuio, & in illa rapina poteſt? aut non eodem impetu pecus omne, quo raptum erat, merſum eſt? Concepiſti imaginem quantam*

A *debebas, obrutis omnibus terris, cælo ipſo in terram ruente. Perfer, ſcies quid deceat, ſi cogitaueris orbem terrarum natare.* Cenſet Rhodig. lib. 13. cap. 1. huc ſpectaſſe Quintilian. cùm lib. 10 laſciuire in heroicis ſuis Ouidium pronuntiauit, eſſeque nimium ingenij ſui amatorem, de quo ſatis dictum & diſputatũ à nobis in Prodidagmatis, quæ Commentarijs librorum de Triſtibus, & de Ponto præfiximus.

305. NEC VIRES FVLMIN. APRO] Apri irati in venatores irruunt, ac dentibus canes feriunt, & eos diſſecant, vt fulmen gerere, ſeu fulmine per illos ferire & adurere videantur. Quin & mortuorũ dẽtes ardorem aliquandiu retinere dicuntur. 1. Faſt. *Fulmineo celeres diſſecat ore canes.* Inde & Statio fulminei ſues Thebaid. 6. & Martial. lib. 11. *Fulmineo ſpumantis apri ſum dente petita.*

306. CRVRA NEC ABLATO PROSVNT VEL. CERVO] Ceruus, quanquã pedibus in curſu velox na-
B tura ſua, impetum creſcẽtis aquæ, quo abripiebatur effugere non poterat. Si ablato expon as veloci, quia velox citò aufertur ab oculis, tum idẽ bis Poëta dixerit, quod abſurdum eſt. Timiditas ceruos etiam veloces facit. Cur autẽ non vtrumq; dicatur *προσμαχῶν* ceruo timidior? ceruo velocior? Neutrum tamen in tam multis adagiorũ poſt Chiliadas collectaneis legitur *ἐλαφου ἄνδρα* hominem inaudacem, ac timidum Græci vocant.

307. QVAESITISQVE DIV TERRIS] Volucres, de quibus vulgò dicitur, *Et genus aërium volucres*, diu ad quieſcendum, & ſe conſeruandum terras quæſiuiſſe ait, vt hinc eas in terreſtribus potiùs, quàm aëreis animantibus numerandas decernere videatur. Relege locum Apuleij productum non longè ab initio, cùm de generibus animantium ageremus.

309. IMMENSA LICENTIA PONTI] Nuſquã littus habebat *deerant quoq; littora ponto*, & fluminum au-
C ctibus immẽſum creſcebat. Licẽtia hic in reprehẽſione eſt, vt ſæpius, nõ ſẽper, quod alibi probamus.

310. PVLSABANT] incurſabant. Non lõgè à principio, de fluminibus, *campoq; recepta Liberioris aquæ, pro ripis littora pulſant.*

NOVI FLVCTVS] nunquã antea viſi, nec cogitati in illis locis. aut, mirandi, q iam notionem in Virgil. ibi, *Pollio & ipſe facit noua carmina*, eclog. 3. quidam notauerunt.

311. MAXIMA PARS VNDA RAPIT.] De hominibus cape, maximam partem vndarum impetu abreptis & cooperttis. Quid alijs longè paucioribus factum? ſequitur.

312. ILLOS LONGA DOM. INOP. IEIVN. V.] fame interierũt, qui merſi nõ ſunt. Vnde enim victus miſeris ſuppeteret? Ieiuniũ Iſidor. l. 6. nominatũ tradit ex quadã parte viſcerũ tenui ſemper, & vacuo, quod vulgò ieiunium vocatur. Ieiunio enim per inediam viſcera vacua & exinanita exiſtũt. Olympio ſeruus in Caſina: *Mihi inanitate iam dudũ inteſtina murmurãt.*

Mons Parnaſſus, & eò delati Deucalion cum Pyrrha, coniuges integerrimi. Themis fatiloqua.

XVII.

313. *SEPARAT Aonios Actæis Phocis ab aruis*
Terra ferax, dum terra fuit: ſed tempore in illo
315. *Pars maris, & latus ſubitarum campus aquarum.*
Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus,

Nomi-

Nomine Parnaſſus, ſuperatque cacumine nubes.
Hic vbi Deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum conſorte tori, parua rate vectus, adhæſit,
Corycidas nymphas, & numina montis adorat,
Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.
NON ILLO MELIOR QVISQVAM, NEC AMANTIOR ÆQVI
VIR FVIT, AVT ILLA REVERENTIOR VLLA DEORVM.

313. SEPARAT AONIOS ACT. &c.] Ordo verborũ eſt, Phocis terra, ſeu regio ferax, ſeparat Aonios ab Actæis aruis, id eſt, Bœotiã, quæ & Aonia, ab Attica; Atticam, & Bœotiam interiacet. Vide Glarean. Micyllus coniectat legendum *ab agris*, vt ad vtrunque adiectiuum idem ſubſtantiuum referatur, & ſit integrum, Phocis ſeparat Aonios agros ab Actæis agris. Cui coniecturæ nõ repugno. Idem vult eſſe hypallagen in verbis. Non enim Phocis Aonios, hoc eſt, Bœotiam ab Attica ſeparat; ſed contrà Bœotia Phocenſes ab Atticis, quod tabulæ geographicæ docet. Nec iſtuc non probabile videtur. Auctor eſt Pauſan. in Atticis. ab Atthide Cranai filia dictam Atticam, cui priùs Actæa vocabulum erat.

315. PARS MARIS] non verè pars, ſed quaſi pars, quoniam eius aquæ cum marinis vnam communem eluuionem efficiebant, nec vlla pars terræ conſpiciebatur ampliùs.

ETIAM VASTVM CAMP. AQVAR.] non modò campus aquarum, ſed etiam latus campus aquarum; vt & illam regionem vndis conte&tam, & ſimul amplam fuiſſe intelligas.

316. MONS IBI VERTICIBVS, &c.] In Phocide eſt mons Parnaſſus, quem ſic vocatũ volunt à Parnaſſo heroë, aut Neptuni filio. Antea ei nomẽ fuit Larnaſſus, quòd ibidem λάρναξ, area Deucalionis, & Pyrrhæ, qua ſcilicet vehebantur (infrà paruam ratem vocat) hæſiſſet. Quod commentum refutat Caſaubon. Commentar. in Prolog. Perſij, & Syriacum etymon adducit. Sunt qui priùs Larnaſſum, nõ à λάρναξ, ſed à Larnate Deucalionis filio appellatum ſcribunt. De nomine hactenus. nunc de cacuminibus, ſed iugis, ſeu, vt Poëta appellat, verticibus. Duos ponit etiam Herodot. lib. 8. quorũ vnus Tithoreus, alter Hyampeus vocetur: alij Cyrrham, & Nyſſam nominant. Vnus horum Phœbo, alter Baccho ſacer erat. Teſtatur id Lucanus quoque l. 4.

> —— *Parnaſſus gemino petit æthera colle,*
> *Mons Bromio, Phœboq; ſacer: cui numine mixto*
> *Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.*
> *Hoc ſolum fluctu terras mergente cacumen*
> *Eminuit, pontoq; fuit diſcrimen, & aſtris.*
> *Tu quoque vix ſummam ſeductus ab æquore rupem*
> *Extuleras, vnoq; iugo, Parnaſſe, latebas.*

Plura de hoc monte libro 5. ad illa verba, *Templa petebamus Parnaſſia*, &c.

317. SVPERATQVE CACVM. NVBES] Igitur vltra mediã aëris regionẽ ſe porrigit. *Tres quippe ſunt eius regiones, infima, media ſuprema. Infima, qua nos ambit porrigiturq; vſque ad eam partem, quæ iam radiorum ſolis repercuſſu non incaleſcit. Suprema, quæ inter ſphæram ignis, & paulo infra altiſſimorũ montium faſtigia intercepta eſt. Media, quæ inter illas iacet. Eſſe porrò ſupremã aliquantulum infra altiſſimorum montium iuga, ex eo probari ſolet,*

A *quia ſumma altitudo, quam nubes, imbres, & venti obtinent, eſt medius ille aëris tractus: at hæc prædicta iuga non attingunt, vt oſtendi ſolet exẽplo montis Olympi in Theſſalia, & Athonis in Macedonia, in quorum cacumine ferũt cineres relictos toto anno, nec ventis diſſlari, aut diſſipari, nec imbribus elui. Quò pertinet illud Lucani, nubes excedit Olympus. Addit D. Auguſt. lib. 3. de Geneſ. ad litt. cap. 2. perhiberi in vertice Olympi aërem adeò eſſe tenuem, vt neq; alitem ſuſtinere valeat, neque ipſos homines (ſi qui fortè vel ſacrificandi, vel inſpiciendorum ſiderum cauſa illuc aſcenderint) tam ſubtilis auræ ſpiritu alere poſſit: eoſq; ferre ſecum ſolitos ſpongias plenas aqua, vnde ſugant identidem humorem ad refrigerandum cor: aliter enim ob ſummam illius aëris tenuitatem, & ſiccitatem viuere non poſſent.* Hoc theorema præſenti loco accõmodatum hauſimus ex philoſophicis in Ariſtotelem Commentarijs noſtrorum Conimbricenſium, in libros Meteor. tractat. 2. cap. 2.

B 318. HIC VBI DEVCAL. &c. ADHÆSIT] In Ætnam Siciliæ montem excelſiſſimum hoc par coniugum confugiſſe narrat Hygin. Fab. CLIII. & à Ioue iuſſos poſt tergũ lapides hominibus reparãdis iacere.

319. CVM CONSORTE TORI] Lib. 8. & 10. eſt, tori ſocia. In Geneſi adiutorium, ſiue adiutrix, & ſimpliciter ſocia, laborum ſcilicet, & ærumnarum, quas perpeſſuros conditor præuiderat, magis quàm voluptatum & gaudiorum. Seneca Hippolyto: *O ſocia thalami* Et Thyeſte:

> *Nunc, facinus ingens, aſſumpta in ſcelus*
> *Conſorte noſter perfidus thalami auehit.*

319. PARVA RATE VECTVS] Deucalion, & Pyrrha propter vitæ innocentiam, & religionẽ erga deos, in quadam arca, Promethei monitu neceſſarijs eò comportatis ſeruati ſunt. Ratem hîc appellat Ouidius, Lucian. in Timone κιβώτιον, Andro Teïus λάρνακα Conſule Natalem lib 8. cap. 17.

C 320. CORYCID. NYMPH.] Corycum antrum Parnaſſi, Nymphis ſacrum, quale deſcribitur 1. Æneid.

> *Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum,*
> *Intus aquæ dulces, viuoq; ſedilia ſaxo,*
> *Nympharum locus.*

ET NVMINA MONTIS ADOR.] vtique Bacchum, & Phœbum, quibus ſacer. Quamquam & Muſis: ſed eas hîc ſignificari non puto. *Adorant*, quia religioſi ſunt: nihil tamen ab illis petunt.

321. FATIDICAMQVE THEMIN.] Vſi hoc compoſito Virgilius quoque, Cicero, Liuius lib. 9.

> *Hæc vbi fatidicæ venturi præſcia dixit Ore Themis.*

QVÆ TVNC ORACLA TENEB.] penes quã tunc oraculorum reddendorum poteſtas erat: id enim verba volunt. Vt cùm dicitur, Imperium Romanum tunc Conſtantinus tenebat. Liuius lib. 1. *Henetos, Troianoſq; eas tenuiſſe terras.* Virgil. 1. Æneid. *Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni.* Themin, inquit Feſtus, deam putabant eſſe, quæ præciperet hominibus

nibus

nibus id petere, quod fas eſſet, eamque id eſſe exiſtimabant, quod & fas eſt. Nomē quidem inde habet Multa de hac dea Gyrald. ſyntag. 15. pag 431.

322. NON ILLO MELIVS QVISQVAM, &c.] Ponitur cauſſa, ob quā incolumes ſeruati ſint. Ille inter viros, illa inter fœminas virtute excellebat. Ille iuſtitiā inprimis, illa pietatē erga deos colebat. Sed cur fit cōparatio, cū præter eos nemo bonus fuerit repertus: nō enim, ſi Deucalioni & Pyrrhæ pares bonitate non fuiſſent, ideo Iupiter ijs non pepercisſet. Sed comparatiuus vim ſuam, vt & ſuperlatiuus, ſæpe amittit. Vult igitur poëta, neminem adeò probum inuentum, vt hoſce duos, quamuis nemo probus, ſaltem cùm diluuium contingeret, repertus fuerit. Sic quempiam doctiſſimum, clariſſi-

A mum, potentiſſimum, &c. vocamus, non quòd eo nemo doctior, clarior, potētior (quod tamen vis & natura ſuperlatiui poſtularet) ſed modus loquendi viſitatiſſimus valdè doctum, clarum, potentem indicat.

NEC AMANTIOR ÆQVI] Virgil. 2. Æneid.

Cadit & Ripheus iuſtiſsimus vnus
Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſsimus æqui.

Æquitatem iuſtitiæ maximè propriam eſſe ait Cic. 1. Off. Ouid. æquum pro iuſto adhibuit.

323. REVERENTIOR VLLA DEORVM] Reuerentiæ nomine cultū ipſum deorum, & omnes eius cærimonias cōprehendit. Vocabulo autē deorum quis dubitet etiam deas accipiendas? vt ſuperuacanea ſit ex quibuſdā libris alia lectio, *metuentior vlla dearum.*

Iupiter & Neptunus cælum, aquas, terras in priſtinum reſtituunt. XVIII.

IVPPITER vt liquidis ſtagnare paludibus orbem,
Et ſupereße videt de tot modò millibus vnum,
Et ſupereſſe videt de tot modò millibus vnam,
Innocuos ambos, cultores numinis ambos;
Nubila disiecit, nimbiſque Aquilone remotis
Et cælo terras oſtendit, & æthera terris.
Nec maris ira manet: poſitóque tricuſpide telo,
Mulcet aquas rector pelagi, ſupraque profundum
Extantem, atque humeros innato murice tectum
Cæruleum Tritona vocat, conchâque ſonanti* *ſonaci
Inſpirare iubet, fluctúsque & flumina ſigno
Iam reuocare dato. Caua buccina ſumitur illi,
Tortilis, in latum quæ turbine creſcit ab imo:
Buccina, quæ in medio concepit vbi aëra ponto,
Littora voce replet ſub vtroque iacentia Phœbo.
Tum quoque vt ora dei madida rorantia barba
Contigit, & cecinit iuſſos inflata receſſus,
Omnibus audita eſt telluris & æquoris vndis:
Et quibus eſt vndis audita, coërcuit omnes.
Iam mare littus habet: plenos capit alueus amnes:
Flumina ſubſidunt: colles exire videntur.
Surgit humus: creſcunt loca decreſcentibus vndis.
Poſtq́; diem longam nudata cacumina ſyluæ
Oſtendunt, limúmque tenent in fronde relictum.

324. VT LIQVIO. STAGNARE PALVD. ORBEM] Vt vidit orbem velut ſtagnum effectum, nuſquam vllis ædificiorum, aut montium (præter Parnaſſi) faſtigijs eminentibus.

325. ET SVPERESSE VIDET, &c.] In hoc, & ſequenti verſu omnia eadem ſunt, præter vnam vocalem *a*, in verbo vltimo ſecundi, *vnam*, cùm in priore ſcriptum ſit, *vnum*. Huiuſmodi iterationes poëtę noſtro ſunt conſuetę, habentque leporem. Agemus de ijs lib. 2. & pluſcula huius ornamenti exempla proponemus.

DE TOT MODO MILLIBVS] Tacitè laudantur hi coniuges, qui meruerint ſua virtute, vt pereuntibus tot millibus, ſoli reſtarent. Inſinuatur etiā ſæculi ſumma infælicitas, & mores perditiſſimi, idque quā latiſſimè, quādoquidem ex innumeris tantùm

B duo homines, quibus iure parceretur, inuenti ſint.

327. INNOCVOS AMBOS, &c.] Et carebant omni vitio, & deos ſincerè colebant ambo. Coniungit religionē cū innocentia, quæ ſine illa conſtare non poteſt. Quē enim irreligioſum vidiſti vnquā bene moratū ac probū? Qui Deū nō timet, homines timebit, & ab iniuria inferenda tēperabit? neutiquā.

CVLTORES NVMINIS AMBOS] De diuino cultu bene ac ſapienter Seneca epiſtola 95. in hunc modum: *Primus eſt deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis maieſtatem ſuam, reddere bonitatem, ſine qua nulla maieſtas eſt. Scire, illos eſſe qui præſident mūdo, qui vniuerſa vi ſua temperāt, qui humani generis tutelam gerunt, interdum curioſi ſingulorum. Hi nec dant malum, nec habent: cæterùm caſtigant quoſdam & coercent, & irrogant pœnas, & aliquando ſpecie boni puniunt.*

328. NVBILA DISIECIT, &c.] Lib. 5.

Deſierant imbres, erectaq; Aquilonibus Auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.

Silius lib. 9.

Læta ſerenati facies aperitur olympi. Et lib. 12.

Ecce ſerenato clarum iubar emicat axe,
Purgatusq; nitet diſcuſſis nubibus æther.

Tibull. 1. eleg. 2.

—— Triſti depellit nubila cælo.

NIMBISQVE AQVILONA REMOTIS] quem priùs Æolijs in antris clauſerat, ne cogendis nubibus ad imbres effundendos obſtaret, hunc iam ijſdem diſijciendis ac fugādis pro poteſtate emittit.

330. NEC MARIS IRA MANET] Sicut homines cùm iraſcuntur tumeſcunt & inflantur, ſpiritibus commotis & agitatis: ita mare cùm tumeſcit & concitatur fluctibus, iratum quodammodo apparet, vnde & placari dicitur 1. Æneid. de Nept. *Tumida æquora placat.* Mare magnum dixit Salluſt. in Iugurthino, vt obſeruat Turneb. l. 3. c. 15. quod intumeſcit inflaturque tempeſtate, multumque curuatur, ſic enim loquitur: *Namque vbi mare magnum eſſe, & ſæuire cœpit,* &c. Horat. ode 2. Epod.

Nec horret iratum mare.

Et ode 3. lib. 1. *Qui vidit mare turgidum.*

Cic. in Aratæis, vbi diſſeritur de prognoſticis ventorum, è quibus vnum eſt, mare intumeſcens,

Atque etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros
Inflatum mare, cum ſubitò penitusq; tumeſcit,
Saxaq; cana ſalis niueo ſpumata liquore
Triſtificas certant Neptuno reddere voces.

POSITOQVE TRICVSPIDE TELO] tridentem à triplici cuſpide ſic appellat, telum, inquã, tricuſpe, ſi ſic formandus eſt nominandi caſus. Id illi pro ſceptro datum. 1. Æneid. *Non illi imperium pelagi, ſæuumq; tridentem, Sed mihi ſorte datum.*

331. MVLCET AQVAS RECTOR PELAGI] Stat. 3. Syluar. *Sæuaq; ventoſi mulcere pericula ponti.* Tanquam animatis blanditur. 1. Æneid. tota res bellè deſcribitur eleganti etiam cõparatione adhibita. De Æolo & ventis, ibidē *Mollitq; animos, & tēperat iras.* Iam vt hic Ouid. rectorem pelagi & lib. 8. æquoreum regem, deum æquoris, & lib. 11. aquarum regem ita Arnob. lib. 2. ſalis dominum. Plaut. Tritnũ. ſalipotentem Iouis fratrem nominat. Seneca Medea: *Et tu profundi ſæue dominator maris.*

SVPRAQVE PROFVNDVM EXTANTEM] Tritonem ſupereminẽtem ſuper vndas pube tenus, nam reliquã fingitur piſcis. Semiuiros & ſemicetos eſſe. & verè reperiri, plures ſcripſerunt quos Delrius in Troad. Senecæ profert. Dicitur autem mare abſolutè profundum, ſicut altum. Quanquã Virgil. reciproca metaphora etiam cęlum profundum dixit 1. Æneid.

Cælumq; profundum Quippe ferant rapidi ſecum.

332. HVMEROS INNATO MVRICE TECTVM] gerētē humeris ingenitos ſibi murices, cõchas. Claud. in nupt. Honorij & Mariæ Tritonē nobis talē exhibet: *—— Prorumpit gurgite toruus*

Semifer, vndoſi velabant brachia crines:
Hiſpida tendebant biſido veſtigia cornu,
Quà priſtis commiſſa viro.

333. CÆRVLEVM TRITONA VOCAT] Vt ſuprà ipſum Neptunum cæruleum Iouis fratrem, ita hîc eius filium, & tubicinem, ſeu buccinatorem, marini coloris intuitu cæruleum nuncupat. Huic tanquam imperator in caſtris mandat, vti receptui ca-

A nat. Meminit eius Virgil. 1. Æneid. *Cymothoë ſimul, & Triton adnixus acuto Detrudunt naues ſcopulo.* Et l. 6. tanquam tubicinis, qui Miſenum ſecum certare auſum vita eauerit:

Sed tum fortè caua dum perſonat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina diuos,
Æmulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt)
Inter ſaxa virum ſpumoſa merſerat vnda.

Tritones etiam deos quoſdam marinos, eosque minutos vocari, traditū à Plutarcho lib. de Oſiri.

CONCHAQVE SONANTI, &c.] Beroald. legendū notat *Sonaci*, vt elegantius, tertius, nitidius, qua voce & Apuleius vtitur Mileſiar. 4. *Iam paſſim maria perſultante Tritonum cateruа, hic concha ſonaci leniter buccinat,* &c. Tubæ autem, ſeu buccinæ illius formam exprimit Ouid. concha enim illam contemplantibus, figura apparet turbinatior. Ex opinione

B & religione veterum interpretandū cenſet Turneb. l. 2. c. 21. credentium Tritonem Neptuni buccinatorem canoro immanique clamore aquas increpare, & tanquã autoritas vocare. quæ eius imperio conſueuerint parere. Hinc & Virgil. l. 10. *Hunc vehit immanis Tritō, & cærula concha Exterrēs freta,* &c. Expauiſſe hunc egregium tubicinem ad ſonitum tubarum claſſis Carthaginenſium, in Siciliam contra Romanos venientis, narrat Silius lib. 4.

Nec mora, terrificis ſæua ſtridoribus æris
Per tacitum late cantu reſonante profundum
Incubuere tubæ, quem exciſum æquore Triton
Expauit torta certantia murmura concha.

336. QVÆ TVRBINE CRESCIT AB IMO] Expoſuit Raphaël, quæ ab ore anguſto incipit, & in amplum deſinit, ad turbinis ſimilitudinē. Imū ergo turbinē

C vocat, qua parte inflatur, inde enim maior incipit fieri, vt videre eſt in cõchis. Proximè, *tortilis in latū*, vt iſtorum verborum hæc ſit quædam ἐπεξήγησις.

337. IN MEDIO PONTO] quò poſſit commodiùs ex omni parte à marinis fluctibus, velut animatis exaudiri. Caue tamen medium mathematicum intelligas, à quo ad extrema ex omni parte æquale eſt interuallum, ſeu par diſtantia.

338. LITTORA VOCE REPLET SVB VTROQVE, &c.] Oſtenditur claritas & magnitudo ſoni; ſiquidem vſque ad orientem & occaſum exauditur. Vterque Phœbus non eſt niſi vnus, & idem Phœbus oriens & occidens. Infrà, *Terrarum quaſcunque vident occaſus & ortus*; Solis vtique.

339. MADIDA RORANTIA BARBA] En, barbā etiā

D dijs dant poëtæ. 1. Faſtor. de Iano: *Ille manu mulcens propexam ad pectora barbā.* Nec mirum ſi Tritoni madida: habent enim dij marini & fluuiatiles ſub aquis domicilia ſua.

341. OMNIBVS TELL. ET ÆQVOR. VNDIS] ſic, vt mare intra littora, flumina (quę ſe mari exundāti miſcuerāt) intra ripas ſuas ſe reciperent, vt ſequitur.

344. FLVMINA SVBSIDVNT] Primùm quidem ſic ſe in alueos recipiebant, vt æquarent ripas; vnde dixit, *plenos capit alueus amnes*: mox ſubſidentes, infra ripas fluitare cœperunt.

COLLES EXIRE VIDENTVR] Bene, *videntur*: ſic enim iudicant oculi; quemadmodum à Marone de nauigantibus loquente dicitur 3. Æneid. *Terraq; vrbesq; recedunt.* Et 6. *Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.* Et à noſtro lib. 2. *Impreſſa tellurem reppulit haſta.* Quòd igitur colles emergere & exire, huius ſurgere, loca omnia maiora fieri & augeri viderentur,

tur, vndæ decreſcentes, & magis magis imminutæ A faciebant Stat. Thebaid. de ſedata Tritonis tuba tempeſtate: *Latè pelago dat ſigna cadenti, Et iam plena Thetys, monteſq; & littora creſcunt.*

346. POST QVE DIEM LONGAM] poſt tempus non ita breue: nam dies genere fœminino pro tempore non definito. Et meritò, dixit enim aquas ita auctas, vt turres quoque abſconderent. Antequam igitur vel ſyluarum cacumina apparerēt, dies multos effluere conſentaneum fuit.

347. LIMVMQVE TENENT IN FRONDE RELIC.] oblimatæ & lutulentæ relinquebantur frondes arborum, propter aquam per alluuiones & colluuiones neceſſariò turbatam fœdatamque.

Deucalionis ſuper deletis mortalibus querimonia flebilis, & in vxorem ἦθος.

REDDITVS orbis erat: quem poſtquam vidit apertum, XIX.
Et deſolatas agere alta ſilentia terras,
Deucalion lacrymis ita Pyrrham affatur obortis.* * ad Pyrrham fatur
O ſoror, ô coniux, ô fœmina ſola ſuperſtes,
Quam commune mihi genus, & patruelis origo
Deinde torus iunxit, nunc ipſa pericula iungunt:
Terrarum quaſcunque vident occaſus & ortus,
Nos duo turba ſumus: poſſedit cætera pontus.
Hæc quoque adhuc vitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa ſatis, terrent etiam nunc nubila mentem.
Quis tibi, ſi ſine me fatis erepta fuiſſes,
Nunc animus, miſeranda, foret? quo ſola timorem
Ferre modo poſſes? quo conſolante dolores?* * doleres
Namque ego (crede mihi) ſi te quoque pontus haberet,
Te ſequerer, coniux, & me quoque pontus haberet.
O vtinam poſſem populos reparare paternis
Artibus, atque animas formatæ infundere terræ.
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus:
SIC VISVM SVPERIS, *hominúmque exempla manemus.*

348. REDDITVS ORBIS ERAT] reſtitutus ſuę formę, faciem priſtinam recuperauerat: priùs enim omnia pontus erant, nec vſquam aut cælum, aut terra conſpiciebatur.

QVEM POSTQVAM VIDIT INANEM] *apertum* Plant. nubibus videlicet diſiectis, & nimbis Aquilone remotis, cùm iam cælo terræ, & cælum terris oſtenderetur, nec maris ita maneret, vti ſuprà ſcriptum legebamus. Reddi orbem ſibi, erat eundem aperiri, eo modo quo audiſti. Aperiuntur terræ, montes, regiones, loca denique, cùm à viatoribus videri incipiunt. Mare aperitur, cùm poſt hybernos menſes idoneum fit ad nauigandum.

349. ET DESOLATAS AGERE ALTA SIL. TERRAS] C Patebant quidem terrarum ſpatia: ſed erant ab hominibus & animalibus deſerta penitus: inde & altum ſilentium.

350. LACRYM. ITA PYRRHAM AFFAT. OBORT.] 4. Æneid. *Sic effata, ſinum lacrymis impleuit obortis.* Et initio 6. *Sic fatur lacrymans.* Vnà cum verbis lacrymę ſe profundebant.

351. O SOROR, O CONIVX, &c.] Conqueſtio παθητική. Seneca Troad.

——— Nec tenuit querelas
Et vir, & Pyrrha mare cùm viderent,
Et nihil præter mare cùm viderent,
Vnici terris homines relicti.

Soror autem patruelis, non germana: nam Prome- B thei filius Deucalion, Epimethei fratris eius filia Pyrrha, vnde infrà Epimethida vocabit. Iapetus autem vtriuſque auus, Deucalionis & Pyrrhæ inquā.

O FŒMINA SOLA SVPERSTES] ſicut ipſe, vir ſolus ſuperſtes.

352. QVAM COMMVNE MIHI GEN. &c.] Non aliud hoc, quàm quod iam aiebat, *ô ſoror, ô coniux*. Sed amat Ouidius poſterioribus explicare & illuſtrare priora; & vbertate illa ingenij, ſummaque fandi copia non ſe paucis cohiberi & aſtringi patitur.

353. NVNC IPSA PERICVLA IVNGVNT] Triplex vinculum, & ideo arctiſſima coniunctio, genus, torus, periculorum communio: nam hæc quoq; homines deuincire, & vel ex inimicis reddere amicos ſolet. quod Ariſtoteles quoq; affirmat Eth. 5. *συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὁ κοινὸς φόβος*, inimicos quoq; timor cōmunis copulat. Non itaque mirū, ſi priùs inter ſe amantes arctiùs coniungat. 4. Faſt. de Phrixo, & amiſſa Helle ſorore: *Flebat, vt amiſſa gemini conſorte pericli.* Cic. ep. 71. lib. 13. Titus Aguſius & comes meus fuit illo miſerrimo tempore: & omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum meorum ſocius. Et libro 9. epiſt. 16 Vt quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit.

354. TERRAR. Q. VID. OCCAS. ET ORTVS] Etſi 4. ſint mundi partes, oriens, occidens, ſeptentrio & meridies, tamen neque per omnes ſimul, neque per

duas, à me poſteriùs nominatas, ſed per priores tantùm duas terrarum vniuerſitatē indicare ſacri iuxtà profaníque ſcriptores morē habēt. Teſtimonijs, quia non longè petenda, ſuperſedeo. Vnicum, & id luculentum ponam, quo Ouid. noſter ſibi per omnes terras, perque totum orbem æternum nomen vaticinatur Triſt. 4. eleg. 9.

Noſtra per immenſas ibunt præconia gentes:
Quodq́; querar, notum, quà patet orbis, erit.
Ibit ad occaſum quidquid dicetur ab ortu,
Teſtis & Heſperiæ vocis Eous erit.

355. NOS DVO TVRBA SVMVS] eſt, quod infrà dicit, *Nūc genus in nobis reſtat mortale duobus.* Sicut Adamo & Eua ſolis à principio continebatur: & in ipſo diluuij tempore 8. animabus, vt ſacra hiſtoria memorat. Occurit inſuper locus elegans ex lib. 8. de B Philemone & Baucide ruſticis coniugibus:

Nec refert, dominos illic famulóſne requiras.
Tota domus duo ſunt: idem parentq́; iubentq́;.

POSSEDIT CÆTERA PONTVS] non ſolùm cæteros, ſed & cætera, quādo homines, iumenta, & omnia demum metit ac perdidit pontus præcipuè, cuius tunc fuit immenſa licentia.

356. HÆC QVOQVE ADHVC, &c.] Accedit ad miſeriam, quòd de vita noſtra nondum certi ſumus, ſi cælum ſpectemus: hæc enim cauſſa ſubtexitur.

357. TERRENT ETIAM NVNC NVB. MENTEM] Per πρόληψιν dicta fuerunt illa de cæli ſerenitate, & aquis imminutis: non enim ſtatim, & quaſi temporis puncto contigerunt. idcirco rectè ſubijcit, ſe attratum nubium reliquijs quas videret, etiamnum terreri: nondum penitus, & vbique euanuerant. C

358. SI PATRIS EREPTA FVISSES] Si mihi ſuperſtes manſiſſes. Fata pro morte crebrum poëtis: quia ſcilicet debetur nobis, & eſt ineuitabilis. De ratione fati, quid eſſet & Philoſophis, & Chriſtianis, Commentarijs in libros Triſtium docuimus quantum videbatur ad inſtitutum ſatis.

359. QVIS TIBI NVNC ANIMVS FORET] quid animo haberes? quo animo eſſes? quo pacto afficerere? Arethuſa lib. 5. referens Cereri, quo pacto fugerit Alpheum, à quo penè comprehenſa fuit: *Quid mihi tunc animi miſeræ fuit?* Et lib. 7. Aeacus: *Quid mihi tunc animi fuit, aut quid debuit eſſe?*

QVO SOLA TIM. F. M. POS. QVO CONSOL. &c.] Cur quærit, quomodo, ſi ſola eſſet, timorem ferret, cùm, quid timeret, nihil haberet, nec hominem vllum, A aut beſtiam? Deos autem, quibus ob pietātem grata erat, cur timeret? Loquitur ex ſenſu vulgi, cui ſolitudo ipſa eſt timori. Et cū homo ſit animal ſociale, non poteſt ei tanta ſolitudo nō etiam triſtiſſima accidere. Fingat quiſque ſe ſolum verſari in orbe terrarum, & nihil præterea viuentium, quis illi tunc animus futurus?

361. SI TE QVOQ. PONTVS HABERET] 1. Æneid. *& te pater optime Teucrûm Pontus habet Libyæ.*

362. ET ME QVOQ. PONTVS HABERET] non poſſem ego ſine te viuere: forſan nec tu ſine me. Sed de me affirmare, de te opinari poſſum: propterea quæſiui, *Quis tibi nunc*, &c. Amat Ouid. hoc genus repetitionis. Sic præter alia lib. 12.

Dumq́; vigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros,
Et vigil Argolicas ſeruat cuſtodia foſſas.

363. POPVL. REPARARE PATER. ARTIB.] fingere homines, vt Prometheus pater meus finxit, qui deinde alios ipſi generarent. Non enim optat Deucalion ex terra, ſeu luto infinita hominum millia poſſe fingere, quomodo figulus de maſſa argillæ, ſeu luti ſui plurimas fingit ollas.

364. ATQ. ANIM. FORMATÆ INFVND. TERRÆ] vitalem ſpiritum indere, quod virgula de tota ſolis inflammata, & plaſmati ſuo admota Prometheum feciſſe fabulæ produt. Initio libri dubitabat, vtrùm ille opifex rerum, mundi melioris origo, an Prometheus hominē procreaſſet. Hîc Deucaliō, vtpote filius, patris honorē ſibi gratulans, non dubitat.

366 SIC VISVM SVPERIS] Hæc, & quæ ſunt generis eiuſdem, in rebus aduerſis, parumq́ue gratis, & C quarum cauſſas aut neſcimus, aut non probamus, ſolemus vſurpare. Horat. ode 33. lib. 1.

Sic viſum Veneri, cui placet impares
Formas, atque animos ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.

2. Æneid. *Dijs aliter viſum.* Et exordio 3. *Poſtquam res Aſiæ, Priamiq́; euertere gentem Immeritam viſum ſuperis.* Noſter lib. 4. *Sic dij ſtatuiſtis.*

HOMINVMQVE EXEMPLA MANEMVS] exemplaria dicendum erat. Nam exemplum eſt quod proponitur vt ſequamur, aut vitemus. Exemplar, ex quo ſimilis aliqua efficiatur ſpecies & effigies, quæ & imago & ſimulacrū. Plin. epiſt. l. 7. Comœdiam ad exemplum veteris comœdiæ ſcriptam tam bene, vt eſſe quandoque poſſit exemplar. Verùm iſtuc diſcrimen ſæpiùs negligitur.

Oraculum Themidis inuolutiùs de hominibus reparandis, eiúſque ſiniſtra interpretatio.

XX. 367. *DIXERAT, & flebant. placuit cæleſte precari*
Numen, & auxilium per ſacras quærere ſortes.
Nulla mora eſt, adeunt pariter Cephiſidas vndas,
Et nondum liquidas, ſed iam vada nota ſecantes.
Inde vbi libatos irrorauere liquores
*Veſtibus, & capiti, flectunt veſtigia * ſacræ* — * ſanctæ
Ad delubra deæ, quorum faſtigia turpi
** Squallebant muſco, ſtabántque ſine ignibus aræ.* — * Pallebant
Vt templi tetigere gradus, procumbit vterque
Pronus humi, gelidóque pauens dedit oſcula ſaxo.

Atque

Atque ita, Si precibus, dixerunt, numina iuſtis
Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum,
Dic, Themi, qua generis damnum reparabile noſtri
Arte ſit, & merſis fer opem mitiſſima rebus.
Mota dea eſt, ſortemque dedit: DISCEDITE TEMPLO,
ET VELATE CAPVT, CINCTASQVE* RESOLVITE VESTES, * recingite
OSSAQVE POST TERGVM MAGNÆ IACTATE PARENTIS.
Obſtupuere diu; rumpitque ſilentia voce
Pyrrha prior, iuſſisque deæ parere recuſat:
Detque ſibi veniam pauido rogat ore, pauétque
Lædere iactatis maternas oſsibus vmbras.
Interea repetunt cæcis obſcura latebris
Verba datæ ſortis ſecum, inter ſéque volutant.

367. DIXERAT, ET FLEBANT] Non beſtiarum A interitus, ſed hominum, naturæ conſortium has vtrique lacrymas excutiebat. Fleuiſſe dicitur Xerxes Perſarum rex, cùm ex loco edito multorum millium exercitum eſſet contemplatus, quòd è tanta multitudine poſt centum annos nullus ſuperfuturus eſſet. Quanto magis flendum fuit, ex vniuerſo humano genere neminem extra hos duos mortem miſerabilem euaſiſſe? Quid ergo in tanta calamitate facto opus? Ad Dei conſilium confugiendum, quod mox faciunt,

PLACVIT CAELESTE PRECARI NVM. &c.] Nihil melius, nihil ſalutarius in duris & acerbis omnibus. Nam Deo quod ſuppeditet nunquam deerit neque in dubijs & incertis conſilium, neque in fractis & debilitatis remedium, neque in magnis & difficilibus auxilium. B

368. AVXILI. PER SACRAS QVÆR. SORT.] Operæ pretium fore duco, ſi locum ex Turnebo lib. 5. cap. 21 de oraculis tibi recitem. *Ex Cic de diuinat.* inquit, *duo genera oraculorum fuiſſe cognoſcimus: vnum quod à furentibus profundebatur, vt à Pythia numine Apollinis correpta: alterum quod æquatis & paribus ſortibus è ſitella, vel vrna educebatur. Habebant enim ſortes certis quibuſdam ſententijs, obſcuris tamen, notatas: quarum quædam fœlicitatem, quædam calamitatem denuntiabant, aut alia eiuſdem generis. Hæc poſteriora, oracula dixit Cicero, quæ æquatis ſortibus ducuntur. Vnde & ſors pro oraculo, vel quia certo ordine ſorte ducta reddebantur. Aeſchyl. Eumenid.* ἵτων πάλῳ λαχόντες ὡς νομίζεται. *Intereſt autem inter ſortem aut ſortes, quòd ſortes velut ſeſſella quædam, aut taleolæ lineæ inſcriptæ fuerunt, ipſaq; ſortis inſtrumenta: ſors autem ipſa ſortitio. Cic. 3. de diuinat. Et ſortes ipſas, inquit, & cætera, quæ ad ſortē erāt parata, diſturbauit.* C

PER SACRAS SORTES] per oraculi reſponſa. lib. 3. *Cùm poſuit iuſſam Phœbæis ſortibus vrbem.*

369. NVLLA MORA EST] Eclog. 3. *In me mora non erit vlla.* Et 12. Æneid. *Nulla mora in Turno.* Plaut. Sticho: *Non mora erit apud me.* Ibid. *Fores facite vt pateant: remouete moram.* Recurre ad illa ſuperiora, *Tenuit mora nulla vocatos.*

ADEVNT PARIT. CEPHISID. VNDAS] Cephiſus Bœotiæ fluuius, prope quem Themidis oraculum. Hinc Lucan lib. 3. eius aquam fatidicā nominauit.

370. ET NONDVM LIQVIDAS] adhuc turbidas, & vtcunque limoſas ac fæculentas, nondum lucidas: veruntamen alueum ſuum tenentes.

VADA NOTA SEQVENTES] *Secantes* legitur in manu ſcriptis. Nam & hoc verbum vſui eſt in lapſibus fluuiorum. Apud Virgil. 8. ait Tibri: *Ego ſum pleno quem flumine cernis Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem.* Obſerua ἄκυρον, vada pro alueis.

371. VBI LIBATOS IRRORAVERE LIQVOR. &c.] Quoniam Themidi ſacer erat ille amnis, velut aqua ſacra ſe priùs illa aſpergine luſtrabant. Et fuit ſolennis admodum in hanc rem aquæ vſus apud gentes. Eſt etiam apud Chriſtianos aquæ luſtralis vſus multiplex, in quo, qui nos vt ſuperſtitioſos accuſant, & gentiliſmi conuincere nituntur, malè ſapiunt. Nos enim & has expiationes, & alios plures ritus longè alio fine, & cum myſterio certo in conſuetudine habemus. Noſtrum Martinū de Roa, de die natali ſacro & profano cap. 1. lege, ſi eſt otium.

373. AD DELVBRA DEÆ] Aſconius in Diuinat. Ciceronis delubra dici credit à labris, ſiue vaſis, quæ ad diluendum in templo habebantur.

374 SQVALLEN. MVSCO] Deformauerat tecta delubri ſitus & muſcus. Deſierat enim à conſulentibus frequentari illa ędicula.

STABANTQ. SINE IGNIBVS ARÆ] Non quòd ibi perpetuus ignis foueretur, & is foueri deſijſſet, vt in ſacris Veſtæ: ſed quòd ijs nulla ampliùs hoſtia cremaretur.

375. PROCVMBIT VTERQ. PRONVS HVMI, &c.] Virgil. 3. Æn. *Submiſſi petimus terram.* Idem Chriſtiani, & Catholici faciunt, ſacratiſſima viſentes loca, vbi Saluator natus, vbi moratus, vbi in crucem actus, vbi ſepultus: item alia, in quibus vixerunt Deo dilecti homines, aut eorum cineres & oſſa aſſeruantur, quantumuis inimici veritatis, & omnis ſanctimoniæ iurati hoſtes contrà blaterent.

376. PAVENS DED. OSCVLA] quaſi præſente numine horrore quodam perfuſi, & venerabundi, vt de Proculo Liuius lib. 1. cui ſe Romulus cœlo delapſus obuium dederat. Horrenda Sibylla Virg. in 6. eſt venerabilis. & 1. *Horrentiq; atrum nemus imminet vmbra*, eſt venerādā vmbra. Qui enim ſuſpicit, & vel loci ſanctitate, vel perſonę dignitate velut attonitus, ac religione perculſus aſtat, pauere & horrere videtur.

377. SI PRECIB. NVM. IVST. VICTA REMOLL. &c.] Non eſt dubitandum, quin numina flectantur iuſtis precibus. Sed ita tamen, cū cōditione ſcilicet,

ſententias quaſdam veras à poëtis efferri videas, ex modeſtia quadam, vti reor. Sic 1. Æneid. Æneas: Didoni de ſe bene meritæ:

Dy tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Vſquam iuſtitia eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Perſoluant grates dignas, & præmia reddant.

Vide ibid. Symbol. noſtras. Dici etiam poteſt, in iſtiuſmodi locis conditionalem coniunctionem poni pro cauſali, ſi, pro ſiquidem. Sunt autem preces iuſtæ, quæ aliquid iuſtum petunt, quale hoc eſt: ratio nempe humani generis inſtaurandi. Et fingitur Themis quoque cum dijs cæteris in exitium hominum vniuerſorum antea conſpiraſſe.

380. MERSIS REBVS] Non reſpicit hoc verbo ad aquas diluuij, quibus omnia merſa perierunt, vt quiſpiam putauerit: ſed qnanquam ab aqua ducatur metaphora, non tamen aliam habet intelligentiam, fer opem merſis rebus, quàm, profligatis ac perditis deſperatiſque rebus ſuccurre.

FERM. TISSIMA] Adiectiua nomina poëtis frequenter fiunt aduerbia. Mitiſſima valet hîc mitiſſimè. Fer opem merſis rebus, ô Themi; quod ſi feceris, mitiſſimè feceris. Horat. de Vlyſſe, & poculo Circes epiſt. 2. lib. 1.

Quæ ſi cum ſocijs ſtultus cupidúſq; bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors;
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.

Et ode 16. Epod. *Nec veſpertinus circumgemit vrſus ouile.* Ode 15. libro 1. *Tamen, heu, ſerus adulteros Crines puluere collines.*

381. SORTEMQ. DEDIT.] reſpondit, oraculum fudit, in ea verba quę ſequuntur.

382. DISCEDITE TEMPLO, ET VELATE CAPVT, &c.] Quatuor iuſſa. Ex more augurum, & priſca ſacrificantium conſuetudine dicta putat Iacobus Crucius. *Templum quippe locus manu auguris deſignatus in aëre, poſt quem factum illico captabant auguria: vnde extemplò pro ſubitò. Item augures, & ſacerdotes tecto capite deos adorabant, ſiue vt operiendo capite ſeſe humiliores redderent: ſiue, ne quid ominoſum, aut triſte inter precandum alicunde auribus aut oculis accideret (quemodo orandum Aeneæ præcepit Helenus 3. Aen.) Atque ideo veſtes etiam vſque ad aures attollebant. Et quia piaculum putabant, in ſacrificio eſſe aliquid religatum, ſe diſcingebant. De Didone ſacrificatura, Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta. Veruntamen exiſtimauerim primum illud, Diſcedite templo, ſimpliciter accipiendum. In ſecundo autem, & tertio ineſſe quippiam arcani ritus. In quarto, ne à more oraculorum ambages amantium diſcedatur, obſcuritatem.*

CINCTASQ. RESOLVITE VESTES] Sunt qui legendum cenſent, *recingite veſtes.* Cùm mox ſequatur, *Diſcedunt, velantq; caput, tunicaſq; recingunt.*

384. OBSTVPVERE DIV] impium enim quiddam iuberi apparebat. Nam ſepulchra ſacroſancta ſunt, nec ſine ſcelere violantur, parentum præſertim. Quid autem tam alienum à dijs oportet eſſe, quàm impietatem, cùm eam ipſi in hominibus acerrimè vindicent?

386. DETQVE SIBI VENIAM] Sic recuſat obſequi Pyrrha, vt tamen Deæ mandatum improbum, vti verebatur, non exprobret; ſed ei reuerentiam ſeruet, & detrectationi ſuę veniam poſcat.

387. LÆDERE MATERN. VMBRAS] Ad animas defunctorum pertinent iniuriæ cadauerum, quas ab illis vindicari, plurimis exemplis manifeſtum eſt. Quę exempla nō ſolùm animas cùm hinc exceſſerint, ſupereſſe; ſed etiam eas cum corporibus ſuis, tanquam tabernaculis & domicilij naturalibus ruſum aliquando coniungendas tacitè nos admonent. Animas mortuorum vocant vmbras poëtæ; quia cùm eas vt quiddam corporeum deſcribant, propter exilitatem, tenuitatem & fugacitatem earundem, cum quo conferant, aptius non reperiunt. Plura de his lib. 10. in fab. de deſcenſu Orphei ad inferos.

388. REPETVNT CÆCIS OBSCVR. &c.] Paulo attentiùs ſecum hoc reſponſum cogitantes, credere non poterant, nefarium quippiam, ſed licitum ac iuſtum iuberi. Idipſum quale eſſet, inter ſe quærebant, & interpretem aliquem exoptabant.

Vera oraculi interpretatio, lapidúmque trans tergum ab vtroque iactatorum in mares fœminásque conuerſio.

XXI. *INDE Promethides placidis Epimethida dictis*
Mulcet: &, Aut fallax, ait, eſt ſollertia nobis:
Aut pia ſunt, nullúmque nefas oracula ſuadent.
MAGNA PARENS TERRA EST: *lapides in corpore terræ*
Oſſa reor dici: iacere hos poſt terga iubemur.
Coniugis augurio poſtquam Titania mota eſt,
Spes tamen in dubio eſt: adeò cæleſtibus ambo
Diffidunt monitis. SED QVID TENTARE NOCEBIT?
Diſcedunt, velántque caput, tunicáſque recingunt,
Et iuſſos lapides ſua poſt veſtigia mittunt.
Saxa, (QVIS HOC CREDAT, NISI SIT PRO TESTE VETVSTAS?)
Ponere duritiem cœpere, ſuumq; rigorem:
Mollirique mora, mollitáque ducere formam.

Mox

Mox vbi creuerunt, naturáque mitior illis
Contigit, vt quædam, ſic non manifeſta videri
Forma poteſt hominis: ſed vti de marmore cœpta,
Non exacta ſatis, rudibusq́ ſimillima ſignis;
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida ſucco,
Et terrena fuit, verſa eſt in corporis vſum.
Quod ſolidum eſt, flectique nequit, mutatur in oſſa:
Quæ modò vena fuit, ſub eodem nomine manſit:
Inq́ breui ſpatio, ſuperorum numine, ſaxa
Miſſa viri manibus faciem traxere virorum:
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu.
Inde genus durum ſumus, experiénsque laborum,
ET DOCVMENTA DAMVS, QVA SIMVS ORIGINE NATI.

390 PIACTOIS EPIMETH. DICT. MVLCET] non tam ad dicta, quàm ad modum & geſtum, ſeu vultum dicentis verbum *mulcet* trahendū eſt Iapetus pater fuit Promethei & Epimethei. Illo genitus eſt Deucalion, hoc Pyrrha, qui nuptijs coierunt, vt ſuprà dictum. Mater autem Pyrrhæ Pandora, Deucalionis Atia.

391. ET, AVT FALLAX EST SENT. NOB.] Hic, & duo verſus, qui proximè ſequuntur, à plerisque non adhibita conuenienti ſtructura, nec interpoſita neceſſaria parentheſi, confusè leguntur, & perperam intelliguntur. Sic enim ordinandi, & exponendi ſunt. Et ait (ſubaudi Deucalion) Aut ſollertia fallax eſt nobis, hoc eſt, aut nos viri fallimur, qui acutiores dicimur & ſollertiores (iuxta illud Lucretij, *Et ſollertius eſt multo genus omne virile*) aut terra magna parés eſt. Parentheſis eſt (*pia ſunt, nullumq́ nefas oracula ſuadent*) Hoc eſt, dij nāque pietate inſignes, nihil impiū, aut nefariū ſuaderēt. Ita Crucius. Ingenioſa explicatio & diſtinctio. Cæterùm mihi videtur τὸ *nobis* ad vtrumque pertinere; ambo enim fruſtra ſollertes erant, & de matrum genitricum oſſibus oraculi verbum accipiebant, donec melius & verius aliquid Deucalioni (vt viri fœminis ratiocinādo præſtant) occurrit, de terra ſcilicet, quæ magna quædam & communis omnium mater eſt. Et hæc parentheſeos interpretatio eſt, quę altera pars enūciationis disiunctiuę fuit; in qua neceſſe non eſt alteram tantùm, aut vnam partem eſſe veram, cùm vel ambæ, vel omnes poſſint eſſe veræ. Exemplum perſpicuum eſt 2. Æneid. de equo ligneo:

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui;
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,
Inſpectura domos, venturaq́ deſuper vrbi:
Aut aliquis latet error.

Omnia hæc vera ſunt. Neceſſe eſt tamen vt altera ſaltem ſit vera. Vide Fonſecæ Inſtitut. dialect. lib. 3. cap. 17.

393 MAGNA PARENS TERRA EST] Gadibus cùm eſſet Iulius Cæſar, per quietem matri ſtuprum intuliſſe viſus ſibi. cōiectores eū ad ampliſſimā ſpem incitarunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: quando mater, quam ſubiectam ſibi vidiſſet, non alia eſſet quàm terra, quæ omnium parens haberetur. Sueton. cap. 7. Ouidium, quod ait de matre, ex hiſtoria Romana tranſtuliſſe exiſtimat Muret. lib. 10. cap. 2. vbi, cum regijs adoleſcentibus Tarquinij Superbi filijs reſponſum eſſet, eum regnaturum Romæ, qui primus matri oſculum tuliſſet; Brutus eorum comes, patriciæ gentis, is, qui reges eiecit, è naui exiliens, ſimulato caſu terram oſculatus eſt. Quòd autem lapides terræ oſſa dixerit, veteris tragici auctoritatem ſecutum. Citantur enim hæc à veteri Grammatico: γῆς ὀστέοισιν ἐγχριμφθεὶς πόδα; de eo, qui ad lapidem offendiſſet. Sic & ſanguinem terræ Ariſtoteles in quadam ad Alexandrum epiſtola vocauit. Et vulgò venas in terra dicimus; aut quibus aqua concluſa latet: aut è quibus metalla eruuntur. Sed cùm magnus pater latinè ſit auus, maior pater proauus, maximus abauus, ſentit Turneb. lib. 4. cap. 17. magnam parentem dici tellurem antiquam, & primam humani generis procreatricem. Eodem fortaſſe modo & patriam magnam parentem vocari poſſe, quam Cic. in libris de repub. appellauit antiquiſſimam parentem. Quamobrem terra matris vocabulo afficitur, Lucret. lib. 5.

Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
Terra tenet meritò, quoniam genus ipſa creauit
Humanum, atque animal propè certo tempore fudit
Omne, quod in magnis bacchatur montibu' paſſim,
Aeriásque ſimul volucres variantibu' formis.

Et lib. 2. *Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi.*
Omnibus ille idem pater eſt: vnde alma liquentes
Humorum guttas mater cùm terra recepit,
Fœta parit nitidas fruges, arbuſtaq́ læta,
Et genus humanum, parit omnia ſæcla ferarum,
Pabula cùm præbet, quibus omnes corpora paſcunt,
Et dulcem ducunt vitam, prolemq́ propagant.
Quapropter meritò maternum nomen adepta eſt.

Cui loco affinis eſt ille Maronis ex 2. Georg.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Ad quos verſus annotat Lud. Cerdius, veteres quoddam velut connubium inter cælum & terram finxiſſe, & imbrem ſtatuiſſe ſemen quo fœcūdatur. De quo commento & Ariſtoteles 1. de generat. animal. cap. 2. Hinc & Statius 1. Sylu. *Ipſum in connubia terræ Aethera, cùm pluuijs rareſcunt nubila, ſoluo.* Plura dicentur lib. 2. vbi Tellus miſerè vſtulata cum Ioue expoſtulat.

LAPID. IN CORP. TERRÆ OSSA, &c.] Quomodo terra ad humani corporis exemplar formata ſit,

& quæ eius vbera, venæ, oſſa, ſpiritus, docent Philo lib. de mundi opificio, & Pererius in Danielem lib. 4.

395. CONIVGIS AVGVRIO] coniectatione. κατάχρησις. Nam augurium, quaſi auigarrium, eſt ex cantu & garritu auium diuinatio, ſicut auſpicium ex volatu.

POSTQVAM TITANIA MOTA] epitheton ab auo. Epimetheus enim, quo patre nata eſt, Iapeti; Iapetus Vrani, ſiue Titani filius.

396. SPES TAMEN IN DVBIO EST] Nulla ſpes planè certa eſt, alioqui fides ſit, non ſpes: ſed alia minùs incerta, ſeu dubia. Nec Pyrrhæ magis, quàm Deucalioni: ambo enim deæ promiſſis diffidebant, vt ſequitur, & fluctuabant animis.

397. SED QVID TENTARE NOCEBIT?] Ab vtro hoc dicitur? à viro. Subaudiendum itaque, *aiebat Deucalion*. Iactare poſt tergum lapides, magni laboris non eſt. Et lapidibus, quia ſenſiles nô ſunt, quid hoc oberit? faciamus ergo periculum.

398. DISCED. VELANTQ. CAPVT, &c.] Singula ſibi præcepta ad vnguem exequuntur. Velant autem capita pallijs.

400. NISI SIT PRO TESTE VETVST.] Habet autê, vt in ætatibus auctoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas: quę quidem apud meipſum valet plurimum. Cic. de Orat. & rurſum 1. de diuinat. Affert autem vetuſtas omnibus in rebus longinqua obſeruatione incredibilem ſcientiam. Res itaque iam olim narratæ & creditæ, poſteris hoc ipſo fiunt probabiles & credibiles.

401. PONERE DVRITIEM COEPER.] Pronesbiom, *Saxo durius*. Noſter s. Artis:

Quid magis eſt durum ſaxo, quid mollius vnda?
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

402. MOLLIRIQVE MORA, &c.] Motus enim, vt docent philoſophi meliores, non fit puncto temporis, ſeu in inſtanti. In hac porrò metamorphoſi, & immutationem, ſeu alterationem, & accretionem, & ortum, & interitum, quattuor genera motionum videre eſt.

403. DVCERE FORMAM] figuram humanam induere 1. de Ponto eleg. 4. *Tempore ducetur longo fortaſſe cicatrix*. Virg eclog. 9. *Duceret apricis in collibus vua colorem*.

NATVRAQVE MITIOR] Quomodo igitur, quod haud longè poſt dicitur, verum eſt, *Inde genus durum ſumus*? An non durum & mite ſunt pugnãtia? ſanè, ſi vtrumq; de animo, & moribus dicatur. Sed illic de corpore magis ſermo eſt, vt docebimus. Manſuetum natura, & ad congregationem officiaque mutua propenſum animal homo. Cic. 1. de legib. Homines ſi, quomodo natura, ſic iudicio nihil humani à ſe alienum putarent, coleretur ius æquè ab omnibus Homines autem feri & immanes, quique rapinis & cædibus gaudent, ab optima natura malo cultu deſciuerunt, & belluarum ſimiles euaſerunt. Veruntamē Ouidius de mutatione corporis in corpus loquitur potiùs, vt ex ſequētibus patet.

404. VT QVÆDAM, SIC NON MANIFESTA, &c.] Aptiſſima ſimilitudine à ſtatuarijs creſcentem in transformatione illa, & perfectionem ſuam ſenſim adipiſcentē figuram humanam ante oculos ponit.

406. RVDIBVS SIGNIS] Signa dicuntur ſtatuæ. lib. 3. *Vt è Pario formatum marmore ſignum*. Et lib. 4. *Vt eburnea ſi quis Signa tegat puro, vel candida lilia vitro*. Cic. 4. de Finib. Phidias poteſt à principio inſtituere ſignum, idque perficere, & abſoluere. Salluſt. in Catilin. Vbi primùm inſueuit exercitus pop. Rom. amare, potare, ſigna, tabulas pictas, vaſa cælata mirari. Rudia ſigna, ſunt imperfecta, nondum elaborata, & inchoata tantùm ſigna.

407. QVÆ TAMEN EX ILLIS ALIQVO, &c.] Quę partes lapidum in quas partes humani corporis κατὰ τὸ ποιὸν tranſierint. Humidæ & terreſtres in carnem (eam quippe corporis nomine intelligit) ſolidæ in oſſa. Venæ manſerunt immutatæ: mollitudinem tamen ad ſanguinem vehendum, & per membra diſpertiendum induerunt.

415. SVPERORVM NVMINE] dijs fauentibus, dijs bene iuuãtibus, vt diceret Liuius; & Ennius, cũ magnis dijs volētibus; & Cato, cũ diuis volētibus. Nihil aut inuito, aut neſciente Deo fieri, etiam vetuſtas, quamquã veri numinis ignara, non ignorauit.

412. MISSA VIRI MANIB. FACIEM, &c.] Scribit Iuſtinus lib. 2. temporibus Amphyctionis Athenarũ regis aquarum illuuiem maiorem partem populorum Græciæ abſumpſiſſe: qui ſuperfuerint, eos partim in montes, partim ad regem Theſſaliæ Deucalionem ratibus confugiſſe, à quo propterea genus hominum editum dicatur. Admonet illa ex lapidibus noua hominum procreatione loci cuiuſdam in Hippolyto Euripidæa, vbi ille viſum Veneris & mulierum fugitans adoleſcens, & ob nouercæ in ſe ſollicitandu dedecus ac flagitium infenſus omnibus fæminis, miram quamdam rationem liberos ſine ijs acquirendi, & noſtri generis propagandi adducit. Ipſum auſcultu ſis:

Ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν
Γυναῖκας ἐς φῶς ἡλίου κατῴκισας; &c.
O Iupiter, quid adulterinam homini malum
Voluiſti, vt alta conſpicentur mulieres
Cœli aſtra? ſi mortale tibi ſtatutum erat
Genus creare, è fæminis componere
Hoc non oportuit: ſed illarum loco
Sanxiſſe, vt oblato ære templis in tuis,
Ferrove, vel fulgentis auri pondere
Semen emeretur prolium, cuiuſque vti
Ferret valor, domibusq; quiuis liberis
Habitaret, extra mulierum conſortium.

Affert, & exponit locum hunc Victorius lib. 12. c. 21. & cum alio ex Plauti Milite glorioſo confert. Gregorius Nyſſen. lib. de opificio hominis cap. 17. exiſtimat, ſi Adamus in paradiſo non peccaſſet, non fuiſſe futurum coniugium, & procreationem liberorum: ſed Deum homines vt angelos multiplicatorum fuiſſe, modo admirabili.

414. INDE GENVS DVRVM SVM.] Virg. 1. Georg.

—— Quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati durum genus.

Non mirum ſi duri ſimus, ait vterque poëta, quoniam origo noſtra lapidea eſt: & quid lapidibus durius? Hinc etiam à λᾶας lapis dicti ſunt λαοὶ populi. Græcus quiſpiam, ἐκ δὲ λίθων ἐγένοντο βροτοί, λαοὶ δὲ καλεῦνται, è lapidibus prognati homines, lai (quaſi dicas lapidei) dicuntur. Inde igitur, vt ſententiam verborum explicemus, illa noſtra ad labores & defatigationes ſuſtinendas ac tolerandas duritia, originis noſtræ certum teſtimonium. Da her kombt es, daſz wir ſo arbeitſame leut ſein. Figmentum iſtoc de hominibus ex iactu lapidum reparatis,

tis, à quibuſdam ad hiſtoriam refertur. Eſſe enim A verisimile, homines poſt diluuium habitaſſe diu diſperſos in montibus, & ſpeluncis ſaxeis, Deucalionemq́ue eos in cœtum rurſus coouocaſſe, & ad vrbes culendas impuliſſe: quando & è quercubus nati finguntur, è quibus prodibant, cùm in earum cauis babitarent. 8. Æneid.

Animalium è cœnoſo humore, & ardore ſolis παλιγγενεσία. Nili aqua ζωογοντική.

Cætera diuerſis tellus animalia formis XXII.
Sponte ſua peperit, poſtquam vetus humor ab igne
Perealuit ſolis, cœnúmque vdæq́; paludes
Intumuere æſtu: fœcundáque ſemina rerum
Viuaci nutrita ſolo, ceu matris in aluo,
Creuerunt, faciemq́; aliquam cepere morando.
Sic vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alueo,
Aethereóque recens exarſit ſidere limus,
Plurima cultores verſis animalia glebis
Inueniunt: & in his quædam modò cœpta per ipſum
Naſcendi ſpatium: quædam imperfecta, ſuisque
Trunca vident humeris: & eodem corpore ſæpe
Altera pars viuit, rudis eſt pars altera tellus.
Quippe vbi temperiem ſumpſere humórque calórque
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumq́; ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, & diſcors concordia fœtibus apta eſt.
Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis, altóque recanduit æſtu,
Edidit innumeras ſpecies: partimque figuras
** Reddidit antiquas, partim noua monſtra creauit.* * Rettulit

416. CÆTERA DIVERSIS TELLVS ANIMAL. B &c.] Ad hominũ genus reparandũ cęleſti reſpõſo opus fuit, atque, vt in re ſacra, adhibẽdi ritus, & cęrimoniæ; eſt enim homo, vt initio audiſti, ſanctũ & diuinum animal. Ad reliqua animantium genera reſtituenda (piſcibus exceptis, illi enim non perierant) humore & calore duntaxat opus fuit, intellige in ſubiecta materia, quæ nulla tum pręter terram eſſe potuit.

417. SPONTE SVA PEPERIT] Sicut aureo ſæculo ſponte ſua fruges inarata ferebat, cõtenta humore ſuo natiuo, & calore ſolis, tanquam cauſſa efficiente, operam agricolæ non requirens: ita nunc cuiusuis generis animantes, nullo accepto ſemine, ſed C eius loco cœnoſa ſuppeditata materia, ſolis radijs adiuuantibus procreabat, eratq́ue mater αὐτοτόκτειρα, vt aurea aliquando frugum, ſic iſto tempore animalium.

419. INTVMVERE ÆSTV] vt prægnantes ſolẽt, fœtu paulatim in vtero creſcente, cumq́ue diſtendente.

420. CEV MATRIS IN ALVO] Si mater eſt terra, habebit etiam aluum ſuam, & tempus certũ partus ſui. Ideo ſubiungit, *creuerunt, faciemq́; aliquam*, &c.

421. FACIEMQ. ALIQ. CEPERE MORANDO] Supra à de ſaxis, *Molliriq́; mora, mollitaq́; ducere formam.*

422. SIC VBI DESER. MADID. &c. NILVS] Fabulam vnam probat per alteram ποιητικῶς. Sic ſcilicet cœpiſſe rurſum exiſtere poſt cataclyſmum animalia, quomodo exiſtunt Nilo poſt exundationem in alueum ſuum reuerſo, cuius humor relictus tam fœtificus ſit, vt glebæ inde cõcipiant. De incremento Nili Seneca lib. 4. Natural. cap. 2. Quantum creuit Nilus, tantum ſpei in annum eſt. Nec computatio fallit agricolam; adeo ad menſurã fluminis reſpondet, quem fertilem facit. Et interiectis nonnullis: Debet illi Ægyptus non tantùm fertilitatem terrarum, ſed ipſas. Illa facies pulcherrima eſt, cùm iam ſe in agros Nilus ingeſſit. Latent campi, opertæq́ue ſunt valles, oppida inſularum modo extant. Nullum in mediterraneis niſi per nauigia cõmercium eſt: maiorq́ue eſt lætitia gentibus, quo minus terrarum ſuarum vident. De cauſſis excreſcentis Nili Plutarch. lib. 4. de placit. philoſoph. cap. 1. vocat ἀνάβασιν, aſcenſum. Papin. 3. Syluar. in Propemptico Metij Celeris fœcundam licentiam. Cùm exundare inciperet, feſta ei ſollemnia νειλῷα Ægyptij celebrabant. Plura Morellus ex Æthiopicis Heliodori Notis in Statij Syluas pag. 95. & ſequenti.

423. SEPTEMFLVVS NILVS] quoniam ſeptem oſtijs in mare voluitur. Virgil. 6. *Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.* Facit hoc etiam Danubius.

424. ÆTHEREOQ. SIDERE] Sole. Antonomaſia, ſeu periphraſis. Quanquã enim nullũ eſt ſidus non æthereum, tamen propter lucis ſuæ copiam immenſam,

menſam, quam & reliquis impertiit, verè ſolus meretur ſidus. & ſiderum ſidus dici. lib.9. *Et decimum premeretur ſidere ſignum*, id eſt, cùm à ſole premeretur decimum ſignum in zodiaco, cùm ageretur menſis à conceptu decimus.

425. PLVRIMA CVLT. VERS. ANIM. GLEB.] Exiſtimo Pomponium Melam ab Ouidio ſumpſiſſe, quod ſcribit lib.1.cap.5. Proinde quà nia ei fides habenda, tu cogita. Nilus, inquit, glebis etiam infundit animas, ex ipſaque humo vitalia effingit. Hoc eò manifeſtum eſt, quòd vbi ſedauit diluuia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes campos, quæ nondum perfecta animalia, ſed tum primùm accipientia ſpiritum, & ex parte iam formata, ex parte adhuc terrea viſuntur. Fœtiferum potu Nilum dicit Plin. l.7. cap.3. Nilotica aqua fœminas fœcundas facit, ita, vt quarundam viſcera longa ſterilitate præcluſa, ad conceptum relaxauerit. Seneca Natural. lib.3. cap. 25. Adde ex Æliani hiſt. animal. lib. 10 cap.44. Ægyptijs eſt piſcium meſſis. Nam vbi Nilus redundat in agros, tunc ibi piſcationes fiunt, vbi arationes factæ ſunt. Cùm autem Nilus redit ad ſe, piſces parentis fluuij deceſſu deſerti, ad breuia limoſa adhæreſcũt: atque agricolis ad prædam relinquuntur: atque ita piſcium meſſem metunt.

426. QVÆDAM CŒPT. P. IPS. SPAT. &c.] Diſtributio tripartita è limo, ſeu glebis prodeuntium animalium. Quædam inueniuntur ab agricolis terram vertentibus *modò cœpta*, id eſt, tantùm cœpta, ſeu inchoata, *per ipſum naſcendi ſpacium*, pro eo ſpatio, quod adhuc ad naſcendum habuerunt. Et quędam imperfecta, plus tamen quàm cœpta.

428. SVISQ. TRVNCA VID. HVM.] Humeri hominum ſunt. Itaque verba hæc de hominibus accipienda quis putauerit: ſed dicamus locutum καταχρηστικῶς. Sequitur tertium genus corporis, partim viui & ſentientis, partim adhuc ſenſus expertis.

430. QVIPPE VBI TEMPER. SVMP. &c.] Dogma, ſeu pronunciatum phyſicum. Omnia corpore conſtantia, ex humore & calore temperatis progignũtur. Hoc dicit, vt iam dicta reddat credibilia. Non negat etiam ex ſemine procreari multa. Atqui ipſum ſemen humor eſt, & niſi calor acceſſerit, inanes ſunt illæ coitiones generantium.

432. CVMQ. SIT IGNIS AQVÆ PVGNAX, &c.] Tametſi ignis, vt calidus & ſiccus aquæ, vt frigidæ & humidæ ſit contrarius, nihilominus vapor humidus, id eſt, calor humori permiſtus & attemperatus, res omnes producit: ſine calore cum humore nihil naſceretur.

433. ET DISCORS CONCORD. FOETIB. APTA EST] ὀξύμωρον. Horat. epiſt. 12. lib.1. *Quid velit & poſſit rerum concordia diſcors*. Et epiſt.11. *Strenua nos exercet inertia*. Talia ſunt, nuptię innuptæ, via inuia, inſepulta ſepultura: & Græcis δῶρον ἄδωρον, βίος ἀβίωτος. &c. Plura exempla protulimus alibi. Legatur Victor. l.10.c.12. & Lambin. in oden 34. lib.1.

434. ERGO VBI DILVVIO TELLVS] ἀνακεφαλαίωσις & παρασκευὴ ad ſequenté fabulam de Pythone.

DILVVIO RECENTI LVTVLENTA] Nam diluuio vetuſto non fuiſſet lutulenta: exaruiſſet enim humor calore ſolis, nec potuiſſet fieri procreatio.

435. SOLIBVS ÆTHEREIS] crebris ſolis ardoribus. Suprà dixit, *æthereo ſidere*, cùm ſimiliter ex eius radiorum repercuſſu excitatum in limo calorem intelligeret, per efficiens effectum. Virgil.1.Georg. *Puluerulenta coquat maturis ſolibus æſtas*.

ALTO ÆSTV] magno, vehementi.

436. EDIDIT INNVM. SPECIES] Verè innumerabilia pęnè animantium genera Deus condidit, etiam in piſcibus: & adhuc ignota ſunt nobis plurima, de quibus docent, qui ex Indicis regionibus redeunt, teſtes oculati videlicet.

PARTIMQ. FIG. REDD. ANTIQ.] Redierunt priſtinę ſpecies ferarum & cicurum animantium.

437. PARTIM NOVA MONSTRA CREAVIT] antè non viſa, & quæ hominibus formidini potiùs, quàm vſui aut voluptati eſſent.

Python ingens draco ab Apolline interemptus. Pythia ludi ob rei memoriam inſtituti.

XXIII. *ILLA quidem nollet: ſed te quoque maxime Python*
Tum genuit: populiſque nouis incognite ſerpens
Terror eras: tantum ſpatij de monte tenebas.
Hunc Deus arcitenens, & numquam talibus armis
Antè, niſi in damis capreiſque fugacibus vſus;
Mille grauem telis exhauſta pæne pharetra
Perdidit, effuſo per vulnera nigra veneno.
Néue operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunque manu, pedibúſue, rotáue
Vicerat, eſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat, longóque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

438. ILLA QVIDEM NOLLET] Vellet terra, ſeorelſus tāū vtilia, noxia nequaquā generate: ſed accidit ei quod parentibus humanis, qui, etſi nolint, & liberos honeſta figura, ſibique conſormatione oris ac membrorum ſimiles deſiderent, monſtra tamen interdum, præter animi ſententiam, nec ſine triſtitia & dolore procreant.

TE QVO Q. MAXIME PYTHON T. GEN.] Qua ratione hoc, & quæ deinceps leguntur nouem carminibus, pares quinque Pythiorum ludorum, ab antiquis cum tibia decantari ſolita, imitatus ſit Naſo, conſulendus Franciſcus Luiſinus Parerg. lib. 2. cap. 11. Fuiſſe autem odio Apollini hunc ſerpentem, ob illatas Latonæ mari iniurias, auctor Hygin. fab. xi Python à putredine, ſeu putrefactione nomen ducit.

439. P PVL. NOVIS INCOG. SERP. TERR.] Populus deletus etſi noo Pythonas ſerpentes tamen & dracones viderat, nec timebat valdè. Nouus tali portento primùm viſo terrebatur.

440. TANTVM SPATII DE MONTE TENEB.] Declaratur magnitudo Pythonis, qui bonam partem montis occuparet, & vaſtitate ſua potiſſimùm cernentibus terrorem incutiebat. Nunc per quem, & quomodo ſublatus ſit hic draco, diſcamus licet.

441. HVNC DEVS ARCITENENS] ab arcu factum nomen, quem tenet & gerit hic deus: eſt enim ſagittarius. 3. Æneid. *Quem pius arcitenens oras & littora circum Errantem.* Homero Odyſſ. φ. κλυτότοξος, arcu inclytus Etiam χρυσότοξος ab arcu aureo: ſed frequentiùs ab argenteo ἀργυρότοξος, ob lucis candorem. Næuius lib. 1. belli Punici:

—— Deinde
Pollens ſagittis
Arcitenens,
Delphis pugnat Pythius
Apollo.

442. IN DAM. CAPREISQ. FVGAC.] Imbelle & timidum animal dama, genus capræ ſylueſtris. Martial. lib. 13.

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum:
Imbelles damæ quid niſi præda ſumus?

Captea item genus capræ ſylueſtris, de qua idem Martialis eodem libro:

Pendentem ſumma capream de rupe videbis:
Caſuram ſperes. decipit illa canes.

443. MILLE GRAVEM TELIS] Iam pueri quoque in ſcholis Grammaticis norunt, mille, trecenta, ſexcenta Latinis poni in magno numero, vt Græcis μύρια, quod eſt decem millia, & μυριάκις decies millies. Plurimis telis draconem perdidit. ſequitur enim, *Exhauſta penè pharetra.* Stat. 5. Thebaid *Donec tibi, Delie, fixus Vexit arundineam centeno vulnere ſyluam.* Simulacrum Apollinis veteres cum telo, arcu, pharetra effingebant. Ferunt, nunquam niſi iratum iacula miſiſſe, & frequentiùs ἀκέσιον, & ἀλεξίκακον eſſe conſueuiſſe, malumque propellere magis, quàm immittere. Cùm autem docet, ἀπὸ τοῦ ἀποβάλλειν, à iaciendo nomen ducere. Plura Hieron. Colum in Fragm. Ennij. Cum Pythone Rufinum comparat Claudian. præfat. poëmatis in eundem. Draco hic ſecundùm diluuium ex humida terra exiſtens, phyſicè immenſam exhalationum vim, tum ſe tolleotem ſignificat. Et quia à putre-A dine & putreſactione dicitur Python, & ſol quod è putrefactione ac tabe exortum eſt, conſumit, ex cuius orbe radij ſagittarum inſtar proijciuntur, vnde & Lucretio, *Lucida tela diei*, ideo Phœbi ſagittis confectus fingitur.

GRAVEM TEL.] Vetus liber Zinzerlingi. *graui telis*, vt epitheton ſit pharetræ, non draconis. Pharetra grauis mille telis, eſt plena, referta telis. Horat. ode 22. lib. 1. dixit *grauida ſagittis pharetra.* Sed tū vni ſubſtantiuo duo hærebunt adiuncta, ſeu epitheta citra cōiunctionem. Pharetra graui, exhauſta telis: quod vix eſt vt liceat in carmine.

444. PER VVLNERA NIGRA] nigrum interdum pro atro aut liuido, vt hîc.

EFFVSO VENENO] copiam veneni hinc conijcito. Quamquam ſanguinem venenatum potiùs accipiendum putarim veneni nomine. De triumphaB to ab Apolline hoc infælici portento Statius ita cecinit 1. Thebaid.

Poſtquam cærulei ſinuoſa volumina monſtri
Terrigenam Pythona Deus ſeptem orbibus atris
Amplexum Delphos, ſquamiſq; annoſa terentem
Robora, Caſtalijs dum fontibus ore triſulco
Fuſus hiat, nigro ſitiens alimenta veneno,
Perculit, abſumptis numeroſo in vulnere telis,
Cirrhæaq; dedit centum per iugera campo
Vix tandem explicitum.

445. NEVE OP. FAM. P. DELERE VETVSTAS] ne facti tam eximij memoria annorum conſequentium ſerie oblitteraretur.

446. INSTIT. SACROS CELEB. CERT. LVD. PYTHIA, &c.] Pythone ſerpente, ſeu dracone ſtupendæ magnitudinis poſt diluuium ſtatim è terra puC triſcēte enato, iam ab ſe interempto Apollo ad perennem rei geſtæ memoriam ſacros ludos, Pythios dictos, (à quo Pythone ipſe quoque Apollo cognominatus eſt Pythius) inſtituit. Sciendum, apud Græcos nobilitata fuiſſe quatuor ludorum genera, Olympiacos, Pythios, Iſthmios, Nemeæos, de quibus Pauſan. Clemens Alexandrio. ad gentes, Polydorus lib. 2. cap. 3. Brodæus Scholijs in Antholog. lib. 1. Leonicus de varia hiſtoria lib. 1. cap. 68. Natal. lib. 5. cap. 12. & 34. Scalig. Poët. lib. 1. cap. 23. & ſequentibus, Stat. 6. Thebaid.

448. QVICVNQ. MANV, PEDIB. ROTAVE] Pugillatum, curſum pedeſtrem & curulem his verbis accipe.

449. ESCVL. CAP. FRO. D. HONOR.] In omnibus quatuor illis certaminibus præmia erant coronæ: D & quidem non ex auro & margaritis, ſed ex herbis & frondibus. Calcagninus quærenti, cur Virgilius ex tot frugiferis glandiferiſque arboribus, nullam elegerit cui aureum illum ramum, id eſt, virtutis ſymbolum, aſſignaret: ſed ilicem vnam optauerit. cui hoc decus tribueret; reſpondet, è frugiferis nullam fuiſſe eligendam, quòd sui gratia, non præmij virtus expetenda ſit. Magnum enim ipſa ſibi pretium eſt. Et ea de cauſſa ex coronis quas in certaminibus dedit antiquitas, nulla æſtimatione cenſebatur. Eſculum glandiferam vocat Plin. lib. 16. cap. 6. rigidam Horat. lib. 3. ode 10 à frondium latitudine Græcis πλατύφυλλος. In ædificijs eam habere magnam vtilitatem ait Vitruuius lib. 10. cap. 4.

Daphnes

Daphnes ſtudium venaticum, cultus neglectio, φιλοπαρθενία: cuius ſecũ nuptias Phœbus nullis blãditijs, nullis promiſſionibus impetrare potuit, quẽ fugit cõcitatiſſimè, & precibus in laurũ cõcedit. Eius arboris apud poſteros honos, perpetuusque viror.

XXIV. 452. *PRIMVS amor Phœbi Daphne Peneïa, quem non*
Fors ignara dedit, ſed ſæua Cupidinis ira.
Syluarum latebris, captiuarumque ferarum
Exuuijs gaudens, innuptæque æmula Phœbes.
Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere: illa auerſata petentes,
*Impatiens, expersque viri * nemora auia luſtrat:* * nemorum
NEC, QVID HYMEN, QVID AMOR, QVID SINT CONNVBIA CVRAT,
Sæpe pater dixit: Generum mihi filia debes:
Sæpe pater dixit: Debes mihi nata nepotes.
ILLA VELVT CRIMEN TÆDAS EXOSA IVGALES
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore,
Inque patris blandis hærens ceruice lacertis,
DA MIHI PERPETVA, GENITOR CHARISSIME, dixit,
VIRGINITATE FRVI: dedit hoc Pater antè Dianæ.
Ille quidem obſequitur: SED TE DECOR ISTE QVOD OPTAS
ESSE VETAT, VOTOQVE TVO TVA FORMA REPVGNAT.

Fugerat Apollinem inſequentem.

Viribus abſumptis expalluit illa, citæq;
Victa labore fugæ, ſpectans Peneïdas vndas,
Fer pater, inquit, opem, ſi flumina numen habetis:
Qua nimium placui tellus, ait, hiſce, vel iſtam
Quæ facit vt lædar, mutando perde figuram.
Vix prece finita torpor grauis occupat artus:
Mollia cinguntur tenui præcordia libro:
In frondem crines, in ramos brachia creſcunt:
Pes modò tam velox pigris radicibus hæret:
Ora cacumen habent: remanet nitor vnus in illa.
Hanc quoque Phœbus amat, poſitaq; in ſtipite dextra,
Senſit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus.
Complexúsque ſuis ramos vt membra lacertis,
Oſcula dat ligno, refugit tamen oſcula lignum.
Cui Deus: At quoniam coniux mea non potes eſſe,
Arbor eris certè, dixit, mea: ſemper habebunt
Te coma, te cytharæ, te noſtræ, laure, pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis, cùm læta triumphum
Vox canet, & longas viſent Capitolia pompas.
Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, mediámque tuebere quercum.
Vtq; meum intonſis caput eſt iuuenile capillis,
Tu quoque perpetuos ſemper gere frondis honores.
Finierat Pæan. Factis modò laurea ramis
Annuit, vtq; caput viſa eſt agitaſſe cacumen.

454. SPERNAR. LATEB. CAPTIVAR. &c.] Tria A præſidia caſtitatis, otio nudo, labor, ſimplex mundities, ſeu neglectio ornatus. Oculos inter plures cuſtodire, difficile eſt. Otioſi de ventre, & iis quæ ſub ventre ſunt maximè cogitant. Cumptè nimis, & curioſiùs ornari, quaſi hamum capiendis animis proiiciunt. Daphne igitur Dianam imitabatur, in ſylvis degebat, venatui dedita, pelle ferina ſe contegebat.

455. INNVPTÆQVE ÆMVLA PHOEBES] nunquam nupturæ æmula in virginitate, venandique ſtudio per ſyluas. Interrogatus apud Lucianũ à matre Venere Cupido, cur Dianã ſagittis ſuis nunquã peteret, reſpondet, hanc ne deprehendere quidem vſpiam poſſe: quippe perpetuò per montes fugientem. Adhæc alterius Cupidinis cuiuſdam cupiditate illam teneri, nimirum venatu ceruorum, & hinnulorum, quos inſectetur vt capiat, iaculoque B figat, ac prorſus totam huiuſmodi rebus occupari. Quid Otho & Ephialtæ, eam comprimere conantibus euenerit, Hygin. fab. XXVIII.

456. VITTA COERCEB. CAPILL.] Vittæ aliæ virginum, aliæ matronarũ fuerunt. Vitta duntaxat fluentes capillos colligebat. Alioquin viſitarum fœminis, in comendis, ornandis, numerandis crinibus operam ponere, quibus natura eoſdem pro velamento dedit, foretque turpiſſimum eas decaluari; quod & Apoſtolo viſum. Vel ipſam Venerem capillamento viduatam fore deformem, & Vulcano etiam ſuo inamabilem autumat Apuleius. Narrat Galenus, à ſe viſas mulieres complures, quæ quoniam ob immoderatam capillitij curam, pharmacorum medicamentorumque frigidorum crebritate caput vexaſſent, ob id vitam perdiderint. Vna ſententia docuit Poëta Daphnen à cura ſeſe co- C mendi, ornandi, pingendi, lauandi longè abfuiſſe. Quod in virginibus Chriſtianis deſiderat Cyprian. Sic enim ſcribit lib. de habitu virgin. *Neque enim fas eſt virginem ad ſpeciem ſua forma comi, aut de carne, & de eius pulchritudine gloriari, cùm nulla ſit illis magis quàm aduerſus carnem colluctatio, & vincendi aut domandi corporis deſtinata certatio.*

POSIT. SINE LEG. CAPILL.] Phœdra Hippolyto: *poſitiq; ſine arte capilli.* Tantummodo vitta colligebat, & colligabat, cætera inornatos, incomptos, & neglectos. De Calliſtone lib. 2.

Non erat huius opus lanam mollire trahendo,
Nec poſitu variare comas. Sed fibula veſtem,
Vitta coercuerat neglectos alba capillos.

457. MVLTI ILLAM PETIERE] Hoc ipſum mirè eam decebat, quòd ornatum omnem negligebat. Sufficiebat enim illi forma ſua, ob quam à D multis in coniugium petebatur. libr. 2. Coronis: *Diuitibuſq; procis, ne me contemne, petebar.* lib. 8. de Deianira, Oenei regis Ætoliæ filia: *Multorumq; fuit ſpes inuidioſa procorum.* Queritur Vlyſſi ſuo de procorum multitudine fideliſſima Penelope:

Dulichij, Samiiq;, & quos tulit alta Zacynthus
Turba ruunt in me luxurioſa proci, &c.

Numerus proditur fuiſſe CXVI. Homero XIII. Heleonæ adhuc virginis pulchritudinem Iſocrates in eius encomio ex procorum frequentia, & nobilitate commendat: quos enumerat Hygin. fab. LXXXI. Signatè autem *petiere* dixit: & proci à procando, id eſt, petendo dicuntur. Virgil. 7.

Multi illam magno e Latio, totaq; petebant
Auſonia: petit ante alios pulcherrimus omnes A
Turnus.

Catullus

Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle
Quàm mihi, non ſi ſe Iuppiter ipſe petat.

458. IMPATIENS, EXPERSQVE VIRI] intacta, viro penitus illibata, integra, clauſa. Virum expertæ Horatio, quæ virginitatem depoſuerunt. Ἀγαμίαν belliſſima periphraſi extulit Claudian. paneg. 3. in Stiliconem:

Expertes thalami, quarum Cythereïa necdum
Sub iuga ceruices niueas Hymenæus adegit.

NEMORA AVIA LVSTRAT] ſyluarum latebris in feris indagandis gaudet, nemora peruagatur. *Nemorum auia*, vt μιμητικώτερον mallet Corrector Lipſienſis.

459. NEC QVID HYMEN, QVID AMOR, &c.] B Studium Daphnes in colenda & retinenda virginitate exaggerat.

460. GENERVM MIHI FILIA DEBES, &c.] tradam te nuptui: cupio enim videre natos ex te liberos.

462. TÆDAS EXOSA IVGALES] Ex ſigno, id quod ſignatur. Tædæ enim nubentibus præferebantur, quoniam noctu ſponſa ad ſponſi domum deducebatur. Comparat nuptam cum virgine S. Hieronym. contra Heluidium: Et quia de comparatione virginitatis & nuptiarum, &c. in eodem libro: Idcirco virgo maioris eſt meriti, dum id contemnit, quod ſi fecerit, non deliquit.

463. PVLCHRA VERECVND. SVFFVND. &c.] Virginum eſt ad mentionem huiuſmodi rerũ, quæ cum caſtitate pugnant, rubore perfundi, quamuis vetitæ non ſint, vt in coniugio. Pulcherrimum hũc colorẽ aiebat eſſe in filiis Ariſtoteles, quem in virgi- C nibus & adoleſcentibus pudor efficeret. Expreſſit pudorem virgineum ſuauiter & eleganter Claud. 1. de Raptu, Virgiliano hærens veſtigio, libr. 12. de Lauinia, vbi ſimilia ex pluribus adducuntur à me in Symb.

—— Et niueos infecit purpura vultus
Per liquidas ſuccenſa genas, caſtiq; pudoris
Illuxere faces. Non ſic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod fœmina tinxerit oſtro.

464. INQ. P. BLAND. &c.] Patrem blandè complexa erat, vt eius bona venia liceret ſibi virginitatem ſemper colere, παρθενεύειν. Conuenienter porrò verbis Apoſtoli 1. Corinth. 7. *Virgo cogitat quæ Domini ſunt*, &c. definietur commodè virginitas habitus, per quem omnis delectatio venerea, etiam conceſſa, reſpuitur: quò animus diuinis rebus ſolutiùs ac liberiùs occupetur. Conſentaneum his ver- D bum Auguſtini, Virginitas eſt in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio.

465. DA MIHI PERPETVA, &c. Imitatio Callimachi, vbi in hymno Diana his verbis Iouem patrem orat hoc modo: Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν. Sine me, pater, tueri virginitatem perpetuam.

466. DIXIT HOC PATER ANTE DIANÆ, &c.] Exemplo facturus es, & exemplo præſertim prudentium ac parentum. Non eſt metuendum tibi, ô pater, in hac re, in qua tibi præit magnus Iupiter, qui quod abs te peto, probauit, & iam antè filiæ ſuæ conceſſit. Plato in Cratylo plures cauſſas afferens, quare Diana Græcis ἄρτεμις, primam ponit, quòd ἀρτεμὲς integrũ & incorruptum valeat, ideo-

quæreſtè ei hoc nomen tribui, διὰ τῆς παρθενίας ἐπιθυμίαν. Notauit Muretus in Catullum. Hoc vocabulum cùm de luna dicitur, à die ducitur, quòd eius lux diei ſit æmula. Cic. 2. de nat. deor. In quam ſententiam Firmicus c. 19. Luna, hæc eadem Lucina, à nocturno lumine nomen accepit: hanc etiam quidam voluerunt dici Dianam, quòd per noctem lucens, hominibus penè alteram diem faciat.

467. ILLE QVIDEM OBSEQVITVR] Perſuaſit parenti Peneo. Obſecutus eſt eius voluntati.

SED TE DECOR ISTE QVOD OPTAS, &c.] libr. 2. Coronis: *Forma mihi nocuit.* Huc faciunt tot exempla virginum, ac mulierum vel nuptarũ, vel viduarum, quas earum forma, quod optauerant, eſſe nõ ſiuit, pudicas inquam, & a corruptoribus integras. Inſidias paſſæ ſunt: quas vt aufugerent, aliæ corpus ſuum mutilarunt, aliæ ſemet vita quoque multarunt, vt videre potes non in Chriſtianorum tantũ, verùm etiam Gentilium hiſtorijs. Hipponam Græcam fœminam memorat Valer. Suphroniam Romanam Euſeb. Pelagiam Antiochenam, Bernicen, & Proſdocen eum Domnina matre laudat S. Chryſoſt. αὐτοφονίαν acerrimè diſſuadet D. Auguſt. lib. 1. Ciuit. ſuæ cap. 17. & 20. quam ingenij ſui diuitijs immortalibus opulentiſſimam fecit.

470. EXPALLVIT ILLA] Priùs rubebat ex curſura: ſed defecta iam viribus, ruborem pallore mutabat neceſſariò.

471. SPECTANS PENEI IN. VNDAS] ad quas currendo deuenerat. Non eas tantummodo intuebatur; ſed miſerabiliter & ſuppliciter reſpiciebat, vt patet mox.

472. FER PATER, INQVIT, OPEM] Penei filiam vult Ouid. alij Ladonis, qui eſt fluuius Arcadiæ, non Theſſaliæ. Philoſtratus in vita Apollonij Tyanei, lib. 1. cap. 12.

SI FLVMINA NVMEN HABETIS] Conditionalis hæc particula ſæpe per cauſalem explicanda eſt: affirmat enim potiùs, quã dubitat. Senſus eſt, quandoquidem flumina (fluminũ præſides) numẽ habetis, & poteſtas ſumma iuuãdi penes vos quoq; eſt.

473. QVA NIM. PLACVI, TELLVS, &c.] Tellurem nihilominus in tanto diſcrimine implorat, & ab ea petit, vt ſe abſorbeat vel in aliã figuram tranſferat. Cõſecutio verborũ hæc eſt. Ait, Tellus hiſce, (vt Dido in 4. *Sed mihi vel tellus optẽ priùs ima dehiſcat*) vel mutando perde figuram iſtam (humanã, & muliebrem) qua nimiùm placui Apollini, & quæ facit vt lædar, quæ mihi nocuit, eo ſcilicet modo, quo audiſti. Facies potiſſimùm nomine figuræ notatur, qua maximè homo cognoſcitur.

475. TORPOR GRAVIS OCCVPAT ARTVS] Exponitur Daphnes metamorphoſis in laurum, τὸ μέρος, ſeruatuſque inter partes mutandas, & mutatas quantacunque proportio ac ſimilitudo.

476. MOLLIA CING. T. PRÆ. CORTICE LIB.] Ad id quod ſequitur de lauro, à Phœbo in ſuam arborem electa, cogitatione conuerſus Auſonius, hoc epigramma luſit in corticem, Daphnẽ operientem.

Inuide cur properas cortex operire puellam?
Laurea debetur Phœbo, ſi virgo negatur.

479. ORA CACVMEN HABENT] facies Daphnes, ſeu caput, in cacumen arboris tranſiuit.

REMANET NITOR VNVS] Solum nitorem ait in arbore manſiſſe, id eſt, eã nituiſſe vt priùs nitebat: ſed non eodem nitore tamen; alius enim ligni, alius humani corporis nitor. S. Chryſoſt. de Babyla martyre, & contra Gentiles diſſerens, & docens quomodo apud Antiochiam mira amœnitate locus Daphne appellatus frequentari & coli ab impudicis & intemperantibus cœptus ſit, hanc fabellam recitat, & addit, qua occaſione reliquiæ ſancti Martyris ibidem collocatæ ſint, edit. Pariſ. pag. 756.

480. HANC QVOQVE PHOEBVS AMAT] quamuis iam ligneam.

483. REFVGIT TAMEN OSCVLA LIGN.] Argutè hoc: inde enim quã auerſus ab Apolline, & delicijs Venereis Daphnes animus fuerit, manifeſtiſſimè cernitur. Scitiſſimum ac feſtiuiſſimum eſt quoddam progymnasma Libanij, & huic loco ornando illuſtrandoque propter ſummam affinitatem opportuniſſimum, verba ſcilicet pictoris, quæ facere potuiſſet, cùm Apollinem in laurea tabula pingeret, & illa colorem non admitteret.

485. ARBOR ERIS CERTE MEA] Docuimus in ſuperioribus, quæ arbores quibus dijs conſecratæ. Sequitur de vſu frondium lauri in rebus varijs. Sibi inde coronam plexurum, citharæ & pharetræ ornatum additurum pollicetur. Vſurpatum iri præterea in triumphis, & ante fores (Auguſti puta) palàm conſpectum iri, quernam coronam ſuſtinentem.

487. TV DVCIB. LÆT. ADERIS, CVM, &c.] Vide 4. Triſt. eleg. 2. Pierij hieroglyph. in lauro. Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratiſſima domibus ianitrix Cæſarum Pontificumque, quæ ſola & domos exornat, & ante limina excubat. Romanis præcipuè lætitiæ victoriarumque nuntia. additur litteris, & militum lanceis, pilíſque. Faſces Imperatorum decorat. Ex his in gremio Iouis Opt. Max. deponitur, quoties lætitiam noua victoria attulit. Cauſſas, cur ei in triumphis hic honos haberetur, profert ibidem tres. Plura lege apud Alex ab Alex. l. 6. c. 6. de apparatu & pompa triumphi Romani. Eſt etiam diſertè explicatum, quàm diuerſus lauri vſus fuerit Romanis, à Delrio noſtro, Comment. in Agamem. Senecæ pag. 492. nu. 386. De lauro quoque plurima diſſerit Lælius Biſciola Subſeciuar. lib. 12. cap 3.

490. MEDIAMQVE TVEB. QVERCVM] Locum hunc explicabunt Dionis verba, quæ ſic habent latinè: Decretum enim eſt, tum vt laurus ante regiam poneretur: tum vt corona querna, hoc eſt, ciuica, ſuper ea ſuſpenderetur, in honorem illius: vtpote, qui in perpetuum & hoſtes viciſſet, & ciues conſeruaſſet. Huc itẽ referamus illa 3. Triſt. eleg. 1.

Et domus hac, dixi, Iouis eſt, quod vt ipſe putarem,
Augurium menti querna corona dabat.

Vide inſuper Pierium in lauro, pag. 372.

491. VTQ. M. INTONS. CAP. &c.] Bacchus, & Apollo ſpecie iuuenili pinguntur, vt Bacchus facie ſit virginali potiùs, vterque comptus & imberbis. Tibullus:

Huc ades intonſa, Phœbe ſuperbe, coma.

Et lib. 3. *Annue, ſic tibi ſint intonſi, Phœbe, capilli.* Horat. ode 21. lib. 1. *Intonſum pueri dicite Cynthium.* Hinc Philoſtrato in Heroicis ἀκερσεκόμης, Pindaro χαίτη... Vocant item Græci χρυσοκόμαν, nos auricomum. Antiquiſſimis illis ſæculis mos fuit ephebis, comam Apollini nutrire: qui deinde cùm prima genas veſtibat flore iuuenta, Delphos ſe conferentes, comæ primitias Deo dicabant: cuius conſuetudinis

dinis me… P… in Theſeo, Hieronym. A Columna in Frag. En… …em pulcher Maroni, propter perennem iuuentutem, opinor. Veruntamen quòd eum ſemper iuuenem faciunt poëtæ, naturam …lis intuentur, qui neque oriens, neque occidens vnquam ſeneſ…it.

492.P… …SEMP. GERE FROND. HON. Hæc quidem perpetui viroris in lauro cauſſa fabuloſa eſt: vera & phyſica quæratur à phyſiologis.

493.FACT. M. LAVREA RAM. ANNVIT, &c.] Non erat cur abnueret hîc quidem, vt cùm oſculum ferret. Iſta enim decus & gloriam lauro conciliatura ſunt.

Tempe nemus. Amnes ad Peneum propter amiſſam filiam conſolandum conuenientes. Luget & Inachus orbitatem ſuam, cuius filiam Iupiter in vaccam transformarat, petentíque Iunoni donauerat.

EST nemus Aemoniæ, prærupta quod vndique claudit XXV.
Sylua, vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis voluitur vndis:
Deiectuque graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit: ſummiſque aſpergine ſyluis
**Influit, & ſonitu pluſquam vicina fatigat.* *Inspluit.
Hæc domus, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia magni
Amnis: in his reſidens, facto de cautibus antro,
Vndis iura dabat, nymphiſque colentibus vndas.
Conueniunt illuc popularia flumina primùm,
Neſcia gratentur, conſolentúrve parentem,
Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus,
Eridanuſque ſenex, leniſque Amphryſus, & Æas:
Móxque amnes alij, qui, quà tulit impetus illos,
In mare deducunt feſſas erroribus vndas.
Inachus vnus abeſt, imóque reconditus antro,
Fletibus auget aquas: natámque miſerrimus Io
Luget vt amiſſam; neſcit vitáne fruatur,
An ſit apud manes: ſed quam non inuenit vſquam,
Eſſe putat nuſquam, atque animo peiora veretur.

4… EST N…MVS ÆMONIÆ.] Deſcribuntur Tempe ab Æliano variæ hiſt. li. 3. cap. 1. … Plinio li. 4. cap. 8. ab Ortelio in Paret…n theatri ſui. In locis claris & amœnis hæc quoque numerat Horat. ode 7. li. 1. Viridantia vocat Catullus de nupt. Frigida Virgi… Georg. 2. Penei…, idem Georg. 4. & Ouid. in 4. Celel…n…ur quoque à poëtis al…js. Quæuis loca, molli veſtita gramine, riuolis & fontibus irrigua, arboribus conſita, & vmbroſa, qualia viſuntur in côuallibus, Tempe dicuntur. Auct… Seruius in 2. Geor. Sic Cic. lib. 4. ad Atticum: Reatini me ad ſua τέμπη duxerunt, vt agerem cauſſam, &c. Bœotiæ autem propriè Tecmeſſia, à Tecmeſſo monte: S… Helori…, ab H…lori amne. B

4…. P…VÆ P…N…VS AB IMO EFF. PINDO] per Tempe …heſſaliæ ne…us illud longè amœniſſimum, à radicibus montis Pindi exortus abitur Peneus.

497. SPVMOSIS VOLVITVR VNDIS] Non fertur placido curſu, ſed rapido, & ob ſaxa latentia vnda ſpumis incaneſcit.

498. DEIECTVQVE GRAVI TENVES, &c.] Per præceps dum currit, lapſibus ſuis excitat tenues, inſtar fumi, nebulas, quibus ſummas arbores velut rore quodam aſpergit.

500. ET SONITV PLVSQ. VICIN. FATIG.] Etiam longiùs aquarum eius ſtrepitus auditur; vt vel hinc magno impetu illum, per ſaxa ac decliuia ferri poſſis animaduertere.

501. HÆC DOMVS, HÆC SEDES, &c.] Peneus hîc habet ſedem ſuam, hîc habitat.

502. FACT. DE CAV…IBVS ANTRO] Fingũt poëtæ, ſub aquis, ſeu in aquis deorum aquaticorum eſſe domicilia. Eiuſmodi deſcribitur C…renes nymphæ, 4. Georg. Facto autem, non ab artifice aliquo, ſed ab ipſa natura.

503. VNDIS IVRA DABAT] non alienis vtique, ſed ſuis. 1. Faſt. *Iura dabat populis poſito modò Prætor aratro.* Et 1. Georg. *Remo cum fratre Quirinus Iura dabant.* Et rurſum de Didone 1. Æneid. *Iura dabat, legeſq́ue viris.*

NYMPHISQVE COLENTIBVS VNDAS] Nymphę fluminum propriè dicuntur Naiades, à τῷ νάειν nãdo.

504. POPVLARIA FLVMINA PRIMVM] Rectè primùm, quia popularia & vicina, Theſſaliæ videlicet: nam remotiora & extera poſtmodum venerunt ex Achaia, & aliunde.

505. NESCIA GRATENT. CONSOL.] Cur gratularentur, cauſſa erat filiæ in laurum, dilectam Apollini arborem, mutatio. Cur conſolarentur, eiuſdem tam chari capitis iactura. Sed cùm tam illud bonũ, quàm hoc malum videretur, vtrum potiùs facerẽt, hærebant. Gratari poëtarum eſt, pro gratulari. Virgil. 4 Æneid. *Iuuenis, germana, viam, gratare ſorori.*

506. POPVLIFER SPERCHIVS, &c. Animaduerte in iſta enumeratione fluuiorum ſuum cuique epitheton diſtinctum dari. Eorum deſcriptionem ab Ortelio & alijs requirito.

507. ERIDANVSQ. SENEX] Qui humanam, qui boum figuram fluminibus, & quibus illam, quibus hanc tribuerint, Ælianus lib. 2. cap. 32. te erudiet. Non Italiæ modò, verùm etiam Theſſaliæ fluuius eſt hoc nomine. Quare faceſſat hinc Apidanus.

508. QVA TVLIT IMPETVS ILLOS] quà ſibi amnes viam, vndarũ profluentium impetu repererũt.

509. IN MARE DED. FESSAS ERROR. VNO.] Hac de re dixi nonnihil principio libri, ibi, *In mare peruenium partim.* Errores vocat flexuoſos & obliquos eorum lapſus. Quaſi errare videntur. Sic de agnis vagè paſcentibus Virgil. eclog. 2. *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* Et in 1. *Ille meas errare boues, vt cernis* &c. Cum porrò errare vndas dicat, non mirum, ſi eadem libertate feſſas dicat: nam qui errant in itineribus, fatigantur.

510. INACHVS VNVS ABEST] En, quàm aptè quę ſequitur fabulam cum hac antecedente connectit. Quæritur enim, cur abfuerit. Quia lugebat, inquit, ipſe quoque filiam ſuam, &c.

IMOQ. RECONDIT. ANTRO] non ſe foras dabat per id tẽpus. Domi ſe tenebat, & in ipſis penetralibus, vt mœſti & lugentes ſolent, publicum vitãtes. Locũ hũc, de Eridano loquẽs Claud. in VI. conſulatu Honorij vt præcedẽtis veſtigiũ, ſuo pede preſſit:

Vndoſa tum fortè domo, vitreiſque ſub antris,
Rerum ignarus adhuc, ingentes pectore curas
Voluebat pater Eridanus.

511. FLETIBVS AVGET AQVAS] hyperbole, qua Inachi fletum effuſiſſimum auget.

513. AN SIT APVD MANES] Neſcit in numero viuorum, an mortuorum ſit. Sitne apud ſuperos, an apud inferos; quorum comparatione nos ſuperi ſumus. Virgil. 3. Æneid. *Iidem Subducta ad manes imos deſcendimus vnda.*

QVAM NON INVENIT VSQVAM, ESSE PVTAT NVSQVAM] Nota παρονομασίαν *vſquam nuſquam*, ex conſonante adiuncta à principio. In hac figura quidam hoc ſæculo nimium quantum ſibi placent. Videant ne quid nimis. Notus eſt eorum ἀφιλοτεχνία.

514. ATQVE ANIMO PEIORA VERETVR] Declinat magis in deteriorem partem, vt mortuã credat.

Quid factum Io in vaccam mutata, vbi eam Iuno à Ioue petitam accepit. Cuſtos eius Argus centoculus. A patre agnoſcitur cum lamentis. Fabulã totam breuiſſimo dialogo Iouis & Mercurij complexus eſt Lucian. initio Tomi II.

XXVI. *Pellice donata, non protinus exuit omnem*
Diua metum, timuitque Iouem, & fuit anxia furti:
Donec Ariſtoridæ ſeruandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat:
Inde ſuis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera ſeruabant, atque in ſtatione manebant,
Conſtiterat quocunque loco, ſpectabat ad Io:
Ante oculos Io, quamuis auerſus, habebat.
Luce ſinit paſci: cùm ſol tellure ſub alta eſt,
Claudit, & indigno circundat vincula collo.
Frondibus arboreis, & amara paſcitur herba,
Proque toro terræ non ſemper gramen habenti
Incubat infælix: limoſaque flumina potat.
Illa etiam ſupplex Argo cùm brachia vellet
Tendere, non habuit quæ brachia tenderet Argo:
Et conata queri, mugitus edidit ore:
Pertimuitque ſonos, propriáque exterrita voce eſt.
Venit & ad patrias, vbi ludere ſæpe ſolebat
Inachidas ripas: nouaque vt conſpexit in vnda

Cornua,

Cornua, pertimuit, * *ſeque externata refugit.*
Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipſe
Quæ ſit: at illa patrem ſequitur, ſequitúrque ſorores:
Et patitur tangi, ſeque admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas:
Illa manus lambit, patriíſque dat oſcula palmis:
Nec retinet lacrymas: &, ſi modò verba ſuperſint,
Oret opem, nomênque ſuum, caſúſque loquatur.
Littera pro verbis, quam pes in puluere duxit,
Corporis indicium mutati triſte peregit:
Me miſerum, exclamat pater Inachus, inque gementis
Cornibus, & niueæ pendens ceruice iuuencæ,
Me miſerum, ingeminat: tune es quæſita per omnes
Nata mihi terras? tu non inuenta reperta es.
Luctus erat leuior, retices: nec mutua noſtris
Dicta refers: alto tantùm ſuſpiria ducis
Pectore, quódque vnum potes, ad mea verba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos, tædáſque parabam,
Spéſque fuit generi mihi prima, ſecunda nepotum.
De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe Deum, præcluſáque ianua lethi
Æternum noſtros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus,
Ereptámque patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrahit: ipſe procul montis ſublime cacumen
Occupat; vnde ſedens partes ſpeculatur in omnes.

* ſeſéque exter-
nata fugit.

515. PELLICE DONAT. NON PROT. &c.] Timuit Iuno, ne in priſtinam formam reuocaret illam furti ofam bouem Iupiter, & ludum priorem luderet, quem furtum nominat; quo nomine Venus non legitima dici poëtis ſolet. Amores & adulteria ſua hic deus Iunoni ſuæ Iliad. ξ ipſe recenſens, quaſi rebus fortiter & præclarè geſtis ſibi placet. Claudian. 1. de Raptu partem aliquam:

Te conſanguineo recipis poſt fulmina feſſum
Iuno ſinu. Quid enim narrem Latonia furta?
Quid Cererem, magnámque Themin: tibi tanta creandi
Copia: te felix natorum turba coronat.

De his quoque Iuſtin. Martyr exhortat. ad Gentes. Concubina eſt quæ cum cælibe conſueuit. Pellex quæ corpus miſcet cum eo, qui vxorem habet: dicta quòd legitimam vxorem à viro ſuo pellat; aut virum ab illa ad ſe pelliciat. Inuenitur tamen pro concubina dictum.

518. CENT. LVMIN. CINCT. CAP. ARG.] Hinc à Plauto in Aolular. dicitur totus oculeus:

Quos (coquos) ſi Argus ſeruet, qui totus oculeus fuit,
Quem quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit,
Is nunquam ſeruet.

Apuleius 2. Mileſiar. ad vtriuſque locum alludens: Vides hominem ferreum & inſomnem, certè perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum. Prouerb. Vel Argum falleret, de homine vehementer callido & aſtuto. Ioni, ſicut Didoni,

A Sapphoni, dandi caſu.

520. IN STATIONE MANEBANT] A re militari. Statio vbi milites tutò ſunt ad tempus. Inde miles ſtationarius, & ſtatiua. Cic. 1. Verrin. Iſte nouus imper. pulcherrimo Syracuſarum loco ſtatiua ſibi caſtra faciebat. Item agere ſtationem. Claudian. in Stilicon. panegyr. 1.

Argum fama canit centeno lumine cinctum,
Corporis excubiis vnam ſeruaſſe iuuencam.

Præſidium & Stationem vitæ dicit Cic. in Catone. Retulit locum hunc Stat. Syluar. lib. 5. vbi Somnum compellat:

——— Non ſi mihi lumina mille,
Quæ ſacer alterna tantùm ſtatione tenebat
B *Argus, & haud quaquam vigilabat corpore toto.*

521. CONSTITERAT QVOCVNQVE LOCO, &c.] Vigilantiorem vtique cuſtodem apponere Iuno non potuiſſet. Non enim poterat vaccam ſuam nó videre Argus quamuis ſe non moueret antrorſum, retrorſum dextrorſum, læuorſum. Prop. l. 1. eleg 3.

Sed ſic intentis hærebam fixus ocellis,
Argus vt ignotis cornibus Inachidos.

523. LVCE SINIT PASCI. &c.] Officium armentarij ad paſcua educere, reducere, & ad præſepia religare. *Luce* pro die; nihil enim aliud dies niſi lux: vt nox nihil aliud, quàm tenebræ. Cic. pro Sex. Roſcio: Si canes luce latrẽt, opinor iis crura ſuffringãtur. Corotf. l. 4. Luce noctẽ, nocte lucẽ expectas.

CVM SOL TELLVRAS SVB ALTA EST] Poſt occaſum ſolis. Nam ſub terras videtur nobis deſcendere, cùm occidit. Sic 1. Faſt. de occaſu ſtellarum: *Lapſaque ſub terras, ortáque ſigna cano.* A

524. INDIGNO COLLO] indigno collo, ſi priſtinã conditionem, aut ſi etiam quæ remanebat in ea rationem reſpicias, non, ſi præſentem; vacca enim aliud non meretur. Li. 4. de Thisbe Pyramum αὐτόχειρος deflente: *Percutit indignos claro plangore lacertos.* Et 1. Triſt. eleg. 3. *Imbre per indignas vſque cadente genas.* de vxore ſua, ipſum abeuntem in exilium gemitibus, & multis lacrymis proſequenti.

525. AMARA PASCITVR HERBA] Virgil. eclog. 1. *Non me paſcente, capellæ, Florentem cytiſum, & ſalices carpetis amaras.* Vbi Seruius, amaras nobis: illis enim dulces ſunt. Aut reſpicit, quemadmodum ſuprà, ad ſtatum priorem, cuius, cùm mentem retineret adhuc, recordabatur, eumque, quàm præſentẽ malebat. Hæc & ſequentia ad πάθος ciendum dicũtur. Ex vndecimo ἐκλογῶν περὶ γεωργίας, Collectaneorum de re ruſtica, refert Rhodigin. li. 7. cap. 10. ἴον violam dici, quia quum foret in vaccam Io deformata, illius pabulo repens viola prodijt, quæ à nobis videri dicta poteſt, quaſi vitula. B

526. NON SEMPER GRAMEN HAB.] vt in hyeme, vt vere ineunte, quãdo primũ erũpere incipit.

527. LIMOSAQVE FLVM. POTAT] de flumine turbido bibit. συνεκδοχικῶς, vt 2. Æneid. *Et ſanctos reſtinguere fontibus ignes.*

528. SVPPLEX CVM BRACHIA TEND. VELLET] cùm vellet porrectis manibus ſupplicare Argo, ne tam rigidus eſſet in ſe cuſtodienda: vtque laxiùs ſe haberet aliquanto. Non diuerſa adeò his illa de Actæone lib. 3. in ſimili metamorphoſi: C

——Gemit ille, ſonúmque
Etſi non hominis, quem non tamen edere poſſit
Ceruus, habet, mæſtiſque replet iuga nota querelis:
Et genibus pronus ſupplex, ſimiliſque roganti
Circumfert tacitos, tanquam ſua brachia, vultus.

530. MVGITVS EDIDIT ORE] pro voce humana mugiebat. Boum eſt mugire, vt porcorum grunnire, &c. omnia κατ' ὀνοματοποιΐαν. Mugire Græcis eſt μυκᾶν. Proditum igitur memoriæ à Pauſania in Achaicis, Mycenas vrbem Greciæ nobiliſſimam hoc nominis adeptam, quòd Io iam bos primum ibidem mugitum emitiſſet.

531. PERTIMVITQ. SONVS] Mirificè omnia & ſingula perſequitur, ſuoq; ingenio, huiuſmodi præſertim deſcriptionibus, indulget. Sic mox de cornibus in vnda conſpectis: *Noua'que vt conſpexit in vnda Cornua, pertimuit. ſeq; exterrita refugit.* D

533. NOVA CORNVA] quæ antea non habuerat, nec in ſe viderat. Epiſt. 14 quæ eſt Hypermneſtræ ad Linum, eandem fabulam tractat. Aſcribam locum, vt huic loco perſimilem, & cùm hæc, tum præcedentia & ſequentia illuſtrantem egregiè. Quem locum pueri quoque in illis epiſtolis purgatis legunt ἀξιοπίστως.

Scilicet ex illo Iunonia permanet ira,
Quo bos ex homine eſt, ex boue facta dea.
Aſſatis eſt pœna, teneram mugiſſe puellam:
Nec modò formoſam poſſe placere Ioui.
Aſtitit in ripa liquidi noua vacca parentis,
Cornuáque in patriis non ſua vidit aquis.
Et conata loqui, mugitus edidit ore:
Territáque eſt forma, territa voce ſua.
Quid fugis, infelix, quid te miraris in vnda?
Quid numeras factos ad noua membra pedes? A
Ipſa Iouis magni pellex metuenda ſorori,
Fronde leuas nimiam ceſpitibúſque famem.
Fonte bibis. ſpectaſque tuam ſtupefacta figuram,
Et te ne feriant, quæ geris, arma times.
Quaq; modo, vt poſſes etiam Ioue digna videri,
Diues eras, nuda nuda recumbis humo.
Per mare, per terras, cognatáque flumina curris,
Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
Quæ tibi cauſſa fugæ? quid Io freta longa pererras?
Non poteris vultus effugere ipſa tuos.
Inachi quò properas? eadem ſequeriſque, fugiſque:
Tu tibi dux comiti, tu comes ipſa duci.
Per ſeptem Nilus portus emiſſus in æquor B
Exuit inſana pellicis ora bouis.

537. SE Q. ADMIRANTIBVS OFFERT] Non admirarentur, niſi aliquid elegantius, & ad viſendum iucundius præ cæteris vaccis haberet. Suprà, *Bos quoque formoſa eſt.*

539. PATRIISQVE DAT OSCVLA PALMIS] vt taurus ille in extremo ſecundo, *Oſcula dat manibus.*

542. LITTERA QVAM PES IN PVLVERE DVX.] non quòd bouis pes I, & O litteras in puluere effingere videatur. Inde enim non magis filiam ſuã Inachus, quã aliam quãuis vaccã cognouiſſet. Sed ductu pedis nomen ſuum in puluere expreſſit, quandoquidem mens, ſeu ratio, vt in quibuſdam alijs, in ea manſit. Elephãtũ in puluere voces aliquot græcas exaraſſe, teſtatur Plin. l. 8. c. 3. verba ſubiungam: Mutianus ter conſul auctor eſt, aliquem ex his & C litterarum ductus græcarum didiciſſe, ſolitumque perſcribere eius linguæ verbis, *Ipſe ego hæc ſcripſi, & ſpolia Celtica dicaui.* Plin. ſententiam recitat: fuit autem verſus hexameter, qui nunc ad manum non eſt, latinè à neſcio quo ſic redditur, pari numero: *Ipſe egomet ſcripſi, armáque Celtica capta dicaui.*

545. ET NIVEÆ PENE. CERVICE IVVENCÆ.] Color albus gratiſſimus in pecudibus. Ab eodem colore commendat taurum illum Europæum li. 2.

Quippe color niuis eſt, quam nec veſtigia duri
Calcauere pedis, nec ſoluit aquaticus Auſter.

Tibull. lib. 3. eleg. 4.

Me quondam Admeti niueas paui ſſe iuuencas,
Non eſt in vanum fabula ficta iocum.

546. TVNE ES QVÆSIT. P. OMN. N. MIHI TERRAS?] Sic ordina voces, Túne es nata, mihi quæſita per omnes terras? Ergóne tu es filia mea, quam ego D tanta cura, toto penè terrarum orbe indagaui? Me miſerum, qui hominem te & virginem quæſitaui, & pecus, atque adeò vaccam inuenio.

547. TV NON INVENTA, REPERTA ES] Lib. 5. Ceres apud Iouem pro filia ab inferis ad ſuperos reducenda, quã à Plutone detineri ex Arethuſa didicerat: *En, quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt.*

Quid ſibi his duobus verbis Inachus velit, & quod inter ea diſcrimen, eruditos certamen certaſſe nouimus. Turneb. li. 4. c. 17. non inuentam interpretatur, quæ inueniri non poteſt. Id eſt, inquit, (vt ita magis ſignificem quod volo, veniã verbi præfatus) non inuenibilẽ. Te, inquit Inachus, quæ in iuuencam mutata es, reperi inueniri non poſſe, cùm ſpeciẽ formamq; puellæ amiſeris. Sic, inuictus, eſt, (vt ita dicã) inuincibilis; & indiſſolutus apud Cic. in Timæo, indiſſolubilis: & illaudatus apud Maronem 3. Georg. illaudabilis. Vel, etſi te quæſiui per omnes terras, ita tandem te in bucula reperi, vt nõ inuenirem natã meam. Laur. Valla Elegant. l. 3. c. 1.

de

de verbis Inuenio, & Reperio ſcripſit in hũc modũ. Excogitare (ſiuè inuenire) conſilij eſt, reperire verò fortunæ. Vnde Ouidius: *Tu non inuenta, reperta es.* Duorum ludimagiſtrorũ litem ſuper ijſdem narrat Alex. ab Alex l. 1. c. 21. quorũ alter cũ Valla ſentiẽs, inuenire contendebat eſſe, impenſo labore rẽ diu quæſitam aſſequi: reperire verò, rẽ non quæſitã, ſed forte oblatam naniſci: ſenſumq́; verborũ Ouidij eſſe hunc: Te ego, cũ diu quæſiſſem, nõ inueni: ſed caſu oblatam cõperi. Alter contrà, illum nec verba nec mentem Ouidij intelligere. Reperire enim eſſe cũ labore aliquid quæſitum aſſequi, deductum ex re, & pario: parere enim eſt cũ labore quærere: vnde pecunia parta, cum labore quæſita dicitur: & Ouidiũ eod. verſu id ſignificantiùs demõſtrare: *Tu nõ inuẽta, reperta es* inquit. Quaſi dicat, Ego te nõ caſu & fortuna nactus ſum: ſed ſtudio & labore quæſitã reperi. Quod & altero verſu exploratiùs ſignificat, *Exanimeſq́; artus primũ, mox oſſa requirens, Repperit oſſa tamẽ.* Deinde auctoritates Curtij, Suetonij producit. Tiraq. verò in Annotat. etiam Plauti, Terentij. Verbũ porrò *inuenire* etiam dici de re non quæſita, vincit apertiſſimè illud Senecæ l. 6. de benef. Tráſeuntem Platonẽ, quẽ non quæſierat, inuenit. Lege inſuper Franciſc. Florid. lib. 1. c. 7. Robertus Titius Locor. controuerſ. l. 8. c. 21. hanc ſententiam poëtæ verbis ſubeſſe opinatur. Tu, filia, & inuenta es, & non inuẽta. Id eſt, aliqua ratione potes dici inuẽta, aliqua non inuenta. Illud quidem, quoniã quoquo modo non lates: hoc verò, quoniã priſtinã formam amiſiſti. Iudicet Lector, ita ſæpe loqui veteres ſcriptores, quorũ teſtimonia Titius producit, certũ eſt.

548. LVCTVS ERAT LEVIOR, RETICES, &c.] Dicit ſe vtcunq; calamitatẽ hanc perpeti potuiſſe, ſi modò vox humana ei relicta fuiſſet, vt ſecũ loqui poſſet, & indicare, quinã hoc ſibi tãtũ malũ eueniſſet.

551. THALAM. TÆDASQVE PARAB.] Ego caſus tui neſcius planè, maritum tibi quærebam, cupidus nepotum ſcilicet, quod ſequitur. Sic ſuprà Peneus Daphne ſuæ: *generũ mihi filia debes, Sæpè pater dixit, debes mihi nata nepotes.* Et de nuptijs, *Illa velut crimẽ tædas exoſa iugales.* l. 9. *Cõiugiũ pactaq́; exſpectat tẽpora tædæ.*

553. DE GREGE NVNC TIBI VIR] magis propriè dixiſſet, *de armento*, quã de grege. Taurũ intelligit, qui eſt vir armenti, alioqui dux armenti Virg. lib. 8. *Quẽ legêre ducẽ, & pecori dixere maritum:* vt gregis vir caper, id eſt, hircus, apud Maronem, eclog. 7. in quem locum noſter Ludouicus Cerdius plurima huius ἀκυρολογίας exempla colligit; tametſi metaphoras eſſe vult potiùs, in quo ab eo diſſentimus.

DE GREGE NATVS] vitulus, æquè ἀκύρως in beſtijs. Virgil. de porcellis 3. Æneid. *Albi circum vbera nati.* Repete ſcripta in illud ſuprà de ventis, *Tanta eſt diſcordia fratrum.*

554. NEC FIN. L. TANT. M. MORTE DOL.] Iupiter 3. Claud. de raptu minatur fulminationẽ, quicunq; deus Cereri raptorem filiæ Plutonem indicarit:

Sentiet iratam procul ægida, ſentiet ictum
Fulminis, & genitum diuina ſorte pigebit,
Optabitque mori.

Mors vltimum in malis remedium. Sotades: πάντων λιμὴν μερόπων ὁ θάνατος ἐστί. Seneca Agamem.

Portus æterna placidus quiete,
Nullus hunc terror, nec impotens
Procella fortunæ mouet,
Aut iniqui flamma Tonantis.

4. Triſt. 6. *Vna tamen ſpes eſt, quæ me ſolatur in iſtis:*
Hæc fore morte mea non diuturna mala.

Sed hoc remedio excluduntur dij, in quos non cadit mors. lib. 10. Apollo deflens morientem puerum Hyacinthum:

Atque vtinam pro te vitam, tecúmve liceret
Reddere: quod quoniam fatali lege vetamur, &c.

555. NOCET ESSE DEVM] immortalem, vt dij ſunt. Explicatur ſequentibus. Non noceret, niſi caderet in iſtiuſmodi deos miſeria: quæ cum diuinitate pugnat maximè.

PRÆCLVSAQVE IANVA LETHI] Lucret. lib. 1. *Hæc rebus erit pars ianua lethi.* & lib. 3. *Haud igitur lethi præcluſa eſt ianua menti.* Ouid. 3. Triſt.

Heu mihi, quod toties noſtri pulſata ſepulchri
Ianua; ſed nullo tempore aperta fuit.

Stat. Syluar. 5. in epiced. patris. *Sed nec lethi tibi ianua triſtis.* 2. Æneid. *Patet iſti ianua letho.* Arnob. li. 2. Omnis enim paſſio lethi atque interitus ianua eſt.

557. STELLATVS ARGVS] cuius oculi ſtellarũ inſtar ex capite, velut ex paruo quodã cælo fulgebãt. Sicut ſtellæ & ſidera ad oculorum venuſtatẽ indicandã, ita viciſſim vox oculi ad illa nõ illepidè trãſferuntur. Prioris generis exẽpla præter hoc præſens hæc habe. Suprà, in fabula Daphnes: *Videt igne micãtes Sideribus ſimiles oculos.* Et li. 3. de Narciſſo, ſeſe in fonte contemplante, *Spectat humi poſitum geminum ceu lumina ſidus.* Vbi vir doctus præoptaret legere, *geminũ ceu ſidera lumẽ* Aut certè; *geminũ ſua lumina ſidus.* Propert. l. 2. eleg. 3. *Non oculi, geminæ, ſidera noſtra, faces.* Ouid 3. Am. eleg. 3. *Radiant vt ſidus ocelli.* Poſterioris ſufficiat huc Iuuenalis ſat. 8. *Nocte quidem, ſed luna videt, ſed ſidera teſtes Intendunt oculos.* Centũ porrò Argi oculos gemmas ſtellantes appellabit infrà. Diatribæ poſteriore plura Zinzerlingus.

559. IPSE PROCVL] propè vtique: nã è longinquo non conueniebat. Valet igitur vox *procul*, interdum idem quod propè, iuxtà. Virgil. eclog. 6. de Sileno ebrio: *Serta procul, tantùm capiti delapſa, iacebant.*

560. PARTES SPECVLATVR IN OMNES] Suprà:
Conſtiterat quocunque loco, ſpectabat ad Io,
Ante oculos Io, quamuis auerſus, habebat.

Mercurius à Ioue ſummiſſus, Argum dulci cantilena conſopitum interficit. Syringis nymphæ ob retinendam caſtitatem conuerſio in arundinetum. Argi oculos Iuno caudæ pauonis inſertat.

XXVII.

561. *NEc ſuperûm rector mala tanta Phoronidos vltra*
Ferre poteſt, natúmque vocat, quem lucida partu
Pleïas enixa eſt, lethóque det imperat Argum.
Parua mora eſt, alas pedibus, virgámque potenti
565. *Somniferam ſumpſiſſe manu, tegiménque capillis.*

Hæc vbi diſpoſuit, patria Ioue natus ab arce
Deſilit in terras: illic tegimenque remouit,
Et poſuit pennas; tantummodo virga retenta eſt.
Hæc agit, vt paſtor, per deuia cura capellas,
Dum venit, adductas: & ſtructis cantat auenis.
Voce nouæ captus cuſtos Iunonius artis,
Quiſquis es, hoc poteris mecum conſidere ſaxo,
Argus ait: neque enim pecori fœcundior vllo
Herba loco eſt, aptámque vides paſtoribus vmbram.
Sedit Atlantiades, & euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diem, iunctiſque canendo
Vincere arundinibus ſeruantia lumina tentat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos.
Et quamuis ſopor eſt oculorum parte receptus,
Parte tamen vigilat: quærit quoque (namque reperta
Fiſtula nuper erat) qua ſit ratione reperta.
Tum deus, Arcadiæ gelidis in montibus, inquit,
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naïas vna fuit, nymphæ Syringa vocabant.
Non ſemel & Satyros eluſerat illa ſequentes,
Et quoſcunque deos vmbroſáque ſylua, feráxque
Rus habet. Ortygiam ſtudiis ipſámque colebat
Virginitate deam: ritu quoque cincta Dianæ
Falleret, & credi poſſet Latonia, ſi non
Corneus huic arcus, ſi non foret aureus illi.
Sic quoque fallebat. Redeuntem colle Lyceo
Pan videt hanc, pinúque caput præcinctus acuta
Talia verba refert: Tibi nubere, nympha, volentis
Votis cede dei. Reſtabat plura referre,
Et precibus ſpretis fugiſſe per auia nympham,
Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem
Venerat. hic illam, curſum impedientibus vndis,
Vt ſe mutarent liquidas oraſſe ſorores;
Panáque, cùm prenſam ſibi iam Syringa putaret,
Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres:
Dúmque ibi ſuſpirat, motos in arundine ventos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilémque querenti.
Arte noua, vociſque deum dulcedine captum,
Hoc mihi colloquium tecum dixiſſe manebit.
Atque ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.
Talia dicturus vidit Cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos, adopertáque lumina ſomno.
Supprimit extemplo vocem, firmátque ſoporem,
Languida permulcens medicata lumina virga.
Nec mora, falcato nutantem vulnerat enſe,
Quà collo eſt confine caput, ſaxóque cruentum
Deiicit, & maculat præruptam ſanguine rupem.

Arge

Argus iaces, quotque in tot lumina lumen habebas,
61 *Exſtinctum eſt, centumque oculos nox occupat vna.*
Excipit hos, volucriſque ſuæ Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.

561 N... ſuperum rectori] Haud longè à ... to libri ipſemet ad diuos ſuperos, *Qui vos habe...que ... Ibidem: ... alia dicentes (ſibi e... nim fore cætera cura ... ex uperum trepidare vetat.* Cælicolum rex Virgil. ... Æneid. & lib. 2. noſter, *vaſti quoque rector olympi.*

Male ta... Phoronidos] Io fuit neptis Phoroneı pat... mala hactenus leuia fuerunt tamen ... quæ ſequentur.

562. Qu... Pleiades] Mercurium ... ex Maia, vna Pleiadum, Atlantis ſiliarum ... Fuerunt autem ſeptem: & proptee pietatem in ... lugere non deſinebant aſtris additæ. Recte igitur *lucida Pleias.*

564 Paru... nter iuſſum & effectum. ... cunctatus Mercurius.

Alas... Tripliceem ornatum M... alas in pedibus, quæ talaria vocantur: ... quæ caducei nomen habet: & pil... in capite, quem cauſiam dicunt. Duorum priorum meminit & Virgil. 4. Æneid. vbi eundem Iupiter ad Æneam cum mandatis mittit.

> *Dixerat. ille patris magni parere parabat*
> *Imperio, & primum pedibus talaria nectit*
> *Aurea, quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra*
> *Seu terram rapido pariter cum flamine portant.*
> *Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco*
> *Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit:*
> *Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat.*
> *Illa fretus agit ventos, & turbida tranat*
> *Nubila.*

Habes duo ... explicatam vim huius virgæ. Duobus ... huius loci Maroniani nos ad... patribus æmulatus eſt Statius 1. Theb... vbi Mercurius a Ioue ad inferos, ad Laium ... reducendum mittitur. *Paret Atlantiades dictis genitoris,* &c. à verſu 308.

56... His... ſe his inſtruxit & ...

P... arce ... *Qua pater vt ſumma vidit Saturnius arce.* Ab arce patris ſui Iouis; non quòd ... hoc eſt, in cælo natus eſſet, eamque patriam ...

... agnoſceretur, ... & vt paſtor putaretur, Argumque deciperet, capellas egit.

56... adductas] compulſas in v- D
num; ſed veniens agebat eas Mercurius, ſeu eas agendo veniebat.

... cantat avenis] lib. 8 *Sic ruſtica quondam ... ula diſparibus paulatim ſurgit avenis.* ... *diſparibus ſeptē compacta cicutis.* ... calamus, cicuta, arundo, hæc omnia ... pro fiſtula paſtorali, in Bucolicis. ... & cantilena antehac non audita ... modum, ac proinde paſto... ad ſecum conſidendum inuitaret.

... hoc colle, ſeu monte ... 1. Æneid. *Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.*

A Et lib. 11.

> *Quam facilè accipiter ſaxo ſacer ales ab alto*
> *Conſequitur pennis ſugientem in nube columbam.*

573. Neque enim pecori fecundior &c.] à duplici commoditate argumentum, vna pecudum, altera paſtorum: illis ad paſcendum largè ſuppetit herba: iſtis in æſtu vmbra.

575. Sedit Atlantiades] Atlantis nepos Mercurius facilè annuit. Horat. ode 10. lib. 1. *Mercuri facunde nepos Atlantis.*

Et fvnt. m. l. de... diem] Plautus Trinum. *In huiuſmodi negotio diem ſermone terere, ſegnities mera eſt.* Virgil. eclog. 6.

> *Ille canit, pulſæ referunt ad ſidera valles,*
> *Cogere donec oues ſtabulis, numerúmque referre*
> B *Iuſsit, & inuito proceſsit veſper olympo.*

Vide ſis, quæ ibidem adducimus in Symb. Caue legas *Detinuere diem*. De ſolo enim Mercurio loquitur, nec verſus ſtaret: *Detinuere diem, iunctiſque canendo.* Sermone igitur, & multo quidem detinere diem, eſt eum ita, & non alia occupatione (ſeu opere abſumere, & quaſi altò euntem intercipere, & otioſo ſermone tranſigere.

576. Iunctisq. canendo v. arundin.] Paulo antè, *& ſtructis cantat auenis.*

577. Servantia lumina] oculos vigilantes conatur ſuauitate cantus langueſacere, vt ſomno capti claudantur: nempe illos nonaginta nouem. Duo namque, vt antea vidimus, ſoli quieſcebant, & ibat res in orbem.

C 578. Ille tamen pugnat, &c.] Memor officij ſui Argus, & timens Iunonis iram, ſi quid vaccæ ſeeus contigiſſet, nitebatur vigilare omnimodis.

579. Oculorum parte receptus] Non valebat tantum reſiſtere ſomno, vt non vnus poſt alterum clauderetur, & tandem bona pars dormiret, cæteris adhuc vigilantibus.

580. Quærit quoq. namq. rep. &c.] Non de tibia inuenta quærit, quam Minerua inuenit; ſed de fiſtula paſtoritia, quæ græcè σύριγξ.

582. Arcadiæ geli io. in moni] Occaſio fiſtulæ inueniendæ fuit Naiadis, nomine Syringis, per fugam & transformationē defenſa aduerſus Panos, aliorumque agreſtiū deorum ſalacitatē virginitas.

583. Inter H... maorvad.] De his Gyrald. Syntagm. 5. Natal. lib. 5. cap. 11.

587. Ortyg. ipsamq. cole b. virgin. diam.] Ortygia, aliàs Delus, tellus natalis Dianæ. Libenter Ouidius virginitatem ſeruare cupientes puellas, & à nuptijs refugientes venatrices facit, & aut Dianæ æternæ virginis ſocias: aut certè ipſo etiam habitu, vt ſtudio, imitatrices. Sic antea de Daphne:

> ——— *Fugit altera nomen amantis,*
> *Syluarum latebris, captiuarúmque ferarum*
> *Exuuijs gaudens, innuptæque æmula Phœbes.*

Et lib. 3. de Calliſto quanquam illi poſtea Iupiter nomen, & honorem virginis ademit) *Miles erat Phœbes: nec Mænalon attigit vlla Gratior hac Triuia.*

588. Ritu quoq. cincta Dianæ] cincta, id eſt, inſtructa pharetra & arcu. Aut, *Nuda genu, nodóque*

nodoq; ſinus collecta fluentes, vt illa, quam imitata eſt A Venus 1. Æneid. Carthaginienſem virginem ſe mẽtiens, quãq; Æneas Phœbi ſororẽ eſſe coniiciebat.

590. CORNEVS HVIC ARCVS] Egregia commendatio. Nihil præter arcum corneum hanc virginem à Diana diſcernebat, immò non ſatis diſcernebat.

592. PINV Q. CAPVT PRÆCINCT. ACVTA] pineam coronam capite geſtans: illi enim ſacra pinus, vt Apollini laurus.

593. TIBI NVBERE NYMPH. VOL.] Scio pleriſque eruditis hic parum latinè locutum videri Naſonẽ, quòd nubere proprium ſit fœminarum, quæ caput obnubunt ac tegunt, cùm maritis dantur. Sumi etiam pro *ducere vxorem* multis teſtimoniis firmat cõtra Ioſep. Scalig. in reſponſione ſua Robertus Titius, & Nonius ex vetuſtiſſimo fabularum ſcriptore Pomponio hæc verba profert: Sed meus frater B maior, poſtquã vidit me inde eiectum domo, nupſit dotatæ, vetulæ, varicoſæ Aphrę Sponſus enim, & ſponſa eodẽ flammeo à ſacerdote operiebantur. Vnde melius dicitur, meum nupta, quàm mihi nupta. Sanè γαμεῖν tam de viro, quàm muliere dictum legitur apud S. Ignatium epiſt. ad Polycarpum, πρέπει ἢ τοῖς γαμοῦσι, ἢ ταῖς γαμούσαις: & apud Euangeliſtas Matthæum & Marcum. Eraſmus vtrobique reddidit, contrahere matrimonium, quo modo tutiùs & latiniùs loquemur. Martialis lib. 7. cauſſam reddens, cur locupletem vxorem nolit ducere, *Vxori*, inquit, *nubere nolo meæ*: ſeruitutem innuat, quam talibus miſerrimi viri ſeruire coguntur, velut ſi ipſi maritæ, & illæ mariti eſſent.

594. RESTABAT PLVRA REFERRE] Non reſtabat verba referre, iam enim retulit: niſi putamus plura verba Panem virginis illiciendæ facturum C fuiſſe: ſed reſtabat plura referre, ea ſcilicet, quæ ſubſiciuntur, quemadmodum fugerit, & mutata ſit, quæ fuſiùs fingit Mercurium dicturum fuiſſe Sed cur diceret, cauſſa nulla fuit; iam enim oculos ad vnum omnes conſopitos, & tempus erat, propter quã venerat, gerendæ idoneum cernebat. Editio Lipſienſis ex duobus carminibus vnum facit, vno hemiſtichio deleto, altero correcto: ſic enim legit: *Talia verba refert, reſtabat verba referre*. Verba illa, *Votis cede Dei*, prorſus omittit. Non arbitramur locum ſanum ſcalpello indiguiſſe.

596. ARENOSI LADONIS AD AMNEM] Non fuiſſe altum flumen, ſignificatur à diun[illegible] *arenoſi*. Nam in fundo cœnoſa magis, quàm arenoſa [illegible] flumina.

597. CVRSVM IMPEDIEN. VNDIS] quomodo impediebat, ſi nympha? an non in aquis degunt, aut D degere poſſunt nymphæ: non omnia quamuis etiam minuta circumſpiciunt poëtæ, præſertim in fabulis.

598. LIQVIDAS SORORES] v[illegible]ote aquarum deas. Hinc etiam nymphæ quaſi lymphæ.

600. CORPORE NYMPH. CALAM.] repentina admodum, & temporis puncto peracta fuit iſta μεταμόρφωσις.

602. EFFECISSE SONVM TENVEM] ſibilum.

603. ARTE NOVA] quam couſque ignorarat.

604. HOC MIHI COLLOQVIVM TECVM] Sic tecum colloquar poſthac. Sicut tu gemis, & queris in arundine, ita ego eam inflãs, otium meum oblectabo. Quidam *confilium*, alij *concilium* legunt, vt ſit idem quod conſuetudo, ſocietas & coniunctio.

605. ATQVE ITA DISPARIB. CALAM.] alæ figuram reddebant calami, ſeu arundines ita copactæ.

COMPAGINE CERÆ] Virgil. eclog. 2. *Pan primum calamos cera coniungere plures Inſtituit*. Ad hanc fabulam ſine controuerſia mentem conuertit Ouidius.

606. NOMEN TENVISSE PVELLÆ] id fiſtulæ genus Syrinx, ab ipſa puella vocari cœptum eſt.

607 VIDIT CYLLENIVS] in monte Arcadiæ Cyllene natus.

609 SVPPRIMIT EXTEMPLO VOCEM] ne Argus expergiſcatur. Virg. in 6. *preſſoq; obmutuit ore*.

FIRMAT Q. SOPOR. LANGVIDA, &c.] hoc leniſſimo contactu intendit ei ſomnium, vt ſtertere etiam traheret Habebat enim caduceum virgam quandam medicam. Suprà virgam ſomniferam appellabat.

611. FALCATO ENSE] curuo, in figuram propemodum falcis. Mercurij gladius peculiari nomine harpe dicitur.

NEC AVTEM] quo pacto? *Summaq; nutantis percuſſit pectora mente*, vt de ſomno dicit lib. 11.

612. QVA COLLO EST CONFINE CAPVT] e ſummo collo caput abſcidit.

SAXOQ. CRVENT. DEIICIT] ſaxo, quò eum ſeſſum inuitarat, loco editiore, & ſaxoſo, è rupe, vt ſtatim ſubnicit.

613. MACVLAT PRÆRVPT. S. RVP.] Vult Crucius, Mercurium ſanguine Argi quod ſequitur epitaphium ſaxo inſcripſiſſe. Nos ſimpliciter dictum accipimus. Neceſſe enim fuit tanto vulnere & cæde rupem cruentari, & epitaphium, ſi ita vocari placet, à poëta ſcriptum cenſemus. Vbi enim factus eſt poëta Mercurius? ne hoc Apollo audiat, quæſo.

614. ARGE IACES, QVODQ. IN TOT LVM. &c.] Apoſtrophe ſimilis epitaphio. Lumen luminum erat vita. Hoc illi lumen gladius Mercurij extinxit. Et d[illegible] nox vna centum lumina obſcurauit. Phaëthonti quoque in 2. cudit epitaphium Ouidius. Hanc fabulam Argi centoculi, vaccæ cuſtodis, à Mercurio obtruncati, ad hiſtoriæ naturalis veritatem traducit Macrob. 1. Saturnal. cap. 19. Argus eſt, inquit, cælum ſtellarum luce diſtinctum, quibus ineſſe quædam ſpecies cæleſtium videtur oculorum. Cælum autem Argum vocitari placuit à candore & velocitate, παρὰ τὸ λευκὸν ἢ ταχύ. Et videtur [illegible]ram deſuper obſeruare, quam Ægyptij [illegible] ph[illegible]ũm [illegible]uare volunt, ponunt bouis figura[illegible]. Is ergo am[illegible]us cæli ſtellarum luminibus ornatus tunc æſtimatur enectus à Mercurio, cum ſol diurno te[illegible] ore obſcurando ſidera velut enecat vi luminis ſui conſpectum eorum auferendo mortal[illegible]us.

616. VOLVCRIS SATVRN. PEN COLLOCAT] Caudæ pauonin[illegible] ill[illegible]s honoris cauſſa inſerit. Trahunt e[illegible] currum e[illegible] pauones, ipſi dicatæ aues. Quin [illegible] pauones hic[illegible] nonnulli deam ipſam intelligebant [illegible] cauſſam, cur ei pauo conſecratus, re[illegible] Pie[illegible] lib. 24. p[illegible]n. 170. Dicamus quæ aues quibus dijs dicatæ. A[illegible] ci[illegible] vltur, cyg[illegible] Ap[illegible] an[illegible] lu[illegible] oni pauo, aquila Ioui, columba Veneri, [illegible] Her[illegible] gallus Æ[illegible]ul pio, vt & Marti & [illegible], noctua Mineruæ, pica Ba[illegible] Marti. R[illegible] eo ad pauonem, & eius cau[illegible] s A[illegible] oculos. Martial. lib. 14. Apophoreto, Lectus pauoninus:

Nomina

Nomina dat ſpondæ pictis pulcherrima pennis
Nunc Iunonis auis: ſed priùs Argus erat.

671. G[EMMIS] STELLANTIBVS] quaſi gemmis, ſtellarum in morem lucentibus. Lib. 15. *Iunonis volucrem, quæ cauda ſidera portat.* De ſuperbia huius auis ex oculata cauda, eleganter Nazianzen. orat. 2. de Theolog. [Q]uid cauſæ eſt, cur arrogans ille, & Medicus pauo, [ele]gantiam gloriamque adeò affectet, A vt quoties aliquem propiùs accedentem viderit, aut etiam fœminis, vt aiunt, ſeſe oſtentare voluerit (nec enim pulchritudinis ſuæ ignarus eſt) protinus elata ceruice, pennisque in orbem concinnatis, atque oculis illo aureo quodam gemmantique fulgore in aceruum contractis, corporis ſui elegantiam amaſijs ſuis, cum faſtuoſo inceſſu, velut in theatro ſpectandam proponat?

Laruis terrificantibus toto pænè orbe percurſato, in Ægypto humanam formam recuperat Io, & pro numine colitur, Epaphum Iouis ſatu enititur.

XXVIII.

PROTINVS exarſit, nec tempora diſtulit iræ,
Horrificámque oculis, animóque obiecit Erinnyn
Pellicis Argolicæ; ſtimulóſque in pectore cæcos
Condidit, & profugam per totum terruit orbem.
Vltimus immenſo reſtabas, Nile, labori,
Quem ſimul ac tetigit, poſitis in margine ripæ
Procubuit genibus, reſupinóque ardua collo,
Quod potuit, ſolos tendens ad ſidera vultus,
Et gemitu, & lacrymis, & luctiſono mugitu
Cum Ioue viſa queri eſt, finémque orare malorum.
Coniugis ille ſuæ complexus colla lacertis,
Finiat vt pœnas tandem rogat: inque futurum
Pone metus, inquit, nunquam tibi cauſſa doloris
Hæc erit: & ſtygias iubet hoc audire paludes.
Vt lenita dea eſt, vultus capit illa priores,
Fitque quod antè fuit: fugiunt de corpore ſetæ:
Cornua decreſcunt: fit luminis arctior orbis,
Contrahitur rictus, redeunt humerique manúſque,
Vngulaque in quinos diducta abſumitur vngues.
De boue nil ſupereſt, formæ niſi candor, in illa.
Officioque pedum nymphe contenta duorum
Erigitur, metuitque loqui, ne more iuuencæ
Mugiat, & timide verba intermiſſa retentat.
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.
Hinc Epaphus magni genitus de ſemine tandem
Creditur eſſe Iouis: perque vrbes iuncta parenti
Templa tenet.

PR[OT]INVS [EX]ARSIT] Iam pridem vaccæ [n]o[x]æ malum cogitabat aliquod maius Iu[no, s]aturando Argi cædes acceſſit occaſio.

[H]ORRIFI[CAMQVE] O[C]VL. ANIM. OBIE[C]IT ERIN.] fu[rialibus] terriculamentis eam adeò exagitauit, vt nuſ[qu]am pænè toto orbe poſſet conſiſtere. Virgil. 3 Georg. genus inſecti, pecori admodum infeſti, cui B latinè aſilo, græcè œſtro nomen eſt, deſcribens, eo Ionem quoque exagitatam narrat. Verſus adnectā.

Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther
Concuſſus, ſyluæq́ & ſicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras,
Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.

Memi-

A Meminerunt huius cruciatus & Sophocles Electra, & Æſchylus in Prometheo, quorum verba cum Ouidianis adducit Ludouicus Cerdius in Comment. Virgil.

621. Et profvg. p. tot. terrvit orb.] Deuenit quoque in Scythiam, & ad ipſum Caucaſum, vbi Prometheum Iouis iuſſu affixum cautibus reperit. Mutuo lamentātur ærumnas ſuas: & ille huic prædicit in Ægyptum tandē venturam, atque illic Epaphum parituram. Vide Æſchylum. Quas regiones & loca pererrauerit Io, docet Apollodorus Bibliothecæ lib. 2. poſt principium.

622. Vltimvs immenso r. Nile, lab.] reſtabat eius vagationibus Ægyptus. Per fluuios interdum regiones eorum indicantur. Sed ita tamen in Ægyptum eam egerunt furiæ, vt ad Nilum perueniret.

B 623. In marg. ripæ procvmb. genib.] Ratio enim fingitur ſuperfuiſſe, vt in Actæone, & alijs, in beſtias ex hominibus mutatis.

625. Qvod potvit, sol. tend. &c.] ſuprà:

Illa etiam ſupplex Argo cùm brachia vellet
Tendere, non habuit quæ brachia tenderet Argo.

Contrà 2. Æneid. Caſſandra vates, Priami filia & virgo, cùm paſſis crinibus à templo Mineruæ traheretur,

Ad cælum tendens ardentia lumina fruſtra,
Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas.

626. Et lvctisono mvgitv] ſuprà, *Et conata queri mugitus edidit ore.*

C 627. Cvm Iove visa qveri est] De iniuria viſa eſt expoſtulare cum Ioue, qui aliter de ſe meritam tali honore remuneraſſet. Epiſt. 5. li. 4. Sulpitius Ciceroni: Quid eſt quòd tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri poſſitis? Cicer. epiſt. 10. lib. 5. Quererer tecum, atque expoſtularem, niſi (vt ſuprà ſcripſi) purgare me tibi hoc tuo tempore, quàm accuſare te mallem.

Finemqve orare malorvm] aut mortem, aut reſtitutionem in formam priſtinam.

628. Conivg. ille s. com lex. e lacert. &c.] Vxorius eſt Iupiter, nec poteſt quæ liberent omnia. Blandè igitur rogat ſupplici liberationem, & deinceps ex vtriuſque parte, ſua & Iûs meliora promittit. Cic. 2. Philipp. de M. Antonio, & Volumnia Mima: Cùm mulier fleret vberiùs, homo miſericors ferre non potuit: caput aperuit: in collum inuaſit.

D 631. Et stygias ivbet hoc avo palvd.] Iuramentum deorum proprium, & ſacroſanctum. Phœbus Phaëtonti in 2. *Ne dubites, dabitur: ſtygias iurauimus vndas.* Plura de hoc eod. lib. ibi, *Promiſſi teſtis adeſto Dijs iuranda palus*

632. Vt lenita dea est] Dedit aliquid precibus & promiſſis Iouis Iuno, & iam miſſam facit.

Vvltvs capit illa priores, &c.] Deſcribitur particulatim prioris formæ redintegratio.

633. Fvgivnt de corpore setæ] Pilos vaccinos, quia duriores, ita nominat, κατα χρηστικῶς: in porcis enim propriè dicuntur. *Setigeriq; ſues.*

634. Fit lvmin. arctior orbis] non planè orbis, ſed quaſi orbis, contrahitur ad menſuram oculi humani. *Luminis* pro luminum, ἐναλλαγή.

A 636. In qvinos absvmitvr vngves.] Diſtribuitur in quinque vngues, ſecundùm quinque digitos. Vngues hominum, auium, & quarundam quadrupedum ſunt, qui ſimilitudinem aliquam digitorum præferunt.

637. Formæ nisi candor.] Sic de Daphne in arborem conuerſa, *remanet nitor vnus in illa.*

638. Officioqve ped. contenta dvor.] vnde homines dicuntur bipedes. Plin. epiſt. quadam li. 1. de neſcio quo: Omnium bipedum nequiſſimus. Et de Heliogabalo legi. Non modò bipedum, ſed etiam quadrupedum nequiſſimus. Tale monſtrum fuit vltra mundi fines exportandum.

B 639. Metvit ne loqvi, ne more, &c.] Quis non videt diligentiam poëtæ, & planè Homericam? illius enim etiam in exiguis & leuibus accuratio eruditis notiſſima eſt.

641. Nvnc dea linig. colit. celeb. tvrba] Ab Ægyptijs pro dea culta eſt, & nominata Iſis. Sacerdotes eius lineis veſtiebantur; quod tāgit hoc loco Ouidius. Sacra Romam tranſlata. Lucan. *Nos in templa tuam Romana recepimus Iſin.* Habebat autem templum in campo Martio, iuxta ouile. Iuuenal. *Iſidis antiquo quæ proxima ſurgit ouili.* Narrat Cornel. Tacit. Domitianum amictu lineo turbæ ſacrificulorum immixtum delituiſſe. Et Apul. in Apolog. linum puriſſimum eſſe velamentum quod non modò indutui & amictui ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus, ſed opertui quoque in rebus ſacris vſurpetur. Hæc Beroald. in Propert lib. 2. eleg.
C 33. Sueton. Othone. Sacra etiam Iſidis ſæpe in linea religioſaque veſte propalam celebrauit. Tibul. lib. 1. eleg. 3. *Ante ſacras lino tecta fores ſedeat.* Nam è religione eadem fuit ſedere ante fores, & ante pedes: tum narrare etiam beneficia deorum. Propert. lib. 2. eleg. 28.

Ante tuosque pedes illa ipſa adoperta ſedebit,
Narrabitque ſedens longa pericla ſua.

Ex Achille Statio in Tibull. Pro corollario addamus ingenioſum epigramma Ioann. Leonis Poëniti, de Io, relatum à Gyraldo dialog. 1. de poëtis noſtrorum temporum:

In ſomnis ſibi viſa parens mea fundere partu
Brutum, hominem, atq; deam: ſomnia vana rata eſt.
Me parit, immutor, renouor, color; in tribus vna
Io, vacca Iſis, brutum, homo, diua fui.

D 642. Hinc Epaphvs genit. de sem. m. Iovis] Hunc filium ſuum Iupiter in Ægypto oppida communire, ibidemque regnare iuſſit. Is oppidum Memphim & alia plura conſtituit, & ex Caſſiopea vxore, eam filiam genuit Libyen, à qua terra eſt appellata. Hygin. fab. CXLIX.

64[illegible]. Perq. vrb. ivnct. parent. templa ten.] Io, quæ deinde Iſis, quo pacto in Ægypto coli adoratique ſit cœpta, notum ſatis. Qua autem ratione Epaphus, non ita. Ergo per Epaphum intelligendus Apis, de quo eſt apud Herodotum lib. [illegible] his verbis: Apis, quem Græci Epaphum vocant [illegible] paruit. Et in 2. Apis græca lingua eſt Epaphus. De Api plura apud Plinium, Diodorum, Euſebium. Iſis autem & Apis iunctim in Ægypto celebrantur. Hæc Cruceius. Dictus Epaphus [illegible] ἀπὸ [illegible] ἐπαφώμενος τῆς Ἰοῦς, πάλιν εἰς γυναῖκα αὐτὴν [illegible] ἔφυσεν.

Phaethon patre Phœbo inſoleſcens, conſilio matris eundem de veritate ſciſcitatum adit.

FVit huic animis æqualis & annis **XXIX.**
Sole ſatus Phaëthon, quem quondam magna loquentem,
Nec ſibi cedentem, Phœbóque parente ſuperbum,
Non tulit Inachides, Matrique, ait, omnia demens
Credis & es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit Phaëthon, iramque pudore repreſſit:
Et tulit ad Clymenen Epaphi conuicia matrem.
Quoque magis doleas, genitrix, ait, * en ego liber
Ille ferox, tacui. pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli.
At tu, ſi modò ſum cæleſti ſtirpe creatus,
Ede notam tanti generis, meque aſſere cælo.
Dixit, & implicuit materno brachia collo,
Perque ſuum, Meropiſque caput, tædaſque * ſororum
Traderet, orauit, veri ſibi ſigna parentis.
Ambiguum eſt, Clymene precibus Phaëthontis, an ira
Mota magis dicti ſibi criminis, vtraque cælo
Brachia porrexit, ſpectánſque ad lumina ſolis,
Per iubar hoc, inquit, radiis inſigne coruſcis,
Nate, tibi iuro, quod nos auditque, videtque,
Hoc te, quem ſpectas, hoc te, qui temperat orbem,
Sole ſatum: ſi ficta loquor, neget ille videndum
Se mihi, ſitque oculis lux iſta nouiſſima noſtris.
Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates.
Vnde oritur, terræ domus eſt contermina noſtræ:
Si modò fert animus, gradere, & ſcitabere ab ipſo.
Emicat extemplò lætus poſt talia matris
Dicta ſuæ Phaëthon, & concipit æthera mente,
Æthiopaſque ſuos, poſitoſque ſub ignibus Indos
Sidereis tranſit, patrioſque adit impiger ortus.

* ille ego liber, ille ferox tacui.

*ſuarum:

ANIMIS ÆQVALIS ET ANNIS [illegible] Non ſe- [illegible] & in his quoque Commenta- [illegible] animi non [illegible] di [illegible] [illegible] ſup [illegible] iam, [illegible] L [illegible] ap [illegible] bus [illegible] ra- [illegible] A qualis [illegible] iam, qui Græ- [illegible] Duto Memoria proditum eſt, [illegible] n. [illegible] um morte d [illegible] luiſſe. i. d [illegible] temporum illorum. [illegible] cr [illegible] æ di [illegible] e pro- [illegible] & [illegible] r- [illegible] le [illegible]. Vit [illegible] Pulcher Auentinus [illegible] ſter [illegible] de Numitore ſati.

QVEM QVONDAM MAGNA LOQVENTEM [illegible] æ- [illegible] φρονεῖν, idem quod tumêre, inſolentem, elatum eſſe, ſe circumſpicere, ſibi placere. Lege [illegible] hiliad. prouerb. Ne magna lo- qu [illegible] pter N [illegible] videlicet, ſuperbiæ & ar- rogant [illegible] Apud Horat. ad Piſon. cùm ait de [illegible], Et docuit magnumq́; loqui, nitiq́; cothurno, grandiloquen [illegible] Tragic [illegible] declaratur. Eſt enim [illegible], nitiq́; cothurno [illegible] [illegible] gil. [illegible] de Vmbrone:

Dixerat ille aliquid magnum, vimq́; aſſere verbo
C [illegible] dederat, [illegible] animam fortaſſe ferebat,
Canic [illegible] ſibi [illegible] on [illegible] promi [illegible] rat annos.

Quib [illegible] Καλ [illegible] la [illegible] ε- [illegible] E [illegible] de [illegible] e loquens, N [illegible] conte- ſta [illegible] adeo hanc inſolentiam [illegible] 4.

I [illegible] nec leuius [illegible], quem magna loquentem
Reppulit à Thebis Iuppiter igne ſuo.

647. N[illegible] SIBI CEDENTEM] cauſſa ſubiungitur, quia Phœbo patre natus eſſet, æquè deo, vt Epaphus. Hoc ve[illegible]. Veruntamen non æquè magno deo, vt ille. Nam, *quid Ioue maius habetur?* Poterat ergo, & debebat Phaëthon hac de cauſſa cedere, & Epaphum nobiliorem fateri. Nihilominus fortaſſis etiam hoc Phaëthonti augebat animos, quòd auum haberet ipſum Iouem, id quod Epaphus nequibat, de auo, inquam, ſuo gloriari. Nam Saturni nullum [illegible] nomen erat

648. MA[illegible] OMNIA [illegible]EM. CREDIS Cui crederet vnuſquiſque noſtrum, ſi in hac re matri non crederet. Vnde & apud Homerum Odyſſ. 1. Telemachus à Minerua interrogatus, e[illegible] Vlyſſes pater eius ſit, re[illegible]ondet, matre[illegible] affirmare, cui credat. Nihilominus negandum [illegible] eſt matres minus pudicas, maritos & [illegible]ios ſ[illegible] fallere, dum alienis ſe ſubſternunt.

649 ET [illegible] TVMID[illegible] GENIT IMAG. FALSI] Virgil. 9. *tumiduſq; nouo præcordia regno Ibat* Phaëthontem Epaphus à matre mœcha delusum mentiri genus ſuum exiſtimari vult, natum potius plebeio & obſcuro quopiam: aut certè Meropis [illegible] filium, quem Clymene maritum habebat, Iouis minimè. *Imagine genitoris*, quem tibi imaginaris vt patrem tuum.

650. ERVBVIT PHAETHON] magis erubuit, quòd ex adulterio ma[illegible]is, quam quod ſanguine Meropis progenitus ab Epapho putaretur. Quanquam etſi Iouis filius, tamen ex adulterio. Sed huiuſmodi cum dijs mulierum commercia in honore faciliùs, quàm in culpa & dedecore ponebantur.

IRAMQV[illegible] VO[illegible] R[illegible]RESSIT] pudore quodam ingenuo diſſimul[illegible] u[illegible]citam, nihilque acerbius in aduerſarium torſit.

651. ET TVLI[illegible] AD CLYM. EP. CONVIC. MAT.] More puerorum & adoleſcentum, qui offenſi ab æqualibus, rem ad parentes deferunt, & ab ijs auxilium ac vindictam petunt, quando in filijs eorum quoque honos agitur.

65[illegible]. EN EGO I[illegible] B. IL[illegible] E, PER[illegible] X TA[illegible] V[illegible]] Matrem ad maiorem indignationem impellit quod d[illegible] ſit tacuiſſe ad Epaphi contumelias, [illegible] tamen alioqui liber, & ferox, & [illegible] impatiens eſſe ſoleat. Poſt *ille*, non poſt *liber* [illegible] dum H[illegible] eſt ergo quod d[illegible]c[illegible]bat *iramq; pudore repreſſit*. [illegible]nquam [illegible] ſequamur lectionem in margine [illegible] poſt *liber* [illegible]bit diſtin[illegible]iere.

65[illegible], PVDE[illegible] [illegible]PROB. N[illegible] BI[illegible], &c [illegible] ſit, quoniam [illegible]od & paulo a[illegible]tè in[illegible] ne[illegible] rum dedec[illegible]a & in[illegible] s r[illegible]aund[illegible]. Non potuiſſe autem [illegible] Phaëthonte, cui [illegible] s, quo ſe I[illegible] [illegible]

[illegible]

A caput, per fortunas per dexteram, per genium, [illegible]

658 TÆDA[illegible] [illegible]ORVM [illegible]es non [illegible] libro ſequenti, vbi [illegible] Palat. membranis legi[illegible] *natum*, ex p[illegible] ca el[illegible]ga[illegible]ria. Suas enim, & ſuus, meus, tuus in amicis & propinquis abſolutè [illegible]rpaba[illegible]

[illegible]6 PR[illegible] IB. PHAETH[illegible] . AN IRA [illegible]T[illegible], &c. vtrumque mou[illegible]bat Cl[illegible]en, & preces [illegible] tam enixæ, & conui[illegible] Epaphi ad ſe [illegible]ta. V[illegible] magis, non po[illegible] dicer[illegible] [illegible]pete, & vt mulie[illegible]. *Non eſt autem ira ſuper iram mulieris*, vt ait Scriptura [illegible]

66[illegible] VT[illegible] Q[illegible] Æ[illegible]RA [illegible]IA [illegible]IXIT] geſtus orantis, [illegible] iuran[illegible], te[illegible] ad [illegible] cum voce manus & oculos.

6[illegible]2 AD[illegible] MI[illegible] S[illegible] C[illegible] [illegible] *communemq; [illegible]* B *lu & aura*. Lu[illegible] 1. [illegible] *[illegible] lumina ſolis*. V[illegible] 6 *Fac autem primi [illegible] lumina ſ[illegible] & ortus*.

[illegible]. P[illegible] R[illegible] V[illegible] A[illegible] [illegible] RVS.] Pulcherrima circum[illegible] ſolis. R[illegible] gne d[illegible] at Lu[illegible] [illegible] radi[illegible] [illegible]que per deos [illegible] venerabiliores & cha[illegible]ores [illegible]bat.

664. QV[illegible] AVDIT [illegible] VIDET OV[illegible] lo meu[illegible] verſus Poëtæ o[illegible]bat [illegible] Omnia ſol [illegible] & audire [illegible] aliquod [illegible] mou[illegible] bant, & [illegible] appellabant. [illegible] *nunc ſol teſtis*. Melius longè d[illegible] deo [illegible] & vero [illegible] Plaut. in Cap[illegible] *E[illegible] in cælo [illegible], qui quæ nos [illegible], audiq; & videt*

6[illegible] ſſet m[illegible] C dus [illegible] po[illegible] com[illegible]p[illegible] pro- creator [illegible] omnium. Mul[illegible] ſanè duobus vocab[illegible] dum [illegible] temperatorem orbis v[illegible] pu[illegible] eius, quæ etiam du[illegible] pa[illegible] edi[illegible] rantur. Do[illegible]ſſimè, *qui temperat orbem*.

[illegible]. S[illegible] T[illegible] [illegible]CET [illegible] V[illegible] D. &c.] Solent qui iurant [illegible] lationes & execrationes ſ[illegible] ad[illegible] fallant: ac plerumque mortem & exit[illegible] Clymene. Dryope [illegible] ob[illegible]do [illegible] ium, [illegible] pene[illegible] arbo[illegible]

[illegible] lumina iuro

[illegible] me priam.

D *[illegible] innoc[illegible] ſine [illegible]*

Quas habe[illegible]

6[illegible]8. [illegible]

[illegible]

[illegible] cauſſis,& in quam ſen- A [illegible]os. qui pr[illegible]ximi ſunt æſti- [illegible] & p[illegible]ruſto eſſe corpore: [illegible] haëthon regnauit. Vn- [illegible],inquit,Phaëthon relicto [illegible] Æthiopiam. Euripides [illegible] tam eſſe Clymenen [illegible]pe[illegible] habuiſſe aſſerit, [illegible]ut *ſuos* dixit, quia dictu- [illegible] eius aurigatione agens,

Sanguine tum credunt in corpora ſumma vocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.

Po[illegible]itosq. svb ignig. Ind. sidpr.] Indi finitimi Æthiopibus, quos ſimiliter tranſit. Sidereos ignes vocat lumen ſolis, qua cæli parte oritur. Lib. 15. ſtellas ſic circumloquitur: *Peſtera ſidereos aurora fugauerat ignes.*

674. Patrios adit impiger ortvs] alacriter & cupidè ad patrem,& ad regiam eius,ad orientem contendit,vnde currum moliri incipit.

ELECTORVM
LIBER SECVNDVS.
Regia ſolis.

R[illegible]*a ſolis erat ſublimibus alta columnis,* SECTIO I.
[illegible]*ra micante auro, flammaſque imitante pyropo:*
[illegible]*bur nitidum faſtigia ſumma tegebat:*
[illegible]*res radiabant lumine valuæ.*
[illegible]*[illegible]perabat opvs. nam Mulciber illic*
A[illegible]*a cælarat medias cingentia terras,*
T[illegible]*rumque orbem, cælúmque quod imminet orbi.*
[illegible]*s habet vnda deos, Tritona canorum;*
[illegible]*que ambiguum, balænarumque prementem*
[illegible]*mmania terga lacertis,*
[illegible]*& natas: quarum pars nare videtur,*
[illegible]*mole ſedens virid. s ſiccare capillos:*
[illegible]*qua*[illegible]*m: facies n*[illegible]*n omnibus vna eſt,*
[illegible]*tamen, qualem decet eſſe ſororum.*
T[illegible]*ra viro*[illegible]*, vrbeſque gerit, ſyluaſque, feraſque,*
[illegible]*ue, & nymphas, & cætera numina ruris.*
H[illegible]*ſuper impoſita eſt cæli fulgentis imago,*
S[illegible]*x ſ*[illegible]*ribus dextris, totidémque ſiniſtris.*

R[illegible]o[illegible]is erat Illuſtre & ma- B [illegible]ificum eſt huius libri exordium, [illegible] deſcriptione ſolis lũ[illegible]herri[illegible] & rega[illegible]ſſimi, ma[illegible]tat[illegible]que eun dem, in[illegible]o aureo, [illegible]cente ([illegible]) [illegible]E[illegible]ipid. Phœniſſ. [illegible] cum veſte [illegible] inter ſtipatores eximios; quo[illegible]p[illegible] non m[illegible] do[illegible] us præ[illegible]umetiam auctor eſſe [illegible]ac pa[illegible]m[illegible]en[illegible]s,anni, æ[illegible]tum, [illegible] porro hic Maroniana [illegible] q[illegible]pe Maro legationem [illegible]urentum ad re[illegible]em Latinum, prius [illegible]r, lib. 7. *Tectum auguſtum, ingens,* &c. Ita Ouid. narraturus quid Phaëthon ad ſolem accedens egerit, quoniam magna huius dei, & regia poteſtas eſt, prius ſibi ſedem eius depingẽdam cenſuit. Templum Apollinis in parte Palatij, cum porticu & bibliotheca ædificatum ab Auguſto Ouidium hic inſinuare voluiſſe, conijcit in Annotat. Iacobus Crucius.

Svblimib. alta colvmnis] Virgil. 7. *Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis.* De vtilitate & dignitate columnarum in ædificijs priuatis & publicis diſſeruimus in architectonicis ſecunda Tertij pag 45. legat qui voluerit.

2. Cl[illegible]ar[illegible]mi ante avr[illegible] Nitoranti claram reddebat ac ſplendidam. quam claritatem ſplendorémve pyropi augebant. Aurum ſoli, argentum

lunæ

lunæ ſacrum credebant. Vtrumque etiam radiare dicitur.

FLAMMASQ. IMITANTE PYROPO] Non genus gemmæ, & carbunculus, ſed æris ductilis, & coronarij ſpecies eſt pyropus. Plin l. 34. cap. 8. Coronarium æs tenuatur in lamnas, taurorumque felle tinctum, ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet. Idemque in vncias additis auri ſcrupulis ſenis, prætenuis pyropi bractea igneſcit. Propert. lib. 4. eleg. 11. *Picta, vel inducto fulgebat parma pyropo.* Vox *inducto* lamnam, ſeu bracteam, non gemmam eſſe declarat. Vide Paſſeratium ibid. & nota lapſum Beroaldi.

3. CVIVS EBVR NITID. F. SVMMA TEGEBAT] In hac regia nihil niſi aurum, argentum, pyropos, ebur, gemmas, & omnia ſummo artificio elaborata vidiſſes. Tectum quidem totum conſtabat tegulis eburneis. Faſtigium rei cuiuſque ſumma pars, ædificiorum maximè. Virgil. 1. Æneid. *Et faſtigia ſuſpicit vrbis.*

4. ARGENTI BIFORES RADIAB. [illegible] VALVÆ] A dextris & ſiniſtris aperiebatur regia, vnde biſores valuæ. Valuæ autem, quòd in ſe voluantur: lamnis argenteis ianua veſtiebatur.

5. MATERIAM SVPERABAT OPVS] Audiſti de materia: nunc de artificio, & elegantia operis accipe. Generatim illud habe, regiam hanc artificioſiùs, quàm pretioſiùs ædificatam fuiſſe: & tamen quid auro, argento, ebore, gemmis pretioſius? Artificium diſtinctè commemorat. Nouimus ob excellentiam adhibitæ artis, res cæteroqui materia ignobiles, ſępe magno vendi. Zeuxis, ſi memini, picturas ſuas donabat, quòd eas nullo pretio compenſari poſſe exiſtimabat.

MVLCIBER ILLIC ÆQVORA CÆLAR. &c] Proditur ipſe artifex & auctor tanti operis. Mulciber, & apud Lucanum Mulcifer, eſt Vulcanus, dictus ita ſecundùm Feſtum, quòd ferrum molliat: mulcere enim mollire eſt. Fingunt poëtæ hunc fabrum deorum, & quidem ſcientiſſimum, qui non è ferro duntaxat, verùm etiam ex auro, argent[illegible] inſignia opera conficiat, quale clypeus Achillis Iliad. 18. & tripudes, qui aureis rotulis ſuppoſitis, ſponte ſua ambulabant. Ad cælaturas, & artificium eiuſdem clypei, in deſcribendis huiſce foribus Poëta noſter procul dubio cogitationem tranſtulit.

6. AEQVORA MED. CING. TERRAS] Oceanum, qui tanquam cingulo continentem circundat. Catull. de nupt. *Oceanuſq; pater, totam qui amplectitur orbem.* Æquor ab æqualitate, ſeu planitie, in malacia videlicet, cùm placidum ventis ſtat mare.

7. TERRARVMQ. ORBEM, CAELVMQ.] Cælauit in ijs mundum; non enim nec nobilius, nec pulchrius, nec iucundius, nec arti ſuæ magis i[illegible]neum argumentum inuenit. Orbis figuram habet terra, quod demonſtrant Mathemati[illegible]. Non d[illegible]unt totum Græci cùm vocant οἰκουμένην habitatam, cum bona pars [illegible].

QVOD INM[illegible] ET [illegible]RBI] Nomine orbis [illegible] aërem, terram, aquam, quorum velut [illegible] quoddam eſt cælum. Lib. 1. in exorſu, *Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cœlum* [illegible],

Hæc ſuperimpoſuit liquidum, & grauitate carentem
Aethera, nec quidquam terrenæ [illegible] habentem.

Aërem quoque terræ & aquis imminere [illegible] id eſt ſuperiorem eſſe, ibidem dixit.

A 8. CÆRVLEOS HABET VNDA DEOS] Docet quibus rebus Vulcanus ſingulas mundi partes illuſtres fecerit. Ac inprimis mari dedit deos ſuos, quos ab eius colore vocat cæruleos; quo epitheto affecit ipſum quoque Neptunum, lib [illegible]. cæruleum Iouis fratrem appellans. Enumerat aliquot.

TRITONA CANORVM] Hic eſt tubicen Neptuni, cuius munus explicatur libro ſuperiore, vbi diluuium ſublatum memoratur:

Ceruleum Tritona vocat, conchaq; ſonanti
Inſpirare iubet, fluctuſq; & flumina ſigno
Iam reuocare dato, &c.

Pars eius ſuperior, ad vmbilicum vſque fuit hominis: inferior ad caudam vſque delphini. Duos pedes priores equinos habuit, caudam duplicem, in

B lunæ formam, vt ſignificat Apollon. lib. 4. Argonaut. Eandem formam expreſſit propemodum Virgil lib. 10. *Hunc vehit immanis Triton*, &c. Latiùs de hoc Natal. lib. 8 cap. 4.

9. PROT[illegible] AQ. AMBIGVVM] propter eius mutabilitatem, de qua lib. 8 *Nam modo te iuuenem, modò te videre leonem*, &c. Virg. 4. Georg.

BALÆNARVM [illegible] PRIMENT. TERGA] Balænæ alias cete, marinæ belluæ, magnæ vaſtitatis, vt ſunt in terris elephanti, cameli, &c.

10. ÆGÆONA SVIS IA[illegible] ERTIS] Ægæon hîc vnus deorum marinorum eſt. Apud Maronem in 10. vnus de gigantibus, qui Iouem cælo depellere conati ſunt. Premit autem lacertis ſuis t[illegible]ga balænarum, dum ijs complexus incubat, & pro vehiculo vtitur.

C 11. DO[illegible]IDA Q[illegible] [illegible]TNATA] Doris Oceani & Thetyus filia, ex Nereo fratre ingentem nympharum numerum pepe[illegible], quæ à patre d[illegible] Nereides. Pro ipſo mari μετωνυμικῶς. Virg [illegible]log. 9.

Sic tibi, cùm fluctus ſubterlabêre Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

12. IN [illegible] [illegible] in ſcopulo.

VI[illegible]DES C[illegible] [illegible]] A colore aquæ marinæ ſu[illegible] viridi. Vnde & virides dij 1. Triſt. eleg. [illegible] *Prò ſuperi viridesq; dei, quorum æquora curro.* Siccare au[illegible]em, [illegible] ſoleni puta.

13. PISCE VEHI Q[illegible] ÆDAM] Diſtribuit operas in tres Nereidas; partem dicit nare, partem in ſcopulis ad ſolem ſedere, & apricari, partem piſcibus vectari.

14. [illegible] ET ESSE [illegible]RVM] Fratres [illegible] tribus [illegible] rot[illegible]bus [illegible] rumque linea[illegible]

D [illegible] repeniuntur. [illegible] autem [illegible], vt [illegible] cernoſcere difficile ſit [illegible] veteranus homini de[illegible] [illegible] vnum obi[illegible] audierat. poſt occurrêt [illegible], Tune inquit, an frater tuus eſt mortuus? Lepidè. Quin & ſorores nonnunquam fratribus adeò [illegible] reſpondent, vt nihil ſimilius iudice[illegible] De cau[illegible] [illegible] alium rerum inda[illegible] [illegible]tul in epiſt[illegible] [illegible] ſimilem [illegible] rum in p[illegible] paterno vultui, p[illegible] tris arguere autumat.

1[illegible] TERRA [illegible] [illegible]ERI [illegible] &[illegible] Sex rerum generibu[illegible] Vulcan[illegible]s. Vi[illegible] homi[illegible] potio[illegible] quo[illegible] & H[illegible] rum Oreade[illegible] Napæa[illegible] uminum[illegible], Faunos, Satyros, &c.

16. FLVMINA [illegible] ET NYMPHA[illegible] C[illegible] ſanus ex ſuis libri[illegible] mauult, *Flamma que ny[illegible]*

vt [illegible], *Liminaque, laurúsque Dei.*

[illegible] FVLGENTIS IMAGO] ſpecies & imi-[illegible]dam cæli, ſiderumque in eo fulgentium. [illegible] *dera cœperunt toto fulgeſcere cælo.*

A 18. SIGNAQVE SEX FORIBVS, &c.] Zodiacum, conſtantem ſignis duodecim ſic diuiſerat, vt valua dextera ſex, ſiniſtra totidem contineret: illa verſus ſeptentrionem, hæc verſus meridiem.

Aduentus Phaethontis, Phœbi maieſtas, ſtipatores.

II.

QVo ſimul accliuo Clymeneïa limite proles
Venit, & intrauit dubitati tecta parentis,
Protinus ad patrios ſua fert veſtigia vultus,
Conſi[illegible]que procul, neque enim propiora ferebat
Lumina. Purpurea velatus veſte ſedebat
In ſolio Phœbus, claris lucente ſmaragdis.
A dextra læuaque Dies, & Menſis, & Annus,
Sæculaque, & poſitæ ſpacijs æqualibus Horæ:
Verque nouum ſtabat, cinctum florente corona:
Stabat nuda Æſtas, & ſpicea ſerta gerebat:
Stabat & Auctumnus, calcatis ſordidus vuis:
Et glacialis Hyems, canos hirſuta capillos.

1. Q[illegible] ACCLIVO LIMITE] Accliue [illegible] decliui. In accliui locat regia[illegible]iam oriens aſcendit, & verſus occaſum deſcendit.

C[illegible]IA [illegible]OL[illegible]] Nondum omnino patuit, cl[illegible]tem Phœbi. Nec verò inuſitatum eſt addere e[illegible] matre. Latonia proles, Latonigena de A[illegible] aut Diana legimus Sic lib. 3. Autonoeïus [illegible] Actæo t Autonoes filius.

D[illegible]I[illegible] A[illegible]ARENTIS] de quo ipſum dubitare f[illegible]at [illegible]phus in iurgio.

2[illegible] [illegible]OC[illegible]] ſubijcitur mox ra[illegible]dica ſaliceat lux ſolis, quam oculi non ferebant.

3[illegible]RPVR[illegible]A VELAT. VESTE SEDEB. &c.] So[illegible]m[illegible], [illegible]ſtrorum [illegible]icet, veſtis purpura, [illegible] ſo[illegible] [illegible]mato col[illegible]cat. Quod item tegium eſt ab vt[illegible]que latere ſatellites & ſtipatores e[illegible] in[illegible] [illegible]nt Dies, Menſis, Annus, Sæculum [illegible] er Æſtas, Auctumnus, Hyems. Nec ſi[illegible]e p[illegible] ſiquidem hi [illegible]mnes ſtipatores [illegible]un[illegible] o[illegible] debent, qui iſtarum omnium viciſ[illegible]c temporum cauſſa efficiens eſt. De in[illegible]ue[illegible]u[illegible] pura fabellam affert Politian. Miſcellan.

[illegible] A [illegible]XTRA LÆVAQ. DIE[illegible]] Ægyptij no[illegible]ant[illegible]s [illegible] pauonem ſurrecta in orbem [illegible]ta[illegible]t, propter cæli tot micantes ocu[illegible]uent[illegible] autem diem, eandem auem demiſſa [illegible] q[illegible]tum ſtellas nox occulere videatur, [illegible]e ipſ[illegible] [illegible]t aduent[illegible] & tamdiu illæ la[illegible]u[illegible] pra terra io eſt. Pierius hiero-[illegible]4. D[illegible] diebus, me[illegible]bus, annis, ſæculo [illegible] die natali [illegible]be[illegible]u aureolum. [illegible]] Vt facile & com[illegible]ode cuique rei, [illegible]m, tempus ſuum impéderetur, [illegible] [illegible] duratio temporis in annum, annus in menB ſes, menſis in dies, dies in horas diſpertitus eſt. Qui menſes quibus dijs ſacri, Pierius lib. 4 Herodotus lib. 2. & Clemens Stromat. 1. cap. 7. tradiderunt, Ægyptios primos annum in XII. menſes diuiſſe. Singulos verſibus ſingulis deſcriptos lege 1. Anthol. l. 91. Ibid. menſes Romanos ſingulis diſtichis.

ET ANNVS] Atteius Capito ſcripſit annum à circuitu temporis appellatum: quoniam veteres *an* pro *circum* poſuerunt. Annus (verba Varronis) quod vt paruuli circuli annuli, ſic magni dicebantur anni, vnde annus, quaſi magnus circulus. *In ſe ſua per veſtigia voluitur annus*, vt ait Virgil. 2. Georg. Hinc Ægyptij annum [illegible]olentes exprimere, ſerpentem, extremam caudam ore ſuo apprehendentem pingebant.

26. SÆCVLAQ.] Varro vocem ſæculum à ſene deriuat, & C. annis definit. Alij à ſequendo, quòd ſe ipſa tempora ſequantur. γενεὰν Cenſorin. cap. 5.
C vult eſſe XXX. annorum. Latini ætatem, ſæculum, generationem verterunt. Lege Gyraldum.

SPACIIS ÆQVALIBVS HORÆ] Ciuilis quidem dies vna cæli conuerſione continetur, conſtatque horis 24. Earum vnaquæque eſt pars diei quarta & viceſima. Et hæ ſunt æquales horæ. Naturalis dies, qui curſu ſolis ab ortu ad occaſum definitur, conſtatque horis duodecim, quarum vnaquæque eſt duodecima portio temporis, quod inter emergentem & occumbentem ſolem intercedit. Hæ autem æſtiuæ, inæquales ſunt hibernis; ibi enim dies longior, hic breuior eſt. Quocirca etiam horas neceſſe eſt in æſtate maiores, in hyeme minores intelligi. Seriùs Romanos horas obſeruaſſe (poſt annum CC[illegible]. vt notauit Cenſorin.) affirmat Plin. lib. 7. cap. 60. XII. tabulis ortus tantùm & occaſus nominabatur: poſt aliquot annos adiectus eſt me[illegible]ies. De horis ſcitu digna [illegible]ucrent. in oden 12. lib. 1. apud Horat. pag. 46. col. 2.

27. VERQVE NOVVM STABAT, CINCTVM, &c.] Quatuor anni tempora iuxta eorum qualitates, & proprietates velut in pictura nobis ſpectanda exhibet. Primam anni partem Varro facit Hiemem, quòd tum multi himbres: vel quòd tunc anima omnium quæ flatur, apparet, ab hiatu hiems. Tempus ſecundum Ver, quod tum virere incipiunt virgulta, ac vertere ſe tempus anni. Tertium ab æſtu Æſtatem. Quartum ab auctu frugum Auctumnum. Quadrifidū Phœbi laborem ſcitiſſimè vocat Claudianus de Conſulatu Olybrij & Probini. Et quoniam Ver eſt florigerū, dat ei Poëta de floribus coronam. Æſtate vigent calores, ideo nudam dicit, & coronatam ſpicis, propter meſſem, quæ tum colligitur. Auctumno fit vindemia, ideo perſonam ei viilem tribuit, calcatu vuarum pedibus ſordidatis. Poſtremò Hyemem, glacie & canis capillis opertam, propter frigus ſcilicet, inducit. Sunt autem hieroglyphica iſtarum quatuor anni tempeſtatum cum Ouidianis inſignibus probè conſentientia. Veris quidem corbis, ſeu fiſcella florum referta: Æſtatis, ſpicatū manipulus, erectus in corbe meſſoria: Auctumni cornucopiæ, vuis & pomis refertum: Hyemis, menſa conuiuantium ad focum. Etenim, vt ait Virgil. 1. Georg.

Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur,
Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit.

Seneca item in Hippolyto de iiſdem anni viciſſitudinibus:

Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent ſyluas: nunc arbuſtis
Redeant vmbræ: nunc æſtiui
Colla leonis, Cererem magno
Feruore coquant, vireſq; ſuas
Temperet annus.

Lib. 15. Pythagoras cum quatuor humanæ ætatis gradibus confert hæc quatuor anni tempora, cum adoleſcentia, iuuentute, virili ætate, ſenectute. De eorum neceſſaria viciſſitudine lege Octauium Minucij, pag. 35.

VERQVE NOVVM] Virg. 1. Georg. *Vere nouo, gelidus canis cùm montibus humor Liquitur.* Nouum, quia eſt etiam adultum, & præceps, vt alia quoque tria tempora, æſtas, auctumnus, hyems; quod & alibi notauimus, idque non ſemel. Nouum primo menſe, adultum ſecundo, præceps tertio: cuilibet enim trimeſtre aſſignatur. Ex iſta quadripartita anni varietate gratiſſimum eſt nobis ver, annus formoſiſſimus Virgil. eclog. 3. Herodoto lib. 7. pars anni probatiſſima. Oppiano 1. Cyneget. aureum. Ouid. 4. Faſt. formoſum tempus. Nazianzeno orat. 43. βασίλισσα τῶν ὡρῶν princeps anni pars, & regina. Deſcribitur 2. Georg. à Lucretio quoq; lib. 1. & 6. Catullo in peruigilio Veneris. Horat. ode 4. lib. 1. & ode 7. lib. 4. Statio 4. Syluar. in lyric. ad Sept. Seuer. Libanio in progymnaſmat. pag. 176. A me prima Tertij dialogo 17. vt alia quoque tempora.

CINCTVM FLORENTE CORONA.] Quia tempus illud floriferum, & è floribus nectuntur coronæ. Hinc & Anac. contri τὸ ἀνθοφόρον, coroniferum. Obſeruat Carolus Paſchalius Coronar. lib. 3. cap. 2. priſcos quidquid erat ἀνθινὸν floridum, vocaſſe τὸ ἔαρ ver, ac ſi totum ver ſit floridum, aut ſolo nomine florum ſignetur tempus vernum. Clem. Alex. ἔαρ μὲν ἐπιλάμπει ... Θεοῦ ... Tuū quidem ver ſplendet nouum floribus purpureis. Notat Pet. Victor. lib. 32. cap. 21. apud Athenæum lib. 15. flores vocari nunc veris, nunc pratorum filios: ab Æſchylo autem Terræ filios: à poëta Etruſco italice Fauonij dulcem familiam. Spirat autem vernis diebus Fauonius.

29. AVCTVMNVS CALCATIS SORDIDVS VVIS.] Sic pingebatur auctumnus, vt aut è vitibus vinum colligeret: aut vuas calcaret: aut ab earum calcatione ſordidus eſſet. lib. 4. eleg. 16. Propert.

Dummodo purpureo ſpument mihi dolia muſto,
B *Et noua preſſantes inquinet vua pedes.*

De auctumno Lucret. lib. 1. quod huc non eſt alienum: *Vt te auctumno fundi ſuadente videmus* explicat Turneb. lib. 25. cap. 1. ... te auctumno, vitium ſuccum in vinum liquidum fundi ... videmus. Pingebatur & pomis capite redimito. Horat. ode 2. Epod.

Vel cùm decorum mitibus pomis caput
Auctumnus aruis extulit.

Auctumnitas dixerunt Varro apud Nonium, Cato de re ruſt. lib. 1. cap. 5. & 15. Minutius Felix initio Octauij. Arnob. diſputat. lib. 1. Notauit Iuret. ad epiſt. 23. lib. 3. apud Symmachum.

30. ET GLACIALIS HYEMS.] Vt veris, ita hyemis deſcriptio nem longe ornatiſſimam lege apud M. Anton. Flaminium in Paraphraſi elegantiſſi-
C ma ſuper 12. Metaphyſicorum Ariſtot. lib. Si etymon Varronis probas, vocem ab imbri deducentis, ſcribes tenui voceali, *hiems*: ſi aliorum, ab ὕειν, pluere deducentium, ſcribes cum ypſilon, *hyems*. De his quatuor anni temporibus, quam aptè ſint ordinata, & ſe ut inuicem conſequantur, magnum diuinæ prouidentiæ argumentum præbentia, Theodoret. ... de prouid. orat. Iſid. n. Peluſiota ep. 158. lib. 2. & 3. 8. lib. 5. Ioannes Chryſoſt. ad populum Antiochen. homil. 11. Solebat & aliter pingi, quàm ea depinxit Ouidius, nempe pro vere Venus, pro æſtate Ceres, pro auctumno Bacchus, pro hyeme Vulcanus, adhærentem ... aſtam. Et hactenus quidem de apparitoribus Solis. Eum ait Philo in quarto ... tres planetas ſupra, totidem infra ſe habentem, pro ... dignitate vtilitate & magnitudine ſua ceu quodam ... eingi ac ſtipari. Ho-
D rum quatuor anni ... notas, & quaſi ſymbola ... noſter paulo aliter, & vno diſticho expreſſit 4. Triſt.

Vere prius flores, æſtu numerabis ariſtas,
Poma per auctumnum, frigoribuſq; niues.

Et 1. de Rem. Am.

Poma dat auctumnus, formoſa eſt meſſibus æſtas,
Ver præbet flores, igne leuatur hyems.

Aliter ... viciſſitudinem ... per 4. auium genera ...

Aduenisse hyemem friguſla renunciat ales,
Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.
Indicat æſtatem ſe ... culus:
Auctumno eſt tantum cernere ficedulas.

Paterna humanitas, & ad fidem τῆς γοτητος confirmandam muneris quamuis magni cum iureiurando promiſsio.

I[illegible]o e loco medius rerum nouitate pauentem III
[illegible] oculis iuuenem, quibus aſpicit omnia, vidit.
[illegible]æque viæ tibi cauſſa? quid hac, ait, arce petiſti,
[illegible]es Phaëthon haud inficianda parenti?
I[illegible]rt: O lux immenſi publica mundi,
[illegible] pater, ſi das vſum mihi nominis huius:
N[illegible]a Clymene culpam ſub imagine celat:
[illegible]nora, da, genitor, per quæ tua vera propago
[illegible]dar, & hunc animis errorem detrahe noſtris.
Dixerat, at g[illegible]nitor circum caput omne micantes
D[illegible]uit radios, propiuſque accedere iuſſit:
Amplexuque dato: Nec tu meus eſſe negari
[illegible]us es, & Clymene veros, ait, edidit ortus.
[illegible]oque minus dubites, quod vis pete munus, & illud
[illegible] tribuente feres. promiſſi teſtis adeſto
D[illegible]s iuranda palus, oculis incognita noſtris.

L[illegible]vs] medio in loco illo reſidens. [illegible] *m[illegible]um in penetralibus hoſtem*, pro in [illegible].

[illegible] PAV[illegible]TEM] Nonmodò [illegible]derat, tantum ſplendorem, & maie[illegible] ſed nec animo aliquando conce[illegible] Inde [illegible] tremor occupabat artus. [illegible] Tyr[illegible] eo Philo[illegible]iat. l. [illegible] cap. [illegible]. cùm [illegible] regum, nihil eorum re[illegible] ad [illegible]onem vertere con[illegible] pertranſiſſe & [illegible]te ac ſocio ſuo alia de re collo[illegible] reginarum, quæ venit à [illegible] ſapientiam Salomonis, eo [illegible] ædificauerat, domo, atque v[illegible], non habebat vltrà præ [illegible] nouitate ſpiritum. 3. Reg. 10.

[illegible] OMNIA ταντ[illegible], &c. H[illegible] Pannis, vt interpres, lib. 2. omnia [illegible] audiens, vt principi[illegible] [illegible] ideo. Eo autem modo videt [illegible] omnia; lux ſiquidem eſt im[illegible] ib. 4. *Videt* [illegible] *mus.* Eu[illegible] em vrban[illegible] [illegible] L[illegible] ode [illegible]

[illegible] omnia [illegible],
[illegible]:& vir[illegible]
[illegible] cul[illegible].

[illegible] *ol. qui [illegible] ammis opera omnia* [illegible] ſol qu[illegible], cum tuєam ſi[illegible] [illegible] conf[illegible] um [illegible], a[illegible] factum decla[illegible] turos [illegible] Lege Iunij Centur. [illegible]

A βλέφαρον, aureæ diei oculus, Sophocli Antig.

33. QVÆQVE VIÆ TIBI CAVSSA? &c.] Idem eſt, *quid hac arce petiſti*? quod prius hoc, *quæ tibi cauſſa viæ*? Sed iſtuc auctoribus, atque etiam ipſi Maroni non eſt inſuetum, geminare ſententias eaſdem, ad vim maiorem verbis adiungendam, ad animos commouendos ſcilicet.

HAC ARCE] cęleſti arce, ad quam petrarus mortalibus aditus; quia locus eſt & ſedes immortalium ac beatorum.

34. PROGENIES PHA[illegible]TH[illegible]N, &c] Laudatur in Principibus, adeuntes benignè compellando anteuertere. id quod magnam dat rei bene gerendæ fiduciam. Sic autem prior affatur Phaëthontem Phœbus, vt omnem ei ſcrupulum de patre germano eximat. Vocat enim filium: & addit, non ſibi inficiandum, inſinuãs, non eſſe degenerem, nec eiuſmodi, vt ſibi ſit erubeſcendus. Mulcet hæc oratio adoleſcentẽ mirificè, & eſt mellis medulla ſuauior.

35. O[illegible] PVBLICA MVNDI] Suprà: *Sol oculis iuuenem, quibus aſpicit omnia, vidit.* ἥλιον dictum aiunt quaſi [illegible], quòd ob excellentem claritatem cõſpicuus ſit, & omnibus manifeſtus. φάους ταμίαν, lucis quæſtorem vocauit Proculus Lycius. Feſtiuè quoque Lucret. lib. 5.

Largus item liquidi fons luminis æthereus ſol
Irrigat aſſiduo cælum candore recenti,
Suppeditatq; nouo con[illegible]im lumine lumen.

Ibid.

Nec ratione alia res poſſe in ſole videri,
Perpetuò ni ſuppeditet lucis caput ipſum.

Ipſemet Sol 4. Metam. de ſe:

Ille ego ſum, dixit, qui longum metior annum:

Omnia qui video: per quem videt omnia tellus:
Mundi oculus.
Ibidem, auctor lucis audit.

36. Si das vsvm nom. hvivs] ſi pateris te patrem à me appellari, nec te pudet mei. *Si* potius affirmantis quàm dubitantis, & cauſſam magis quàm conditionem deſignat, Quandoquidem das.

37. Nec falsa Clym. cvlp. &c.] Falſa imago, eſt falſum nomen patris, ſub quo illa celare poteſt crimen ſuum. Nam ſi tu, Phœbe, mihi pater es, non erit illi crimini, ex te Phaëthontem concepiſſe, ſed honori potiùs.

38. Pignora da genitor] Non eſt contentus Phaëthon affirmatione ſola Phœbi: pignus inſuper poſcit, vt matrem habere ſuſpectam, & de vero patre addubitare deſinat.

40. Circvm cap. omne m. depos. rad.] Phædra Hippolyto: *Quòd ſit aureis radijs frontem pallatim acutis.* Lucret. lib. 1 & alibi, radios Solis vocat lucida tela diei, quandoquidem illis ceu telis huc & illuc iactis ac diffuſis, totus terrarum orbis illuſtratur. Ennius ſolem ſimpliciter radiantem: hic enim eſt eius verſiculus: *Viue, Vlyſſes, dum licet, oculis poſtremum lumen radiantis accipe.* Chriſtiani virorum fœminarumque cęlitum capita radioſa pingimus. primum, vt per lumen eorum in virtute præſtantiam, claritatemque, qua cęteris pręfulſerint, indicemus. Virtus enim luci, vt vitium tenebris comparatur. Hinc non modò ſanctimonia vitæ ſingulares, ſed etiam rebus geſtis, aut bonis artibus inſignes, lumina dicuntur. Deinde, vt omnes intelligant, Deum, cuius indicium etiam lux eſt, quique lux dicitur, in ijs habitaſſe, & donis eos ac muneribus ſuis cumulaſſe.

41. Propivsqve accedere ivssit] quod antè lucis copia oculos perſtringente, non poterat. Vnde, *Conſiſtitq; procul: neque enim propiora ferebat Lumina.*

42. Amplexvqve dedit nec tv mevs, &c.] Primum verbo ſolo affirmauit, ſe patrem illius eſſe, cùm filium appellauit. Dat plura huius rei indicia. Iubet accedere propius, & amplectitur. Iterum, & firmiſſimè aſſeuerat, Clymenem vera dicere: pignus, vti rogatus erat, ex eius optione & ſententia promittit, ſic vt ſe ſacramento ad id conſtringat.

44. Qvod vis pete mvnvs] Qui ſe quiduis petenti daturum pollicetur, neceſſe eſt vt multum poſſit, immò omnia. Et quidem infrà ſummam auctoritatem cælo, terra & mari ſibi arrogat. *Denique quidquid habet dives circumſpice mundus,* &c. An deorum, vt amicorum, omnia communia? Iupiter Dianæ apud Callimachum hymno 3. Φέρευ, τέκος, ὅσσ' ἐθελημὸς αἰτίζεις, *inq; adeo cape iam quæcunque petiſti Filia.*

45. Promissi testis ad. dis ivranda pal.] Prærogatiuam hanc Stygi contuliſſe Iouem fabulantur, quod eius filia Victoria in bello giganteo ſibi affuiſſet; ſtatuiſſeque Iouem, vt ſi quis deorum numen Stygis peierando fefelliſſet, vno anno, & nouem diebus ambroſia & nectare careret. Lib. 1. *Per flumina iuro Infera, ſub terris Stygio labentia luco.* Et 3. *Stygij quoque numina ſunto Conſcia torrentis: timor & deus ille deorum eſt.* Confule Seruium in illud 6. Æneid. *Stygiamq; paludem, Dij cuius iurare timent, & fallere numen.* Auson. *Quaq; piat diuûm periuria nicolor ſtyx.* Apud Homerum, hymno in Apollinem Latona Delo inſulæ per cælum, terras, & ſtygias aquas iurans,

καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ (ὅστε μέγιστος ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν.)

Expoſcit Phaëthon moderamen currus ad vnum diem. Patrem promiſsi pœnitet: petitionem fruſtra diſſuadet.

IV. *VIx bene deſierat, currus petit ille paternos,*
Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.
Pœnituit iuraſſe patrem: qui terque quaterque
Concutiens illuſtre caput, Temeraria, dixit,
Vox mea facta tua eſt: vtinam promiſſa liceret
Non dare! confiteor, ſolum hoc tibi, nate, negarem.
Dissvadere licet: non est tva tvta volvntas.
Magna petis, Phaethon: et qvæ non viribvs istis
Mvnera convenivnt, nec tam pverilibvs annis.
Sors tua mortalis: non eſt mortale quod optas.
Plus etiam quàm quod ſuperis contingere fas eſt,
Neſcius affectas. Placeat ſibi quiſque licebit:
Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe
Me valet excepto. vaſti quoque rector olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
Non aget hos currus: et qvid Iove maivs habetvr?

Ardua

Ardua prima via eſt, & quà vix manè recentes
Enituntur equi; medio eſt altiſſima cælo:
Vnde mare, & terras ipſi mihi ſæpe videre
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona via eſt, & eget moderamine certo.
Tunc etiam quæ me ſubiectis excipit vndis,
Ne ferar in præceps, Thetys ſolet ipſa vereri.
Adde, quòd aſſidua rapitur vertigine cælum,
Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.
N[illegible]r in aduerſum, nec me, qui cætera, vincit
Impetus, & rapido contrarius euehor orbi.

A

47 VIx SEN[illegible]SIERAT] Cupiditas immo-d[illegible] Phaë[illegible]tis, qui exſpectare vix po[illegible]im loquend[illegible] Phœbus faceret. Iam en[illegible] habebat quid peteret, & [illegible] luci nolle ſtatueret. E[illegible]o an-tequa[illegible] verbum audiret, *currus petit ille paterno*[illegible]

4[illegible] D[illegible]VORV[illegible]] quaſi qui alas habe-[illegible] pe[illegible] ire [illegible] in cutiere, quàm volare vi-[illegible] 12. *Alipedumq. fugam curſu tentarat equorum* [illegible]ributum declarandæ cele-ritat[illegible] b[illegible] ruos di[illegible] alipedes, quo-nia[illegible] e valent. Noſter lib. 1. *Crura nec a[illegible] cer[illegible]a ceruo.* Alioqui cornipedes, & ſun[illegible] c[illegible] equi dicuntur.

B

A[illegible] D[illegible]RAM. EQVOR.] Lib. 4. ip'e P[illegible] *volucrum moderator equorum:* qu[illegible] potest[illegible] *vbi acres intalue-re anim[illegible], repugna: habenis*, vt paulo poſt ait

4[illegible] P[illegible] VRASS PATR[illegible]] non enim p[illegible]æu[illegible]rum. Res mira, cum idem ſit q[illegible] A[illegible] Ad[illegible] ſe Daphnæ fugienti vè-[illegible] *er me quod eritque, fuitque, Eſtq. p*[illegible] S[illegible]d [illegible] noſtrum excutienda [illegible] ca[illegible]nt, & poëtis audere licet [illegible].

QVI[illegible] R[illegible]N VT [illegible] AP.] [illegible] centientis, improbantis n[illegible] p[illegible], & agitatio. Terque, quater-[illegible] certius pro incerto: vt illa [illegible]nta, ſexcenta, mille, græcè [illegible] Lib. 1. *Terrificam capitis con-*[illegible] *Cæſariem.* Virg. Æneid. *O ter-*[illegible] Tibull. eleg. 5. lib 3. *O mihi felicem* [illegible] *ater* [illegible] *iem.* Io[illegible] Odyſſ. 5. τρὶς μακα-[illegible] πτρὰκ[illegible]

C

[illegible]RIS [illegible] MEA F. TVA E T] Ego [illegible] trendo, nihil enim excepi, [illegible] quod tu concupiſti, obiecique te [illegible] mi, niſi mutas ſenten-[illegible] autem [illegible] endi caſus & ſubaudia-[illegible] e[illegible] vox te[illegible] eſt. Tea [illegible] m[illegible] lerandi, [illegible], temere & [illegible] tibi pete[illegible] tu d[illegible] pro-[illegible] A[illegible] hoc[illegible] eſt, [illegible]. Id q[illegible] potes ex[illegible] Iureconſult. Pr[illegible]

51. VTINAM PROMISSA LICERET NON DARE] Atqui non licet, ſicut ipſe infrà confitetur, *Ne dubi-ta, dabitur. ſtygias iurauimus vndas.* Notandus locus M. Tullij de promiſſis 1. Offic. *Poteſt etiam accidere,* inquit, *promiſſum aliquod & conuentum, vt id effici ſit inutile vel ei cui promiſſum ſit, vel ei qui promiſerit. Nam ſi, vt in fabulis eſt, Neptunus quod Theſeo promiſerat, non feciſſet, Theſeus filio Hippolyto non eſſet orbatus. Ex tribus enim optatis, vt ſcribitur, hoc erat tertium, quod de Hippo-lyti interitu iratus optauit: quo impetrato in maximos luctus incidit. Nec promiſſa igitur ſeruanda ſunt ea, quæ ſint iis quibus promiſeris inutilia; nec ſi plus tibi noceant, quàm proſint illi, cui promiſeris.* Si ergo ſeruanda non ſunt, ſi inutilia ſunt cui promiſimus, quanto minùs, ſi etiam perniciosa?

PROMISSA NON DARE] Idiotiſmus videtur, da-re promiſſa, pro præſtare, efficere, facere, ſeruare, exſoluere, reddere, patrare promiſſa: nam qui pro-mittit, hoc ipſo dat promiſſa. Catull. de nupt. propriè:

At non hæc quondam blanda promiſſa dediſti
Voce mihi: non hoc miſeram ſperare iubebas.

52. SOLVM HOC TIBI NEGAREM] quia ſolum hoc contra ſalutem tuam, honoris imagine dece-ptum te petiuiſſe video & doleo.

53 DISSVADERE LICET] Si non licet negare mi-hi, tamen tibi cedere iure tuo licet: quod vt facias, tibi ſuadeo: & promiſſum vrgere diſſuadeo. Sequũ-tur rationes, à difficili, ab impoſſibili, à ſummo pe-riculo. Adduntur paternæ preces, cum ingenti af-fectu. Sed lauat Æthiopem.

54. MAGNA P[illegible]TIS, ET Q. N. VIR. IST. CON.] Clemens Alexand. Pædagog. 3. μὴ θίγῃς ἡνίων παι-δίον ἄπειρον ὄν: μηδὲ ἀναβῇς τὸν δίφρον ἐλαύνειν μὴ μαθών. Ne tractes habenas fili, regendi imperitus: nec currum conſcende, aurigandi neſcius. Sum-ptum ex tragœdia quapiam, vbi Phaëthontem pa-ter Phœbus admonebat ſerò, ne ſuum ſibi exitium petere vellet. Notauit Iunius adagio, Habenas ignarus ne tractes. Magna munera hoc loco vocari putat Martinus noſter de Roa, Singular. lib. 1 cap. 1[illegible] quæ onera grauia duraque potiùs habenda e-rant; quæ infirmum adoleſcentem oppreſſura pon-dere ſuo & ad terram afflictura videbantur. Hanc vim ver[illegible] expreſſit Virg. lib. 6. de Phœbi vate ſic loquens:

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſet
Excuſſiſſe Deum.

Magnum

Magnum, inquit ibidem Seruius, non reuera ait: ſed retulit ad affectum colentis: vnicuique enim Deus, quem colit, magnus videtur. Sed magnum ego grauem, durum, moleſtum intelligo. Nam cui ab afflatu numinis *non compta manſere comæ, ſed pectus anhelum, & rabie fera corda tument* numen ipſum graue ac durum non eſſe haud poterat. Sic ille.

55. NEC TAM PVERILIBVS ANNIS] Iuuenem vocat Poëta. Sed Phœbus conſilio ſuo congruentet, puerum, vt tanto magis deterreat. Ac ſi dicat, Tutiùs, ac meliùs in arundine lõga equitares, quàm equos & currum meum regeres. Quàm conueniẽter hi duo verſus in eos vſurpabuntur, qui ſacras, & ciuiles functiones aut pecuniæ, aut honoris, aut vtriuſque cupiditate inducti ambiunt, quas pro dignitate ſuſtinere nequeunt; quandoquidem non annis, ſed animis pueri ſunt, & ſeipſos adhuc regere neſciunt?

56. S[illegible] [illegible] MORTALIS] Argumentum à natura. Quod vis, non humanum, ſed diuinum, non hominis ſed Dei eſt: nedum vt puer tali officio fungi queat.

5[illegible]. PLVS E[illegible] IAM, Q. QV[illegible]D SVP. &c.] Gradatio. Adeo humanum nõ eſt munus iſtuc, vt nemo deorum præter me illud ſuſcipere audeat. Meũ eſt hoc regnum, præterea nullius. Senſerunt hoc, & confeſſi ſunt dij ip[illegible] imer non longè pòſt, cùm lugentem filij mortem, & officium ſuum mundo negantem circumſteterunt, ſuppliciter orantes, ne vellet rebus æternam noctem inducere.

C 58. PLAC[illegible]T S[illegible] QV[illegible] [illegible]RIT] Gaudeat & delectetur ſuis quiſqu[illegible] rebus facultate & potentia ſua. Scis enim alium deum præeſſe rei bellicæ, vt Martem: ſtudijs liberalibus Muſas: ingenijs, & ſapientiæ Mineruam; vino Bacchum, frumento Cererem, igni Vulcanum, &c.

59. NO[illegible] T[illegible] M[illegible]NIG[illegible] IF. Q[illegible] ONS ST &c.] Ego ſolus poſſum conſiſtere in axe, in curru ([illegible] necdoche eſt) qui fert ſolem, quem veteres igneum eſſe putauerunt, ignis quippe apparet. Infrà detrectans laborem priſti[illegible]num, ob cladem & exitium filij:

Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo eſt, omneſq; dei non poſſe fatentur, &c.

6[illegible]. VASTI QVO QVE RECTOR [illegible]YMPI] Lucret. lib. 5. vocat magni cærula mundi: mundus enim vt alibi teſtibus citatis demonſtrauimus, aliquando ſonat cælum. Credibile facit, quod dicit, quia nec ſummus deorum Iupiter poſſit. Ergo nullus. Eum autem [illegible]reum loquitur duplici periphraſi, rectorem olympi vocan[illegible] regnatorem [illegible]ympi Virgil. & iaculatorem fulminum.

D [illegible]. QVI F[illegible]RAT [illegible]RRIBILI, &c.] Cognomenta Iouis plu[illegible]ma ſunt à fulmine. [illegible] fulminator. [illegible] coruſcans fulmine, ἀρχικεραυνος fulminum princeps, ἐγχικεραύνιος quòd pro haſta fulmine vteretur, [illegible] quòd fulmine gauderet [illegible] fulminum iacul[illegible]tor.

T[illegible] IBI[illegible] O[illegible] XT[illegible]] Non eſſ[illegible] t[illegible] bi[illegible] s d[illegible]xtra, niſi ea fulmen [illegible]ceret, ad cuius naturam reſpicientes Horat. ode 2. lib. 1. & Vir[illegible]l. 1. Georg. nominant, ill[illegible] quidem rubentem; rubet enim ignis: hic coruſcam; [illegible]ucet enim [illegible] [illegible]ig[illegible]s.

62. E[illegible] QV[illegible] I[illegible] V[illegible]MAIV[illegible] [illegible]BETVR] Superlatiuè magis vim, quàm po[illegible] [illegible] habet *magnus*, cum dicitur, magnu[illegible] Iupiter. Quamui[illegible] [illegible] s ſit, eſt tamen in ſuo genere quodam Phœbus maA ior; alioqui non ſe illi de Phaëthonte occiſo excuſaret. 2. Triſt.

Iure igitur genitorq́, Deûm, rectorq́, vocatur;
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.

Horat. 1. ode 12.

——— qui res hominum, ac deorum,
Qui mare, & terras, varijſq; mundum
Temperat horis.
Vnde nil maius generatur ipſo,
Nec viget quicquam ſimile, aut ſecundum.

63. ARDVA PRIM[illegible] [illegible]IA EST] Ab ortu ſol ad medium vſq; cęlum ſemper aſcendit. *Prima via*, ſicut prima fabula, primoribus labris, & ſimilia.

RECENTES EQVI] integri, nondum defatigati, & debilitati. Curtius lib. 3. Timere, ne virtute hoB ſtium, ſed laſſitudine ſua vincerentur Perſas recentes deinde ſucceſſuros, ſi laxiùs ſtare potuiſsẽt. Cęſar in Galli[illegible]is, Integri & recentes milites defatigatis ſuc[illegible]edebant. Liuius [illegible]. Inſtat Volſci recentes, qui è caſtr[illegible] impetum fecerant. Et lib. 3[illegible] Recentibus equis Romani feſſos ſequebantur. Hoc verſu, *Ardua prima via eſt*, &c. cum conſequentibus ſex, ad rem ſuam opportuniſſimè vſum Senecam lib. de Prouidentia, animaduertit Ciofan.

64. ENITVNTVR [illegible] QVI] enitendo & conando aſcendunt, quoniam ardua via & accliuis.

MEDI[illegible] [illegible]ST ALTISS. CA[illegible]O] medium viæ eſt altiſſimum, quippe medio cælo: quod medium cùm ſol tenuerit, meridies eſt, & ęſtus maior. Lib. 1. *Dum calet, & medio ſol eſt alti[illegible]imus orbe.* Et lib. 3. *Nunc Phœbus vtraque Diſtat idem terra, finditq́, vaporibus arua.*

C 65. VNDE MAR[illegible] [illegible] TERRA, &c.] Nihil humanum deus [illegible]e[illegible] ne hic quidem, à ſe alienum putat [illegible]ult. Deſpicientes [illegible] ſublimi loco quodam horrore & timore percelluntur. Plura dicentur infrà.

6[illegible]. V[illegible]TIMA PR[illegible]NA VIA EST] Vltima via, ſicut ſuprà prima vi[illegible] vlti[illegible]um [illegible]iæ, ſeu vltima pars viæ: non en[illegible]m ſunt plures viæ, quas ſol decurrit. Aſcenſus ig[illegible]t propter accliuitatem laborioſus: medium propt[illegible] al[illegible]itudinem, deſcenſus propter caſum, plena [illegible] tus ſunt.

E[illegible]T[illegible] [illegible]M[illegible] [illegible]RAM. CERTO] in arduis equi extimul[illegible]ndi, in de[illegible]iuibus inhibendi ſunt. In his, quam in [illegible] aurigæ laborem peritiamque magis perſpicias. Phaëthon autem, qui equum nullum aſcẽdiſſ vnquam vnde iſtuc moderamen didiceri[illegible]?

D 68. [illegible] E[illegible] M[illegible] [illegible] [illegible]X IP. VNDI[illegible] THETYS, &c.] I[illegible] T[illegible]h[illegible]ty[illegible] teſtimonium aſſumit ad confirmandum, vl[illegible]nam [illegible]iam eſſe præcipitem & pericul[illegible]ſa[illegible]n, quo[illegible] [illegible]men ce[illegible]rum aceundens er[illegible]t. Timet enim ip[illegible]a The[illegible]ys, per prona curru [illegible] nti, & a[illegible]e in hoſpitium venient[illegible] [illegible] ? Virg. l. 3. Georg.

Ne[illegible] [illegible]um veſtus equis altum petit æthera, nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauat æquore currum.

Quòd po[illegible]æ ſolem cù[illegible] occumbi[illegible], a[illegible] The[illegible]n, ſiue Oce[illegible] [illegible] en[illegible]e; & [illegible]ùm oritur, [illegible]de redi[illegible] fabulantur [illegible] du[illegible] [illegible]tionem dicunt [illegible] illud de [illegible]igantibus, *terr[illegible] [illegible] recedunt*, & alia nonnu[illegible]a. At [illegible] [illegible] [illegible]um apparet: reue[illegible] quippe in [illegible] den itere, ac m[illegible]è rurſum inde eme[illegible]ere [illegible] etur [illegible] q[illegible]inaria nauigant, totus nit[illegible]dus, ac velut [illegible], [illegible]ito, quem [illegible]ontra[illegible] [illegible] lucre. [illegible] expreſſit Lucr[illegible] lib. [illegible].

In pelago nautis ex vndis ortus in vndis

Sol

[illegible] *,& condere lumen,*
[illegible] *niſi aquam* [illegible] *tuentur.*
[illegible] P[illegible]pe-
[illegible] e cæl[illegible] .de Le[illegible]
[illegible] Mund[illegible]s m[illegible]n a
[illegible] pe[illegible] un[illegible] to-
[illegible] [illegible]tus mundi
[illegible] O[illegible],d[illegible]obu[illegible] is no-
[illegible] Motu [illegible] mo-
[illegible] ſtes, [illegible] ſu[illegible]er pol[illegible]s
[illegible] que a[illegible] occa[illegible]u
[illegible] eſt 4. horarun[illegible] patio
[illegible]

[illegible] RS N[illegible] ME QVI, &c.
[illegible] eſt, [illegible] in[illegible]a
p[illegible] [illegible]m [illegible] ſib[illegible]ue pro-
p[illegible] in [illegible]ente[illegible] ve[illegible]ri,
[illegible] & per circu[illegible]um æquino-

A ctialem,ſed uper[illegible] mi-
rum ſuper polos [illegible] dia-
[illegible]m. C[illegible] nimbric[illegible] in 2.
Ar[illegible]ſt. [illegible] cælo, cap [illegible] Q[illegible]od
autem [illegible] Ph[illegible] impetu,
qui cæter[illegible] [illegible] ca-
piendum, quem tamen [illegible] pla-
netis habet, qui ip[illegible] quoque [illegible]ntur.
Rapha[illegible] exp[illegible]: [illegible] re-
trocedere cog[illegible]ur (propt[illegible] uolu-
tionem primi m[illegible]bil[illegible]s, omnes [illegible] res
ſecum trahentis, vt dictu[illegible] eſt [illegible] nec al[illegible] planetæ,
eſt tamen cum c[illegible]is,eſt cum tardius mouetur. At
ſolem primi cæli motus non ita nec rapit, nec fert,
vt non perpetuò æquab[illegible]li motu ſub ecliptica ma-
neat linea. Accedit ad hoc, qu[illegible]d ſ[illegible] nec epicyclon
habet, atque ideo neque d[illegible] rectus, neque retr[illegible] gra-
dus, nec ſtationarius, vt [illegible] æteri planetæ, dici poteſt.

[illegible] p[illegible]ioribus aliæ rationes, & deſcribitur [illegible]

V.

F[illegible] *[illegible]tos currus, quid ages? poterisne rotatis*
[illegible] ius [illegible] rotis, ne te c[illegible]us auſerat axis?
[illegible] an & luc[illegible]s [illegible], [illegible]rbeſque deorum
[illegible] animo, delubraque ditia donis
[illegible] l[illegible] [illegible]ereſt, [illegible]rmaſque ferarum.
[illegible] as, nulloque errore traharis;
[illegible] r [illegible] gr[illegible] dieris cornua tauri,
[illegible] s, [illegible]iqueora l[illegible]onis,
[illegible] curuantem brachia longo
[illegible]que [illegible]r cu[illegible]ant[illegible]m brac[illegible]ia cancrum.
[illegible] [illegible]adrupedes animo[illegible]s ignibus illis,
[illegible] in [illegible] habent, quos ore & naribus efflant,
[illegible]on [illegible] re eſt: [illegible] ix me patiuntur, vbi acres
[illegible]ca [illegible] animi, ceruixque repugnat habenis. * Intumuere.
[illegible] tu [illegible]un[illegible] ne[illegible]im tibi cauſſa doloris,
[illegible] tue. [illegible] SQ[illegible] SINIT, TVA CORRIGE V[illegible] A.
[illegible] t [illegible]t noſtro genitum te ſanguine credas,
[illegible] ta [illegible]do [illegible]ignora certa timendo,
[illegible]rio pa[illegible]re[illegible] metu probor. a[illegible]ice vultus
[illegible] meos: [illegible] TI[illegible] AM[illegible] OCVLOS IN PEC[illegible]ORA POSSES
[illegible] AT[illegible] VS DEPR[illegible]NDERE CVR[illegible]S.
[illegible] quidquid habet diues, [illegible]rcum[illegible], mundus,
[illegible] tacta[illegible]nti cæli, terræque, mariſque
[illegible] ullam patiere repulſam.
[illegible]cor hoc vnum quod vero nomine pœna,
[illegible] h[illegible] ore [illegible] AM, PH[illegible]THON PRO MVNERE POSCIS.
[illegible] mea [illegible] are, l[illegible] c rtis?
Ne [illegible]ta, dicitur [illegible]as [illegible]uramus vndas)
[illegible] u[illegible]ue o[illegible]taris: [illegible]D TV SAPIENTI[illegible]S OPTA.

Finie-

Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat,
Propoſitumque premit, flagrátque cupidine currus.
Ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos*
Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Per iuga chryſolithi, poſitæque ex ordine gemmæ
Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.

*quà ad[illegible] quantum ducitur.

74 POTERISNE ROTATIS OBVIVS IRE POLIS, &c.] Polos vocat orbes ſuperiores [illegible], à quibus ſimul rapitur, decimum, nonum, octauum, quod dicitur firmamentum in Scriptura ſanctâ, ſeptimum Saturni, ſextum Iouis, quintum Martis. Ipſe occupat quartum, planetarum medius, quem ſequuntur Venus, Mercurius, & Luna. *Propriè poli ſunt puncta extrema axis, quorum alter nobis in Europa degentibus ſupra noſtrum horizonta eminet, nec vnquam nobis occidit, dicitúrque Borealis, ſiue Septentrionalis, quia ad partem Borealem, ſiue Septentrionalem eſt. Etiam Arcticus ab ea conſtellatione, quæ dicitur ἄρκτος, id eſt Vrſa, quæ circa hunc polum vertitur. Alter Auſtrinus, & meridionalis, quia ad Auſtrum, ſiue meridiem eſt. Item Antarcticus, eo quòd polo Arctico per diametrum opponatur. Atque hic terra obiecta nunquam à nobis cernitur: ſed ab alijs, quos Antipodas vocant.* Hæc de polis ex Conimb. quibus nihil dilucidius.

75. CITATO AXIS [illegible] celerrima illa rotatio cæli, quam hic cit[illegible] axem nominat. Alioqui axis eſt linea recta, per centrum ſphæræ ad illius circumferentiam tranſiens, [illegible] quam ſphæra ipſa voluitur. Man. lib. 1.

Aera per gelidum tenuis deducitur axis,
Libratúmque gerit diuerſo cardine mundum,
Sidereus medium circa quem voluitur orbis,
Aeternóſque rotat curſus immotus.

76. FORSITAN ET [illegible] &c.] forſitan [illegible] amœnitatem quandam lu[illegible] tum in itinere [illegible] concipis, & te [illegible] ſperas lucos, & vrbes, quas dij [illegible] habitent, & templa magnificè conſtructa, & donis opulenta. Nihil minus; longe alia [illegible]es.

[illegible]. PER INSIDIAS [illegible] FERAR.] [illegible] ſigna, quæ ſol peragrat, quædam ab animantibus fe[illegible] nominantur: inde quaſi [illegible] iuuenem deterrendi, & à ſententia reuocandi occaſionem lepi[illegible] ſumit. [illegible] ſane horribile ad eorum [illegible] inuenientibus indu[illegible]tur.

Sparſa quoque in vario paſſim miracula cœlo,
Vaſtarúmque videt trepidus ſimulacra ferarum.

[illegible] & [illegible] huius [illegible] ob periculum [illegible] & peri[illegible] his me[illegible] baid. verſus admiug[illegible]

[illegible]
[illegible] natum imponeret axi
[illegible] tosa docebat,
[illegible] rediamque polorum
[illegible] formidine cautus:
[illegible]

[illegible] Pona[illegible] [illegible]

80. PER TAMEN ADVERSI CORN. TAVRI, &c.] Exempli gratia, aſpiciendus eſt taurus, ſagittarius, leo, ſcorpius, cancer. Vt timebis miſer, ne in te faciant impetum: De tranſlatione horum in ſidera, conſulendus Hyginus, & alij ſcriptores mythici.

82. ALITER CVRVANT. BRACH. CANCRVM] Scorpius curuat brachia à principio, cancer in extremo. Elegans vocabuli *aliter* vſus apud poëtas, cùm non ſemper vulgari more capitur, ſed aliquãdo pro contra, ſeu contraria parte. Vide Gulielm. Canter. lib. [illegible] cap. 10. Scaliger Hypercrit. c. 7. huius aurigationis rationẽ poſtulat. Perducit enim Phœbus Phaëthontem per totum Zodiacum eodem die: quod ſpatium annuo labore exhauritur à ſole, idque non ab oriente ad occidentem: ſed à ſuo oriente, qui orienti diuino contrarius eſt. Sed in opere non emendato, & in fabuloſis narrationibus aliquid ad veritatem deſiderari, aut etiam aliquid contra veritatem proferri, nouum ac mirum videri non debet. Poteſt etiam reſponderi hæc ad iuuenem [illegible] deterrendum dicta fuiſſe, ſpecioſè magis & vulgariter, quam aſtrologicè: quam diſciplinam non melius Ouidium Scaliger, quam Scaligerum docere potuit Ouidius. [illegible] quia ab Zodiaco perpetuò ſol meat, non inuenuſte perpetuus Zodiaci hoſpes à neſcio quo eſt appellatus.

84. [illegible] ADRV[illegible] &c.] [illegible] quos vocat quadrupedes, & quadrupedantes etiam Virgil. Difficultas non mediocris regendorum equorum ferocium & animoſorum (ſiquidem ignes gerunt in pectoribus, quos ſpirant) te moueat vt reſipiſcas.

85. IGNES ORE ET NARIB. [illegible] ANT] Virgil. [illegible]

Poſtera vix ſummos [illegible] ſpargebat [illegible] mine montes
Orta dies, cum primum alto ſe gurgite tollunt
Solis equi, lucemq. elatis naribus efflant.

[illegible] quo, vt [illegible] non pa[illegible] hoc i[illegible] mutuatus cenſetur Virgil. *fundunt elatis naribus lucem*. Vterq; lucem, quo Ouidius ignes, nunc pa[illegible]. etiam paul[illegible] poſt, *ignem vomentes*.

[illegible] ST. Lib. [illegible] *Sed nec mihi dicere promptum. Nec facere huic.* [illegible] ud *Iam [illegible] inſipientia eſt [illegible] iram in promptu gerere.* [illegible] non diſſimul[illegible] fr[illegible]e & vultu o[illegible] atque aperte. C[illegible] Mur[illegible] d omnibus pa[illegible] & æqu[illegible]n eſt mihi, & alijs. E[illegible] p[illegible] Sex. R[illegible] ci[illegible] am qui[illegible] em n[illegible] licet, qu[illegible] ita prom[illegible] um & p[illegible] p[illegible] um [illegible]

[illegible]. C[illegible] RETVGN[illegible] HABIN[illegible] *[illegible] apiꝰque per auia currum.* V[illegible] *Neque audit currus habenas.*

88 FVNESTI DOLORIS] ne doleas propter interitum tuum, ad quem tendis, & cuius cauſſa ego tibi temeraria promiſſione mea fuerim.

89. DVM RESQ. SINIT, TVA CORRIGE VOTA] quia ſera poſt factum pœnitentia. Homerus Iliad. π. ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω, rem peractam ſtultus agnouit. Muta igitur mentem iſtam maturè, ne ſerò ſapias, & ne dicendum tibi ſit, Non putabam.

90. SCILICET VT NOST. GEN. T. SANG. &c] Quò eſſes certior, me tuum eſſe patrem, petiſti pignus. An verò pignus & ſignum vllum certius eſſe putas tanta pro ſalute & incolumitate tua ſollicitudine? cuius argumentum etiam tibi ſit vultus meus, animi mei non dubitabilis index. Vide quàm metu caſus tui & exitij pallidus, quàm mœſtus, quàm deiectus ſim, qui alioqui ſoleo eſſe lætiſſimus. Nondum hoc ſatis, blanditur ampliùs.

93. VTINAMQ. OCVL. IN PECT. POSS. INSER. &c.] Hoc in magni cuiuſdam amoris, pietatis, ſollicitudinis, affectus, innocentiæ ſignificatione ſæpiùs optant homines, poſſe videlicet exhibere oculis ipſum animum ſuum inſpiciendum. In Theogonia affertur ab Heſiodo deus quidã Momus, qui cùm ipſe nihil ederet operis, aliorum verò deorum opera contemplaretur, ſi quid omiſſum, aut perperam factum, libertimè reprehẽdebat. Quare cùm Vulcanus hominem compoſuiſſet, deque principatu artificij cum Minerua & Neptuno contenderet, quorum hic taurum finxerat, illa domum excogitarat; delectus certaminis arbiter Momus, præter alia, quæ in aliorum operibus carpſit, illud præcipuè in hominis opificio notauit, quòd artifex non in pectore feneſtras, aut oſtiola quædam addidiſſet, quò perſpici poſſet, quid in corde lateret, quod illi flexuoſum alioqui, multiſque receſſibus ſinuoſum finxiſſet. Lucian. dial. de hæreſibus, Iunius I. emblem.

95. QVINQVIN TIAB. D. CIRC. MVNDVS] Conditio æquiſſima. Siue honorem, ſiue vtilitatem, ſiue voluptatem ſpectet Phaëthon, cùm in omni genere mundus adeò diues, iubetur pię currus moderamine, & quidem vnius diei tantùm, aliquid eligere. Quomodo audet Phœbus ſibi vendicare totum mundum, atq; omnes eius diuitias? Non hoc Iupiter, quo nil maius, iniquè ferat? An hoc ita dictum intelligendum eſt, quòd dij omnes ad Solem referuntur? de quo videbis Macrob. Saturnal. lib. I. cap. 17. & deinceps. Si itaque mundus eſt deorum, & vnus eſt deus ſol, nomina tantùm pro effectibus mutans, erit etiam dominus mundi ſolus. Lib. 10. *Si dij dare cuncta poteſtis, Sit coniux, opto*, &c. conditionalis eſt pro cauſali, Quoniam vos dij cuncta poteſtis dare. Nullum tamen ſeparatim omnipotentem lego, præter Iouem & Iunonem; & hanc quidem bis in extremo quarto, & ſeptimo. Ex perſuaſione igitur falſa de deorũ *παντοδυναμίᾳ*, ſunt illi modi loquendi apud Comicos, Dij tibi omnes omnia optata ferant: Dij dent tibi quæ velis: Dij te fælicitent: Dij te adiuuent.

97. NVLLAM PATIERE REPVLSAM] Cic. repulſam ferre, accipere.

98. DEPRECOR HOC VNVM] Suprà, *Nullum hoc tibi. care negarem*. Hoc vnum, & ſolum eſt, à quo dando refugit animus meus. Subditur cauſſa.

QVOD VERO NOMINE POENA EST] propter difficultatem & pericula quæ expoſuit. Ita negotioſi

A magiſtratus pœna potiùs ſunt, quàm honores, quibus affecti, in piſtrinum quodammodo detruduntur.

99. NON HONOR] Ergo honorem eo munere quærebat Phaëthon. Occultè eius ambitio reprehenditur.

POENAM PRO MVNERE POSCIS] quis prudens hoc velit, ſi intelligat? qui autem non intelligit, & rationis eget, ab alijs qui intelligunt ſumat mutuum, de Plauti conſilio.

100. QVID MEA COLLA TENES, &c.] Plaut. Aſin. *Circumdatoq; me brachijs, meúmque collum circumplecte*. Nullis verbis vtitur aduerſus patrem Phaëthon, vt eius rationes refutet: neque enim poteſt, ita ſunt validę: ſed facto ipſo, dum blandè complectitur (iam enim audebat) quid velit demonſtrat.
B Infrà tamen locutum apparet.

101. NE DVBITA, DABITVR, STYG. IVR. VNDAS] Putat ſe teneri iuramento Phœbus, tametſi promiſſum inutile, immò etiam noxium futurum videat ei cui promiſit. Nam Stygis numen fallere dij timent, vt ſuprà dictum ex Virgilio.

102. SED TV SAPIENTIVS OPTA] I. Triſt. eleg. I.

Vitaret cælum Phaëthon ſi viueret, & quos
Optauit ſtultè, tangere nollet equos.

Inter exempla audaciæ etiam eſt Phaëthon. *Sapientiùs opta*. Lenitate verbi triſtitiam rei mitigante, cùm planè inſipienter & ſtolidè optauerit, minimè autem parum, ſeu non ſatis ſapienter.

103. DICTIS TAMEN ILLE REPVGNAT, &c.] Nunc etiam ad verba intelligitur veniſſe, & oſten-
C diſſe, nunquam ſe à propoſito dimotum iri, quanquam argumentis nihil reſponderet.

104. PROPOSITVMQ. PREMIT] inſtat, vrget, ſententiam non mutat. Cic. I. de diuinat. Premam te, cùm ex te cauſſam vniuſcuiuſque rei exquiram. Premunt item, qui in diſputationibus reſpondentem diuerticula quærentem, & euadere conantem cohibent, & ad certas ac ſolidas reſponſiones compellunt.

105. ERGO QVA LICVIT GENIT. &c.] tandem exſequitur promiſſa Phœbus, quanquàm ægrè, & cunctabundus.

AD ALTOS CVRRVS] è curru ipſo extabat ſedes Phœbi ſublimior & conſpicua. Altè extructos currus.

106. VVLCANIA MVNERA] Commendatio ab
D artifice. Schema appoſitio l. 10. *Videóque tuum, mea crimina, vulnus*. lib. 13. *Da, precor, huic aliquem, ſolatia mortis, honorem*. Virgil. 2. eclog. *Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos*. Horat. ode 3. lib. I. *Sic fratres Helenæ, lucida ſidera*. In re tam nota haud opus pluribus probationibus.

107. AVREVS AXIS ERAT, &c.] Ex auro, argento, gemmis conſtabat hic currus, quem, vt antè fecerat in domo ſolis, ab artifice & materia commendat. Sanè currus cum habitaculo tanti domini congruere debuit.

Obſeruat Petrus Victorius lib. 33. cap. 12. Naſonem feſtiuitatem quandam, ſeu lumen orationis ex repetitione eiuſdem vocis, qua homines vti cõſueuerũt, cùm illuſtrare quippiam, & ei plurimum ſplendoris afferre volunt; in duobus poëtarum principibus, Virgilio & Homero æmulatum. Latinè Traductio, græcè à quibuſdam ἐπάνοδος, & πλοκὴ appellatur. De ſacerdote Cybeles lib. 11.

Aureus ex humero ſonat arcus, & aurea vati
Caſsida, tum croceam chlamydémque, ſinúſq; crepantes
Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro.

Alter locus eſt lib. 4. vbi Didonis ſtudium in ſe ornando, quò magis Æneæ placeat, oſtenditur:

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Et loquens de ornatu equorum regis Latini, quos oratoribus Æneæ dono dedit, lib 7.

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent,
Tecti auro, fuluum mandunt ſub dentibus aurum.

Sumpſit hoc ipſum decus & lumen ab Humero Virgil. Ille enim ſic de Neptuno loquens, & ſpeciem illius omnem aperire volens, priùs de equis eius iſta cecinit:

Ὠκυπέτα χρυσέῃσιν ἐθείρῃσι κομόωντε
Χρυσὸν δ' αὐτὸς ἔδυνε περὶ χροΐ, γέντο δ' ἱμάσθλην
Χρυσείην, & quæ ſequuntur.

Sed & ornatus gratia ibidem in deſcribendo curru Iunonis eaſdem voces iterat, etſi ponat illas longiore interuallo inter ſe diſtantes. Potuit doctiſsimus Victorius hiſce ab ſe diligenter animaduerſis & collectis locis adiungere etiam illum ex octauo, prorſus eiuſdem generis:

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis.
Virgatis lucent ſagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur.

Rurſum lib. 5. idem verbum tractans:

Indutum chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum.

Et lib. 12.

Barba erat incipiens: barba color aureus, aureáque
Ex humeris medios coma dependebat in armos.

Et quæ plura ex eodem Marone exempla producit in Obſeruat. humanis lib. 2. cap. 18. noſter Andreas Schottus. Fuit enim hoc genus figuræ illi ſummo poëtæ admodum familiare.

110. CLARA REPERCVSSO REDDEB. LVM. PHOEB.] Solares radios repercutientes, vt ſolent repercuti à leuibus & politis corporibus, reddebant magnum lumen.

Aurora ſe oſtentat. Horæ equos currui ſubiungunt.

VI.

111. *DVMQVE ea magnanimus Phaëthon miratur, opuſque*
Perſpicit: ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores, & plena roſarum
Atria; diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cæli ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pater vt terras, mundúmque rubeſcere vidit,
Cornuáque extremæ velut euaneſcere lunæ,
Iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Iuſſa deæ celeres peragunt, ignemque vomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis
Quadrupedes ducunt, adduntque ſonantia fræna.

111. DVMQ. EA MAGNANIM. PHAETH. MIRAT.] Ea dicit, vt ſcias ſingula miratum, & propter materiam, & magis propter artificium, quomodo hîc etiam materiam ſuperabat opus, vt ſuprà in regia. Quòd ſi magnanimi eſt magna audere, quamuis ſine ratione & conſilio, verè dici poteſt magnanimus Phaëthon. Sed poëtæ verba ſua non ita ad libellam ponderant. Audax & temerarius fuit, non magnanimus.

112. VIGIL AVRORA] non quòd vigilet per noctem: ſed quod admodum manè videatur conſurgere. 4. Æneid.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Apud Homerum dijs dormientibus lumen affert.

NITIDO PATEF. AB ORTV] Sub ortum ſolis cælum niteſcit & purpuraſcit. Vnde ſequitur quod ait, auroram patefeciſſe fores.

113. PVRPVREAS FORES, ET PLENA ROSAR. ATRIA] Feſtiua omnino ortus diei & maximè poëtica deſcriptio. Aurora Homero *ῥοδοδάκτυλος*, habens digitos, ſeu manus roſeas, *εὐπλοκάμους* B roſea. Theocrito in Pharmaceut. *ῥοδόπηχυς*, roſeos habens lacertos. Q. Smyrnæo l. 3. *ῥοδόπεπλος*, roſeo peplo, ſeu roſea veſte inſignis. Eam vehi quadrigis, inſtar roſarum rubentibus, ait Virgil. in 6.

Hac vice ſermonum roſeis aurora quadrigis
Iam medium æthereo curſu traiecerat axem.

Tibull. lib. 1. eleg. 3.

Hoc precor; hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis.

Dicitur item crocea, & à Græcis *κροκόπεπλος*, veſtem gerens croceam. Quò reſpicit Ouid. lib. 3. *Altera lucem Cùm croceis inuecta rotis aurora reducet.* Nunciam ſolis vocauit Orpheus in hymnis. De eius icone dicemus lib. 13.

114. DIFFVGIVNT STELLÆ] vt quidem apparet. Quinam enim verè diffugerent, cùm ſint partes orbis ſui, & ſolidiores? Stellas quidam dici putarunt, quaſi ignis ſtillas, quòd earum naturam crederent eſſe igneam, de quo dictum lib. 1. Variorum philoſophorum opiniones de iiſdem producit Theodoret. de curat. Græcorum affect. ſerm. 4.

QVAR. AGMINA COG. LVCIFER] Lucifer tanquam

quam paſtor pecus ſuum cogit, & cælo educit, vt putares. Lib. 11. *Et iam ſtellarum ſublime coëgerat agmen Lucifer vndecimus.* Inhæſit vtique veſtigio Ouidij Seneca, vt aliàs ſe[illegible]ties, cùm ſcripſit in Hercule Fur. & quidem παραφραςικῶς.

Iam rara micant ſidera prono
Languida mundo, nox victa vagos
Contrahit ignes, luce renata
Cogit nitidum Phoſphorus agmen.

Luciferum diurnam ſtellam vocat Plautus Menæchm. *Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.* De eo Plin. lib. 2. cap. 8.

115. ET CÆLI STATIONE NOVISS. EXIT] A militia tralatio, quaſi enim in ſtatione ſunt ſtellæ tota nocte, nec ſe vſpiam commouere videntur. *Ita ſtatim ſtant ſigna*, ait Plaut. Amphitr. Quanquam illa nocte alia de cauſſa verè ſtetiſſe finguntur ibidem, propter Herculem nempe τριέσπερον, vt in Somnio Lucianus nominat, quòd in eo concipiendo tres continuæ noctes impenſæ fuerint. De ortu Auroræ, & tardo Luciferi exitu de ſtatione cæli pereleganter Stat. Thebaid. 2.

Et iam Mygdonijs elata cubilibus alto
Impulerat cælo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excuſſa comas, multúmque ſequenti
Sole rubens: illi roſeus per nubila ſeras
Aduertit flammas, alienúmque æthera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat, atque ipſi radios vetet eſſe ſorori.

116. TVM PATER TITAN] Non Phaëthontis pater, ſed ſimpliciter pater, vt Iupiter, Bacchus, alijque dij Patres antiquis. Eſt enim diuinitatis & dignitatis nomen, vt mater quoque, quamquam hoc certarum dearum. Vide Turneb. lib. 13. cap. 8. Additur ad differentiam aliorum deorum Titan: Hyperion enim Solis pater, vnus è Titanibus. Vtroque nomine crebiò videas appellatum, patris, & aui ſcilicet.

VT TERRAS, MVND. RVBESCERE VIDIT] perfundi luce quadam rubenti, propter cælum rubens.

117. CORNVAQ. EXTREM. VEL. EVAN. LVNÆ] luce ſua paulatim deſtitui currentem infrà lunam, & deſinere apparere, ſolis luce augeſcente. Maius quippe lumen minus obſcurat.

118. IVNG. EQVOS VELOCIB. IMP. HORIS] Videntur Horæ Solis equis præeſſe, cùm omnia officia, & adiungere currui, & abiungere, & eos domi curare ad eaſdem pertineant. Apud Claudian. 1. de Raptu inuenies expreſſam huius loci imaginem. Inducit enim Plutonis currui, virginem rapturi equos Alecto furiam ſubiungere, & vt cæleſtes Ouidius ambroſia, ſic ille infernos Cocyti & Erebi tetris quibuſdam herbis nutrit:

———*Tornos inuiſa iugales*
Alecto temone ligat: qui paſcua mandunt
Cocyti, pratiſq; Erebi nigrantibus errant,
Stagnaq; potantes tranquilla marcida Lethes,
Atgra ſoporatis ſpumant obliuia linguis.

VELOCIBVS HORIS] Si tempus ipſum conſideres, quod velox dicitur, meritò etiam horæ veloces, cùm temporis partes ſint. Lib. 15. vbi agitur de fluxu, ſeu fuga temporis, & partium eius: *neque enim conſiſtere flumen, Nec leuis hora poteſt.*

119. IGNEMQVE VOMENTES] Suprà:

Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant,
In promptu regere eſt.

120. AMBROSIÆ SVCCO SATVROS] lib. 4.

Axe ſub Heſperio ſunt paſcua ſolis equorum.
Ambroſiam pro gramine habent. Ea feſſa diurnis
Membra miniſterijs nutrit, reparatq; labori.

Mirum ni ſint etiam hi equi immortales, propter ambroſiam qua veſcuntur: immortalitatem quippe id verbi ſonat, morerenturque dij, niſi ea veſcerentur. Et quia deorum alimonia, ideo ibidem cæleſtia pabula dicuntur. O fælicißimos ſolis equos! quippe deorum ὁμοδιαίτους.

PRÆSEPIBVS ALTIS] Ad altitudinem loci crediderim pertinere attributum hoc; vt cùm dicitur Stabula alta ferarum, ad ſaltus & ſyluas editiores in quibus ſtabulantur, habentque latibula ſua.

121. ADDVNTQ. SONANTIA FRÆNA] ſonantia, dum agitantur & concutiuntur.

Munit & ornat aurigaturum filium dolens Phœbus, & pericula denuo inculcans. Zodiacus deſcribitur. Phaëthon currum lætabundus conſcendit.

TVM pater ora ſui ſacro medicamine nati VII.
Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ,
Impoſuitque comæ radios: præſagáque luctus
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, dixit:
Si potes his ſaltem monitis parere parentis,
PARCE, PVER, STIMVLIS, ET FORTIVS VTERE LORIS.
Sponte ſua properant: labor eſt inhibere volantes.
Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,

Zonarumque trium contentus ſine, polumque
Effugit auſtralem, iunctamque Aquilonibus Arcton,
Hac ſit iter: manifeſta rotæ veſtigia cernes.
Vtque ferant æquos & cælum & terra calores,
Nec preme, nec ſummum moderare per aëra currum.
Altiùs egreſſus, cæleſtia ſigna cremabis:
Inferiùs, terras: MEDIO TVTISSIMVS IBIS.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem:
Neue ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram.
INTER VTRVMQVE TENE: *fortunæ cætera mando,*
Quæ iuuet, & melius, quàm tu tibi, conſulat, opto.
Dum loquor, Heſperio poſitas in littore metas
Humida nox tetigit: non eſt mora libera nobis.
Poſcimur, & fulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu; vel, ſi mutabile pectus
Eſt tibi, conſilijs, non curribus vtere noſtris,
Dum potes, & ſolidis etiam nunc ſedibus aſtas;
*Dumque * malè optatos nondum premis inſcius axes:* *malo
Quæ tutus ſpectes, ſine me dare lumina terris.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum,
Statque ſuper, manibuſque datas contingit habenas,
Gaudet, & inuito grates agit inde parenti.

122. ORA SVI SACRO MEDIC. N. CONTIGIT, &c.] vultum filij vnguento quodam cæleſti obleuit: alioqui tanta vi caloris, quantam ſol excitat, denigrandum & adurendum. A

124. IMPOSVITQ. COMÆ RADIOS] ſui capitis radios, quos ſuprà, cùm propiùs ad ſe accedere filium iuberet, depoſuerat, capiti & comis Phaëthontis impoſuit.

PRÆSAGAQ. LVCTVS SVSPIRIA] Quòd identidem ſuſpiria ducebat Phœbus, dimiſſurus à ſe aurigam iſtum, mali ominis erat.

126. SI POTES, HIS SALTEM MONITIS, &c.] Precibus & argumentis, vt cœpto deſiſteret, nihil promouit: monet ad extremum, ex amore paterno, de quibuſdem ſaltem adhuc cauendis, quæ ſi cauerit, videatur à periculo abfuturus.

127. PARCE, PVER, STIMVLIS, &c.] Primum eſt, ne inſtiget equos acriùs, ne vrgeat, quia ſponte ſua currant, vt eos inhibere difficile ſit. Subindicatur incredibilis celeritas ſolis, qui immenſum ſpatium in cælo breuiſſimo tempore conficit. Totus verſus ἀλληγορικῶς admonet nos, vt deſiderijs & affectibus noſtris habenas adducendas potiùs, quàm laxandas arbitremur; rarius enim decipiemur, minuſque peccabimus. B

FORTIVS VTERE LORIS] Vt frena appellauit ſtimulos, ſic lora appellat fræna, monetque vt per ſe rapidos cohibendos potiùs, quàm incitandos nouerit.

129. NEC TIBI DIRECT. PLACEAT VIA, &c.] Alterum monitum, de via obliqua tenenda. Quinque arcus vocat quinque zonas, de quibus dictum est. Nō vult illum per vllam zonam rectà incedere, ſed cōſuetum iter tenere. Quodnam illud? accipe.

A 130. SECT. IN OBLIQ. EST L. CVRV. LIMES] Per Zodiacum currendum (quem tamen vno die qui potuit percurrere, idque ab oriente in occidentem?) Sed hac de re actum antè, & reſponſum Scaligero. Pulchrè deſcribitur Zodiacus circulus, tribus verſibus, qui vtrumque tropicum à dextra læuaque attingit, & æquinoctialem interſecat, ab vtroque polo, ſeptentrionali & auſtrali remotus. Quæ omnia ex ſphæra artificioſa, ſeu factitia planiſſima fiunt. De hoc circulo Virg. 1. Georg.

Idcirco certis dimenſum partibus orbem
Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.

De eiuſdem obliquitate Propert. lib. 1. eleg. 4.

Aſpicienda via eſt cæli, verſuſq; per aſtra
Trames, & ab zonis quinque peracta fides.

Ad viciſſitudines temporum, & varietates rerum
B naſcentium, obliquitas Zodiaci opportuna eſt: ſub cuius ſignis duodecim ſol currens, alias atque alias terræ partes radijs ſuis vegetat. Alioqui naſcentium diuerſitas nulla exiſteret. Idem ſiquidem eodem modo ſe habens, non gignit niſi idem, vt ait Ariſtotel lib. 2. de ortu & interitu cap. 9. Iam de ſignis Zodiaci, eorumque ordine ac ſerie, en tibi duos admodum tritos vulgareſque verſiculos:

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libráque, ſcorpius, arcitenens caper, amphora, piſces.

133. MANIFESTA ROTÆ VESTIGIA CERNES] Orbitam ſe effeciſſe frequentiſſimo decurſu dicit, & valdè quidem luculentam. De crebritate itineris & curſus ſui infrà ipſemet, *Satis*, inquit, *ab ortu Sors mea principijs fuit irrequieta.*

134. VTQ. FERANT ÆQ. ET CÆL. &c.] Tertium monitum. Cùm ſit latus ille limes, vt dixit, monet, ne nimiùm vel aſcendat, vel deſcendat, ne vel cælo,

[illegible] calore noceat: ſed me- [illegible] quæ ſunt in Zodiaco.

[illegible] Prouerbiale he- [illegible] tenendo, ſimili mo- [illegible] mare cerans penitus [illegible]

[illegible] medio tutiſſimus ibis. [illegible] *medio que ut limite curras,* [illegible] *ne, ſi nimium torſeris,* [illegible] *tor, iamu aduerat.* [illegible] *la.*

M[illegible] ſeu medium in rebus omnibus [illegible] e, [illegible] & tertium, quod mox [illegible] accommodatur. Quod [illegible] cantant Pythago- [illegible] verum [illegible] bus imis [illegible]

[illegible] *yeirai.* [illegible] *dus optima res eſt.*

[illegible] LINE TAD [illegible] ne appropinquet Se- [illegible] tem mun- [illegible] Nam ad [illegible] eſt ſerpens, [illegible] mala custo- [illegible] s, [illegible] mone [illegible] aſtra [illegible] ſeu verſus polum antar- [illegible] tra Titan s factus ſa- cris [illegible] fe erunt. Hoc monitum poteſt ſe [illegible] odia limitibus non excedendis cô- tinet. S[illegible] omnia quàm expreſſiſſimè & diſtinctiſ- ſimè monenda putat. Et cùm monuerit de muta- [illegible] ne loci euitand[illegible] quod ad ſupera & infera, nunc etiam [illegible] d ad dextra & ſiniſtra, vt ita pla- n[illegible] me[illegible] e [illegible] quo nihil tutius.

[illegible] MA[illegible] AM Latus enim mũdi Au- ſt[illegible] s & ſummiſſius eſt Aquilonare, [illegible] terra [illegible] obliquam tenemus.

[illegible] TENE]inter vtrumque la- [illegible] æq[illegible] et p[illegible] ede, in æqua diſtantia.

[illegible] TIBAM [illegible] o [illegible] quæ dice- [illegible] eſt, fortunæ, [illegible] eſt, cui eum, vt numini [illegible] m c[illegible] mmen [illegible] pit.

[illegible] Q[illegible] TV[illegible] te is perditum cum [illegible] p. [illegible] audacia inconſultiſſima.

[illegible] INITT. M. HVM. N X [illegible] it currum ſuum, quem inchoat e-

A gredie[illegible] ab Oceano [illegible] heſperium littus, id eſt, ad occidentem, quã ſol o[illegible] bit, ab oriente proficiſcens. Lib. [illegible].

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat ſol,
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox.

Virgil 2. Æneid. *Ruit Oceano nox.* Bigas ei tribuit idem lib. 5. *Et nox atra polum bigis inuecta tenebat.* Tibullus lib. 2. eleg. 1.

Ludite, iam nox iungit equos, curruúmque ſequuntur
Matris laſciuo ſidera fulua choro.

Noctem humid[illegible] ſæpiùs appellat Maro. 2. Æneid. *Et iam nox humida cælo Præcipitat.* 4. *Quoties humentibus vmbris Nox operit terras.* 5. *Torquet medios nox humida curſus.*

143. NON EST MORA LIBERA NOBIS] differre quod mundo debemus, non licet.

144. ET F[illegible] GE[illegible] TENEB. AVR. FVG. Iam enim purpureas fores, & atria plena roſarum eam pate- feciſſe dixit.

B

145. V[illegible] SI MVTAB. PE[illegible] TVS E[illegible]T TIBI, &[illegible]] Vſque ad extremum temporis punctum non deſinit Phœbus quæ in ſe ſunt, facere & dicere omnia, qu[illegible] iuuenem imprudentem & improuidum periculo eripiat.

147. SOLIDIS SEDIBV[illegible]] hoc eſt, dum in terra adhuc morans, exponit Raphael. Quomodo in terra? nonne patrios adij[illegible] impij[illegible] et ortus? quæ ſunt extrema verba libri 1. Expone igitur, dum in regia mea adhuc moraris apud me: nam quæ tibi emetienda eſt via, non eſt adeò ſolida, id eſt, tuta; ſed propter ſublimitatem periculo proxima.

149. QVÆ TVTVS SPECTES] Quid enim habet periculi intueri, non dicam ſolem, ſed lumen ſolis?

C

SINE ME DARE LVMINA TERRIS] Suprà, *ô lux immenſi publica mundi.* Infrà dicit, eius currum portare lumina terris.

150. OCCVPAT ILLE L. IVVEN. CORP. CVRRVM] Inſiluiſſe magis, quàm conſcendiſſe currum ſignificant hæc verba.

151. STAT Q. SV[illegible]ER] Etiam hoc, quòd non ſedet, ſed ſtans fræna corripit, audaciam & alacritatem iuuenilem hominis arguit.

152. INVITO GRATES A[illegible] INDE [illegible] AR.] *Inde,* iam ſedens in curru. Gratiæ inuit[illegible] non debentur, quoniam benef[illegible]um ab inuito collatum, non eſt numerandum beneficium. Sed videndum tamen quis, licet inuitus, benefaciat, habendu[illegible]que honor perſonæ, ſi non meritis.

Erratica & infælix aurigatio, non ſine varijs & ingentibus rerum naturæ detrimentis. Ac primum equorum ferocia, & aſtra inſolitis afflata feruoribus.

VIII.

153 I[illegible] *Eous, & Æthon*
[illegible]s equi, [illegible] ue Phlegon [illegible] nnitibus auras
155 *[illegible] pe[illegible]ſque repagula pulſant.*
[illegible] ouam Tethys fatorum ignara nepotis,
[illegible] fac[illegible] t immenſi copia cæli,

Cor[illegible]-

Corripuere viam, pedibuſque per aëra motis
Obſtantes ſcindunt nebulas, pennıſque leuati
Prætereunt ortos iiſdem de partibus Euros.
Sed leue pondus erat: nec quod cognoſcere poſſent
Solis equi, ſolitáque iugum grauitate carebat.
Vtque labant curuæ iuſto ſine pondere naues,
Pérque mare inſtabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere inſueto vacuos dat in aëre ſaltus,
Succutitúrque altè, ſimiliſque eſt currus inani.
Quod ſimulac ſenſere, ruunt, tritúmque relinquunt
Quadriiugi ſpatium, nec quo priùs ordine currunt.
Ipſe pauet, nec quà commiſſas flectat habenas;
Nec ſcit quà ſit iter; nec ſi ſciat, imperet illis.
Tum primùm radiis gelidi caluere triones;
*Et vetito fruſtra tentarunt æquore * tingi.* * mergi.
Quæque polo poſita eſt glaciali proxima ſerpens,
Frigore pigra priùs, nec formidabilis vlli,
Incaluit, ſumpſitque nouas feruoribus iras.
Te quoque turbatum memorant fugiſſe Boote:
Quamuis tardus erat, & te tua plauſtra tenebant.

153. INTEREA VOLVCRES PYROIS, &c.] Quatuor equos ſoli adiūgit. Pyroïs trahit nomen ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne, quaſi flammatus. Eous ab ἠώς, aurora, matutinus. Æthon ab αἴθω, ardeo, vel curro. Phlegon à φλεγὸς, quaſi flammis vrens: nō quòd naribus flammas efflare fingatur, hoc enim omnibus quatuor commune eſt, iuxta illud Maronis, lib. 12. *lucémque elatis naribus efflant.* A Fulgentio lib. 1. c. 11. mytholog. hæc illorum nomina didicimos. Erythræus, Æthon (non Actæon) Lampus, Philogeus. Cauſſas, ſeu notationes require ibidem, & conſule Gyrald. Syntagm. 7. Homerus tres nominat, Hygino teſte, fab. 183. qui dicuntur Atrax, Aſlo, Therbero. Martialis tantùm duos, Xanthum & Æthoœm. *Quid cupidum Titana tenes? iam Xanthus & Aethon Frena vocant.* Eumelus Corinthius quatuor, mares duos, Eoum, quaſi dicas, matutinum, Æthiopem, flāmeum, qui coquat fruges: fœminas duas, Bronten, quę tonitrua procreat; Steropen, quæ fulgura. Nota & iſtuc, inter planetas omnibus tribui currus, Saturno & Mercurio exceptis. Quadrigam ſoli ſacram, ob quadripartitam anni viciſſitudinem, de qua ſuprà: vel quadruplicem diei horarum effectum, vt ibidem docet Fulgent. Iam verò non eſt incredibile, fabuloſam hanc aurigationem à Græcis ex hiſtoria Elię, 4. Reg. cap. 2. deſumptam, vbi ille curru igneo in cælum raptus narratur. Nec abludunt nomina ἡλίας, ἥλιος. Et Tertullian. à Pētapolis incendio, de quo in Genesi, natum ſentit, quod à poëtis de incendio Phaëthontæo canitur. Deſcriptis namque ignibus illis, Sodomitici ſceleris vltoribus cælitus demiſſis, ſubnectit hæc:

Hinc habet in falſo de vero fabula nomen,
Progeniem Solis currus optaſſe paternos,
Nec valuiſſe leuem puerum frænare ſuperbos
Ignis equos: arſiſſe orbem: tunc fulmine raptum
Aurigam, illictum planctum mutaſſe ſorores, &c.

A 154. HINNITIB. FLAMMIFERIS] Quinam flammiferis, cùm hinnitus ſit accidens, nō corpus? Hinniendo etiam ore, non tantùm naribus ſpiritum igneum, hoc eſt, lucem igni ſimilem efflabant. De equis Plutonis 4. quorum nomina prodit, ſimile quiddam Claudian. 1. de Raptu. locum tranſcribo:

Orphneus crudele micans, Aethonq́ue ſagitta
Ocyor, & Stygii ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditiſq́ue nota ſignatus Alaſtor,
Stabant ante fores iuncti, ſæuumq́ue fremebant,
Craſtina ventura ſpectantes gaudia prædæ.

Clariùs & venuſtiùs in Olybrium & Probinum Coſſ.

Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis,
Voluis inexhauſto redeuntia lumina motu:
Sparge diem meliore coma, crinemq́ue repexi
Blandius elato ſurgant temone iugales.

B 155. PEDIBVSQ. REPAG. PVLSANT] Repagula ſunt, quæ pateſaciendi gratia ita figuntur, vt è contrario oppangantur. Ita Feſtus. In carceribus ſeu repagulis ſtare dicitur, qui in procinctu ſtat paratus, expeditus, attentus, tubæ ſignum exſpectās. In ſtadio locus, vnde curſum auſpicabantur, tranſuerſario fune, quo curſores & quadrigæ coërcebantur, excluſus, Græcis ὕσπληγξ, βατὴρ, βαλβὶς, ἄφετηρία, & ἱππάφεσις. Iunius. Quemadmodum porrò ſpumātia fræna mandere, ita ferire & pulſare crebrò terram vngula, generoſorum equorum indicium.

156. THETYS FAT. R. IGNARA NEPOT.] C[illegible]ene mater Phaëthontis, filia Thetyos. Ad Thet[illegible] & Oceanum hoſpites ſuos Phœbus curſu diurno peracto quotidie diuertit. Adiuuat igitur cont[illegible]ium nepotis auia, & repagula equis iam ad currum iunctis pandit, neſcia quantum malom maneret adoleſcentem miſerum, immò verò miſerrimum.

157. FA[illegible] T[illegible] EST IMMENSE [illegible]OPIA [illegible] Æ [illegible]] Ad vagationem, & auios equorum curſus [illegible]ſpiciens hoc ait.

ait. Nam [illegible] Phœbus certum & decretum limitem [illegible] non immenſum cælum præſcripſe [illegible] Poet. l. *Poſtquam data copia fandi.*

[illegible] AM. Virg. [illegible] Æneid. *Corripuere via* [illegible] *mita monſtr* [illegible] V. Valer. Flaccus l. 5. *Iam* [illegible] *laga proxima campi Corripuere.* V [illegible] inuadere viam Virgil. 6.

[illegible] INDVNT NEBVLAS] Non [illegible], ſed corporibus, dum pedibus per a [illegible] Nebulæ, capio hic nubes. Etenim [illegible] ulæ qui poterant eſſe, cùm purpure [illegible] Au [illegible] aperuiſſet. ἀσύμφατα ſunt hæc.

P [illegible] PRÆTER, &c.] Alipedes hoſce equos [illegible] vocauit [illegible], qui propter ſummam c [illegible] velut alas in pedibus haberent. [illegible] Pegaſum, cui Bellerophonti [illegible] m legere memini.

1 [illegible] ARIBVS] Eurus ſpirat ab oriente [illegible] ebat aurigari Phaëthon.

[illegible] REP. OLIS EQVI] C [illegible]. Sentiebant pondus currum [illegible] um quia is corpore maior, [illegible] deus. Sed hic & mortalis, & ad [illegible] pene puer.

162 S [illegible] ITA [illegible] VG [illegible] AVIT. CARER.] Iugum pro curru [illegible] tametſi ne pars quidem curru [illegible] iumenti imponitur, quæ dicu [illegible] biiugalia.

163. V [illegible] A [illegible] CVIVÆ, &c.] Appoſitiſſima & plan [illegible] do. nam & nauim appellat currum C [illegible] de nupt.

16 [illegible] QV [illegible] MVL [illegible] C SENSERE] tam leue pondus.

168. N [illegible] IVS ORO. CVRRVNT] de quo ibi, *Sectus in ob iquum eſt lato curuamine limes.* Zodiacum intellige.

170 N [illegible] SCIT QVA COMMISS. F. HABEN.] Præ ingenti pauore inſtantis periculi & exitij, paterna monita animo exciderant, & neſciebat qua euundum, quid agendum. Adde equorum repugnantiam & contumaciam.

171. [illegible] VM PRIMVM RADIIS GELIDI, &c.] Incipit enumerare damna, quibus totum mundum indoctus & ſtultus iſte auriga vexauit & afflixit. Nunquam antea ſolem ſenſerant ſeptentriones, aſtra duo, nempe vrſa maior & minor, quæ ſeptem ſtellis ſuis quaſi plauſtrum cum bobus geminis efficiunt, poſitaque ſunt ad polum arcticum, nec vnquam occidunt. Latus illud mundi pigros campos vocat Horat. ode 22. lib. 1. vbi nulla arbor æſtiua recreatur aura: vbi propter ſolis diſtantiam perpetua frigora, & æternæ niues.

172. ET VETITO F. TENT. ÆQ.] κατὰ πρόληψιν, ſeu per anticipationem. Nam poſtea Iuno ſe vleiſcens hoc effecit. Virgil. 1. Georg. *Arctos Oceani metuentes æquore tingi.* In quem verſum vide Symb. meas, & infrà longè hoc libro. Ouidio inhæſerunt Claud. 2. de Raptu: *Vetito ſe proluit Arctos Aequore.* Senec. Medea: *Et vetitum mare tetigiſtis vrſæ.* Rurſum Claudian. in Gigant. *Oceanum petit Arctos, inocciduiq́; triones Occaſum voluere pati.*

175. SVMPSIT [illegible] NOVAS FER [illegible] ORIB. IRAS] Serpentes enim æſtu ſæuiores ſunt. Virgil. 3. Georg. *Sæuit agris, aſperq́; ſiti, atque exterritus æſtu.* Salluſt. Quod genus ſiti magis, quàm alia re accenditur. Scholion ex edit. Lipſienſi.

17 [illegible]. E [illegible] TE TVA PLAVSTRA TENEB.] Bootes nomen illi inditum, quòd ceu bubulcus plauſtrum ſequatur. Boues autem tardi, ideò tardus proprium epithetō bubulci. Eclog. 10. *tardi venêre bubulci.* Propertio ſegnis, Claudiano piger. Seneca Medea, *Flectitq́; ſenex Arctica tardus plauſtra Bootes.* Arctophylax præterea dicitur, quòd ceu cuſtos quidam vrſæ adhibitus videatur. Ex Ciofan. in Obſeruat.

Phaethontis pallor, tremor, facti pœnitudo, ἀπορία, metus, equorum per ſupera effrænes curſus.

VT verò terras deſpexit ab æthere ſummo IX.
Infælix Phaethon, penitus, penituſque iacentes,
Palluit, & ſubitò genua intremuere timore:
Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.
Et iam mallet equos nunquam tetigiſſe paternos,
Iam cognoſſe genus piget, & valuiſſe rogando.
Iam Meropis dici cupiens, ita fertur, vt acta
Præcipiti pinus Borea, cui cuncta remiſit
Fræna ſuus rector: quam dijs, * *votiſque reliquit.* *veariſque.
Quid faciat? multum cæli poſt terga relictum:
Ante oculos plus eſt: animo metitur vtrumque:
Et modò, quos illi * *fas tum contingere non eſt,* *fatum.
Proſpicit occaſus, interdum reſpicit ortus:
Quidque agat, ignarus ſtupet, & nec fræna remittit,
Nec retinere valet: nec nomina nouit equorum.
Sparſa quoque in vario paſſim miracula cælo,

Vaſtarumque videt trepidus ſimulacra ferarum.
Eſt locus, in geminos vbi brachia concauat arcus
Scorpius, & cauda, flexiſque vtrinque lacertis
Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.
Hunc puer vt nigri madidum ſudore veneni
Vulnera curuata minitantem cuſpide vidit,
Mentis inops, gelida formidine lora remiſit.
Quæ poſtquam ſummo ſenſere iacentia tergo,
Exſpatiantur equi, nulloque inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt: quaque impetus egit,
Hac ſine lege ruunt, altoque ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis, rapiuntque per auia currum:
Et modò ſumma petunt, modò per decliua, viáſque
Præcipites, ſpatio terræ propiore, feruntur,
Inferiúſque ſuis fraternos currere luna
Admiratur equos, ambuſtaque nubila fumant.

178. DESPEXIT TERR. PEN. PEN. IACENTES] Aſſinia hæc Virgilianis, 1. Æneid.
Et iam finis erat, cùm Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolum, terráſque iacentes.
Geminatum aduerbium *penitus* immenſitatem inter cælum & terras interualli ſignificat: ſi[illegible] vt & alia aduerbia iterata ſignificatum augent affectúique ſeruiunt. *Procul hinc, procul eſte profani*, 6. Æneid. Et noſter lib. 10. *En ait, en hic eſt noſtri contemptor.*

180. GENVA INTREMVERE TIMORE] Timor tremorem generat, qui non modò genuum ac pedum, ſed totius corporis eſt. Vnde in 7. Æneid. *At iuueni oranti ſubitus tremor occupat artus.* Tribuitur tamen genibus, quia trementibus labant genua.

B 181. SVNTQVE [illegible] IN [illegible] &c.] E[illegible] tam alto in tam profundum deſpicientem, turbato ex ſpiritibus cerebro, & offuſa [illegible] quadam caligine, vertigo inuaſit. Id [illegible] lo[illegible] Rhodigin. l. [illegible] cap. 39 quæ deſcribet [illegible] pretium iudico. Ex præaltis deſpicientes ſpeculi[illegible] nonnun[illegible] caligine offundimur [illegible] ac [illegible] vire, vt me[illegible] u[illegible] [illegible]petante corruamus exanimes. Timore ſubito nō trepidat modò co[illegible] & ſubſultat venum & art[illegible] gun[illegible] [illegible] mæ, & inte[illegible] ſæpe verò & vita. & effectiones c[illegible]equuntur tum [illegible] aues [illegible] diuturnæ.

PE[illegible] TA[illegible] VM [illegible] Mirabile qu[illegible]dam, vt ſint [illegible] tenebræ in [illegible] luminis: nunquam e[illegible] t[illegible] mans.

C [illegible] ET [illegible] MMAL[illegible] [illegible] &c.] Prouerbiũ ex Heſiodo. Stultus poſt factum [illegible]pit. Diuinans & p[illegible] euidens calamitatem [illegible] Phœbus, ſapienter m[illegible]nebat *dum [illegible] ſinit, tua corrige vota. Quid fieri* [illegible] *factũ c*[illegible] *id fieri inf*[illegible] *non poteſt.* in Aulul. Plaut.

[illegible] ſubauditur ſi[illegible] [illegible] exempla. Vide ex[illegible] ſuperiori[illegible] [illegible]um inquam, inter E[illegible] & Phaëthontem. Superbia mi[illegible] erun[illegible] per[illegible] [illegible] erbis [illegible] ſtum d[illegible] [illegible] lara origine lo[illegible] [illegible] undere, q[illegible] co[illegible] d[illegible] obſcura origi[illegible] [illegible] c[illegible] ge[illegible] cou[illegible] larique p[illegible] mot[illegible] [illegible] Petrarcha de te[illegible] [illegible] que [illegible] 16[illegible] 1. & dial l. 2.

[illegible] ITA FERTVR [illegible] BOREA, &c.] In antegreſſis currum propter leuitatem oneris pæne vacuum, & ideo [illegible] ſubſultantem, cum naue propemodum inani, & ob id inæqualiter currente cōtulit: nunc currum vnà cum ſeſſore nauigio ventis permiſſo, & huc illuc proiecto, atq; impulſo aptiſſimè contendit. Cùm enim in tempeſtate gubernatores arti ſuæ locum nullum ampliùs relictum vident, [illegible] natum ſur[illegible]um ac deorſum iactari, & in ſcopulos i[illegible]pingi patiuntur: nec curant, vt in tranquillitate, curſum ex obſeruatione aſtrorum dirigere, Diis & ventis eam relinquunt.

185. CVI CARMIS. FRÆN. S. RECTOR] Ab equis tralatio Virg. 6. *Sic fatur lacrymans, claſſiq; immittit habenas.* [illegible] lib. 5. *Rectorem nauis compellat voce Menœten.* 1. T[illegible] *Rector in incerto eſt, nec quid fugiátue, petatue inuenit.*

187. QVID FACIAT? MVLTVM CÆLI, &c.] Non modicum ſpatium iam confecerat: ſed quod reſtabat, maius apparebat: & neq; ad ortum redire, neque ad o[illegible]aſum citò, quod vehementer optabat, peruenire poterat. Hæc illum angebant, & quid molireur [illegible] uadendi periculi, anxium prorſus incert[illegible] [illegible] red[illegible] ebant.

192. ET NEC FRÆNA REMITTIT, NEC R[illegible]T.] quoni[illegible] in vtrumuis faceret, ne id ſuo malo faceret, metuebat.

195 SPARSA QVOQ. IN VARI[illegible], &c.] Ad amplificandum metum & trepidationem accedebant, quæ paſſim per cælum varia ſigna cernebat, de quibus eum ſup[illegible] ſigillatim mon[illegible]t Phœbus: *Per tamen aduerſi gradieris cornua tauri*, &c. quorum aſpectu obſtup[illegible]ebat, & ne in ea incurreret, formidabat, animalium præſertim ingentium, vt tauri, leoni[illegible] capricorni, ſerpentis, &c. quæ depicta habes apud Hygin. lib. 3. qui etiam lib. 2. occaſionem perſequitur, qua ſideribus, ſiue aſtris eiuſmodi nomina tam ab hominibus & animantibus, quam à rebus [illegible] ſenſu carentibus, indita fuerint. Ludit autem [illegible] luxu[illegible] at Ouid. vt ſæpe, in tota hac deſcriptione & ſcorpij na[illegible]è, qui ob magnitudinem & vaſtitatem duorum ſpatia ſignorum ingreditur: ad aliud ſiquidem eius brachia te[illegible]du[illegible]t, ad aliud corpus & cauda cum aculeo.

198. HVNC

198. Hv[illegible] magis intellectu & iudicio puer quàm æta[illegible] è enim pueriliter egit, dum maiora [illegible]ribus [illegible]concupiuit. Sup. à Phœbus: *Parce pu[illegible] ſtimulis*. Sed illic blandimenti eſt, vt ſi diceret [illegible]rmanus adoleſcenti filio, *mein kind*.

N[illegible]ADIO. VN[illegible]. [illegible]N.] Veneni abundantiam exp[illegible]. Et, *nigri* ab effectu. Liuidum & ſubuigrum [illegible]ddit corpus.

19[illegible]. VVLNERA CVRVATA MEDIT. CVSPID.] Ex Apuleio fabulam refert Pierius. Si ictus à ſcorpio ſuper aſinum ſederit, ad caudam conuerſus, tranſibit in aſinum dolor, & is pro percuſſo torquebitur. Quid ſi talis Apuleio, dum eſſet aſinos, inſed[illegible]ſſet, quàm ſub[illegible]iſſet, quàm calcitraſſet. Libidinem & laſ[illegible]uiam pictus ſcorpius denotat, vt docet Pierius lib. 16. cui humani corporis naturalia ſunt dicata.

20[illegible]. M[illegible]ISINOPS, GELIO. FORMID. &c.] Cic. ad Att. ep. 3 lib. 6. Magna igitur, vt vides, ſollicitudine, magna conſi[l]ij inopia afficior. Quid agam? quò me vertam? quē appellem? &c. Orationes huiuſmodi, mentis hæſitationem, & ancipites cogitationes ante oculos ponunt. Non erat miſerabili Phaëthonti parata gutta certi cōſilij, vt eſt in Pſeudolo. Formido gelida eſt, quia formidantes, ſeu timentes, ſanguine ad interiora refugiente, exterioribus frigent. Ouid. epiſt. 11. *Torpuerat gelido lingua retenta metu*. Fræna igitur, quæ nec retinebat, id eſt, non adducebat, nec remittebat, nunc tandem deſperabundus remittit ac deponit.

201. QVÆ POSTQ. SVMMO, &c.] graphicè exſequitur, quantam ſibi audaciam ſumpſerint equi, ſimul ac fræna penitus dimiſſa, atque ita ſe omni lege ſolutos ſenſerunt.

201. NVLLOQ. INHIB. PER AVRAS, &c.] Quà nunquam antè iuerant, per ignotas ſibi aëris regiones, pro impetu ſuo ferebantur, nullo prohibente.

205. RAPIVNTQ. PER AVIA CVRRVM] Lucret. lib. 5.

Auia, cùm Phaethonta rapax vis ſolis equorum
Aethere raptauit toto, terraſq; per omnes.

206. MODO PER DECLIVA] Syncope, pro decliuia. Nam decliuis decliue, non decliuus decliuum Grammatica poſtulat. Quod ſequitur, *viaſq; præcipites*, ἐπεξήγησις eſt. Aldus legit, *per decliue*.

208. FRATERNOS EQV[illegible]] Rectè *fraternos*. Æquè ſecundùm Heſiodum in Theogon. Hyperione & Thia prognata eſt luna. Quam, cùm à Sole lumen mutuetur, etiam Phœben à Phœbo nominarunt; equos item ei, & currum ſimiliter dederunt. Virgil. lib. 10.

Iamq; dies cælo conceſſerat, almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulſabat olympum.

Ouidius 1. Triſt. eleg. [illegible] *Lunaq; nocturnos alta regebat equos.*

Quantum damni factum in terris & aquis ex incendijs ſolaribus.

Corripitur flammis vt quæque altiſſima tellus, X.
Fiſſaque agit rimas, & ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt, cum frondibus vritur arbos,
Materiámque ſuo præbet ſeges arida damno.
Parua queror: magnæ pereunt cum mœnibus vrbes:
*Cúmque ſuis totas populis incendia * gentes* * terras
In cinerem vertunt: ſyluæ cum montibus ardent.
Ardet Athos, Taurúſque Cilix, & Tmolus, & Oete,
*Et tum ſicca, priùs * celeberrima fontibus Ide,* * creberrima
Virgineúſque Helicon, & nondum Oeagrius Æmus.
Ardet in immenſum geminatis ignibus Ætna,
Parnaſſúſque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys,
Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimáſque,
Dindymáque, & Mycale, natúſque ad ſacra Cithæron:
Nec proſunt Scythiæ ſua frigora: Caucaſus ardet,
Oſſáque cum Pindo, maiórque ambobus Olympus,
Aëriæque Alpes, & nubifer Apenninus.
Tum verò Phaëthon cunctis è partibus orbem
Aſpicit accenſum, nec tantos ſuſtinet æſtus:
Feruentéſque auras velut è fornace profunda
Ore trahit, currúſque ſuos candeſcere ſentit.
Et neque iam cineres, eiectatámque fauillam

Ferre

27. VERQVE NOVVM STABAT, CINCTVM, &c.] Quatuor anni tempora iuxta eorum qualitates, & proprietates velut in pictura nobis ſpectanda exhibet. Primam anni partem Varro facit Hiemem, quòd tum mul[t]i himbres: vel quòd tunc anima omnium quæ flatur, apparet, ab hiatu hiems. Tempus ſecundum Ver, quod tum virere incipiunt virgulta, ac vertere ſe tempus anni. Tertium ab æſtu Æſtatem. Quartum ab auctu frugum Auctumnum. Quadrifidi Phœbi laborem ſcitiſſimè vocat Claudianus de Conſulatu Olybrij & Probini. Et quoniam Ver eſt florigerũ, dat ei Poëta de floribus coronam. Æſtate vigent calores, ideo nudam dicit, & coronatam ſpicis, propter meſſem, quæ tum colligitur. Auctumno fit vindemia, ideo perſonam ei virilem tribuit, calcatu vuarum pedibus ſordidatis. Poſtremò Hyemem, glacie & canis capillis opertam, propter frigus ſcilicet, inducit. Sunt autem hieroglyphica illorum quatuor anni tempeſtatum cum Ouidianis inſignibus probè conſentientia. Veris quidem corbis, ſeu fiſcella florum referta: Æſtatis, ſpicarũ manipulus, erectus in corbe meſſoria: Auctumni cornucopiæ, vuis & pomis refertum: Hyemis, menſa conuiuantium ad focum. Etenim, vt ait Virgil. 1. Georg.

Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur,
Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit.

Seneca item in Hippolyto de iiſdem anni viciſſitudinibus:

Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent ſyluas: nunc arbuſtis
Redeant vmbræ: nunc æſtiui
Colla leonis, Cererem magno
Feruore coquant, viresq; ſuas
Temperet annus.

Lib. 15. Pythagoras cum quatuor humanæ ætatis gradibus confert hæc quatuor anni tempora, cum adoleſcentia, iuuentute, virili ætate, ſenectute. De eorum neceſſaria viciſſitudine lege Octauium Minutij, pag 55.

VERQVE NOVVM] Virg. 1. Georg. *Vere nouo, gelidus canis cùm montibus humor Liquitur.* Nouum, quia eſt etiam adultum, & præceps, vt alia quoque tria tempora, æſtas, auctumnus, hyems; quod & alibi notauimus, idque non ſemel. Nouum primo menſe, adultum ſecundo, præceps tertio: cuilibet enim trimeſtre aſſignatur. Ex iſta quadripartita anni varietate gratiſſimum eſt nobis ver, annus formoſiſſimus Virgil. eclog. 3. Herodoto lib. 7. pars anni probatiſſima. Oppiano 1. Cyneget. aureum. Ouid. 4. Faſt. formoſum tempus. Nazianzeno orat. 43. βασίλισσα τῶν ὡρῶν, princeps anni pars, & regina. Deſcribitur 2. Georg. à Lucretio quoq; lib. 1. & 6. Catullo in peruigilio Veneris. Horat. ode 4. lib. 1. & ode 7. lib. 4. Statio 4. Syluar. in lyrico ad Sept. Seuer. Libanio in progymnaſmat. pag. 176. A me prima Tertij, dialogo [illegible] vt alia quoque tempora.

CINCTVM FLORENTE CORONA] Quia tempus illud floriferum, & è floribus nectuntur coronæ. Hinc & Anacreonti στεφανηφόρον, coroniferum. Obſeruat Carolus Paſchalius Coronar. lib. 3. cap. 2. pri-

A ſcos quidquid erat ἄνθινον floridum, vocaſſe τὸ ἔαρ ver, ac ſi totum ver ſit floridum, aut ſolo nomine florum ſignetur tempus vernum. Clem. Alex. σὺ μὲν ἔαρ λαμπετὲ, ἃ θάλλει, φυρέ μοι. Tuũ quidem ver ſplendet nouum floribus purpureis. Notat Pet. Victor. lib. 32. cap. 21. apud Athenæum lib. 13. flores vocari nunc veris, nunc pratorum filios: ab Æſchylo autem Terræ filios: à poëta Etruſco itanè Fauonij dulcem ſamiliam. Spirat autem vernis diebus Fauonius.

29. AVCTVMNVS CALCAT. SORD. VVIS] Sic pingebatur auctumnus, vt aut è vitibus vinum colligeret: aut vuas calcaret: aut ab earum calcatione ſordidus eſſet. lib. [illegible] eleg. [illegible] Propert.

Dummodò purpureo ſpument mihi dolia muſto,
B *Et noua preſſantes inquinet vua pedes.*

De auctumno Lucret. lib. [illegible] quod huic loco non eſt alienum: *Vites auctumno fundi ſuadente videmus.* Explicat Turneb. lib. 25. cap. 1. cogente auctumno vitium ſuccum in vinum liquidum fundi abireque videmus. Pingebatur & pomis capite redimito. Horat. ode 2. Epod.

Vel cùm decorum mitibus pomis caput
Auctumnus aruis extulit.

Auctumnitas dixerunt Varro apud Nonium, Cato de re ruſt. lib. 1. cap. 5. & 155. Minutius Felix initio Octauij, Arnob. diſputat. lib. 1. Notauit Iuret. ad epiſt. 23 lib. [illegible] apud Symmachum.

30. ET GLACIALIS HYEMS] Vt veris, ita hyemis deſcriptionem longe ornatiſſimam lege apud M. Anton. Flaminium in Paraphraſi elegantiſſi-
C ma ſuper 12. Metaphyſicorum Ariſtotelis. Si etymon Varronis probas, vocem ab imbri deducentis, ſcribes tertia vocali, *hiems*: ſi aliorum, ab ὕειν, pluere deducentium, ſcribes cum ypſilon, *hyems*. De his quatuor anni temporibus, quàm aptè ſint ordinata, atque inuicem conſequantur, magnum diuinæ prouidentiæ argumentum præbentia, Theodoret. lib. 1. de prouident. Iſidor. Peluſiota ep. 158. lib. 2. & 3 [illegible] lib. 5. Ioannes Chryſoſt. ad populum Antiochen. homil. 11. Solebāt & aliter pingi, quàm ea depinxit Ouidius, nempe pro vere Venus, pro æſtate Ceres, pro auctumno Bacchus, pro hyeme Vulcanus, ad fornacem ardentem aſtans. Et hactenus quidem de apparitoribus Solis. Eum ait Philo in quarto orbe tres planetas ſupra, totidem infra ſe habentem pro dignitate, vtilitate & magnitudine, tanquam ceu quodam ſatellitio cingi ac ſtipari. Ho-
D rum quatuor anni tēpeſtatum notas, & quaſi ſymbola vates noſter paulo aliter, & vno diſticho expreſſit 4. Triſt.

Vere prius flores, æſtu numerabis ariſtas,
Poma per auctumnum, frigoribusq; niues.

Et 1. de Remed.

Poma dat auctumnus, formoſa eſt meſſibus æſtas,
Ver præbet flores, igne leuatur hyems.

Alciatus vero hanc viciſſitudinem per 4. auium genera teſtatur emblemat. C.

Aduenisse hyemem friſ[illegible] illa renuntiat ales;
Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.
Indicat æſtatem ſeſe [illegible] ſpectare cucullus:
Auctumno eſt tantum cernere ficedulas.

Paterna

Paterna humanitas, & ad fidem τῆς υἱότητος confirmandam muneris quamuis magni cum iureiurando promiſsio.

I[illegible] loco medius rerum nouitate pauentem III
S[illegible] iuuenem, quibus aſpicit omnia, vidit.
[illegible] quæ viæ tibi cauſſa? quid hac, ait, arce petiſti,
[illegible] Phaëthon haud inficianda parenti?
[illegible] O lux immenſi publica mundi,
[illegible] d[illegible] vſum mihi nominis huius.
N[illegible] Clymene culpam ſub imagine celat:
[illegible] ra, d[illegible] genitor, per quæ tua vera propago
[illegible] hunc animis errorem detrahe noſtris.
[illegible] ixerat, at genitor circum caput omne micantes
[illegible] uit radi[illegible] s, pr[illegible] piuſque accedere iuſſit:
[illegible] lexuque dato: Nec tu meus eſſe negari
[illegible] us[illegible] s, & [illegible] mene veros, ait, edidit ortus.
[illegible] minus dubites, quod vis pete munus, & illud
[illegible] buente feres. promiſſi teſtis adeſto
D[illegible] s iuran[illegible] palus, ocul[illegible] incognita noſtris.

L[illegible] medio in loco illo reſidens. [illegible] in [illegible] tralibus hoſtem, pro in [illegible]. [illegible] Non modò [illegible] em, & maie[illegible] quam to conce[illegible] bat artus. [illegible] cap. [illegible] cum [illegible] rum re [illegible] venerecon[illegible] tranſire, & [illegible] a de re[illegible] quæ venit à [illegible] Solis, eo [illegible] do [illegible] tapiæ [illegible] Reg [illegible]. B [illegible] &c. Ho[illegible] mnia intue[illegible] tum [illegible] o vider [illegible] 4. Videt [illegible] a [illegible] omnia [illegible] ti[illegible] ios [illegible] ſuis. [illegible] A βαλέφαρον, auree diei oculus, Sophocli Antig.

33. QVÆ QVI VIÆ TIBI CAVSSA? &c.] Idem eſt, *quid hac arce petiſti* [illegible] quod prius hoc, *quæ tibi cauſſa via?* Sed iſtuc auctoribus, atque etiam ipſi Maroni non eſt inſuetum, geminare ſententias eaſdem, ad vim maiorem verbis adiungendam, ad a[illegible]os commouendos ſcilicet.

H[illegible] ARCE] cœlesti arce, ad quam perrarus mortalibus aditus, quia locus eſt & ſedes immortalium ac beatorum.

34 PROG[illegible] PHA[illegible] TH[illegible] N, &c.] Laudatur in Principibus, adeuntes benignè compellando anteuert[illegible] re. id quod magnam dat rei bene gerendæ fiduciam. Sic autem [illegible] tor affatur Phaëthontem Phœbus, vt omnem ei ſcrupulum de patre germano eximat. Vocat enim filium: & addit, non ſibi inficiandum, inſinuās, non eſſe degenerem, nec eius modi, vt ſibi ſit erubeſcendus. Mulcet hæc oratio adoleſcentē mirificè & eſt mel[illegible] medulla ſuauior.

35. O [illegible] PVBLICA MVNDI] Suprà: *Sol oculis iuuenem, quibus aſpicit omnia, vidit.* [illegible] dictum a[illegible] quòd ob excellentem claritatem [illegible] picuus ſit, & omnibus manifeſtus. [illegible] lucis quæſtorem vocauit [illegible] oculus Lycius. [illegible] uc q[illegible] que Lucret lib. 5.

Largus item li[illegible] [illegible] luminis ætherius ſol
Irr[illegible] at aſſiduo cælum [illegible] dore recenti,
Supp[illegible] ditatq; nouo co[illegible] m lumine lumen.

Ib[illegible] d.

Nec ratione alia res poſſ[illegible] in ſole vid[illegible] i,
Perpetuo ni ſupp[illegible] apu[illegible].

Ipſ[illegible] Metam [illegible]

Ille ego [illegible] um, dixit, qui longum metior annum:

Omnia qui video: per quem videt omnia tellus:
Mundi oculus.
Ibidem, auctor lucis audit.

36. SI DAS VSVM N. NOM. HVIVS] ſi pateris te patrem à me appellari, nec te pudet mei. τὸ *ſi* potiùs affirmantis quā dubitantis, & cauſſam magis quàm conditionem deſignat, Quandoquidem das.

37. NEC FALSA CLYM. CVL. &c.] Falſa imago, eſt falſum nomen patris, ſub quo illa celare poteſt crimen ſuum. Nam ſi tu, Phœbe, mihi pater es, non erit illi crimini, ex te Phaëthontem concepiſſe, ſed honori potiùs.

38. PIGNORA DA GENITOR] Non eſt contentus Phaëthon affirmatione ſola Phœbi: pignus inſuper poſcit, vt matrem habere ſuſpectam, & de vero patre addubitare deſinat.

40. CIRCVM CAP. OMNE M. DEPOS. RAD.] Phædra Hippolyto: *Quòd ſit auus radijs frontem vallatus acutis.* Lucret. lib. 1 & alibi, radios Solis vocat lucida tela diei, quandoquidem illis ceu telis huc & illuc iactis ac diffuſis, totus terrarum orbis illuſtratur. Ennius ſolem ſimpliciter radiantem: hic enim eſt eius verſiculus: *Vive, Vlyſſes: dum licet, oculis poſtremum lumen radiantis accipe.* Chriſtiani virorum fœminarumque cęlitum capita radioſa pingitcus. primum, vt per lumen eorum in virtute præſtantiam, claritatemque, qua cęteris pręfulſerint, iudicemus. Virtus enim luci, vt vitium tenebris comparatur. Hinc non modò ſanctimonia vitæ ſingulares, ſed etiam rebus geſtis, aut bonis artibus inſignes, lumina dicuntur. Deinde, vt omnes intelligant, Deum, cuius indicium etiam lux eſt, quique lux dicitur, in ijs habitaſſe, & donis eos ac muneribus ſuis cumulaſſe.

41. PROPIVSQVE ACCEDERE IVSSIT] quod antè lucis copia oculos perſtringente, non poterat. Vnde, *Conſiſtitq; procul, neque enim propiora ferebat Lumina.*

42. AMPLEXVQ. D TO, NEC TV MEVS, &c.] Primùm verbo ſolo affirmauit, ſe patrem illius eſſe, cùm filium appellauit. Dat plura huius rei indicia. Iubet accedere propius, & amplectitur. Iterum, & firmiſſimè aſſeuerat, Clymenem vera dicere: pignus, vti rogatus erat, ex eius optione & ſententia promittit, ſic vt ſe ſacramento ad id conſtringat.

44. QVOD VIS PETE MVNV] Qui ſe quiduis petenti daturum pollicetur, neceſſe eſt vt multum poſſit, immò omnia: & quidem infrà ſummam auctoritatem cælo, terra & mari ſibi arrogat. *Denique quidquid habet diues circumſpice mundus,* &c. An deorum, vt amicorum, omnia communia? Iupiter Dianæ apud Callimachum hymno 3. Φέρου, τέκος, ὅσσ' ἐθελημὸς αἰτίζεις, *id eſt, adeo cape iam quæcunque petiſti Filia.*

45. PROMISSE TESTIS AD. DIIS IVRANDA PAL.] Prærogatiuam hanc Stygi contuliſſe Iouem fabulantur, quòd eius filia Victoria in bello giganteo ſibi affuiſſet; ſtatuiſſeque Iouem, vt ſi quis deorum numen Stygis peierando fefelliſſet, vno anno, & nouem diebus ambroſia & nectare careret. Lib. 1. *Per flumina iuro Infera, ſub terris ſtygio labentia luco.* Et 3. *Stygij quoque numina fontis Conſcia torrentis: timor & deus ille deorum eſt.* Confule Seruium in illud 6. Æneid. *Stygiamq; paludem, Dij cuius iurare timent, & fallere numen.* Auſon. *Quæq; piat diuûm periuria niſicolor ſtyx.* Apud Homerum, hymno in Apollinem Latona Delo inſulæ per cœlum, terras, & ſtygias aquas iurans,

καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ (ὅς τε μέγιστος
ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν.)

Expoſcit Phaëthon moderamen currus ad vnum diem. Patrem promiſsi pœnitet: petitionem fruſtra diſſuadet.

IV. *Vix bene deſierat, currus petit ille paternos,*
Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.
Pœnituit iuraſſe patrem: qui terque quaterque
Concutiens illuſtre caput, Temeraria, dixit,
Vox mea facta tua eſt: vtinam promiſſa liceret
Non dare! confiteor, ſolum hoc tibi, nate, negarem.
DISSVADERE LICET: NON EST TVA TVTA VOLVNTAS.
MAGNA PETIS, PHAETHON: ET QVÆ NON VIRIBVS ISTIS
MVNERA CONVENIVNT, NEC TAM PVERILIBVS ANNIS.
Sors tua mortalis: non eſt mortale quod optas.
Plus etiam quam quod ſuperis contingere fas eſt,
Neſcius affectas. Placeat ſibi quiſque licebit:
Non tamen ignifero quiſquam conſiſtere in axe
Me valet excepto. vaſti quoque rector olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,
Non aget hos currus: ET QVID IOVE MAIVS HABETVR?

Ardua

[illegible]rdua prima via eſt, & qua vix manè recentes
[illegible]nituntur equi; medio eſt altiſſima cælo:
Vnde mare, & terras ipſi mihi ſæpe videre
Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona via eſt, & eget moderamine certo.
Tunc etiam quæ me ſubiectis excipit vndis,
Ne ferar in præceps, Thetys ſolet ipſa vereri.
Adde, quòd aſſidua rapitur vertigine cælum,
Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet.
[illegible] in aduerſum, nec me, qui cætera, vincit
Im[illegible]etus, & rapido contrarius euehor orbi.

V[illegible]BEN[illegible]SIERAT] Cupiditas immo- A
[illegible] h[illegible]ntis, qui expectare vix [illegible] em Phœbu[illegible] faceret. Iam [illegible] h[illegible]bebat quid peteret, & [illegible] ſtatueret [illegible] an- [illegible] verbum audiret. *currus petit ille pat[illegible]*

[illegible] quaſi qui alas habe- re[illegible] nec [illegible] qu[illegible] ſe vi- d[illegible] V[illegible] 12. *Al[illegible]edum [illegible] fugam cur[illegible] tentarat equorum* [illegible] 6. [illegible] pedes, quo- [illegible] Noſter lib. 1. *Crura [illegible] aterno.* [illegible] cornipedes, & [illegible] dicuntur.

[illegible]AM. EQVOR.] Lib. 4. [illegible] *volucrum moderator equorum:* q[illegible] pot[illegible] *vbi axem incalue- [illegible] habenis,* vt paulo poſt au.

4[illegible]A RE[illegible] non enim [illegible]um Res mira, um idem ſit [illegible] D[illegible]phuæ ſ[illegible] *[illegible]me quod [illegible]itque, fuitque,* [illegible] p[illegible] ex utienda [illegible] & po[illegible]s aud[illegible] relicet [illegible]

[illegible]N VT [illegible] CAP. [illegible] improbantis [illegible]ratio. Terque, quater- [illegible] us [illegible] ro incerto: vt [illegible]la [illegible] excen[illegible]a, n[illegible], græce [illegible] Lib. 1 *Terrificam capitis con- [illegible]atiem.* Virg. Æn[illegible]id. *O ter- q[illegible]* eleg[illegible] *O mihi felicem [illegible]ater[illegible]* [illegible] Od[illegible] ſ. 5. [illegible]

[illegible] E[illegible]o [illegible] excep[illegible], [illegible] ob[illegible] [illegible] ten- [illegible] a idia- [illegible] Tua [illegible] & [illegible] Id [illegible]

51. VTINAM PROMISSA [illegible]CERET NON DAR[illegible]] Atqui non licet, ſicut ipſe infrà confitetur, *Ne dubi- ta, dabitur, ſtygias iurauimus vndas.* Notandus locus M. Tullij de promiſſis 1. Offic. *Poteſt etiam accidere,* inquit *promiſſum aliquod & conuentum, vt id effici ſit inutile vel ei cui promiſſum ſit, vel ei qui promiſerit. Nam ſi, vt in fabulis eſt, Neptunus quod Theſeo promiſerat, non feciſſet, Theſeus filio Hippolyto non eſſet orbatus. Ex tribus enim optatis, vt ſcribitur, hoc erat tertium, quod de Hippo- lyti interitu iratus optauit: quo impetrato in maximos luctus incidit. Nec promiſſa igitur ſeruanda ſunt ea, quæ ſint iis quibus promiſeris inutilia; nec ſi plus tibi noceant, quàm proſint illi cui promiſeris.* Si ergo ſeruanda non ſunt, ſi inutilia ſunt cui promiſimus, quanto minùs, ſi etiam perniciosa?

B PR[illegible]MISSA NON DARE] Idiotiſmus videtur, da- re promiſſa, pro præſtare, efficere, facere, ſeruare, exſoluere, reddere, patrare promiſſa: nam qui pro- mittit, hoc ipſo dat promiſſa. Catull. de nupt. propriè:

At non hæc quondam blanda promiſſa dediſti
Voce mihi: non hoc miſeram ſperare iubebas.

52. SOLVM H[illegible] TIBI NEGAREM] quia ſolum hoc contra ſalutem tuam, honoris imagine dece- ptum te petiuiſſe video & doleo.

5[illegible] DISSVADERE [illegible]] Si non licet negare mi- hi tamen tibi cedere iure tuo licet: quod vt facias, tibi ſuadeo: & promiſſum vrgere diſſuadeo. Sequũ- tur rationes, à difficili, ab impoſſibili, à ſummo pe- riculo. Adduntur paternæ preces, cum ingenti af- fectu. Sed lauat Æ[illegible]ſopem.

C 54. MAGNA P[illegible]IS [illegible]N. VIR. EST CON.] Clemens Alexand. Pædagog. 3 μὴ θίγῃς ἡνιῶν παιδίον ἄπειρον ὂν: μηδ' ἀνα[illegible] τὸν [illegible]φρον [illegible] μὴ μαθών. Ne tractes habenas fili, regendi imperitus: nec currum con[illegible]ſcende aurigandi neſcius. Sum- ptum ex tragœd[illegible] qu[illegible]iam, vbi Phaëthontem pa- ter Phœbus admon[illegible]at [illegible] ſuum ſibi exitium petere vellet. Notauit Iunius adagio Habenas [illegible]natus ne tractes. Magna munera hoc loco vocari putat Martinus noſter de Roa, Singular. lib. 1 cap. [illegible] quæ on[illegible]ra grauia duraque potiùs habenda e- rant, quæ in[illegible]firmum adoleſcentem oppreſſura pon- dere ſuo & ad t[illegible]ram afflictura videbantur. Hanc vim ve[illegible] ex[illegible] V[illegible] lib. 6. de Phœbi vate ſic loquen[illegible]:

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vat[illegible] magnum ſi pectore poſſet
Excuſſiſſe Deum.

Magnum

Magnum, inquit ibidem Seruius, non reuera ait: ſed retulit ad affectum colentis: vnicuique enim Deus, quem colit, magnus videtur. Sed magnum ego grauem, durum, moleſtum intelligo. Nam cui ab afflatu numinis *non compta manſere comæ, ſed pectus anhelum, & rabie fera corda tument*, numen ipſum graue ac durum non eſſe haud poterat. Sic ille.

55. NEC TAM PVERILIBVS ANNIS] Iuuenem vocat Poëta. Sed Phœbus conſilio ſuo congruenter, puerum, vt tanto magis deterreat. Ac ſi dicat, Tutiùs, ac meliùs in arundine lõga equitares, quàm equos & currum meum regeres. Quàm conuenienter hi duo verſus in eos vſurpabuntur, qui ſacras, & ciuiles functiones aut pecuniæ, aut honoris, aut vtriuſque cupiditate inducti ambiunt, quas pro dignitate ſuſtinere nequeunt; quandoquidem non annis, ſed animis pueri ſunt, & ſeipſos adhuc regere neſciunt?

56. SORS TVA MORTALIS] Argumentum à natura. Quod vis, non humanum, ſed diuinum, non hominis ſed Dei eſt: nedum vt puer tali officio fungi queat.

57. PLVS ETIAM, Q. QV. D SVP. &c.]Gradatio. Adeo humanum nõ eſt munus iſtuc, vt nemo deorum præter me illud ſuſcipere audeat. Meũ eſt hoc regnum, prætereaque nullius. Senſerunt hoc, & confeſſi ſunt dij ipſimet non longè pòſt, cùm lugentem filij mortem, & officium ſuum mundo negantem circumſteterunt, ſupplicuer orantes, ne vellet rebus æternam noctem inducere.

58. PLACEAT SIBI QVISQ. LICEBIT] Gaudeat & delectetur ſuis quiſque rebus, facultate & potentia ſua. Scis enim alium deum præeſſe rei bellicæ, vt Martem: ſtudijs liberalibus Muſas: ingenijs, & ſapientiæ Mineruam; vino Bacchum, frumento Cererem, igni Vulcanum, &c.

59. NON TAMEN IGNIF. Q. CONSIST. &c.] Ego ſolus poſſum conſiſtere in axe, in curru (ſynecdoche eſt) qui fert ſolem, quem veteres igneum eſſe putauerunt, ignis quippe apparet. Infrà dextre [illegible] laborem priſtinum, ob cladem & exitium [illegible]

Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo eſt, omneſq, dei non poſſe fatentur, &c.

60. VASTI QVOQVE RECTOR [illegible] Lucret. lib. 5. vocat magni cærula mundi. mundus enim vt alibi teſtibus citatis demonſtrauimus, aliquando ſonat cælum. Credibile facit, quod [illegible], quia nec ſummus deorum Iupiter [illegible] [illegible]ſus. Eum aute[illegible] [illegible] [illegible], rectorem Olympi voc[illegible] [illegible] Virgil. & iaculatorem fulminum.

61. QVI FERA TERRIBILI, &c.] Cognomenta Iouis plurima ſunt à fulmine. [illegible] fulminator, [illegible] coruſcans fulmine, [illegible] fulminum princeps, [illegible] quod pro haſta fulmine vteretur, [illegible] quòd fulmine gauderet [illegible] fulminum iaculator.

T[illegible] [illegible] dextra, niſi ea fulmen [illegible] cuius [illegible] recipientes Horat. ode [illegible] lib. 1. & Virgil. Georg. [illegible] quidem iubente [illegible] [illegible] coruſcam [illegible]

62. E[illegible] [illegible] MAIVS HABET [illegible] Superlatiui magis vim, quàm poſitiui habet *magnus*, cùm dicitur, magnus Iupiter. Quamuis enim maximus ſit, eſt tamen in ſuo genere quodam Phœbus ma-

A ior; alioqui non ſe illi de Phaëthonte occiſo excuſaret. 2. Triſt.

Iure igitur genitorq́, Deûm, rectorq́, vocatur;
Iure capax mundus nil Ioue maius habet.

Horat. 1. ode 12.

——— qui res hominum, ac deorum,
Qui mare, & terras, varijsq́, mundum
Temperat horis.
Vnde nil maius generatur ipſo,
Nec viget quicquam ſimile, aut ſecundum.

63. ARDVA PRIMA VIA EST] Ab ortu ſol ad medium vſq; cælum ſemper aſcendit. *Prima via*, ſicut prima fabula, primoribus labris, & ſimilia.

RECENTES EQVI] integri, nondum defatigati, & debilitati. Curtius lib. 3. Timere, ne virtute hoſtium, ſed laſſitudine ſua vincerentur Perſas recentes deinde ſucceſſuros, ſi laxiùs ſtare potuiſſet. Cæſar in Gallicis, Integri & recentes milites defatigatis ſuccedebant. Liuius l. [illegible] Inſtant Volſci recentes, qui e caſtris impetum fecerant. Et lib. 35. Recentibus equis Romani feſſos ſequebantur. Hoc verſu, *Ardua prima via eſt*, &c. cum conſequentibus ſex, ad rem ſuam opportuniſſimè vſum Senecam lib. de Prouidentia, animaduertit Ciofan.

64. ENITVNTVR QVI] enitendo & conando aſcendunt, quoniam ardua via & accliuis.

MEDIO EST ALTISSIMA CÆLO] medium viæ eſt altiſſimum, quippe medio cælo: quod medium eùm ſol tenuerit, meridies eſt, & æſtus maior. Lib. 1. *Dum calet. & medio ſol eſt altiſſimus orbe*. Et lib. 3. *Nunc Phœbus vtraque Diſtat idem terra, finditq, vaporibus arua.*

C 65. VNDE MARE & TERRAS, &c. Nihil humanum deus iſte, ne h[illegible] quidem, [illegible] alienum putat [illegible] ult. Deſpicientes e ſublimi loco quodam horrore & timore percelluntur. Plura dicentur infrà.

66. VLTIMA PRONA VIA EST] Vltima via, ſicut ſupra prima via, vltimum viæ, ſeu vltima pars viæ: non enim ſunt plures viæ, quas ſol decurrit. Aſcenſus [illegible] propter accliuitatem laborioſus: medium propter al[illegible] [illegible], deſcenſus propter caſum, plena [illegible] ſunt.

L[illegible] [illegible] RAN. [illegible] in ardua equi extimulandi [illegible] in declinibus inhibendi ſunt. In his, quam in [illegible] aurigæ laborem peritiamque magis perſpi[illegible] Phaëthon autem, qui equum nullum a[illegible] [illegible] vnde iſtuc moderamen didicerit?

67. [illegible] EXCIP. VNDIS THETYS, &c.]

D [illegible] [illegible] [illegible] ad confirmandum, [illegible] tamen certum accidens erat. Timet [illegible] Thetys, per prona currum agenti, & [illegible] in hoſpitium [illegible]. Quod tibi [illegible] Virgil. 3. Georg.

Nec [illegible] equus altum petit æthera, nec [illegible]
Præ[illegible] Oceani rubro lauat æquore currum.

Q[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in Oceanum deſcen[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cunt. [illegible] nauigantibus [illegible] [illegible] *dant*, & hæc nominata. Atque [illegible] [illegible] apparet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nauigant, [illegible] [illegible], quem contra[illegible] [illegible] [illegible] preſſit Lucret. [illegible]

In pelago nautis ex vndis ortus in vndis

Sol

[illegible] qualem, sed [illegible] m super po [illegible] m. C [illegible] nimb [illegible] cæl [illegible] & 2. Quod [illegible] sunt [illegible] impetu, [illegible] cætera vincat [illegible] mo [illegible] dum quem [illegible] plaſ-netas habet qui [illegible] in aduer[illegible]tur. Rapha[illegible] expon[illegible]. Quamuis luna nunquam retrocedere cogatur (propter rap[illegible]dam [illegible] reuolutionem primi m[illegible]bilis, omnes ſphæras [illegible] es ſecu[illegible], vt d[illegible]ctum eſt) vt ne[illegible] ali[illegible] planetæ, eſt tame[illegible] um[illegible]ſis, eſt cu[illegible] at[illegible]s [illegible]uetur. At ſolem primi cæli motus non [illegible] ta nec[illegible] apit, nec fert, vt non perpetuo æquabi[illegible] motu ſub ec[illegible]iptica maneat linea. Accedit ad hoc qu[illegible] ne[illegible] e[illegible] euclon habet, atque [illegible] deo neque [illegible] ectu[illegible], neque re[illegible]ogradus nec ſt[illegible]ariu[illegible], vt [illegible] te[illegible] planetæ, d[illegible] po[illegible] eſt.

[illegible] bus aliæ rationes, & deſcribitur [illegible]

F[illegible] os currus, quid ages? poter[illegible]ne rotatis V.
[illegible] us ire ro[illegible]is, ne te [illegible] tus auf[illegible]rat axis?
[illegible] an [illegible] luco[illegible] llic [illegible] vrbeſque deorum
[illegible] s anim[illegible], delubraqu[illegible] ditia donis
[illegible] us [illegible] er eſt, [illegible]rma que ferarum.
[illegible] t[illegible]n[illegible] as, nulloque errore traharis;
[illegible] eris cornua tauri,
[illegible] s [illegible] ueora leonis,
[illegible] u curuantem brachia longo
[illegible] al[illegible]r cu[illegible]uant[illegible]m brac[illegible]ia cancrum.
[illegible] upedes animo[illegible]s igni[illegible]us [illegible]llis,
[illegible] no [illegible] c habent, quos ore & naribus efflant,
[illegible] x me patiuntur, [illegible] bi acres
[illegible] re animi, [illegible] ruixq[illegible] repugnat haben[illegible]. * Intumuer[illegible].
[illegible] re, im tibi cauſſa d[illegible]oris,
[illegible] MR[illegible] VE [illegible] TVA COR[illegible] EVOTA.
[illegible] n[illegible]s[illegible]ro[illegible]enitum te ſanguine credas,
[illegible] et[illegible] do p[illegible]nora certa timendo,
[illegible] p[illegible] u probor a[illegible] ic vultus
[illegible] m [illegible] E[illegible] C[illegible] LO[illegible] NPE[illegible] T[illegible] AP[illegible] S[illegible]S
[illegible] P[illegible] A. INT[illegible] D[illegible] V[illegible] AS.
[illegible] u[illegible] cum[illegible] mundus,
[illegible] ter æque ma[illegible]
[illegible] m pati[illegible] repul[illegible]am.
[illegible] n[illegible] ne pœ[illegible]a,
[illegible] N, PRO M[illegible] RE PO[illegible] CIS.
[illegible] nat[illegible] rtis?
[illegible] ndas
[illegible] A.

Fine-

Finierat monitus: dictis tamen ille repugnat,
Propoſitumque premit, flagratque cupidine currus.
*Ergo *qua licuit genitor cunctatus ad altos*
Deducit iuuenem, Vulcania munera, currus.
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.
Per iuga chryſolithi, poſitæque ex ordine gemmæ
Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.

*quà, id eſt, quantum, [illegible]

4 POTERISNE ROTATIS OBVIVS IRE PO[LIS], &c.] Polos vocat orbes ſuperiores ſolc, à quibus ſimul rapitur, decimum, nonum, octauum, quod dicitur firmamentum in Scriptura ſancta, ſeptimum Saturni, ſextum Iouis, quintum Martis. Ipſe occupat quartum, planetarum medius: quem ſequuntur Venus, Mercurius, & Luna. *Proprie poli ſunt puncta extrema axis, quorum alter nobis in Europa degentibus ſupra noſtrum horizonta eminet, nec vnquam nobis occidit, dicitúrque Borealis, ſiue Septentrionalis, quia ad partem Borealem, ſiue Septentrionalem eſt. Etiam Arcticus ab ea conſtellatione, quæ dicitur ἄρκτος, id eſt Vrſa, quæ circa hunc polum vertitur. Alter Auſtrinus, & meridionalis, quia ad Auſtrum, ſiue meridiem eſt. Item Antarcticus, eò quòd polo Arctico per diametrum opponatur. Atque hic terra obiecta nunquam à nobis cernitur: ſed ab alijs, quos Antipodas vocant.* Hæc de polis ex Conimb. quibus nihil dilucidius.

7 C[ELERI] V[ERTITVR] AXIS] celerrima illa rotatio cæli, quam hic circa axem nominat. Alioqui axis eſt linea recta, per centrum ſphæræ ad illius circumferentiam tranſiens, circa quam ſphæra ipſa voluitur. Manil. lib. 1.

Aera per gelidum tenuis deducitur axis,
Libratumque gerit diuerſo cardine mundum,
Sidereus medium circa quem voluitur orbis,
Aeternóſque rotat curſus immotus.

79. FORSITAN ET LVCOS ILLIC [VRBESQVE DEORVM] &c.] forſitan amœnitatem quandam lucorum in itinere tuo concipis, & te viſurum ſperas lucos, & vrbes, quas dij [illegible] quam ciues habitent, & templa magnificè conſtructa, & donis opulenta. Nihil minus; longe alia viſurus es.

78. PER INSIDIAS ITER EST, F. FERAR.] Quoniam ſigna, quæ ſol pertranſit, quædam ab animantibus feris nominantur, inde quaſi à viui iuuenem deterrendi & à ſententia reuocandi occaſionem lepidè ſumit. Et ſanè cohorruiſſe ad eorum aſpectum in ſequentibus oſtenditur.

Sparſa quoque in vario paſſim miracula cælo,
Vaſtarumque videt trepidus ſimulacra ferarum.

Fi[illegible]mæ, & paterni [illegible] hu[illegible] d[illegible] ort[illegible]tionis ob periculi [illegible] ſtudin[illegible] & per ina[illegible] ho[illegible] e[illegible] Statius [illegible] baid. per us adiun[illegible]

[illegible] ac ignea l[illegible]ra
[illegible] dares, [illegible] l natum imponere axi
[illegible] tem l[illegible] ſans [illegible]ra inſidioſa docebat,
[illegible] te [illegible] teri[illegible] as, mediaſque polorum
[illegible] p[illegible] m, p[illegible] e quit em [illegible] formidine cautus:
[illegible] um [illegible] hi[illegible] ant diſcere Parc[illegible].

[illegible] pothcu[illegible] na[illegible]nus, tibi vi[illegible], [illegible] t [illegible] ta [illegible] no[illegible] l e, [illegible] as [illegible] a [illegible] e [illegible].

80. P[E]R TAMEN ADVERSI [GRADIERE] CORN. TAVRI, &c.] Exempli gratia, aſpiciendus eſt taurus, ſagittarius, leo, ſcorpius, cancer. Vt timebis miſer, ne in te faciant impetum? De tranſlatione horum in ſidera, conſulendus Hyginus, & alij ſcriptores mythici.

81. ALITER CVRVANT[EM] BRACH. CANCRVM] Scorpius curuat brachia à principio, cancer in extremo. Elegans vocabuli *aliter* vſus apud poëtas, cùm non ſemper vulgari more capitur, ſed aliquando pro contra, ſeu contraria parte. Vide Guilelm. Canter. lib. 1. cap. 10. Scaliger Hypercrit. c. 7. huius autem [illegible]ationé poſtulat. Perducit eum Phœbus Phaëthontem per totum Zodiacum eodem die: quod ſpatium annuo labore exhauritur à ſole, idque non ab oriente ad occidentem: ſed [illegible] ſuo oriente, qui orienti diurno contrarius eſt. Sed in opere non emendato, & in fabuloſis narrationibus aliquid ad veritatem deſiderari, aut etiam aliquid contra veritatem proferri, nouum ac mirum videri non debet. Poteſt etiam reſponderi hæc ad iuuenem iſtarum [illegible]etum ignarum abſterrendum dicta fuiſſe, ſpecioſè magis & vulgariter, quàm aſtrologicè, quam diſciplinam non meliùs Ouidium Scaliger, quam Scaligerum docere potuit Ouidius. Et quia ſub Zodiaco perpetuo ſol meat, non inuenuſtè perpetuus Zodiaci hoſpes a neſcio quo eſt appellatus.

84 NE[C TI]BI QVADRVPED. &c.] Equos vocat quadrupedes, & quadrupedantes etiam Virgil. Difficultas non mediocris regendorum equorum ferocium & animuloſorum (ſiquidem ignes gerunt in pectoribus, quos ſpirant) te moueat vt reſipiſcas.

85 IGNESQ. ORE ET NARIB. EFFLANT] Virgil. 12.

Poſtera vi[x] ſummos [ſpar]gebat [lu]mine montes
[Or]ta dies, [c]um primum alto ſe gurgite tollunt
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.

E[illegible] u[illegible], euo, [illegible] alia no[illegible] parca, hoc [illegible] m mutuatus cenſetur Virgil. *funduntq; elatis naribus lucem.* V[illegible] terq; lucem, quod Ouidius ignes, nunc [illegible] par. etiam paulo [illegible] ſt, *ignem [illegible] vomentes.*

8[illegible]. IN PROMI[illegible] EGER[E] EST [illegible] *Sed nec mi[hi] dicere promptum, Nec facere huic.* Pl[illegible] P[illegible] id. *[illegible] iſtac inſipientia eſt, ſic iram in promptu gerere.* E[illegible] p[illegible] L[illegible] iram [illegible] æſe ferr[illegible] nam non diſſimular[illegible] fr[illegible]nte & vultu oſtendere atque aperire C[illegible]to Mure[illegible]. Q[u]od omnibus patet, & æqu[illegible] um eſt [illegible] & alijs. [illegible] pi[illegible] Se[illegible] Rol[illegible] a[illegible] c q[illegible] lem mini[illegible] atc[illegible], qu[illegible] prom[illegible] & propoſitum eſt, &

[illegible] VGNAT HABEN[illegible] *[illegible] a, iuntque per auia [illegible] rum.* Virgil. [illegible] co[illegible]. *Neque au[illegible] curru [illegible] enas.*

8[illegible]

88 FVNESTI DOLORIS] ne doleas propter interitum tuum, ad quem tendis, & cuius cauſſa ego tibi temeraria promiſſione mea fuerim.

89. DVM RESQ. SINIT, TVA CORRIGE VOTA] quia ſera poſt factum pœnitentia. Homerus Iliad. π. [illegible], rem peractam ſtultus agnouit. Muta igitur mentem iſtam maturè, ne ſerò ſapias, & ne dicendum tibi ſit, Non putabam.

90. SCILICET VT NOST. GEN. T. SANG. &c] Quò eſſes certior, me tuum eſſe patrem, petiſti pignus. An verò pignus & ſignum vllum certius eſſe putas tanta pro ſalute & incolumitate tua ſollicitudine? cuius argumentum etiam tibi ſit vultus meus, animi mei non dubitabilis index. Vide quàm metu caſus tui & exitij pallidus, quàm mœſtus, quàm deiectus ſim, qui alioqui ſoleo eſſe lætiſſimus. Nondum hoc ſatis, blanditur ampliùs.

93. VTINAMQ. OCVL. IN PECT. POSS. INSER. &c.] Hoc in magni cuiuſdam amoris, pietatis, ſollicitudinis, affectus, innocentiæ ſignificatione ſæpiùs optant homines, poſſe videlicet exhibere oculis ipſum animum ſuum inſpiciendum. In Theogonia affertur ab Heſiodo deus quidã Momus, qui cùm ipſe nihil ederet operis, aliorum verò deorum opera contemplaretur, ſi quid omiſſum, aut perperam factum, liberrimè reprehẽdebat. Quare cùm Vulcanus hominem compoſuiſſet, deque principatu artificij cum Minerua & Neptuno contenderet, quorum hic taurum finxerat, illa domum excogitarat; delectus certaminis arbiter Momus, præter alia, quæ in aliorum operibus carpſit, illud præcipuè in hominis opificio notauit, quòd artifex non in pectore feneſtras, aut oſtiola quædam addidiſſet, quò perſpici poſſet, quid in corde lateret, quod illi flexuoſum alioqui, multiſque receſſibus ſinuoſum finxiſſet. Lucian. dial. de hæreſibus, Iunius 1. emblem.

95. QVIDQVID HAB. D. CIRC. MVNDVS] Conditio æquiſſima. Siue honorem, ſiue vtilitatem, ſiue voluptatem ſpectet Phaëthon, cùm in omni genere mundus adeò diues, iubetur pro currus moderamine, & quidem vnius diei tantùm, aliquid eligere. Quomodo audet Phœbus ſibi vendicare totum mundum, atq; omnes eius diuitias? Non hoc Iupiter, quo nil maius, iniquè ferat? An hoc ita dictum intelligendum eſt, quòd dij omnes ad Solem referuntur? de quo videbis Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 17. & deinceps. Si itaque mundus eſt deorum, & vnus eſt deus ſol, nomina tantùm pro effectibus mutans, erit etiam dominus mundi ſolus. Lib. 10. *Si dij dare cuncta poteſtis, Sit coniux, opto*, &c. ſi conditionalis eſt pro cauſali, Quoniam vos dij cuncta poteſtis dare. Nullum tamen ſeparatim omnipotentem lego, præter Iouem & Iunonem; & hanc quidem bis in extremo quarto, & ſeptimo. Ex perſuaſione igitur falſa de deorũ [illegible], ſunt illi modi loquendi apud Comicos, Dij tibi omnes omnia optata ferant: Dij dent tibi quæ velis: Dij te [illegible]. Dij te adiuuent.

97. NVLLAM PATIERE REPVLSAM] Cic. repulſam ferre, accipere.

98 DEPRECOR HOC VNVM] Suprà, *Solum hoc tibi [illegible] negarem*. Hoc vnum, & ſolum eſt, à quo dando te [illegible] animus meus. Subditur cauſſa.

QVOD VERO NOMINE POENA EST] propter difficultatem & pericula quæ expoſuit. Ita negotioſi

A magiſtratus pœna potiùs ſunt, quàm honores; quibus affecti, in piſtrinum quodammodo detruduntur.

99. NON HONOR] Ergo honorem eo munere quærebat Phaëthon. Occultè eius ambitio reprehenditur.

POENAM PRO MVNERE POSCIS] quis prudens hoc velit, ſi intelligat? qui autem non intelligit, & rationis eget, ab alijs qui intelligunt ſumat mutuum, de Plauti conſilio.

100. QVID ME A COLLO TENES, &c.] Plaut. Aſin. *Circumdatoq́; me brachijs, meúmque collum circumplecte.* Nullis verbis vtitur aduerſus patrem Phaëthon, vt eius rationes refutet: neque enim poteſt, ita ſunt validæ: ſed facto ipſo, dum blandè com-

B plectitur (iam enim audebat) quid velit demonſtrat. Infrà tamen locutum apparet.

101. NE DVBITA, DABITVR, STYG. IVR. VNDAS] Putat ſe teneri iuramento Phœbus, tametſi promiſſum inutile, immò etiam noxium futurum videat ei cui promiſit. Nam Stygia numen fallere dij timent, vt ſuprà dictum ex Virgilio.

102. SED TV SAPIENTIVS OPTA] 1. Triſt. eleg. 1.

Viueret calum Phaëthon ſi viueret, & quos
Optauit ſtultè, tangere nollet equos.

Inter exempla audaciæ etiam eſt Phaëthon. *Sapientiùs opta.* Lenitate verbi triſtitiam rei mitigante, cùm planè inſipienter & ſtolidè optauerit, minimè autem parum, ſeu non ſatis ſapienter.

103. DICTIS TAMEN ILLE REPVGNAT, &c.] Nunc etiam ad verba intelligitur veniſſe, & oſten-

C diſſe; nunquam ſe à propoſito dimotum iri, quanquam argumentis nihil reſponderet.

104. PROPOSITVMQ. PREMIT] inſtar, vrget, ſententiam non mutat. Cic. 1. de diuinat. Premam te, cùm ex te cauſſam vniuſcuiuſque rei exquiram. Premunt item, qui in diſputationibus reſpondentem diuerticula quærentem, & euadere conantem cohibent, & ad certas ac ſolidas reſponſiones compellunt.

105. ERGO QVA LICVIT GENIT. &c.] tandem exſequitur promiſſa Phœbus, quanquàm ægrè, & cunctabundus.

AD ALTOS CVRRVS] è curru ipſo extabat ſedes Phœbi ſublimior & conſpicua. Altè extructos currus.

106. VVLCANIA MVNERA] Commendatio ab

D artifice. Schema appoſitio l. 10. *Videbíque tuum, mea criminia, vultum.* lib. 13. *Da, precor, huic aliquem, ſolatia mortis, honorem.* Virgil. 2. eclog. *Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos.* Horat. ode 3. lib. 1. *Sic fratres Helenæ, lucida ſidera.* In re tam nota haud opus pluribus probationibus.

107. AVREVS AXIS ERAT, &c.] Ex auro, argento, gemmis conſtabat hic currus, quem, vt antè fecerat in domo ſolis, ab artifice & materia commendat. Sanè currus cum habitaculo tanti domini congruere debuit.

Obſeruat Petrus Victorius lib. 35. cap. 12. Naſonem feſtiuitatem quandam, seu lumen orationis ex repetitione eiuſdem vocis, qua homines vti cõſueuerũt, cùm illuſtrare quippiam, & ei plurimum ſplendoris afferre volunt, in duobus poëtarum principibus, Virgilio & Homero æmulatum. Latinè Traductio, græcè à quibuſdam [illegible], & [illegible] appellatur. De ſacerdote Cybeles lib. 11.

Aureus ex humero ſonat arcus, & aurea vati
Caßida, tum croceam chlamydémque, ſinúſq; crepantes
Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro.

Alter locus eſt lib. 4. vbi Didonis ſtudium in ſe ornando, quò magis Æneæ placeat, oſtenditur:

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Et loquens de ornatu equorum regis Latini, quos oratoribus Æneæ dono dedit, lib 7.

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent,
Tecti auro, fuluum mandunt ſub dentibus aurum.

Sumpſit hoc ipſum decus & lumen ab Homero Virgil. Ille enim ſic de Neptuno loquens, & ſpeciem illius omnem aperire volens, priùs de equis eius iſta cecinit:

Ὠκυπέτα χρυσέῃσιν ἐθείρῃσι κομόωντε
Χρυσὸν δ' αὐτὸς ἔδυνε περὶ χροΐ, γέντο δ' ἱμάσθλην
Χρυσείην. & quæ ſequuntur.

Sed & ornatos gratia ibidem in deſcribendo curru Iunonis eaſdem voces iterat, etſi ponat illas longiore interuallo inter ſe diſtantes. Potuit doctiſſimus Victorius hiſce ab ſe diligenter animaduerſis & collectis locis adiungere etiam illum ex octauo, prorſus eiuſdem generis:

Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis.
Virgatis lucent ſagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur.

Rurſum lib. 5. idem verbum tractans:

Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum.

Et lib. 12.

Barba erat incipiens: barba color aureus, aureáque
Ex humeris medios coma dependebat in armos.

Et quæ plura ex eodem Marone exempla producit in Obſeruat. humanis lib. 2. cap. 18. noſter Andreas Schottus. Fuit enim hoc genus figuræ illi ſummo poëtæ admodum familiare.

110. Clara repercvsso reddeb. lvm. Phoeb.] Solares radios repercutientes, vt ſolent repercuti à leuibus & politis corporibus, reddebant magnum lumen.

Aurora ſe oſtentat. Horæ equos currui ſubiungunt.

VI.

111. *Dvmqve ea magnanimus Phaëthon miratur, opuſque*
Perſpicit: ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores, & plena roſarum
Atria; diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cæli ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pater vt terras, mundúmque rubeſcere vidit,
Cornuáque extremæ velut euaneſcere lunæ,
Iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Iuſſa deæ celeres peragunt, ignemque vomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis
Quadrupedes ducunt, adduntque ſonantia fræna.

111. Dvmq. ea magnanim. Phaeth. mirat.] Ea dicit, vt ſcias ſingula miratum, & propter materiam, & magis propter artificium, quomodo hîc etiam materiam ſuperabat opus, vt ſuprà in regia. Quòd ſi magnanimi eſt magna audere, quamuis ſine ratione & conſilio, verè dici poteſt magnanimus Phaëthon. Sed poëtæ verba ſua non ita ad libellam ponderant. Audax & temerarius fuit, non magnanimus.

112. Vigil avrora] non quòd vigilet per noctem: ſed quod admodum manè videatur conſurgere. 4. Æneid.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Apud Homerum dijs dormientibus lumen affert.

Nitido patef. ab ortv] Sub ortum ſolis cælum ruteſcit & purpuraſcit. Vnde ſequitur quod ait, auroram pateſeciſſe fores.

113. Pvrpvreas fores, et plena rosar. atria] Feſtiua omnino ortus diei & maximè poëtica deſcriptio. Aurora Homero ῥοδοδάκτυλος, habens digitos, ſeu manus roſeas, συνεκδοχικῶς roſea. Theocrito in Pharmaceut. ῥοδόπηχυς, roſeos habens lacertos. Q. Smyrnæo l. 3. ῥοδόπεπλος, roſeo peplo, ſeu roſea veſte inſignis. Eam vehi quadrigis, inſtar roſarum rubentibus, ait Virgil. 10 6.

Hac vice ſermonum roſeis aurora quadrigis
Iam medium æthereo curſu traiecerat axem.

Tibull. lib. 1. eleg. 3.

Hoc precor; hunc illum nobis aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis.

Dicitur item crocea, & à Græcis κροκόπεπλος, veſtem gerens croceam. Quò reſpicit Ouid. lib. 3. *Altera lucem Cùm croceis inuecta rotis aurora reducet.* Nunciam ſolis vocauit Orpheus in hymnis. De eius icone dicemus lib. 13.

114. Diffvgivnt stellæ] vt quidem apparet. Quinam enim verè diffugerent, cùm ſint partes orbis ſui, & ſolidiores? Stellas quidam dici putarunt, quaſi ignis ſtillas, quòd earum naturam crederent eſſe igneam, de quo dictum lib. 1. Variorum philoſophorum opiniones de iiſdem producit Theodoret. de curat. Græcorum affect. ſerm. 4.

Qvar. agmina cog. lvcifer] Lucifer tanquam

quam paſtor pecus ſuum cogit, & cælo ednc it, vt A putates. Lib. 11. *Et iam ſtellarum ſublime coëgerat agmen Lucifer vndecimus.* Inhæſit vtrique veſtigio Ouidij Seneca, vt aliàs ſ... entes, cùm ſe ipſi in Hercule Fur. & quidem παραφραστικῶς.

Iam rara micant ſidera prono
Languida mundo, nox victa vagos
Contrahit ignes luce renata
Cogit nitidum Phoſphorus agmen.

Luciferum diurnam ſtellam vocat Plautus Menæchm. *Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.* De eo Plin. lib. 2. cap. 8.

115. ET CÆLI STATIONE NOVISS. EXIT] A militia tralatio, qualienim in ſtatione ſunt ſtellæ tota nocte, nec ſe vſpiam commouere videntur. *Itaſtatim ſtant ſigna*, ait Plaut. Amphitr. Quanquam illa B nocte alia de cauſſa verè ſteriſſe finguntur ibidem, propter Herculem nempe τριέσπερον, vt in Somnio Lucianus nominat, quòd in eo conciperendo tres continuæ noctes impenſæ fuerint. De ortu Auroræ & tardo Luciferi exitu de ſtatione cæli perelegaoter Stat. Thebaid. 2.

Et iam Mygdoniis elata cubilibus alto
Impulerat cælo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excuſſa comas, multúmque ſequenti
Sole rubens: illi roſeus per nubila ſeras
Aduertit flammas, alienúmque æthera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat atque ipſi radios vetet eſſe ſorori.

116. TVM PATER TITAN] Non Phaëthontis pa- C ter, ſed ſimpliciter pater, vt Iupiter, Bacchus, aliique dij Patres antiquis. Eſt enim diuinitatis & dignitatis nomen, vt mater quoque, quamquam hoc cetiarum dearum. Vide Turneb. lib. 13. cap. 8. Additur ad differentiam aliorum deorum Titan: Hyperion enim Solis pater, vnus è Titanibus. Vtroque nomine crebrò videas appellatum, patris, & auſ ſcilicet.

VT TERRAS, MVND. RVBESCERE VIDIT] perfundi luce quadam rubenti, propter cælum rubens.

117. CORNVAQ. EXTREM. VEL. EVAN. LVNÆ] luce ſua paulatim deſtitui currentem infrà lunam, & deſinere apparere, ſolis luce augeſcente. Maius quippe lumen minus obſcurat.

118. IVNG. EQVOS VELOCIB. IMP. HORIS] Videntur Horæ Solis equis præeſſe, cùm omnia officia, & adiungere currui, & abiungere, & eos domi curate ad eaſdem pertineant. Apud Claudian. 1. de Raptu inuenies expreſſam huius loci imaginem. Inducit enim Plutonis currui, virginem rapturi equos Alecto furiam ſubiungere, & vt cæleſtes Ouidius ambroſia, ſic ille infernos Cocyti & Erebi tetris quibuſdam herbis nutrit:

——— Tortos inuiſa iugales
Alecto temone ligat: qui paſcua mandunt
Cocyti, pratiſq; Erebi nigrantibus errant,
Stagnaq; potantes tranquilla marcida Lethes,
Aegra ſoporatu ſpumant obliuia lingua.

VELOCIBVS HORIS] Si tempus ipſum conſideres, quod velox dicitur, meritò etiam horæ veloces, cùm temporis partes ſint. Lib. 15. vbi agitur de fluxu, ſeu fuga temporis, & partium eius: *neque enim conſiſtere flumen, Nec leuis hora poteſt.*

119. IGNEMQVE VOMENTES] Suprà:

Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis,
Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant,
In promptu regere eſt.

120. AMBROSIÆ SVCCO SATVROS] lib. 4.

Axe ſub Heſperio ſunt paſcua ſolis equorum.
Ambroſiam pro gramine habent. Ea feſſa diurnis
Membra miniſterijs nutrit, reparatq; labori.

Mirum ni ſint etiam hi equi immortales, propter ambroſiam qua veſcuntur: immortalitatem quippe id verbi ſonat, moreren turque dij, niſi ea veſcerentur. Et quia deorum alimonia, ideo ibidem cæleſtia pabula dicuntur. O fœliciſſimos ſolis equos! quippe deorum ὁμοδιαίτους.

PRÆSEPIBVS ALTIS] Ad altitudinem loci crediderim pertinere attributum hoc; vt cùm dicitur Stabula alta ferarum, ad ſaltus & ſyluas editiores in quibus ſtabulantur, habentque latibula ſua.

121. ADDVNTQ. SONANTIA FRÆNA] ſonantia, dum agitantur & concutiuntur.

Munit & ornat aurigaturum filium dolens Phœbus, & pericula denuo inculcans. Zodiacus deſcribitur. Phaëthon currum lætabundus conſcendit.

122. TVM pater ora ſui ſacro medicamine nati VII.
Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ,
Impoſuitque comæ radios: præſagáque luctus
125. *Pectore ſollicito repetens ſuſpiria, dixit:*
Si potes his ſaltem monitis parere parentis,
PARCE, PVER, STIMVLIS, ET FORTIVS VTERE LORIS.
Sponte ſua properant: labor eſt inhibere volantes.
Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
130. *Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,*

Zonarumque trium contentus fine, polumque
Effugit auſtralem, iunctámque Aquilonibus Arcton,
Hac ſit iter: manifeſta rotæ veſtigia cernes.
Vtque ferant æquos & cælum & terra calores,
Nec preme, nec ſummum moderare per aëra currum.
Altiùs egreſſus, cæleſtia ſigna cremabis:
Inferiùs, terras: MEDIO TVTISSIMVS IBIS.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem:
Neúe ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram.
Inter vtrvmqve tene: fortunæ cætera mando,
Quæ iuuet, & meliùs, quàm tu tibi, conſulat, opto.
Dum loquor, Heſperio poſitas in littore metas
Humida nox tetigit: non eſt mora libera nobis.
Poſcimur, & fulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu: vel, ſi mutabile pectus
Eſt tibi, conſilijs, non curribus vtere noſtris,
Dum potes, & ſolidis etiam nunc ſedibus aſtas;
*Dúmque * malè optatos nondum premis inſcius axes:* *malo
Quæ tutus ſpectes, ſine me dare lumina terris.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum,
Státque ſuper, manibuſque datas contingit habenas,
Gaudet, & inuito grates agit inde parenti.

122. ORA SVI SACRO MEDIC. N. CONTIGIT, &c.] vultum filij vnguento quodam cæleſti obleuit: alioqui tanta vi caloris, quantam ſol excitat, denigrandum & adurendum. A

124. IMPOSVITQ. COMÆ RADIOS] ſui capitis radios, quos ſuprà, cùm propiùs ad ſe accedere filium iuberet, depoſuerat, capiti & comis Phaëthontis impoſuit.

PRÆSAGAQ. LVCTVS SVSPIRIA] Quòd identidem ſuſpiria ducebat Phœbus, dimiſſurus à ſe aurigam iſtum, mali ominis erat.

126. SI POTES, HIS SALTEM MONITIS, &c.] Precibus & argumentis, vt cœpto deſiſteret, nihil promouit: monet ad extremum, ex amore paterno, de quibuſdem ſaltem adhuc cauendis, quæ ſi cauerit, videatur à periculo abfuturus.

127. PARCE, PVER, STIMVLIS, &c.] Primum est, ne inſtiget equos acriùs, ne vrgeat, quia ſponte ſua currant, vt eos inhibere difficile ſit. Subindicatur incredibilis celeritas ſolis, qui immenſum ſpatium in cælo breuiſſimo tempore conficit. Totus verſus ἀλληγορικῶς admonet nos, vt deſiderijs & affectibus noſtris habenas adducendas potiùs, quàm laxandas arbitremur; rariùs enim decipiemur, minuſque peccabimus. B

FORTIVS VTERE LORIS] Vt frena appellauit ſtimulos, ſic lora appellat fræna, monetque vt per ſe rapidos cohibendos potiùs, quàm incitandos nouerit.

129. NEC TIBI DIRECT. PLACEAT VIA, &c] Alterum monitum, de via obliqua tenenda. Quinque arcus vocat quinque zonas, de quibus dictum l. 1. Nõ vult illum per vllam zonam rectà incedere, ſed cõſuetum iter tenere. Quodnam illud: accipe.

A 130. SECT. IN OBLIQ. EST L. CVRV. LIMES] Per Zodiacum currendum (quem tamen vno die qui potuit percurrere, idque ab oriente in occidentem?) Sed hac de re actum antè, & reſponſum Scaligero. Pulchrè deſcribitur Zodiacus circulus, tribus verſibus, qui vtrumque tropicum à dextra læuaque attingit, & æquinoctialem interſecat, ab vtroque polo, ſeptentrionali & auſtrali remotus. Quæ omnia ex ſphæra artificioſa, ſeu factitia planiſſima fiunt. De hoc circulo Virg. 1. Georg.

Idcirco certis dimenſum partibus orbem
Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.

De eiuſdem obliquitate Propert. lib. 1. eleg. 4.

Aſpicienda via eſt cæli, verſuſque per aſtra
Trames, & ab zonis quinque peracta fides.

Ad viciſſitudines temporum, & varietates rerum B naſcentium, obliquitas Zodiaci opportuna eſt: ſub cuius ſignis duodecim ſol currens, alias atque alias terræ partes radijs ſuis vegetat. Alioqui naſcentium diuerſitas nulla exiſteret. Idem ſiquidem eodem modo ſe habens, non gignit niſi idem, vt ait Ariſtotel. lib. 2. de ortu & interitu cap. 9. Iam de ſignis Zodiaci, eorumque ordine ac ſerie, en tibi duos admodum tritos vulgateſque verſiculos:

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libráque, ſcorpius, arcitenens caper, amphora, piſces.

133. MANIFESTA ROTÆ VESTIGIA CERNES] Orbitam ſe effeciſſe frequentiſſimo decurſu dicit, & valdè quidem luculentam. De crebritate itineris & curſus ſui infrà ipſemet, *Satis*, inquit, *ab aui Sors mea principijs fuit irrequieta.*

134. VTQ. FERANT ÆQ. ET CÆL. &c. Tertium monitum. Cum ſit latus ille limes, vt dixit, monet, ne nimiùm vel aſcendat, vel deſcendat, ne vel cælo,

[illegible] e noceat: ſed me [illegible]

[illegible] in 7. dia [illegible]o. [illegible] ab ale he- [illegible] ten [illegible], ſimilim- [illegible] are ceratis pennis [illegible]

[illegible] te curras,
[illegible]
[illegible], nus aturat.
[illegible]

[illegible] rebus omnibus [illegible] & ceterum, [illegible] mox [illegible] commo[illegible] [illegible] Pythago- [illegible] tum [illegible] ius inus [illegible]

[illegible] γενεᾷ.
[illegible] modus [illegible] ſt.

[illegible] R [illegible] N T AD [illegible] ne appropinquet [illegible] pattem mun- [illegible] m ad [illegible] erpens, [illegible] mal[illegible] custo- [illegible] one ad alira [illegible] antar- [illegible] a T[illegible] tactis la- [illegible] ceru[illegible]. Hoc monitum poteſt [illegible] Zodia[illegible] tibus n[illegible]n excedendis co- [illegible] Sed om[illegible] quàm expreſſiſſimè & diſtinctiſ- [illegible] put[illegible] Et cùm monuerit de muta- [illegible] od [illegible] d ſupera & infera, nunc [illegible] d ad dextra & ſiniſtra, vt ita pla- [illegible] at [illegible] nihil tutius.

[illegible] R [illegible] M] Latus [illegible] mũdi Au- [illegible] & ſummiſſius eſt Aquilona[illegible] [illegible] obliquam tenemus.

[illegible] TENE] inter vtrumque la- [illegible] e[illegible] cede, in æqua diſtantia.

[illegible] quæ dice- [illegible] eſt, fortunæ, [illegible] cui eum, vt n[illegible] [illegible] pit

[illegible] perditum cum [illegible] inconſultiſſima.

[illegible] HVM. N X [illegible] ur um ſuum, quem inchoare-

A [illegible] eos ab Oceano, [illegible] id eſt, ad occidentem, qua ſol [illegible] bit, ab [illegible] te proh- [illegible] Lib [illegible]

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat ſol,
Et caput extulerat denſiſſima ſilentum nox.

Virgil. 2. Æneid. *Ruit Oceano nox.* Bigas ei tribuit idem lib. 5. *Et nox atra polum bigis inuecta tenebat.* Tibullus lib. 2. eleg. 1.

Ludite, iam nox iungit equos, currumque ſequuntur
Matris laſciuo ſidera fulua choro.

Noctem humidã ſæpiùs appellat Maro. 2. Æneid. *Et iam nox humida cœlo Præcipitat.* 4. *Quoties humentibus vmbris Nox operit terras.* 5. *Torquet medios nox humida curſus.*

143. N[illegible] MORA LIBERANDIS] differre quod mundo debemus non licet.

144. [illegible] FVLGENTE [illegible] AVR. [illegible] Illi enim purpureas fores, & atria plena roſarum eam patefecit [illegible].

B

145. VE[illegible] SI MVTAB. PEC[illegible] VS EST TIBI, &c.] Vſque ad extremum temporis punctum non deſinit Phœbus, quæ in ſe ſunt, facere & dicere omnia, quo iuuenem imprudentem & improuidum periculo eripiat.

147. SOLIDIS SEDIBVS] hoc eſt, dum in terra adhuc moraris, exponit Raphael. Quomodo in terra? nonne patrios ad[illegible] impiger ortus? quæ ſunt extrema verb[illegible] 1. Expone igitur, dum in regia mea adhuc [illegible] oraris apud me, nam quæ tibi emetienda eſt via, non eſt adeo ſolida, id eſt, tuta; ſed propter ſublimitatem periculo proxima.

149. QVÆ TVTVS SPECTES] Quid enim habet periculi intueri, non dicam ſolem, ſed lumen ſolis?

C

SINE MEDARE [illegible] VMINA TERRIS] Suprà, *ò lux immenſi publica mundi.* Infrà dicit, eius currum portare lumina terris.

150. OCCVPAT ILLE LEVEM. CORP. CVRRVM] Inſiluiſſe magis, quàm conſcendiſſe currum ſignificant hæc verba.

151. STAT Q. SV[illegible]ER] Etiam hoc, quòd non ſedet, ſed ſtans fræna corripit, auda[illegible] & alacritatem iuuenilem hominis arguit.

152. INVITO GRATE[illegible] [illegible] INDE [illegible] AR.] *Inde*, iam ſedens in curru. Gratiæ inuitis non debentur, quoniam beneficium ab inuito collatum, non eſt numerandum beneficium. Sed videndum tamen quis, [illegible] beneficiat, habendusque honor perſonæ, ſi non meritus.

[illegible] ca & infælix aurigatio, non ſine varijs & ingentibus rerum naturæ detrimentis. Ac primum equorum ferocia, & aſtra inſolitis afflata feruoribus.

VIII.

153 I[illegible] *us & Æthon*
[illegible] s [illegible] ue P[illegible] on [illegible] innitibus auras
154 *[illegible] u r repagula pulſant.*
[illegible] m [illegible] atori m[illegible] nara nepotis,
[illegible] fac[illegible] immen[illegible] atus,

Corri-

Corripuere viam, pedibuſque per aëra motis
Obſtantes ſcindunt nebulas, penniſque leuati
Prætereunt ortos iiſdem de partibus Euros.
Sed leue pondus erat: nec quod cognoſcere poſſent
Solis equi, ſolitaque iugum grauitate carebat.
Vtque labant curuæ iuſto ſine pondere naues,
Perque mare inſtabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere inſueto vacuos dat in aëre ſaltus,
Succutiturque altè, ſimiliſque eſt currus inani.
Quod ſimul ac ſenſere, ruunt, tritúmque relinquunt
Quadriiugi ſpatium, nec quo priùs ordine currunt.
Ipſe pauet, nec quà commiſſas flectat habenas;
Nec ſcit quà ſit iter; nec ſi ſciat, imperet illis.
Tum primùm radiis gelidi caluere triones;
*Et vetito fruſtra tentarunt æquore * tingi.* * mergi.
Quæque polo poſita eſt glaciali proxima ſerpens,
Frigore pigra priùs, nec formidabilis vlli,
Incaluit, ſumpſitque nouas feruoribus iras.
Te quoque turbatum memorant fugiſſe Boote:
Quamuis tardus erat, & te tua plauſtra tenebant.

153. INTEREA VOLVCRES PYROIS, &c.] Quatuor equos ſoli adiùgit. Pyroïs trahit nomen ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne, quaſi flammatus. Eous ab ἠῶς, aurora, matutinus. Æthon ab αἴθω, ardeo, vel curro. Phlegon à φλογὸς, quaſi flammis vrens: nó quòd naribus flammas efflare fingatur, hoc enim omnibus quatuor commune eſt, iuxta illud Maronis, lib. 12. *lucémque elatis naribus efflant.* A Fulgentio lib. 1. c. 11. mytholog. hæc illorum nomina didicimus. Erythræus, Æthon (non Actæon) Lampus, Philogeus. Cauſſas, ſeu notationes require ibidem, & conſule Gyrald. Syntagm. 7. Homerus tres nominat, Hygino teſte, fab. 183. qui dicuntur Atrax, Aſlo, Therhero. Martialis tantùm duos, Xanthum & Æthonem. *Quid cupidum Titana tenes? iam Xanthus & Aethon Frana vocant.* Eumelus Corinthius quatuor, mares duos, Eoum, quaſi dicas, matutinum, Æthiopem, flâmeum, qui coquat fruges: fæminas duas, Bronten, quę tonitrua procreat; Steropen, quæ fulgura. Nota & iſtuc, inter planetas omnibus tribui currus, Saturno & Mercurio exceptis. Quadrigam ſoli ſacram, ob quadripartitam anni viciſſitudinem, de qua ſuprà: vel quadruplicem diei horarum effectum, vt ibidem docet Fulgent. Iam verò non eſt incredibile, fabuloſam hanc aurigationem à Græcis ex hiſtoria Elię, 4. Reg. cap. 2. deſumptam, vbi ille curru igneo in cælum raptus narratur. Nec abludunt nomina ἠλίας, ἥλιος. Et Tertullian. Pentapolis incendio, de quo in Genes., natum ſentit, quod à poëtis de incendio Phaëthontæo canitur. Deſcriptis namque ignibus illis, Sodomitici ſceleris vltoribus cælitus demiſſis, ſubnectit hæc:

Hinc habet in falſo de vero fabula nomen,
Progeniem Solis currus optaſſe paternos,
Nec valuiſſe leuem puerum frænare ſuperbos
Ignis equos: arſiſſe orbem: tunc fulmine raptum
Aurigam, illicitum planctum mutaſſe ſorores, &c.

A 154. HINNITIB. FLAMMIFERIS] Quinam flammiferis, cùm hinnitus ſit accidens, nó corpus? Hinniendo etiam ore, non tantùm naribus ſpiritum igneum, hoc eſt, lucem igni ſimilem efflabant. De equis Plutonis 4. quorum nomina prodit, ſimile quiddam Claudian. 1. de Raptu. locum tranſcribo:

Orphneus crudele micans, Aethonq́; ſagitta
Ocyor, & Stygij ſublimis gloria Nycteus
Armenti, Ditiſq́; nota ſignatus Alaſtor,
Stabant ante fores iuncti, ſæuumq́; fremebant,
Craſtinæ venturæ ſpectantes gaudia prædæ.

Clariùs & venuſtiùs in Olybrium & Probinum Coſſ.

Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis,
Voluis inexhauſto redeuntia lumina motu:
Sparge diem meliore coma crinemq́; repexi
Blandiùs elato ſurgant temone iugales.

B 155. PEDIBVSQ. REPAG. PVLSANT] Repagula ſunt, quæ pateſaciendi gratia ita figuntur, vt è contrario oppangantur. Ita Feſtus. In carceribus ſeu repagulis ſtare dicitur, qui in procinctu ſtat paratus, expeditus, attentus, tubæ ſignum exſpectâs. In ſtadio locus, vnde curſum auſpicabantur, tranſuerſario fune, quo curſores & quadrigæ coercebantur, excluſos. Gręcis ὕσπληγξ, ἀφετήρ, βαλβίς, ἀφετηρία, & ἱππάφεσις. Iunius. Quemadmodum porrò ſpumantia fræna mandere, ita ferire & pulſare crebrò terram vngula, generoſorum equorum indicium.

156. THETYS FA[illegible] R. IGNARA NEP[illegible]. Clymene mater Phaëthontis, filia Thetyos. Ad The[illegible] & Oceanum hoſpites ſuos Phœbus curſu diurno peracto quotidie diuertit. Adiuuat igitur con[illegible]ium nepotis auia, & repagula equis iam ad currum iunctis pandit, neſcia quantum malum maneret adoleſcentem miſerum, immò verò miſerrimum.

157. FACTA EST IMMENSI COPIA CÆLI] Ad vagationem, & auios equorum curſus reſpiciens hoc ait.

ai. Nan [illegible] ce[illegible] & di cretum limi-tem qu[illegible] immer ſum cælum præſcri-plera [illegible]. *Poſtquam data copia ſandi.* [illegible] Virg. 1. Æneid. l. *Corripu-re via* [illegible] *mita monſtrat.* V[illegible]ler. Flaccus [illegible]. *In* [illegible] *laga proxima campi Corripuere.* V[illegible] [illegible]dere viam V[illegible]. 6.

[illegible] INDVNT NEBVLAS] Non [illegible] d corporibus, dum pedibus [illegible]. Nebula capio hic nubes. [illegible] ulæ qui puteram eſſe, cùm pur-[illegible] aperuiſſet. ἀσύστατα ſunt hæc.

P[illegible] Æ [illegible], &c.] Alipedes h[illegible] cauit antea qui propter [illegible] velut alas in pedibus habe-rent. A[illegible] præter Pegaſum, cui Bellero-pho[illegible] legere memini.

1[illegible] RT[illegible]AVS] [illegible]urus ſpirat ab o-rie[illegible] c[illegible]at aurigari Phaëthon.

1[illegible] SOLIS EQVI] C[illegible] e Sen[illegible]ebant pondus cur-ru[illegible] n[illegible] lum quia is corpore mau[illegible] a deus. Sed hic & mortalis, & ado[illegible] puer

162. S[illegible] GRAVIT CARI B.] Iugum pro curru, [illegible] tame[illegible] ſi ne pars quidem curru[illegible] iumentis imponitur, quæ dicun[illegible] biiugalia.

16[illegible] A[illegible] VRVÆ, &c.] Appoſitiſſima & plan[illegible] o: oam & nauim appellat currum C[illegible].

167. QV[illegible] IS VLAC SENSERE] tam leue pon-dus.

[illegible]8 N[illegible] RIVS ORO. CVRRVNT] de quo ibi, *[illegible] iquum eſt lato curuamine limes.* Zodia-cum intel[illegible]

1[illegible]O N[illegible] CIT QVA COMMISS. F. HABEN.] Præ A ingenti pauore inſtantis periculi & exitij, paterna monita animo exciderant, & neſciebat quà eun-dum, quid agendum. Adde equorum repugnan-tiam & contumaciam.

171. TVM PRIMVM RADIIS GELIDI, &c.] Inci-pit enumerare damna, quibus totum mundum in-doctus & ſtultus iſte auriga vexauit & afflixit. Nunquam antea ſolem ſenſerant ſeptentriones, aſtra duo, nempe vrſa maior & minor, quæ ſeptem ſtellis ſuis quaſi plauſtrum cum bobus geminis effi-ciunt, poſitaque ſunt ad polum arcticum, nec vn-quam occidunt. Latus illud mundi pigros campos vocat Horat. ode 22. lib. 1. vbi nulla arbor æſtiua re-creatur aura: vbi propter ſolis diſtantiam perpetua frigora, & æternæ niues.

172. ET VETITO F. TENT. ÆQ.] κατὰ πρόληψιν, ſeu per anticipationem. Nam poſtea Iuno ſe vlci-ſcens hoc effecit. Virgil. 1. Georg. *Arctos Oceani me-*B *tuentes æquore tingi.* In quem verſum vide Symb. meas, & infrà longè hoc libro. Ouidio inhæſerunt Claud. 2. de Raptu: *Vetito ſe proluit Arctos Aequore.* Senec. Medea: *Et vetitum mare tetigiſtis vrſa.* Rurſum Claudian. in Gigant. *Oceanum petit Arctos, inoccduique triones Occaſum voluere pati.*

1[illegible]5. SVMPSITQ. NOVAS FERVORIB. IRAS] Ser-pentes enim æſtu ſæuiores ſunt. Virgil. 3. Georg. *Sæ-uit agris, aſperq; ſiti, atque exercitus æſtu.* Salluſt. Quod genus ſiti magis, quàm alia re accenditur. Scholion ex edit. Lipſienſi.

177. ET TE TVA PLAVSTRA TENEB.] Bootes nomen illi inditum, quòd ceu bubulcus plauſtrum ſequatur. Boues autem tardi, ideò tardus proprium epithetō bubulci. Eclog. 10. *tardi venêre bubulci.* Pro-pertio ſegnis, Claudiano piger. Seneca Medea, *Fle-ctitq; ſenex Arctica tardus plauſtra Bootes.* Arctophylax præterea dicitur, quòd ceu cuſtos quidam vrſæ ad-hibitus videatur. Ex Crofan. in Obſeruat.

Phaethontis pallor, tremor, facti pœnitudo, ἀπορία, metus, equorum per ſupera effrænes curſus.

178. VT verò terras deſpexit ab æthere ſummo IX.
Infœlix Phaethon, penitus, penitusque iacentes,
180. *Palluit, & ſubitò genua intremuere timore:*
Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortæ.
Et iam mallet equos nunquam tetigiſſe paternos,
Iam cognoſſe genus piget, & valuiſſe rogando.
Iam Meropis dici cupiens, ita fertur, vt acta
185. *Præcipiti pinus Borea, cui cuncta remiſit*
*Fræna ſuus rector: quam dijs, * votiſque reliquit.* *ventiſque.
Quid faciat? multum cæli poſt terga relictum:
Ante oculos plus eſt: animo metitur vtrumque:
*Et m[illegible], quos illi * fas tum contingere non eſt,* *fatum.
190. *Proſpicit occaſus, interdum reſpicit ortus:*
Quidque agat, ignarus ſtupet, & nec fræna remittit,
[illegible]c retinere valet: nec nomina nouit equorum.
Sparſa quoque in vario paſſim miracula cælo,

[illegible]8 H[illegible]] magis intellectu & iudicio puer quàm ætate; verè enim pueriliter egit, dum maiora [illegible]ribus ſuis concupiuit. Supra Phœbus: *Parce puer ſtimulis* Sed illic blandimenti eſt, vt ſi diceret [illegible]ermanus a[illegible]oleſcenti filio, *mein kind*.

N[illegible] ADID. VD. VEN] Veneni abundantiam expre[illegible]. Et, *nigri* ab effectu. Liuidum & ſubnigium r[illegible]ddit corpus.

199. VVLNERA CVRVATA MINIT. CVSPID.] Ex Apuleio fabulam refert Pierius. Si ictus à ſcorpio ſuper aſinum ſederit, ad caudam conuerſus, tranſibit in aſinum dolor, & is pro percuſſo torquebitur. Quid ſi talis Apuleio, dum eſſet aſinus, inſediſſet? quàm f[illegible]ſſet, quàm calcitraſſet? Libidinem & laſ[illegible]iam pictus ſcorpius denotat, vt B docet Pierius [illegible]b. 16. cui humani corporis naturalia ſunt d[illegible]ata.

20[illegible] M[illegible] RTENDS, GELID. FORMID. &c.] Cic. ad Att ep[illegible]b. 6. Magna igitur, vt vides, ſollicitudine, magna [illegible]onſilij inopia afficior. Quid agam? quò me vertam? quẽ appellem? &c. Orationes huiuſmodi, mentis hæſitationem, & ancipites cogitationes ante oculos ponunt. Non erat miſerabili Phaëthonti parata gutta certi cõſilij, vt eſt in Pſeudolo. Formido gelida eſt, quia formidantes, ſeu timentes, ſanguine ad interiora refugiente, exterioribus frigent. Ouid. epiſt. 11. *Torpuerat gelido lingua retenta metu.* Fræna igitur, quæ nec retinebat, id eſt, A non adducebat, nec remittebat, nunc tandem deſperabundus remittit ac deponit.

201. QVÆ POSTQ. SVMMV, &c.] graphicè exſequitur, quantam ſibi audaciam ſumpſerint equi, ſimul ac fræna penitus dimiſſa, atque ita ſe omni lege ſolutos ſenſerunt.

202. NVLLO Q. INHIB. PER AVRAS, &c.] Quà nunquam antè iuerant, per ignotas ſibi aëris regiones, pro impetu ſuo ferebantur, nullo prohibente.

205. RAPIVNT Q. PER AVIA CVRRVM] Lucret. lib. 5.

Auia, cùm Phaëthonta rapax vis ſolis equorum
Aethere raptauit toto, terraſq; per omnes.

B 206. MODO PER DECLIVA] Syncope, pro declinia. Nam decliuis decliue, non decliuus decliuum Grammatica poſtulat. Quod ſequitur, *viaſq; præcipites*, ἐπεξήγησις eſt. Aldus legit, *per decliue*.

208. FRATERNOS EQVOS] Rectè *fraternos*. Æquè ſecundùm Heſiodum in Theogon. Hyperione & Thia prognata eſt luna. Quam, cùm à Sole lumen mutuetur, etiam Phœben à Phœbo nominarunt; equos item ei, & currum ſimiliter dederunt. Virgil. lib. 10.

Iamq; dies cœlo conceſſerat, almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulſabat olympum.

Ouidius 1. Triſt. eleg 3. *Lunaq; nocturnos alta regebat equos.*

Quantum damni factum in terris & aquis ex incendijs ſolaribus.

CORRIPITVR *flammis vt quæque altiſſima tellus,* X.
Fiſſáque agit rimas, & ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt, cum frondibus vritur arbos,
Materiámque ſuo præbet ſeges arida damno.
Parua queror: magnæ pereunt cum mœnibus vrbes:
*Cúmque ſuis totas populis incendia * gentes* * terras
In cinerem vertunt: ſyluæ cum montibus ardent.
Ardet Athos, Taurúſque Cilix, & Tmolus, & Oete,
*Et tum ſicca, priùs * celeberrima fontibus Ide,* * creberrima
Virgineúſque Helicon, & nondum Oeagrius Æmus.
Ardet in immenſum geminatis ignibus Ætna,
Parnaſſúſque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys,
Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimáſque,
Dindymáque, & Mycale, natúſque ad ſacra Cithæron:
Nec proſunt Scythiæ ſua frigora: Caucaſus ardet,
Oſſáque cum Pindo, maiórque ambobus Olympus,
Aëriæque Alpes, & nubifer Apenninus.
Tum verò Phaëthon cunctis è partibus orbem
Aſpicit accenſum, nec tantos ſuſtinet æſtus:
Feruentéſque auras velut è fornace profunda,
Ore trahit, curruſque ſuos candeſcere ſentit.
Et neque iam cineres, eiectatámque fauillam

Ferre

Ferre poteſt: calidóque inuoluitur vndique fumo;
Quóque eat, aut vbi ſit, piceæ caligine tectus
Neſcit, & arbitrio volucrum raptatur equorum.
Sanguine tum credunt in corpora ſumma vocato
Æthiopum populos nigrum traxiſſe colorem.
Tum facta eſt Lybie raptis humoribus æſtu
Arida: tum nymphæ paßis fontéſque, lacuſque
Defleuere comis: quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas vndas.
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manent: medijs Tanais fumauit in vndis,
Peneúſque ſenex, Teuthranteúſque Caycus,
Et celer Iſmenos, cum Phocaico Erymantho,
Arſuruſque iterum Xanthus, flauuſque Lycormas,
Quique recuruatis ludit Mæander in vndis,
Mygdoniúſque Melas, & Tænarius Eurotas.
Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orontes,
Thermodoónque citus, Gangéſque, & Phaſis, & Iſter.
Æſtuat Alpheus, ripæ Sperchiades ardent:
Quódque ſuo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum.
Et, quæ Mæonias celebrarunt carmine ripas,
Fluminea volucres medio caluere Caystro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitque caput, quod adhuc latet: oſtia ſeptem
Puluerulenta vacant, ſeptem ſine flumine valles.
Sors eadem Iſmarios Hebrum cum Strymone ſiccat,
Heſperióſque amnes Rhenum, Rhodanúmque, Padúmque,
Cuique fuit rerum promiſſa potentia Tibrim.
Diſsilit omne ſolum: penetrátque in tartara rimis
Lumen, & infernum terret cum coniuge Regem.
Et mare contrahitur, ſiccæque eſt campus arenæ.
Quod modò pontus erat: quóſque altum texerat æquor,
Exiſtunt montes, & ſparſas Cycladas augent.
Ima petunt piſces: nec ſe ſuper æquora curui
Tollere conſuetas audent delphines in auras.
Corpora phocarum ſummo reſupina profundo
*Exanimata * iacent. Ipſum quoque Nerea fama eſt,* * natant.
*Doridáque, & natas tepidis latuiſſe ſub * vndis.* * antris.
Ter Neptunus aquis cum toruo brachia vultu
Exerere auſus erat: ter non tulit aëris ignes.

210. VT QVÆQVE ALTISSIMA TELLVS] Ardebant ob æſtus magnitudinem & violentiam, quæ alioquin ignem non concipiunt, & altiora (quia currui huic viciniora) priùs, quàm depreſſa & humilia. A

211. FISSAQ. AGIT RIMAS] Nimia ſiccitas, ſeu ariditas rimas inducit. Tibull. lib. 1. eleg. 7. *Qualis & arentes cùm findit Sirius agros.*

212. PABVLA CANESCVNT] canitiē quandā gramina induunt, cinere in ipſis ex aduſtione relicto.

213. MATERIAMQ. SVO SEGES, &c.] Hoc ipſo quòd matura & arida eſt ſeges, faciliùs incenſa diſperit. Sed hæc parua. Subiungit maiora; vrbes integræ, populi, gentes eo incendio perierunt. Iam tu cogita, quàm latè patuerit, quantumq́; flammarum fuerit in terris, cū inſuper ſyluę totę, & montes maximi, Athos, Taurus, Tmolus, Oeta, &c. flagrarent.

217. ARDET ATHOS, TAVRVSQ. CILIX, &c.] Variorum locorum, regionumq́ue montes inflammatos enumerat, quoſdā nudis nominibus, quoſdam

dam cum adiunctis, qood in alijs alibi ſeruat.

218. CELERRIMA FONTIA. Ina] Ide, ſeu Ida mons Phrygiæ. Virgil. 2. Æneid. *Iamq; iugis ſumma ſurgebat Lucifer Idæ.* Et initio 3. *Claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.* A fontium frequentia Homerus πολυπίδακα vocauit: ob quod epitheton non ſtatim legerim *creberrima*: quando & in *celebris* & *celebritate* ineſt frequentiæ notio. Eſt & alius hoc nomine mons in Creta, de quo Anchiſes 3. Æneid.

Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto,
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula noſtræ.

Sed fontes omnes Idæ Phrygiæ illo die exſiccati ſunt.

219. VIRGINEVSQVE HELICON] Mons Bœotiæ Helicon, Muſis ſacer; Muſe autem virgines, quę inde Heliconides, & Heliconis alumnæ. Feſtiuè Lucretius lib. 3. de poëtis loquens: *Adde Heliconiadum comites.*

ET NOND. OEAGRIVS ÆMVS] nōdum Orpheus Oeagri filius ibi à Thracijs mulieribus per furorem dilaniatus fuerat. Itaque cognomentum hoc habere nondum poterat. Fabula eſt lib. 11.

220. ARDET IN IMMENS. GEMINAT. IGNIS ÆTNA] cùm alioqui ſuis ignibus continenter ardeat. De quo Lucret. lib. 6. Virgil. lib. 3. Æneid. Iuſtin. lib. 4. Cornel. Seuerus peculiari opuſculo. Vide noſtras Symbol. Prouerbij ſpeciem habet, quod eſt in Milite glorioſo Plauti: *Aetna nō æquè alta eſt.* Nam cùm dixiſſet iactabundus miles, *Plus mihi auri mille eſt modiorum Philippei*, ſubijcit facetè Palæſtrio, parī & inſigni hyperbole, *præter theſaurum Tam argenti montes non maſſas habet: Aetna non æquè alta eſt.*

221. PARNASSVSQ. BICEPS] De hoc lib. 1. *Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus, Nomine Parnaſſus*, &c. Ibidem annotata lege. Perſius prologo: *Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo memini.*

222. ET TANDEM NIVIS. RHODOPE CARIT.] Thraciæ mons, perpetuis coopertus niuibus. Nec mirum, quando & ipſa Thracia candida Horatio, propter crebras niues. Sed quomodo inpoſterum caritura? quia tanta vi ignium in cineres redigebatur, quod de alijs montibus non dicit.

223. NATVSQ. AD SACRA CITHÆRON] in quo Mænades Bacchi orgia perpetrant, idque creberrimè, vt ad ea ſacra natum putares. Vide extremum tertij. De his Virgil. 4. Æneid. comparans Didonem amoris impatiētia furentem cum furore Bacchæ:

Sæuit inops animi, totamq; incenſa per vrbem
Bacchatur, qualis commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusq; vocat clamore Cithæron.

224. NEC PROSVNT SCYTHIÆ SVA FRIG.] Scythia regio frigidiſſima. Ouid. 1. de Ponto el. 4. *Quid melius Roma, Scythico quid frigore peius?* Multa in iiſdem libris de frigore Scythico.

CAVCASVS ARDET, &c.] Caucaſus mons altiſſimus, vicinus Aſſyrijs, quos ab Indis ſecernit, ad quem ideo Prometheus affixus dicitur, quòd illic aſſiduò diuerſans, inde aſtra ſtudioſiùs contemplaretur, quæ propter vicinitatem maiora putabantur. Virgil. 4. Æneid. *duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.*

225. MAJOR Q. AMBOB. OLYMPVS] De excelſitate montis huius dictum eſt nonnihil lib. 1. Et neceſſe eſt miram fuiſſe, cùm cælum, quo nihil altius,

A huius tantummodo, non alterius cuiuſpiam montis nomine frequentiſſimè poëtis capiatur. Cùm autem plures ſint montes hoc vocabulo, intelligendus eſt is, quem in confinibus Theſſaliæ & Macedoniæ locant Geographi.

226. AERIÆQ. ALPES] Aeriū poëtæ nominant ſublime, excelſum. Nota eſt Alpiū, Italiam & Galliam à Germania diuidentium, ſublimitas. Alpinas niues memorat Virgil. eclog. 10. Furium Bibaculum in deſcriptione brumæ hoc verſu vſum, *Iupiter hybernas cana niue conſpuit Alpes*, deridet vrbanè Horat. ſat. 5. lib. 2.

227. TVM VERO PHAETHON CVNCTIS, &c.] Hactenus de montium incendijs ſigillatim. Quærat quiſpiam, quid interim egerit Phaëthon. Ex o-

B mni parte orbis, inquit, flammas aſpiciens, ſtupebat vtique, ſibique in fornace torreri videbatur, & ſe in curru ignito ſedere credebat; nec candentes fauillas ſurſum volitantes ampliùs ferebat; ac præ fumo quò pergeret, aut vbi eſſet, non videbat, atque ita in poteſtate raptantium equorum totus erat.

235. SANG. TVM CRED. IN CORP. &c.] Lepida cauſſa, cur nigri Æthiopes. Vide Rhodigin. lib. 16. cap. 15. Æthiopem lauare, dealbare prouerbia, nata ex fabella Æſopica. Adi Chiliad.

237. TVM FACTA EST LIBYE RAP. &c.] Cùm ſcripſit Virg. eclog. 1. *At nos hinc, alij ſitientes ibimus Afros*, de caloribus Africæ, quæ hic Libye αὐχμώδης, cogitabat; calores autem excitant ſitim.

238. TVM NYMPHÆ PASSIS, &c.] Propoſitio

C eſt, etiam tunc fontes, lacus & flumina exaruiſſe, quod præſidibus eorum nymphis & dolorem magnum dederit, & lacrymas excuſſerit.

241. NEC SORTITA LOCO DISTANT, &c.] Quin & flumina, quāuis lata, & ripis incluſa, non anguſta, vti fontes, exſiccata ſunt, perditis aquis ſuis. In quibus nominandis, præſertim tam multis, ne lectorem nudis & ſolis vocabulis parum delectaret, multa intermiſcet; quod & antea in tot montium incendio tenuit; item in canibus Actæonis lib. 3. facit. Virgil. quoque Georg. 4. fluuios enumerans aliquot, in mare labentes, idem præſtat. Et Claudian. Paneg. in Prob. nullum ſine epitheto profert, quod contrà facit Homerus Iliad. 13. vt noſter Lud. Cerdius obſeruauit.

245. ARSVRVSQ. ITERVM XANTHVS] Alio no-

D mine Scamander, fluuius Troiam præterlabens; ſed hoc ab hominibus, illo à dijs appellatus, vt teſtatur Homerus. Quo illum idcirco Virgilium ſemper, altero nunquam appellaſſe credit Erythræus in Indice; quòd rectiùs deos (vt par eſt) quàm homines vocabula rebus imponere exiſtimaret. Arſit porrò iterum belli Troiani tempore, cùm Vulcanus magnam vim ignis illi iniecit. Iliad. 21.

246. QVIQ. RECVRVAT. L. MÆAND. IN VND.] Plin. lib. 5. c. 29. Lydiam autem perfuſa flexuoſis amnis recurſibus, ſuper Ioniam procedit. Propert. lib. 2. eleg. 34.

Atque etiam vt Phrygio fallax Mæandria campo
Errat, & ipſa ſuas decipit vnda vias.

κατὰ παροιμίαν vtimur, cùm res nō candidè & ſimpliciter, ſed callidè & verſutis conſilijs agitur. Cic. in Piſon. Quos tu Mæandros, cùm omnes ſolitudines perſequeris, quæ diuerticula flexioneſq; quæſiſti? Eſt & genus picturæ Mæander, in morem labyrin-

byrinthorum flexuoſis ambagibus implexum, A quod oris chlamydum addi ſolet Virgil.lib.5.

Victori chlamydem auratam quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Plura Patæ niographus.

248. Arsit et Euphrates Babylon.] mediam quippe vrbem interfluit; rectè igitur Babylonius.

251. Quodq. svo Tag. amne vehit, &c.] Hiſpaniæ fluuius, Luſitaniam diuidens, & vltra Vlyſſiponem ſe in mare euoluens. Plin. lib. 4. c. 22. Tagus auriferis arenis celebratur. Martial. lib. 8.

Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro
Thermus, & Heſperio qui ſonat arbe Tagus.

Amnem auriferum vocat Catull. Iuuenal. ſat. 3. *Tanti tibi non ſit opaci Omnis arena Tagi, quodq. in mare voluitur aurum.* Nominantur & alij quidam fluuij auriflui, vt Pactolus, Hermus, Idaſpes, &c. Vide B Conimbricenſ. Meteorologica.

253 Flumine & volucres m. cal. Caystro] cygni, de quibus & Virgil. 1. Georg.

Iam varias pelagi volucres, & qua Aſia circum
Dulcibus in prata rimantur ſtagna Cayſtri.

254. Nilvs in extrem. fvg. &c.] Decantatiſſimus fluuiorum Nilus quem natura extulit ante humanos generis oculos (verba Senecæ) incertam habet originem. Variæ namque feruntur auctorum ſententiæ Cui placitum eſt, adeat Herodot. in Euterpe, Diodor. lib. 1. Strabon. Ptolemæum, Melam quoque lib. 1. cap. 10. Ariſtot. 1 Meteor. cap. 13. Seneca in lib. 4. Natural. cap. 2. & lib. 6. cap. 8. Plin. lib. 5. c. 9. Latet adhuc veritas, quemadmodum eius caput, ſiue fons, ſiue origo. Ammian. lib. 22. Arrian. de Alex. M lib. 4. Papin. Syluar. l. 4. Maffeium noſtrum C Indicar. hiſtor. lib. 1. Claudian. in poëmatio quo ipſum celebrat:

Fluctibus ignotis noſtrum procurrit in orbem
Secreto de fonte cadens, qui ſemper inani
Quærendus ratione latet: nec contigit vlli
Hoc vidiſſe caput: fertur ſine teſte creatus,
Flumina profundens alieni conſcia cæli.

Gaſpar Barzæus Belga, homo Societatis noſtræ, Armuzio, quæ eſt vrbs & inſula in ſinu Perſico, ſcribens anno 1549 refert, Nilum oriri in ditione quidem Pretoioânis (ſic regem Æthiopum vulgò appellamus) ſed à montibus ipſis, qui promontorio Bunæ ſpei coniuncti ſunt, & fluere poſtea in Ægyptum ſi montes longiùs diſtant à nobis, quàm môtes lunæ, vbi alij eundem fluuium erumpere litteris mandarunt. Cæterùm quomodo origo eius nôdum comperta eſt pro certo: ita cauſſa incrementi D nondum liquidò cognita, & ab iiſdem quos nominaui ſcriptoribus ſuper ea diſputatur. Diſerte autem ac fusè à Theophylacto Simocatta lib. 7. c. 17. hiſtoriæ Mauricianæ, quam nos latinam iampridem edidimus.

255. Occv. vitq. c. pvt] Tibull. lib. 1. eleg. 7.

Nile pater, quanam poſſim te dicere cauſſa,
Aut quibus in terris occuluiſſe caput?

Horat. ode 14. lib. 4. *Te fontium qui celat origines Nilus.* Ouid. 3. Am. eleg 5.

Ille fluens diues ſeptena per oſtia Nilus,
Qui patriam tantam non bene celat aquæ.

Ostia septem pvlvere vacant.] Virgil. Georg. 4.

Et diuerſa ſonans ſeptem diſcurrit in ora.

Et 6. Æneid.

Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

Adde his Catul. *Siue quâ ſeptemgeminus colorat Aequora Nilus.* Nomina oſtiorum hæc produntur à Plinio, Canopicum, Balbiticum, Sebenniticum, Phatniticum, Mendeſicum, Taniticum, Peluſiacum. Quodcunque elegeris ex his, mare eſt.

258. Padvmq.] Aliter Lucan. lib 2. ſolum hunc fluuium Phaëthonteo incendio reſtitiſſe. Verſus repræſento:

Cumq. diem pronum transverſo limite ducens,
Succendit Phaethon flagrantibus æthera loris,
Gurgitibus raptis penitus tellure peruſta,
Hunc habuiſſe pares Phœbeis ignibus vndas.

259. Cviq. fvit rer. promissa pot. Tib.] Tibrim, ſeu Tybrim Romana aqua irrigate, neminem fugit. Romanis autem rerum potentiam promittit Iupiter 1. Æneid dum Venerem conſolatur, *His ego nec rerum metas, nec tempora pono,* & quæ ſequuntur. Quem locum velut intento digito Ouidium demonſtrare voluiſſe, nullus ambigo.

260. Dissilit omne solvm, &c.] Suprà pareiùs, *Fiſſaq. agit rimas,* nempe, *vt quaq. altiſſima tellus.* At hîc longè ὑπερβολικώτερον, *diſſilit omne ſolum;* & quidem adeò latis hiatibus, vt in tartara vſque lumen non dici modò, ſed incendiorum quoq; penetret. Grandis hyperbole, ſeu exaggeratio.

261. E infernt, cvm conivg. reg.] Plutonem cum Proſerpina, quam ſibi vxorem rapit lib. 5. Etiam manibus ingratum eſſe lumen, indicat lib. 5 vbi narrans ex Typhoëi motatione, cui Sicilia incumbit, terram contremere ſolere, addit mox,

——— *Et rex pauet ipſe ſilentûm,*
Ne pateat (tellus) lateq. ſolum retegatur hiatu,
Immiſſuſq. dies trepidantes terreat vmbras.

Cæterùm vbi tunc illa coniux, ſi eam primò rapit L. 5. multo vtique ſeriùs quàm hæc facta finguntur? an eſt ἀναχρονισμὸς ἐν μεγάλοις ἀμάρτημα, commune cum magnis ſcriptoribus? quorum exempla aliquot producit Victor. lib. 3. cap. 3.

262. Et mare contrahit. sicc. æq. &c.] Quanium induſget ſibi Poëta? Quid fontes, & flumina? totum mare in campum arentem redactum eſt.

264. Et sparsas Cycladas avgent] numero ſuo ingentes ſcopuli ſimilitudinem quandam Cycladum, inſularum in orbem ſitarum præferebant. Virgil. 3. Æneid. *Sparſaſq. per æquor Cycladas.*

265. Ima petvnt pisces] Subaudi, dum diminui & exſiccari incipit mare.

267. Corpora phocarvm, &c.] vituli marini ſunt phocæ, Neptuni pecus; eorum paſtor Proteus. Horat. ode 2. l. 1. Deformes ſuprà, Virgil. 4. Georg. turpes nominat. *Summum profundum,* eſt fundum maris, alioqui mare. Virg. lib. 12. *Petet ille fugam, penituſq. profundo Vela dabit.*

268. Fama est] Modeſtia Virgiliana: *Fama eſt Enceladum, &c. Ve perhibent, &c.* in rebus fabuloſis.

270. Ter Neptvnvs aqvis, &c.] immò etiam quater, & ſæpiùs. Norunt ſtudioſi modum loquendi. Neptunum putat Cicero 3. de nat. deor. à nando dictum. Alij à nubendo, id eſt, tegendo, quòd mare nubat, hoc eſt, tegat terram.

Telluris

Telluris cum Ioue de ſuis, atque adeò totius naturę aduſtionibus & exuſtionibus ſeria expoſtulatio.

XI.

Alma tamen Tellus, vt erat circumdata ponto,
Inter aquas pelagi, contractóſque vndique fontes,
Qui ſe condiderant in opacæ viſcera matris,
Suſtulit omniferos collo tenus arida vultus:
Oppoſuitque manum fronti, magnoque tremore,
Omnia concutiens paulùm ſubſedit, & infrà
*Quàm ſolet eſſe fuit: *ſacráque ita voce profatur,* *ſiccaque
Si placet hoc, meruique, quid, ô, tua fulmina ceſſant
Summe Deûm? liceat perituræ viribus ignis
Igne perire tuo, cladémque auctore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipſa in verba reſoluo.
(Preſſerat ora vapor) toſtos en aſpice crines:
Inque oculis fumum: volitant ſuper ora fauillæ.
Hóſne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem,
Officijque refers, quòd adunci vulnera aratri,
Raſtrorúmque fero, totóque exerceor anno?
Quod pecori frondes, alimentáque mitia fruges
Humano generi, vobis quoque thura miniſtro?
Sed tamen exitium fac me meruiſſe: quid vndæ?
Quid meruit frater? cur illi tradita ſorte
Æquora decreſcunt, & ab æthere longiùs abſunt?
Quod ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit;
*At cæli *miſerere tui: circumſpice, vtrinque* *miſereſce
Fumat vterque polus: quos ſi violauerit ignis,
Atria veſtra ruent. Atlas en ipſe laborat,
Vixque ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta, ſi terræ pereunt, ſi regia cæli
In chaos antiquum confundimur, eripe flammis
Si quid adhuc ſupereſt, & rerum conſule ſummæ.
Dixerat hæc Tellus; neque enim tolerare vaporem
Vlterius potuit, nec dicere plura, ſuúmque
Rettulit os in ſe, propioráque manibus antra.

272 ALMA TAMEN TELLVS] De Tellure dea [illegible] l.5.c.20. Gyrald. Syntag. 1. pag. 41. Si alma [illegible], veriſſime alma tellus: quandoquidem [illegible] homines & iumenta alit, ſuſtentatque [illegible] pulcherrima proſopopœia & queri[illegible] [illegible] ia, quæ loquitur.

VT [illegible] CIRCVND. PONTO] lib. 1. *Circumfluus humor* [illegible] *tima poſſedit, ſolidumq́; coercuit orbem.*

2[illegible] C[illegible] VNDIQVE FONTES] [illegible] [illegible] rent in [illegible] tate æſtus, quos [illegible] [illegible] in [illegible] ige ant

2[illegible] [illegible] AM [illegible] Ad fontes hic [illegible] matris nomen, quos terra tanquã m[illegible] ex v[illegible] tur fundere. Alioqui etiam ge[illegible] [illegible] in [illegible] & animantium, vt dictum [illegible] *Magna parens terra eſt*, &c.

275 SVSTVLIT OMNI[illegible]OS VVLTVS] Omniparentẽ nominant Virg. 6. Lucr. [illegible] & 6. Itẽ Dædalã, à mistica rerũ varietate: δαιδάλλειν enim eſt variare. Et ſciendum, ex deabus, præter Cybelen, ſeu Berecynthiã, tantũ Tellurẽ ſeu Terram, Veſtã Matutam matres appellari. Briſſon. Formul. lib. 1. pag. 44. Franci[illegible] Iuniſin Parerg. lib. 3. c. 15. cenſet Ouid. reſpexiſſe ad ſimulacrũ Terræ Athenis, Iouẽ orãtis, vt è cælo imbrẽ demitteret, de quo Pauſan. in Att.

276 OPPOSVITQVE MAN. FRONTI] Quia caput duntaxat protendebat, ideo fronti incaleſcenti manus ſuccurrere, & flammis ſe opponere debebat, quæ ſtatim adeſt, vbicunque, ſeu quacunque in parte corpus læditur. Non tam fingit, quàm pingit ſæpenumero Ouidius: nec vllius poëtæ poëma magis eſt pictura loquens, quam huius noſtri ſtudij, quod in manibus habemus, in quo & ſimplius veri imaginem ineſſe affirmat in Trist. lib. 1. eleg. 6.

MAGNOQ. TREM. OMNIA CONCVT.] Poteſt huc valere carmen Eonianum, *Africa terribilis tremit horrida terra tumultu*. Quoniam velut de animante loquens, & de animante ratiocinante, quod eſt naturæ inſenſilis, ad ſenſum & voluntatem transfert.

277. PAVLVM SVBSEDIT, ET INFRA, &c.] Totum terræ corpus, cùm medium mundi occupet, & ſit vniuerſitatis centrum, & in rotundo medium ſit imum, quomodo ſubſidere & deprimi potuit? In motu aliquo ſingulari hoc fieri videmus. Fiunt hiatus, ex planitie valles, interdumque & vrbes in profundum hauriuntur. Verùm hæc in poëtis, delectationis ergò multa fingentibus anxiè penſanda non ſunt. Axioma iſtuc commenda ſis memoriæ.

278. SACRA VOCE] quia dea. Sacrorum ſacræ voces. Quod ſequitur *profatur*, pro eo Ciofan. in ſuis libris reperit *locuta eſt*.

279. SI PLACET HOC, MERVIQ. &c.] Ex abrupto, & cum indignatione orditur querelam ſuam. Enumerat vtilitates, quas ab ſe homines, dij, animalia percipiant, ob quas mater fœcundiſſima eſt habita; cælum autem, ſiue æther omnium ex ea prodeuntium velut pater: cuius irrigationes ſeminis inſtar, quod illa vtero ſuo exceptum foueat, indeque proles tam multigenas progeneret. Hoc cõiugium vocat Virg. Georg. 2. & illos cæleſtiũ aquarũ defluxus genitalia ſemina, & res inde procreatas, fœtus:

Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

De laudibus terræ copioſè Philo lib. de æternit. mundi, & de opificio Dei, Plin. lib. 2. cap. 63. Etiam, quod ad venena ſpectat, quæ producit, acriter eam defendit lib. 18. cap. 1. Laudationem Plinij deſcripſit Rhodigin. lib. 1. c. 4. Quid, & quomodo illi conueniat cum animali, Seneca lib. 3. Natural. c. 15.

281. CLADESQ. AVCTORE LEVARE] Igne (ſed Iouis igne) quàm iſtoc Phaëthontæo, & communi incendio perire, atque in cineres abire mauult Tellus, vt habeat in ipſa pœna aliquid ſolatij, more hominum, qui æquiore animo ab illuſtribus, magnique nominis iniuriam, cladem, detrimentum accipiunt, quàm à vilibus & obſcuris. Nileus Nili filius, quod mentiebatur, qui etiam in clypeo ſeptem illius oſtia partim argento, partim auro cælanda curauerat, Perſeo in pugna illa Phineïa:

Adſpice, ait, Perſeu, noſtræ primordia gentis:
Magna feres tacitas ſolatia mortis ad vmbras
A tanto cecidiſſe viro.

Conſule Symb. noſtras in illud Maronis li. 10. ſub finem, vbi Æneas Lauſum Mezentij filium obtruncans, inquit: *Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem. Æneæ magni dextra cadis.*

282. VIX EQVIDEM FAVCES, &c] Fumus fauces ingrediens verba præpedit; quia vocem intercludit & præfocat, quem opprimit.

285. HOSNE MIHI FRVCTVS, &c.] Virg. (ad quem locum poëta aſpexit) Æneid. 1. *Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra reponis?* Fructus hîc idem eſt quod honorarium, ſeu honor, quæ vox ſequens, priorem interpretatur. Cic. Cepi fructum immortalem veſtri in me amoris & iudicij. Ad Brut. ep. 3. Quo quidem die magnorum meorum laborum, multarumque vigiliarum fructum cepi maximum.

286. QVOD ADVNCI VVLNERA ARATRI FERO] Vulneratur terra, cùm vomere, qui eſt dens aratri, proſcinditur; cùm illi ſulci aratro infinduntur. Hinc & ſauciari dicitur lib. 1.

Ipſa quoque immunis, raſtroq́; intacta, nec vllis
Saucia vomeribus per ſe dabat omnia tellus.

Et 1. de Remed.

Colla iubet domitos oneri ſupponere tauros,
Sauciet vt duram vomer aduncus humum.

287. TOTOQ. EXERCEOR ANNO] 1. Georg. *Exercetq́; frequẽs tellurẽ, atq; imperat aruis*. Horat. Epod. ode 2. *Paterna rura bobus exercet ſuis*. Toto anno, inquit, aliquid enim operis ruri pæne ſemper ruſtici faciũt.

288. QVOD PECORI FRONDES] Pecus plerumque de minoribus animalibus, vt ſunt capræ, porci, oues, quæ in ſyluis & virgultis & agris paſcuntur; vt in pratis armenta.

ALIMENTAQ. MITIA FRVGES] Frondes enim, & gramina non ſunt alimenta mitia, humano generi puta. Frugum nomine frumenta, & arborum fructus cape. Sed illa niſi mola frangantur, & hi niſi excoquendo molliantur, ad ſtomachum nobis parum faciunt. Horat. cùm ſcripſit ep. 2. lib. 1. *Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati*, carpſit quoſdam, qui nulla alia re quàm numero cenſendi, nihil præſtarent egregium, niſi quòd ederent ac biberent, quaſi ad hoc vnum nati eſſent.

289. VOBIS QVOQ. THVRA MINISTRO] Cibo & potu egent etiam dij, ſed ambroſia & nectare, quę, vnde illis ſuppeditet, diuinemus. Si Terræ munus eſſent, meritò victum immortalitatis obijcere Ioui poterat. Fert ergo thuriferas arbores, vnde odores ſacrifici. Ac thure quidem abundare Sabæos, quomodo Indos ebore, propter copiam elephantorum, & alias regiones rebus alijs (nec enim omnis fert omnia tellus) Virgil. Georg. 1. animaduit.

290. SED TAMEN EXITIVM, &c] πάθος. Si non miſereris mei, ſed pro meritis maximis, vt peſſimè meritam, tam malè multandã & perdendã decernis, miſerere ſaltem fratris tui, cuius aquæ, regnum eius, mare videlicet, tãto æſtu decreſcit & exſiccatur: miſerere tuiipſius, ac cælicolũ tuorũ, quorũ ſedes cælum, vtroque polo iamiam arſuro, concidet.

291. TRADITA SORTE ÆQVORA] Lib 8. *Proxima terræ Regna vagis, dixi, ſortite tridentifer vndæ*. Apud Maronem 1. Æneid. ipſemet Neptunus de ſe, & Æolo ventorum rege, quem deſpectum it, *Non illi imperium pelagi, ſæuumque tridentem, Sed mihi ſorte datum.* Vide illic Symb. Diuiſionis huius inter fratres imperij meminit Homerus Iliad. 15. de eadem Apollodor. li. 1. Diodorus Siculus lib. 6. inde factum tradit, vt maris numẽ haberetur Neptunus, quia Cretenſes inuentionem artis nauticæ, & claſſis inſtitutionem Neptuno cuidam maritimæ rei præfecto tribuerint. Ita partitos inter ſe mundum tres fratres pulſo Saturno opinio fuit, vt Iupiter cæleſtia, Neptunus maria cum inſulis, Pluto inferna obtineret, terra communis foret. Cicero 1. de nat. deor. phyſicam huius diuiſionis interpretationem profert. Cornelius Seuerus in Ætna:

Scilicet haud olim diuiſo corpore mundi
In maria, ac terras, & ſidera, ſors data cælo
Prima, ſecuta maris, deſeditque infima tellus.

295. FVMAT VTERQ. POLVS] Ad Arcticum quidem deflexerunt curſum equi, vt tum primùm radijs gelidi triones incaleſcerent, &c quod ſuprà legimus. Ad Antarcticum quoque peruenisse ex o

conii-

[illegible] interiectis, equos [illegible] te per auras [illegible] git, tuiſſe [illegible] rapu[illegible] ergo pol[illegible] [illegible] epti & l[illegible]be- [illegible] cælum & [illegible] deorum atria, [illegible] q[illegible] non vid[illegible]

[illegible] ANN [illegible] X. [illegible] 4. [illegible]

[illegible] Aethiopum ocus eſt, vbi maximus Atlas
Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum.

Lege [illegible] de ha[illegible] lib. in Syn[illegible] b. No- [illegible] in upe[illegible] qu[illegible] p[illegible] totu[illegible] in ædificijs imagun- [illegible] pu[illegible] æ [illegible] mus animantis facie, quæ [illegible] el [illegible] ſu[illegible] ntant, Græcis Atlan- tes, [illegible] nunc[illegible] Rhodigin. l[illegible] c. [illegible] ex [illegible] verba adſcribam ex lib. 6. c. 10. *Item [illegible] qua vi[illegible] gura ſigna mutulos, aut coronas ſuſtinent no[illegible] la[illegible]ones appellant, cuius rationes quid ita, aut quare [illegible] n[illegible] non inueniuntur. Græci verò eos Atlantas vo[illegible] ant[illegible] [illegible] ex[illegible] in hiſtoria formatur, ſuſtinens mūdu.* V[illegible] de verbis. Vitruuian. ſignific.

[illegible] E[illegible] V[illegible]T, &c.] Concludit, [illegible]: Si p[illegible] hoc incendium m[illegible] [illegible] a, & [illegible] antiquum chaos reditur, ac ſalte[illegible] [illegible] [illegible]uum eſt conſerua. Ne, obſecro, to[illegible] [illegible]us [illegible] [illegible] & diſpereat. Admonetur occulte [illegible] no [illegible] Iupiter, quem præ ſe ferebat li[illegible] [illegible] n d[illegible]leod[illegible] humano fulmina in terras ſpargere non auderet, ne à tanta ignium vi cæ[illegible]um quoque corriperetur. Quamuis ſciret in fatis eſſe, vt aliquando mare, tellus, cælum ipſum arderet. De quo incendio ibi [illegible]ximus.

300. [illegible] R[illegible] V[illegible] N VL[illegible] V[illegible]M[illegible]] [illegible] lib. 1. Itaque rem inter ſe centum Patres, decem decuriis factis, ſingulíſque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, conſociant. Et lib. 3. Veniſſéque in periculum ſummam rerũ. &c. Apud Tacitum lib. 20. Annal. eſt, ſumma rei. Dicitur & ſumma belli, ſumma reipub. Pro ſuadeo tibi, auctor ſum tibi, con[illegible] [illegible] do tibi, caueant ſtudioſi dicere, conſulo tibi. Nam conſulere alicui, & alicuius rebus, eſt honori, ſaluti alicuius ſtudium ſuum & operam nauare; eum, quibus modis queas, iuuare.

301. NEQ. ENIM TOLERARE VAPOR. &c.] Suprà: *Vix equidem fauces has ipſa in verba reſoluo* (*Preſſerat ora vapor.*)

303. PROPIORAQ. MANIBVS ANTRA] Sicut dij aquatici in imis fluminibus, & maris dij ſimiliter in [illegible] mari finguntur habere ſua domicilia; ita & Telluri ſuum domicilium dat in ima terra. Et hæc hactenus de magno iſtoc à ſumma temeritate & audacia iuuenili exorto orbis terrarum incẽdio. ex qua fabula natum videri vult, quod à Moſe lib. Geneſeos narratur de exuſtione Sodomæ & Gomorrę Cel[illegible]us Epicureus; cuius falſiloquentiam aduerſus Chriſtianam religionem ſeriundit & contundit libris [illegible] Origenes. Meminimus in ſuperioribus.

Phaethon fulmine à Ioue curru excuſſus, & in Eridanum delapſus, à Nymphis ſepelitur. Eius epitaphium.

AT pater omnipotens, ſuperos teſtatus, & ipſum XII.
Qui dederat currus, niſi opem ferat, omnia fato
Interitura graui, ſummam petit arduus arcem,
Vnde ſolet nubes latis inducere terris:
Vnde mouet tonitrus, vibrataque fulmina iactat.
Sed neque quas poſſet terris inducere nubes
Tunc habuit; nec quos cælo demitteret, imbres.
Int[illegible]at, & dextra libratum fulmen ab aure,
Mi[illegible] in aurigam: paritérque animaque, rotíſque
**Expulit, & ſæuis compeſcuit ignibus ignes.*
Conſternantur equi, & ſaltu in contraria facto,
C[illegible]la iugo eripiunt, abruptáque lora relinquunt.*
[illegible]c fræna iacent; illic temone reuulſus
Axis; in hac radij fractarum parte rotarum:
Sparſáque ſunt late laceri v[illegible]igia currus.
At [illegible]haeton, rutil[illegible]s flamma populante capillos,
Voluitur in præc[illegible], longóque per aëra tractu
F[illegible]tu[illegible] vt int[illegible]du[illegible]n de cælo [illegible]o,
Quæ ſi non cecidit, pot[illegible] c[illegible]e videri.
Quem procul a patri[illegible] d[illegible] [illegible]ms orbe
Ex[illegible]pit E[illegible]danus: [illegible] abluit ora.
Naiades Heſper[illegible] ti[illegible] flamma

* [illegible]

* Excutiunt, ut ſit hypallage, pro iugum co[illegible] is excutiunt

Corpora dant tumulo, ſignant quoque carmine ſaxum:* *ſaxum [illegible] ſac[illegible]m.
HIC SITVS EST PHAETHON CVRRVS AVRIGA PATERNI:
QVEM SI NON TENVIT, MAGNIS TAMEN EXCIDIT AVSIS.

304. AT PATER OMNIPOTENS] Grauiore & pleniore maieſtatis attributo Iupiter celebrari non poteſt, quàm ſi appelletur omnipotẽs. Et hoc ſummũ eſſe deorũ indicat. Omnes enim alij circumſcriptã habent poteſtatẽ, Iupiter vniuerſam.

SVPEROS TESTAT. ET IPSVM, &c.] Teſtes inuocat Iupiter deos cælites, ipſumq́ue Phœbum, patrem Phaëthontis, qui filio (quanquam perinuitus, & dolens) currum permiſerat, ſe ad opem rebus propemodum perditis ferendam cogi. Lege dialogum Luciani Tom. 1. vbi ſeuera obiurgatiune Iupiter Solem inceſſit, ob temeritatem conceſſionis. Contrà Sol ſe excuſat. Agitur ibidem de infælici euentu aurigationis huius, & ſepultura Phaëthuntis. Obſeruandum, quod apud Stat. 1. Thebaid affirmat Iupiter, ſe ad corrigenda mortalium ſcelera ad infælicem hanc aurigationem, & commune incendium conniuiſſe, ſed fruſtrà. Verſus appono:

Atque ideo tuleram falſo rectore ſolutos
Solis equos, cælúmque rotis errantibus vri,
Et Phaëthontæa mundum ſqualere fauilla.
Nil actum eſt.

306. SVMMAM PETIT ARDVVS ARCEM, &c.] Cùm ſit altiſſimum in natura cælum, eſt tamen in ipſo aliquid altius illo; verticem cæli vocat Virgil. 1. Æneid. *Sic vertice cæli Conſtitit.*

307. VNDE SOLET NVBES, &c.] νεφεληγερέτα Ζεὺς, nubicogus Iupiter toties Homero.

308. VNDE MOVET TONITRVS] inde tonans, ὑψιβρεμέτης, altitonans Homero, & alijs Græcis.

VIBRATAQ. FVLMINA IACTAT] inde fulminator. Ita habes duobus verſibus triplicem eius poteſtatem.

309. SED NEQVE QVAS POSSET TERRIS, &c.] Ignem extinguit aqua, aquam ſuppeditant nubes per pluuias & imbres. Imbribus magnũ incendium reſtinguere cupiebat Iupiter; ſed ita exaruerat omnis humor, vt nubes inducere nullas valeret, atque ita nec imbres. Hinc illi exſuperat ira, & quod nondum cogitarat, puniendi aurigæ conſilium capit, eo modo quo ſequitur.

311. INTONAT, ET DEXTRA LIB. FVL. &c.] Virgil. 9. Æneid. *Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure.* Tonitru non fit ſine colliſione nubium. Atqui tum nullæ nubes erant, nec [illegible] e quibant, vt iam iam teſtabatur. Quomodo ergo intonuit? Audiſti eſſe omnipotentem. Poterat itaque tonare ſine nubibus. Horat. quoque, vt impiam & inſanam Epicureorum ſectam deſereret, quòd Iupiter, qui alioqui igne coru[illegible]co nubila diuideret, plerumque per purum, hoc eſt, ſerena cæli tempeſtate, egiſſet tonantes equos, volucremq́ue currum, ode 34. lib. 1. ſe impulſum ſcribit. Subiciet quiſpiam, Ergo & imbres demittere ſine nubibus. Sed iam monui, poëtarum figmenta non eſſe exigenda ad libellam & amuſſim veritatis. Dextra ab aure quod ait, geſtum tela mittentium expreſſit.

312. PA[illegible]ITE[illegible] Q. ANIMAQ. ROT. EXVIT] De hoc & Lucret. lib. 5. & incendium iſtuc ad cauſſas naturales refert:

At pater omnipotens, ira tum percitus acri,
Magnanimum Phaëthonta repenti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram, ſólque cadenti
Obuius, æternam ſuſcepit lampada mundi:
Diſiectóſque redegit equos, iunxitque trementes,
Inde ſuum per iter recreauit cuncta gubernans [illegible]

Pulchre, *anima exuit*. Infrà: *Corpus inane anima.* Plaut. Menæch. *Anima priuabo virum.* Anima, vita, ſpiritu priuare quempiam, vulgaria ſunt. Adducit in medium commentum hoc M. Tull. 3. Offic. vbi docet non eſſe ſeruanda promiſſa, quæ nihil conducãt iis, quibus promiſeris. Sol, inquit, Phaëthonti ſe facturum eſſe dixit, quidquid optaſſet. Optauit v[illegible] in currum patris tolleretur: ſublatus eſt, atq. inſanus, antequã cõſtitit, ictu fulminis cõflagrauit. Quãto melius fuerat, in hoc promiſsũ patris nõ eſſe ſeruatũ?

313. COMPESCVIT IGNIBVS IGNES] [illegible]. Ignis ignem non extinguit, auget potiùs. Sed flamma valentior, minus valentem oppreſſit: ſicut infirmiora à robuſtioribus in natura ſubiguntur in eodem genere.

314. CONSTERNANTVR EQVI, &c.] Fulmen enim illud non ſine grandi ſonitu veniebat. Deinceps diſtinctè & apertè quid equis & curru factum ſit, commemorat.

319. AT PHAETHON RVTIL. &c.] Caſus miſerandi aurigæ, ſimilitudine ſtellæ (vt quidem oculis vulgi, cauſſas rerum, & arcana naturæ ignorantis apparet, cùm ſit incenſa ſiccior exhalatio) noctu cadentis inducta. Seneca Medea:

Auſus æternos agitare currus,
Immemor metæ iuuenis paternæ,
Quos polo ſparſit furioſus ignes,
Ipſe recepit.

323. QVEM PROCVL A PATRIA] De patria Phaëthontis ſic Clymene mater, lib. 1. in extremo:

Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates.
Vnde oritur, terra domus eſt contermina noſtra, &c.

Sequitur mox:

Emicat extemplò lætus, poſt talia matris
Dicta ſuæ Phaëthon, & concipit æthera mente,
Æthiopaſque ſuos, poſitóſque ſub ignibus Indos
Sidereis tranſit.

Vides quàm procul à patria? quantum enim interuallum inter Orientem & Italiam, quæ in Occidente? nam Eridanus in Italia.

324. MAXIM. EXCEPIT ERIDANVS] Fluuiorum rex 1. Georg. Ita & ſubaudi. Silius li. 9 *Pater ipſe ſuperbus aquarum Auſonidum Eridanus.* E[illegible]m Ph[illegible]ëthontius amnis. lib 7. Laudatur a Lucano lib. 2 & propemodum Nilo & Iſtro par affirmatur:

Quoque magis nullum tellus ſe ſoluit in amnem
Eridanus, fractaſque euoluit in æquora ſyluas, &c.

Alio vocabulo Padus, quo & à Marone afficitur. li. 1. *Eridanúſque ferox,* Theſſaliæ fluuius a[illegible]pitur. Eridanum cæleſtem, diuino e[illegible] ſgentem h[illegible]bitu. & Alaricum Gothorũ [illegible]em de Roma in[illegible] ſlu[illegible]nt[illegible] tata obiurgante [illegible]nt Pan[illegible] v[illegible] [illegible] co[illegible]nſulat. Honorij Claudi. vbi & audacia Phaëthontæa illi dat crimini.

Siccine mutatus properas, Alarice, reuerti
Conſilio? Itala ſic iam te pœnitet ora?
Nec iam cornipedem [illegible]berino gurgite paſcis,
Vt rebare, tuens. Tibi, [illegible] nec figis aratrum
Collibus, ô cunctis [illegible]rebi digniſſime pœnis.

Tunc

[illegible] *em temtare* [illegible] *rum*
A[illegible] *e meus, improb*[illegible] *altem*
T[illegible] *thon: q*[illegible] *lmina praeceps*
[illegible] *dux flammea cali*
[illegible] *me*[illegible]*atur* [illegible] *na la*[illegible]*s,*
[illegible] *tem* [illegible] *eras diffundere vultu.*

[illegible] RE[illegible]ta tex, nam Italia [illegible] na. [illegible] neid.

[illegible] *ram* [illegible] *eſperiam venies, vbi* [illegible] *ydius arua* [illegible] *opima virum leni fluit agmine Tybris.*

[illegible] A [illegible] ulmen Iouis lucet, ferit, [illegible] tricu pe. lib. 2. *Cui dextra* [illegible] *ulm*[illegible] *ata ſt.*

32[illegible]. S[illegible] SAX [illegible] Addunt mu[illegible] um, & [illegible] ap[illegible], in quo animus [illegible] commendatur. Quæ [illegible] præ[illegible], iure c[illegible]m[illegible] hanc Phaëthontis

A [illegible] xcorde[illegible] & potentia ſua [illegible] Alciatus emblemat. LVI. [illegible] Con[illegible] ilio lup[illegible] er de præfracta [illegible] um, quo nec tot ful[illegible]na, ne[illegible] ncendium, ne[illegible] [illegible] *ampridem Cyclopum operoſa ſatiſſunt Brachia,* &[illegible]

328. QV[illegible] S. T[illegible] N. M. TAM. [illegible] ID. [illegible] S.] Politia[illegible] ad[illegible] Homerum [illegible] atino carmine [illegible] quo conatu ſu[illegible] um paul[illegible] ſolent[illegible] gl[illegible] aretur, & eruditorum iu[illegible] a ex[illegible] ceret, Card[illegible] Papienſis, iocosè ludens, [illegible] ec verba reſcripſit: Cenſeo operam inchoatam non eſſe deſerendam. ſi enim non aſſequeris id quod affectas, æqualis tamen tui Phaëthontis laudé [illegible] uenies, vt id[illegible] de ſuſcepto à te Homero, quod de inſcep[illegible]o ab illo curru [illegible]olari dicatur: *Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.* Vide epi[illegible] 6 & [illegible] h. 8.

Phœbi, Clymenes parentum, Heliadum ſororum mœror; vnde hæ in populos, earum verò lacrymæ in ſuccinum abierunt.

AT pater obductos luctu miſerabilis ægro XIII.
Condiderat vultus: &, ſi modò credimus, vnum
Iſſe diem ſine ſole ferunt: incendia lumen
Præbebant, ALIQVISQVE MALO FVIT VSVS IN ILLO.
At Clymene poſtquam dixit, quæcunque fuerunt
In tantis dicenda malis, lugubris, & amens,
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem,
Exanimeſque artus primò, mox oſſa requirens,
Repperit oſſa tamen peregrina condita ripa:
Incubuitque loco, nomenque in marmore lectum
Perfudit lacrymis, & aperto pectore fouit.
Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dant lacrymas, & cæſæ pectora palmis
Non auditurum miſeras Phaëthonta querelas
Nocte dieque vocant, aſternunturque ſepulchro.
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem:
Illæ more ſuo (nam morem fecerat vſus)
Plangorem dederant; e queis Phaëthuſa ſororum
Maxima, cum vellet terræ procumbere, queſta eſt
Diriguiſſe pedes. Ad quam conata venire
Candida Lampetie, ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet,
Auellit frondes: hæc ſtipite crura teneri,
Illa dolet longos fieri ſua brachia ramos.
Dumque ea mirantur, complectitur inguina cortex,
Perque gradus vterum, pectuſque, humeroſque, manuſque
Ambit: & extabant tantum ora vocantia matrem.
Quid faciat mater? niſi quo trahit impetus illam,
Huc eat, atque illuc, &, dum licet, oſcula iungat?

Non ſatis eſt: truncis auellere corpora tentat,
Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ.
Parce precor, mater, quæcunque eſt ſaucia, clamat:
Parce precor: noſtrum laceratur in arbore corpus.
Iámque vale: cortex in verba nouißima venit.
Inde fluunt lacrymæ, ſtillatáque ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis, quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit geſtanda Latinis.

329. AT PATER OBDVCT. &c.] A propinquiſſimis non immeritò lugemur, quia & ab iiſdem plurimum amamur. Quid porrò matre ac patre propinquius? quorum & ſanguis ſumus. Lugent ergo primùm Phœbus, & Clymene. Ille ſe videndū negat, vt ſolent qui lugent, & caret publico: hæc quæ fecerit, mox iudicatur, miranda nimirum.

330. SI MODO CREDIMVS] Proceſſit dies, & tamen ſol, qui eſt effector diei, genitorque coruſcæ lucis, vt nominat 2. Achilleid. Papinius, lucem ſuam non exprompſit. Quis hoc credat? Occurrit mox, & rem incredibilem facit probabilem; non vt verè dies fuerit, ſed quodammodo dies. Lib. 3. de Baccho inſerto Iouis femori, *Si credere dignum eſt.*

331. INCENDIA LVMEN PRÆBEB.] Lucet ignis, non tantùm vrit. Cùm igitur totus pænè orbis conflagraret, cui dubium ſit, fuiſſe lumen maius, quàm dij & homines optarent? Sic Æneæ 2. Æneid. alta nocte in regia Priami, iam à Græcis occupata *erranti. paßimque oculos per cuncta ferenti dant clara incendia lucem.*

332. ALIQVISQ. MALO F. VSVS IN ILLO] παραδοξῶδες. Quemadmodum nihil prodeſt, quod non lædere idē poſſit, vt dicit, & ἀντιστρόφως probat 2. Triſt. ita viciſſim nihil lædit fermè, quod idem non aliquo modo proſit. Res vtraque innumeris exemplis confirmari poteſt. De libris hoc affirmat librorum helluo Plinius, nullum eſſe tam malum, quin aliqua parte proſit. Teſtis huius dicti Plin. iunior C epiſt. 5. lib. 3.

333. QVÆCVNQ. FVER. INT. TECENN. MALIS] Lectori cogitandum relinquit, qualia Clymenes in morte vnici filij lamenta fuerint, eaque iuſta fuiſſe pronunciat; quippe in malis, & tantis malis, nempe acerbiſſimis.

335. ET LANIATA SINVS] Laniare capillum, ſinus, vultum, plangere pectus, brachia, omnia hæc in luctu mulieribus conſueta. Teſtimonia pete ex iis, qui de re funebri ſcripſerunt. Nos in Symb. Virgilianis, & in Commentarijs Ouidianis non pauca. Æneid 12. *Filia prima manu flauos Lauinia crines, Et roſeas laniata genas.* Ouid. lib. 12.

Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos,
Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis.

TOTVM PER ENSVIT ORBEM] Sicut Ceres, vt inueniret filiam viuam, ita Clymene, vt reperiret filium mortuum, magnam terrarum partem emenſa eſt. κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus alicunde cognouiſſe, extinctum iacere. Percenſere pro peragrare, perlugari, obſeruanda notio.

336. EXANIMESQ. ARTVS PRIMO, &c. Corpus integrum ad ſepulturam inuenire cupiebat. Sin minus, ſaltem oſſa, quæ flammis, quibus ipſe quo-A que interiiſſet, ſuperfuiſſent. Cenſetur ſepultus Iureconſultis, cuius vel ſola oſſa humo operiuntur.

337 PEREGRINA CONDITA RIPA] in extera & remotiſſima regione, puta, ad ripam Padi, ſeu Eridani in Italia, de quo ſuprà, *Naiades Heſperiæ,* &c.

338. INCVBVITQ. LOCO, NOMENQ. &c.] Quod corpori exanimo præſtitura erat, vt ipſum complecteretur, & perfunderet lacrymis, hoc tumulo eius præſtitit. Nec potuit quidquam maternius.

340. NEC MIN. HELIAD. LVG.] Quod quidem ad gemitus, lacrymas, planctus, queſtus attinet, nihil matri conceſſerunt Heliades: ipſum tamen cum ea per orbem non quæſiuerunt: nec tantopere fleuerunt, quamuis æquè, ſeu vnà fleuerint.

B INANIA MVNERA] Solon obiicienti inanem fletum in morte filij, reſpondit, ſe ob hoc ipſum flere, quia flendo nihil proficeret. Sed humanitas & naturæ conſenſus lacrymas, quanquam inanes, extorquent. Anchiſes apud inferos 6. Æneid. de Marcello, Octauiæ ſororis Aug. filio adoleſcente, tanquam mortuo, qui multis pôſt ſæculis erat naſciturus, πλεοναστικῶς videlicet,

Purpureos ſpargam flores, animámque nepotis
His ſaltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

344. LVNA QVATER IVNCTIS, &c.] Periphraſis quatuor menſium. Tranſit ad metamorphoſin Heliadum. Epiſt. 2. Heroid. *Cornua cùm lunæ pleno ſemel orbe coiſſent.* Virgil. 3. Æneid. *Tertia iam lunæ ſe cornua lumine complent.*

345. MORE SVO] non quòd morem antea quoque habuiſſent ſic continenter plangendi: ſed quia diu & ſæpe planxerant, iam ea res illis in conſuetudinem verterat.

346. E QVEIS PHAETHVSA SOROR. MAX. &c.] Sorores Phaëthōtis Merope, Helie, Ægle, Lāpetie, Echetie, Dioxippe. Hygin. fab. CLIV. Verùm Ouid. ſtatuit tantùm tres, vt vides, nec tertiam nominat.

349. CANDIDA LAMPETIE] Candoris nomine forma, & venuſta facies notatur aliquando. Catul.

Si tecum attuleris bonam atque magnam
Cœnam, non ſine candida puella.

D Lib. 13. noſter: *Candidior folio niuei Galatea liguſtri.*

351. HÆC STIPITE CRVRA TENERI] Hoc ad Phaëthuſam referendum.

352. ILLA DOLET FIERI &c.] Hoc ad Lampetien. Poteſt quoque ad tertiam ſpectare, quam pro crinibus frondes velliſſe autumat.

357. HVC EAT, ATQ. ILLVC, &c.] Par in vnamquamque amor, par officium exigebat. Nec tamen vltra oſcula quidquam poterat, quibus ſolis accipiendis adhuc facies extabat.

361. PARCE, PRECOR, MATER, &c.] Præ dolore

mattem

[illegible]bat; non enim lædere filias, ſed [illegible]uerti nunc in lignum deſiderabat.

[illegible] VERBA NOVIS VENIT] His vl[illegible] meis, quæ ad te facio, interuenit cortex, [illegible] dure[illegible]it os meum.

[illegible] LACRYMÆ] Rem naturalem [illegible]al as, ad fabulam accommodat. Padanas [illegible] vocauit: has ſorores iuxta Padum, ſiue Eridanum, in populos conuerſas Solin. cap. [illegible] vbi de ſuccino agit poëtarum more locutus [illegible]tique, quibus [illegible]loa pro vna etiam arbore. In populos vertun[illegible] & 10. [illegible] neid. ſed eclog. 6. in alnos.

Tum Phaethontiadas muſco circundat amaræ
Corticis, at[illegible] lo proceras erigit alnos.

RIGE[illegible] LECTRA NOVIS] Electrum latine [illegible]um. [illegible]eſtiuum epigramma Martialis, de formica electro implicita, ex lib. 6. huc adſcribam:

Dum Phaethontea formica vagatur in vmbra,
Implicuit teneram ſuccina gutta feram.
Sic modò quæ fuerat vitâ contempta manente,
Funeribus facta eſt nunc pretioſa ſuis.

Aliud eiuſdem lego lib. 4. de vipera item electro incloſa, quas Heliadum lacrymas appellat. Irridet narrationem hanc Ouidianam vt fabulam Plin. lib. 37. cap. 3. & inde etiam affirmat, quòd tranſpadanæ agreſtium fœminæ (Padum puta accolentes) loco monilium, & decoris & medicinæ gratia ſuccina geſſent. Iuuenali ſat. 5. pocula ex electro dicuntur Heliadum cruſtæ, vt animaduertit Delrius Comment. in Hercul. Fur. pag. 308. & ſeq. vbi de electro multa memorabilia, ex auctoribus non ignotis.

Cygnus Ligurum rex cognatum Phaëthontem ad flumen deplorans, in auem ſibi cognominem transformatur.

Affuit huic monſtro proles Sthenelëia Cygnus: XIV
Qui tibi maternoquamuis à ſanguine iunctus,
Mente tamen, Phaëthon, propior fuit. ille relicto
Nam Ligurum populos, & magnas rexerat vrbes)
Imperio, ripas virides, amnémque querelis
Eridanum implerat, ſyluámque ſororibus auctam:
Cum vox eſt tenuata viro, canæque capillos
Diſsimulant plumæ: collúmque à pectore longè
Porrigitur: digitóſque ligat iunctura rubentes:
Penna latus velat: tenet os ſine acumine roſtrum:
Fit noua Cygnus auis, nec ſe cælóque Iouique
Credit, vt iniuſtè miſſi memor ignis ab illo.
Stagna petit, patulóſque lacus, ignémque peroſus,
Quæ colat, elegit contraria flumina flammis.

AFFVIT HVIC MONSTRO] Monſtrum à monendo, velut moneſtrum, quòd ſcili[illegible] futurum moneat. Monſtra dicuntur [illegible]aturæ modum excedentia, vt ſerpentes cum pe[illegible]s, auis cum quatuor alis, homo duobus capi[illegible], ſecur cum diſtabuit in coquendo. Hæc Feſtus. Poteſtne igitur quidquam monſtroſius fieri, qu[illegible]m vt homo euadat in arborem? Rectè itaque mut[illegible]tionem iſtam Heliadum in populos monſtrum vocanit.

[illegible]. MAT[illegible]RNO A S[illegible]NG. IVNCT[illegible]VS] Mater Cy[illegible]orraſſe ſoror fuit Clymenes. Nam vox ſan[illegible] arctam admodum cognati[illegible]nem indicat.

[illegible]9 ME[illegible]T TAMEN P[illegible]OPIOR] Lege iubemur [illegible]re c[illegible]gnatos. Iſocrates autem ad Demoni[illegible]n amicitia inſtituenda plus lon[illegible]e virium [illegible]it [illegible] natura, quàm in lege; in moribus, quàm in [illegible]ete, in vo[illegible]ptate quàm in neceſſitate. Inde & [illegible]nicum Demonici patrem lauda[illegible], qui ſui ſtu[illegible] pluris fece[illegible], quàm genere propinquos. [illegible] ingeniorum ſimilitudo, ſtudiorum, ſen[illegible]taru[illegible], voluntatum ſumma conſenſio perfectam creant amicitiam. ὁμοιότης τῆς φιλότητος μήτηρ, ſimilitudo mater eſt amoris. Cicero alicubi teſtatur, T. Pompon. Atticum ſibi ipſo Q. fratre ſuo chariorem eſſe.

RELICTO IMPERIO] Inde magnitudo amoris patet, quòd deſerta ſede regia & regno, in alienam ditionem, amicum deploratum profectus eſt.

372. SYLVAMQ. SORORIB. AVCTAM] ſiue populis, ſiue alnis, de quo ſuprà.

373. CVM VOX EST TENV. VIRO, &c.] Nihil mirabilius ac iucundius in hoc opere, quàm transformationum deſcriptiones graphicæ, & oculis ipſis ſubiectæ. Melius in hac laude cum Apolline, quàm in cantu Marſyas, decertauerit Ouidius.

CA[illegible] CAPILL. DISSIMVL. PLVMÆ] Cur non dixit *ſimulant*? Simulamus enim quod non eſt, diſſimulamus quod eſt. Plumæ illæ canitiem imitabantur; [illegible] erat falſa & mentita canities.

374 C[illegible]LLVMQ[illegible]E A PECTORE LONG. PORRIGIT.] Inter aues grus & cygnus potiſſimùm longitudine [illegible]lli, [illegible] inter quadrupedes camelus, excellunt, δολιχόδειροι.

375. DIGITOSQ. LIG. IVNCT. RVB.] Non rubebant digiti Cygni: ſed intelligendũ ex his verbis, cygnos habere pedes rubentes, & in iis digitorum quandam figuram, cartilagine rubra inter ſe deuinctorum. Et hi ſunt veri germanique cygni. Nam qui apud nos a ſummatibus in hortis plerũq; riuis & aquulis innatantes aluntur, pedibus ſunt atris, vt eſſe genus ſpurium & agreſte ſit credibile.

376. PENNA LATVS VELAT] De alis hoc capiendum, quæ pennis, non plumis conſtant: quanquam & plumis latus velatur, ſed nudum.

TENET OS SINE ACVMIN. ROST. Dictum quaſi, os excurrit in roſtrum, & quidem obtuſum: ſunt enim auium multarum tam acuta roſtra, vt baccas, & grana obtecta tam expeditè ab iis poſſe carpi mirum ſit.

377. FIT NOVA CYGNVS AVIS] Cygnus fit noua auis, id eſt, ante id tempus nunquam viſa, & nomen priſtinum retinet. Eandem mutationem ſubit lib. 12. Cygnus Neptuni filius, ab Achille obtruncatus, manente vocabulo: quod in his libris poſt tranſmutationem retinuerunt non pauci, Narciſſus, Echo, Atlas, Arethuſa, Cyane, Arachne, Philomela, Perdix, Cypariſſus, Hyacinthus, Syrinx, Egeria, Alcyone, &c.

NEC SE CÆLOQ. IOVIQ. CRED. &c.] Lepidam cauſſam comminiſcitur, quare cygnus Ioui & cælo ſe non credat, odium ignis ab eo in cognatum & amiciſſimum Phaëthõtem miſſi; fulminis, inquam, quo illum rotis & anima exuit, vt audiſti, quaſi metuat, ne idem ſibi quod Phaëthonti chariſſimo, eueniat. Cauſſa vera eſt, quia propter pondus corporis altiùs ſubuolare cygni nequeunt. Tametſi Vergil. 1. Æneid. illos altiuolantes facit: *Aſpice bis ſenos*, &c.

378. VT INIVSTE MISSI] ex querimonia Phœbi, quæ infrà ponitur, hoc liquebit, dum excuſabitur Phaëthon.

379. STAGNA PETIT, PATVLOSQVE LACVS] ἀμφίβιος cygnus, viuit enim in aquis & terris. Vergil. 11.

Haud ſecùs atque alto in luco cùm fortè cateruæ
Conſedere auium, piſcoſóue amne Paduſa,
Dant ſonitum rauci per ſtagna loquentia cygni.

Patulum, inquit Seruius, quod per ſe patet naturaliter, vt nares, arbor; patens eſt, quod aperitur & clauditur, vt oſtium, oculi. Ergo patulis lacus. Ita 1 eclog. & 1 de Orat. Platanus patulis diffuſa ramis.

380. CONTRARIA FLVM. FLAMMIS] Aqua reſiſtit, & vincit ignem. Conſulit ergo ſibi cygnus, dum aquas habitat, & à Ioue ſibi non timet idcirco. Quoniam cygnus auis maximè canora vulgò creditur, & in Gallia Tranſpadana Ligurum rex Cygnus muſicæ laude clarus, cùm deceſſiſſet, ab Apolline in ſui nominis auem mutatum memorarunt, vt auctor eſt Pauſan. in Atticis.

Phœbus ſqualidus, mœſtus, Ioui ſuccenſens, conſuetam functionem detrectat. Tandem aliorum diuûm auctoritati cedit, & in equos collectos ſtimulo ac verberibus ſæuit.

XV. *Squalidus interea genitor Phaëthontis, & expers*
Ipſe ſui decoris, qualis cùm deficit orbi
Eſſe ſolet, lucemque odit, ſeque ipſe, diemque,
Dátque animum in luctus, & luctibus adijcit iram:
Officiúmque negat mundo. Satis, inquit, ab æuo
Sors mea principiis fuit irrequieta: pigétque
Actorum ſine fine mihi, ſine honore laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus.
Si nemo eſt, omnéſque dei non poſſe fatentur,
Ipſe agat, vt ſaltem, dum noſtras tentat habenas,
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc ſciet, ignipedum vires expertus equorum,
Non meruiſſe necem qui non bene rexerit illos.
Talia dicentem circumſtant omnia Solem
*Numina; neve velit tenebras inducere * terris,* *rebus.
Supplice voce rogant: miſſos quoque Iuppiter ignes
Excuſat, precibúſque minas regaliter addit.
Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes
Phœbus equos, ſtimulóque dolens & verbere ſæuit.
Sæuit enim, natumque obiectat, & imputat illis.

3 Squa-

[illegible] VENIT. [illegible] De m[illegible] [illegible] mulieri, luctu n[illegible] aliquanto acc[illegible] unt alioqui l[illegible] ma[illegible], qu[illegible] c de paterno luctu. De- cus [illegible] expers, qoonium, vt an- tea [illegible] at v[illegible] tus luctu ægro ob- d[illegible]

[illegible] V[illegible] DEFI[illegible]IT ORBI[illegible] cùm obie- [illegible] poris obſcuratur. Cum, vt Virg. [illegible] *Caput obſcura nitidum ferrugine te-* [illegible] nunquam enim toti mundo ſimu[illegible] d[illegible]

[illegible] V[illegible] Q[illegible] IPSE DIEM Q[illegible] Su n- mu[illegible] n[illegible] expreſſit. Lu- gen[illegible] os [illegible] olos, & latebras quæ [illegible] re [illegible] tiſtitia ipſa pa[illegible], & a[illegible] ac de vindicta cogitare, n[illegible] innocentibus, offi[illegible] re vel[illegible] e, vt ſequitur.

[illegible] IVND[illegible] Aurora ſimi- li[illegible] Paralip. nece [illegible] filij ſi[illegible] cui Achilles animam [illegible] in mortalibus lucem [illegible] bit[illegible]ram, quò anima [illegible] *ἐν ἐοῖο* [illegible] [illegible] *φαείνειν*, &c. Timet ta- m[illegible] a[illegible]u[illegible]ctione[illegible] tedit.

S[illegible] VL[illegible] S ME[illegible] P[illegible] IN. &c.] Ora- [illegible]o b[illegible] abunda aduerſus Iouem, quẽ p[illegible] ato & inhumano arguit. I[illegible] ſuam, propter aſſiduam c[illegible] *principijs*, à conditio mun- do[illegible] Cicer. 4. Academ. Sol, q[illegible] ur, vt celer[illegible]tas e[illegible] s quan- [illegible] ſit, n[illegible] tamen ſtare v[illegible] a[illegible] imperium [illegible] & lu- [illegible] Anaxarchi hoſtes [illegible] *Non fuit antea, nec poſt- ea* [illegible] *o voci hominis, & pugnante* p[illegible]

[illegible] E, &c.[illegible] longi atque [illegible] entati laboris[illegible] pigere [illegible] SVI[illegible] magnum in labore ſo- [illegible] præmium ſeu merce- [illegible] affirmante, non de- [illegible]

[illegible] AG. PORTANT. &c.] [illegible] nuat, cui præter ſe oe- [illegible] us videatur, ne ipſe [illegible] magis in conſulti adole- [illegible] endum tu[illegible] nec in eum [illegible] Suprà:

F[illegible] am. [illegible] *uod* [illegible] *contingere fas eſt,*
a[illegible] *P*[illegible] *qui* [illegible]
[illegible] *qui quam conſiſtere in axe*
[illegible] *o. va[illegible] quo [illegible] rector ol[illegible]*
[illegible] *urru*[illegible] *maius habetur*

[illegible] A[illegible] V[illegible] ntes [illegible] *O lux imm*[illegible] *pa*[illegible]

[illegible] N.[illegible] M. [illegible] pl[illegible] [illegible] plu[illegible] vitur, [illegible] [illegible] naro [illegible] mea m[illegible] ta.

A 392. IGNIPED. VIRES EXPERT. EQVOR.] Alipe- des antea, vbi illorum pernicitas notabatur: quam eãd[illegible] hoc epitheto, & vnà impetũ ferociãq; notat.

393. NON MER[illegible] ESSE NACEM, QVI NON, &c.] Argumentum euidens. Si nullus deorum præter Phœbum poſſit hos equos regere, quomodo rege- ret merus homo, & adoleſcens? Cur ergo commi- ſiſti tam grauem & difficilem operam adoleſcenti? obiiciet aliquis. Reſpõdebit Phœbus, Neſcieram petiturum; & iureiurando interpoſito, ſtandum fuit promiſſis. Promiſerã daturũ quidquid peteret.

394. TALIA DICENT. CIRCVMSTANT, &c.] Summa ex rei neceſſitate Phœbo etiam apud deos comparata auctoritas oſtenditur. Oportuit omnes deos, atque adeò ipſum Iouem ſopplices illi fieri, ne ſempiterna nocte mundum damnaret, dum of- ficio ſuo de cætero fungi vſuramque lucis mortali-
B bus impertiri iratus recuſat. Purgat ſe, rogat, & ni- hilominus minatur quoque Iupiter, vt reges ſolent, quorum preces armatæ ſunt.

397. PRE[illegible] IB. MIN. REGAL. ADDIT] De Iunone ad inferos deſcendente, & Furias cõtra Athamantem Thebanorum regem euocante, lib. 4. *Imperium, pro- miſſa preces confundit in vnum.* Regum preces impe- ria: ob formidabilem enim potentiam nemo quid- quam denegare illis audet. Auſon. *Potentiſſimum im- perandi genus eſt, cùm is rogat, qui iubere poteſt.* Quanto igitur vis maior adhibetur à regibus, cùm precibus quoque minas manifeſtas adiungunt? Etſi autem moderari currum, niſi Phœbus, nemo vel homi- num, vel deorum poteſt, ipſe tamen Phœbus à Io- ue, vt diuûm rege, puniri poteſt, & punitus eſt ali- quando, vt audiemus.

[illegible]8. C[illegible]LLI[illegible] AMENTES, &c.] Quomodo a-
C m[illegible]es, cum in ijs natura nulla ſit mens? cùm men- t[illegible]aces non ſint? Gerebant ſe vt amentes; nec terrore carebant etiam ipſi, qui eos periode vt Phaëthontem obtinebat.

[illegible]99. STIMVLOQVE DOLENS, ET VERBERE SÆ- VIT] nunc ſtimulo eos fodit; nunc eodem ſtimulo eorum terga diuerberat. V[illegible]tur ſe vt poteſt, & tanquam cum ratione præditis agit, qui ſciant, quid admiſerint & cur ſic vapulent. Nam & voce illos compel[illegible]t, vt mox ſubditur.

4[illegible]0. NATV[illegible]QVE OBIEC[illegible]ET IMPVT. ILLIS] Ipſorum ſuperbia & contumacia filium periiſſe cla- mu[illegible] loqu[illegible]tur & equum [illegible] cui nomẽ Rhœ- bos, in[illegible] apud Virgil. Mezentius, vt Achilles 19. Iliad. ſuos Xanthum & Balium, vbi & Xanthus do- mino reſpondet. Loquentur & ſaxa, ſi placuerit pu[illegible]tis: tanta illis licentia. Sciti[illegible]ſime Claudian. pa-
D negyri in IV. conſulatum Honorij, The[illegible]do[illegible]ium Magnum Aug. turbatam Imperium in priſtinam [illegible]anqui[illegible]litatem & ordinem reſtituentem, cum Phœ- bo, poſt tanta rerum detrimenta per Phaëthon- tæam exuſtionem i[illegible]lata, currus & equorum mode- amen rec[illegible]piente comparat. Vide ſis imitationem.

[illegible] *[illegible] ſlut ordine rupto,*
Qu[illegible]m procul inſane traherent Phaethonta quadrigæ,
Sæuireq, dies, terrasque & ſtagna propinquus
Hauriret radijs; ſolito cum murmure torum
So[illegible] occur[illegible] [illegible] quos poſt quam rurſus heriles
Agnouere ſonos, rediit meliore magiſtro
Machina, concentuſque poli, rurſ[illegible]que recepit
Imperium flammæq; modum. Sic traditur ille,
Seruatúrque oriens.

Iupiter

Iupiter cæleſtia & terreſtria obiens, læſa (in Arcadia potiſsimùm, vbi natus) redintegrat.

XVI. 401. *At pater omnipotens ingentia mœnia cæli*
Circuit, & ne quid labefactum viribus ignis
Corruat, explorat. Quæ poſtquam firma, ſuique
Roboris eſſe videt: terras, hominúmque labores
Perſpicit (Arcadiæ tamen eſt impenſior illi
Cura ſuæ) fonteſque, & nondum audentia labi
Flumina reſtituit: dat terræ gramina, frondes
Arboribus, læſáſque iubet reuireſcere ſyluas.

401. AT PATER OMNIPOT. INGENT. MOEN. A &c.] Boni patrisfamilias officium, curare ſarta tecta. Domus Iouis cælum eſt, cui timebat vehementer lib. 1. cùm cogitaret genus humanum ſparſis per terram fulminibus tollere funditus.

Sed timuit, ne fortè ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas, totúſque ardeſceret axis.

Per mœnia cæli, ipſius ambitum cape: non enim vt vrbs aliqua mœnibus circundatur.

404. TERRAS HOMINVMQ. LAB. PERSPICIT] Cùm ſit diuûm pater Iupiter, eſt item hominum rex, & ſub ipſo mundus, iam inde à Saturno tenebroſa in tartara miſſo, vt legis in 1. Regno igitur ſuo, & ſubiectis proſpicit, eo modo, quem poſtea narrat, fontes videlicet, & flumina, & gramina terræ, arboribus, ſyluis frondes reſtituens, quæ omnia æſtus immenſitas & exſiccauerat & arefecerat. Nomine laborum hic actiones, ſtudia, curas, negotia intellige, in quibus vita hominum degitur: & ſimul animaduerte, diuinam prouidentiam, rebus humanis conſulentem agnoſci.

405. ARCAD. TAM. EST IMPENS. ILLI C. SVÆ] Callimachus hymno in Iouem controuerſum eſſe inquit locum eius natalem: alios Cretenſem, alios Arcadem ſtatuere: poſteriorem ſententiam ipſe amplectitur. Atque id ipſum hîc Ouid. manifeſtè indicat, de Arcadia ſua magis ſollicitum fuiſſe ſcribens. Mirandum porrò, magis huius dei ſepulcrum in Creta, quàm patriam in Arcadia oſtendi potuiſſe. De hoc ſepulchro & verſu Callimachi, dicentis Iouem natum, &c. vide Origen. contra Celſum pag 139. lib. 3. edition. Auguſtanæ græcolat.

406 ET NOND. AVDEN TIA LABI FLVM.] Propter pauxillum aquæ ſibi in tantis ignibus relictum, nec audebant, nec poterant more priſtino labi, ſeu currere.

Iunonis in pellicem Calliſto furor: quam in vrſam commutatam, vnà cum Arcade eius filio Iupiter ſideribus infert.

XVII. 409. *Senſerat hoc olim magni matrona Tonantis,*
Diſtuleratque graues in idonea tempora pœnas.
Cauſſa moræ nulla eſt: & iam puer Arcas (id ipſum
Indoluit Iuno) fuerat de pellice natus.
Quo ſimul obuertit ſæuam cum lumine mentem;
*Scilicet hoc * etiam reſtabat, adultera, dixit,* *vnum
Vt fœcunda fores, fierétque iniuria partu
Nota, Iouiſque mei teſtatum dedecus eſſet.
Haud impune feres: adimam tibi namque figuram,
Qua tibi, quáque places noſtro importuna marito.
Dixit, & arreptam prenſis à fronte capillis
Strauit humi pronam. tendebat brachia ſupplex:
Brachia cœperunt nigris horreſcere villis,
Curuarique manus, & aduncos creſcere in vngues,
Officióque pedum fungi, laudatáque quondam
Ora Iouis, lato fieri deformia rictu.

Ni-

Neve preces animos, & verba precantia flectant,
Poſſe loqui eripitur: vox iracunda, mináxque,
Plenaque terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua tamen facta quoque manſit in vrſa,
Aßiduóque ſuos gemitu teſtata dolores,
Qualeſcunque manus ad cælum & ſidera tollit:
Ingratúmque Iouem nequeat cùm dicere, ſentit.
Ah, quoties ſola non auſa quieſcere ſylua,
Ante domum, quondámque ſuis errauit in agris?
**Ah, quoties per ſaxa canum latratibus acta eſt,* *Hæ.
Venatrixque metu venantum territa fugit?
Sæpe feris latuit viſis, oblita quid eſſet,
Vrſáque conſpectos in montibus horruit vrſos:
Pertimuitque lupos, quamuis pater eßet in illis.
Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adeſt, ter quinque ferens natalibus annos.
Dumque feras ſequitur, dum ſaltus eligit aptos,
Nexilibúſque plagis ſyluas Erymanthidas ambit,
Incidit in matrem: quæ reſtitit Arcade viſo,
Et cognoſcenti ſimilis fuit. Ille refugit,
Immotóſque oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit: propiuſque accedere fugit.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:
Arcuit omnipotens, paritérque ipſóſque, nefáſque
*Suſtulit; & *celeri raptos per inania vento* *pariter rapt
Impoſuit cælo, viciná que ſidera fecit.

S[illegible]SERAT HOC OLIM] Iam pridem de hoc A [illegible]to Iou[illegible]s cognouerat Iuno. Sed vltio[illegible]pus aliud reiecerat, imitata reges, ipſa [illegible],qui,v[illegible] ait Homer. 1. Iliad. tametſi in [illegible] placati v dentur, iram tamen retinent in [illegible]re, donec opportunum pœnas ſumendi tem[illegible] aduenerit.

[illegible] MATRONA TONANTIS] Periphraſis Iu[illegible] eſt alius Tonans præter Iouem, qui vi[illegible]un[illegible]r magnus. Epitheta non ſemper di[illegible]r non raro ad ſignificata ſubſtantiuorum [illegible]a[illegible]ibentur. Tonitrua & fulmina Ioui pro[illegible]ti[illegible]ibuuntur. Horat. ode 12. lib. 1.

Tu graui curru quaties olympum,
Tu parum caſtis inimica lucis
Fulmina mittes. B

Inter multa eius cognomina eſt Tonans, Græcis [illegible]ταιος, Apuleio Tonitrualis. Vi[illegible]al[illegible] S[illegible]tagm 2. Matrona eſt quæ iam nu[illegible]m[illegible]ona, quaſi mater nati, vel quia iam [illegible]p[illegible]teſt: vnde & matrimonium di[illegible]m[illegible]es, quia generarunt[illegible] matresfam[illegible]ias, qu[illegible] iam p[illegible]r quandam iuris ſo[illegible]ennitatem in fa[illegible]mi[illegible]ia[illegible]m[illegible]tranſierunt. Iſidor. lib. 9. Gell lib. 18. ca[illegible] O[illegible]d. 6. Faſt. *Si torus in pretio eſt, dicor matrona Tonantis.* Apud Horat. ode 4 lib 3. eſt *Matrona Iuno*[illegible] quia matrimonijs præſidet. O[illegible]am [illegible]m[illegible] pronuba, & cinxia, à Græcis γαμηλία, & ζυγία cogn[illegible]nata.

411. CAVSSA MORÆ NVLLA EST] Non eſt cur amplius differat, quod in Calliſto meditata eſt ſupplicium, cùm præſertim iam decimus agatur menſis, à facta ſibi per eam iniuria, & puer Arcas è pellice natus ſit, quod ipſum dolorem & iram Iunonis cumulat.

413. QVO SIMVL OBVERTIT, &c.] ſimul ac eam irarum plena eſt intuita.

414. SCILICET HOC ETIAM, &c.] Breuiſſima oratio, breuitas quippe iraſcentibus & furentibus amica. Multa enim loqui furor & ira non permittunt. Crimini dat ei adulterium, & minatur quod mox facit. Verbum *ſcilicet* ironicum hoc loco eſt, vt plerumque in indignationibus, irriſionibus, exprobrationibus, contemptibus. Virgil. 4. Æneid. *Scilicet is labor eſt ſuperis, ea cura quietos Sollicitat.* Terent. And. *Id populus curat, ſcilicet.*

HOC ETIAM RESTAB. ADVLT. &c.] εἰρωνικῶς. Satis erat, mihi Iouem ſurripuiſſe, & thalamum meum inuaſiſſe: at etiam quaſi legitimam & fœcúdam vxurem generaſſe liberos, quò notior fiat abs te mihi irrogata contumelia, & non meum, ſed Iouis dedecus teſtatius euadat, hoc perpeti ac diſſimulare nulla ratione queo. Lucretia enunciatura dedecus ſuum marito & parenti 2. Faſt. *Hoc quoque Tarquinio debebimus.*

416. IOVISQ. MEI TESTAT. DEDECVS ESSET] Bonæ vxoris eſt, conſultum velle exiſtimationi & honori mariti ſui, quanquam connubialia iura violautis

lantis interdum. Prodit porrò adulteros ipſe adulterarum partus, vnde infamia ſequitur. Ergo hoc eſt quod Iuno fert ægerrimè, partum inquam, Calliſtus.

418. QVA TIBI QVAQ. PLA. NOST. MARIT.] Superbiunt pulchritudine ſua fœminæ. 2. Amor. eleg. 17. *Dat facies animos, facie violēta Corinna eſt.* Lege quæ in Hortulis Ouidianis ſcripſimus, littera F. tit. Forma & facies. A viris autē quid cupidiùs, quā forma expetitur in fœminis? Longa hic ſuppeteret narratio; verū non eſt tanti. *Sed nunc quod inſtat agamus.*

419. ARREPTAM PRENS. A FRONTE CAPILL.] Non ſolùm capillis prehendiſſe miſeram, & humi ſtraviſſe; ſed inſuper pugnis quoque contudiſſe, & pedibus protruſiſſe par eſt intelligere. Nam hæc, vt alia multa humana, dijs & deabus poëtarum indigna non ſunt, quibus ipſis nihil eſt indignius. Dij enim gentium dæmonia. Pari modo Lucina grauā rependit Galanthidi famulæ Alcmenæ, lib. 9. pro aſtu quo ipſam deluſerat, *Prenſámque ipſis dea ſæua capillis Traxit.*

421. BRACHIA COEPERVNT NIG.] Metamorphoſis in vrſam, cuius hæc eſt mythologia; vel quia pulchræ nec pudicæ fœminæ beſtijs aſſimilantur; quomodo Salomon pulchram & fatuam dixit eſſe circulum aureum in naribus ſuis, & hoc ἠθικῶς: vel quia dū venatur ab vrſa eſt dilaniata, & hoc ἱστορικῶς.

426. POSSE LOQVI ERIPITVR, &c.] Antea tendebat brachia ſupplex: nihil effecit. Effeciſſet forſitan precibus & obteſtationibus, quod ne poſſet, facultatem ei loquendi, antequam omnino in belluam tranſiret, Iuno abſtulit.

428. MENS ANTIQ. TAM. F. QVOQ. MANS.] ſicut in Io, dum vertitur in vaccam: in Actæone dū mutatur in ceruum: in Cadmo & Harmonia dum vertuntur in ſerpentes, & in multis præterea. Mens antiqua, quam priùs habuit, humana. Eſt enim mens beſtiarū quædā, ſi modò dici mēs poteſt: non enim niſi imaginatione & quadam tenui memoria valet.

430. QVALESCVNQ. MANVS] Sunt animalia, quorum pedes aliquam digitorum ſpeciem referunt, vt vrſorum, ſimiarum, &c.

AD CÆL. AT SID. TOLLIT] Iouem hoc geſtu incuſans, quoniam verbis non poteſt. Sentit tamen ingratū, ſio eo quidem, quod ipſa optabat. Optabat autē poſſe redire in formā priſtinam. Sed quòd in cælo poſtea ipſam impoſuit, ſatiſne gratus extitit?

432. AH, QVOTIES SOLA, &c.] Iucundiſſima fictio, ea qua appareat liquidò, mentem antiquam in illa remanſiſſe. Germana prorſus de Actæone iam ceruo, lib. 3.

Quid faciat? repetátne domum, & regalia tecta?
An lateat ſyluis? timor hoc, pudor impedit illud.

Elegantem particulam *Ha*, pro *Ah*, plurimis & Ouidij & Statij locis reſtituit Ian. Gebhard. Crepund. lib. 2. cap. 2. Notat & Ciofan.

435. VENATRIXQ. METV VENANT. &c.] Legitur & tranſpoſitis vocibus non ineptè, *Venantúmque metu venatrix territa fugit.*

436. OBLITA QVID ESSET] Oblita ſe vrſam, ac proinde feram eſſe, debereque cum ſui ſimilibus viuere.

438. QVAMVIS PATER ESSET IN ILLIS] Suprà, cùm à Diana vocaretur *clamata refugit, Et timuit primò ne Iuppiter eſſet in illa,* ſicut antè fuerat, cùm eam imminueret. Pater autem Lycaon in lupum trāſit li. 1. Sed Calliſto nihilominus quemuis lupum extimeſcebat.

440. TER QVINQVE FERENS NATALIBVS ANNOS] En, quamdiu manſit vrſa Calliſto, annis 16. propemodū, ſi numeres ab eius conceptu. Exercuit autem maternam artem filius, ipſe quoq; venator.

447. VVLNIFICO FVERAT FIX. P. TELO] Quid ſibi allegoricè velit, arcum intendens in vrſam, quondam matrē ſuam puer Arcas, & quid moneat virgines fabula Calliſtus, conſule Delrium Aduerſar. in Senecæ Tragœd. ad initium Hercul. Furent.

449. RAPTOS PER INANIA] per ſpatium hoc aërium, quod inane videtur, ſeu vacuum. Magnum inane Virgil. eclog. 6. Et Lucret. lib. 1. immenſum vacuum, quo tota rerum natura continetur, quod tamen nullum eſt apud τὸν τῆς ἀληθείας φιλόσοφον Ariſtotelem.

450. VICINAQ. SIDERA FECIT] Nam Arctophylax, qui & Boötes, vrſam maiorem, ſeu plauſtrum vt cuſtos ſequitur.

Iuno ab Oceano & Thety impetrat, ne iſthæc aſtra vnquam occidere, aut in vndas ſuas mergi patiantur.

XVIII. 451. *INtumuit Iuno, poſtquam inter ſidera pellex*
Fulſit: & ad canam deſcendit in æquora Thetyn,
Oceanumque ſenem: quorum reuerentia mouit
Sæpe deos: cauſſamque viæ ſcitantibus, inquit.* *inſi.
Quæritis æthereis quare regina deorum
Sedibus hîc adſim? pro me tenet altera cælum.
Mentiar, obſcurum niſi nox cùm fecerit orbem,
Nuper honoratas ſummo, mea vulnera, cælo
Videritis ſtellas illic, vbi circulus axem
Vltimus extremum, ſpatióque breuiſſimus ambit.

Eſt.

Eſt verò cur quis Iunonem lædere nolit?
Offenſámque tremat? quæ proſum ſola nocendo.
O ego quantum egi? quàm vaſta potentia noſtra eſt?
Eſſe hominem vetui; facta eſt dea. Sic ego pœnas
Sontibus impono: ſic eſt mea magna poteſtas.
Vindicet antiquam faciem, vultuſque ferinos
Detrahat, Argolica quod in antè Phoronide fecit.
Cur non & pulſa ducit Iunone, meóque
Collocat in thalamo, ſocerúmque Lycaona ſumit?
At vos ſi læſæ tangit contemptus alumnæ,
Gurgite cæruleo ſeptem prohibete triones,
Sideráque in cælum ſtupri mercede recepta
Pellite, ne puro tingatur in æquore pellex.
Dij maris annuerant: habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aëra pictis.

451. INTVMVIT IVNO] turgeſcunt & inflantur iraſcentes. Hinc intumeſcere pro iraſci. 4. de Pont. eleg. 14. *Intumuit vati non tamen Aſcra ſuo*. Et 3. de Arte: *Ora tument ira*. Et ita tumida infrà, quia tumeſcere facit. Claudian. *Tumidas exarſit in iras*.

451. AD CANAM THETYN] propter ſpumas maris canam. Virgil. 1. Æneid *Et ſpumas ſalis ære ruebant*. Briſeïs Achilli: *Quàm ſine me Phthijs caneſcant æquora remis*. Catull. de nupt. *Tortaq; remigio ſpumis incanuit vnda*: ſicut Neptunus lib. 1. Cæruleus Iouis frater, ad colorem aquæ marinæ reſpiciendo. Poteſt & ſimpliciter exponi, ad canis opertam, quia ſenex, vt maritus eius Oceanus.

453. OCEANVMQ. SENEM] Sic dicitur ſenex Oceanus, vt ſimul venerabilis intelligatur: ſenectus enim venerationem meretur. *Patrem* vocat Catull. de nupt. Italis *Signòr* dominus, detortum eſt à *ſenior*, vt illis idem ſit ſenior, & dominus: dominus autem, vt & Græcis κύριος, & Germanis Herr, vocabulum honoris eſt.

QVOR. REVER. M. SÆPE DEOS] propter antiquitatem apud deos magno in honore ſunt. Certè ab Oceano & deos & res omnes ſumpſiſſe initium putauit Orpheus. Vide Natal. lib. 8. cap. 1.

455. QVÆRITIS ÆTHEREIS, &c.] Reſpondet tacitæ interrogationi, venire ſe conqueſtum cum illis iniurias ſuas: contempta auctoritate ſua pellicem (quanquam ex homine in belluam conuerſam) in cęlum ſubuectam. Ioui inſultat. Orat, ne verſam hanc, vt alia ſidera, ad ſe deſcendere ſinant, & ita rem naturalem (propter poli eleuationem, cui vicina ſunt, ſub horizontem ſeu finitorem nunquã labuntur) ad fabulã feſtiuiſſimè traducit. Reginam igitur deorũ cùm in ſuperis ſedibus verſari conueniat, mirum cur in loca tam diſtantia & marina ſe cõferat. Sed iuſta huius aduentus cauſſa ſubtexitur.

456. PRO ME TENET ALTERA CÆLVM] Inuidiosè, quaſi dicat, Ego cælo iam excluſa ſum, nec ſum deorum regina ampliùs: aliæ regunt. In Hercule Fur. apud Senecam πολολογίζουσα Iuno, deq́ue pellicibus ſuis, etiam in cælum ab adultero Ioue tranſlatis grauiter conquerens, Calliſto primam, per circuitionem tamen, nominat.

Soror Tonantis (hoc enim ſolum mihi
Nomen relictum eſt) ſemper alienum Iouem,
Ac templa ſummi vidua deſerui ætheris,
Locumq; cælo pulſa pellicibus dedi.
Tellus colenda eſt, pellices cælum tenent.
Hinc Arctos, alta parte glacialis poli
Sublime claſſes ſidus Argolicas agit, &c.

457. MENTIAR, OBSCVR.] Ex fide codicum veterum ſunt qui legant *mentior*, quòd ſic potiùs loquantur antiqui.

458. NVPER HONORAT. S. MEA VVLN. CÆLO] honoratas ſummo cælo, mea vulnera, appoſitio. Sic initio libri, *Ducit ad hos iuuenem, Vulcania munera, currus*. Et lib. ſequenti, *Spargit humi iuſſos, mortalia ſemina, dentes*. Et ſexcenta apud poëtas ſimilia. Vulnus tranſlatè quod lędit, quod animo dolorem inurit, quod eundem ceu gladio ferit, aut veluti ſpiculo compungit, quod detrimento ac malo eſt. Cic. 4. de Finib. Quæ hic reipub. vulnera imponebat, eadem ille ſanabat. Et lib. 1. ad Attic. ep. 14. domeſtica vulnera. 1. Æneid. *Cùm Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus*. Talis notio verbi *vulnero*. Cic. 1. Catilin. Quos ferro trucidari iam pridem oportebat, eos nondum voce vulnero. Virgil. 8. *Grauior ne nuntius aures Vulneret*.

459. VBI CIRCVL. AX. VLT. EXTREM. &c.] Repete quæ lib. 1. de quinque zonis allata ſunt ex Macrob. & alijs.

461. EST VERO CVR QVIS IVN. &c.] Non abſimile illi Maroniano 1. Æneid. *Et quiſquam numen Iunonis adoret Præterea?* Ouid. 3. Amor. *Et quiſquam pia thura focis imponere curet?* Cauſſa ſubditur, cur quis poſſit velle Iunonem lędere: quia illa nocendo, ſeu vindicando ſeſe prodeſt lædenti. Enthymema ex contrarijs.

463. O EGO QVANTVM EGI? &c.] Sarcaſmum in ſeipſam torquet.

464. ESSE HOMINEM VETVI, F. EST DEA] Vetuiſſet hominem eſſe, ſi in arborem, aut in ſaxum conuertiſſet. Sed conuertiſſe in belluam, & iam ipſam Belluam migraſſe in deam, hoc ad ſummam Iunonis deſpicientiam pertinet, quod pręindignatione tam disertè explicare noluit.

466. VINDICET ANTIQVAM FACIEM, &c.] Ex vacca Io Phoronei neptẽ reſtituit, ex vrſa reſtituat

item Calliſto Iupiter (quam præ ira non nominat) &, ſi vult, pro me vxorem ducat, ſibiq; Lycaonem ſocerum habeat (egregium verò ſocerum lupum, in quem iam tranſierat.) Amara conceſſio dicitur, cùm id concedimus, quod neutiquam conceſſum volumus. Non enim vult expelli Iuno, & orbari Iouis coniugio, tametſi ita loquatur.

467. QVOD IN ANTE PHORONIDE FECIT] *In antè* puto κατ' ἀναστροφὴν dictum pro antè in. Eſt tamen qui in Crepund. ſuis l. 2. c. 5. ἀδιαιρέτως & hîc, & l. 9. legendum ſentit, verſu 323. *Ore parit, noſtraſq; domos vt inante frequentat*: & locutio talis ſit, qualis illa Plauti: *Quid meo factum eſt pallio?* Cic. in Verrem: Quid hoc homine faciatis? Tu, lector, pronũtiabis.

470. VOS SI LÆSÆ TANG. CONTEMP. ALVM.] ſi quid curatis alumnam veſtram. Apud Oceanum ſiquidem & Thetyn educatam fuiſſe Iunonem, auctor Homerus Iliad ξ. Natal. lib. 8. c. 1. Virg. 12. *Per ſi quis Amatæ Tangit honos animum.*

471. GVRGITE CÆRVLEO] μείωσις, gurgite pro mari. *Iactamur gurgite vaſto.* 3. Æneid.

472. STVPRI MERCEDE] quod Calliſtoni pro mercede obſequij tribuit. Adulterium eſt concu- A bitus cum nupta muliere, quaſi ad alterius torum acceſſus. Inceſtus eſt, cum conſanguinea, vel alia, quam quis vxorẽ ducere legibus prohibetur. Stuprum eſt cum virgine, aut vidua. Sed interdum ſtupri nomen generale eſt, deq; adulterio, inceſtu, & quocunq; flagitio impropriè dicitur. Vnde lex Iulia de adulterijs promiſcuè his verbis vtitur, ſicut alij quoque auctores. Cic. Verrin. 7. Noctu ſtupri cauſſa lectica in vrbem introferri ſolitus eſt, ad mulierẽ nuptam vni, propoſitam omnibus. Salluſt. Hiſtoriar. 3. Ac ſtatim fugitiui contra præceptum ducis B rapere ad ſtuprum virgines matronaſque. Liuius l. 36. Nec rapi ad ſtuprum matres Campanas, virgineſque, & ingenuos pueros. Ex Aulonio Popma de different. verbor. lib. 1.

473. PVRO IN ÆQVORE PELLEX] ne illud contaminet & polluat, ipſa polluta. Sic ſuprà Diana, *Procul hinc, dixit, nec ſacros pollue fontes.*

474. HABILI CVRRV ING. PAVON.] Iunoni ſacer eſt pauo: vnde Iunonius ales. Vide dicta lib. 1. in fab. Argi centoculi. Homerus Iliad. 5. ab equis currum eius trahi fingit. Currus habilis eſt commodus, & ex eius ſententia compoſitus.

Apollo Æſculapium infantem ex Coronide ſuſceptum Chironi centauro educandum commiſerat. Ocyroës eius filiæ de eodem, déque ipſo patre ſuo vaticinium, & in equam μεταμόρφωσις.

XIX.

*S*EMIFER *interea diuinæ ſtirpis alumno*
Lætus erat, miſtóque oneri gaudebat honore.
Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri, quam quondam nympha Chariclo,
Fluminis in rapidi ripis enixa, vocauit.
Ocyroën. Non hæc artes contenta paternas
*Edidiciſſe fuit: fatorum arcana * canebat.* *mouebat.
Ergo vbi vaticinos concepit mente furores,
Incaluitque deo, quem clauſum pectore habebat:
Aſpicit infantem, Totique ſalutifer orbi
Creſce puer, dixit: tibi ſe mortalia ſæpe
Corpora debebunt: animas tibi reddere ademptas
Fas erit: idque ſemel dijs indignantibus auſus:
Poſſe dare hoc iterum flamma prohibebere auita:
Eque deo corpus fies exangue, deúſque
Qui modò corpus eras, & bis tua fata nouabis.
*Tu quoque, chare pater, * non iam mortalis, & æuis* *nunc immortalis,
Omnibus vt maneas naſcendi lege creatus,
Poſſe mori cupies tum, cùm cruciabere diræ
Sanguine ſerpentis, per ſaucia membra recepto:
Téque ex æterno patientem numina mortis
Efficient, tripliceſque deæ tua fila reſoluent.
Reſtabat fatis aliquid: ſuſpirat ab imis

Pecto-

Pectoribus, lacrymæque genis labuntur obortæ:
Atque ita; Præuertunt, inquit, mea fata, vetórque
Plura loqui: vociſque meæ præcluditur vſus.
Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram
Contraxere mihi: mallem neſciſſe futura.
Jam mihi ſubduci facies humana videtur:
Jam cibus herba placet: iam latis currere campis
Impetus eſt: in equam, cognatáque pectora vertor.
Tota tamen quare? pater eſt mihi nempe biformis.
Talia dicentis, pars eſt extrema querelæ
Intellecta parum: confuſáque verba fuerunt.
Mox nec verba quidem, nec equæ ſonus ille videtur;
Sed ſimulantis equam: paruóque in tempore veros
Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbis.
Tum digiti coëunt, & quinos alligat vngues
Perpetuo cornu leuis vngula; creſcit & oris,
Et colli ſpatium: longæ pars maxima pallæ
Cauda fit: vtque vagi crines per colla iacebant
In dextras abiere iubas; paritérque nouata eſt
Et vox, & facies: nomen quoque monſtra dederunt.

476. SEMIFER] Suprà geminum dixit; & didiciſti, quo pacto ferus.

DIVINÆ STIRP. ALVMNO LÆTVS] Diuinæ ſtirpis quà de patre: magnæ nobilitatis quà de matre. Coronis enim Phlegyæ Lapitharũ in Theſſalia regis filia. Quoniam omnes artium & virtutum excellentiæ diuina habebantur munera & auxilia, idcirco viri præſtantes deorum filij credebantur, poëtis hanc opinionem ferentibus. Sic Æſculapius quia medicus nobilis dictus eſt Phœbi medici filius. *Lætus*, ob honorem, quo ipſum Apollo dignabatur. Quem autem non delectat honor? *Trahimur omnes laudis ſtudio. & optimus quiſque maximè gloria ducitur.* Cic. pro Archia.

477. MISTO QVE OPERI GAVDEB. HONORE] Laus, honos, gloria omne onus reddunt leuius, & laborem quemuis tolerabilem. 5. Triſt. eleg. 13.

Denique non paruas animo dat gloria vires,
Et fœcunda facit pectora laudis amor.

Plutarchus de Tranquill. animi ex Pind. Negotijs multis, curiſq; implicaris? ne aqua quidem calida vſque adeò mollia membra fouet, vt honores & gloria, cum poteſtate iuncta ſuauem laborem faciunt, & languorem facilè exſudabilem.

478. RVTILIS HVM. PROTECTA CAPILLIS] Capillus rufus in fœmina rarus.

479. FILIA CENTAVRI] Ipſius Chironis. Centaurum nominat, nam & Suidas, vti reliquos Centauros, Ixionis filium numerat.

480. FLVMINIS IN RAPID. RIP. ENIXA] Dido, interrogans Æneam apud Maronem lib. 1.

Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam?

Apud Homerum quoque ad ripas & flumina quidam pariuntur, vt ipſemet ad Meletem fluuium, ex quo & Meleſigenes nomen ei factum.

481. ARTES PATERNAS EDIDICISSE] Chiron
A venator, medicus, aſtrologus, citharœdus erat. De inuentis ab eo medicamentis Plin. l. 7. c. 56. & l. 25. c. 4 & l. 26. c. 14. Ariſtoteles 3. Ethicor. ad Eudem. Vide prouerb. *Chiron. vulnus, Chironia manus*. Has artes à patre filia didicit. Sic, teſte Fabio lib. 1. c. 1. Lælij filia reddidiſſe in loquendo paternam eloquẽtiam dicitur: & Q. Hortenſij filiæ oratio apud Triumuiros habita, legitur non tantùm in ſexus honorem. Eunomia, Nazarij rhetoris filia loco patris interdum pro ſuggeſtu artem dicendi profitebatur. Mulieres alias eruditione claras proferre poſſim, nec paucas; ſed propoſitum fuit patrum imitatrices duntaxat nominare.

482. FATORVM ARCANA CANEB.] Ad paternas artes facultatem quoque fatidicam adiecerat. Virgil. 1. Æneid.

Hic (tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet,
Longius & voluens fatorum arcana mouebo)

B Pro *canebat* reſcribit *mouebat* Gebhard. in Crepund. quem vide lib. 2. cap. 5.

483. FATIDICOS FVRORES] Furebant enim vaticinãtes fœminæ, vt videre eſt in Sibylla 6. Æneid.

484. INCALVIT QVE DEO] De diuino poëtarum afflatu & enthuſiaſmo, ſeu furore, quem vocant, poëtico, Faſt. 6. *Eſt deus in nobis agitante caleſcimus illo.*

485. TOTIQVE SALVTIFER ORBI] Lib. 15 *Venitq; ſalutifer vrbi.* Artem medicam ab ipſo Chirone didicit, & nomẽ adeptus eſt ab artis præſtantia, quia homines mori non patiebatur: nam σκέλλεσθαι mori ſignificat, & α priuationem adiungit. Dictus eſt igitur eo nomine, quòd homines non fineret morbo, aut dolore abſumi. Cætera de eo Natal. lib. 4. c. 11.

486. TIBI SE MORTALIA SÆPE CORP. DEBEB.] abs te in vita conſeruata ſcilicet. Medicorũ operam vterque ſexus, omnis ætas & conditio ad ſalutem corporis vel tuendam, vel recuperãdam implorat. Illi cum morte audacter prœliantur, & quam debellare

nemo poteſt, ipſi herbis tantùm, potiunculis & radiculis debellant, longeque à corporibus effugant.

487. ANIM. T. REOD. AOEMPT. FAS] mortuos reuocare in vitam.

488. IOQ. SEMEL DEIS INDIGNANTIB. AVSVS, &c.] Hippolytum ab equis dilaniatum vitæ reſtituit, ob quam artem à ſe inuentam Iupiter eum fulmine percuſſum ad inferos detruſit, vt canit Virgil. lib. 7. Verſus adducemus lib. 15. vbi hunc in modum ipſe Hippolytus:

Nec mihi Apollinea valido medicamine prolis
Reddita vita foret: quam poſtquam fortibus herbis,
Atque ope Pæonia Dite indignante, recepi, &c.

Dij indignantes hîc, ſunt Iupiter, & Pluto.

489. FLAMMA AVITA] Iupiter auus Æſculapij, quoniam pater Apollinis, cuius filius Æſculapius.

490. EQVE DEO CORP. FIES EXANGVE, DEVSQ. &c.] Quanquam deus, tamen fulmine aui tui Iouis interibis. Reuiuiſces autem, diuinitatemque tuam recipies.

491. ET ATS TVA FATA NOVABIS] bis viues: ſemel ab ortu, donec fulmine pereas: iterum, cùm anima recepta in cælum tranſmigrabis.

492. TV QVOQ. CHARE PATER, &c.] Patri euentura edicit, Chironi, inquam, qui bello aduerſum Centauros ab Hercule in pede vulneratus, ſagitta hydræ cruore infecta, & grauiſſimo dolore cruciatus appetijt, cùm ira eſſet natus tamen, vt nunquam moreretur. *Chironium vulnus*, ſeu vlcus, pro immedicabili, prouerb.

497. TRIPLICESQ. DEÆ TVA FIL. REVOLV.] De tribus Parcis leges Natal. lib. 3. cap. 6. Gyrald. Syntagm. 6. Lanificæ cognominatæ ſunt, quòd ſtamina & penſa vitæ humanæ deducant, candida, vel argentea, id eſt, proſpera: & pulla, ſeu nigra, id eſt, infælicia. Martial. *Si mihi lanifica ducunt non pulla ſorores Stamina.* Sunt autem Clotho, Lacheſis, Atropos. Et rumpere fila ſua cuique dicuntur, cùm quis finem vitæ imponere cogitur.

498. RESTABAT FATIS ALIQVID] nondum omnia dixerat, quæ dicere & vaticinari conſtituerat: conſtituerat autem de mutatione ſua in equam. Et ecce ſentit aduenîſſe tempus mutationis huius, optatque non didiciſſe *μαντικὴν* potiùs, quàm eius cauſſa dijs ſibi iratis humanam formam cum equina commutare.

504. IAM MIHI SVAD. FACIES HVM. &c.] ipſa *μεταμορφώσεως* imaginatio.

506. COGNATAQ. PECTORA] quoniam & pater equus; ſed non toto corpore, ideo ſubijcit:

507. TOTA TAMEN QVARE? &c.] Si neceſſe eſt equinam ſpeciem ſubire, ſubeam vt pater, & ſiam biformis. Cur tota in equam tranſeo?

508. TALIA DICENTIS PARS EST EXTREM. &c.] Omnia tam aperta & dilucida, vt opera mea nihil opus ſit.

518. NOMEN QVOQ. MONSTRA DEDER.] Cùm nihil iam deeſſet ad naturam equæ, factaque perfecta conuerſio, ſecutum eſt nomen quoque rei, & animantis: & quæ priùs Ocyroë, deinceps nominata eſt id quod erat, equa; ſeu potiùs vocabulo ab equa deriuato & compoſito, Euippe, de quo Ian. Parrhaſ. epiſt. 7.

Mercurius Apollini armentum paſcenti boues furatur. Battum ſenem, proditorem ſuum migrare in ſaxum compellit.

XX.

FLEBAT, opémque tuam fruſtra Philyreius heros,
Delphice, poſcebat: nam nec reſcindere magni
Iuſſa Iouis poteras; nec ſi reſcindere poſſes,
Tunc aderas: Elim, Meſſeniáque arua colebas.
Illud erat tempus, quo te paſtoria pellis
Texit: onus dextræ baculus ſylueſtris oliuæ,
Alterius diſpar ſeptenis fiſtula cannis:
Dúmque amor eſt curæ, dum te tua fiſtula mulcet;
Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boues. Videt has Atlantide Maia
Natus, & arte ſua ſyluis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo, niſi natus in illo* *notus
Rure ſenex, Battum vicinia tota vocabat.
Diuitis hic ſaltus, herboſáque paſcua Nelei,
Nobiliúmque greges cuſtos ſeruabat equarum.
Hunc timuit, blandáque manu ſeduxit: & illi,
Quiſquis es, hoſpes, ait, ſi fortè armenta requiret
Hæc aliquis, vidiſſe nega, neu gratia facto

Nulla

Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam.
Et dedit. accepta voces has reddidit hoſpes:
Tutus eas; lapis iſte prius tua furta loquetur.
Et lapidem oſtendit. Simulat Ioue natus abire,
Mox redit: & verſa pariter cum voce figura,
Ruſtice, vidiſti ſi quas hoc limite, dixit,
Ire boues, fer opem, furtóque ſilentia deme:
*Iuncta ſuo pariter dabitur * tibi fœmina tauro.* *ſua
At ſenior, poſtquam eſt merces geminata, Sub illis
Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis.
Riſit Atlantiades: & Me mihi perfide prodis?
Me mihi prodis? ait, periuráque pectora vertit
In durum ſilicem: qui nunc quoque dicitur Index;
Inque nihil merito vetus eſt infamia ſaxo.

519. PHILYREIVS HEROS] Chiron Philyra & A Saturno genitus. Interdum patronymica, & poſſeſſiua à matribus deriuantur, id quod huius libri principio monuimus allatis exemplis; ibi, *Quà ſimul accliuo Clymeneia limite proles Venit.* Flebat caſum filiæ triſtiſſimum, quem meruiſſe non videbatur. Pateroa ςοργή.

520. DELPHICE] ſuprà, *placuit tibi* (Coronis) *Delphice.* Delphis enim reſponſa reddebat, vnde illi hoc nominis.

OPEM POSCEBAT] Per Apollinem medicum, hominis ſigotam dulciſſimę filię reſtitui rogitabat. Sed in aqua ſcribebat.

NAM NEC RESCINO. M. IVSSA IOVIS, &c.] Duplex cauſſa cur fruſtra. Prior, quia Iupiter ita voluit: Iouis voluntas ipſa fatum eſt, prorſúſque homini immutabilis. Firmat hoc Homerus 1. Iliad. B initio, vbi cauſſam iræ Achillis, & inde tot funerum, in conſilium & voluntatem Iouis conijcit. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Poſterior, quia domi tum non erat Apollo. Erat autem in Peloponneſo; nam Elis & Meſſena vrbes illius inſulæ.

523. ILLVD ERAT TEMP. Q. TE PASTOR. &c.] Quid egerit in Peloponneſo. Pauit boues. Iupiter enim, quoniam Cyclopas, qui fulmina ſibi ad Phaëthontem (alij ad Æſculapium) feriendum miniſtraſſent, occiderat, eum ad tempus diuinitate orbatum, in terris armentarium agere coëgit, annum vnū; Seruius ex Homero ponit nouē. Hic animaduertendum, nullam Admeti Theſſaliæ regis mentionem fieri, cuius boues illum pauiſſe pleriq; poëtarum prodiderunt. Vide Alceſtid. Euripid. Tibull. lib. 2. eleg. 3. *Pauit & Admeti tauros formoſus Apollo.* Item adagium, Admeti nænia. De Arte 2.

Cynthius Admeti vaccas pauiſſe Pheræas
Fertur, & in parua delituiſſe caſa.

Qui dij, deæque quibus hominibus ſeruierint, docebimus lib. 11. in fab. de Apolline & Neptuno, qui Laomedonti muros Troianos mercede conſtruxerunt.

QVVM TE PASTORIA PELLIS TEXIT] quo paſtoralem habitum, ex rudibus confectum pellibus geſtaſti, vt paſtor videlicet. Quàm fælix à pecore fuerit hoc paſtore ſuo Admetus, exponitur hymno in eundem Callimachi.

524. ONVS DEXT. BACVLVS SYLVEST. OLIVÆ] pedum ex oleaſtro.

525. ALTER. DISPAR SEPTEN. &c.] Læua portabat fiſtulam, cuius generis habuit Corydon, eclog. 2. *Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.* Diſpar, quia longam breuior ſequebatur.

526. DVMQ. AMOR EST CVRÆ, &c.] Dum canis amores tuos, ſeu cantilenam amatoriam. ἀποςροφή. Ipſemet de ſe apud Tibull. eleg. 4. lib. 3.

Me quondam Admeti niueos pauiſſe iuuencos,
Non eſt in vanum fabula ficta iocum.
Tunc ego nec cithara poteram gaudere ſonora,
Nec ſimiles chordis reddere voce ſonos.
Sed perlucenti cantus meditabar auena,
Ille ego Latonæ filius, atque Iouis.

527. PYLIOS IN AGROS] Pylos vrbs Meſſeniæ B regionis in Peloponneſo, patria Neſtoris.

528. ATLANTIDE MAIA NATVS] Horatius ode 2. lib. 1. *Almæ filius Maiæ.* Atlantiadem, id eſt, Atlantis nepotem, vocat noſter lib. 1. vt etiam mox infrà.

529. ET ARTE SVA SILVIS OCCVLT. ABACT.] Callidè furati, artes ſunt Mercurij. Ode 10. lib. 1. *Callidum quidquid placuit iocoſo Condere furto.* Signatè, *iocoſo furto*, ne raptorem, neue aliûs rei magis, quàm animi gratia furati putes. Græcis ἐλένιος, & κλέπτης. Ariſtophani tamen πυχωρυχὸς, parietum perfoſſor. Ibid. cùm obiurgaret eum Apollo, & minis adducere ad furtum reddendum conaretur, pharetra quoque ab eo ſpoliatus eſt, vt videretur in- C genium furaciſſimum:

Te boues olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Riſit Apollo.

Nuta quod ait, puerum huc deſignaſſe. Nam & Lucian. quodam dialogo Tom. 1. eum in pueritia furari cōſuetum memorat, pluribus exemplis prolatis, facetiſſimè. De paſtore Apolline, eiuſq; paupertate lege plura apud Natal. l. 4. c. 10. Ex Homeri & Pindari interpretibus refert Lamb. Mercurium pro bobus Apollini ſublatis lyram repoſuiſſe. Itaq; χέλυν dictam eſſe λύραν quaſi λύτραν, quòd ea ſe redemerit. Quocirca & Horat ode 21. l. 1. Apollinis humerū pharetra lyra inſignē dicit. Mercurius quippe,

& Apollo fratres ὁμοπάτριοι. Antonius Liberalis fab. 23. ait abegiſſe buculas XII. boues iniuges C. taurumque armenti virum, caudis ſingulorum ad delenda veſtigia aliquid ſylueſtris materiæ appẽdiſſe.

ABACTAS] Ab abigendo abigei, furum genus, qui nimirum, vt definit Vlpian. de off. Proconſulis, pecora ex paſcuis, vel armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes.

532. IN ILLO RVRE] In agro Pylio equos paſcens Battus ruſticanus & ſenex, Mercurium boues Apollinis abigentem ſolus conſpexit.

533. NOBIL. CVSTOS EQVARVM] nobilium, quia Nelei: Neleus autem pater Neſtoris, rex Pyli. Reges nobilium equarum erant ſtudioſi. Ex tribus nũtijs lætiſſimis, quos vno die Philippus rex Macedonum accepit, vnus fuit, equas eius (quas generoſiſſimas fuiſſe & lectiſſimas oportet) olympia viciſſe. Atque hanc ob cauſſam erant earum ſtudioſi reges. Quò ſpectat illud 1. Georg. *Eliadum palmas Epirus equarum.* Sunt enim in curſu velociores maribus, &, vt Plin. ait lib. 8. c. 42. currentes vrinam emittunt.

534. HVNC TIMVIT] ne cui proderet quod viderat. Magis indicem hic deus, quàm conſcientiam ſuam verebatur; id quod ſatis quotidianum eſt, nobis etiam Chriſtianis, qui & Deum ipſum peccatores latere vellemus, ſi modò daretur.

BLANDAQ. MANV SEDVXIT, &c.] Blando vultu, & verbis, manu apprehenſa perſuaſit illi, donata pinguiore vacca, non ſolùm ne factum vltro indicaret, verumque diceret: ſed etiam, vt quod ſciebat factum, & viderat, ſe non vidiſſe requirenti vaccas amiſſas, contra mentem ſuam diceret, atque ita, (vt philoſophi noſtri loquuntur) mentiretur formaliſſimè. Cic. 9. Philipp. de Ser. Sulpitio, cuius mortem in legatione pro repub. ad Antonium obitam celebrat: Vt verò Panſę Cõſulis acceſſit cohortatio grauior, quàm aures Ser. Sulpitij ferre didiciſſent, tum filium, meque item ſeduxit, atq; ita locutus eſt, &c.

537. NE TIMID. CAPE PRÆMIA VACCAM] Mercedem pactum eſſe à Mercurio pro ſilentio Battum in ſcopulis habitantem dicit Liberalis.

539. LAPIS ISTE P. TVA FVRTA LOQ.] Plaut. Capt. *Dixi, ſi tacitus ſatis.* Ibid. *Quod mihi credideris, ſumes vbi poſiueris.* Quibus verbis ſummum rei commiſſæ ſilentium promitti vides. Iam quod Parœmiographus ex Truculento illud affert, *Ego ero paries, loquere tu,* & ſilentium ac taciturnitatem ſponderi arbitratur, procul auius errat. Examinat enim ibi ſenex duas ancillas, quas diuerſas ſtare iubet, ne inter ſe ſignificent, & addit, *Ego ero paries,* loquere tu. Sententia eſt, ego inter vos ſtabo tanquam paries medius.

540. SIMVLAT IOVE NATVS ABIRE, &c.] Aſtus Mercurij fidem Batti explorantis, cum promiſſione duplicati muneris. Antea namque pro ſilentio vnicam vaccam donauerat; nunc cum vacca taurum pollicetur.

542. HOC LIMITE] qui Pyliorum rura à Meſſeniorum ſeparat.

543. FVRTOQ. SILENTIA DEME] noli me celare

A furtum, ſi vidiſti quempiam abigeum.

545. POSTQVAM EST MERCES GEMINATA] Nõ erat pro ſimplici mercede contra datam fidem enuntiaturus quod viderat. Sed ea geminata, & per taurum præſertim (vnde ſpes vitulorum è duabus vaccis) os ſeni auaro & perfido reſerauit. Liberalis mercedis loco chlęnã ait dediſſe. Sic Cephalus l. 7. ſubperſona fidem vxoris alioqui pudiciſſimæ promiſſis augendis nutare fecit. Ad corrumpendos animos nullum inſtrumentum efficacius muneribus. De ſapiente item 2. de Arte, *Ipſe quoque accepto munere mitis erit.*

546. SVB ILL. M. INQ. E. ET ERANT S. MONT. ILL.] Quidam ineptus poëta, vocabulo Battus, in hymnis ſuis admodum longis, eadem crebriùs iterabat. B inde conficta vox βαττολογεῖν, pro, multùm loqui, eademque inculcare. Quam battologiam ſunt qui hic perpetratam dicunt, quos forſaſſe mouit Batti nomen, perinde quaſi ad Battum illum, & eius vitium Ouidius iſto nomine & repetitione alludere voluerit. Verùm Rhodigin. lib. 13. c. 1. ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως quæſitam orationi gratiam opinatur, cùm Demetrius Phalereus dicat χάριτας aut in verbis eſſe, aut in rebus. In verbis quidem, ex breuitate, ordine, figura, ſchemate, vt in Sapphicis verſiculis. παρθενία παρθενία ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ; virginitas, virginitas, quo me relinquens abis? Cui eadem figura illa reſpondet: οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σέ, οὐκ ἔτι C ἥξω, nõ reuertar ad te, non reuertar. Maior, inquit, orationi comparata eſt gratia, quàm ſi ſemel foret pronuntiata, καὶ ἄνευ τοῦ σχήματος, etiamſi πρὸς δεινότητας excogitata magis ἀναδίπλωσις, ſeu παλιλογία videri poteſt. Sic Ouid. alibi:

Si, niſi quæ facie poterit te digna videri,
Nulla futura tua eſt, nulla futura tua eſt.

Et apud Homerũ: τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν. Eraſmus de pronuntiat. latini & gręci ſermonis vitium eſſe dicit βαττολογίαν, quæ orationem ſeu plures voces ſimul repetit, quod Mercurius ſuis verbis mox imitatus ſit, *me mihi prodis,* &c. latinè dici poſſe titubantiam oris; cui cognatum vitium hæſitantiæ, quam Græci μογιλαλίαν vocant. τραυλισμὸν, aut βατταρισμὸν eſſe in repetitione ſyllabarum, vel principio, vel in fi- D ne dictionis, vt cacacaue, pro caue; Tutullius, pro Tullius; ſcriptortor, pro ſcriptor; pharmacaca, pro pharmaca.

547. ME MIHI PERFIDE PROD. ME MIHI PROD.] Exemplum aliud conduplicationis, quo vehementior fiat oratio. Confitetur apertè furtum ſuum Mercurius, vt Battum abſurdè facere oſtendat. Qui produnt quempiam, alijs produnt, non ipſi qui culpam admiſit; quid enim magis ridiculum foret? Sed Battus voce, figura ſeu habitu mutatis, fucum ſibi fieri non eſt ſuſpicatus.

549. QVI NVNC QVOQ. DICITVR INDEX] Index viarum, aut milliarium. Raphaël pro lapide auri argentique exploratorio capit, qui Lydius lapis, & Plinio coticula. Sed à Micyllo refutatur. Liberalis, Locus adhuc hodie, inquit, ab ijs qui tranſeunt, Batti ſpecula appellatur.

Inter

Inter Canephoras virgines Herſe Mercurio placet, ei ſeſe ornat, eiúſque connubium per ſororem Aglauron vt pronubam petit: quæ auri mercedem paciſcitur. Cui Pallas cùm ob arcana antea reuelata, tum ob auaritiam hanc iraſcitur. Fabula feſtiua, & mollicula illa quidem, non obſcœna tamen: ſiquidem Mercurius procum videtur agere, & prolem magis, quàm meram συνȣσίαν quærere.

HINC ſe ſuſtulerat paribus Caducifer alis: XXI.
Munychióſque volans agros, gratámque Mineruæ
**Deſpiciebat humum, cultíque arbuſta Lycei.* *Deſpectabat
Illa fortè die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.
Inde reuertentes deus aſpicit ales, itérque
Non agit in rectum, ſed in orbem curuat eundem.
Vt volucris viſis rapidiſſima miluius extis
Dum timet, & denſi circumſtant ſacra miniſtri,
Flectitur in gyrum, nec longiùs audet abire,
Spémque ſuam motis auidus circumuolat alis:
Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior, quàm cætera ſidera, fulget
Lucifer, & quanto, quàm lucifer, aurea Phœbe:
Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe
Ibat, erátque decus pompæ, comitúmque ſuarum.
Obſtupuit forma Ioue natus; & æthere pendens,
Non ſecùs exarſit, quàm cùm Balearica plumbum
Funda iacit: volat illud, & incandeſcit eundo:
Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter, cælóque petit diuerſa relicto:
Nec ſe diſſimulat; tanta eſt fiducia formæ.
Quæ quanquam iuſta eſt, cura tamen adiuuat illam,
Permulcétque comas, chlamydémque vt pendeat aptè,
Collocat, vt limbus, totúmque appareat aurum:
Vt teres in dextra, qua ſomnos ducit, & arcet,
Virga ſit: vt terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos: quorum tu, Pandroſe, dextrum,
Aglauros læuum, medium poſſederat Herſe.
Quæ tenuit læuum, venientem prima notauit
Mercurium: noménque dei ſcitarier auſa eſt,

Et cauſſam aduentus eui ſic reſpondit Atlantis
Pleïonéſque nepos: Ego ſum qui iuſſa per auras
Verba patris porto. Pater eſt mihi Iuppiter ipſe,
Nec fingam cauſſas: tu tantùm fida ſorori
Eſſe velis, prolíſque meæ matertera diei.
Herſe cauſſa viæ eſt; faueas oramus amanti:
Aſpicit hunc oculis iiſdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flauæ ſecreta Mineruæ:
Próque miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat; interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbes,
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu,
Vt pariter pectus, poſitámque in pectore forti
Ægida concuteret. ſubit, hanc arcana profana
Detexiſſe manu tum, cùm ſine matre creatam
Lemniacam ſtirpem contra data fœdera vidit,
Ingratámque deæ fore iam, ingratámque ſorori,
Et ditem ſumpto, quod auara popoſcerat, auro.

551. SESVSTVLPARIB. CADVCIF. ALIS] Talaria ſunt iſtæ alæ, de quibus Virg. 4. Æneid. Cùm enim ita mandaſſet Iuppiter: *Vade age, nate, voca Zephyros, & labere pennis*, &c. ſequuntur iſta, aliquanto interuallo:

——— Ille patris magni parere parabat
Imperio: & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

A caduceo dicitur Arnobio Caduceator, & eſt Mercurij velut ſceptrum. Forma deſcribitur à Macrobio Saturnal. lib. 1. cap. 19. & à Plinio lib. 29. A Virgilio in 4. his verſibus poteſtas eius declaratur:

Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila.

Ab Homero Odyſſ. 5. ab Horat. ode 10. lib. 1. Græcis virga hæc eſt κηρύκειον. Caduceum legati quoq; & feciales, & qui Caduceatores dicebantur, præferebant.

552. MVNYCHIOSQ. VOLANS AGROS] Agros Atticos intellige, à tumulo regionis Munichia, vnde murus Athenas cum Piræeo, & alijs duobus portubus connectens. συνεκδοχή. In hunc locum vide quid diſſerat Ioan Scopa lib. 1. cap. 35. Tom. 1. Crit. Pinnas autem, ſiue pennas, ſiue alas pictores & poëtæ non in pedibus modò, verumetiam in tegumento capitis, ſeu cauſia, huic deo affingebant, volentes ſignificare, vt docet Auguſt. lib. 7. Ciuit. volucrem fieri per aëra ſermonem, &c.

[illegible] Q. MINERVÆ HVMVM] Ab Ἀθήνη Athenæ, [illegible] dictas à Pallade terras. Vrbs, & ager Attic[illegible] ſacer deæ huic.

553. CVLTIQ. ARBVSTA LYCEI] culti philoſophorum Peripateticorum diſputationibus: nam in eo gymnaſio Ariſtoteles inambulans docebat. Plura autem fuerunt Athenis, & extra vrbem, in locis nemoroſis gymnaſia, de quibus ſcriptum à me, dialogo 8. ſecundæ tertij volum. pag. 164.

554. CASTÆ DE MORE P. PVRA CORON. &c.] Amor. 3.

More patrum ſancta velatæ veſtibus albis,
Tradita ſuppoſito vertice ſacra ferunt.

Canephoras, & canephoria feſta intelligit. Côſueuerant virgines Athenis iã nubiles, pertæſæ virginitatis, vt Dianę, cuius hactenus in tutela fuiſſent, irã denitarent, in caniſtris ſacra, earum ſcilicet rerum, quas acu laboraſſent, ad eius templum deportare, à numine veniam poſtulantes, & hæ Canephoræ, id eſt caniſtriferę, dicebantur. Natal. lib. 3. c. 18. turſúmque lib. 5. c. 13. Poëta porrò de Canephoris Palladis loquitur. Habuit item Ceres ſuas Canephoras. Vide Lamb. in ſat. 8. lib. 2. *Coronatis caniſtris*, exponunt, ad marginem vſque plenis: ſicut Virg. 1. Æneid. *Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant*. Meſius, opinor, de coronis flores accipitur, quibus caniſtra hæc induebantur.

557. DEVS ASPICIT ALES] Nulli deorum præterea, niſi Cupidini alæ attribuuntur. Deabus nullis, pręterquam Muſis, ad ingeniorum pręſtantiam, & expromptãm mobilitatem inſinuandam, vt quorundam eſt ſententia. In volucres mutatas auolaſſe, vt ſtuprum effugerent, fabula eſt lib. 5. Alatas apud ſcriptorem quempiam, ego quidem nondum legi.

559. VT VOLVCRIS VISIS RAPIDISS. MILV. EXTIS, &c.] Deſiderium Mercurij ad connubium potiundæ virginis, comparatione miluij, auis rapaciſſimæ oſtendit. Habet ſanè rapacitatis hieroglyphicum miluus. Miratur Plin. rapaciſſimam, & famelicam ſemper auem, nihil rapere vnquam ex funerum ferculis, quæ veteres ad ſepulcra afferebant, &c. Adi Pierium lib. 17.

562. SPEMQ. SVAM CIRCVMVOLAT] exta victimatum, quam prædam ſperat, & cui inhiat.

564. ET EASDEM CIRCINAT AVRAS] paulo antè, *in orbem curuat eundem*. Stat. 1. Thebaid.

Sublimes raptim per inane volatus

Carpit,

Carpit, & ingenti deſignat nubila gyro.
Plin.lib.17. c.12. Breues ſunt, quamuis magnarum arborum, quæ in orbem ramos circiuent, vt in malis pyriſque.

565. QVANTO SPLEND. QVAM CÆT. &c.] *Splendidius* ſi legas pro *ſplendidior*, mecum facies. Duabus ſimilitudinibus per gradationem Herſes mirifica venuſtas exprimitur, luciferi, & lunæ. Lucifer vincit claritate luminis ſtellas reliquas; & luna candore luminis ſui ipſum luciferum: ſic planè inter virgines illas Canephoras, quamuis non deformes, luciferum & lunam Herſe referebat, eratque illarum decus atque ornamentum. Æmulatus eſt locum hunc Stat. Syluar.2. in epicedio Phileti, quem à forma commendans, ſolum dominum eius Vrſum illi præfert:

——— Illius vnus
Ante decor, quantum præcedit clara minores
Luna faces, quantumq; alios premit Heſperus ignes, &c.

570. NON SECVS EXARSIT, QVAM CVM BAL. &c.] Baleares periciſſimè vtuntur funda, iaciuntq; pilas plumbeas, quæ ipſo motu per aërem incandeſcunt. Virgil.Georg 1. *Tum figere damas Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ.*

573. CÆLOQ. PET. DIVERSA RELICTO] in cælum, quò tendebat, non reuolat, & ad terras delabitur.

574. NEC SE DISSIMVLAT] eſſe Mercurium. Cur? ſequitur ratio.

TANTA EST FIO. FORMÆ] Non enim pœnitebat non deformem eſſe natum, vt de Cælio in orat. pro eodem dixit M.Tullius. non ſibi diſplicebat de forma ſua; & multum ſpei in ea, ad conſequendum, quod optabat, reponebat.

575. CVRA TAMEN ADIVVAT ILLAM] Vetat tamen alicubi curam hanc viris: ſunt enim alia maiora, quibus placent. Sed ornat ſe illi quam ambibat, & cui ſe ſponſum fieri ſtudebat.

576. PERMVLCETQ. COMAS] pectit & diſcriminat.

577. LIMB. TOTVMQ. APPAREAT AVRVM] vt limbus aureus totus appareat.

578 QVA SOMNOS DVCIT, ET AVFERT] In antegreſſis, ex Virgilio & alijs munera huius virgæ, caducei, inquam, recenſuimus. Stat.1.Thebaid. *Tum dextra virgam inſerit, qua pellere dulces, Aut ſuadere iterum ſomnos.* Et quoniam aurea, ideo Mercurius χρυσόῤῥαπις, nam virga ῥάβδος.

580. PARS SECRETA DOMVS] domus interior, penetralia. Catull. de nupt. *Ipſius at ſedes quacunque opulenta receſſit Regia.*

EBORE ET TESTVD. CVLT. THALAM.] Miram elegantiam & munditiam eburi veteres ſoliti ſunt adſcribere. Hîc teſtudinem eburneam accipimus per figuram ἓν διὰ δυοῖν, vt paulo antè, *limbus & aurum*, pro, limbus aureus. Thalamus propriè cubiculum coniugale, à θάλλειν, florere, germinare; quòd in eo coniuges quaſi floreant, & prolem germinent. Conclauia & cubicula virginum rectiùs parthenones.

583. VENIENTEM PRIMA NOTAVIT] Veniebat Mercurius in ædes Cecropis, vt procaret in Herſen.

586. QVI IVSSA PATR. AVRAS VERBA P. PORTO] Infrà, hoc eodem libro: *Fide miniſter ait* (Iupiter) A *iuſſorum nate meorum.* Horat. ode 10. l.1. *Te canam magni Iouis & deorum nuntium.* Poëtæ vocant διάκτορον, quaſi, διάγοντα τὰς τῶν θεῶν ἀγγελίας. deorum ſermones & nuntios perferentem. Apud Lucian. tom. II. matri Maiæ cùm de alijs miniſterijs ſuis aſſiduis, tum de mandatis Iouis ſurſum ac deorſum toto die curſitando nuntiandis conqueritur. Sibi porrò hoc ab reliquis dijs datum & conceſſum prologo Plautinæ Amphit. glorioſè prædicat, nuntijs vt præſit & lucro.

587. PATER EST MIHI IVP. IPSE] Si honori eſt, dei eſſe filium, quanto magis ſummi, & regis deorum?

588. NEC FINGAM CAVSSAS] aduentus mei. Dicam tibi liberè, quare aduenerim.

B TV TANTVM FIDA SORORI, &c.] antequam dicat cur venerit, petit ab ea fidem, non ſibi, ſed ſorori Herſæ, cui conſulet, ſi hoc connubium pro ſua parte contractum & ratum vt ſit curabit. Quem enim cui nubat nobiliorem inueniat?

589. MATERTERA] eſt matris ſoror, & velut mater altera. Soror autem auiæ matertera magna, ſeu maior; proauiæ, matertera maxima.

591. QVIBVS ABDITA NVP. VID.] quibus viderat Erichthonium Vulcani prolem, incluſum in ciſta viminea: qua de re multo antea. Æquè toruo aſpectu.

593. MAGNI SIBI PONO. AVRVM POST V.] & aurum, & magnum pondus. Proprietas auarorum duplex. Aurum illis argento charius, quod in arca cõtemplantes exultant, nec eo expleri vnquam poſC ſunt. Mydas Phrygum rex quidquid contingeret, in aurum verti popoſcit, lib. 11.

594. INTEREA TECTIS EXCED. COGIT] donec afferat quod promittit pretium; ſiquidem burſam ſuam tunc ſecum nõ tulerat. Ecce nundinatricem.

595. DEA BELLICA] Pallas. Infrà. *Bello metuenda virago.* Diua armipotens, & belli præſes Virgil. 2. & 11. Æneid. & 3. Pallas armiſona. Et Martial. lib. 7. *Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ.*

597. VT PARITER PECTVS, &c.] Ingens ſuſpirium & dolorem ingentem prodens.

IN PECTORE FORTI] eſt enim dea maſcula, & bellorum præſidi potiùs forte ac robuſtum pectus conuenit, quàm tenerum ac molle, vt Veneri.

598. ÆGIDA CONCVTERET] Ægis ſcutum eſt Palladis, cui Meduſæ caput infixum, contectum pelle capræ Amalthee; quam ægidem poëtæ modò D Ioui, modò Palladi tribuunt. Martialis ait fuiſſe thoracem Palladis. Muſæus & Homerus Iouis thoracem. Lactantius Iouis clypeo, Seneca & Pauſanias Mineruæ ſcuto inducunt. Ex Delrij Comment. in Hercul. Fur.

SVBIT, HANC ARCANA, &c.] Subit eam recordatio per curioſitatem (muta licet, & vetante ipſa) viſi Erichthonij.

600. LEMNIACAM STIRPEM] Vulcaniam, cui ſacra Lemnos. Quomodo, ſine matre, mythologos conſule.

601 INGRATAMQ. DEO] Mercurio, à quo pretium petere pro opera, in re toti familiæ perhonorifica non debuit.

INGRATAMQ. SORORI] cui inuidit, & gratis commodare noluit.

Inuidiæ & domus, & perſonæ, & ingenij quaſi pictura artificioſiſsima. Eam Minerua per ſe conuentam, ad Aglauron inficiendam Athenas mittit.

XXII. *PRotinvs Inuidiæ nigro ſqualentia tabo*
Tecta petit. domus eſt imis in vallibus antri
Abdita, ſole carens, non vlli peruia vento,
Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ
Igne vacet ſemper, caligine ſemper abundet.
Huc vbi peruenit bello metuenda virago,
Conſtitit ante domum (neque enim ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores: videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta ſuorum
Inuidiam: viſáque oculos auertit. at illa
Surgit humo pigrè, ſemeſarúmque relinquit
Corpora ſerpentum, paſſúque incedit inerti.
Vtque deam vidit formáque, armiſque decoram,
Ingemuit, vultúmque deæ ad ſuſpiria duxit.
Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto:
*Nuſquam recta acies: * liuent rubigine dentes:* *ſordent
Pectora felle virent: lingua eſt ſuffuſa veneno:
Riſus abeſt: niſi quem viſi fecere dolores.
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcitque videndo
Succeſſus hominum: carpitque & carpitur vnà,
Suppliciúmque ſuum eſt. quamuis tamen oderat illam,
Talibus affata eſt breuiter Tritonia dictis:
Infice tabe tua natarum Cecropis vnam:
Sic opus eſt; Aglauros ea eſt. haud plura locuta
Fugit, & impreſſa tellurem reppulit haſta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens,
Murmura parua dedit, ſucceſſorúmque Mineruæ
Indoluit, baculúmque capit, quem ſpinea tortum
Vincula cingebant, adopertáque nubibus atris
Quacunque ingreditur, florentia proterit arua,
Exuritque herbas, & ſumma papauera carpit:
Afflatúque ſuo populóſque vrbéſque, domóſque
Polluit: & tandem Tritonida conſpicit arcem,
Ingeniiſque, opibuſque, & feſta pace virentem;
Vixque tenet lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.

603. PRotinvs Invidiæ, &c.] Inuidia græca lingua ὁ φθόνος, genere virili, ideo effigies maris ei datur, macilenti, & pænè adhuc ægroti. Nobis ſchemate fœmineo inducitur, propter genus mulie-

mulicbre. Idem fit in καιρὸς, & occaſione. Quid ergo eſt Inuidia? dolor de bonis alienis. Quam ſicut oculos malè affectos ſplendor quiuis, ita quæuis aliena fælicitas offendit & conturbat: nec capit vllum gaudium, niſi quod aliorum viſi dolores fecerunt: magnarum fælicitatum aduerſaria perpetua, vt inquit Philo Hebræorum doctiſſimus & eloquentiſſimus. Explanationibus ſuis in Catilinarias Ciceronis, M. Antonius Muretus, cuius elegantiſſimo ingenio, doctrinaque plurimùm capior, locos ſanè non paucos, & egregios, eruditionisq; plenos, veluti per digreſſionem, ad leuandum, quod lectori ex minutis illis declarationibus naſci poteſt faſtidium interſerit. In ijs eſt etiam pulcherrima & copioſa, capitibusq; certis diſtincta de Inuidia diſſertatio (puta in 1. Orat.) quam ſi legeris, tua ex re feceris. Quærit, & oſtendit quæ ſit origo inuidiæ, quę natura, qui quibus, & quas ob res inuideant; tum quæ ſint ea, quæ quaſi inuidiæ curſum ſiſtant.

NIGRI SQVAL. TABO] Seruius in Virgil. ſanies mortui eſt; tabus viuentis, ſcilicet ſanguinis. Eſt ergo tabus ſanguis ſanioſus, ſeu ſanie miſtus, & ater, qualis fit & ſanguis, vbi è corpore emiſſus conſtiterit, ac putriſcere cœperit.

604. DOMVS E. IN VALLE. ANT. ABDITA] Sententia hæc eſt; Domus Inuidiæ eſt antrum, eaque in ima valle, procul à conſpectu remota. Hæc ad ſitũ.

605. SOLE CARENS, &c.] Altera conditio, à ſole nunquam illuſtratur. Sequitur tertia, nullum excipit ventum. Mox quatuor aliæ, vt ſint numero ſeptem: inamœna eſt, perfrigida, nullus ibi focus, aut ignis, perpetua & multa caligo. Atque hæc eſt domus, domus, inquam, tali incolæ reſpondens.

606. IGNAVI FRIGORIS] torpentes & ignauos reddit frigus. Ideo ignauum, nota figura. Sic & ignaua hyems colono 1. Georg.

608. BELLO METVENDA VIRAGO] Bellicam deam vocabat antea, & rurſum in 4. bellicam virginem. Claud. 1. de Raptu: *Hac triſtibus aſpera bellis*. Stat. 4. Syluar. bellorum reginam. Virago autem à viro, mulier nempe virilis animi, & quæ virilia facinora audeat; qualem Clæliam virginem laudat Ennius, reprehendens imbellem Romanorum iuuentutem:

Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres,
Illa virago viri.

Sic enim legendum, non, vt eſt in pleriſque vulgatis, *Illaq́, virgo viri*. Virago fuit item Zenobia Palmyræorum regina, quam Aurelianus Cæſar in triũpho duxit. Virago Fuluia Antonij vxor, quæ accingebatur gladio, diſtribuebat ſigna militibus, ſæpe apud eos concionabatur. Xiphilin. in Cæſare. Virago apud Virgil. Pentheſilea, de qua ille 1. Æneid. *Audetq́, viris concurrere virgo*. Et Iuturna 12. Apud Senecam Hippolyto Diana, Agamemnone Caſſandra, Troade Polyxena: *Audax virago non tulit retrò gradum*, vbi notat ex Feſto Delrius, veteres fæminam etiam viram vocaſſe: ſicut Hebræis Iſſa fæmina, Is vir, Gen. 2. à viro virago, quaſi virum agens.

609. NEQ. ENIM SVCC. AD. TECT. FAS HAB.] neque enim cùm dea ſit, & quidem Iouis filia, decorum ſibi putat (*habet* hîc iudicij eſt) huiuſcemodi domum, tam fœdam & horridam ſubire. Et fugiunt ſordida tecta, pauperumque caſas, qui mollibus veſtiuntur, & in domibus regum ſunt. Virg. 1. Æneid. *Quare agite, ô tectis iuuenes ſuccedite noſtris*. Et lib. 4. *Quis nouus hic veſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?*

610. ET POSTES EXTREM. CVSP. PVLSAT] συνεκδοχή, poſtes pro ianua, ſeu oſtio. Dicti poſtes, quòd ſint poſt oſtium. *Extrema cuſpide*, gerit enim haſtam Pallas. Addebatur eius etiam ſimulacro, vnà cum clypeo. 2. Æneid. *Terq́, ipſa ſolo mirabile dictu Emicuit, parmamq́, ferens, haſtamq́, trementem*. Haſta, tu quam, telum eſt Palladis, vt Iouis fulmen, Neptuni tridens, & bellicum quippe, & ipſa Præſes belli. In Carmine libero: *Enſe potens Mars eſt, haſta Minerua tua eſt*. Dat ei Claudian. lib. 1. magni ponderis & craſſitudinis & longitudinis inuſitatæ haſtam. *Haſtaq́, terribili ſurgens per nubila gyro Inſtar habet ſyluæ*.

611. VIDET INTVS ED. VIPEREAS CARNES] Quæ ſequuntur nunc, ad actiones, & perſonam Inuidiæ ſpectant, quibus inuidorum genius commodiſſimè depingitur. Viperinas carnes mandentem inducit Poëta, vt amaras & cruciantes inuidentium cogitationes ſignificet, quibus continenter propter alienam fælicitatem affliguntur.

612. VITIORVM ALIMENTA SVOR.] quibus carnibus alitur ipſa cum vitijs ſuis. quibus cogitationibus ſeſe paſcit: nam illi pro cibo ſunt.

613. VISAQ. OCVLOS AVERTIT] adeo horribili aſpectu erat, id quod ampliùs ex ſequentibus perſpicitur.

614. SEMESARVMQ. RELINQ. CORP. SERP.] viperarum. Serpentum plura ſunt genera. Æneid. 8. in laudibus Herculis de Cerbero:

Te ſtygij tremuere lacus, te ianitor orci
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.

De Harpyijs in 3. *Semeſam prædam, & veſtigia fœda relinquunt*.

615. PASSVQ. INCEDIT INERTI] Surgebat pigrè, incedit pigrè. quid ni? habitabat domum frigore ignauo pleniſſimam.

616. FORMAQ. ARMISQ. DECORAM] pulchris armis præditam, vt in Amphit. Plautus. Xenophontem fuiſſe pulchrorum armorum ſtudioſum, narrat Ælian. lib. 3. c. 24. & cauſſam adiungit. Ex Iouis cerebro armatam hanc virginem proſiluiſſe fabulãtur. Hinc armifera Ouid. 6. Faſt. & 2. Amor. Quomodo virgo Palladis formam induta, Piſiſtrato tyrannidem Athenis reſtituerit, Herodot. lib. 1.

617. INGEMVIT, VVLTVMQ. DEÆ AD SVSP. DVXIT] Videbat formoſam deam, & decoram armis (vnde & gal[illegible] in capite, & clypeum in ſiniſtra habuiſſe [illegible] συντωμενον debemus intelligere) hoc ipſum ei gemitum & ſuſpiria conciliauit. Eſt enim ordo verborum, Ad vultum deæ duxit ſuſpiria. Ob metrum coactus eſt vti anaſtrophe.

618. PALLOR IN ORE SEDET, &c.] Aſpice & conſidera hominem hoc morbo laborantem, videbis pallidum, macilentum, &c.

619. NVSQVAM RECTA ACIES] limis oculis intuentur inuidi. Toruùm intuentur, quod Homero eſt ὑπόδρα ἰδὼν. Inuidiæ facies Luciano de Calumnia eſt deformis, pallida, acutum intuens, & velut ex diuturno morbo marcida. Pleniùs longè eam noſter Naſo depingit.

LIVENT RVBIG. DENTES] nigri dentes inuidis, & quaſi rubiginoſi.

620 PECTORA FELLE VIRENT] Liuor eſt potiùs in felle, quàm viror. Fellis vocabulum huic vitio aptũ eſt, quo nihil amarius: ſicut amore & charitate contrarijs illi virtutibus nihil animo dulcius.

In

In Catalectis Virgilian. legitur venuſta Inuidiæ deſcriptio, cuius extremi verſiculi ita ſonant:

Viuit pectore ſub dolente vulnus,
Quod Chironia nec manus leuarit,
Nec Phœbus, ſoboleſue clara Phœbi.

LINGVA EST SVFFVSA VENENO] De aliena, & fœlicium fama libenter detrahūt inuidi. Detractio reuera venenum, quæ bonæ famæ ac nomini eorum de quibus detrahitur, in mentibus audientium mortem affert.

621. RISVS ABEST, NISI QVEM, &c.] non rident inuidi, niſi cùm vident aliquid euenire incommodi his quibus inuident. Nam vt ex bonis alienis dolorem, ita & ex malis lætitiam capiunt. ἐπιχαιρέκακοι.

622. NEC FRVITVR SOMNO, VIGIL. &c.] Curę vigilantes, quæ vigilare nimirum faciunt, ſomnumq; ab oculis inuidorum pellunt. In Phaleucio, de quo te monui:

Nec ſomnum capit (liuo) *raut quieſcit vnquam,*
Torquet viſcera carnifex cruentus.

623. SED VIDET INGRATOS SVCCESS.] Diſplicent illi, quibus videt quod occipiunt probè procedere, & quos bona adipiſci cognoſcit.

INTABESCITQ. VIDENDO] conficitur macie. *Vorat oſsibus medullas* inuidia. *Et totum bibit artubus cruorem.* Ilia ei rumpuntur.

625. SVPPLICIVMQ. SVVM EST, &c.] Plutarch. ὥσπερ ὑπὸ ἰῦ τὸν σίδηρον, ὕτω τοὺς φθονερὺς ὑπὸ τῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι, quemadmodū ærugine ferrum, ſic inuidos ſuis ipſorum moribus conſumi. Ad cōfirmationem dictorum attexam locum illuſtrē de inuidis, ex S. Greg. Nyſſeno l. de vit. Beatitud. *Quæ deſperatorum lethalia ſigna ſunt, ea ſæpenumero in eo qui contabeſcit inuidia, exiſtūt. Oculi aridi, intra palpebras tabidas & extenuatas recedentes: ſupercilium contractū, oſſa loco carnium, tralucētia. At quænam morbi cauſſa eſt? quòd frater ipſius, vel propinquus, vel neceſſarius, vel vicinus in animi lætitia, ac tranquillitate viuit. O nouas iniurias! crimini dare, quòd non aduerſa fortuna cōflictatur ille, cuius rebus ſecundis doles. Quid paſſus es infælix? quæ accepta iniuria extabiſcis? quid habes quod de illo conqueraris, ſi corpore decorus, ſi elegantia ornatus, ſi genere nobilior eſt, ſi aliquo magiſtratu magnificus, ſi pecunioſus, ſi prudens, ſi apud populum gratioſus, ſi beatus à filijs, ab vxore? cur hæc tibi tanquam cuſpides telorum in cor incidunt? complodis palmas: digitos complicas: cogitationibus angeris: ex intimis præcordijs doloris ſignificantia ducis ſuſpiria: inſtitutus tibi redituum ac prouentuum fructus: amara menſa: focus ſubtriſtis; parata ac faciles aures obtrectantibus ei, qui ſecunda fortuna vtitur. quòd ſi aliquid dextri aut fauſti dicitur, clauſa ſunt aures.*

QVAMVIS T. ODERAT ILLAM, TALIB. AFFATA EST, &c.] Sic digere voces; Tritonia tamen breuiter affata eſt (Inuidiam) talibus dictis, quamuis oderat illam. Nam quos odimus, & à quibus abhorremus, ferè non ſolemus alloquio dignari.

627. INFICE TABE TVA NATAR. CECROP. VNAM, &c.] Satis breuiter, ſatiſque pro imperio.

629. ET IMPRESSA TELLVREM REPPVLIT HASTA] oculis quidem iudicibus. Lib. 4. *Cùm ſubitò iuuenis pedibus tellure repulſa.* Huiuſmodi eſt 3. Æneid. *Prouehimur portu, terraq́; vrbeſq́; recedunt.* Ita iudicat oculorum ſenſus. Sic l. 6. *Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.* Claudian. lib. 1. de Raptu, vbi Ceres è Sicilia diſcedit in Phrygiam, *Tum linquitur Aetna, Totaq́; decreſcit refugo Trinacria viſu.*

630. OBLIQVO FVG. LVM. CERN.] Ex antecedentibus, *Nuſquam recta acies.*

631. MVRMVRA PARVA DED.] Etiam hoc ſolent inuidi, ſubmurmurare & muſſare.

SVCCESSORVMQ. MINERVÆ INDOLVIT] Helleniſmus. Latinè, indoluit ſucceſſibus, diceremus. Bene, *indoluit*, non enim eſt ſine dolore vnquam inuidia, cùm non ſit niſi dolor de bono alieno. Virg. 3. eclog. *Quæ tu, peruerſe Menalca, Et cùm vidiſti puero donata dolebas.*

632. BACVLVMQ. CAP. Q. SPINIS TORT.] Baculum quoque mentem & mores ſua tortuoſitate, & vinculis pungentibus præferre naturam & ingenia inuidorum oportuit.

633. ADOPERTAQ. NVBIB. ATRIS, &c.] Quantum inceſſus eius & iter agris, herbis, frugibus, populis, vrbibus, dumibus nocuerit.

635 ET SVMMA PAPAVERA CARPIT] Inuidorū ingenium eſt eminentia petere, iuxta illud, *Summa petit liuor.* Lucret. l. 5. *Inuidia quoniam, ceu fulmine, ſumma vaporant.* Hoc fortaſſis voluit animis noſtris ſubijcere Naſo. Interim ad duas hiſtorias reſpicit, Tarquinij Superbi papauerum cacumina, & Periandri ſupereminentes ſpicas demetentis. Ita ſentit Iacob. Crucius.

637. TRITONIDA CONSPICIT ARCEM] Athenienſium arcem, quam à Tritonia, id eſt, Pallade, nominat Tritonida, vſus patronymico pro poſſeſſiuo. Eclog. 2. *Pallas quas cōdidit arces, Ipſa colat.* Verùm hîc non tam ἀκρόπολιν, quàm ipſam Athenarum vrbem capimus, vt 1. Æneid. *Tyrias olim quæ verterat arces*, pro vrbe Carthagine; cum ſequatur, *Ingenijs, opibuſq́; & feſta pace virentem*, quod de tota ciuitate capiēdum.

638. INGENIIS, OPIBVSQ. ET F. PA. VIRENT.] Athenas à tribus rebus cōmendat, à ſtudijs doctrinarum, à diuitijs, ab otio, & tranquilla pace quam agitaret. Laudat hanc vrbē diuerſis in locis M. Tul. De origine, laudibus, regibus, rebus geſtis Athenienſium multa Iuſtin. l. 2. Velleius quoq; ab eloquētia & ingenijs in extremo libri primi, cuius verba operæpretium erit hîc adſcribere, vt à Lipſio correcta ſunt: Vna vrbs Attica, pluribus annis eloquentia, quā vniuerſa Græcia, vberiuſq; floruit: adeò, vt corpora gentis illius ſeparata ſint in alias ciuitates; ingenia verò ſolis Athenienſium muris clauſa exiſtimes. Neq; ego hoc magis miratus ſum, quàm neminem Argiuum, Thebanum, Lacedæmonium oratorē, aut dum vixit auctoritate, aut poſt mortem dignum memoria exiſtimatum, quæ vrbes talium ſtudiorum fuere ſteriles, niſi Thebas vnum os Pindari illuminaret. Nam Alcmana Lacones falsò ſibi vindicant. Vide & Claud. Minoëm in 5. emblem. Alciati. Quàm incenſo ſtudio populus ille libertatem ſibi pepererit, ac ſemel partam tutatus ſit, Gulielm. Canter. c. 4. l. 7.

VIRENTEM] Nihil cauſſæ cur potiùs *nitentem* reponamus.

639. VIXQ. TENET LACRYM. QVIA NIL, &c.] Concludit hypotypoſin longam & ingenioſam Inuidiæ, quo vitio nullum domino ſuo pernicioſius. Reſtat, vt quid apud Aglauron egerit, cognoſcamus. Sed priùs libet ante oculos ponere imaginem Inuidiæ, quam Alciatus emblemat. LXXI. ex hac Ouidiana maiore, forma minore non inelegantèr expreſſit:

Squallida vipereas manducans fœmina carnes,

Cuiq́;

...valent oculi, quæq; ſuum cor edit, A *Tela manu; tales pingitur inuidia.*
Quam macies & pallor habent, ſpinoſáque geſtat Lege ibid. Claud. Minoëm.

Subditis ſibi ab Inuidia ſtimulis, Aglauros, felicitate ſororis Mercurio nupturæ immenſum quantum cruciatur. Aduenientem, & quamuis blandè rogantém excludere contendit, & in ſaxum ab eodem conuertitur.

XXIII.

Sed poſtquam thalamos intrauit Cecrope natæ
Juſſa facit, pectuſque manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis præcordia ſentibus implet,
Inſpirátque nocens virus, piceumque per oſſa
*Diſsipat, & medio *ſpargit pulmone venenum* *inuergit
Neve mali cauſſæ ſpatium per latius errent
Germanam ante oculos, fortunatumque ſororis
Coniugium, pulchráque deum ſub imagine ponit:
Cunctáque magna facit: quibus irritata, dolore
Cecropis occulto mordetur, & anxia nocte,
Anxia luce gemit: lentáque miſerrima tabe
Liquitur; vt glacies incerto ſaucia ſole,
*Feliciſque bonis *aliter non vritur Herſes,* *leuiùs
Quàm cùm ſpinoſis ignis ſupponitur herbis,
Quæ neque dant flammas, lenique tepore cremantur.
Sæpe mori voluit, ne quidquam tale videret:
Sæpe velut crimen rigido narrare parenti.
Denique in aduerſo venientem limine ſedit
Excluſura deum: cui blandimenta, precéſque,
Verbáque iactanti mitiſsima, Deſine, dixit:
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo.
Stemus, ait, pacto, velox Cyllenius, iſto,
Cælatáſque fores virga patefecit. at illi
Surgere conanti, partes, quaſcunque ſedendo
Flectimus, ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto ſe attollere trunco:
Sed genuum iunctura riget, friguſque per artus
Labitur: & pallent amiſſo ſanguine venæ,
Vtque malum latè ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illæſas vitiatis addere partes:
Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit,
Vitaléſque vias, & reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt: nec ſi conata fuiſſet,
Vocis habebat iter: ſaxum iam colla tenebat:
Oráque duruerant: ſignumque exangue ſedebat.
Nec lapis albus erat, ſua mens infecerat illum.

6[40.] SED POSTQVAM THALAMOS, &c.] Suprà B narrauit, regiam habuiſſe tres thalamos, ebore & teſtudine cultos quorum dexter Pandroſi, læuus Aglauri, medius Herſes fuerit. Relictis itaque alijs, ſiniſtrum ingreditur Inuidia, effectum datura, quod ſibi Pallas mandauerat.

CECROPE NATÆ] Aglauri vtrique.
641. IVSSA FACIT] In fab. Phaëthontis: *Iuſſa deæ celeres peragunt*, Virgil. 1 Æneid. *Et iam iuſſa facit.*
MANV FERRVGINE TINCTA] nigricante manu, quaſi ferrugine imbuta. Ferrugo eſt ferri rubigo.

A

642. HAMATIS SENTIB.] recuruis, in modum hamorum. Sic vocat curas & cogitationes mordaces, quas Græci δακεθύμους, & θυμοβόρους, animum carpentes, mordentes, vellicantes, exedentes, quibus deinde agitata & excarnificata eſt. Hamata ſagitta vulneratur à Cupidine Pluto lib. 5.

643. INSPIRATQVE NOCENS VIRVS] Linguam eius ſuffuſam veneno antea dixit. Ipſa autem quæ in animo ſentitur inuidia, quid niſi quoddam, & nocens venenum eſt? quod ex eius effectis, de quibus egit, facilè diſcitur. Suprà tamen appellabat, *Infice tabe tua natarum Cecropis vnam.*

PEROSSA] mentem intimam: hæc enim ſæpiùs oſſium notio poëtis. Propert. eleg. 34. lib. 2.

Me iuuet æternum poſitum languere corollis,
Quem tetigit iactu certus ad oſſa deus.

B

Virgil. 4. Æneid.

Ardet amans Dido, traxitque per oſſa furorem.

645. NEV E MALI CAVSSÆ SPATIVM, &c.] longiùs ne abſit, vnde crucietur & doleat Aglauros.

646. GERMANAM ANTE OCVL. &c.] Obiicit illi ſororem Herſen, vt ſponſam Mercurij, & illum vt ſponſum, fortunatas, inquam, & nobiles nuptias. His imaginibus & viſis miſeram implet & occupat.

648. CVNCTAQ. MAGNA FACIT] Habet hoc inuidia, omnia vt grandiora & inſigniora concipit, quo magis ſemet irritat & excruciat.

649. ANXIA NOCTE, ANXIA LVCE GEMIT] vt ſuprà de ipſa met inuidia, *Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis.* Dies & noctes angitur, & quid incipiat neſcit.

C

650. LENTAQ. MISERRIMA TABE LIQVITVR] *carpitque & carpitur vnà, Suppliciumque ſuum eſt.* Obſerua copiam in eadem re iteranda.

651. VT GLACIES INCERTO SAVCIA SOLE] nunc apertiore, nunc tectiore ſole glacies reſoluitur, percuſſa eius radijs modò validioribus, modò remiſſioribus.

652. ALITER NON VRITVR] Vrere dicimus tranſlatè, cui ingratum quippiam aut dicimus aut facimus, etiamſi non deſtinatè.

654. QVÆ NEQVE DANT FLAMMAS, &c.] die nur loſchen vnnd brennen.

D

655. SÆPE MORI VOLVIT, NE] Mirandum in modum inuidentiam iſtam ſororiam exaggerat. Damœtas eclog. 3. inuidiam Menalcæ aduerſus Daphnidem à ſe arcu & calamis donatum obiiciés:

——— Quæ tu, peruerſe Menalca
Et cùm vidiſti puero donata dolebas:
Et, ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes.

656. SÆPE VELVT CRIMEN RIGIDO, &c.] Quaſi in concubinatum Herſe Mercurio ſe dare pararet, crimen hoc ad Cecropem parentem deferre, ſororemque accuſare decernit Aglauros. Moroſum ſenem vocat rigidum.

657. DENIQ. IN ADVERSO VENIENS. &c.] Hactenus quæ cogitarit, & quomodo ſe in animo habuerit. Nunc, quid tandem foris machinata ſit. Sedit in limine domus, ingreſſuroque manibus & pedibus obſtitit, nec blandiſſimis eius precibus locum reliquit; & ſe inde, niſi ipſo recedente, non receſſuram profeſſa eſt.

659. VERBAQ. IACTANTI MITISS.] nihil verbis, quanquam leniſſimis, proficienti.

DESINE DIXIT] mihi blādiri, nō audio te. tace.

661. STEMVS, AIT, PACTO VELOX CYLLENISTO] A monte Arcadiæ Cyllene, vbi natus, dicitur Cyllenius; & velox, quia volare poteſt. Pro *iſto* legam libentiùs *iſti*. Stemus iſti pacto. Nam ſtare pactis, conditionibus, promiſſis vſitata loquendi genera. Affirmaſti te hinc niſi me abeunte non abituram; fiat, & ſtemus huic pacto. Vel ita. Non abeo, &, ſi tu idcirco etiam non abis, ſtemus & maneamus hoc pacto. Sed vtrouis modo expoſueris, deludit illam.

662. CÆLATASQ. FORES VIRGA PATEF.] Ipſe caduceo tangens fores domus, & aperiés introiuit.

663. AT ILLI PARTES Q. SEDEND. FLECT.] Exponit eius λέξιν. Pro *Flectitur*, ſi legas *Flectimus*, ſenſus fit clarior. Raphaël ſubaudit *in*, in quaſcunque partes flectitur. Glareanus mallet legere *quacunque flectitur*. Quas Ouidius hoc loco partes, Catull. de nupt. Pelei & Thetydis artus nominat. Nam de dijs ad eas venientibus: *Qui poſtquam niueos flexerunt ſedibus artus.* Vnde liquet, hîc legendum *flectimus* potiùs, quàm *flectitur*.

665. RECTO SE ATTOLLERE TRVNCO] erigere ſe. Truncus, inquit Iſidorus lib. 11. media pars corporis, à collo vſque ad inguina.

668. MALVM IMMEDICAB. CANCER SERPERE] Apoſtolus ad doctrinam peruerſam retulit, *Sermo eorum vt cancer ſerpit.* 2. Timoth. 2. Quod continenter ſequitur, *& illæſas vitiatis addere partes*, eſt vnam partem poſt alteram inuadere & inficere, partes ſinceras paulatim trahere, quomodo locutus eſt lib. 1. Iupiter.

670. LETHALIS HYEMS PAVLATIM PEC. VEN.] Suprà: *Frigus lethale ſecutum eſt.* Hyems pro frigore, auxeſis.

675. SVA MENS INFECERAT ILLVM] vt mens eius nigra, hoc eſt, improba, fuerat, ita lapis erat niger. Nigror mentis in lapidem redundauit. Carmine in Ibim longe aliud ſcriptum reperio de Aglauri ſupplicio:

Liuida ſe ſcopulis vt virgo miſit ab altis,
Dixerat inuiſo quæ mala verba deo.

Arbitratur Parrhaſius ep. 47. Aglauron accipiendam: de eius liuore & inuidia iam audiuiſti. Cùm enim Minerua Erichthonium in ciſta apud Cecropis filias depoſuiſſet, & eam inſpici vetuiſſet, Pandrofos obtemperauit, vt narrat Pauſan. Herſe, & Aglauros ciſta reſignata futere cœperunt, ſeſeq; ex arce præcipites abiecerunt. Rem totam in vnam Aglauron contulit Ouidius.

Iupiter tauri formoſi in ſe capeſſens imaginem, Mercurio ſubſeruiente Europam, Agenoris Phœnicum regis filiam rapit. Rem, vt à tanti numinis maieſtate alieniſsimam, grauiter, & ali-

quot verſibus inſectatur Ouidius. Res veras fictis fabulis & allegorijs velant poëtæ. Nauis qua rapta eſt Europa, inſigne taurum habuit. Auecta in Cretam regi, cui nomen Iupiter, tradita eſt in connubium, cui filios genuit Minoëm, & Rhadamantum, aliqui addunt Sarpedonem.

HAS vbi verborum pœnas, mentiſque profanæ, XXIV.
Cepit Atlantiades, dictas à Pallade terras
Linquit, & ingreditur iactatis æthera pennis.
Seuocat hunc genitor, nec cauſſam faſſus amoris,
Fide miniſter, ait, iuſſorum nate meorum,
*Pelle moram, *ſolitóque celer delabere curſu:* * ſubitoque
Quæque tuam matrem tellus à parte ſiniſtra
Suſpicit (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete: quódque procul montano gramine paſci
Armentum regale vides, ad littora verte.
Dixit, & expulſi iamdudum monte iuuenci
Littora iuſſa petunt, vbi magni filia regis
Ludere virginibus Tyriis comitata ſolebat.
NON BENE CONVENIVNT, NEC IN VNA SEDE MORANTVR
MAIESTAS, ET AMOR SCEPTRI GRAVITATE RELICTA,
ILLE PATER, RECTORQVE DEVM, CVI DEXTRA TRISVLCIS
IGNIBVS ARMATA EST, QVI NVTV CONCVTIT ORBEM,
INDVITVR FACIEM TAVRI: MISTVSQVE IVVENCIS
MVGIT, ET IN TENERIS FORMOSVS OBAMBVLAT HERBIS.
Quippe color niuis eſt, quam nec veſtigia duri
Calcauere pedis, nec ſoluit aquaticus Auſter.
Colla toris extant, armis palearia pendent,
Cornua parua quidem; ſed quæ contendere poſſes
Facta manu, puráque magis pellucida gemma.
Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen:
Pacem vultus habet: miratur Agenore nata,
Quòd tam formoſus, quòd prælia nulla minetur.
Sed quamuis mitem, metuit contingere primò.
Mox adit, & flores ad candida porrigit ora.
Qui nunc alludit, viridique exultat in herba:
Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis:
Paulatimque metu dempto, modò pectora præbet
Virginea palpanda manu, modò cornua ſertis
Impedienda nouis: auſa eſt quoque regia virgo,
Neſcia quem premeret, tergo conſidere tauri.
Tum deus à terra, ſiccóque à littore ſenſim
Falſa pedum primò veſtigia ponit in vndis:
Inde abit vlterius, mediíque per æquora ponti
Fert prædam: pauet hæc: littúſque ablata relictum
Reſpicit: & dextra cornu tenet, altera dorſo
Impoſita eſt: tenues ſinuantur flamine veſtes.

676. HAS VBI POEN. CEP.] vbi impudentem puellam hoc modo vltus eſt, quo etiam antea Battum, propter linguam incontinentem.

677. DICTAS A PALLADE TERRAS] agrum Athenienſem, in quo geſta, quæ iam expoſita ſunt. Supra, *Gratámque Minerua Deſpectabat humum.*

678. INGREDITVR IACTATIS ÆTHERA PENNIS] Parui refert, *æthera*, an *aëra* legamus: nam & æther ſæpiſſimè ſonat aërē. Volatum exprimit Virg. de Dædalo lib. 6. *Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo.*

679. NEC CAVSSAM FASSVS AMORIS] quanquam filio, non tamen conſilium ſuū detegendū cenſuit.

680. FIDE MINISTER IVSSOR. MEOR.]

Interea gelidis Maia ſatus aliger vmbris,
Iuſſa gerens magni remeat Iouis.

Qui poëtas triuerunt antiquos, recordentur, quàm crebrò miniſtrum ſe Mercurius Ioui præbuerit. B Nec Ioui tantùm, ſed omnino dijs ſuperis & inferis, vt alibi vel diximus, vel dicemus. Hoc enim eſt eius officium. Claudian. 1. de Raptu:

Atlantis Tegeæe nepos, commune profundis
Et ſuperis numen, qui fas per limen vtrumque
Solus habes, geminóque facis commercia mundo.

Vt autem hic Iupiter Mercurio miniſtro ſuo, ita Iuno lib. 11. Iridi miniſtræ & nuntiæ ſuæ, *Iri mea, dixit, fidiſſima nuntia vocis Viſe ſoporiferam.* &c.

681. PELLE MORAM] Virgil. 12. *Ne qua meis dictis eſto mora.*

682. QVÆQ. TVAM MATREM TELLVS, &c.] De Phœnicia, in qua Sidon vrbs. Ab ipſa hac vrbe Phœniciam ait Sidonida appellari, vt videtur. Sed aliter eſt. Prouinciam ad Septentrionem, quæ eſt ſiniſtra mundi pars, ſubiacentē Pleiadibus, quarum C vna eſt Maia Mercurij mater, & Sidonē pro vno accipit. Micyllus & Glareanus de intelligētia & difficultate loci huius diſſerūt multa, quos adire licebit.

684. MONTANO GRAMINE] per montes.

688. VIRGINIBVS TYRIIS] Atqui Sidonem iuſſit petere Mercurium, & Europa erat Sidonia; ſed à vicino nonnunquam petuntur epitheta. Sic Tyrios pro Sidonijs nominat aliquoties Virgil.

689. NON BENE CONVENIVNT, NEC, &c.] Reprehenſio vel Socrate digna. Cùm amare & ſapere nec deis quidem concedatur; rex igitur amans, hoc eſt, veteris amoribus deditus & irretitos non ſapit. Si non ſapit, quomodo regit? nam regere regna, vnius vtique eſt ſapientis. Si autem malè regit, nunquid maieſtatem conſeruat?

691. ILLE PATER, RECTORQ. DEVM, &c.] Lib. 9. *Quod memoris populi dicor rectórque paterq;.* Superos, Herculi monſtrorum domitori, filio ſuo bene cupientes vocat gratum populum. Egregia ſanè D amplificatio, ad rei indignitatem ante oculos ponendam. Ac ſi dicat: Nihil eſt quòd Hercules ſe Omphalæ ſubmiſit, eique depoſita claua & leoninis exuuijs, opertuſque veſte muliebri, vſque ad penſa trahēda ſubiectus fuit. Nihil eſt quòd alij dij deæque citra metamorphoſin amores hominum conſectati ſunt. *Ille pater, rectórque deûm*, & quo nihil maius nec in cælo, nec in terris, prô pudor, induit ſe in bouem, & armento immiſtus mugijt. O inſaniam, ô delirium Iouis! Mutationes eius in formas varias ob amorem hoc diſticho comprehenſas inuenio, dicam latinè:

Fit taurus, cygnus, ſatyrus, fit Iuppiter aurum
Europa, Ledaq;, Antiopa, Danaæ.

A 3. Amor. eleg. 11.

Iuppiter aut in aues, aut ſe transformat in aurum,
Aut ſecat impoſita virgine taurus aquas.

His conſentanea Arnob. *Modò in aurum verſus, modò in ſatyrum ludicrum, in draconem, in alitem, in laurum, & quod omnia genera contumeliarum tranſiliat, in formiculam paruulam, vt Clytoris videlicet, filiam Myrmidonis redderet apud Theſſalos matrem.* Vide dialogum Luciani, qui inſcribitur Charidemus, & eſt de laudibus pulchritudinis. Nazianzenus.

Ταῦρος, κύκνος, χρυσὸς ἔφυς, πόσις, ἄρκτος, ἄπιστα
Ὅσσα μὲν αἰκῶς ἄνευγεν ἔρως, κῦρος τ' ἀλαπαδνός.

CVI DEXTRA TRISVLCIS IGNIB. ARMATA] fulminis periphraſis. Trifidam flammam in fab. Phaëthontis vocauit, & tricuſpe telum alibi, telum triplex Stat. in Syluis.

B 692. INDVITVR FACIEM TAVRI] Claudian. ad Hadrianum Præfectum prætorio, de potentia Cupidinis loquens:

Quæ tibi, ſæue puer, non eſt permiſſa poteſtas?
Tu magnum ſuperas fulmen, celóque relicto
Fluctibus in medijs cogis mugire Tonantem.

695. QVAM NEC VESTIG. D. CALCAV. PED.] Multis deſcribitur bos raptor. Lib. 1. de Pon. *Et non calcata candidiora niue.* Martial. lib. 7.

Sordidior cæno cùm ſit toga, calceus autem
Candidior prima ſit tibi, Cinna, niue.

696. AQVATICVS AVSTER] ventus flans à meridie, creans pluuias. Ideò & ab humore græcè νότος, Notus. lib. 1. *Madidis Notus euolat alis*, &c. ſoluit niues, quia tepidus.

697. COLLA TORIS EXTANT] toroſum illi col- C lum. Virg. 3. Georg *Luxuriátque toris animoſum pectus*, de pullo equino.

700. NVLLÆ IN FRONTE MINÆ, &c.] vt plerumque boues, vel tauri potiùs eſſe ſolent, minax toruuſque non erat. Virgil. Georg. 3. probat vaccam à toruitate: *Optima torua Forma bouis.*

702. QVOQ. PRÆLIA NVLLA MINETVR] taurorum congreſſus depingitur lib. 12. Æneid.

703. METVIT CONTINGERE PRIMO] puellæ natura ſunt timidæ.

705. QVI NVNC ALLVDIT] auribus & cauda, in morem canis.

708. MODO CORN. SERT. IMPEO. NOVIS] Serta pro corollis frequenter. Dicta quaſi inſerta, implexa, contexta, compoſita à ſero, ſerui, ſertum: quod non ſolùm eſt ſemino, verùm etiam contexo, compono, ordino, aduno, digero, implico, opponiturque ſertum ſoluto. Apul. 4. Mileſiar. *Iámque per pla- D teas commeantem populi frequenter floribus ſertis & ſolutis adprecantur.* Plura Carol. Paſchal. de Cor. l. 1. c. 12.

710. NESCIA QVEM PREMERET] inſidiatorem pudicitiæ ſuæ premebat, vt dicam figmento huic poëtico conuenienter. Sic Dido 1. Æneid. fouens gremio Cupidinem pro Aſcanio, inſcia eſt *Inſideat quantus miſeræ deus.* Magno id poſtea ſuo malo cognouit. *Neſcius* inter verba numerat Gell. lib. 9. c. 12. quæ ſignificatione reciproca, hoc eſt, agendi & patiendi dicuntur. Neſcius, qui neſcit, & qui neſcitur. Prior tamen vſus poſteriore frequentior eſt.

TERGO CONSIDERE TAVRI] Hoc vnum tota ſimulatione ſua quærebat Iupiter. Ageuuteum iuuencum vocat 3. Syluar. Statius.

712. FALSA PEDVM VESTIGIA] ſimulati enim pedes erant, vt omnia reliqua. Fallacem taurum

vocat

vocat lib. ſequentis primo verſu.

714. LITTVSQ. ABLAT. RELICT. RESP.] Lib. 6. vbi raptū hunc velo ſuo intexit Arachne: *Ipſa videbatur terras ſpectare relictas.* Retorquere oculus & caput ad locum vnde diſcedas, illius deſiderij certum eſt indicium, & magni erga illum affectus. Plurima exempla congerit ex auctoribus Lud. Cerdius in 3. Georg. pag. 420. col. 1.

715. ET DEXTRA CORNV TENET] Cornu apprehendit prò fœno, quo minimè opus: ſciebat enim hic vector, quò ſibi eundum. 1. Amor. eleg. 2.

Quaq; ſuper pontum ſimulato vecta iuuenco,
Virginea tenuit cornua falſa manu.

ALTERA DORSO IMPOSITA EST] Siniſtra ſcilicet. Verecundè igitur, & (qui nobilium mulierum mos eſt cùm equitant) iunctis cruribus, obliquè, non diuaricatis inſidebat.

716. TENVES SINVANTVR FLAM. VESTES.]
A ventus contorquebat veſtem byſſinam in ſinus. Somnium Europæ, & raptum, & taurum deſcribit Moſchus idyllio 2. quod Europa inſcribitur, cum querela Europæ, & reſponſo tauri. De eodem Anacreon. εἰς τὴν Εὐρώπην.

Ὁ ταῦρος οὗτος, ὦ παῖ,	*Hanc ò puellæ, taurum*
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.	*Iouem puto eſſe quendam.*
Φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις	*Nam vectat ecce dorſo*
Σιδωνίην γυναῖκα,	*Sidoniam puellam,*
Περᾷ δὲ πόντον εὐρύν,	*Vaſtúmque tranat æquor,*
Τέμνει δὲ κῦμα χηλαῖς.	*Et findit vngula vndas.*
Οὐκ ἂν δὲ ταῦρος ἄλλος	*At præter hunce nullus,*
Ἐξ ἀγέλης ἐλασθεὶς	*Bos à gregibus abactus*
Ἔπλευσε τὴν θάλασσαν,	*Tranabit æquor vnquam.*
Εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος.	

Ex Europa Theocriti producit verſus quoque aliquot Gulielm. Canterus lib. 4. c. 15 quibus geſtus virginis huius tauro auectæ eleganter deſcribitur.

ELECTORVM LIBER TERTIVS.

Cadmus Agenoris Phœnicum regis filius Europā ſororem à Ioue ſub forma tauri raptam, & in Cretam abductam inueſtigatum miſſus, ac niſi inuenta redire in patriam à patre prohibitus, oraculo vrbem, vbi bos occurrens in herbam ſe ſubmitteret, condere iubetur.

SECTIO I.

IAMQVE deus poſita fallacis imagine tauri
Se confeſſus erat, Dictæáque rura tenebat:
Cùm pater ignarus raptam perquirere Cadmo
Imperat, & pœnam, ſi non inuenerit, addit
Exilium, facto pius & ſceleratus eodem.
Orbe pererrato (quis enim deprendere poſſet
Furta Iouis?) profugus patriámque irámque parentis
Vitat Agenorides, Phœbique oracula ſupplex
Conſulit: & quæ ſit tellus habitanda, requirit.
Bos tibi, Phœbus ait, ſolis occurret in aruis,
Nullum paſſa iugum, curuique immunis aratri:
Hac duce carpe vias: & qua requieuerit herba,
Mœnia fac condas: Bœotiáque illa vocato.
Vix bene Caſtalio Cadmus deſcenderat antro:
Incuſtoditam lentè videt ire iuuencam,
Nullum ſeruitij ſignum ceruice gerentem.
Subſequitur, preſſóque legit veſtigia greſſu,
Auctorémque viæ Phœbum taciturnus adorat.
Iam vada Cephiſi, Panopéſque euaſerat arua;

Bos ſtetit, & tollens * *ſpecioſam cornibus altis* *ſpatioſam
Ad cælum frontem, mugitibus impulit auras.
Atque ita reſpiciens comites ſua terga ſequentes
Procubuit, teneráque latus ſubmiſit in herba.
Cadmus agit grates: peregrinæque oſcula terræ
Figit: & ignotos montéſque, agróſque ſalutat.

2. DICTÆAQ. RVRA TENEB.] Cretenſia rura. Dicte mons Cretæ.

3. CVM PATER IGNARVS RAPTAM] Si raptam putaſſet, forſitan, vt in re deſperata, eam quæri non iuſſiſſet. Aliquò videndorum locorum ſponte ſua profectam opinabatur.

4. ET POEN. SI NON INVEN. ADDIT EXIL.] Quò diligentior foret in quærendo, iuſſit eum aut cum quæſita & inuenta ſorore domum redire; aut ea non inuenta, patria carere, & in conſpectum ſuum non venire. Non Cadmum ſolùm, ſed & Phœnicē, & Cilicem, tres filios ad quæritandam ſororem à patre miſſos dicit fab. CLXXVIII. Hygin.

B 5. FACTO PIVS ET SCELERATVS EODEM] Iſtiuſmodi ſententiæ ὀξύμωρα dicuntur, ſtultacuta. Nam cùm videantur ſtultè proferri, & falsò, verè tamen & ingenioſè atque arguiè proferuntur. Sic de filiabus Pelei lib. 7. *Hu, vt quæque pia eſt hortatibus, impia prima eſt, Et, ne ſit ſcelerata, facit ſcelus.* Et lib. 9. de Alcmæone, qui matrem, patris vindicandi interemit: *Natus erat facto pius & ſceleratus eodem.* Mandatum hoc Agenoris quā de Cadmo, vituperat Ouid. Minimè enim paternum fuit & crudele nimis. Inexorabile pactum legis Agenoreæ vocat Stat. 1. Thebaid. Ergo germana diu perquiſita, nec reperta, in exilio manſit, in quo tamen beatus eſſe cœpit, vrbe diuino monitu condita, ducta vxore nobiliſſima, proſeminatiſque liberis. Haud alienum C huic, quod de Teucro proditur. Qui cùm Telamoni patri iniuriâ in ſuſpicionem veniſſet, quòd necem fratris Aiacis apud Troiā ex ignauia vindicare omiſiſſet, eius oculos fugiens, in Cyprum voluntarius exul conceſſit, vbi Salaminem vrbem, illi Atticæ & patriæ ſuæ cognominem ædificauit. Velleius lib. 2. Proficiſcentem ſocioſque conſolantem inducit Horat. ode 7. lib. 1. Fabulam Cadmi allegoricè exponit noſter Delrius Aduerſar. in Oedip. Senecæ, in Chor. Act. 3.

6. ORBE PERERRATO] Virgil. 2. Æneid. *Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto.* Et eclog. 3. *Ante pererratis amborum finibus.*

D 8. PHOEBIQ. ORACVLA SVPPLEX CONSVL.] Præ dijs omnibus Apollo ob vaticinia, ſiue reſponſa & oracula apud omnes gentes honorem meruit, cuius præcipuum μαντεῖον, & quædam velut officina apud Delphos, totius orbis vmbilicum viſebatur. Hoc oraculum & humano generi commune, & omnium præclariſſimum eſt habitum: ad quod conſulendum & Agamemnonem profectum teſtatur Homerus Odyſſ. 8. Nulla Apollineis veriora ducebantur. Atque hinc illa de rebus indubitatis ac veriſſimis, ὡς ἐκ τρίποδος, ſeu, τὰ ἐκ τρίποδος. Plaut. *Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt.* Cic. ad Brutum: Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Sed quanquam Phœbea hæc oracula vera haberentur, tamen quòd ambigua, A tortuoſa & obſcura eſſent, dictus eſt Apollo λοξίας, obliquus, & Apecta, quòd neutiquam eſſent aperta, & planiloqua. Exempli gratia; Pyrrho Epirotarum regi ſic reſpondit: *Aio te, Aeacida, Romanos vincere poſſe.* Incertum, an Pyrrhum victorem dicat fore Romanorum: an Romanos Pyrrhi. Vide Baptiſt. Pium annotat. poſterioribus cap. 49. Conſulentes pauciſſimis id quod vellent exponere oportebat. Nec reſpondebatur, donec victima tota tremiſceret, & membris omnibus palpitaret. Nullum item reſponſum ſermone latino dabatur. Seruius in illa 4. Æneid.

Qualis vbi hybernam Lyciam Xanthique fluenta
B *Deſerit, & Delon maternam inuiſit Apollo,*

docet, ſex menſibus æſtiuis conſueuiſſe reſpondere apud Pataram Lyciæ, totidem hybernis apud Delphos. Hæc ſaltuatim ex Alex. ab Alex. cap. 2. lib. 6. De varia notione vocis *tripus*, conſule Natal. in Apolline. Porrò Pythia inſtinctu Apollinis reſponſa reddens, ex Oecumenio deſcribitur à Del. 10, Comment in Oedip. Senecæ pag. 95.

9. QVA SIT TELL. HABIT. REQVIR.] Mirum quare non de ſorore, aut certè priùs de ſorore inuenienda Phœbum conſuluerit, vt ita in patriam redire ad ſuos poſſet. Deſperatione fractus, tantummodo de incolatu ſuo ſciſcitatur.

10. SOLIS IN ARVIS] Loca ſola, ſunt infrequentia, non habitata, quæ non obeuntur, deſerta, ſolitaria, non celebria. Vide Symbol. noſtras ad illud C eclog. 10. *Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem,* &c.

11. BOS NVLL. PASSA IVG.] iniugis ἄζυγος 3 Faſt. *Caſa priùs illæ iuuenca, Quæ dederat nulli colla premenda iugo.* Additur ἐπεξηγησις, *curuique immunis aratri,* id eſt, rudis operum paſcualis Sen. Med. *Intentata iugo.* Oedipo. *Quem nec flexerat vomer, aut iuga curua plauſtri.* Virgil. 4. Æneid. *Et intactos totidem ceruice iuuencos.* Ad genus fæmininum quod attinet, ſic Virgil. eclog. 1. *Ille meas errare boues,* &c. meas vaccas. Liuius lib. 1. Bos locuta eſt. Euripid. Phœniſſ. Chorum introducit, & hoc, & quæ ſequuntur de excitata vrbe Thebana, & dracone interfecto, & dentibus eius ſeminatis, de enata armatorum ſegete, & cæde mu-D tua diſtinctè ac diſertè canentem, vt inde Ouidius pænè interpretem agens, ſumpſiſſe omnia videatur. Initium Euripidæorum hoc eſt: Κάδμος ἔμολε τάνδε γᾶν, &c.

13. BOEOTIAQ. ILLA VOCATO] Cùm de vrbe indigetanda loquatur oraculum, quæ dicta eſt Thebæ, quomodo huc detorqueatur nomen adiectiuum *Bœotia*, alioqui totius regionis peculiare, docebit te Raphael in Comment. Stephanus à Theba Promethei filia nuncupatam cenſet. De iſta Cadmi manſione, & cauſſa Stat. 1. Thebaid.

Ex quo Sidonij nequidquam blanda iuuenci
Pondera Carpathio iuſſus ſale quærere Cadmus,
Exul Hyantheos inuenit regna per agros.

14. VT A CASTAL. DESCENDER. ANTRO] vbi Phœbum

bum cōſuluerat. In loco edito fuiſſe antrum illud, vox, *deſcenderat* indicio eſt. Sed cùm fons Caſtalius ſit ad radices Parnaſſi, Muſis ſacer, Parnaſſus autem mons Phocidis, & Cadmus in Bœotia exquirat oraculum, quo pacto dicit antrum Caſtalium? aut quid Apollini cum fonte Caſtalio? Reſpondeamus licet, Apollinis templum (quod antrum hîc appellat) fuiſſe in Parnaſſo, quem celebrem reddebat fons Caſtalius. Maluit igitur Poëta Caſtalio antro, quàm Parnaſſio dicere. Tametſi porrò illud templum in Phocide, vbi & Parnaſſus, nihilominus finitima pro finitimis non tantùm in perſonis, ſed in locis quoque vſurpantur & intelliguntur poëtis. Eſt etiam vicina Bœotia Phocidi. Melior ſolutio nunc quidem in mentē non venit.

15. INCVSTODIT. L. V. IRE IVVEN.] Lib. 2. *Incuſtodita Pylios memorantur in agros Proceſſiſſe boues.* Lentè oportebat vaccam hanc incedere, vt eam adipiſci Cadmus, & Ioui immolare poſſet.

16. NVLL. SERVITII SIG. CERVICE GERENT.] quia nullum erat paſſa iugum, nec onus, nec aratrum collo traxerat, nec habebat detritas iugo ceruices. Æquè vaccis, vt bobus, priſci ad opera & labores vtebantur.

17. PRESSOQ. LEGIT VESTIG. GRESSV] Tardè procedentem lento paſſu ſequitur: ne ſi concitatiùs ambularet, illam fugaret, hoſtilia metuentem ſcilicet. Alioqui premere greſſum, eſt continere greſſum, ſeu gradum, & ſubſiſtere.

18. TACITVRNVS ADORAT] non verbis, ſed mente tantùm, ceu veridicum veneratur.

19. VADA CEPHISI, PANOPESQ. EVAS. ARVA] Cephiſus Bœotiæ fluuius, quem vado tranſiuit. Panope vrbs, quam tamen in Phocide collocant Geographi.

20. TOLLENS SPECIOS. CORNIB. ALTIS, &c.] Virg. 1. Æneid. de ceruis: *Ductoreſq; ipſos primùm, capita alta ferentes Cornibus arboreis, ſternit.* Non ita diuerſum illud 1. Georg. *Aut bucula cælū Suſpiciens, patulis captauit naribus auras.* *Spatioſam* ex Palatinis codicibus legit Gebhard. in Crepund. Ex frontis enim latitudine pulchritudinem ac generoſitatem taurorum boumque inprimis prænoſcimus, &c. Vide c. 7. l. 2.

21. MVGITIB. IMPVLIT AVRAS] Virg. 12. *Arrectaſque impulit aures Confuſæ ſonus vrbis, & illætabile murmur.* Et 2. *Implent clamore vias.*

22. RESPICIENS COMIT. SVA TERGA SEQ.] Quaſi diuinitus moneretur, noſſetque ſe Cadmo deberi, conſtitit bos, & reſpiciendo, illum eiuſque comites ſalutare, & ſe offerre totam viſa eſt: cuius rei & hoc non dubium ſignum, quòd, licet non feſſa (quia lentè gradiebatur) in gramine procubuit, vtpote vlteriùs non itura.

23. TENERA Q. LAT. SVAM. IN HERBA] Lectionem hanc vulgatæ *teneras in herbas*, vt ſpecioſiorem prætulimus. Nam & ſuprà dixerat, *& qua requieuerit herba*, numero priore.

24. PEREGRINÆQ. OSCVLA TERRÆ FIGIT] quod antè non fecit; nondum enim ſibi in ea ſedem ponendam cognouerat; nec locum vbi maneret & habitaret didicerat, quem nunc oculis iſtis contemplatur.

25. IGNOTOS MONTESQ. AGROSQ. SALVTAT] quia cuique loco & regioni ſuum præeſſe genium ſibi perſuadebant, qui eam curaret ac tueretur, ingredientes aut egredientes eam ſalutabant, ipſi potiùs genio, quàm rebus ſenſu vacantibus honorem hunc habentes. Plaut. Bacchid.

Herilis patria ſalue, quam ego biennio,
Poſtquam Epheſum abij, conſpicio lubens.

Illuſtris admodum locus eſt apud Xenophontem ſub finem lib. 1. & principio 2. de vita & diſciplina Cyri, vt eos libros M. Tullius inſcribit, diligentiſſimus eorum anagnoſtes. Deum quoque ſingulis Eccleſijs, populis, ſeu prouincijs ſuos angelos, à quibus cuſtodiantur, dediſſe, ex ſanctis litteris & Patribus demonſtrat Comment. in Senecæ Troadas noſter Delrius, pag. 421.

Cadmus ſerpentem ſiue draconem horribilem, in ſpecu delitentem, & ſocios aquatum miſſos enecantem occidit, dirique præſagij vocem excipit.

SAcra Ious facturus erat: iubet ire miniſtros, II.
Et petere è viuis libandas fontibus vndas.
Sylua vetus ſtabat, nulla violata ſecuri:
Et ſpecus in medio, virgis ac vimine denſus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,
Vberibus fœcundus aquis: vbi conditus antro
Martius anguis erat, criſtis præſignis & auro:
Igne micant oculi: corpus tumet omne veneno:
Tréſque micant linguæ: triplici ſtant ordine dentes.
Quem poſtquam Tyria lucum de gente profecti
Infauſto tetigere gradu, demiſſáque in vndas
Vrna dedit ſonitum; longo caput extulit antro

Cæruleus ſerpens, horrendáque ſibila miſit,
Effluxere vndæ manibus, ſanguiſque reliquit
Corpus, & attonitos ſubitus tremor occupat artus.
Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet, & immenſo ſaltu ſinuatur in arcus.
A media plus parte leues erectus in auras,
Deſpicit omne nemus, tantóque eſt corpore, quanto,
Si totum ſpectes, geminas qui ſeparat arctos.
Nec mora: Phœnicas, ſiue illi tela parabant,
Siue fugam, ſiue ipſe timor prohibebat vtrumque,
Occupat: hos morſu, longis amplexibus illos,* *complexibus
Hos necat afflatu, funeſta hos tabe veneni.
Fecerat exiguas iam ſol altiſſimus vmbras:
Quæ mora ſit ſociis miratur Agenore natus,
Veſtigátque viros. tegimen direpta leoni
Pellis erat: telum ſplendenti lancea ferro,
Et iaculum, telóque animus præſtantior omni.
Vt nemus intrauit, lethatáque corpora vidit;
Victorémque ſupra ſpatioſi corporis hoſtem
Triſtia ſanguinea lambentem vulnera lingua:
Aut vltor veſtræ, fidiſſima corpora, mortis,
Aut comes, inquit, ero. dixit, dextráque molarem
Suſtulit; & magnum magno conamine miſit.
Illius impulſu cum turribus ardua celſis
Mœnia mota forent: ſerpens ſine vulnere manſit,
Loricæque modo ſquamis defenſus, & atræ
Duritia pellis, validos cute reppulit ictus.
At non duritia iaculum quoque vicit eadem:
Quod medio lentæ ſpinæ curuamine fixum
Conſtitit; & totum deſcendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox, caput in ſua terga retorſit,
Vulneraque aſpexit, fixúmque haſtile momordit.
Idque vbi vi multa partem labefecit in omnem,
Vix tergo eripuit: ferrum tamen oſſibus hæſit.
Tum verò poſtquam ſolitas acceſſit ad iras
Cauſſa recens, plenis tumuerunt guttura venis:
Spumaque peſtiferos circumfluit albida rictus:
Terráque raſa ſonat ſquamis: quique halitus exit
Ore niger ſtygio, vitiatas inficit herbas.* *viſcatas, hoc eſt, ſpumis albidis, ac veneno velut viſco illitas.
Ipſe modò immenſum ſpiris facientibus orbem
Cingitur; interdum longa trabe rectior aſtat.
Impete nunc vaſto, ceu concitus imbribus amnis,
Fertur, & obſtantes proturbat pectore ſyluas.
Cedit Agenorides paulùm, ſpolióque leonis
Suſtinet incurſus, inſtantiáque ora retardat
Cuſpide prætenta. Furit ille, & inania duro
Vulnera dat ferro, figitque in acumine dentes.

Iámque

Jamque venenifero ſanguis manare palato
Cœperat, & virides aſpergine tinxerat herbas:
Sed leue vulnus erat, quia ſe retrahebat ab ictu,
Læſáque colla dabat retro: plagamque ſedere
Cedendo arcebat, nec longius ire ſinebat.
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Vſque ſequens preſſit, dum retro quercus eunti
Obſtitit, & fixa eſt pariter cum robore ceruix.
*Pondere ſerpentis * curuata eſt arbor, & ima* — *ſinuata
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.
Dum ſpatium victor victi conſiderat hoſtis,
Vox ſubitò audita eſt, neque erat cognoſcere promptum
Vnde, ſed audita eſt: Quid, Agenore nate, peremptum
Serpentem ſpectas? & tu ſpectabere ſerpens.
*Ille diu pauidus pariter cum * voce colorem* — mente
Perdiderat, gelidóque comæ terrore rigebant.

26. SACRA IOVI FACTVRVS ERAT] vt ſe beneficij memorē teſtaretur. Cur nō magis Apollini? Iupiter enim hoc ei non prædixerat; & Apollinem inſuper vt vatem veraciſſimum, tacitus adorabat, bouem prædictam ſequens. Dicamus, in omnibus bonis ac beneficijs à dijs inferioribus in homines collatis, Iouem, vt deorum deum, primum ac præcipuum auctorem agnoſci.

27. E[T] PET. E VIVIS LIB. FONTIBVS VNO.] Abeſſe à ſacrificijs aqua non poteſt. Quòd autem res ſingulæ in locis ſuis naturalibus quandam vitam vigoremque retinent, hinc viuæ dicuntur. Viui lapides, ceſpites, carbones, viuum marmor, viuum flumen, viuus ſanguis, & alia trecenta.

28. NVLLA VIOLATA SECVRI] lib. 2. *Cùm ſubit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.*

B

[29]. E[RAT] SPECVS IN MEDIO, &c.] Topographia. Infra pluribus de antro in valle Gargaphie.

Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu,
Arte laboratum nulla: ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo: nam pumice viuo,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.

VI[MIN]IS, AC VIMINE DENSVS] virgultis obſitus, ac proinde acceſſu haud facilis.

30. EFFICIENS HVMILEM L. COMPAG. ARCVM] Talis erat iunctura lapidum, vt arcum & cameram efficeret: ſed depreſſam, non altam.

32. MARTIVS ANGVIS] vel quia Marti ſacer; vel quia pugnax & negotium faceſſens ſuis interfectoribus. Lupi Martiales Horat. ode 17 lib. 1.

C

[C]RISTIS PRÆ[F]VLGIDVS ET AVRO] ἓν διὰ δυοῖν, [cri]ſtis aureis, Poëtis figura familiaris. Obſeruauit De[...]us noſter, Senecam in Oedipo non ſcribere, draconem à Cadmo necatum criſtam habuiſſe, quia fontis accola: & Philoſtratum tradere, angues [a]qu[at]iles criſta carere. Li. 4. nominatur *criſtatus draco.* [Se]neca H[er]cule Fur.

——Gemina criſtati caput
Ferebant ora: quos contra obuius
Reptauit infans, igneos ſerpentium
O[c]ulos remiſſo pectore ac placido intuens.

Ex Oroſio li. 4 ca. 8. Valerio l. 1. Iulio Obſequente, Plin. lib. 8. c. 14. Gellio lib. 6. c. 3. Silio lib. 6. petatur

A deſcriptio ſerpentis apud Bagradam fluuium Africæ, primo bello Punico, ſub M. Regulo, huius ab Ouidio depicti perquam ſimilis. Vide Ciofan. longus erat pedes viginti ſupra centum.

33. IGNE MICANT OCVLI] lib. 8. de apro: *Sanguine & igne micant oculi.* Virgil. 2. Æneid. *Ardentesq; oculos ſuffecti ſanguine, & igni.* Plaut. Menæch. *Vt oculi ſcintillant!* Capt. *Ardent oculi.* Cicero Verrin. 2. *Nam cùm ſpumas ageret in ore, arderent oculi.* Homer. 3. Iliad. ὀφθαλμῶ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λαμπετόωντι. Heſiod. in Aſpide: ὄμμασιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοις δεδορκώς. Hæc Ciofan. In his exemplis præter duo prima, reliqua ad homines pertinent. Sic & de Agamemnone Homerus 1. Iliad. ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐικτήν, *rutilam referebant lumina flammam.*

34. TRESQ. MICANT LINGVÆ] adeò celeriter vibrabantur, vt tres putares. Virgil. 2. Æneid. *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.* Et Georg. 3. *Linguis micat ore triſulcis,* quaſi trifidam haberet. Seneca Med. *Trifidámque linguam exertat.* Verè autem tres linguæ Cerbero, tergeminumque caput.

TRIPLICI STANT ORDINE DENTES] Linguæ non verè tres, vt dicebamus, ſed quaſi tres; ordo autem dentium reuera triplex. De ſitu mutuoque reſponſu horum dentium tu cogita, vtrùm duo ordines ſubtus, an ſuprà in faucibus.

36. INFAVSTO TETIGERE GRADV] infælici euentu, ſunt enim necati à dracone. Sic fauſto pede quópiam diſcedere, eſt fœlici itinere, & fauente fortuna. Horat. epiſt. 2. lib. 2. *I bone, quò tua te virtus vocat, i pede fauſto.* Idem eſt. pede ſecundo.

37. LONGO CAPVT EXTVLIT ANTRO] vt hinc draconem quoque prælongum fuiſſe intelligamus, quia longo antro habebat opus, ſeu, quia longo in antro latebat. ἔμφασις. Sic Polyphemi vaſtitatem volens oſtēdere Virg. 3. *Iacuitque per antrū Immenſum.*

38. CÆRVLEVS SERPENS] cæruleum, & nigrum propter affinitatem ſæpe confunduntur. Propriè autem cæli ſereni color cæruleus: nam & inde dictus, quaſi cæluleus.

HORRENDAQ. SIBILA MISIT] horrenda, ſiquidem & ipſe horrendus, propter corporis molem, & ab igne micantes oculos, &c. Aliorum enim ſerpentum

pentum ſibila non ſunt valdè horrenda. Virg. vocem *ſibila* adiectiuè, & ἐπιθετικῶς poſuit. 2. Æneid. *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora*, pro ſibilantia. lib. 4. de colubris, quibus cincta Tiſiphone ad Athamantem veniebat, *Sibila dant, ſaniemq; vomunt*.

39. EFFLVXERE VNDÆ MANIBVS] Significat vrnas, quibus aquam hauſtum venerant, manibus excidiſſe. Sic amat accidere in ſtupore, in repentino terrore, aut timore, aduerſiſque nuntijs. Exempla proferamus. lib. 4. *Pauet illa, metuique Et colus, & fuſus digitis cecidere remiſſis*. Ibid. cùm Sol Vulcano Veneris cũ Marte adulteriũ monſtraret: *At illi Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat, Excidit*. 9. Æneid. de matre Euryali, vt filiũ à Volſcis obtruncatũ audiuit: *At ſubitò miſeræ calor oſſa reliquit, Excuſſi manibus radij, reuolutaque penſa*. De Circe herbas legente, vt Picum in venatu conſpexit: *Cecidere manu quas legerat herbas, Flammáque per totas viſa eſt errare medullas*, nuſſer l. 14.

SANGVISQ. RELIQVIT CORPVS] In metu magno & improuiſo ſanguis ad cor confluit, vnde pallor vultus. Tales dicuntur, metu exangues. Hinc & tremor membrorum conſequitur ex frigore, quo ſanguis videtur concreuiſſe & congelaſſe. Virgil. 3. Æneid. *Mihi frigidus horror Membra quatit, gelidúſque coit formidine ſanguis*. Ibid. *At ſocijs ſubita gelidus formidine ſanguis Diriguit*.

40. ET ATTONIT. SVBIT. TREM. OCCVP. ART.] Virg. li. 7. *At iuueni oranti ſubitus tremor occupat artus*. & li. 9. *Cur ante tubã tremor occupat artus?* Ouid. ep. 5.

Attoniti micuere ſinus gelidúſque cucurrit,
Vt mihi narraſti, dura per oſſa tremor.

41. VOLVBILIB. SQVAMIS. NEX. ORBES] lib. 9. de Acheloo in ſerpentem mutato: *Qui poſtquam flexos ſinuauit corpus in angues*. Virgil. 2. Æneid. de duobus ſerpentibus:

Incumbunt pelago pariterq; ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;
Sanguineæ exuperant vndas, pars cætera pontum
Pone legit, ſinuátque immenſa volumine terga.

Et 2. Georg.

Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

43. MEDIA PLVS PARTE LEVES E. IN AVR.] tremendum ſpectaculum. Seneca Oedipo:

— Aut anguis imis
Vallibus editus, annoſa ſuprà
Robora ſibilat, ſupráque pinus,
Supra Chaonias celſior arbores
Cæruleum euexit caput,
Cùm maiore ſui parte recumberet.

De malo colubro Calabris in ſaltibus Maro 3. Georg. *Squameũ conuoluens ſublato pectore terga*. Quem locum illuſtrans Lud. Cerdius exempla plurima ex Culice, Statio, Silio, Orpheo, Appiano, Plinio, Homero colligit, vt ſedulus imitator ſegetem habeat.

44. DESPICIT OMNE NEMVS] aptius hoc, quàm *diſpicit*: præcedebat enim *leues erectus in auras*. Sic de ſerpente Epidaurio, qui Romam ad depellendam peſtilentiam vehebatur, lib. 14. *Impoſitáque petens puppim ceruice recuruam Cæruleas deſpectat aquas*.

TANTOQVE EST CORP. Q. SI TOT. &c.] Quantum eſt ſignum cæleſte, cui vocabulum anguis, ſiue ſerpens, tantus eſt hic de quo agimus. Hyperbole maxima. A plauſtro Arctoo, vſque ad Auſtrum, à ſeptentrione puta in meridiem, vnde flat Auſter, cælum diſcriminat, flexu ſinuoſo, & in morem fluminis, vt ait Maro 1. Georg. cum eiuſdem ſigni vaſtitate & longitudine ſuum illum ſerpentem confert Stat. 5. Thebaid.

Quantus ab Arctois diſcriminat æthera plauſtris
Anguis, & vſque Notos, alienúmque exit in orbem.

Lege nunc, ſi lubet, de ſerpente ad Bagradam fluuium in Africa, quod ex Tuberone recitat Gellius lib. 6. cap. 3. & Valer. cap. vlt. lib. 1. ex T. Liuio.

46. PHOENICAS, SIVE ILLI TELA PARAB. &c.] Quomodo draco ille, comites Cadmi, ſiue telis illum appetere conantes, ſiue fugam arripere inſtituentes, ſiue timore quodam aut facturi in ſe, aut inſecuturi neutrum molientes, miſerabiliter, alios morſu, alios compreſſu, alios peſtifero halitu, alios effuſo veneno peremerit.

50. FECERAT EXIG. E. SOL ALTISS. VMBRAS] Meridiem circumſcribit, quo tempore diei exiguæ ſunt vmbræ, quando ſol eſt altiſſimus, medio cælo videlicet. Infrà: *Iámque dies medius rerum contraxerat vmbras*. Et 14. *Sol erat, & minimas à vertice fecerat vmbras*. Lucan. lib. 4. *Donec decreſceret vmbra, In medium ſurgente die*.

52. TEGIMEN DIREPTA LEON. PELLIS ERAT] Spolium leoninum virtutis eſt hieroglyphicum. Aliarum quoque generoſarum animantium exuuias ac pelles, vrſorum, tigridum, pardalium, luporum, lyncum, pantherarum, eodem ſcopo, virtutis puta alumnos ac ſatellites ſeſe oſtentantes, antiqui heroës geſtabant. De Aceſte 5. Æneid. *Occurrit Aceſtes Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ*. Ibid. *Tergum Getuli immane leonis Dat Salio, villis oneroſum, atque vnguibus aureis*. De Euandro in 8. *Demiſſa ab læua pantheræ terga retorquens*. Iliad. 3. Paris pelle pardi operitur. Præmium quoque certatoribus erant, & in ſymbolum amicitiæ hoſpitibus donabantur.

53. TELVM SPLEND. LANCEA FERRO] Telum propriè, quod ab arcu mittitur, dictum ab antiquo verbo Telo, à quo Protelo manet in vſu, id eſt expello, emitto, non à Græca voce τηλῶ, quæ longè ſignificat. Quandoque tamen Iureconſulti, Oratores, Hiſtorici vtuntur latiùs, pro eo, quod manu in aliquem mitti poteſt, vt enſis, lapis, haſta, ſagitta. Ita tela eadem ſunt arma, at non contrà. Auſon. Popma de different. verb. lib. 1.

54. ET IACVLVM] iaculum, quod vt iaciatur fit. Varro lib. 4.

TELO. Q. ANIM. PRÆSTANTIOR OMNI] plus in periculis capitalibus valet virtus armis, quibus timidus bene vti non poteſt: & generoſus atque imperterritus animus vel vno telo defenſionem ſui expediet. Da puero, da fœminæ gladium, & vide quàm ſint imbelles, atque ad ſe tuendum inepti ac formidoloſi.

55. LETHATAQ. CORPORA VIDIT] Nota participium nouatum, quaſi verbũ eſſet lethare, lethari, pro letho afficere & affici, quod nuſquam legitur.

56. SPATIOSI CORP. HOSTEM] quàm ſpatioſi ſuprà ex comparatione cum cæleſti ſerpente coniicere potuiſti.

57. SANGVINEA VVLNERA] ſanguinolenta, ſeu ſanguine manantia vulnera; nam ſanguineum eſt propriè quod conſtat ſanguine: ſicut floreum aliud eſt, quàm floridum. Poëtæ tamen pro libertate ſua illo pro hoc vtuntur. Vide annotata ad illud lib. 1. in deſcriptione ſæculi ferrei, *Sanguineáq; manu crepitantia concutit arma*.

58. Fr-

58. [illegible] PECTORA] fidiſſimorum corpora, & [illegible] quorum erant corpora. Hypallage [illegible]. In Triſtib. dixit de amicis, *fidiſſima pectora*. E Medea apud Ennium occiſura liberos, *ſaluete optima corpora*. A

59. DEXTRAQ. MOLAREM SVSTVLIT] grande ſaxum, molam ſaxeam. Caue, cùm in hiſtorijs aut poëmatis legis, reſiſtendi cauſſa in hoſtem iactos eſſe molares, tales concipias lapides, quales in moletrinis ad frumenta commolenda verſari & circumagi, aqui totam ingentem impellentibus conſueuerunt. Quonam modo huiuſmodi lapides dextra tenerentur? Virgil. 8.

Deſuper Alcides telis premit, omniáque arma
Aduocat & ramis, vaſtiſque molaribus inſtat.

Adi Lipſium, Poliorcet. lib. 5. dialog. 4.

61. CVM TVRR. [illegible] ARD. CELS. MOEN. M. F.] Hyperbole, Latinis Superlatio. B

63. LORICÆQVE MODO SQVAMIS DEFENSVS] ſquamæ illius ſerpentis duritia ferrum æquabant, & erant illi pro lorica.

65. IACVL. QVOQ. VICIT.] nō quod ponderoſius, ſed quod acutius & penetrabilius quā ſaxū veniret.

66. LENTÆ SPINA] flexibilis. Per dorſum in ventrem, & inteſtina deſcendit ferrum, ſeu cuſpis iaculi. Lentæ viges, ſalices, lenta vimina, viburna. Ciofan. hunc verſum hoc verborum ordine legit: *Quod medio fixum lenta curuamine ſpina*, aliquanto concinnius.

68. CAPVT IN SVA TERGA RETORSIT, &c.] vt animantes omnes, vt homines quoque ſolent, eò aſpicere [illegible] poſſunt, vbi corpore læduntur.

69. FIXVMQ. HASTILE MOMORDIT] vt canes lapidem quo petiti ſunt, qui tamen eos iniuria non affecit, quia nec potuit. Sic nos quoque interdum pueri ſumus, dum rebus ijs iraſcimur, quæ iram minimè ſunt commeritæ. Vide Senec. l. 2. de ira, c. 26. C

70. PARTEM LABEFECIT IN OMNEM] agitando dentibus iaculum, illius haſtile, ſeu arundinem à ferro diſtraxit, & è corpore ſuo extraxit.

73. CAVSA RECENS] vulnus à Cadmo illatum, & quidem altum, & in media vſque viſcera, proindeque dolorem ciens ſæuiſſimum. Nota verſum leoninum, qualibus nec Virgil. caret. Sed neuter [illegible] ſuum emendauit. Veruntamen Ouidiano ingenio in huiuſcemodi lapſibus promptiùs concedenda venia.

74. PESTIFEROS RICTVS] ferarum ora dicuntur [illegible] propriè. Erant autem veneno obliti, ideò pe[illegible]

75. TERRAQVE RASA SONAT SQVAMIS] propter ſummam earum aſperitatem.

76. VITIATAS INFICIT HERBAS] non quæ priùs ſunt vitiatæ, ſed quas ipſe inficiendo vitiat.

77. IMMENS. SINVS FACIENTIB. ORBEM] ſuprà:

Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet, & immenſo ſaltu ſinuatur in arcum.

78. INTERDVM LONGA TRABE RECTIOR EXTAT] Et hoc, & præcedente, & ſuperioribus illis verſibus Ouidium ſerpentes Laocoontæos in 2. Æneid. imitari ſtuduiſſe, quiduis auſim deponere. Suprà: *Media plus parte leues erectus in auras.*

79. IMPETE NVNC VASTO] metri cauſſa mutauit vocalem, nam *impetu* fuerat dicendum. Sic Catul. de nupt. *Liber vt innupta poteretur flore nouerca*, pro *potiretur*.

CIV. CONCITVS IMBRIB. AMNIS, &c.] ὑπερβολικῶς & hoc, & quod ſtatim ſequitur.

81. SPOLIOQ. LEON. SVSTIN. INCVRS.] leonina pellis morſibus draconis reſiſtebat, ſi quando corpus Cadmi contingeret. quod ob haſtam prætentam, ſibíque obiectam non ſemper aut ſæpe quibat.

83. INANIA VVLNERA DAT FERRO] Suprà, *Fixúmque haſtile momordit*. Sic canis mordet aut ſæuit in lapidem, quod & paulo antè dicebamus, cùm potiùs ſæuire debeat in appetentem. Vide adagium.

84. IN ACVMINE] in cuſpide, in mucrone.

87. QVIA SE RETRAHEB. ABICTV] Hoc ſatis explicatur ſequentibus. Si contrà fuiſſet nixus, altiùs plaga deſcendiſſet.

90. CONIECTVM IN GVTTVRA FERR. &c.] Quercus tergo cedenti draconi obſtans, & Cadmus vſque & vſque premendo inſtans, monſtrum confecerunt.

93. IMA PARTE FLAGELLARI GEMVIT, &c.] truncum arboris, cui ferrum per ceruicem eius infixum hærebat, flagellabat & verberabat cauda ſua draco, ex doloris impatientia vtique.

95. DVM SPATIVM VICTI, &c.] Antè, *Victoremq́, ſupra ſpatioſi corporis hoſtem.*

98. ET TV SPECTABERE SERPENS] De transmutatione Cadmi & Harmoniæ vxoris eius in ſerpentes, apud [illegible]dum Illyricum Encheleas, & à Ioue miſſi in campos Elyſios, Natal. lib. 9. cap. 14.

100. GELIDOQVE COMÆ TERRORE RIGEB.] Virgil. *Obſtupui ſteterúntque comæ, & vox faucibus hæſit.* Et 12. *Arrectæq́ horrore comæ.* Et 1. Faſtor. *Sens[i]que metu riguiſſe capillos.*

Palladis monitu Cadmus dentes draconis terra obruit. Inde armatorum manus exiſtens, mutuis vulneribus interit, quinque tantùm ſuperſtitibus, qui nouæ vrbis conſtructionem adiuuerūt.

101. *Ecce viri fautrix ſuperas delapſa per auras* III.
Pallas adeſt, motæq́ iubet ſupponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret: & impreſſo ſulcum patefecit aratro.

Spargit

Spargit humi iuſſos mortalia ſemina dentes.
Inde (fide maius) glebæ cœpere moueri:
Primáque de ſulcis acies apparuit haſtæ:
Tegmina mox capitum, picto nutantia cono:
Mox humeri, pectúſque, oneratáque brachia telis
Exiſtunt: creſcitque ſeges clypeata virorum.
Sic, vbi tolluntur feſtis aulæa theatris,
Surgere ſigna ſolent, primumque oſtendere vultus:
Cætera paulatim, placidóque educta tenore
Tota patent: imóque pedes in margine ponunt.
Territus hoſte nouo Cadmus capere arma parabat:
Ne cape, de populo, quem terra creauerat, vnus
Exclamat, nec te ciuilibus inſere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus vnum
Cominus enſe ferit: iaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoque qui dederat letho, non longiùs illo
Viuit, & exſpirat, modò quas acceperat, auras:
Exemplóque pari furit omnis turba, ſuóque
Marte cadunt ſubiti per mutua vulnera fratres.
Iámque breuis vitæ ſpatium ſortita iuuentus,
Sanguineam tepido plangebant pectore matrem,
Quinque ſuperſtitibus: quorum fuit vnus Echion,
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma,
*Fraternæque * fidem pacis petiitque, deditque.* * fide pacem. *fide pro fidei.*
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes,
Cùm poſuit iuſſam Phœbeis ſortibus vrbem.

101 ECce viri fautrix Pallas] Hactenus quidem nullo argumento Cadmi fautricem eſſe Palladem didicimus. An ideo fautrix, quia dea militaris viros fortes ac bellicoſos diligit?

Superas delapsa per auras] Superæ auræ aliquando ſunt noſtræ auræ, quas carpimus, & quibus vitam ſuſtentamus. Nos enim comparatione inferorum ſuperi ſumus. Sic 4. Georg *Redditáq; Eurydice ſuperas veniebat ad auras.* Et 6. Æneid. cùm dixiſſet noctes atque dies patere atri Ditis ianuam, addit, *Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras, Hoc opus, hic labor eſt.* Aliquando ſunt ſuperiora aëris ſpatia, quæ volucres peruagantur, quæque cælum dicuntur, & illæ volucres cæli in ſanctis litteris. Per has ſuperas auras delapſa Pallas de cælo fingitur, datura Cadmo conſilium.

101. Motæ terræ] languidius participium *mota*, pro aratæ, ſeu aratro proſciſſæ. Motæ terræ dentes ſerpentis ſupponere, eſt illos ſerere, ſementem illis facere.

103. Vipereos dentes] Vipera pro tam immani ſerpente, quam deſcripturus eſt. ταπείνωσις animaduertenda. Viperam dici non à vi, quòd vi pariat, vt Grammatici tradunt: ſed quaſi viuiperam, quia ſola ferè in ſerpentum genere non ouum, ſed animal pariat, ex Nicandro docet Guilielm. Cant. lib. 6. cap. 16.

Populi incrementa futuri] horſum ſpectabat conſilium, vt inde propagaretur ſeminarium populi Thebani.

104 Impresso sulcum patescit aratro] Lib. 12. *Fortè boues preſſo ſubigebant vomere terram.* Horat. ode 16. lib. 1.

——Et altis vrbibus vltimæ
Stetêre cauſſæ cur perirent
Funditus, imprimeretq; muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Virg. 2. Georg *At rudis enituit impulſo vomere tellus.*

105. Mortalia semina dentes] dentes, vnde mox naſcituri, & illicò mutua cæde perituri. Mortalium ſemina.

106. Fide maius] Lib. 2. *Si modò credimus.* Stat. *Si quâ fides dictis.* Confitetur merum eſſe mendacium, ſed modeſtè. Atqui multa alia per hos libros item B fide maiora ſunt. Quid tũ poſtea? poëtæ ſunt poëtæ.

107. Primaq. de sulcis acies appar. hastæ] Neceſſe fuit primùm aciem haſtæ apparere & emergere de ſulcis, quandoquidem haſta ſupra haſtatum longè eminet.

108. Tegmina mox capitum, &c.] galeę criſtis pictis, id eſt, variorum colorum plumis inſignes.

110. Crescitque seges clypeata viror.] De hac ſegete & pugna fratrum iſtorum Seneca Oedipo: *Aut fœta tellus impio partu effudit arma,* &c. Claudian. in Stiliconem Paneg. 1.

Non ego delectu, Tyrij ſed vomere Cadmi
Tam ſubitas acies concepto dente draconis
Excluſiſſe rear; Dircæus qualis in aruo

Neſſu,

M[illegible]is, cum proprio mox bellatura colono,
Cognatos ſtrinxit gladios, cum ſemine iacto
Terrigena galea matrem naſcente ferirent,
Armifer & viridi floreret milite ſulcus.

Stat. 3 Thebaid.

——— Sidonius ex quo
Hoſpes in Aonios iecit ſacra ſemina ſulcos,
Vnde noui fœtus, & formidata colonis
Arua ſuis.

111. SIC VBI TOLLVNT. F. AVLÆA THEAT. &c.] vbi tolluntur in altum, velandis ac ornandis ſcenis ac parietibus, & explicantur, ſeu euoluuntur in imum, magis magis imagines illis intextæ prodeũt, B & apparent a capite ad calcem. Turneb. lib. 5. illud 3. Georg. *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni*, congruenter h[illegible] loco explanat. His autem verbis, inquit, Maro ludos ſcenicos & theatrales ſignificat, vt, ante gymnicos & palæſtricos. Eſtque phantaſia. Nam cùm tollitur aulæum, leuaturque perſona ei intexta, ipſum leuare videtur. Aulæa, palliorum in aulis tegumenta, quòd in aula Attali regis Aſiæ, qui populum Romanum hæredem inſtituit, primùm inuenta ſint. peripetaſmata. periſtromata.

115. H[illegible]TE NOVO] Quid aliud putaret Cadmus, quàm ſibi arma illaturos, qui ſic armati, & de improuiſo emergebant? Fidenter itaque vnus aduerC ſum multos decertare parat.

116. DE POPVLO, QVEM TERRA CREAVERAT] Antea vocabat ſegetem clypeatam virorum: nunc popolum, inſuper turbam infrà. αὔξησις, erant enim pauci numero.

117. NEC TE CIVILIBVS INSERE BELLIS] Quid futurum ſit, monetur Cadmus, & quos iam ciues, ſtatim fratres nominat, quorum nempe eadem origo, corporumque & animorum ſimilitudo.

118. ATQ. ITA TERRIGENIS RIGIDO, &c.] Pugna quatuor verſibus comprehenſa. *Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres*, *Ciuiliq; cadunt acie*, l. 7. de congreſſu ſimillimè natorum è terra, ſerpentis

A dentibus, ab Iaſone ſeminatis. Syluestre genus terrigenarum Lucretio lib 5. ſunt primi illi homines, quos è terra extitiſſe credebant.

114. EXSPIRAT MODO Q. ACCEP. AVRAS] pæne eodem momento, quo natus eſt, & vitam accepit, & vitam amiſit.

122. SVOQ. MARTE CADVNT] trucidant ſe mutuò ipſimet.

125. SANGVIN. TEPID. PLANGEB. PECT. MATREM] Suo ſanguine terram, vnde velut ex vtero prodierant, perfuſam pulſabant ac feriebant tepido pectore, cùm moribundi procumberent. Vt ſuprà dixit ſanguinea vulnera, ita hîc ſanguineã matrem. Plangere eſt ferire, tundere, verberare, percutere. Lucret. lib. 2 *Nec mare, nec fluctus plangentes ſaxa crearant*. 1. Faſt *Victima plangit humum*.

126. QVINQ. SVPERSTITIBVS, &c.] Remanſerunt ſalui, & ſine vulnere tantùm quinque, ex quibus vnum ſolum, & præcipuum nominat, Echionem, cùm tamen, vt ſocij tam glorioſi operis, omnes nominandi fuiſſent. Parrhaſius lib. 2. in Claudian. aliorum 4. meminit ex Lyſimacho & Hellanico. Dicti ſunt, Vdæus, Chronius, Pelor, Hypenor.

127. IS SVA IECIT HVMI MON. TRIT. &c.] Paratus erat & hic facere ac pati quod alij, niſi Palladis auctoritas aliud ſuaſiſſet. Igitur vt ſolebant, qui pacem expetebant, ſeſeque victos fatebantur, arma humi deponit, pacem rogat.

MONITV TRITONIDIS] Quamobrem Pallas, ſeu Minerua Tritogenia, ſiue Tritonia, ſiue Tritonis dicta ſit, varios adducit Gyraldus Syntagmat. 11. pag. 330.

129. HOS OPERIS COMITES HABVIT, &c.] Hem, vrbis maximæ ac potentiſſimæ quàm tenue initium: Non ita Carthago, Roma, &c. plures enim condendis illis dederunt operam. Occiſis à ſerpente, qui eum ipſo è Phœnicia venerant, ſocijs plerisque, in eorum locum hos quinque, eo modo quo audiſti, Cadmus eſt adeptus.

Fælicitas Cadmi Primus eiuſdem luctus Actæon nepos venator, à Diana in ceruum mutatus, & à ſuiſmet canibus miſerè dilaniatus. Eorum multiplex & perlepida diſtinctio. De facto deæ in vtramque partem iudicium.

IV.

IAm ſtabant Thebæ; poteras iam, Cadme, videri
Exilio fælix: ſoceri tibi Marſque, Venuſque
Contigerant: huc adde genus de coniuge tanta,
Tot natos, natáſque, & pignora chara nepotes,
Hos quoque iam iuuenes. SED SCILICET VLTIMA SEMPER
EXSPECTANDA DIES HOMINI EST: DICIQVE BEATVS
ANTE OBITVM NEMO, SVPREMAQVE FVNERA DEBET:
Prima nepos inter res tot tibi, Cadme, ſecundas
Cauſſa fuit luctus, alienaque cornua fronti

Addita, vóſque canes ſatiati ſanguine herili.
At bene ſi quæras, fortunæ crimen in illo,
Non ſcelus inuenies. Quod enim ſcelus error habebat?
Mons erat infectus variarum cæde ferarum:
Iámque dies medius rerum contraxerat vmbras,
Et ſol ex æquo meta diſtabat vtraque;
Cùm iuuenis placido per deuia luſtra vagantes
Participes operum compellat Hyantius ore.
Lina madent, comites, ferrúmque cruore ferarum,
Fortunæque dies habuit ſatis: altera lucem
Cùm croceis inuecta rotis Aurora reducet,
Propoſitum repetemus opus. nunc Phœbus vtraque
Diſtat idem terra, finditque vaporibus arua.
Siſtite opus præſens, nodosáque tollite lina.
Iuſſa viri faciunt, intermittúntque laborem.
Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu,
Nomine Gargaphie, ſuccincta cura Dianæ:
Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu,
Arte laboratum nulla: ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo: nam pumice viuo,
Et leuibus tophis natiuum duxerat arcum.
Fons ſonat à dextra, tenui pellucidus vnda;
*Margine gramineo patulos * ſuccinctus hiatus.* Pincinctus
Hic dea ſyluarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quò poſtquam ſubijt, nympharum tradidit vni
Armigeræ iaculum, pharetrámque, arcúſque retentos.
Altera depoſitæ ſubiecit brachia pallæ:
Vincla duæ pedibus demunt: nam doctior illis
Iſmenis Crocale ſparſos per colla capillos
Colligit in nodum, quamuis erat ipſa ſolutis.
Excipiunt laticem Niphéque, Hyaléque, Rhaniſque
Et Pſecas, & Phiale, fundúntque capacibus vrnis.
Dúmque ibi perluitur ſolita Titania lympha:
Ecce nepos Cadmi dilata parte laborum
Per nemus ignotum non certis paſſibus errans
Peruenit in lucum: ſic illum fata ferebant.
Qui ſimul intrauit rorantia fontibus antra,
Qui color infectis aduerſi ſolis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet, aut purpureæ Auroræ,
Is fuit in vultu viſæ ſine veſte Dianæ.
Quæ quanquam comitum turba eſt ſtipata ſuarum,
In latus obliquum tamen aſtitit. oráque retro
Flexit: & vt vellet promptas habuiſſe ſagittas,
Quas habuit, ſic hauſit aquas: vultúmque virilem
Perfudit: ſpargénſque comas vltricibus vndis,
Addidit hæc cladis prænuntia verba futuræ.

Nunc

Nunc tibi me poſito viſam velamine narres,
Si poteris narrare, licet. Nec plura minata,
Dat ſparſo capiti viuacis cornua cerui:
Dat ſpatium collo, ſummáſque cacuminat aures:
Cùm pedibúſque manus, cum longis brachia mutat
Cruribus: & velat maculoſo vellere corpus.
Additus & pauor eſt: fugit Autonoeius heros,
Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo.
Vt verò vultus, & cornua vidit in vnda,
Me miſerum dicturus erat: vox nulla ſecuta eſt.
Ingemuit: vox illa fuit: lacrymæque per ora
Non ſua fluxerunt. mens tantùm priſtina manſit.
Quid faciat? repetátne domum, & regalia tecta,
An lateat ſyluis? timor hoc, pudor impedit illud.
Dum dubitat, vidêre canes, primuſque Melampus,
Ichnobatéſque ſagax latratu ſigna dedêre:
Gnoſius Ichnobates, Spartana gente Melampus.
Inde ruunt alij rapida velociùs aura,
Pamphagus, & Dorceus, & Oribaſus, Arcades omnes,
Nebrophonéſque valens, & trux cum Lælape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,
Hylæuſque ferox, nuper percuſſus ab apro,
Déque lupo concepta Nape, pecudéſque ſecuta
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus,
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon,
Et Dromos, & Canache, Sticteque, & Tigris, & Alce,
Et niueis Leucon, & villis Aſbolus atris,
Prævalidúſque Lacon, & curſu fortis Aëllo,
Et Thous, & Cyprio velox cum fratre Lyciſca,
*Et nigram medio frontem *diſtinctus ab albo* *diſcinctus
Harpalos, & Melaneus, hirſutáque corpore Lachne,
Et patre Dictæo, ſed matre Laconide nati
Labros, & Aglaodos, & acutæ vocis Hylactor.
Quóſque referre mora eſt. ea turba cupidine prædæ
Per rupes, ſcopulóſque, adituque carentia ſaxa,
Quáque eſt difficilis, quáque eſt via nulla, ſequuntur.
Ille fugit per quæ fuerat loca ſæpe ſecutus.
Heu famulos fugit ille ſuos. clamare libebat:
Actæon ego ſum: dominum cognoſcite veſtrum:
Verba animo deſunt: reſonat clamoribus æther.
**Prima Melanchætes in tergo vulnera fecit:*
Proxima Theridamas, Oreſitrophus hæſit in armo.
Tardiùs exierant; ſed per compendia montis
**Præcipitata via eſt. dominum retinentibus illis* *Anticipat.
Cætera turba coit, conſertque in corpore dentes.
Iam loca vulneribus deſunt: gemit ille, ſonumque
Etſi non hominis, quem non tamen edere poſſit

 Ceruus,

Ceruus,habet:mæſtiſque replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis ſupplex,ſimiliſque roganti
Circumfert tacitos,tanquam ſua brachia,vultus.
At comites rapidum ſolitis hortatibus agmen
Ignari inſtigant,oculiſque Actæona quærunt;
Et velut abſentem certatim Actæona clamant,
(Ad nomen caput ille refert & abeſſe queruntur,
Nec capere oblatæ ſegnem ſpectacula prædæ.
Vellet abeſſe quidem,ſed adeſt.velletque videre,
Non etiam ſentire canum fera fata ſuorum.
Vndique circumſtant,merſiſque in corpore roſtris
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui.
Nec,niſi finita per plurima vulnera vita,
Ira pharetratæ fertur ſatiata Dianæ.
Rumor in ambiguo eſt:aliis violentior æquo
Viſa dea eſt:alij laudant,dignámque ſeuera
Virginitate vocant.pars inuenit vtraque cauſſas.

131. IAM STABANT THEBÆ] Numeroſius fuiſſet, *Iamq; ſtabant Thebæ: Sed in ſyllaba contumax repugnat.* Plures Thebas Stephanus,ὁ τῶν ἐθνικῶν συλλέκτης nominat.

POTERAS VID. EXILIO FÆLIX] Si antiquitatem excutias, reperies quibuſdam calamitatem ſuam vertiſſe in fælicitatem non mediocrem. In his Themiſtocles, qui Athenis è patria pulſus, apud regem Perſarum, ad quem ſeſe applicuit,fuit gratioſiſſimus. Teſtatur Aldus in quibuſdam veteribus libris extare,*Exilij fælix.* helleniſmus, vt *fortunatus laborum.*

132. SOCERI TIBI MARSQ. VENVSQ.] Cadmum Harmoniam Martis & Veneris filiam duxiſſe,ait Euripid.Phœniſſ. Theognis Muſas & Gratias eius nuptijs interfuiſſe,præclarumque carmen, ſeu epithalamium ibi ceciniſſe.

Μοῦσαι καὶ Χάριτες κοῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμου
Ἐς γάμον ἐλθοῦσαι καλὸν ἀείσατ᾽ ἔπος.

Pindarus quoque Pyth. ode 3. cantaſſe illic Muſas, & deos apud Cadmum epulatos, atque ab ijs nuptialibus donis affectum eſſe. Hæc Ciofan Quæ fuerint iſta dona, Natal.lib.9.cap.14. Ex Harmonia ſuſtulit Cadmus filias quatuor, Ino, Semelen, Agauen, Autonoën: filium vnum, Polydorum. Poëta tamen plures genuiſſe mares affirmat, *Tot natos.*

133. HVC ADDE GEN.DE CONIVGE] Ipſemet continuò vocem *genus* explanat:nam & de liberis, & nepotibus,& de tota poſteritate dicitur; de maioribus item, vnde originem ducimus. Exempla ſunt obuia. Coniugem Cadmi ſunt qui Hermionen,ſunt qui Harmoniam appellant.

134. TOT NATOS, ET PIGN.CHARA NEPOTES] De natis, ſeu filiabus iam diximus, de nepotibus accipe. Ex Ino,nupta cum Athamante fuerunt illi nepotes Melicerta,& Learchus.Ex Semele & Ioue Bacchus. Ex Agaue & Echione Pentheus. Ex Autonoë & Ariſtæo Actæon.

135. HOS QVOQ.IAM IVVENES] quò plus voluptatis capiebat, cùm eorum alioqui egregiam for-

A mam & generoſam indolem, & mores probos intueretur.

SED SCIL. VLT. SEMP. EXSPECTANDA DIES, &c.] Si quidquam aliud in toto hoc opere grauiter,ſapienter,& ſententia fœcunda dictum eſt,hoc eſt. Primus dixit & monuit Solon, vnus de VII.ſapientibus.Eum commemorat Herodot.lib.6.hortatum eſſe Crœſum Lydiæ regem, ne ſe ob ingentes diuitias, proſperitatemque immodicam inſolentiùs efferret:quandoquidem adhuc ante ſupremum diem illi aduerſa & triſtia euenire poſſent, vt euenerunt. Etenim à Cyro Perſarum rege victus & captus,iamque rogo impoſitus, iterum iterumque, O Solon Solon, clamitabat. Quam vo-

B cem admirans Cyrus, & ab eo cauſſam exclamationis huius audiens, liberum deinceps apud ſe habuit, & ex alieno malo ſuum metuere cœpit, idemque ſibi à viro ſapientiſſimo dictum putauit. Auctor eſt Ioſephus lib.6. de bellu Iud. hoc idem in ore habere ſolitum Syriæ regem Antiochum, neminem beatum eſſe ante mortem. Rectè Plin. lib.7.cap.40. Ita eſt profectò, alius de alio iudicat dies, & tamen ſupremus de omnibus: ideoque nulli credendum. Totum caput mirè facit ad inſtitutum, vt etiam 24. Eadem gnome legitur apud Euripidem:

C *Μήπω εἴπῃς μέγ᾽ πρὶν τελευτήσαντ᾽ ἴδῃς.*
Suum ante funus dic beatum neminem.

Vberiùs autem in Andromacha. Vnde quiſpiam meritò ſuſpicetur, Ouidium æquè haurire adeò nobilem ſententiam potuiſſe: Euripidem autem Herodotum prænuntium ſecutum. Verſus ſubijcio:

Χρὴ δ᾽ οὔποτ᾽ εἰπεῖν οὐδέν᾽ ὄλβιον βροτῶν,
Πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς
Ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.
Hominem eſſe neminem beatum exiſtima,
Niſi morte,quomodo vltimum vitæ diem
Exegerit,quaſi teſte,planè videris.

Paucos excipit Plato in Epinomide:reliqui,vt vidiſti, neminé. Eius verba recitat Theod.de cur.græc. affect.ſerm.8.Et paraphraſin quandã in illud Eccleſiaſt.

ſiaſt.c.30. *Ante mortem ne quenquam laudaueris*, reperies apud S.Chryſoſt.panegyrico tractatu in S.Euſtachium Archiepiſcopum Antiochenum, Frontone Ducæo noſtro interprete. Vide præterea Adagialia ſacra Delrij noſtri, parte II.pag. 513.

138.PRIMA NEPOS INTER, &c.] Incipit oſtendere, ex nepotum caſibus, Cadmum auum ſolidè ac perpetuò fælicem permanere nequiuiſſe, quod vt credibilius fieret, generalem ſententiam quaſi pro themate propoſuerat, neminem ante vltimum vitæ diem beatum pronunciandum.

139.ALIENAQ. CORNVA FRONTI ADDITA, &c.] Summatim exponit quid Actæoni nepoti acciderit, nempe mutatum in ceruum, & à canibus ſuis, vt verum ceruum, in fruſta dilaceratum: ſimulque ipſum excuſat, qui nil peccarit, vt hoc pateretur, niſi errorem & imprudentiam ſcelus vocemus. Vnde & in Triſtib. ſe in eo quod commiſit, in conſpectu rei non honeſtæ, ſceleratum fuiſſe toties negat; imprudentem ac incautum fuiſſe libens confitetur. *Aliena cornua*, non quòd haberet Actæon cornua non propria: ſed quæ ab illa, id eſt, humana fronte eſſent aliena, & abhorrerent plurimum.

143.MONS ERAT INFECT. VARIAR. CÆDE FERAR.] Narratio totius rei geſtæ. Ipſemet Actæon per montem complures feras adeptus occiderat, vt venator.

144.IAMQ. DIES MEDIVS, &c.] Meridiei periphraſis, ſeu notatio. Metam vtramque orientem & occidentem intellige. Ad illam exſurgit, ad hanc ſe condit ſol. Suprà: *Fecerat exiguas iam ſol altiſſimus vmbras*. Et 3. de Arte:

Iamq; dies medius rerum contraxerat vmbras,
Inq; pari ſpatio veſper & ortus erant.

Virgil.4.Georg. *Medium ſol igneus axem Hauſerat*.

146.CVM IVVENIS HYANTIVS] Hyantes genus Bœotiorum, ſeu Bœotorum: quaſi dicat, iuuenis Bœotus: Thebæ enim in Bœotia.

PER DEVIA LVSTRA VAGANTES] dum feras latentes per cubilia ſua ſcrutantur & indagant, hinc illinc ambulantes. Luſtra ſunt latibula & habitacula ferarum. Virgil.2. Georg. *Non abſunt illis ſaltus, & luſtra ferarum*. Significat etiam lacunas lutoſas, inquit Feſtus, à qua ſimilitudine ij, qui in locis abditis & ſordidis ventri & deſidiæ operam dant, dicuntur in luſtris vitam agere. Luſtra quoque lupanaria dicuntur, ait Nonius. Cicero 2. Philippica: *Cùm omnes impuritates pudica in domo quotidie ſuſciperes, vino luſtriſque confectus*. Plautus Aſinaria: *Luſtris
D ſtudet*. Et Caſin. vxor viro exprobrans, *Vbi in luſtra iacuiſti?* Reſpondet ille, *Egóne in luſtra?* Obſerua genus fæmineum luſtra, luſtræ. Neutrum eſt tritius, pro ferarum cubilibus, & numero quidem multitudinis.

147.PARTICIPES OPERVM] ſocios laboris venatici, qui erant ſerui eius, quos tamen molliore vocabulo, comitum videlicet, mox dignatur: hoc enim eſt *placido ore*.

148.LINA MADENT, &c.] Materia pro re inde confecta, retia quippe ex lino fiunt. Retia, & venabula, ac tela in quibus hæſerunt feræ, & quibus eaſdem confecimus, aſperſa ſunt ſanguine, & bene hodie nobis proceſſit noſtra opera: cras laborem iterabimus.

149.ALTERA L. CVM CROCEIS INVECT. ROTIS, &c.] Virgilius 12. *Cum primùm craſtina cælo Pu-
A niceis inuecta rotis Aurora rubebit.*

Et lib.4.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Et lib.5.

Iamq; rubeſcebat radijs mare, & æthere ab alto
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

151.NVNC PHOEB. VTRAQ. DISTAT IOEM TERRA] idem neutrius generis eſt hoc loco. Senſus hic: Nunc, vtpote in meridie, ſol æquo ſpatio à terra orientali & occidentali diſtat. Suprà: *Et ſol ex æquo meta diſtabat vtraque*. Statius 4. Thebaid. *Tempus erat medij cùm ſolem in culmina mundi Tollit anhela ſitis*.

152.FINDITQ. VAPORIBVS ARVA] Sole meridiano, cùm minimum eſt vmbrarum, torrentur & æſtuant omnia, & terræ ſolum nimia ariditate fa-
B tiſcit. Iubet ergo labori pauſam facere. Aërem feruentem, & perquam calefactum vapores nominat.

153.NODOSAQ. TOLLITE LINA] Retia. Nodoſa autem propter maculas, quæ ſunt vel ipſa retia, vel retium ſutamina. Varro 2. de re ruſt. *Septum totum grandibus maculis integitur, ne eò inuolare aquila poſſit, neuè ex eo auolare aues*. Cicer. VII. Verrin. *Reticulumq; ſibi* (Verres) *ad nares admouebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſa*. Oenone Paridi: *Retia ſæpe comes maculis diſtincta tetendi*.

155.VALLIS ERAT PICEIS, &c.] Topographia vallis, & antri.

156.SVCCINCTÆ CVRA DIANÆ] Amabat Gargaphien vallem Diana, quæ in opere venatorio neceſſe habet ſe ſuccingere. *Nuda genu, nodoq; ſinus col-
C lecta fluentes*, vt Venus 1. Æneid. imitata virginem Tyriam, quam Æneas aut nympham aliquam, Dianæ comitem, aut ipſam Dianam eſſe coniectat.

157.ANTRVM NEMORALE] nemore quodam cinctum. Suprà: *Et ſpecus in medio virgis ac vimine denſus*.

158.SIMVLAVER. ART. INO. NAT. SVO] Vt ars cum natura, ſic viciſſim natura cum arte certat in multis, & altera alteram imitatur, & quaſi vincere contendit.

160.NATIVVM DVXERAT ARCVM] De antro draconis ſuprà: *Efficiens humilem lapidum compagibus arcum*.

161.TENVI PELLVCIDVS VNDA] διαφανὴς, διαυγὴς. Infrà, in fabula Narciſſi: *Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis*. Et lib.4.

——— Videt hic ſtagnum ducentis ad imum
D *Vſque ſolum lymphæ: non illic canna paluſtris,*
Nec ſteriles vluæ, nec acuta cuſpide iunci:
Perſpicuus liquor eſt.

Horat. ode 13. lib.3. *O fons Blanduſiæ, ſplendidior vitro*.

162.MARGINE GRAMIN. SVCCINCT.] viridi gramine fons ille, quanquam in antro, coronabatur. Ex codicibus Ciofani placet magis *incinctus*.

163.HIC DEA SYLVAR. &c.] In æſtu hîc Diana corpus abluere conſueuerat, vt in loco ſolitario, & in receſſu. Syluarum potens, Horatio in Carmine ſæculari: ſyluarum domina, ſaltuumque reconditorum, Catullo.

165.NYMPHAR. TRADIDIT VNI ARMIG. IACVL.] Officiorum diſtributio inter decem comites, tanquam vnius dominæ fidas ancillulas, quarum etiam nomina de græco ad præſens negotium aptiſſimè conficta ſunt. Iſmenis Iſmeni fluminis filia. Crocale ἀπὸ τῆς κροκάλης, à calculis littoralibus.

Niphe ἀπὸ τοῦ νίπτειν à lauando, lutrix. Hyale ἀπὸ τοῦ ὑάλου à vitro, nempe ab aqua, inſtar vitri perſpicua. Rhanis ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν ab aſpergendo. Pſecas, gutta roris. Phiale, quaſi quæ dominam phiala perfundat, ſeu capacibus venis, vt eſt in carmine.

166. A. CVSQ. RETENTOS] laxatos, remiſſos lib. 2. in fabula Calliſtus: *Exuit hic humero pharetram, lentoſq́; retendit Arcus.* A retendo, non à retineo.

167. DEPOSITÆ PALLÆ] Cùm antea ſuccinctam dixerit, mirum cur ei pallam det nihilominus, & venatrici. An ſuccincta cùm feras inſequeretur?

168. VINCLA DVÆ PEDIB. DEMVNT] cothurnos ita ſæpe vocant poëtæ. Virgil. 4. Æneid *Vnum exuta pedem vinclis.* Et 8. de Euandrô: *Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.* Plaut. Epid. *Dy immortales, ſoccos iuſſi adimere pedibus.* Terent. Heaut. *Soccos detrahunt.*

DOCTIOR ILLIS] priores duæ erant rudiores; hæc, & ſequentes miniſtræ ductiliſſimæ & dexterrimæ.

169. SPARSOS PER COLLA CAPILL. COLLIG. IN N. D.] Infrà: *Crinis erat ſimplex nodum collectus in vnum.* Virgil. 11. *Tum croceam chlamydémque, ſinuſque crepantes Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro.* Horat. ode 13. lib. 3. *Myrteum nodo cohibere crinem.* Curtius: *Nec tamen ſinus veſtis, quem nodo colligunt, infra genua deſcendit.* Seneca Hippolyto, *Et nodo comas coegit.* Hæc teſtimonia conquiſiuit Ciofan.

170. QVAMVIS ERAT IPSA SOLVTIS] curam enim dominæ, quàm ſui potiorem ducebat. Capillum in nodum colligunt lauatum euntes fœminæ.

173. TITANIA] vt à Phœbo Phœbe, ſic à Titane (quo nomine & Phœbus dicitur) Titania. Vlteriora perſequi, & chartas implere fabulis recitandis, nihil eſt opus, cùm libri de iis in promptu ſint.

174. DILATA PARTE LABORVM] Non multo antea iuſſerat ſocios laborem intermittere, poſtridie eundem repetituros.

175. NON CERTIS PASSIBVS IBAT] vagis paſſibus, & à recto tramite deflectentibus. Incerto itinere per nemus incedentibus, & vt locutus eſt in ſuperioribus, per deuia luſtra vagantibus.

176. SIC ILLVM FATA FEREB.] Cùm cauſſa non patebat, aut quippiam fieri non debuiſſe, aut aliter debuiſſe opinabantur, fatis adſcribebant. Libr. 7. Cephalus, *Sic me mea fata trahebant.* Et Triſt. 3. eleg. 7. *Ergo erat in fatis Scythiam quoque viſere noſtris?* Medea Iaſoni: *Et formoſus eras, & me mea fata trahebant.*

177. QVI SIMVL INTRAVIT] *ſimul* pro ſimul ac, & ſimul atque, ſcriptoribus nobilibus vſitatum. Cicero Academ. 2. *Itaque ſimul experrecti ſumus, viſa illa contemnimus.* Catull. *Quæ ſimul optata finito tempore luces aduenere.* Horat. ode 9. lib. 1. *Qui ſimul ſtrauere ventos æquore feruido.* Plura exempla congerit Lamb. ad od. 4. eiuſdem lib.

RORANTIA FONTIBVS ANTRA] in quibus omnia propter exhalationes humidas fontis roſulenta. Sæpius apud poëtas roris vocabulum aquæ & liquoris copiam ſignificare videas, non ſolùm aſperginem. Immò aquam: Lucretius 4. elementa nominans lib. 1.

Sin ita fortè putas ignis terraq́; coire
Corpus, & aerias auras roremq́; liquorum.

178. QVI COLOR INFECTIS ADVERSI SOLIS, A &c.] Dianam obſeptam Nympharum corporibus obliquaſſe tamen corpus, & vultum retro flexiſſe ait; & qualis in ea ex pudore color exſtiterit, duplicata τῇ περιβολῇ demonſtrat, nubis, inquam, & auroræ. Cur rubeant quos pudet, vide apud Politian. problema Alexand. Aphrodiſei 15. Et infrà lib. 6. de Arachne, *Subitusq́; inuita notauit Ora rubor.* Diſcant igitur, quæ ſe virgines non fictas & ſimulatas, ſed veras & germanas, atque hoc tam venerabili nomine dignas exiſtimari ſtudent, vel à commentitiis deabus verecundiam, theſauróque ſuo, quem in vaſe fictili circumferunt, nunquam non fures timeant. Tertullian. ſpectatus commendator caſtitatis ac pudoris, lib. de veland. virginibus. *Vera, & pura, & tota virginitas nihil magis timet,* in-
B quit, *quàm ſemetipſam: etiam fœminarum oculos pati non vult: alios ipſa oculos habet: confugit ad velamentum capitis, quaſi ad galeam, quaſi ad clypeum, qui bonum ſuum protegat aduerſus ictus tentationum, aduerſus iacula ſcandalorum, aduerſus ſuſpiciones & ſuſurros & æmulationem, & ipſum quoque liuorem.* Addatur his corollarium. Deæ nudas ſe videri noluerunt Diana, Iuno, Pallas. Vide Tiraquell. de lege connubiali pag. 89. & ſeq.

184. QVAS HABVIT] quas ſecum ad antrum attulit, & armigeræ ſuæ cum iaculo & arcu tradidit, vt audiſti. Optabat autem præſentes habere ſagittas, vt miſerum Actæonem ceu feram configeret. Nunc ſe vlta eſt vt potuit: quanquam nimis potuit, ſolaque aſpergine in ceruum transmutauit, quam transformationem, vt alias omnes, ingenioſè lu-
C culenterque declarat.

187. POSITO VELAMINE] veſtes velant, inde velamina pro veſtibus. Lib. 2. in fabula Calliſtus: *Cuncta velamina ponunt: Vna moras quærit, dubitanti veſtis adempta eſt.* Virgil. 1. Æneid. *Et circumtexto croceo velamen acantho.*

189. DAT SPARSO CAP. VIVACIS CORN. CERVI, &c.] De hac metamorphoſi & Seneca in Oedipo, paraphraſtes Ouidii etiam hîc, vt alibi millies;

Quid Cadmei fata nepotis,
Cum viuacis cornua cerui
Frontem ramis texere nouis,
Dominumq́; canes egere ſuum?
Præceps ſyluas monteſq́; fugit
Citus Actæon, agiliq́; magis
Pede per ſaltus, & ſaxa vagus
D *Metuit motas Zephyris plumas,*
Et quæ poſuit retia vitat;
Donec placidi fontis in vnda
Cornua vidit, vultuſq́; feros:
Vbi virgineos fouerat artus
Nimium ſæui diua pudoris.

Fabulam eandem pertractat Nonnus l. 5. Dionyſ. Callimach. in lauacrum Pallad. De eius allegoria Delrius Comment. Senecæ pag. 128. Vocat ceruum viuacem & Virgil. eclog. 7. quam viuacitatem vt ſubindicarent ſacerdotes Ægyptii, cornua ei maximè ramoſa faciebant. Verba Plinii ſunt lib. 8. cap. 32. *Vita ceruis in confeſſo longa. poſt centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obeſitate.* Auſon. de hominum ætate:

Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis ſæcula ceruus.

192. VELAT MACVLOSO VELLERE CORPVS]

Vir-

Virgil. 1. Æneid. *Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis.* Noſtri tamen cerui maculoſo vellere non ſunt. Vellus hic ἀκύρως poſitum.

193. ANIMVS ET PAVOR EST] In iurgio Achilles vt timidum ſignificet Agamemnonem, ipſi κραδίην ἐλάφοιο, cor cerui tribuit 1. Iliad. Animantia autem grandi corde, quali & ceruus, timida ſunt ἐλάφειος ἀνήρ, homo ceruinus, homo meticuloſus. Vel catuli latratum metuunt cerui, fugamque mox capeſſunt. Pertinet huc apologus Æſopi de hinnulo, & ceruo patre. Lucret. lib. 3. *Et fuga ceruis A patribus datur, & patrium pauor incitat artus.* Quorum verò animalium cor paruum, ſunt audacia & animoſa, vt leones: quorum cor rigidum, bruta & ſtolida.

197. PER ORA NON SVA] vt ſuprà, *alienaq; cornua fronti Addita.* Quia nec ipſe erat qui paulo priùs fuerat; ideo nec per ora priſtina & ſua lacrymæ decurrebant.

198. MENS TANTVM PRISTINA MANSIT] vt in Io iam vacca, lib. 1. Calliſto viſa, lib. 2. *Mens antiqua tamen facta quoque manſit in vrſa.* Sic apud Homer. Odyſſ. 10. in ſocijs Vlyſſis, à Circe venefica in porcos, canes, lupos mutatis. Quorum vnius, Grylli nomine, diſputationem cum Vlyſſe habes apud Plutarch. lib. Quòd bruta ratione vtantur.

200. TIMOR HOC IMPEDIT] ne lanietur à canibus, ſi in ſyluis permaneat.

PVDOR IMPEDIT ILLVD] ne domum repetat. Quem enim non puderet ad ſuos redire, ex homine, præſertim nobili, factum beſtiam? Sic de Ioue lib. 1. dum de vacca ſua, quam Iuno ſibi donari petebat, deliberat:

——— Crudele, ſuos abdicere amores;
Non dare, ſuſpectum. Pudor eſt qui ſuadeat illinc,
Hinc diſſuadet amor.

201. PRIMVSQ. MELAMP. ICHNOBAT. SAGAX, &c.] Canes Actæonis nominat Hygin. fab. 181. Canes venatici à venatoribus proprijs nominibus ſæpe compellandi ſunt, & ſonus cuique, quàm licebit multipliciter variandus, nunc ex graui in acutum, nunc viciſſim ex acuto in grauem. Quocirca, vt Xenophon lib. de venatione, alijque ſcriptores θηρευτικοὶ præcipiunt, nomina canina aut monoſyllaba, aut diſſyllaba, breuia quidem omnino, pronuntiatuque facilia eſſe oportebit. Pro exemplis ab eodem huiuſcemodi proponuntur, ψυχὴ, θυμὸς, πόρπαξ, στύραξ, λογχὴ, λόχος, φρουρά, φύλαξ, τάξις, ξίφων, φόναξ, φλέγων, ἀλκὴ, τεύχων, ὑλεύς, μήδας, &c. Germanis laß/faſſh/ wolff/ wecker/ fuſon/ &c. Videndum itaque, rectène Ouid. illis triſyllaba, & tetraſyllaba vocabula indiderit, tametſi alioqui ex canum natura & proprietate ſumpta. Deprompſi hæc ex dialogo meo 77. ſecundæ tertij, quo venationem, aucupium, & piſcatum breuiter tractaui. Attributum *ſagax* cani aptiſſimum eſt, venatico præſertim, de quo genere Maro 4. Æneid. *Et odora canum vis.* Eſt & in alijs epithetis tot canum mira, naturæque caninæ valdè accommodata varietas. In his quædam peregrinos canes indicant; vnde eorum bonitas & præſtantia conijcitur. Nam Ichnobates dicitur Gnoſius, id eſt, Cretenſis, Gnoſos enim vrbs Cretæ; Melampus Spartanus, Ladon Sicyonios, &c. Singulorum nomina interpretari, eſſet otio abuti: mediocriter græcis literis imbutus pænè omnia intelliget. Habent potiò Ra-

A phaëlem rudiores, quo interprete & magiſtro vtantur licet.

RAPIDA VELOCIVS AVRA] velociùs vento. Nam vt ventus pro aura, ſic viciſſim aura pro vento poëtis toties Virg. 12 de equis Turni: *Qui candore niues anteirent, curſibus auras.* Aura, inquit Iſidor. l. 13. ab aëre dicta, quòd leuis ſit motus aëris. Agitatus enim aër auram facit. Vnde & Lucretius, aërias auras.

207. NARIBVS VTILIS AGRE] mirè ſagax, & ob id feris deprehendendis vtiliſſima.

209. DEQ. LVPO CONCEPTA NAPE] dicitur à ſaltu νάπη.

PECVDESQ. SECVTA POEMENIS] paſtoritia canis, quales à venaticis alioqui differunt.

B 210. NATISQ. COMITATA HARPYIA DVOB.] Aliquot fœminas canes maribus venaticis in hoc catalogo admiſcet, ſunt enim acriores pleruinque maribus in iſtac militia. Quæ cauſſa, cur Græci & Latini, cùm de canibus ad venandum loquuntur, genus muliebre pro virili vſurpent: quod in oden 2. Epod. annotauit Torrent. ad illud carmen:

Aut trudit acres hinc & hinc multa cane
Apros in obſtantes plagas.

Lege exempla.

215. CVM FRATRE LYCISCA] Virgil. eclog. 3. *Multum latrante Lyciſca.* Lyciſca, ſeu Lyciſcus ex cane & lupo commixtis generatus canis.

220. QVOSQ. REFERRE MORA EST] Alibi: *Et quos præterea longa referre mora eſt.* Quod diceremus, longum eſt recenſere, longum eſt perſequi, lon-
C gum eſt enumerare; infinitum eſt dicere. Plaut. Capt. *Quæ memini, mora mera eſt monerier.*

223. ILLE FVG. P. Q. FVER. LO A, &c.] Admiſerationem mouendam hoc, & quæ ſequuntur dicta ſunt.

224. CLAMARE LIB. ACTÆON EGO EVM, &c.] De Io iam vacca lib. 1.

Illa etiam ſupplex Argo cùm brachia vellet
Tendere, non habuit quæ brachia tenderet Argo.
Et conata queri, mugitus edidit ore,
Pertimuitq; ſonos, propriaq; exterrita voce eſt.

226. RESONAT LATRATIBVS ÆTHER] ob multitudinem latrantium. Virgil 4. Æneid. *Tecta fremunt: reſonat magnis clamoribus æther.* Lib. 12. *Et cælum tonat omne tumultu,* de canum latratibus, & venatorum acclamationibus agens.

227. PRIMA MELANCHÆTES IN TERGO, &c.]
D Hactenus nominauit canes Actæonis, eorumad prædam auiditatem declarauit: nunc diſertè exponit, quàm miſerabiliter ab ijs tractatus ſit. Nominat autem aliquot, quos antea, quò eſſet breuior, omiſerat.

229. TARDIVS EXIERANT, SED PER COMPEND. &c.] Proximè nominati tres canes quanquam tardiùs exierant, vbi incluſi omnes tenebantur, venatu inter quieſcente, tamen compendio itineris ſibi noto, præda iam capta aderant, & in eam primi inuadebant. Glareanus de famulis intelligit, qui tres illos canes adduxerint.

230. PRÆCIPIT. VIA EST] non quòd præceps via; ſed quoniam per præceps celeriùs itur & curritur: viam præcipitatam dicit, quæ citiſſimè peracta.

231. CÆTERA TVRBA COIT] Suprà: *Quoſq; referre mora eſt.*

232. IAM LOCA VVLNERIBVS DESVNT] vt pænè nihil niſi vnum quoddam & latiſſimum vulnus appareret De Marſya ſatyro, ab Apolline excoriato, lib. 6. *Nec quidquam niſi vulnus erat.* Lib. 15. de laniatu Hippolyti, *Vnúmque erat omnia vulnus.*

233. QVEM NON T. ED. CERVVS POSSIT] Stridulum quendam, & miſericordiam prouocantem ſonum edebat, ſi canes ſcirent miſereri. Cerui autem rugiunt naturaliter.

234. IVGA NOTA] montium iuga, quæ frequenter percurſarat.

235. ET GENIB. PRONIS SVPPLEX, &c] Sic in fine lib. 1. Io vacca fit Ioui ſupplex:

Procubuit genibus, reſupinoq́; ardua collo,
Quos potuit ſolos tendens ad ſidera vultus,
Et gemitu, & lacrymis, & luctiſono mugitu
Cum Ioue viſa queri eſt, finemq́; orare malorum.

277. AT COMITES RAPID. SOL. HORTAT. &c.] Hoc illi acerbiſſimum fuit, famulos ſuos in exitium domini ſui quem diligebant, & certatim clamoribus requirebant, canes hortari & impellere. Excuſat eos Poëta, quòd iſtuc μεταμορφώσεως eius ignari faciebant.

238. OCVLISQ. ACTÆONA QVÆRVNT, &c.] quàm omnia explicatè & feſtiuè, quàm ἀκολούθως, quàm veriſimiliter? ſi principium poſſemus pro vero concedere, verſum in ceruum Actæonem, ita vt mentis vſum retineret.

240. AD NOM. CAP. ILLE REFERT] Hæc verba parentheſi includenda, rectè monet Glarean. Quæ enim ſequitur coniunctio *&*, duo verba connectit, *clamant*. & *queruntur*. Annuebat igitur capite ſe inclamantibus, &, vt quibat, ſe illum eſſe quem vocarent, reſpondebat.

242. VELLETQ. VID. NON ET SENTIRE, &c.] Famuli, vt adeſſet herus, & ſe illo ſpectaculo delectaret, optabant. Hoc votum ille audiebat, idemq́; cupiebat, adeſſe ſcilicet, vt intueretur; at non vt tam dira pateretur, quo pacto aderat.

A 244. MERSISQ. IN CORP. ROSTRIS, &c.] Hęc eſt cataſtrophe huius tam memorabilis tragœdiæ, laniatus hominis innocentiſſimi.

245 FALSI SVB IMAGINE CERVI] Foris omnia illi aderant, quæ ceruo: nec decipiebantur canes: at intus latebat humana mens & cogitatio, quæ ceruo non inſunt, quia mera beſtia eſt. Bene igitur, *falſi cerui.*

246. NEC NISI FINITA, &c.] Seuera ſanè virginitas Dianæ, vt mox vocabitur. Quid illi futurum erat, ſi ſciens & volens cù veniſſet, ad animum, inquam, illud? ſi etiam præter impudicum aſpectum, quæ prima eſt amoris linea, cæteris lineis B amaſſet? Quid ad mores ex hac fabula trahi poſſit, conſule Natal. lib. 6. cap. 24.

248. RVMOR IN AMBIGVO EST] iactantur ſermones ambigui ſuper hoc Dianæ facto, nec eſt omnium concors ſententia. Lib. 12. *Exitus in dubio eſt.*

ALIIS VIOLENT. ÆQVO VISA DEA EST] pars improbat factum, vt crudele nimis, & miratur tantas eſſe animis cæleſtibus iras: potuiſſe hanc non malitiam, ſed imprudentiam, & fortuitum omnino occurſum puniri clementiùs.

249 ALII LAVD. DIGNAMQ. &c.] pars altera C probat, & ſtudium deæ, ſeueritatemq́ue in tuenda omnimodis virginitate ſua laudibus proſequitur. Chorus Act. 3. in Oedip. Senecæ *nimiùm ſæui Dianam pudoris* vocat Dianam. Et eſt hæc fabula pænè gemina illi, quam de Tireſia in quadam elegia memorauit Callimachus. Qui in venatu ſitiens cùm ad fontem bibiturus acceſſiſſet, imprudens in eo Mineruam lauantem conſpexit, ſtatimq́ue oculis captus eſt. Quare ſe meritò mitiorem Diana affirmat. Apud Nonnum autem Dionyſiacῶn 5. Actæon fælicem Tireſiam prædicat, qui citra mortem, tantùm amiſſis oculis Mineruam nudam aſpexerit. Hæc latiùs Politianus Miſcellan. cap. LXXX.

Iunonis in Semelen ob conceptum ex Ioue Bacchum ira, & minæ atrociſsimæ.

V. *SOLA Iouis coniux, non tam culpetúe, probetúe*
Eloquitur, quàm clade domus ab Agenore ductæ
Gaudet, & à Tyria collectum pellice transfert
In generis ſocios odium. Subit ecce priori
Cauſſa recens: grauidámque dolet de ſemine magni
Eſſe Iouis Semelen: tum linguam ad iurgia ſoluit.
Profeci quid enim toties per iurgia? dixit:
Ipſa petenda mihi eſt: ipſam, ſi maxima Iuno
Rite vocor, perdam: ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet; ſi ſum regina, Iouiſque
Et ſoror, & coniux: certè ſoror. at puto furto eſt
Contenta, & thalami breuis eſt iniuria noſtri.
Concipit: id deerat. manifeſtáque crimina pleno
Fert vtero: & mater, quod vix mihi contigit, vni,

De

265. *De Ioue vult fieri,* TANTA EST FIDVCIA FORMÆ.
Fallat eam ſaxo: nec ſim Saturnia, ſi non
Ab Ioue merſa ſuo ſtygias penetrabit ad vndas.

251 SOLA IOVIS CONIVX, &c.] Vti conſueuit, bellè occaſionem ſequentis fabulæ, qua in Semelen pellicem ſæuit Iuno, enarrandæ excogitauit, fingendo, incertam animi, laudaret an reprehenderet Dianam: gauiſam interim tanta calamitate domus & familiæ Agenoreæ. Actæon quippe nepos Cadmi, Cadmus Agenoris Phœnicum regis filius. Infeſta autem fuit huic domui, propter Europam Agenoris filiam, quam Iupiter rapuit, vt vidimus lib. 2. in extremo, ob quam & totum genus Agenoridum malè oderat Iuno.

254. IN GENERIS SOCIOS] Quia Cadmus frater Europæ, illius paſtores nominat ſocios generis Europæ, ipſamque Tyriam pellicem pro Phœniſſa: Tyrus quippe in Phœnicia.

SVBIT ECCE PRIORI CAVSSA RECENS, &c.] Amplificatum eſt odium Iunonis ex pellicatu Semeles, quæ matertera fuit Actæonis, & Cadmi filia. Ac minus doluiſſet, niſi & grauidam audiſſet. Cauſſam eandem ipſa refert lib. 2. vbi Calliſtonem miſeris modis accipit:

Scilicet hoc etiam reſtabat, adultera, dixit,
Vt fœcunda fores, fieretq́; iniuria partu
Nota, Iouiſq́; mei teſtatum dedecus eſſet.

256. TVM LING. AD IVRGIA SOLVIT] Lib. 1. *Ora indignantia ſoluit.* Cùm dicat, ſe nihil hactenus per iurgia profeciſſe (iurgatam cum Semele nondum grauida, vt quæ ſibi Iouem ſurripuiſſet, intelligere debemus) cur igitur linguam nunc in iurgia ſoluit? Iurgia hîc pro minis quas effundit, videtur cepiſſe, pro verbis irarum & minarum refertis.

258. IPSA PETENDA MIHI EST] non verbis de cætero cum ea, ſed re agendum. Sentiat me nunc vltricem, non iurgatricem, vt nuper. Petere, pro ferire, vulnerare, lædere, à gladiatoribus ſumptum. Petere collum, iugulum, caput, ſanguinem, vitam alicuius, apud Ciceronem.

SI MAXIMA IVNO RITE VOCOR, &c.] Maxima, quia diuûm regina, & δῖα θεάων, & quod apud Maronem, & hîc mox ſubiungitur, Iouis ſoror & coniux. Iupiter item ſi maximus, cur non maxima Iuno? tranſit enim ad vxorem mariti nobilitas. 4. Æneid. *Iam iam nec maxima Iuno,* &c. Germanus huic loco eſt lib. 14. vbi Circe à Pico rege contempta ſic ait indignabunda:

Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
Si modò me noui, ſi non euanuit omnis
Herbarum virtus, nec me mea carmina fallunt.

260. IOVISQ. ET SOROR ET CONIVX] Ipſa Faſt. 6.

Eſt aliquid nupſiſſe Ioui, Iouis eſſe ſororem,
Fratre magis dubito glorier, anne viro.

Ibid. *Sui germana mariti.* Seneca Agamem. *Ades ô magni ſoror & coniux, Conſors ſceptri regia Iuno.*

261. CERTE SOROR] Propter crebra Iouis ſtu-

A pra, non ſatis affirmatè dici poteſt, Iunonem eſſe eius coniugem; quandoquidem eam vt coniugem non veretur. Eſſe autem ſororem, hoc eſt, iiſdem parentibus, Saturno & Opi progenitam, ſemper dici poteſt: quæ ipſa eſt ampliſſima dignitas, quam illi pellex nulla eripuerit.

AT PVTO FVRTO EST CONTENTA, &c.] εἰρωνικῶς. Et nota Iunonis malignitatem. Culpæ, & crimini, voluntatique peruerſæ ac ſuperbiæ tribuit, quod in Semeles poteſtate non fuit, concepiſſe videlicet, & ferre vterum. At Iouem ab ſe prohibere, hoc fuit.

263. MANIFESTAQ. CRIM. P. FERT VTERO] Crimen id quod per crimen, ſeu cum crimine patratum eſt, & nonnunquam de ipſo homine, vt cùm dicit Terentius, *Vbi patraſti ſcelus?* Conſule Symbol. meas ad illud 2. Æneid. *Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab vno Diſce omnes.*

B 264. QVOD VIX MIHI CONTIGIT VNI] Immò multis contigit, vt matres de Ioue fierent. Ouid. in Faſt. *Quàm multas matres fecerit ille deus.* Quidam cenſent legi poſſe *vno,* vt Mars intelligatur, quem Ioni peperit ſolum.

265. TANTA EST FIDVCIA FORMÆ] Adeò ſibi de forma plaudit, vt propter eam ſe non indignam ducat, quæ ex Ioue concipiat. Eadem verba de Mercurio lib. 2. in fabula Herſes.

266. FALLAT EAM FAXO] vel Iupiter, vel abſolutè, vt ſubaudiatur res, animus, ſententia. Cicero in Orat. perſ. *Quem quæſo noſtrûm fefellit, ita vos eſſe dicturos?* Ad Attic. epiſt. 12. lib. 14. *Sed nos (niſi me fallit) iacebimus.* *Faxo,* eſt faciam, futuri temporis, indicatiui modi. Inuenitur & faxim, faxis, faxit, faxitis, faxint. Plaut. Amphit. *Faxo probè iam hîc deludatur.* Virgil. 9. Æneid. *Haud ſibi cum Danais rem, faxo, & pube*
C *Pelaſga Eſſe putet.* Et 12. *Ego fœdera faxo Firma manu.*

NEC SIM SATVRNIA] Saturnia ἐμφατικῶς, Saturni filia, & proinde Iouis ſoror. Cùm ita affatur Iunonem, magnopere Troianis iratam Iupiter 12. Æneid.

Es germana Iouis, Saturniq́; altera proles:
Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus?

Secundùm Seruium, qui citra interrogationem legit, hoc vult: Soror Iouis es, vnde non mirum, tantam te iracundiam retinere ſub pectore; nam ſcimus vnumquemque pro generis qualitate in iram moueri. Si cum interrogatione legas, ſenſus hic erit, vt arbitror: Cùm ſis adeò nobilis dea, mihique par, non te adeò ira concitari, quaſi grauitatis & amplitudinis tuæ oblitam, decet.

267. AB IOVE MERSA SVO STYG. &c.] Iupiter fulmine ſuo domum, ipſamque, dum petitioni eius, cum maieſtate ad ſe illum venire cupientis obſequitur, incendit.

Narciſ-

Narciſſus adoleſcentulus, iuxta prædictionem Tireſiæ vatis cæci, ex philautia, in quam ex immodica ſui contemplatione, in puro fonte nimirum, deuenerat, hominem exuit, & in florem ὁμώνυμον transformatur.

VI. *Ille (Tireſias) per Aonias fama celeberrimus vrbes*
Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti.
*Prima * fidem, vociſque ratæ tentamina ſumpſit* — *fide, pro fidei, antiquè.
Cæru'a Lir.ope; quam quondam flumine curuo
Implicuit, clauſæque ſuis Cephiſus in vndis
Vim tulit. enixa eſt vtero pulcherrima pleno
Infantem nymphe, iam tunc qui poſſet amari,
Narciſſúmque vocat. De quo conſultus, an eſſet
Tempora maturæ viſurus longa ſenectæ,
Fatidicus vates, SI SE NON NOVERIT, inquit.
Vana diu viſa eſt vox auguris: exitus illam
Réſque probat, lethique genus, nouitáſque furoris.
** Nam quater ad quinos vnum Cephiſius annos* — *Namque ter ad quinos.
Addiderat, poterátque puer, iuueniſque videri.
Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis,
Quem neque paſtores, neque paſtæ monte capellæ
Contigerant, aliudúe pecus: quem nulla volucris,
Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus.
Gramen erat circà, quod proximus humor alebat:
Syluáque, ſole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer & ſtudio venandi laſſus, & æſtu,
Procubuit, faciémque loci, fontémque ſecutus.
Dúmque ſitim ſedare cupit, ſitis altera creuit.
Dúmque bibit, viſæ correptus imagine formæ,
Spem ſine corpore amat: corpus putat eſſe, quod vmbra eſt:
Ac ſtupet ipſe ſibi, vultúque immotus eodem
Hæret, vt è Pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus, geminum ceu lumina ſidus,
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
Impubéſque genas, & eburnea colla, decúſque
Oris, & in niueo miſtum candore ruborem;
Cunctáque miratur, quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens: & qui probat, ipſe probatur:
Dúmque petit, petitur: paritérque accendit, & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oſcula fonti?
In medijs quoties viſum captantia collum
Brachia merſit aquis, nec ſe deprendit in illis?

Quid videat neſcit: ſed quod videt, vritur illo:
Atque oculos idem qui decipit, incitat error.
Credule, QVID FRVSTRA SIMVLACRA FVGACIA CAPTAS?
QVOD PETIS EST NVSQVAM: *quod amas, auertere, perdes.*
Iſta repercuſſæ, quam cernis, imaginis vmbra eſt.
Nil habet iſta ſui: tecum venítque manétque,
Tecum diſcedet, ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt: ſed opaca fuſus in herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formam:
PERQVE OCVLOS PERIT IPSE SVOS: *paulúmque leuatus*
Ad circumſtantes tendens ſua brachia ſyluas,
Ecquis, iô ſyluæ, crudeliùs, inquit, amauit?
(Scitis enim, & multis latebra opportuna fuiſtis)
Ecquem, cùm veſtræ tot agantur ſæcula vitæ,
Qui ſic tabuerit longo meminiſtis in æuo?
Et placet, & video: ſed quod videóque, placétque,
Non tamen inuenio tantus tenet error amantem.
Quóque magis doleam, nec nos mare ſeparat ingens,
Nec via, nec montes, nec clauſis mœnia portis:
Exigua prohibemur aqua: cupit ipſe teneri.
Nam quoties liquidis porreximus oſcula lymphis,
Hic toties ad me reſupino nititur ore.
Poſſe putet tangi: minimum eſt quod amantibus obſtat.
Quiſquis es, huc exi: quid me, puer vnice, fallis?
Quóue petitus abis? certè nec forma, nec ætas
Eſt mea, quam fugias: & amarunt me quoque nymphæ.
Spem mihi neſcio quam vultu promittis amico.
Cúmque ego porrexi tibi brachia, porrigis vltro:
Cùm riſi, arrides: lacrymas quoque ſæpe notaui
Me lacrymante, tuas: nutu quoque ſigna remittis:
Et quantum motu formoſi ſuſpicor oris,
Verba refers, aures non peruenientia noſtras.
Ille ego ſum: ſenſi, nec me mea fallit imago,
Vror amore mei: flammas moueóque, feróque.
Quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?
Quod cupio, mecum eſt: INOPEM ME COPIA FECIT.
O vtinam à noſtro ſecedere corpore poſſem!
Votum in amante nouum eſt, vellem quod amamus abeſſet.
Iámque dolor vires adimit, nec tempora vitæ
Longa meæ ſuperant, primóque extinguor in æuo.
Nec mihi mors grauis eſt, poſituro morte dolores:
Hic qui diligitur, vellem diuturnior eſſet:
Nunc duo concordes anima moriemur in vna.
Dixit, & ad faciem redijt male ſanus eandem,
Et lacrymis turbauit aquas, obſcuráque moto
Reddita forma lacu eſt: quam cùm vidiſſet abire,

Quò

Quò refugis? remane. nec me crudelis amantem
Deſere, clamauit: liceat, quod tangere non eſt,
Aſpicere, & miſero præbere alimenta furori,
*Dúmque dolet, * ſummo veſtem deduxit ab * ore,* *ſumma ora.
Nudáque marmoreis percuſſit pectora palmis:
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem:
Non aliter quàm poma ſolent, quæ candida parte,
Parte rubent: aut vt varijs ſolet vua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem.
Quæ ſimul aſpexit liqueſacta rurſus in vnda,
Non tulit vlteriùs: ſed, vt intabeſcere flauæ
Igne leui ceræ matutinæque pruinæ
Sole tepente ſolent: ſic attenuatus amore
Liquitur, & tecto paulatim carpitur igni,
Et neque iam color eſt miſto candore rubori,
Nec vigor, & vires, & quæ modò viſa placebant:
Nec corpus remanet, quondam quod amauerat Echo.
Quæ tamen vt vidit, quamuis irata, memórque
Indoluit: quotiéſque puer miſerabilis, Eheu
Dixerat: hæc reſonis iterabat vocibus, Eheu.
Cúmque ſuos manibus percuſſerat ille lacertos,
Hæc quoque reddebat ſonitum plangoris eundem,
Vltima vox ſolitam fuit hæc ſpectantis in vndam.
Heu fruſtra dilecte puer: totidemque remiſit
Verba locus: dictóque vale, vale inquit & Echo.
Ille caput viridi feſſum ſubmiſit in herbas;
Lumina mors clauſit domini mirantia formam.
Tum quoque ſe, poſtquam eſt inferna ſede receptus,
In ſtygia ſpectabat aqua. Planxere ſorores
Naiades, & ſectos fratri impoſuere capillos.
Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo.
Iámque rogum quaſſáſque faces, feretrúmque parabant:
Nuſquam corpus erat. croceum pro corpore florem
Inueniunt, folijs medium cingentibus albis.

268 PER AONIAS VRBES] per Bœotias vrbes, Aonia enim pars Bœotiæ, & à parte totum poëtis ſæpenumero concipitur. A

269. IRREPREHENSA RESPONSA] ἀναίτια, quæ reprehendi non poterant, quoniam eueniebant, & exitu ipſo confirmabantur.

270 PRIMA FID. VOCISQ. RATÆ, &c.] Liriope nympha prima ſciſcitando, fidem eius & vocem, an eſſet rata, experiri voluit. Pro *fidem* legendum *fide*, antiquo genitiuo, de quo Gell. lib 9. cap. 14. Ita ſenſus expeditior & facilior fuerit. Lib. 6. *Vtq; fide pignus dextras vtraſq; popoſcit*. Horat. ode 7. lib. 3. *Conſtantis iuuenem fide*. Virgil. 1. Georg. *Libra die ſomniq; pares vbi fecerit horas*.

273. ENIXA EST VTERO, &c.] Oſtendit qua ratione fidem ſumpſerit in filio Narciſſo, quem ex Cephiſo amne genuit.

274. IAM TVNC Q. POSSET AMARI] qui poſſet ab infantia ipſa amari, adeo pulcher & decorus erat.

276. TEMP. MATVRÆ VISVR. L. SENECTÆ] an eſſet vitam in ſenectam vſque propagaturus.

277. SI SE NON NOVERIT, INQVIT] Reſponſum Tireſiæ ambiguum, vt ſolebant reſponſa vatum & oraculorum vt plurimum. Loquebatur autem de notitia pulchritudinis ipſius; ob quam contabuit, & in florem conceſſit ſui nominis. Hoc cùm neſcirent, vocem hanc pro vano diu habuerunt, Narciſſúmque ad annos ſeniles peruenturum crediderunt. Pereunt multi, quia ſe norunt, inde enim faſtidio & ſuperbia intumeſcunt. Pereunt plures, quia ſe non norunt, hoc eſt, noſſe nolunt. quod pro ſalutari præcepto dedit omnibus ſiue Chilon, ſiue quis alius de ſapientum ſeptenario.

278. Exitvs illam resq. prob. &c.] Vera dixiſſe augurem res ipſa, & ſingulare genus lethi, inſaniaque (vnde illi eiuſmodi lethum) docuerunt. A

280. Qvater ad qvin. vn. add. annos] natus erat annos vnũ ſupra viginti. Scripturã Ciof adducit aliã, *Nãq; ter ad quinos*, &c. tum fuerit annorũ 16.

281. Poteratq. p. ivvenisq. vid.] puer propter faciem puerilem & imberbem; iuuenis propter ſtaturam, vocem, annos.

282. Fons erat illim. nitid. &c.] Homero & fluuij *ἀργυροδῖναι*, Iliad. *α. Φ.* Recurre ad fontem in valle Gargaphies, iam antè deſcriptum hoc libro: *Fons ſonat à dextra tenui pellucidus vnda* Lib. 5. de aqua Alphei fluminis, in quo lauabat Arethuſa:

Inuenio ſine vertice aquas, ſine murmure euntes,
Perſpicuas ad humum, per quas numerabilis altè
Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares.

Apul. l. 4. Mileſ. de quodã fõte, euomuiſſe vndas argenteas. Vir. de amne 3. Geor. *Purior electro cãpũ petit.* De alio Silius l. 4. *Perſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.* Petronius: *Has inter ludebat aquis errãtibus amnis.* B

283. Neq. p. m. capellæ] Melibœus paſtor, eclo. 1.

Ite meæ quondam fœlix pecus, ite capellæ,
Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro
Dumoſa pendere procul de rupe videbo.

286. Gramen erat circa] Suprà *Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.*

287. Sole locvm passvra tepes. nvllo] Radios ſolis circumiecta ſylua per opacitatem ſuam excludebat: alioqui (quod experiẽtia ſcimus) tam purus & argenteus fons ille non fuiſſet.

288. Et stvdio venand. lass.] De Diana l. 2.

Cùm dea venatu, & fraternis languida flammis, C
Nacta nemus gelidũ, de quo cũ murmure labẽs, &c.

Et l. hoc 3. *Hic dea venatu ſyluarum feſſa ſolebat*
Virgineos artus liquido perfundere rore.

289. Faciemq. loci, fontemq. secvt.] Locum captabat propter amœnitatẽ & vmbrã, quoniam æſtuabat: fontẽ, quia ex æſtu & labore ſitiebat. *Facies* non de ſpecie tantũ oris humani, ſed etiã de cuiuſque rei naturali aſpectu dicitur. Cic. pro Flacco: *Fatẽãtur in Menãdri perſona expreſſã eſſe faciem ciuitatis.* Virg. 2. Georg. *Nec pingues vnã in faciẽ naſcuntur oliuæ.*

290. Dvmq. sitim sedare cvpit] Lucret. l. 4.

Et ſedare ſitim prius eſt, quàm pocula, natum.

lib. 5. *At ſedare ſitim fluuios fonteſq; vocabant.* Cornif. ad Heren. *Neque habeat qui ſitim ſedet.* Virgil. eclog. 4. *Dulcis aqua ſaliente ſitim reſtinguere riuo.* Martial. l. 7. *Veientana tuam ſi domet vnda ſitim.* Propert. lib. 3. *Lymphiſq; à fonte petitis Ora Philetæa noſtra rigauit aqua.* 3. Faſt. *Et releuant multo pectora ſicca mero.* 4. Faſt. *Nec ſiccam gelido fonte leuare ſitim.* D

Sitis altera crevit] ſitis ſuimet ipſius. Nam quẽ in vnda videbat & amabat, nõ erat alius. Trãſlatè. Sic Cic. in Parad. *Neq; enim vnquã expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis.* Itẽ, ſitire honores, aurum, &c.

291. Visæ cor. imag. for.] Nõ abs re fuerit, cõſiderare imaginẽ Narciſſi, propoſitã à Philoſtrato l. 1

292. Spem sine corp. amat] Id quo ſe potiturum ſperabat (cupiebat quidem certè) amabat: ſed id non erat corpus, verùm ſimilitudo corporis, & vmbra, vt ipſe poëta nominat.

293. Ac stvpet ipse sibi, &c.] formoſum & elegantem ex omni parte adoleſcentem quodammodo pingit, dum quæ Narciſſus in ſemetipſo admiratus ſit, & ſtupuerit, ad vnguem percenſet.

294. Vt e Pario format. marm. signvm] vt ſtatua è marmore cãdido, cuius copia in inſula Paro.

295. Geminvm cev lvm. sid.] Ordo verborũ eſt: ſpectat humi poſitus lumina, ſubaudi ſua, ſuos oculos, ceu geminũ ſidus, adeò nitidos & lucidos. Lipſiẽſis editio ex impreſſis quibuſdã, & calamo exaratis emendat *geminum ſua lumina ſidus.* non reijcio. Caſtigatio eruditi viri, *geminum ceu ſidera lumẽ*, à vulgata ſcriptura nimiùm recedit. Lib. 1. *Sideribus ſimiles oculos.* Stat. Syluar. 1. *Sidereiq; orbes, radiataq; lumina cælo.* Quinque verſib. Narciſſi forma & decus depingitur, quod in eius ſtatua fusè declarat Calliſtratus.

296. Dignos Apolline crines] Semper eſt intonſo capillo, ſemperque iuuenis. A Græcis *χρυσοκόμης, auricomus*, à fulgore radiorum, qui ſunt eius comæ; idem enim Apollo, qui & Phœbus, & ſol.

297. Impvbesq. genas] inueſtes dicuntur, quorum menta & genas barba nondum veſtire & opacare cœpit. Quorum prima puras barba nondum ſignauit genas, vt ait in Hippolyto Seneca.

Et ebvrnea colla] Ad candorem eboris reſpicitur, vt, cũ etiã *lactea* dicũtur, ad candorẽ lactis.

Decvsq. oris] non vaſtũ, nõ labioſũ, ſed modicũ, & rubẽtibus labris ſcitũ os in puero & virgine.

298. Et in niveo mist. cand. rvbor.] Hæc eſt illa ſuauitas coloris, quam in pulchritudinis definitione poſuit M. Tullius. *[illegible]* Infrà de moribundo, *Et neque iam color eſt miſto candore rubori.*

299. Cvnctaq. miratvr, qvib. e. mirab.] Meræ, & miræ argutiæ, ex antithetis, & ijs quæ vocãtur *ὀξύμωρα.* Poterat preſſiùs? neſcio: debebat quidem. Oſtẽtant ſe in his deſcriptionibus, & narrationibus admirabile illius ingenium, & qua nec ipſo vatum patre Homero inferior eſt, eloquentia.

305. Qvid videat nescit] Verè neſciunt quid videant, qui ſua bona nimiùm vident, & plus æquo ſuſpiciunt, Chriſtiani præſertim, quos ſcire oportet, omnem ſufficientiam noſtram ex Deo eſſe; & nihil habere nos, quod non acceperimus.

307. Credvle, qvid frvstra, &c.] Apoſtrophe pulchra. Perinde ac ſi aſtaret, & ineptiẽtem videret puerum hunc, nec ampliùs ferre poſſet, ita eum compellat, leniterque obiurgat.

308. Qvod p. est nvsq.] Suprà, *Spẽ ſine corpore amat.*

Qvod amas, avertere, perdes] imperandi modo dixit, non infinitiuo, vt aliquis putauerit, ſimul ac legerit. Eſt autem hæc ſubiecta ſententia. Tantummodo auerte vultum ab iſtis aquis, ab hoc fonte, & ſtatim deſinet eſſe, quod efflictim amas. Auertat puella compta & venuſtula ſe à ſpeculo, iam perdidit quod in ſpeculo amauit, ſi id aliud ab ſe putauit, vt Narciſſus hic, credulus nimiùm.

309. Repercvssæ imag. form.] Vmbra pro ſpecie & ſimilitudine alicuius rei, frequenter. Incerti auctoris de aqua & ſpeculo, imagines & formas referẽtibus verſiculos habes in Virgilianis Catalectis. Aliquot exẽpla huc transferre quid vetat?

I. *Redditur effigies liquida ſpectantis in vnda,*
Qualis in aduerſo ſpeculorum cernitur orbe.

II. *Formas pura refert oculis ſpectantibus vnda,*
Obiecto quales ſpeculi fulgore videntur.

III. *Spectantis faciem mundiſſimus aſſimulat fons,*
Sicut in oppoſito ſpeculi ſolet æquore cerni.

312. Non illvm Cereris n. ill. c. qviet. &c.] cibi ſomniq; curã præ illo tã iucũdo, & quo ſe explere nequit ſpectaculo prorſus abijcit. De Orpheo poſt iterũ amiſſam Eurydicen l. 10. *Squalidus in ripa Cereris ſine munere ſedit.* *Laboratam Cererẽ* vocat Virg. 1. Æn.

314. Spectat inexpleto lvmine] oculis irretortis & inſatiabilibus. De Didone l. 1. Æn. in Aſca-

nio defixa, *Expleri mentem nequit, ardeſcitq́ tuendo.* Et A 8. de Euandro, Pallantē filiū ab ſe cū Ænea dimittente, *dextrā complexus euntis Hæret, inexpletū lacrymās.*

315. PERQ. OCVLOS PERIT IPSE SVOS] nisi enim vidiſſet, non amaſſet, quod videbat: ſi non amaſſet, & tam perditè amaſſet, non deſideraſſet: ſi non deſideraſſet, fruſtratus tam flagranti & immenſu deſiderio non contabuiſſet. Heu me, quàm multi per oculos ſuos æternùm perierunt?

317. ECQVIS, IO SYLVÆ, CRVDEL. AMAVIT?] Ne faſtidio ſit eadē orationis forma in re leuicula, nūc ſuā perſonā interponit, vt vidiſti, nunc ſermonē ipſi puero dat, & per proſopopœiam ſyluas teſtantē facit. Senſus eſt: Cui vnquā amor ſuus tā amatus fuit? Poterat vetus Narciſſus falſo illi & repercuſſu dūtaxat dicere, quod 2. ecloga Corydō Alexidi: *Nil noſtri miſerere, mori me denique cogis,* ô crudelis Narciſſe.

316. ET MVLTIS LATEB. OPPORTVNA FVISTIS] B Ne fruſtra teſtes citaſſe ſyluas videatur, cōfirmat eas ſcire, & vidiſſe amāteſ cōplures, qui tā dira mercede non amarint. Eorū exēpla ■, ſi libet, ex mythographis cōquire. Certū eſt, ſyluas & hortos ob amœnitatē, & alias delicias nō modò animos recreare, ſed etiam ad voluptates corporū perfruēdas inuitare.

319. CVM VESTRÆ TOT AGANT. SÆCVLA VITÆ, &c.] Eſt & plantarū & arborū quędam vita, quæ & ipſæ dicūtur mori. Quāuis autē nō ſingularū arborū, tamē ſyluarū ipſarū vita eſt multorū ſæculorū, quandiu nimirū virent & vigent: nec vnquā fando auditū eſt, ſyluam, aut nemus aliquod per ſe totū exaruiſſe. Ait igitur, eas nullius in tanta tēporis diuturnitate recordari poſſe, qui tā crudeliter amarit, hoc eſt, vt hîc exponit, ex amore oſſa atque pellis euaſerit, planeque confectus & cōſumptus fuerit. C

321. ET PLACET, ET VIDEO, &c.] Hæc ſunt querimoniam habentis apud ſyluas tanquam arbitras, de infælici conditione ſua. Nun priùs placet, deinde videt. Ordo eſt, & video, & placet; quem mox in poſteriore hemiſtichio ſeruat.

322. TANTVS TENET ERROR AMANTEM] Si putat, aut ſcit errorem eſſe quod agit, & ſe decipi, cur errat & decipitur ſciens? Dat aliquid rationi, & ſeipſum incuſat, qui quærat, quod cōperit ſeſe inuenire non poſſe. Sed ad ineptias ſtatim relabitur.

327. AD MA RESVPINO NITET. ORE] ſurſum vultum vultui meo ubuerrit.

328. MINIM. AST Q. AMANT. OBSTAT] *Exigua prohibemur aqua.* Et in aqua nihil durum aut ſolidum. *Amantibus*, nam Narciſſus ille aquaticus omnia ea- D dem quæ pater ſuus, cuius imago erat, & faciebat, & pręſe ferebat: vt ipſe quoq; non amari tantùm, ſed viciſſim amare videretur. lib. 4. *Inuide, dicebant, paries, quid amantibus obſtas?*

329. QVISQVIS ES, HVC EXI, &c.] Stomachantis verba, quaſi contra illuſorem.

PVER VNICE] puer chariſſime, ſicut ſunt vnici filij parentibus chariſſimi.

330. NEC FORM. N. ÆT. E. M. QVEM FVG] hęc duo commendant pueros præcipuè.

331. ET AMARVNT ME QVOQ. NYMPHÆ] Echo præſertim. Eclog. 5. *Et amauit nos quoque Daphnis.* Eclog. 3. *Et nos Phœbus amat.* Similia sūt eclog. 5. *Dānabis tu quoq; votis.* 12. Æn. *Et noſtro ſequitur de vulnere ſāguis.* Quæ omnia ad res quoq; noſtras aduerſus impudētes ſuarū prędicatores adagiorū vice adhiberi poſſūt.

338. ILLE EGO SVM, SENSI, &c.] Tandē aliquādo quid faciat, & quàm fruſtra laboret agnoſcit. Volū A & eundem eſſe qui cupit, & cupitur: nec tamen adhuc deſinere poteſt, & queritur, & argutatur. Terent. And. *Tandem ſenſi ſtolidus ad commodum os mihi ſublitum.* Pænè tota fabula iſta committit Ouidius, quod in eo non infimi ſcriptores damnarunt, laſciuit, & ſe ſupra ripas effundit.

339. VROR AMORE MEI] Sæpiùs dictum, amorem qualemcunq; eſſe quemdam ignem, calent enim & ardēt quodammodo qui amāt, etiam qui Deum fideliùs amant. Phædra Hippolyto: *Vrimur, & cæcum pectora vulnus habet.*

341. INOPEM ME COPIA FECIT] ὀξύμωρον, copia & inopia contraria cùm ſint, quomodo ſimul ſunt? & tamen aliquando ſunt, quando copia noſtra vti vel non poſſumus, vel non permittimur.

344. IAMQ. DOLOR VIRES ADIMIT] De virium defectione, & appropinquante ſibi interitu ante B tempus, flebilis conqueſtio.

345. PRIMOQ. EXTINGVOR IN ÆVO] primum æuū, prima pars æui, ſeu primus gradus ætatis, pueritia ſcilicet, quam Varro ad annum 14. extendit.

346. POSITVRO MORTE DOLORES] Hæc vnica ratio eſt, quare qui miſeriæ ſuæ finē deſperāt, mori optent: quia mors finit omnia, ergo etiā dolores & miſerias. Ouid. alicubi in Triſ. lib. vno hoc ſolatio ſe ſuſtentari dicit: *Hæc fore morte mea non diuturna mala.* Ad hunc, & antecedentē verſum appoſita ſunt verba Senecæ in Conſolat. ad Marciam c. 20. *O ignaros malorum ſuorum, quibus non mors, vt optimum inuentum naturæ laudatur, quæ, ſiue fœlicitatē includit, ſiue calamitatē repellit: ſiue ſatietatē aut laßitudinē ſenis terminat: ſiue iuuenile æuum, dū meliora ſperātur, in flore educit: ſiue pueritiā ante duriores gradus reuocat; omnibus finis, multis re-* C *medium, quibuſdā votū de nullis melius merita, quā de his, ad quos venit antequā inuocaretur. Hæc ſeruitutem inuito domino remittit, hæc captiuorum catenas leuat, hæc è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat: hæc exſulibus in patriam ſemper animum oculosq; tendentibus oſtendit, nihil intereſſe, inter quos quiſque iaceat.*

347. HIC QVI DILIGITVR, VELLEM, &c.] Mirandum in modum huoc adoleſcentulum inſanire fingit. Iam iam aiebat, ſemet eſſe illum, qui ſibi rātopere placeret: nunc iterum in diuerſum it.

348. DVO CONCORD. ANIMA MORIEM. IN VNA] Inſinuatū illud Ariſtotelis, amicos eſſe animā vnā in duobus corporibus. lib. 2. *Duo nūc moriemur in vna.*

349. AD FACIEM REDIIT MALE SAN.] Surrexerat ergo, & paſſus fortè aliquot ambulauerat. Nam ſu- D prà eum procubuiſſe bibēdi cauſſa affirmauit. *Maleſanus*, id eſt, inſanus & ſtultus. Malè moratus, non bonis moribus, improbus.

350. MOTO LACV, &c.] mota aqua fōtis, per lacrymas incidētes, eāq; criſpātes, forma quę reddebatur, cōfūdi ac pęnè tota abire & euaneſcere viſa eſt.

355. SVMMO VESTEM DEDVXIT AB ORE] Emēda, *ſummā deduxit ab ora.* Summā orā vocat infima colli, vbi veſtis operire corpus incipit. Ciofan. retinet *ſūmo ab ore*, & explicat à ſūmo pectore vel à mēto & collo. l. 5. de Proſerpin. *Vt ſūma veſtē laniarat ab ora.*

356. MARMOREIS PALMIS] cādidis & leuibus, vt eſt marmor Pariū politū. l. 13. *Quas* (lacrymas) *vbi marmoreo deterſit pollice virgo. Collū marmoreū* dixit 4. Faſt. Vir. 4. Georg. *Tū quoq; marmorea caput à ceruice reuulſū.*

358. NON ALITER Q. POM. S. QVÆ CANO. &c.] Gemina cōparatione colorē pectoris candidiſſimi, & percuſſu pugnorum rubeſcentis, vel liueſcentis potiùs declarat; pomi, cuius vnum dimidium album, alte-

alternum rubet:& vuæ albæ, Septembri menſe ſub cælo noſtro, colorem ſubnigrum, liuori ſimilem induenti. Colorem ſimpliciter vocat Virg eclog 4. *Duceret apricis in collibus vua colorem*: noſter, purpureum, a ferruginea purpura; non enim vnum tantùm eſt purpuræ genus.

359. VARIIS RACEMIS] Racemus propriè vua legulos fallens quia ſub folijs, ſeu pampinis latens. Inter varias igitur, ſeu inter multas vuas quædam liueſcunt, quas vulgò rubras appellamus.

361. SIMVL ASPEX. LIQVEF. R. IN VNDA] Abijſſe, & redijſſe, ſeu auertiſſe ſe, & rurſum conuertiſſe ad fontem, & contemplationem ſui repetiſſe apparet. Omnino meliùs nominaſſet vndas liquidas, quàm liquefactas.

362. NON TVLIT VLTERIVS] non vltrà durare potuit. Incipit μεταμόρφωσις in florem.

VI INTABES. FLAVÆ IGNIBVS. CERÆ, &c] Significat, inſtar ceræ ad ignem, & pruinæ ad ſolem attenuatum & tabefactum ex igne illo amoris, quo intus erga ſemetipſum exarſerat.

365. TECTO PAVLAT. CARP. IGNE] Lib. 11. *Quãuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes.* De Didone in 4. Virgil *Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.* Quem ille cæcum, noſter tectum appellat. Horat. ode 12. lib. 1. *Quàm lenti penitus macerer ignibus.* Quod dicit *carpitur*, expone, macereſcit, abſumitur, liquitur.

366. MISTO CAND. RVBORI] Suprà de eius colore, *Et in niueo miſtum candore ruborem.* Stat. 2. Syluar. *O ubi purpureo ſuffuſus ſanguine candor?* Talem colorem laudat in Lauinia Latini regis filia Virgil. 12. & Claudian. in 1. de Raptu in Proſerpina. Talis & verecundantium. Ennius 14. Annal. *Erubuit mulier ceu lacte & purpura miſta.*

367. NEC VIGOR, ET VIRES] Quomodo antea pulchritudinem eius ſigillatim per membra & partes corporis, ita nunc defectionem, ſed generatim magis, & paucis memorat, dum eum & colorem & vigorem ac vires, & omnia demum, quæ ſibi in ſeipſo placuerãt, & amabile illud corpus amiſiſſe ait.

369. QVAMVIS IRATA MEMORQ.] quoniam ab ipſo ſpreta fuerat. Locus totus de Echus amore in Narciſſum, quia paulo laſciuior, inductus eſt à me, ex quo tamen fas erit extrema reſumere, quibus & caſtimonia adoleſcentis, & mutatio nymphæ illius, quæ & antè nihil niſi reciprocam vocẽ ſonare poterat à Iunone ſcilicet hac pœna dãnata, feſtiuè exponuntur: ——— *Egreſſaq; ſylua*

Ibat, vt injceret ſperato brachia collo.
Ille fugit, fugiensq; manus complexibus aufert.
Antè ait, emoriar, quàm ſit tibi copia noſtri.
Retulit illa nihil niſi, Sit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſyluis, pudibundaq; frondibus ora
Protegit, & ſolis ex illo viuit in antris.
Sed tamen hæret amor, creſcitq; dolore repulſæ:
Et tenuant vigiles corpus miſerabile curæ,
Adducitq; cutem macies, & in aëra ſuccus
Corporis omnis abit: vox tãtùm atq; oſſa ſuperſunt:
Vox manet, oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.
Inde latet ſyluis, nulloq; in monte videtur,
Omnibus auditur: ſonus eſt qui viuit in illa.
Sic hanc, ſic alias vndis, aut montibus ortas
Luſerat hic nymphas.

371. HÆC RESON. ITERAB. VOCIB. ECHV] natura quippe Echus eſt ingeminare voces loquentiũ vltimas, & audita verba reportare. Cuius lepidiſſimum exemplum in his, quæ deſcriptos à me ex ἐλεγείων antecedunt.

Nec ſinit (natura) incipiat: ſed quod ſinit, illa parata
Exſpectare ſonos ad quos ſua verba remittat. (eſt,
Forte puer comitum ſeductus ab agmine fido
Dixerat: Ecquis adeſt? &, Adeſt, reſponderat Echo:
Hic ſtupet atque aciem partes dimittit in omnes,
Voce Veni magna clamat; vocat illa vocantem.
Reſpicit. & rurſus nullo veniente, Quid, inquit,
Me fugis? & totidem quot dixit verba recepit.

In locis porrò deſertis, concauis, leuibus, flexuoſis, ſyluis, vallibus, ſpeluncis, ſiue antris, montibus, fluminum ripis, ædificijs cameratis potiſſimùm Echonẽ fieri certum eſt. Horatio dicitur *iocoſa vocis imago*, quaſi imitago, ode 12. & 20. lib. 1. Item Virgil. 4. Georg. *Aut vbi concaua pulſu Saxa ſonant, vociſq; offenſa reſultat imago* Et Auſon. *Reboat nemorũ vocalis imago.*

B Vſus eſt eodem verbo etiam Varro de re ruſt. lib. 3. *habẽdas eſſe apes, vbi non reſonẽt imagines.* Ab Ariſtotele definitur ἀντανάκλασις τῆς φωνῆς ..., tactio nouiſſimæ, ſeu poſtremæ vocis deſinentis. Ex Auſonio ſcitum epigramma libet apponere:

Vane quid affectas faciem mihi ponere, pictor,
Ignotamq; oculis ſollicitare deam?
Aeris, & linguæ ſum filia, mater inanis
Indicij, vocem quæ ſine mente gero.
Extremos pereunte modos à fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena modis.
Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo,
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

Claudian. reciprocum illum ſonum Echus effert per verba *reſponſo, remugio, ingemino, ſpiro.* Vide Lud. Cerdium in 4. Georg. ad verſum 50.

C 374. SOLITAM SPECTANTIS IN VND.] Monuimus antea, abiſſe à fõte, & ad eũ rebitaſſe Narciſſũ.

375. TOTIDEMQ. REMISIT VERBA LOCVS] In Poëticis meis inſtitutionibus, l. 3. c. 9. de echico epigrammate diſſerui, docuique, meliùs Echonem fieri in diſſyllabis vocibus, quàm in triſyllabis, aut monoſyllabis: quoniam ad naturam rei illa imitatione quàm iſta propiùs acceditur. Sed Echonem Narciſſi has voces tam multas iteraſſe, *ſit tibi copia noſtri*, &c. *Heu fruſtra dilecte puer*, quatuor vtrobique, eſt id affirmare, quod planè falſum comperimus, & cum natura pugnat. Fugit igitur ratio ſcribentẽ hæc Ouidium, dum Echûs morem, & proteruiam nimis accuratè nobis deſcribere nititur Sunt tamen qui teſtentur audiſſe ſe Echonem reddentem verſum integrum: & aliam reddentem dimidium.

D 377. CAPVT VIRIDI FESS. SVBM. IN HERBA] ſupinus iacuit. Feſſum caput, tandiu in vndas contemplando inclinatum.

378. DOMINI MIRANTIA FORMAM] quibus ipſe dominus ſemet toties ſpectando miratus erat.

LVMINA MORS CLAVSIT] Virg. de Turno moriente in 12. *In æternã clauduntur lumina noctẽ.* Propert. eleg. 13. l. 2. *Quãdocunq; igitur noſtros mors claudet ocellos.*

380. IN STYGIA SPECTABAT AQVA] Etiam poſt mortem amat & miratur formam ſuam. Vide quæ dicentur lib. 15. in fabula Hippolyti, ad illos verſus, *Vidi quoque luce carentia regna, Et lacerum Phlegethontide corpus in vnda.*

PLANXERE SOROR. NAIADES] Mater enim Liriope Nais, quam *cæruleam* ab aquæ colore nominauit, Oceani & Thetyos filia. Sic plangunt fratrem Phaëthontem lib. 2. Heliades.

381. ET SECT. F. IMPOSVERE CAPILLOS] De conſuetudine honorandi defunctos decaſa, detonſa, aut euulſa coma, ſat multa Delrius Comment. in Hippolytum Senecæ, pag 212. Eam autem vel pectoribus, vel tumulis mortuorum imponebant, atque ita iis velut parentabant. Lege Ioann. Kirchmanni de funerib. Roman. lib. 2. cap. 15. nihil requires amplius.

382. PLANXERVNT DRYADES] ſyluarum deæ, quibus teſtibus hæc dicta, facta ſunt.

383. QVASSASQ. FACES] Quę vt luculentiùs ardeant, & inueniant motibus ignes, vt eſt l. 10. quatiuntur. Dictum *quaſſas* pro quatiendas, participium pro gerundiuo, per enallagen. Catullus in epithalam. *Pelle humum pedibus, manu Pineam quate tædam.* Martial. lib 8. *funereamq; torsi quaſſat vterque facem.* Propert. eleg. 3. l. 1. *Et quaterent ſera nocte facem pueri.*

384. CROCEVM PRO CORP. F. &c.] De hoc flore multa Carolus Paſchalius, Coronarum lib. 2. c. 9. Extat concinnum & elegans epigramma in florem hunc, tangiturque ibi cauſſa tranſmutationis belliſſimè. Viderat fortè auctor à ripa in aquam propendentem, qua occaſione ſic luſit:

Hic eſt ille, ſuis nimium qui credidit vndis
Narciſſus, vero dignus amore puer.
Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam,
Vt per quas periit creſcere poſſit aquas.

Suauiter & Ouidius 5. Faſt.

Tu quoque nomen habes cultos Narciſſe per hortos,
Infelix, quòd non alter, & alter eras.

Statuam Narciſſi apud Calliſtratum ſcitiuè deſcriptam inuenies. Eius φιλαυτίαν notari & admoneri quoſdam [illegible], & [illegible] vult Alciat. emblem. LXIX.

Pentheus Thebanorum rex Bacchum, & cum eo Tireſiam vatem deſpicit, qui eidem ob dei deſpicientiam dilaniationem à ſuis prænuntiat.

VII. *COgnita res, vati meritam per Achaïdas vrbes*
Attulerat famam, nomenque erat auguris ingens.
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus vnus,
Contemptor ſuperûm Pentheus, præſagaque ridet
Verba ſenis: tenebráſque & cladem lucis ademptæ
Obiicit. ille mouens albentia tempora canis,
Quàm felix eſſes, ſi tu quoque luminis huius
Orbus, ait, fieres, nec bacchica ſacra videres.
Namque dies aderit, quam non procul auguror eſſe,
Qua nouus huc veniet proles Semeleïa Liber:
Quem niſi templorum fueris dignatus honore,
Mille lacer ſpargère locis: & ſanguine ſyluas
Fœdabis, matrémque tuam, matriſque ſorores.
Et veniet: neque enim dignabere numen honore:
Méque ſub his tenebris nimiùm vidiſſe querêris.
Talia dicentem proturbat Echione natus.
Dicta fides ſequitur, reſponſáque vatis aguntur.

386 COGNITA RES, VATI MERIT, &c.] Poſtquã diuulgata eſt fama de Narciſſo, cuius fatũ Tireſias prædixerat, victurum ſcilicet diu, ſi ſe non noſſet, per omnes vrbes Græciæ omnium ſermone celebratum eſt.

388. SPERNIT ECHIONID. TAMEN, &c.] nemine Tireſiam non ſuſpiciente & efferente, ſolus Pentheus Echionis & Agaues filius, Cadmi nepos, Thebarumque rex eum faſtu quodam contemnere, & eius reſponſa irridere nihil veretur.

389. CONTEMPTOR SVPERVM] Minùs ideo mirũ, irrideri ac vilipendi ab eo hominem vnum, qui deos flocciſaciat. De Mezentio Virgil. 8. *contẽptorq; Deûm Mezentius.* Extrema impietas iudicatur hoc epitheto.

TENEB. ET CLAD. L. ADEMPT. OB.] Quia in quadam lite inter Iouem & Iunonem conſultus, pro Ioue ſentẽtiam tulerat, offenſa Iuno cæcitate eum multauit. At Iupiter pro aſpectu adempto futurorum præſcientiam illi rependit, quod his verſibus ſuprà complexus eſt Poëta:

Arbiter hic igitur ſumptus pro lite iocoſa
Dicta Iouis firmat. Grauiùs Saturnia iuſto,
Nec pro materia fertur doluiſſe, ſuiq;
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotens (neq; enim licet irrita cuiquam
Facta dei feciſſe deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit: pœnamq; leuauit honore.

391. ILLE MOVENS ALB. TEMP. CANIS] canum caput agitans: cygneas plumas ſua tempora imitari, ait Triſt. l. 4. eleg. 8. *capitis albitudinẽ* vocat caniciem in Trinum. Plaut. Græcis ſenes [illegible] capitis niuei eſt apud Horat. ode 13. lib. 4. Capitis motus, ſiue agitatio indignationis, iræ, doloris, negationis indicium eſt. Plaut. Mercat. *Triſtis incedit, pectus ardet, hæreo, quaſſat caput.* Aſin. *Quaſſante capite incedit. Quiqui obuiam huic hic occeſſerit irato, vapulabit.* Trinũ. *Si quid ſtultè fecit, vt ea miſſa facias omnia. Quid quaſſas caput?*

canet [illegible] g. in Promulſide, cap. 51. ex mſ. legit A*di-entia tempora vittis.* Candidę enim vittæ inſigne erant augurum, vatum, ſacerdotum, regum, &c. Nihil muto.

392. Q. AM FELIX ESSES, &c.] Vaticinium venturæ calamitatis Pentheo. Præſtaret te quoque cæcum eſſe, quàm videre Bacchum ſolemni pompa, & ſacris excipi; quem aſpernabere, & à matre, materterisq́ue tuis furore Bacchico percitis, miſerè diſcerptus, ipſas & ſyluas tuo ſanguine cruentabis.

398. MATREMQ. T. MATRISQ. SORORES] Mater Agaue, cuius germanę Ino, & Autonoë.

400. NEQ. SVB HIS TENEB. NIM. VIDISSE Q.] ἀξύμωρον. Abſque luce nihil videtur, nec colores poſſunt diſcerni, qui apud viſum diuerſi euadunt, pro diuerſitate locis. Nam in claritate mediocri turbidiores plerumque viſuntur, in illuſtri verò clari ſcintillantesq́ue. Lucret. lib. 2.

Quales enim cæcis poterit color eſſe tenebris,
Lumine qui mutatur in ipſo? propterea quòd
Recta, aut obliqua percuſſus luce refulget, &c.

Vide Rhodigin. lib 17. cap. 7. Ad animum igitur infinitiuum *vidiſſe* retorquet Tireſias, qui ſuos habet oculos & iis mira videt, etiam cùm corpus orbum luminibus nihil videt, magisq́ue illius, quàm huius cæcitas auerſanda ac deprecanda eſt.

401. PROTVRBAT ECHIONE NATVS] impetum in illum dat, ad terram deiecturus. Raphaël cum vulgatis legit *Perturbat*, & exponit, Interpellat, impedit ne plura loquatur.

402. DICTA FIDES SEQVITVR, &c.] prædictio Tireſiæ ad rem confertur, & reſpondet euentus.

Oratio Penthei, qua ciues ſuos à veneratione Bacchi dehortatur. Et is illi ſub forma Acœtæ captus à famulis ſiſtitur.

LIBER adeſt: feſtisq́ fremunt vlulatibus agri.
Turba ruit, miſtæq́ue viris matrésque nurúsque,
Et vulgus, proceresque ignota ad ſacra feruntur.
Quis furor, anguigenæ, proles Mauortia, veſtras
** Attollit mentes? Pentheus ait, æráne tantùm*
Ære repulſa valent, & adunco tibia cornu?
Et magicæ fraudes? vt quos non bellicus enſis,
Non tuba terruerit, non ſtrictis agmina telis:
Fæmineæ voces, & mota inſania vino,
Obſcœnique greges, & inania tympana vincant?
Vos ne ſenes mirer? qui longa per æquora vecti
A Tyro, hac profugos poſuiſtis ſede penates:
Nunc ſinitis ſine marte capi? vóſne acrior ætas,
O iuuenes, propiórque meæ? quos arma tenere,
Non thyrſos: galeaq́ tegi, non fronde decebat.
ESTE PRECOR MEMORES QVA SITIS STIRPE CREATI:
Illiusq́ animos, qui multos perdidit vnus,
Sumite ſerpentis. pro fontibus ille lacuq́
Interiit: at vos pro fama vincite veſtra.
Ille dedit letho fortes: vos vincite molles,
Et patrium retinete decus. Si fata vetabunt
Stare diu Thebas: vtinam tormenta, virique
Mœnia diruerent: ferrumq́ue ignisque ſonaret.
Eſſemus miſeri ſine crimine, ſórsque querenda,
Non celanda foret, lacrymæq́ pudore carerent.
At nunc à puero Thebæ capientur inermi:
Quem neque bella iuuant, nec tela, nec vſus equorum:
Sed madidi myrrha crines, mollésque coronæ,
Purpuraq́, & pictis intextum veſtibus aurum.
Quem quidem ego actutum (modò vos abſiſtite) cogam
Aſſumptumq́ patrem, commentaq́ ſacra fateri.
An ſatis Acriſio eſt animi contemnere vanum
Numen, & Argolicas venienti claudere portas?

* Attingit, Autonoit

Penthea terrebit cum totis aduena Thebis?
Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducemque
Attrahite huc vinctum: iuſſis mora ſegnis abeſto.
Hunc auus, hunc Athamas, hunc cætera turba ſuorum
Corripiunt dictis, fruſtráque inhibere laborant.
*Acrior admonitu eſt, irritatúrque * retenta,* * retentu.
Et creſcit rabies: moderamináque ipſa nocebant.
Sic ego torrentem, quà nil obſtabat eunti,
Lenius, & modico ſtrepitu decurrere vidi: *obſtruſaq;
*At, quacunque trabes, * obſtructáque ſaxa iacebant,*
Spumeus, & feruens, & ab obice ſæuior ibat.
Ecce cruentati redeunt, & Bacchus vbi eſſet
Quærenti domino, Bacchum vidiſſe negarunt.
Hunc, dixere, tamen comitem, famulúmque ſacrorum
*Cepimus: & tradunt manibus poſt terga * ligatis,* * reuinctis,
Sacra dei quondam Tyrrhena gente ſecutum.

403. LIBERA DEST] Thebis ſubaudi. *Liber* dicitur Bacchus, quia vinũ animos mœſtitia & ſollicitudinibus liberat, & gandio implet. ode 7. l. 1.

—— Sic tu ſapiens finire memento
Triſtitiam, vitaq; labores
Molli, Plance, mero.

Et ode 18.

Siccis omnia nam dura deus propoſuit, neque
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.

FESTISQ. FREM. VLVLA . . AGII] Per agros læti clamores Bacchum collaudantium, & gratulantium, tubarum prætetea, tympanorumque ſtrepitus exaudiuntur. Quæ omnia vlulatuum nomine indica . . . Poëta.

404. MISTÆQ. VIRIS MATRESQ. &c.] vtrumque ſexum, . . . nem ætatem, & conditionem ac ſtatum, ſummos, medios, infimos ad ſacra Baccho peragenda, eumque excipiendum fuiſſe teſtatur.

406. QVIS FVROR, ANGVIGENÆ, &c.] Laocoon 2. Æneid. *ó miſeri, quæ tanta inſania ciues?* Anguigenæ, quia oriundi ab his, quus terra è commiſſis ſibi draconis dentibus à Cadmo interfecti produxit, non illis quidem omnibus, ſed à quinque duntaxat, qui pugnę repentè inter illos coortę ſuperfuerunt. Redi ad libri principium.

PROLES MAVORTIA] quia & ipſe angnis, ſiue ſerpens (cuius quodammodo hi nepotes, vt maiores eorum eiuſdem filij) Martius, nempe Marti ſacer, & pugnax, vt in congreſſu cum Cadmo obſeruaſti. Siue Mauortia, quia Mauortij patres eorum. Cum armis enim nati, ſubitò conflixerunt, alijsque occumbentibus ipſi ſuperſtites manſerunt.

VESTRAS ATTOLLIT MENTES] excitat, ſeu concitat, ad tantam lętitiam erigit. Quidam reſcribẽdum putant *attonuit*, à quibus non valdè diſſentio. Eodem præterito verbi *Attono*, vſus eſt epiſtola Phædrę ad Hippolytum:

Aut quas ſemidea Dryades, Faunique bicornes
Numine contactas attonuere ſuo.

407. ÆRA NET. AERE REPVLSA VALENT?] Aerea quædam inſtrumenta, ſtylis, aut bacillis ferreis percuſſa repercuſſa, & iucundum ſonitum reddentia.

408. ET ADVNCO TIBIA CORNV?] tibia cornea, & inflexa.

409. ET MAGICÆ FRAVDES] Magicis artibus & veneficijs mẽtes hominũ faſcinãtur & demẽtãtur, vt eſſe credãt & fieri, quę nõ ſunt, nec fieri poſſunt.

VT QVOS NON BELL. ENSIS, &c.] Res longè indigniſſima, moueri & expugnari fæminarũ, ebriorum, & libidine eneruatorũ cãtibus, ac vocibus, & à conſtantia, grauitate, magnitudine animi, & fortitudine tam facilè dimoueri, quem non ſtrictorum enſium fulgor, non tubarum clangor, non armatorum exercitus tremefecerint.

413. VOS NE SENES MIRER? QVI LONGA, &c.] Alloquitur eos & caſtigat, qui cum Cadmo è Phœnicia in Bœotiam venerant, erantque iam ſenes, & ſapere plus debebant. Non enim omnes draco ille interemerat. Increpat ergo illos, qui tot terra marique perfũcti laboribus, hîc ſe quaſi captiuos demittant. *Vos ne mirer?* an vos nõ mirer? *ne* poſitũ pro *non*.

QVI LONGA PER ÆQVORA VECTI, &c.] 1. Æneid. *Nos Troia antiqua diuerſa per æquora vectos.*

414. A TYRO, HAC PROFVO. &c.] Etſi in omnibus codicibus hanc ſcripturam extare dicit Ciofan. tamen claudicare verſũ certũ eſt. Tyrus enim primã corripit. Aldus æquè ex vetuſtis exẽplaribus emendat, *Hac Tyrõ, ac profugos poſuiſtis ſede penates*; quemadmodũ 1. Æneid. *Ilium in Italiã portans, victosque penates.*

415. VOS NE ACRIOR ÆTAS, &c.] ſubaudi, non mirer? *acrior*, id eſt, animoſior & feruidior, quàm ſenum, in quibus languet cum viribus corporis etiam virtus animi.

416. QVOS ARMA TEN. NON THYRSOS] Thyrſus haſta pampinis inuoluta, quam Bacchæ, ſeu Mœnades geſtabant. Sic infrà definit Poëta ipſemet: *Pampineis agitat velatam frondibus haſtam.* Virg. de Amata regina medias vrbes βακχολήπτως cõcurſãte:

Euœ Bacche, fremens, ſolum te virgine dignum
Vociferans. etenim molles tibi ſumere thyrſos,
Et luſtrare choros, ſacrum tibi paſcere crinem.

Perinde hoc eos conuitio perſtringit, ac ſi diceret, ô Thebanæ, nõ Thebani, vt apud Homerũ Vlyſſes Græcis ſuis, ὦ πέπονες κακ' ἐλέγχεʹ Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί. Quod imitatus eſt Maro 9. Æn. ſic ignauiã Troianis exprobrantem inducens Remulũ, quicũ nupta Turni ſoror: *O verè Phrygiæ, neque enim Phryges.*

417. NON FRONDE] edera coronati incedebant.

418. ESTE, PRECOR, MEM. Q. SIT. STIR. CREATI] In cohortationibus multùm valent exempla patrum & auorum, à quibus degenerare turpiſſimũ; ſectari autem eorum virtutem, pulcherrimũ. Pro-

pone

[illegible] *yero* [illegible]entem illum, de quo toties [illegible] aliũ enim in hoc genere non inuenit; [illegible] quidem non parens primus eorum, ſed [illegible]. Simul à minoribus ad maiora argu[illegible]tur. Lõgè ſpecioſiùs M. Tull. Quirites ad [illegible]onẽ per cõparationem exſuſcitat, in [illegible] g. Man. vbi bellum contra Mithridatem Pon. regẽ ſuſcipiẽdũ, & iniurias vindicãdas ſuadet.

425. SI FATA VETAB. STARE DIV THEB, &c.] à Bacchu auctoritate & numine teneri Thebas, nõ aliud eſſe putat Pentheus, quàm ab eo (& quidẽ puero, q[ui] formã aſſumebat) captas & ſeruitute oppreſſas occupari. Ipſe autem mallet eas armis & tormentis & igne accendi, ac dirui, vt eſſet miſeria criminis ignauię & imbelliæ prorſus expers, & lacrymis pudore carentibus deflenda, non celanda conditio.

428. A PV[E]R[O] INFERMI, QVEM NEQ. BELLA, &c.] Vt effæminatum, & minimè virili pectore Bacchũ contemnit. qui bellum nunquam viderit, tela non tractauerit, equum nondum conſcenderit; ſed odorum veſtiumque delicias conſectatus ſit.

43[0]. SED MADIDI MYRRHA CRINES] Notat iſthanc mollitiem in Ænea Turnus lib. 12. *Et fœdare in puluere crines Vibratos calido ferro, myrrháque madentes.* Lege Plin. lib. 13. cap. 1. de luxu in vnguentis, & Meurſium de luxu Romanorum.

MOLLESQ. [C]ORONÆ] Coronarum apud veteres vſus plurimus in compotationibus & conuiuijs, quòd ita cerebrum plus æquo vino iam caleſcens frigeſceret. Ex nectebantur plerumque è floribus, & è ro[ſis] imprimis, quẽ florem ſupra omnes flores laudat Anacreon verſiculis planè roſeis. Extat opus de Coronis Caroli Paſchalij, opus ſtudioſis elegantioris doctrinæ vtiliſſimum.

431. PICTIS INTEXT. VESTIB. AVRVM] Pictæ veſtes ſunt polymitæ, diuerſicolores, & quibus aurũ poteſt intexi. Verùm hîc accipio veſtes, quibus per aurea fila intertexta aliquid quaſi depictum eſſet, vt 3. Æn. *Fert picturatas auri ſubtemine veſtes.* Et 1. *Ferre iubet pallam ſignis auroq; rigentem.*

432. MODO VOS ABSISTITE] modò ne vos mihi ob[ſt]atis.

4[33]. ASSVMPTVMQ. PATREM, COMMENTAQ. S[ACRA]] [V]erba audaciſſima. Bacchum quæſtioni ſubiectum, coactum iri ſe confirmat edicere, quo patre natu[s] ſit. Nam Ioue procreatum, nec ipſe credit, [nec ab] [ali]js credi patitur; & ita diuinitatem illi omnem abrogat. *Aſſumptus pater*, eſt ementitus pater. Item, quare ſacra huiuſmodi excogitarit.

C[O]G[E]MFATE[R]I] tormentis enim veritas exſculpitur, quando tamen ne tormentis quidem, nec ip[ſ]a morte [in]tam ſe aduerſus omnia cruciamenta obfirmare [p]oteſt animus.

434. AN [S]ATIS ACRISIO EST, &c.] Argumẽtatio a paribus. Acriſius Argiuorũ rex clauſis portis venientem non admiſit, cur enim ego æquè rex & potens ad[mit]tam? cur non perinde vi meum hominem ſ[u]ſpendam? Sed occurri poteſt, cum Acriſio ſenſiſſe ciues omnes: cũ Pentheo neqoaquã, vt patet ex antecedentibus. Increpuit enim eos vehemẽter, vt imbelles, & parũ ſanæ mentis in βακχ[ικ]ῇ λατρείᾳ iſta.

[436.] SAT[IS] ANIMI CONTEMNERE, &c.] Rarior eſt in helleniſmis Ouid. crebrior Virg. crebertimus Horat. Itaq; *animus contemnere vanũ numẽ*, & *ventẽts claudere portas*, dictũ pro ad contemnendũ, ad claudendũ.

437. ITE CITI, ITE] Geminatio verbi imperãtis, & vox *citi* pro citò, immodicã propoſiti explẽdi cupiditatẽ declarãt. Eſt quoq; bene cupiẽtis iſta iteratio. Vt 1. eclog. *Ite mea, quõdũ fælix pecus, ite capellæ.* Et alibi.

DVCEMQ. ATTRAH.] ipſum inter Bacchũ. Quaſi de aliquo ſeditioſorũ ante ſignano & capite loquitur.

438 IVSSIS MORA SEGNI[S] ABESTO] pellite moras, ne cũctemini. *Quã citiſſime poteſt tã hoc cedere ad factũ volo.* Plaut. Capt. *In me ne quid ſit mora.* Terent. Andr.

439. HVNC AVVS, HVNC ATHAMAS, &c.] Temeritatem & inſolentiam Penthei auus Cadmus, & affinis Athamas (qui ſororem matris eius Agaues Inonem habebat vxorem) alij denique maiores natu prudenter & grauiter arguentes, cœpto enim deterrere conantur. Sed in ventũ verba profundunt.

441. ACRIOR ADMONITV EST, &c.] Non ſolùm nihil efficiebant admonendo, ſed magis furorem hominis irritabant, & medicina morbũ incẽdebãt.

443. SIC EGO TORRENTEM, QVA NIL OBSTAB. &c.] Inſignis comparatio, ducta à torrẽte, qui ſtrepitu modico decurrit, quando currenti nihil obijcitur. At ſi trabes & ſaxa inijcias, & illi viam obſtruas, videbis intumeſcere, ſpumare, & magno cũ murmure quaſi iratũ volui. Talis erat ab admonitu Pẽtheus, impotẽtis animi prorſus, & impatiẽs fręni.

447. ECCE CRVENTATI REDEVNT] vulnerati nempe à comitibus Bacchi, quem raptum, & ad dominum ſuum perductum veniebant.

448. BACCHVM VIDISSE NEGARVNT] quia ſe in formam comitis & famuli Acœtæ mutauerat, & ſub illius imagine latebat.

450. MANIBVS POST TARGA LIGATIS] Virgil. de Sinone capto, 2. Æneid.

Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum
Paſtores magno ad regem clamore trahebant.

451 SACRA DEI SECVTVM] iamiam famulum ſacrorum eius nominabat. Intellige cultorem ſingularem, aut ſacrificum Bacchi fuiſſe.

TYRRHENA DE GENTE] ex Tuſcis, nam Tuſcia, Tyrrhenia; & Tuſci, Tyrrheni olim. Tyrrheni porrò è Lydia in Italiam, frugum inopia compulſi, duce Tyrrheno profecti, à quo & ipſi, & regio Italica nomen obtinuerunt.

Acœtes nomen, patriã, conditionẽ parentis, artem ſuã eloquitur, & quo pacto Tyrrheni nautæ à Baccho quem ceperãt, & vilipenderant, ac deceperant, in delphines mutati ſint, exponit.

452. *ASPICIT hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos* IX.
Fecerat, & quanquam pœnæ vix tempora differt,
O periture, tuaq; alijs documenta dature
455. *Morte, ait, ede tuum nomen, nomẽnque parentum,*
Et patriam, moriſque noui cur ſacra frequentes.

Ille metu vacuus, Nomen mihi, dixit, Acœtes:
Patria Mæonia eſt, humili de plebe parentes.
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci,
Lanigeróſue greges, non vlla armenta reliquit.
Pauper & ipſe fuit: linóque ſolebat, & hamis
Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.
ARS ILLI SVA CENSVS ERAT. cùm traderet artem,
Accipe, quas habeo, ſtudij ſucceſſor, & hæres,
Dixit, opes: moriensq́; mihi nihil ille reliquit,
Præter aquas: vnum hoc poſſum appellare paternum.
Mox ego, ne ſcopulis hærerem ſemper in iiſdem,
Addidici regimen dextra moderante carinæ
Flectere: & Oleniæ ſidus pluuiale capellæ,
Taygetenque Hyadáſque oculis, Arctonq́; notaui,
Ventorumq́ue domos, & portus puppibus aptos.
Fortè petens Delon, Chiæ telluris ad oras
Applicor, & dextris adducor littora remis:
Dóque leues ſaltus, vdæq́; immittor arenæ.
Nox vbi conſumpta eſt, aurora rubeſcere primò
Cœperat: exſurgo, laticéſque inferre recentes
Admoneo, monſtróque viam, quæ ducit ad vndas.
Ipſe, quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Proſpicio; comitéſque voco, repetóque carinam.
Adſumus, en, inquit ſociorum primus Opheltes:
Vtque putat, prædam deſerto nactus in agro
Virginea puerum ducit per littora forma.
Ille mero ſomnóque grauis titubare videtur,
Vixque ſequi ſpecto cultum, faciémque gradúmque:
Nil ibi, quod credi poſſet mortale, videbam.
Et ſenſi, & dixi ſocijs, quod numen in iſto
Corpore ſit dubito: ſed corpore numen in iſto eſt.
Quiſquis es, ô faueas, noſtriſque laboribus adſis:
His quoque des veniam. Pro nobis mitte precari,
Dictys ait, quo non alius conſcendere ſummas
Ocyor antennas, prensóque rudente relabi.
Hoc Libys, hoc flauus proræ tutela Melanthus,
Hoc probat Alcimedon, & qui requiémque modumq́;
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus.
Hoc omnes alij. PRÆDÆ TAM DIRA CVPIDO EST.
Non tamen hanc ſacro violari pondere pinum
Perpetiar, dixi: pars hic mihi maxima iuris.
Inq́; aditu obſiſto. furit audaciſſimus omni
De numero Lycabas: qui Tuſca pulſus ab vrbe,
Exilium, dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi, dum reſto, iuuenili guttura pugno
Rupit: & excuſſum miſiſſet in æquora, ſi non
Hæſiſſem, quamuis amens, à fune retentus.
Impia turba probat factum. tum denique Bacchus

(Bac-

(Bacchus enim fuerat) veluti clamore ſolutus
Sit ſopor, áque mero redeant in pectora ſenſus,
Quid facitis? quis clamor. ait: qua, dicite nautæ,
Huc ope perueni? quò me deferre paratis?
Pone metum, Proreus, & quos contingere portus
Ede velis, dixit: terra ſiſtere petita.
Naxon, ait Liber, curſus aduertite veſtros:
Illa mihi domus eſt: vobis erit hoſpita tellus.
Per mare, fallaces, pérque omnia numina iurant,
Sic fore, méque iubent pictæ dare vela carinæ.
Dextera Naxos erat, dextrà mihi lintea danti,
Quid facis ò demens? quis te furor? inquit Opheltes.
Pro ſe quiſque timet: læuam pete, maxima nutu
Pars mihi ſignificat: pars, quid velit, aure ſuſurrat.
Obſtupui: capiátque alius moderamina, dixi:
Méque miniſterio ſceleriſq; artiſq; remoui.
Increpór à cunctis, totúmque immurmurat agmen.
E quibus Ethalion: Te ſcilicet omnis in vno
Noſtra ſalus poſita eſt, ait: & ſubit ipſe, meumque
Explet opus: Naxóque petit diuerſa relicta.
Tum Deus illudens, tanquam modò denique fraudem
Senſerit, è puppi pontum proſpectat adunca,
Et flenti ſimilis, Non hæc mihi littora nautæ
Promiſiſtis, ait: non hæc mihi terra rogata eſt.
Quo merui pœnam facto? quæ gloria veſtra eſt,
Si puerum iuuenes, ſi multi fallitis vnum?
Iam dudum flebam, lacrymas manus impia noſtras
Ridet: & impellit properantibus æquora remis.
Per tibi nunc ipſum (neque enim præſentior illo
Eſt deus) adiuro, tam me tibi vera referre,
Quàm veri maiora fide. ſtetit æquore puppis
Haud aliter, quàm ſi ſiccum nauale teneret.
Illi admirantes remorum in verbere perſtant: * deducunt
Veláque diducunt, gemináque ope currere tentant.*
Impediunt ederæ remos, nexúque recuruo
Serpunt, & grauidis diſtinguunt vela corymbis.
Ipſe racemiferis frontem circundatus vuis,
Pampineis agitat velatam frondibus haſtam.
Quem circa tigres, ſimulacráque inania lyncum,
Pictarúmque iacent fera corpora pantherarum.
Exiluere viri: (ſiue hoc inſania fecit,
Siue timor) primúsque Medon nigreſcere pinnis,
Corpore depreſſo, & ſpinæ curuamine flecti
Incipit: huic Lycabas, In quæ miracula, dixit,
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti
Naris erat, ſquamamque cutis durata trahebat.
At Libys, obſtantes dum vult obuertere remos:

In ſpatium reſilire manus breue vidit, & illas
Iam non eſſe manus: iam pinnas poſſe vocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit, truncóque repandus in vndas
Corpore deſilijt, falcata nouiſſima cauda eſt:
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua lunæ.
Vndique dant ſaltus, multaque aſpergine rorant,
Emergúntque iterum, redeuntq́; ſub æquora rurſus:
Inque chori ludunt ſpeciem: laſciuáque iactant
Corpora, & acceptum patulis mare naribus efflant.
De modò viginti (tot enim ratis illa ferebat)
Reſtabam ſolus, pauidus gelidusq́; trementi
Corpore; vixque animum firmat deus, Excute, dicens
Corde metum, Diamque tene. delatus in illam
Acceſſi ſacris, Bacchæáque ſacra frequento.

452. OCVLIS QVOS IRA TREM. FECERAT] Solent iraſcentes hucilluc voluere & motare oculos, eum motum tremorem, & oculos inquietos trementes vocat. Toruè admodum & iracundè illum eſt intuitus, alſʒ wan er in freſſen wolt. De Didone, poſt tot preces, quibus eum fruſtra orauerat, vt in Africa ſaltem per hyemẽ ſecum maneret, vehementer Æneæ ſuccenſente Virgil. 4. A

Talia dicentem iam dudum auerſa tuetur,
Huc illuc voluens oculos, totumq́; pererrat
Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur.

453. ET QVANQ. VIX POENÆ TEMP. DIFFERT] Vix ſibi poteſt imperare, ne ſtatim ad ſupplicium det, vt Baccho deditiſſimum. Tamen ſeuerè & minaciter examinat hominem.

454. TVAQ. ALIIS DOCVMENTA DAT. MORTE] in te exemplum ſtatuam, & tua pœna docebis tu alios, ne mentiantur.

455. EDE IT. NOMEN, NOMENQ. PARENT, &c.] Quadruplex interrogatio, ſed non eodem ordine reſpondetur.

456. MORIS NOVI SACRA] Tum primùm ex India victor tenerſus Bacchus, eos ritus inſtituerat.

457. ILLE METV VACVVS] quòd metum nullum præſeferret, vera enunciaturus videbatur: timent enim falſa & commentitia dicturi. Non idem eſt, quod alibi ait, *Ille metu poſito*. Nam qui ponit metum, habuit metum; at vacuus metu poteſt nunquam habuiſſe metum.

NOMEN MIHI ACOETES] ad optimam interrogationem.

458. PATRIA MOEONIA EST] ad tertiam. Antea dicebat eſſe de gente Tyrrhena, & expoſuimus, de gente Tuſca. Quomodo ergo nunc ſe Mœonium, id eſt, Lydum confitetur? Quia quæ Lydia, priùs appellata fuit Mœonia. Sit iſta quæſtionis huius ſolutio. Eadem figura ſermonis dicamus Tuſciam eſſe Mœoniam, qua eſt Tyrrhenia: vtrumque propter Lydos aduenas videlicet. Tibrim fluuium 2. Æneid. eadem de cauſſa Lydium nominat Maro.

HVMILI DE PLEBE PARENT, &c.] ad ſecundam. Solum nomen parentum Pentheus quærebat, Acœtes de conditione & paupertate patris ſui multa in medium profert.

459. NON MIHI QVÆ DVRI, &c.] nullos agros, nullos greges, nullum armentum tibi pro patrimonio relictum.

460. LANIGEROSQ. GREGES] Lucretio lib. 2. *lanigera pecudes.* Locus nun inſuauis & elegans:

Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta
Lanigeræ reptant pecudes, quò quamque vocantes
Inuitant herbæ gemmantes rore recenti:
Et ſatiati agni ludunt, blandeq́; coruſcant.

461. PAVPER ET IPSE FVIT] ſicut ego ſum. Vnde ergo illi victus? quam artem factitabat? audi.

LINOQ. SOLEB. ET HAM. DECIPE. &c.] Piſcator erat. Piſcatores lino, id eſt reti de lino confecto, & hamis, quos ſub eſca abſcondunt, decipiunt & ducunt piſces. 1. de Arte. *Hi iaculo piſces, illi capiuntur ab hamis.* Et 2. de Pont. eleg. 4. B

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.

Eandem artem in vtroque genere factitabat, ob eandẽ cauſſã, vt credo, Glaucus, cuius hæc ſunt l. 13.

Nam modò ducebam ducentia retia piſces:
Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum.

vbi vocabulu *lini* ſetam, ſeu funiculum hami fortaſſe intelligit.

463. ARS ILLI SVA CENSVS ERAT] cenſum ſuum ex ſola arte piſcatoria capiebat. Quidam enim magni cenſus ſunt, cùm ſint inertes, & otio, haud negotio immoriuntur. Hominum genus parua cum re plerumque piſcatores, de quorum κακοβίᾳ C Plaut. Rudente:

Saluete fures maritimi, conchitæ, atque hamiotæ,
Famelica hominum natio. quid agitis? vt peritis?
PIS. *Vt piſcatorem æquum eſt, fame, ſiti, ſpeq́;.*

Suprà verò: *Nos iam de ornatu propemodum vt locupletes ſimus ſcitis.*

Hice hami, atq; hæ arundines ſunt nobis quæſtu & cultu.
Cotidie ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum,
Pro exercitu gymnaſtico & palæſtrico hoc habemus.
Echinos, lepadas, oſtreas, balanos captamus, conchas,
Marinam vrticam, muſculos, plagusias, ſtriatas:
Poſt id piſcatum hamatilem, & ſaxatilem aggredimur.
Cibum captamus è mari. Si euentus non venit,
Neque quidquam captum eſt piſcium, ſalſi lautiq; purè
Domum redimus clanculum: dormimus incœnati.

CVM

CVM TRAD. ARTEM, ACCIPE QVAS HAB. &c.] Eundem cenſum reliquit filio, artem ſcilicet piſcādi præterea nihil, niſi aquas. Si fuerunt propriæ, vt videtur, ergo non ſolam artem reliquit.

464. ET HÆRES] Hæredem dici tradunt quòd hæreat & continuetur iiſdem iuribus, quæ habebat qui deceſſit.

466. VNVM H. POSSVM APPELLARE PATERN.] patrimonium: ars enim piſcatoria, ſeu alia quæcunque eſt inſtrumentum tantummodo parandæ rei, non patrimonium, ſiue hæreditas.

467. MOX EGO, NE SCOPVLIS, &c.] ad quartam interrogationem reſponſurus, cur moris noui ſacra frequentet, Bacchumque aſſectetur, rem altiùs orditur. Quædam aquæ ſunt ſcopuloſæ. In iiſdem ne ſemper hæreret, ne ſolam vitam piſcando tranſigeret artem nauticam didicit.

469. ET OLENIÆ SID. PLVVIALE CAPELLÆ, &c.] Siderum peritos eſſe oportet gubernatores, ſeu rectores nauium. Exempli cauſſa aliquot ſidera proponit. Amalthea capra Iouem infantem lacte ſuo nutriuit, quæ ipſa in oppido Bœotiæ Oleno nutrita eſt. In huius ortu & occaſu ſolent exiſtere pluuiæ. Vnde & in Faſt. *Naſcitur Olenia ſidus pluuiale capella.*

470. TAYGETENQ.] nomine vnius Pleiadum, quæ & Vergiliæ, totum aſtrum capiendum. Conſtat autem ſtellis ſeptem.

HYADASQ.] Hæ quoque ortu & occaſu ſuo pluuias creant, à quibus nomen trahunt, ὕειν enim eſt pluere. Imperitè à quibuſdam ſuculæ dicuntur, quaſi nomen illis ab ὗς ſus contigerit.

ARCTONQ.] vrſam maiorem.

471. VENTORVMQ. DOMOS] Et nomina, & loca, ſiue regiones ventorum, vt ſtellarum quis dubitet nautam noſſe oportere? non aliis indicibus per humidas illas vias hi aurigæ curſus ſuos dirigere queunt. Per ludibrium Neptunus. 1. Æn. ſpeluncas & clauſtra montium, ventorum domos nominat.

ET PORTVS PVPPIBVS APTOS] ſtationi nauium, vel ad tempus vel tota hyeme opportunos.

472. FORTE PETENS DELON, &c.] Chium nauim applicuit, aquationis cauſſa, vt ſequitur.

473. DEXTRIS ADDVCOR LITTORA REMIS] *adducor littora*, pro, ducor ad littora. Præpoſitio detracta nomini appoſita eſt ipſi verbo, quod crebrò ſolent Græci. Sic non multo poſt: *Naxon, ait Liber, curſus aduertite veſtros.* pro, ad Naxon dirigite. *Dextris remis*, fælici curſu, ſeu in dextrā, vbi ſita Naxos.

474. DOQ. LEVES SALTVS] è naui in littus.

475. AVRORA RVBESCERE PRIMO COEP.] Virgil. 3. Æneid. *Iamq; rubeſcebat ſtellis Aurora fugatis.* Et lib. 2. noſter.

Ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, & plena roſarum
Atria.

476. LATICESQ. INFERRE RECENT. MONE.] in continenti hauſtos: marina enim aqua ſalſa, nec potui, nec coctioni idonea. Latex, inquit Iſidor. lib. 3. propriè liquor fontis eſt. Et dictus latex, quòd in venis terræ lateat.

478. QVID AVRA MIHI TVM. PROMIT. AB ALTO] vt de Palinoro gubernatore ſcriptum 3. Æn.

Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus & omnes
Explorat ventos, atque auribus aëra captat.

In locis portò editis magis cognoſcitur qua parte A flet ventus: & indicant qui in ædium acroteriis ponuntur Tritones: ſic enim olim appellabantur quia Tritonum figuram habebant, nunc vexillorum, aut gallorum, aut ſtellarum denique.

48.. VTQ. PVTAT, PRÆDAM, &c.] Falſus eſt Opheltes. Non enim præda eſſe aut dici poteſt repertus alicubi deus.

482. VIRGINEA PVER. FORMA] Veſtes muliebres pueris aptatæ, quàm ſint illi virginea forma oſtendunt. Sed hic puer ſingulari quodam modo virginem, ſiue puellam referebat. Et alioqui ſemper imberbis eſt; vnde Euripidi in Bacchis θηλύμορφος, *muliebri vultu.* Fabulam hanc lege apud Hyginum. CXXXIV. vbi & Tyrrhenorum nomina.

483. ILLE MERO SOMNOQ. GRAVIS TITVB.] non quòd eſſet ebrius, & ſomniplenus: ſed ita ſe gerebat, ne à vectoribus, ſiue nautis deus agnitus, B aliquid mali pateretur. Agnouit tamen certis indiciis Acœtes ex cultu, facie, greſſu, quæ omnia plus quàm hominem eſſe arguebant. Nec id ſociis quod ſentiebat, patefacere dubitauit. Sæpius poëtæ cum ebrietate ſomnum coniungũt, effectum propè neceſſarium cum ſua cauſſa. Ep. 14. *Iamq; cibo vinoq; graues ſomnoq; iacebant.* Fructus vinolentiæ ſuauidicis verſibus ſuis pulchrè comprehendit Lucret. l. 3.

Denique cur, hominem cum vini vis penetrauit
Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor,
Conſequitur grauitas membrorum? præpediuntur
Crura vacillanti? tardeſcit lingua? madet mens?
Nant oculi? clamor, ſingultus, iurgia gliſcunt?
Et iam cætera de genere hoc, quæcunque ſequuntur,
Cur ea ſunt, niſi quòd vehemens violentia vini
Conturbare animam conſueuit corpore in ipſo.

C 488. QVISQVIS ES, O FAVEAS, &c.] Conuenienter iudicio ſuo, dum, quem deum exiſtimat, eundē inuocat, & quod humani ac manſueti animi eſt officium, aliis contrà ſentientibus veniam poſcit. 1. Æneid *Sis fælix, noſtrumq; leues quæcunque laborem.*

489. PRO NOBIS MITTE PRECARI, DICTYS AIT, &c.] Dei contemptus, vel potiùs incredulitas, & diſſenſus ab Acœte Dictys, & aliorum, qui nequaquam diuinum quid, ſed puerum merum ſe cepiſſe arbitrātur, & preces Acœtæ iniquo animo ferũt.

FLAVVS PRORÆ TVTEL. MELANTH.] cuſtodem in prora agebat Melanthus. *Flauus*, capillo ſcilicet. ξανθὸς Μενέλαος toties Homero.

493. QVI REQVIEMQ. MODVMQ. V. DAB. REMIS, &c.] ὁ κελευστής. hortator remigũ. *Portiſculum* priſci vocabant. Senecæ *Pauſarius*, qui dat remigibus moD dos, hoc eſt, qui eis voce quadam clamando pauſam imperat; vt contrà *Celeuſtes* ad remigandum hortatur. *Celeuma* verò, ſeu *celeuſma* clamor eſt nauticus, cùm vno aliquo iubēte, omnes pariter reſpōdent, quaſi ſibi inuicem iubentes, ἀπὸ τῦ κελεύειν, iubere. Ex Gyrald. de re nautica, cap. 19.

495. PRÆD. TAM CÆCA CVPID. EST] nam ſi ipſis perſuaderi potuiſſet, deum eſſe puerum qui adducebatur, vt prædam eum retinere non potuiſſet. Ergo vt hoc poſſent, illud negarũt impudētiùs.

496. NON TAMEN H. SACRO VIOLARI POND. &c.] maximum ius & imperium in hac naui penes Acœtem erat. Itaque pro iure ſuo adducēt bus repugnabat, captumque puerum in nauim vnà induci prohibebat. Et eſt hypallage, pro, non ſinam ſacrum pondus (Bacchum deum) illa in nauim violenta impoſitione violari.

HANC

HANC PINVM] hanc nauim. Catull. de nupt.

Peliaco quondam prognata vertice pinus,
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per vndas.

Eclog. 4. *Nec nautica pinus Mutabit merces.*

497. PARS H. MIHI M. IVRIS] ſummum ius & arbitrium nauis & nanigationis huius penes me eſt.

500. DIRA POEN. PRO CÆDE LVEB. XXII.] Hac olim pœna homicidę multabâtur. Solum, inquam, vel iuſſi, vel etiam iniuſſi, & ſponte ſua verrebant.

501. DVM REXTO] dum reſiſto, dum me obijcio. Syncope. Reſto, verſu 3. *Inq; ad obſiſto.*

IVVENILI GVTTVRA PVGNO RVPIT] Significat validum fuiſſe ictum, vt à iuuene, ideoque robuſto. *Rupit* per auxeſin, vti reor: non enim ſuperuixiſſet, ſi verè rupiſſet.

502. EXCVSS. MISISS. IN ÆQVORA] proturbaſſet in mare. Cur id nun factum, cauſſa ſubiungitur.

503. A MENS] ita cöercitus, vt in poteſtate nō eſſē. B

504. IMPIA TVRBA PROB. FACTVM] gaudebant ſceleſti hoc meo caſu, cùm me vt patronum ac defenſorem pueri odiſſent.

505. VXLVPI CLAM. SOLVT. SIT SOPOR] ſimulauerat enim ſe ſoporis viniq; plenū, vt ſuprà diximus.

506. MERO RED. IN PECTOR. SENSVS] digeſto mero mens redeat, quam amittunt ebrij.

507. QVIN FACITIS? QVIE CLAMOR? &c.] Hæc nihilominus ſimulatè: haud enim ignorabat, niſi extremum illud, quò nauigarent, eò enim ipſum quoque perlaturi erant.

509. PRORXVS] Qui in prora curat, eſt Græcis πρωρεὺς, καὶ πρωράτης, latinis *proreta.*

ET QVOS CONTINO. PORTVS, &c.] Proreus, vt apparet, ludificator eſt, & per εἰρωνείαν dicta accipienda ſunt. Credit tamen Bacchus, & quò peruehi cupiat, candidè edicit. C

511. NAXON CVRSVE AOVERTIT. VXST.] Curſus frequentiſſimè in nauigatione ponitur. Virg. 1. Æn. *Defeſſi Aeneada qua proxima littora curſu Contendunt petere.* Et 3. *Qua curſum ventusq; gubernatorq; vocabant.* Catull. de nupt. *Illa rudē curſu prima imbuit Amphitritē.*

512. ILLA MIHI DOMVS EST] Non eſt natus in hac inſula Bacchus, nec ibi habitat. Domū vocat, quòd vini feraciſſima. Virg. 3. Æn. *Bacchatamq; iugis Naxon.*

VOBIS XRIT HOSPITA TELLVS] Nihil ibi incommodi accipietis, indigenarumque humanitatem experiemini. Virg. de fluminibus Scythicis, 3. Geur.

Vndaq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes,
Puppibus illa priùs, patulis nunc hoſpita plauſtris.

513. PXR MARE FALLACES, P. O. NVM. IVRO] Nautæ genus hominum perditiſſimum, & vel gratis improbiſſimum ac periuriſſimum. Quòd per mare iurant, neceſſe quandam ei diuinitatem à veteribus tributam intelligi. δῖον *dium* appellat Homerus. εἰν ἁλὶ δίῳ, *in mare diuinum*, de qua voce Rhodigin. l. 5. c. 24. Putabant & aqua marina lauari & expiari quaſuis corporis aut animi ſordes. Hinc Euripid. D

θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.
Mortalium cuncta mala diluit mare.

514. MEQ. IVB. P. OARE VXLA CARINÆ] vela ſuſpendere, expedire.

515. DEXTERA NAXOS ERAT] in dexterā à Chio, vbi aquarum deſcenderant, nauigandum erat.

DEXTRA MIHI LINTEA DANTE] 3. Æneid. *Certum eſt dare lintea retro.* Horat. ode 12. lib. 4.

Iam veris comites, qua mare temperant,
Impellunt anima lintea Thracia.

516. QVIS TE FVROR] inuadit, corripit, aut tale A quid ſubaudimus.

517. PRO SE QVISQVE TIMXT] nemo enim ferè Naxon appelli volebat.

LÆVAM PETE] tenebat ergo gubernaculum Acœtes. ad clauum ſedebat.

518. AVRE SVSVRRAT] in aurem mihi dicit. Contrarium vtique pars volebat. A principio autem dictum meminiſti, in Delon inſtitutum curſum.

519. OBSTVPVI] in tam contrarijs voluntatibus.

CAP. MODERAMINA] gubernaculo aſſideat.

520. MINISTERIO SCELER. ARTISQ. REM.] veriſimile eſt, partem nautarum, ſeu vectorum ſuaſiſſe quippiam iniquum ad perdendum puerum.

522. TE SCILICXT OMNIS IN VNO, &c.] inſultatio. An ſine te ſalui eſſe non poſſumus?

523. MXVMQ. EXPLET OPVS] *moderamina* dixit ſuprà.

525. TVM DEVS ILLVDXNS] Explicat ipſe Poëta, quare *illudens*. Senſit enim à principio fraudem & malignitatem illorum, ſed diſſimulauit.

527. NON HÆC M. LITTORA NAVTÆ, &c.] Exprobratio. Promiſerat, aſſentientibus reliquis, vt apparebat, ducturum quō vellet.

528. NON HÆC MIHI TERRA PET. EST] Naxon enim deferri cupiebat.

529. QVÆ GLORIA VXSTRA XST, SI PVER. &c.] Egregia ſanè laus, falli & illudi puerū à iuuenibus, vnū à tā multis. Se Bacchū eſſe diſſimulare pergit.

IAM DVDVM FLEBAM] Hoc de ſe Acœtes, qui à principio vicem Bacchi doluit, & eius cauſſa ſocijs ludibrio fuit.

532. IMPELLIT PROPERANTIA. ÆQ. REM.] 3. de Ponto eleg. 1. *Aequor Iaſonio pulſatum remige primùm.* 3. Æn. *Certatim ſocij feriunt mare, & aquora verrūt.* Catull. de nupt. *Immemor at iuuenis fugiēs pellit vada remis.*

533. PER TIBI NVNC IPSVM, &c.] conuerſus ad ipſum Pentheum, iuſiurandum prius concipit, quo eum ad reliqua credenda præparet. Nam priora à fide minùs abhorrebant.

NEQ. ENIM PRÆSENT. ILLO XST DEVS] qui magis audiat, & adſit ſe implorantibus. Vide Symb. meas ad illud eclog. 1. *Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.* Quòd tam pręſentem deum facit Bacchum Acœtes, quàm nullum alium, affectui adſcribēdum eſt.

534. ADIVRO] Adiurare Ciceroni eſt iurare, vel dictis iuramētū addere, ſeu dicta iurādo cōfirmare. Ep. 2. l. 2. ad Q. Frat. *Adiurat Procilius, hoc neminem accidiſſe.* 3. Philip. *Adiuraiq; id te me inuito nō eſſe facturum.*

535. QVAM VERI MAIORA FIDX] Poteſt quippiā eſſe verum, & tamen veri fidem excedere, id eſt, nō credi verum eſſe. Vnde ſæpe illud in ore habemus, cū de rebus magnis & admirādis, prorſusq; ſtupēdis verba facimus, vt incredibiles vocemus, dicamusq; *incredibile dictu eſt, quā hoc aut illud tale, vel tale ſit.*

STETIT ÆQVORE PVPPIS, &c.] ſine anchoris intellige, & flante vento, non in malacia.

536. NAVALE] locus in quo fabricantur, aut in quem ſubducuntur naues.

537. REMORVM IN VERBERE PERSTANT] Optimè hoc Virgil. principio lib. 7.

Cùm venti poſuere, omnisq; repentè reſedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonſa.

538. VELA Q. DIDVCVNT] explicant, pandunt, extendunt per antennas. *Deducunt* legitur in vulgatis. non reijcio. Inſtà, *Carbaſa deducit, ne quà leuis effluat aura.* Lucan. *Strictaq; pendentes deducunt carbaſa nauta.* Antitheton eſt, cōtrahere vela. Alibi trāſlatè

Ouidius,

Ouidius, *Propoſitique, precor, contrahe vela tui*. Horat. ſimiliter ode 10. lib. 2. *Contrahes vento nimiùm ſecundo Turgida vela.*

GEMINAQ. OPE CVRRERE TENTANT] remis veliſque. Vide prouerb. cui geminum, Velis equiſque.

539. IMPEDIVNT HEDERÆ REMOS, &c.] Sequitur nunc miranda rerum conuerſio, qua præſentia Bacchi, & numen eius innoteſcit. Apud Homerum hymno in Bacchum ipſum malum nauis qua vehitur Bacchus, & ſcalmos coronat hedera; & apud Oppian. de venat. lib. 4. in piſcatorio nauigio, quo infantem Bacchum in Eubœam tranſportant Bacchę, puppis apio & hedera implicatur. Pręcipuum inſigne Bacchi hedera.

540. GRAVIDIS CORYMBIS] corymbus eſt fructus, ſeu vua hederæ.

541. IPSE RACEMIF. F. CIRCVNDAT. VVIS] Vuas poſuit pro vitibus; non enim vuæ racemos producunt, ipſi autem, & vuæ à vitibus. Viſus eſt vuis, à vite in orbem inflexa dependentibus coronatus.

542. PAMPIN. AGIT. VELAT. FROND. HAST.] definitio pro eo quod definitur, thyrſo videlicet: quod & in ſuperioribus notabamus.

543. QVEM CIRCA TIGRES, &c.] Dicatas ſibi feras, ſeu verius ſpectra & imagines dicatarum ſibi ferarum nautis obijcit Bacchus, vt horribili earum aſpectu terrefacti, in vndas præcipitent; & in delphinos migrent. De Bacchi tigribus Horat. ode 3. lib. 3. *Hac te merentem, Bacche pater, tua Vexere tigres.* Et noſter 1. de Arte:

Iam deus in curru quem ſummum texerat vuis,
Tigribus adiunctis aurea lora dabat.

544. PICTAR. PANTHERARVM] Panthera fæmina pardalis, mas pardus. Vocabulum pantheræ inde inditum, quòd nullum animal non veneturi

A ſine quòd omnium penè ferarum coloribus variegata ſpectetur, &c. Pierius lib. 11.

545. SIVE HOC INSAN. F. SIVE TIMOR] Timor potiùs, qui æquè vt inſania periculum non conſiderat, dum fugit periculum: & ſæpe in maius incidit, dum cauet minus, iuxta illud, *Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim.*

546. PRIMVSQ. MEDON NIGRESCERE PINN. &c.] Nigreſcunt Delphinũ pinnæ, vt ipſum corpus.

549. ET LATI RICTVS, ET P. LOQ. NARIS] qui vel pictum viderunt delphinum, ita rem ſe habere fatebuntur Lato ſunt *ore*, ſimique, ſeu naſo depreſſo, libenterque Simones audiunt.

551. OBVERTERE REMOS OBSTANTES] in partem aliam, vel in latus detorquere. Virg. 6. Æneid. *Obuertunt pelago proras.*

563. PAVIDVS, GELIDVSQ. TREM CORP. &c.] Omnino ſic legendum, vt & Lipſienſis editio in margine corrigit, ne accuſandi caſus ad animum putemus referendos, *Pauidum gelidumq́, trementi Corpore, vixq́, animum firmat deus.* Qui enim pauidus, non tamen gelidus diceretur. Erat autem Acœtes adeò conſternatus & perculſus, vt eum Bacchus ipſe conſolari vix poſſet.

564. EXCVTE CORDE METVM] 1. Faſt. *Deq́, meo pauidos excuſo corde metus.* Virgil. 1. Æneid. *Soluite corde metum Teucri.*

DIAMQ. TENE]Dia inſula maris Ægæi, Baccho dilecta, in qua Theſeus Ariadnem reliquiſſe ſcribitur. Theocritus Pharmaceut. Catull. de nupt. & Callimachus. A quo poſteriùs Naxon dictam intelligeo, cùm priùs Dia vocaretur. Videndus Bernard. Martini Variar. lib. 2. cap. 8.

565. IN ILLAM VELAT. ACCESS. SACRIS, &c.] En tibi cauſſam eius, quod me quarto loco rogabas, moris noui cur ſacra frequentarem.

Raptatur in cuſtodiam Acœtes (immò Bacchus, eius ſpecie velatus) ſupplicio capitali addicendus. Ianua ſponte patefacta euadit. Pentheus in Cithærônem orgia diſturbatum veniẽs, ibidem à matre, & materteris furentibus diſcerpitur.

PRÆBVIMVS *longis, Pentheus, ambagibus aures,*
Inquit, vt ira mora vires abſumere poſſet.
Præcipitem famuli rapite hunc, cruciataque duris
Corpora tormentis ſtygiæ demittite morti.
Protinus abſtractus ſolidis Tyrrhenus Acœtes
Clauditur in tectis: & dum crudelia iuſſæ
Inſtrumenta necis, ferrúmque ignéſque parantur;
Sponte ſua patuiſſe fores, lapſáſque lacertis
Sponte ſua fama eſt, nullo ſoluente catenas.
Perſtat Echionides, nec iam iubet ire, ſed ipſe
Vadit, vbi ſeſtus facienda ad ſacra Cithæron
Cantibus, & clara bacchantum voce ſonabat.

Vt fremit acer equus, cùm bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen, pugnæque aſſumit amorem:
Penthea ſic ictus longis vlulatibus æther
Mouit, & audito clamore recanduit ira.
Monte ferè medio eſt cingentibus vltima ſyluis,
Purus ab arboribus ſpectabilis vndique campus.
Hîc oculis illum cernentem ſacra profanis
Prima videt, prima eſt inſano concita curſu,
Prima ſuum miſſo violauit Penthea thyrſo
Mater: &, O geminæ, clamauit, adeſte ſorores:
Ille aper, in noſtris errat qui maximus agris,
Ille mihi feriendus aper. ruit omnis in vnum
Turba furens: cunctæ coëunt, trepidúmque ſequuntur:
Iam trepidum, iam verba minùs violenta loquentem,
Iam ſe damnantem, iam ſe peccaſſe fatentem.
Saucius ille tamen, fer opem, matertera, dixit,
Autonoë: moueant animos Actæonis vmbræ.
Illa quis Actæon neſcit: dextrámque precantis
Abſtulit: Inoo lacerata eſt altera raptu.
Ille etiam matri quum brachia tendere vellet,
Non habet infælix quæ matri brachia tendat:
Trunca ſed oſtendens deiectis vulnera membris,
Aſpice, mater, ait. viſis vlulauit Agaue,
Colláque iactauit, crinémque per aëra mouit.
Auulſúmque caput digitis complexa cruentis
Clamat, iò comites, opus hoc victoria noſtra eſt.
Non citiùs frondes autumni frigore tactas,
Iámque malè hærentes alta rapit arbore ventus:
Quàm ſunt membra viri manibus direpta nefandis.
Talibus exemplis monitæ noua ſacra frequentant:
Turaque dant, ſanctáſque colunt Iſmenides aras.

567. LONGIS AMBAGIBVS] Vt cauſſam indicaret Acœtes, quare Bacchica ſacra frequentaret, à capite eum rem arceſſere oportuit, & plura dicere, quàm Pentheus poſtulauit audire, cui viſæ ſunt merænugæ. Audiuit tamen, vt quam conceperat in ipſum ira feruida, nonnihil mora illa audiendi deferueſceret; hanc etenim rationem afferi, & humanitatis laudem aucupatur.

568. VT IRA MORA VIR. ABS. P.] Ouidius 1. de Arte: *Vt fragilis glacies interit ira mora.* De cohibenda iracundia fertur Plutarchi Commentarius. Super eodem argumento ex eodem philoſopho, item ex M. Tullio, & Seneca pręclara recitat And. Schottus noſter in Nodis enodatis lib. 2. cap. 3. Ibidem & præceptum, quod Athenodorus philoſophus Auguſto Cæſari dedit: vt iratus nihil priùs diceret, aut faceret, quàm quatuor & viginti litteras ſecum ipſe percurriſſet.

569. PRÆCIPITEM FAMVLI RAPITE HVNC, &c.] Abduci in carcerem, confeſtim excruciari & occidi mandat. Hegio ſenex à ſeruo Tyndaro delu-
A ſus, *Peristu, niſi hunc iam è conſpectu abducitis* (in phylacam, vt infrà ſequitur.) Reſpondet Tyndarus: *Vis hæc quidem hercle eſt, & trahi, & trudi ſimul.*

571. SOLIDIS IN TECTIS] in cuſtodia bene clauſa ac munita, ne perfodi ac perfringi à noxijs queat. Carceris periphraſis.

573. FERRVMQ. IGNESQ. PARANTVR] hęc erant illa crudelia inſtrumenta necis. Et hæc ſunt quæ hoſtes hoſtium terris deuaſtandis minitantur.

574. LAPSASQ. LACERTIS CATENAS] tantùm præcipitem rapi iuſſerat. At famuli, quod ſolet in huiuſmodi negotijs, etiam manicas ei iniecerunt.

576. PERSTAT ECHIONIDES] in Bacchi & ſacrorum eius irriſione ac deſpicientia perſeuerat.

NEC IAM IVBET IRE, &c.] miniſtros ac famulos ſuos, ad impedienda, quę in monte Cithærone, Bacchi ſacris celebrandis per commodo, agitabantur, non iubet ire; ſed ipſe, perſonæ ſuæ oblitus, eò vadit: tantum eſt Bacchi odium.

579. VT FREMIT ACER EQVVS, &c.] Animal iſtuc bellicum eſt, ſeu vſibus belli idoneum. Virgil.

gil. 2. Georg. *Hinc bellator equus* Plutarcho πολεμιστής. A Et tubæ cantu gaudet, quod & in diuinis literis de eo prædicatur. Virgil. 8.

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu,
Vtq; acres concuſſit equos, &c.

580. PVGNÆQ. ASSVMIT AMOREM] geſtit mox in aciem aduerſam ruere. Cic. 1. Offic. de M. Catonis filio: *Cùm autem adoleſcens amore pugnandi in exercitu remanſiſſet.*

581. SIC ICTVS L. VLVLATIB. ÆTHER] Clamoribus ingentibus hæc ſacra peragebantur (quod & Virgil. docet 3. Georg. *Vocat ingenti clamore Cithæron*) qui Pentheo pro tubis erant, eumque non ſecùs quàm illæ equum concitabant, & iram eius magis irritabant.

583. MONTE FERE MEDIO, &c.] Topographia. B Planities quædam fuit in vmbilico montis, vbi Baccho mulieres ſacrificabant; eò per ſyluam, montem ambientem Pentheus penetrauit.

585. OCVLIS CERNENTEM S. PROFANIS] non ſolùm quia non initiatus, verumetiam quia ſummus contemptor, meritò prufanis oculis. Et iubebantur alioqui abſiſtere à ſacris profani.

587. PRIMA SVVM MISSO, &c.] ducem ſe in filio trucidando mater (quod miſerrimum eſt) præbuit.

589. ILLE APER, IN NOSTRIS, &c.] phantaſiam dicunt philoſophi illam vim concipiendarum imaginum, à rebus quæ ſenſu percipiuntur. Ea laborat in ægrotis, ac furore correptis, & mira, neccohærentia ſibi idola fabricat. Ita hoc loco Penthei mater Agaue filium vt aprum, agri vaſtatorem concipit, & prima in eum inſilit. Taurum eſſe matri viſum, vult Valer. Flaccus lib. 3. vitulum Perſius. *Et raptum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris.* iuuencum Catullus: *Pars è diuulſo tractabant membra iuuenco.* Sic C Athamanti Thebarum regi furijs concitato coniux Ino cum duobus paruis liberis, Learcho, & Melicerta viderur leæna cum duobus catulis, l. 4.

592. IAM TREPIDVM, IAM VERBA, &c.] Verboſiùs μετάνοιαν Penthei declarat. Malo accepto ſtultus ſapit.

594. FER OPEM MATERTERA AVTON.] antequam ab ea feriretur.

595. MOVEANT ANIM. ACTÆON. VMBRÆ] per manes filij obſecrat; per res enim cariſſimas ſupplicare conſueuimus.

596. DEXTRAMQ. PRECANT. ABSTVLIT] Saucius adhuc erat: nunc laniena capit initium.

597. INOO LACERAT. H. ALTERA RAPTV] Ino altera ſoror Agaues ſiniſtrum ei brachium abſtulit.

599. NON HAB. INFÆL. Q. MAT. E. TENDAT] De Io in vaccam conuerſa lib. 1.

Illa etiam ſupplex Argo cùm brachia vellet
Tendere, non habuit qua brachia tenderet Argo.

Qui negãt prius carmen: *Ille etiam matri*, &c. in veteribus libris reperiri, fortè nondum omnes veteres libros conſuluerunt. Et cùm addunt, ita ſubſultare, vt nullus ſit ſenſus, ipſi carent ſenſu. Rotundi, & perſpicui, idoneum ſenſum complectentes ſunt ambo verſus, repetiti parua mutatione de lib. 1. ex fabula Iûs. Facit hoc Homerus, multò ſæpiùs. ſemel propemodum Virgil. in 4. Æneid.

600. DEIECTIS MEMBRIS] membris direptis, & humi abiectis.

601. VISIS VLVLAVIT AGAVE COLLAQ. IACT. &c.] furioſam & inſanam exprimit. Nec brachium auulſiſſe contenta, etiam caput reuellit, & tanquam in opima præda exultat.

605. NON CITIVS FRONDES, &c.] Quàm citò & facilè dilaniatus fuerit Pentheus, ſimilitudine caducorum foliorum, ſeu frondium per autumnum, frigore primo ſuccum illis detrahente, & vel leui vento impellente demonſtrat.

606. MANIBVS NEFANDIS] quia propinquarum manibus, atque adeò maternis. Luſtra imaginem Penthei apud Philoſtratum lib. 1. Cum laniena Penthei à matre & materteris, & Actæonis à ſuiſmet canibus confert Claudian. laniatum horribilem Rufini, Præfecti Orientis, hominis longè auariſſimi à militibus, lib. 2. in eundem:

Mox omnes fodiunt haſtis, artusq; trementes
Dilaniant, vno tot corpore pila tepeſcunt,
Et non infecto pudduit mucrone reuerti.
Hi vultus auidos, & adhuc ſpirantia vellunt
Lumina; truncatos alij rapuere lacertos:
Amputat ille pedes; humerum quatit ille ſolutis
Nexibus: hic fracti reſerat curuamina dorſi;
Hic iecur, hic cordis fibras: hic pandit anheli
Pulmonis latebras: ſpatium non inuenit ira,
Nec locus eſt odijs: conſumpto funere vix dum
Deſeritur, ſparſumq; perit per tela cadauer.
Sic mons Aonius rubuit, cùm Penthea ferrent
Mænades, aut ſubito mutatum Actæona cornu
Traderet inſanis Latonia virgo moloſſis.

Arborem, quam aſcenderit Pentheus, vt fæminarum operta ſacra ſpecularetur, Corinthios oraculo quærere, eique diuinos honores habere iuſſos, auctor Pauſan. lib 2.

608. TALIB. EXEMPL. MONITÆ, &c.] Magnopere exemplum hoc Thebanas fæminas commouit, factęque ſunt in Baccho deinceps colendo crebriores. Efficaciora ſunt exempla in malis, quàm in bonis; quoniam plus timemus pœnas, quàm diligimus præmia. Illa vitijs, hęc virtuti comparata ſunt.

609. ISMENIDES] Thebanæ, ab Iſmeno Bœotiæ fluuio, & Thebæ in Bœotia.

ELECTORVM LIBER QVARTVS.

Die feſto Liberi, omnibus fæminis Thebanis deum colentibus, illiúſque tot nomina & laudes prædicantibus, Alcithoë, & ſorores cum eius contemptu lanam facere inſiſtunt: è quibus vna dubitat, quam fabellam potiſſimùm labori leuando commemoret.

SECTIO I.

At non Alcithoë Mineïas orgia cenſet
Accipienda dei: ſed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat eſſe Iouis, ſociáſque ſorores
Impietatis habet. feſtum celebrare ſacerdos,
Immunéſque operum famulas, domináſque ſuorum,
Pectora pelle tegi, crinales ſoluere vittas,
Serta comis, manibus frondentes ſumere thyrſos
Iuſſerat: &, ſæuam læſi fore numinis iram
Vaticinatus erat. parent matréſque nurúſque,
Telas & calathóſque, infectáque penſa reponunt:
Thuráque dant, Bacchumque vocant, Bromïumque, Lyæumque,
Ignigenámque, ſatumque iterum, ſolumque bimatrem.
Additur his Nyſeuſque, indetonſúſque Thyoneus,
Et cum Lenæo genialis conſitor vuæ,
Nyctileúſque, Eleleúſque parens, & Iacchus, & Euan:
Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes. tibi enim inconſumpta iuuenta eſt,
Tu puer æternus, tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris cælo; tibi, cùm ſine cornibus aſtas,
Virgineum caput eſt. Oriens tibi victus ad vſque
Decolor extremo quà cingitur India Gange.
Penthea tu, venerande, bipenniferúmque Lycyrgum
Sacrilegos mactas: Tyrrhenáque mittis in æquor
Corpora. tu biiugûm pictis inſignia frænis
Colla premis lyncum: Bacchæ Satyrique ſequuntur.
Quique ſenex ferula titubantes ebrius artus
Suſtinet, & pando non fortiter hæret aſello.
Quacunque ingrederis, clamor iuuenilis, & vnà
Fœmineæ voces, impulſáque tympana palmis,
Concauáque æra ſonant, longóque foramine buxus.

Pla-

[illegible] atus [illegible]que, rogant Iſmenides, a[illegible]:
[illegible]ue ſacra colunt. Sola Mineïdes intus
[illegible]pe[illegible] turbantes feſta Minerua,
[illegible]cunt la[illegible]as, aut ſtamina poll[illegible]ce verſ[illegible]nt,
[illegible] hærent telæ, famulaſque laboribus vrgent.
E quibus vna leui deducens pollice filum,
Dum c[illegible]ſſant aliæ, commentaque ſacra frequentant,
N[illegible]s quoque, quas Pallas melior dea detinet, inquit,
Vtil[illegible]us manuum vario ſermone leuemus:
Perque [illegible]ices aliquid, quod tempora longa videri
[illegible]n[illegible]nat, in medium vacuas referamus ad aures.
Di[illegible]a probant, primamque iubent narrare ſorores.
I[illegible]a quid è multis referat, (nam plurima norat)
Co[illegible]tat; & dubia eſt, de te Babylonia narret
Derceti, quam verſa ſquamis velantibus artus
*Sta[illegible]na Palæſtini credunt * celebraſſe figura:* *coluiſſe
An magis vt ſumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos:
Naïs an vt cantu, nimiúmque potentibus herbis
V[illegible]erit in tacitos iuuenilia corpora piſces,
Donec idem paſſa eſt.

1 [illegible]TNON ALCITHOE] Particula *At* libris inchoandis bene conuenit. Virgil. 4. Æneid. *At regina graui*, &c. Quanquam igitur Thebanæ omnes ſacra Bacchi amplecterentur Alcith[illegible] nihilominus cum ſororibus in eorum contemptu neperſtiit; quin etiam verbis ea reijcere, & matronas dehortari non eſt vetita.

O[illegible] Omnia ſacra apud Græcos, vt apud [illegible]nos cærimoniæ, dicuntur *orgia*; propriè tamen [illegible]*, ἀπὸ τῆς ὀργῆς à furore*: vel *ἀπὸ τῶν ὀρῶν à montibus*, vbi celebrari ſolita. Niſi malumus dicta [illegible] *ἔργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῶν*, quia profani, nec initiati à [illegible] arcendi ſunt. *ὀργιασμὸς* ſacrorum ipſa perpet[illegible]o, operatio ipſa.

2. SED A[illegible] TEM[illegible] etiam poſt Pentheum Bacc[illegible]orem & cōtemptorem tam atrociter pu[illegible]um [illegible] io exemplo tamen [illegible]ehementer reliquæ fœminæ [illegible] eius venerationem permotæ ſunt.

3 P[illegible]O[illegible]N. NEG. [illegible]SSE IOVIS [illegible] Hæc cauſſa eſt pertinaciæ, quando de Ioue natum non credit. Suppoſititium arbitratur. Eade[illegible] eſt [illegible]rum o[illegible]pinio.

4. FESTVM [illegible] LE[illegible]RARE [illegible]ACE[illegible] IVSS.[illegible] Feſtos dies, inquit Liban. in Progymnaſ. amant homines, tum quia ipſos à laboribus & ſudoribus liberant: tum quia faciunt vt lodant[illegible]polentur & iucun[illegible]mè degant. At Chriſtian[illegible]mant vt in ijs Deum comm[illegible]d[illegible]us colant, & [illegible]actis reli[illegible]gio[illegible]is d[illegible].

5 [illegible]F[illegible]OP[illegible]R[illegible]MV[illegible]AS] *Liberas* ab operibus an[illegible]bus, vacan[illegible]s, operum ſolutas [illegible] eutus eſt [illegible]rat ode 16. [illegible] Virgil. 12. *Aſpu[illegible]m immunem tanti [illegible], atque impune quietam.* O[illegible]era eſt labor, actio, induſtria, vt cum dicimus, *operam dare*,

A *nauare, ſumere, perdere. Opus* eſt id quod opera perficitur, aut poſt operam exrat, vt opus ruſticum, textorium, fabrica, cælatum, ſculptum. Vnde *opus facere, locare, conducere.* Aliquando tamen *opus* pro opera. Cicer. 3. Offic. *Neque agricultura, neque frugum fructuumq́, reliquorum perceptio & conſeruatio ſine opera hominum eſſe vlla potuiſſet. Famula* à famulus, & *ſerua* à ſeruus. Dicitur autem *famulus* quicunque in miniſterio eſt, ſiue ſeruus ſit, ſiue liber, bona fide nobis ſeruiens. Seruus quidem alieno domino ſubijcitur. Hæc ex Auſonio Popma, qui de verborum differentijs libros IV conſcripſit omnibus puræ Latinitatis ſtudi[illegible]is legendos ac relegendos diligenter, vt & eiuſdem nuperos *de Iudicijs* antiquorum Commentarios, ac *de operis ſeruorum* cenſeo hîc legendos. Pòſt etiam eadem ipſa de re Laurentius
B Pignorius Patauinus, *de ſeruis, & eorum apud veteres miniſterijs* exijt Auguſtæ Vindelicorum, anno M. DC. XIII.

6 PECTORA PELLE TEGI, &c.] Et famulas, & dominas Baccharum habitum ſumere, & feſtum dei celebrare conſueta cærimonia ſacerdos mandauit. Hab[illegible]tos autem ille quatuor rebus continebatur. Ferarum pe[illegible]s ſe tegebant, comas ſoluebant, ſerta pampinea [illegible]ibi imponebant, thyrſos manibus præferebant. De pelle ſic lib. 6. *Lateri ceruina ſiniſtro Vellera dependent.*

6. CRIN[illegible]L. SOLVE[illegible]E VITTAS] Lib. 1. *Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos.* [illegible]b.[illegible] *Crinalem capiti vittam nataq; ſibi, Detrahit* [illegible] 9 *Vittæ ſunt, quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli: & vittæ dicta, quod vinciant.* Quas porrò vulgus La[illegible]num hodie *vittas* mulierum & virgi[illegible]um appell[illegible]mus, propriè [illegible]un[illegible] reticula, quæ e[illegible]d[illegible]m I[illegible]doro docente, comas colligunt, ne effundantur, & nomen

inde habent. Fortaſſis etiam à rerum ſimilitudine; ſiquidem maculis, vt illa, conſtant.

7. SERTA COMIS] Lib. 6. *Vite caput tegitur.* E pampinis igitur ſerta iſta componebantur, quemadmodum & iiſdem, ſeu edera thyrſi haſtæue bacchantium circumtegebantur. De verbo quo vocis huius *ſertum*, dixi in extremo lib. 2.

8. SALVAM LÆSI. F. NVM. IRAM] Non modo iratum fore Bacchum prædixerat, ſi quid ſecus fieret, quàm ipſe deus vellet; ſed & grauiter iratum, vt pœnas à lædente non leues repeteret.

10. TELAS, ET CALATH. INFECTA. P. REP.] Mulierum labor fila ducere, & telam texere, lanificio, inquam, occupari: eſtque illud in matronis, quamuis nobilioribus probitatis & coniugalis caſtimoniæ indicium: vt in Lucretia, quam Collatinus maritus, & Tarquinij iuuenes nocte ſera lanæ deditam inter lucubrantes ancillas inuenerunt. Præcipit S. Hieron. occupationem iſtam, tanquam cuſtodiam quandam virginitatis etiam Demetriadi virgini: *Habeto lanam ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila deducito, vel ad torquenda ſubtemina in alueolis fila fuſo vertantur, aliarumq́; neta aut in globum collige, aut texenda compone.* Supra: *Non erat huius opus lanam mollire trahendo*, de Caliſtone lib. 2. Hunc laborem eo die non ſuſpendunt Mineides. *Quos Græci calathos, nos dicimus quaſillos*, inquit Feſtus. Vas eſt vimineum, in quo nettrices & textrices penſa, tramas, fuſos reponunt: diminutum *calathiſcus*.

11. BACCHVMQ. VOCANT, BROMIVMQ. &c.] Encomium, ſeu hymnus in Bacchum. Multa & varia huius dei cognomina & attributa leges apud Gyrald. Syntagm. 8. Inuenies in Antholog. Græcorum epigrammat. l. 1. comprehenſa verſibus hexametris XXIV. hoc modo, vt ſinguli littera alphabeti ſecundùm earum ordinem, omnesque voces eiuſdem verſus ab eadem littera inchoentur. Exempli cauſſa, ἀβροχόμην, ἀγροῖκον, ἀειδόμενον, ἀγλαόμορφον, &c. Non pauca quoque accumulat Galliambo in Bacchum, Muſarum noſtrarum decus M. Antonius Muretus, Comment. in Catullum:

Edera comam reuinctus Bromium patrem cano,
Bromium, Eubyum, Lyæum, puerum femorigenam, &c.

Crediderunt ſuperſtitioſi veteres, longa & multiplici nominum ſerie gaudere deos, ſiue id ad maiorem laudem & gloriam, ſiue ad pinguiorem prouentum aliquid prodeſſet. Petit & Diana apud Callimachum à Ioue cum perpetua virginitate πολυωνυμίαν. Sophocli in Antigone Bacchus dicitur πολυώνυμος. vt Cleanthi in hymno Iupiter. Et Callimachus de Apolline, πάντῃ δέ τοι οὔνομα πολλόν. Ex illa nominum multitudine fiebat, vt meticuloſi eſſent in diis compellandis; ne in tanta varietate vnum pro alio ineptè ſumerent: aut meliora omitterent, quibus dij ſe appellari mallent. Qua formidine & errore vt ſe liberarent, plurima congerebant, deos precantes, vt eligerent, quod ſibi gratius eſſet. Carptim hæc ex Bernard. Martin. Variar. lib. 3. cap. 13. Ante quem eadem de re egerat Pet. Victorius lib. 13. Variar. lect. cap. 2. & Catullum, Æſchylum, Clement. Alexand. Platonem quoque probatiſſimos huius moris teſtes laudauerat. Præterea Turneb. lib. 21. Aduerſar. cap. 9. idem docens, profert antiquam inſcriptionem, ISIDI MYRIONYMÆ SACRVM. Et ex Macrobio: *Dis-pater, ſiue Iouis manes, ſiue quo alio nomine fas eſt vocare.* Vide & Briſſonij

A Formulas, pagina 54. & ſequentibus.

BROMIVSQ.] Iuxta Diodorum à tonitrus ſono ac fulminis in ortu, ſeu abortu ſuo exaudito hoc illi nomen additum. βρόμος quippe ſonus & crepitus, a βρέμω, ſono, ſtrepo. Reliquorum nominum notationem te docebunt Mythologi, ne omnia, minuta etiam perſequamur.

12. SOLVMQ. BIMATREM] Libro ſuperiore dixit *bis genitum* vt & hic, *ſatumq́; iterum*. Nam Iupiter, matre ignibus pereunte, cæſo vtero inſeruit eum ſuo femori donec tempus partus præfinitum expleret. Inſerat Martialis peêtam quendam mordaciùs, quòd is Iouem non patrem modò, ſed & matrem Bacchi vocarit. Ita ori eruditè occurrit Muret. lib. 19. Variar. cap. 1. vbi & præſentem Ouidij locum refert, oſtenditque Martialem fruſtra falſum, immò potius inſulſum fuiſſe.

B 13. INDEVONSVSQ. THYONEVS] Tibull. lib. 1. eleg. 4.

Solis æterna eſt Phœbo Bacchoq́; iuuenta:
Nam decet intonſus crinis vtrumque Deum.

Matrem Semelen ab inferis reuocatam, & immortalitate affectam, *Thyonen* à θύειν; quæ illi inſtituit, Bacchus nominauit: θύω quippe ſacrifico. Vnde ipſe à materno vocabulo *Thyoneus*. Auctor Diodorus. Catullus ſcribentis,

At vos quo lubet hinc abite lymphæ,
Vini pernicies, & ad ſeueros
Migrate, hic merus eſt Thyonianus;

hæc mens eſt, calicem, quem manu tenebat, continete vinum meracum, non aqua dilutum, quale homines vita & moribus ſeueriores puſcere conſueuerunt. Ne præteri Turnebum lib. 12. Aduerſar.

C cap. 8.

14. GENIALIS CONSITOR VVÆ] *Geniale* eſt, quod genio, ſeu naturæ noſtræ gratum & iucundum eſt; quod voluptatem & gaudium habet. Propter vinum dicitur *lætitiæ dator* I. Æneid. & *Bacchica dona* vinum ipſum 2. Georg in cuius libri veſtibulo eum inuocans ait:

Huc pater ô Lenæe (tuis hic omnia plena
Muneribus: tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager, plenis ſpumat vindemia labris.)

16. ET QVÆ PER GRAIAS PLVR. GENTES, &c.] Græca ſunt & quæ hactenus audiſti: Latinum non memini, niſi *Liber*, cuius rationem aliàs patefecimus.

D 17. TIBI INCONSVMPTA IVVENTA EST] Suprà Tibull *æternam*, id eſt perpetuam, & ad alios ætatis gradus non aſcendentem iuuentam illi eſſe confirmauit.

18. TV PVER ÆTERNVS] Tantùmue perpetuò iuuenis, ſeu adoleſcens, etiam puer. Hoc fieri nequit, ſimul vt puer & iuuenis ſit aliquis. Puer & nudus fingebatur pingebaturque Bacchus, quoniam ebrij puerorum fiunt ſimiles, arcani nihil continentes, iuxta verſiculum, *Arcanum demens detegit ebrietas.*

TV FORMOSISS. ALTO CONSPICERIS] In carmine libero:

Forma conſpiciendus eſt Apollo,
Formoſus quoque pingitur Lyæus.

Sed quoniam ſequitur, *alto conſpiceris cælo*, ad ſolem vtrique referenda eſt iſta formoſitas. Et vero nihil inter ſidera huc ipſorum principe ac moderatore formoſius. Iam quomodo Bacchus ad ſolem quo

quo

[illegible] M[illegible] b. Saturnal. [illegible] 8.

[illegible] N B. ASTAS [illegible] homines truces, & quiddam t[illegible] Lib. [illegible] cornua Baccho dan[illegible]

[illegible] *mentibus anx[illegible]s,*

[illegible] *nug[illegible] au[illegible] erit.*

[illegible] homines audaces, ad pugnam [illegible] minod[illegible] cornupetas re[illegible]. [illegible] A[illegible] ter. *Tunc pauper cornua ſumit.* S[illegible] [illegible] am [illegible] um ſ[illegible] m M. Craſſum di[illegible] tis non [illegible] percunctanti reſpondit. *fœnum* [illegible] u[illegible] cerbi eius [illegible] to[illegible] [illegible] & [illegible] m ex o[illegible] ulen[illegible] ta natam [illegible] tem Ro[illegible] anum [illegible]t. Solebant [illegible] cornupetarum cornibu[illegible] fœnum [illegible] hoc ſigno con[illegible], ſibi ab ijs [illegible] no decedendum eſſe gerent. [illegible] at. ſat. 4. lib. 1. *Fœnum habet in* [illegible] 3 Amor. cũ [illegible] ipuiſ[illegible] contra amor[illegible] m blandi[illegible] are vel[illegible], *Venerunt capiti cor-* [illegible]

[illegible] Propert. lib 3. eleg. [illegible] geſta percurrens, hæc habet, quæ [illegible] nc [illegible] ad [illegible] x conſequentes aliquot [illegible] videntur.

[illegible] o [illegible] aternos Aetnæo fulmine partus,

[illegible] N[illegible] arma fugata choris.

[illegible] noua nequidquam in vite Lycurgum,

[illegible] in triplices funera grata greges.

[illegible] henos delphinum corpora nautas

[illegible] ampinea deſiluiſſe rate.

D[illegible] [illegible] ni[illegible] us, victorijs, ac triumphis [illegible] & libri multis Nonnus P[illegible] o Δι[illegible] inſcripſit.

[illegible] R INDIÆ GANGE.] *Gangẽ* eſſe [illegible] maximumq; fluuiorum omnium, [illegible] on[illegible] ibus memorantur, tradi[illegible] b. xv. Geogr. Proximum ab eo [illegible] um, q[illegible] *Nilum*; & *Gangem* P[illegible] De eius [illegible] gnitudine Curtius quo[illegible] [illegible] c[illegible] nal lib. 12. cap. 41. Reci[illegible] na[illegible] implerunt; & [illegible] ptem omnibus labitur. Virgil. [illegible] *m [illegible] ens [illegible] datis omnibus altus Per taci-* [illegible] Georg. vocat *pulchrum.* Quod [illegible] addi[illegible] in copiam, quæ [illegible] m[illegible] fat[illegible] di[illegible] pte[illegible] o, & A[illegible] quandam [illegible] amœnitatem [illegible] coniicio. R[illegible] menta auri in eo [illegible] [illegible] cap. 4. ſicut in quibuſdam [illegible] t. Quidam & gemmiferum [illegible] hæ *pul her*, dicatur ſanè. Pul[illegible] um, pul[illegible] gemmæ & aſpe[illegible] eleganiam [illegible] pul[illegible] [illegible] ant. Quod [illegible] Strabo, *Gangem* [illegible] [illegible] ius rei veſtigia apud In[illegible] hinc reperiuntur, v[illegible] Pa[illegible] ha ve[illegible] litteri[illegible], anno [illegible] ouimus. Quatũ ſpari[illegible] *[illegible] ſi opera-pretium ſtultam noſſe* [illegible] *Indian[illegible] caus flumen, antiquo-* [illegible] *us a[illegible] tantam in[illegible] [illegible] igro-* [illegible] *[illegible] inat, vt beatos illos pradicent,* [illegible] *[illegible] men demerguntur. Hinc viri prin-*

A *[illegible] es in morte ſu[illegible] cineres eo de[illegible] ri iubent, & tradi fluctibu[illegible] N[illegible] er C[illegible] nam[illegible] ns, teſtamento filio mandauit [illegible] ua i[illegible] manu bac[illegible] beatitudi[illegible] affic[illegible] [illegible] iuſtus per[illegible] us, percor[illegible] habuit eò ſe contulit, matern[illegible] in [illegible] flamen de[illegible] it.*

[illegible]. B[illegible] VMQ. L[illegible] VASTAS [illegible] Pe[illegible] oni[illegible] ant[illegible] [illegible] ſupe[illegible] re in ext[illegible] an[illegible] Ad[illegible] men locum [illegible] pexiſſe O[illegible] [illegible] Micyl[illegible] [illegible]. 6. vbi Lycurgus Ba[illegible] es b[illegible] penni[illegible] [illegible] uius, ac propter ea ocu[illegible] Ioue [illegible] nitur. Additur ab alijs, eti[illegible] ve[illegible] [illegible]; & dum vites molitur [illegible] amputaſſe.

25. [illegible] ACMITTIS IN ÆQ. C[illegible] P.] Fabul[illegible] expoſita eſt libro antecedente, de conuerſio-

B ne [illegible] henorum nautarum in delphinos, quòd Bacchum deſpexiſſent.

26 COL[illegible] P[illegible] MIS LYNCVM [illegible] Lyncas eius currui [illegible] biungi fabulantur, vt aliorum deorum currus [illegible] ab alijs animantibus. Eidem lyncas, tigres, pantheras pro [illegible] miliaribus animantibus libro antegreſſo tribuit:

Quem circa t[illegible] res, ſimulacraq́, inania lyncum,

Pictarumq́, iacent fera corpora pantherarum.

A tigribus vel[illegible] auctor Virgil. lib. 6.

Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis

Liber, agens celſo Nyſæ de vertice tigres.

Et Ouid. 1. de Arte:

Iam deus in curru, quem ſummum texerat vuis,

Tigribus adiunctis aurea lora dabat.

BA[illegible] CHÆ, SATY[illegible] IQ. SEQVVNTVR] Comitatus

C Bacchi, Panes, Satyri, Faunus, Bacchæ, libidinoſus & mollis, vt ipſe eſt. Vel ideo ei ſalaces & furioſi dãtur comites, quia in vino ineſt luxuria, furor & inſania. Plures colligit cauſſas vir clariſſ. Ant. Auguſt. Dialogo v. Antiquit. in Nummis: qui iam ex Hibericis Latini facti nuper prodierũt Antuerpiæ.

26. QVIQ. SENEX FERVLA, &c. Silenus, eius educator & pædagogus. Lib. 11. *At Silenus abeſt, titubantem annisq́, meroq́, Ruricolæ cepere ſenes.* Lucianus in C[illegible] l. deorum, ait fuiſſe ſenem, caluũ, ſimum, aſino plerumq; inequitantem, breui ſtatura, corpore obeſo ac ventricoſo, auribus magnis & arrectis, tremulum, baculo innitentem. Eius ebrietatem & Vergil. eclog. [illegible] carpſit:

— [illegible] Chromis, & Mnaſylus in antro

Silenum pueri ſomno videre iacentem,

Inflatum heſterno venas, vt ſemper, Iaccho.

D 28. QVACVNQ. INGRED. CLAM. IVVENILI &c. iuuentutis plauſibus & gratulationibus excipens. *Thiaſum* à poëta hîc deſcribi putant, quem definit Seruius [illegible] cœtum virginum atque puerorum bacchantium, plangentibus nymphis.

29 IMP[illegible] SAQ. [illegible] YMPANA PALMIS, &c. Geminus huic pæne locus 4 Faſt.

Quærere multa lib[illegible] t: ſed me ſonus æris acuti

Terret, & horrendo lotos adunca ſono.

Et pòſt:

Cymbala pro galeis, pro ſcutis tympana pulſant,

[illegible] ibia dat Phrygios, vt dedit ante, modos.

Lucret. lib. 2.

Tympana [illegible] ta ſonant palmis, & cymbala circum

Concaua, rauciſonoq́, minantur cornua cantu,

[illegible] Phrygio ſtimulat numero qua tibia mente.

3[illegible] P[illegible] A[illegible] V[illegible] MIT [illegible] hebanæ matres, vt felix fauſtuſque ad[illegible] cantur.

 33. In-

33. [illegible] TEMPESTIVA MINERVA] inuētrix pro inuentio, vt [illegible] pro frumento. Lanificij enim inuentio Mineruæ adſcribitur. *Fæmineum laborem* nominat opus textrinum Tibull. lib. 2. eleg. 1. Etenim pigmol[l]iſque ſexus ad opera operoſiora & duriora idoneæ non ſunt fœminæ.

34. AVT DVCVNT LANAS, &c.] μερισμὸς ſeu diſtributio. Per partes enim dicit, quod verſu ſuperiore generat[im] dixerat, facitque triplex opus, ducere lanas, deducere fila, texere. Ducere lanas intelligo, eas diſtrahere, & in glomos componere. Ad lanificium pertinent hæc quoque loquendi genera. Penelope Vlyſſi: *Quæ tantum lanas non ſinit eſſe rudes.* Briſeis Achilli:

Nos humiles, famulæq́, tua data penſa trahemus,
Et minuent plenos ſtamina noſtra colos.

Et: *Eſt mihi quæ lanas molliat apta manus.*

35. FAMVLASQ. LABORE VRGENT] non tam vt opus emulatius fieret, quàm vt pluribus, & enixiſſimè per diem feſtum laborantibus, maior Baccho contemptio irrogaretur.

36. LEVI DEDVCENS POLLICE FILVM] Paulo antè, *aut ſtamina pollice verſat.* Catullus de nuptijs, vbi Parcas vetulas Achilli naſcituro fata nentes & canentes effingit: *Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis Formabat digitis.* Tibull. eleg. 1. lib. 2. *Fuſus & appoſito pollice verſat opus.* Stat. 1. Achilleid. *Et tenuare rudes attrito pollice lanas Demonſtrat.*

37. DVM CESSANT ALIÆ] dum otiantur: nam cultum illum, quem adhibebant Baccho, nihil niſi merum otium videri poſtulat.

COMMENTAQ. SACRA FREQVENT.] quæ non ſunt vera ſacra, quia Bacchus non eſt verus & germanus deus, & ſe filium Iouis mentitur.

38. QVAS PALLAS MEL. D. DETINET] quas detinet in opere ſuo Minerua, quæ eadem cum Pallade, & eſt melior dea; vtiliùs enim miniſtras & cultrices ſuas occupat, in opere manuum ſcilicet.

39. OPVS MAN. VARIO SERM. LEVEMVS] Laborem mutuus ſermo leuat, & tempus fallit: ſilentium contrà grauiorem reddit, facitque tempus videri longum, quantumuis breue etiam; nam qui inter ſe fabulantur, eius moram non ſentiunt. Hinc poſtquam finē fabularum ſuarum fecerit iſta quæ narrabit, quocunque eſt nomine, ſubiunget Poëta: *Deſierat, mediumq́, fuit breue tempus, & orſa eſt Dicere Leucothoë.* Sic & in itinere facundus comes pro vehiculo eſt. Nam & hunc ambulandi laborem ſermonis communicatio leuat mirabiliter.

41. VACVAS REFEREM. AD AVRES] Plaut. Trinumm. *Date vacuas aures.* Et Pſeud. *Fac ſis vacuas, Pſeudole, ædes aurium.* Lucret. lib. 1.

Quin etiam vacuas aures mihi, Memmiada, & te
Semotum a curis adhibe veram ad rationem.

Vacuas aures dant qui promptos ſe & paratos exhibent ad audiendū. Qui, quò minùs audiant, nulla mentis agitatione, negotióue impediuntur. Tales enim, impedit [illegible] nquam, quamuis audientes non audiunt. *Nos aliò mentes, aliò diuiſimus aures*, eſt apud Catullum in carmine nuptiali.

43. NAM PLVRIMA NORAT] Parum laudabile in proba fœmina & graui, noſſe multas nugas, & fabulas. At noſſe benè nere, benè texere, benè educare liberos, benè regere familiam, hæc laudabilia.

44. ET DVBIA [illegible]T, DE TE BABYLON. &c.] Artificioſè, dum dubitantem fingit, hanc ne an illam fabulam narret, per prætermiſſionem breuiter eas fabulas perſtringit.

BABYLONIA DERCETI, &c.] Babylon [illegible] bus Aſſyriorum regibus paulatim ædificata eſt, auctor Herodot. lib. 1. Primus omnium conditor fuit Nebrodes filius Noe, vt tradit Ioſephus l. 1. cap. 5. Zonaras lib. 1. Cedrenus lib. 1. Mœnia conſtruxit Semiramis, arcem Belus. *Derceto* caſu recto, vt *Clio, Sappho, Dido.* Et hoc illi verum nomen. Poëta iure ſuo καταχρηστικῶς fecit *Dercetis, Dercetidos*, metri neceſſitate coactus. In antiquis exēplaribus legi *Derce*, non *Derces*, monet Gyraldus. Syntagm. 1. vbi de dijs Topicis agit, eamque lectionem ex Græcis in Aratum Comment. comprobat, hæc inde verba latinè referens: *Quidam Dercen Veneris filiam dixere, quæ in mare prolapſa, à piſcibus ſeruata eſt: vnde in eius honorem deæ, Syri piſcibus abſtinent.* Meminit Clemens Alexand. Exhortat. ad Gētes his verbis: *Sed nec eorum qui Phœniciam colunt Syrorum, quorum alij quidem columbas, alij verò piſces tam impenſe colunt, quàm Eleum Iouem.* Putat ibidem Gentianus. hanc *Derceto* fuiſſe *Dagon* deum, de quo in lib. Iudicum: ſiquidem Dagon Phœnicum lingua piſcis. Quædam non aliena Crinit. l. 24. cap. 2. Item Laurent. Ramireſius Pentacontarchi c. 21. Eius filia à columba educata fertur. Quare & illæ aues Syris ſacræ. Conſule & Annot. Iacobi Cruquij l. tomo Critic. Venerari piſces & columbas conſueuiſſe Syros, nec paſſos violari, teſtatur & Xenophon lib. 1. ἀναβάσεως. De columbis Tibull. lib. 1. eleg. 7.

Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes
Alba Palæſtino ſancta columba Syro?

46. STAGNA CELEBRASSE] frequentaſſe, frequenter viſiſſe, in ijs ſæpenumero conſpectam eſſe. Longè infrà de veſpertilionibus: *Tectaq́, non ſyluas celebrant.* Veruntamen non repudianda ſcriptura *coluiſſe.*

47. ILLIVS FILIA] Semiramis puta, quæ tranſiuit in columbam.

48. ALTIS IN TVRRIBVS] in quibus libenter nidificant. 1. Triſt eleg. 8.

Aſpicis vt veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas ſordida turris aues.

Adi Pet. Victorium lib. 2. Variar. lect. cap. 15.

49. NAIS AN VT CANTV, &c.] Nympha quædam molles ſibi adoleſcentes quoſdam, cantionibus & herbis in mutos piſces mutauit, tandemque ipſa quoque in piſcem conceſſit.

50. IN TACITOS PISCES] Carēt voce piſces, quia pulmonibus, arteria & gutture carent, vocis officinis atque itinere. Pauci quidam ſonitum, ſtridoremque edunt. Potiſſimùm inter animantes ab eſu piſcium Pythagorei refugiebant, quòd propter ἐχεμυθίαν, & taciturnitatem eos diſciplinæ ſuæ domeſticos agnoſcerent. Plutarch. Sympoſ. lib. 8. q. 8. Idem eſt legere apud Athen. l. 7. Quocirca veteres piſcem quemlibet ἔλλοπα vocabant, quòd vocem nequiret edere. Nam ἴλλεσθαι eſt εἴργεσθαι, cohiberi, ὄψ vox. Fuſiùs hæc Parœmiographus, Prouerbio *Magis mutus quàm piſcis.*

Horat. ode 3. lib. 4.

O mutis quoque piſcibus
Donatura cygni, ſi libeat, ſonum.

In quem locum videto Lambinum, ſi placet. Spirare autem piſces audire & odorari contendit Plin. lib. 9. Natur. hiſt. cap. [illegible]

Mineï-

Mineides propter Bacchum deſpectum, portentorum obiectu veſpertiliones fiunt.

FInis erat dictis: & adhuc Mineïa proles II.
Vrget opus, ſpernitque deum, feſtumque profanat:
Tympana cùm ſubitò non apparentia raucis
Obſtrepuere ſonis, & adunco tibia cornu,
Tinnuláque æra ſonant: redolent myrrhæque, crotique.
Réſque fide maior: cœpere vireſcere telæ,
Inque ederæ faciem pendens frondeſcere veſtis:
Pars abit in vites: & quæ modò fila fuerunt,
Palmite mutantur: de ſtamine pampinus exit:
Purpura fulgorem pictis accommodat vuis.
Iámque dies exactus erat, tempúſque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem:
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repentè quati, pinguéſque ardere videntur
Lampades: & rutilis collucent ignibus ædes:
Falſáque ſæuarum ſimulacra vlulare ferarum.
Fumida iamdudùm latitant per tecta ſorores,
Diuerſæque locis ignes & lumina vitant.
Dúmque petunt tenebras, paruos membrana per artus
Porrigitur, tenuéſque includunt brachia pennæ.
Nec qua perdiderint veterem ratione figuram,
Scire ſinunt tenebræ, non illas pluma leuauit:
Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.
Conatæque loqui, minimam pro corpore vocem
Emittunt: peragúntque leui ſtridore querelas:
Tectáque, non ſyluas celebrant, lucémque peroſæ
Nocte volant, ſeróque tenent à veſpere nomen.

52. ET ADHVC MIN. PROL. VRGET OP.] Cur non deſinunt vrgere opus, inſtare labori? quia, vt ſequuntur, ſpernunt Bacchum, & illi ægrè facere omnimodis nituntur.

54. TYMPANA CVM SVBITO, &c.] Veniunt ad temeritatis & impietatis ſupplicium. Viſæ ſunt audire tympanorum ſtrepitum, & tibiarum cantus, & cymbalorum ſonitus, præterea odores myrrhæ & croci ſentire, quaſi Bacchi ipſius in conclaue aduentantis indicia. Telæ in ederas & vites, fila in palmites, ſtamina in pampinos mutabantur, apparebantque vuæ partim albæ, partim coloratæ. Quæ omnia terrore mirifico animos lanificarum illarum complebant. Suſpicatur Iacobus Crucius Poëtam Auguſto principi, in victoria patris Iulij ex bello ciuili Pompeiano blandiri voluiſſe, dum ad hiſtorias quaſdam, & ad tympana Pergami audita alludit, vt videtur: quarum & Valerius & Plutarchus in Cæſare meminerunt. Ipſemet Iulius hæc in Cõment. *Eo die, quo Cæſar Pompeium in Pharſalia profligauit, Antiochia in Syria bis tantus exercitus clamor & ſignorum ſonus auditus eſt, vt in muris armata ciuitas diſcurreret.* Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occultis & remotis templis, quò præter ſacerdotes adire fas non eſt, quæ Græci *adyta* appellant, tympana ſonuerunt.

63. QVOD TV NEC TENEBRAS, &c.] Hoc, & proximè ſequenti verſu crepuſculum venuſtè περιφράζει. Et quia dubia lux, ideo *crepuſculum. creperum* enim eſt dubium.

65. TECTA REPENTE QVATI, &c.] Maiora prioribus terriculamenta ſuccedunt. Viſa domus concuti, viſa omnia plena ignibus & feris, quę horriſonos vlulatus dabant.

68. IAM DVD. LATIT. P. TECTA SORORES] conſentaneum erat, eas vitæ ſuæ conſulere, ac proinde latebras quærere.

70. PARVOS MEMBRANA PER ARTVS] conuerſio in veſpertiliones, quorum alæ membranæ potiùs ſunt, quàm pennæ, & iſtemet Poëta negat habere plumas. Sed membranæ ipſis loco pennarum ſunt, quibus ſe ſuſtinent in aëre volitantes.

75. Mi

75. MINIMAM PRO CORP. VOCEM EMITT. &c.] vt ſunt paruo corpore, ita & paruam, ſeu tenuem & querulam vocem emittunt, μινυρίζουσι.

77. TECTAQ. NON SYLVAS CELEB.] inter tigna domorum, & in angulis tectorum vetuſtiorum ſe condunt. Syluas non frequentant, quia volucres non ſunt. Huc pertinet apologus de veſpertilione, & fele. Nam cùm prolapſus eſſet in terram, & accurriſſet muſtela eum deuoratura, rogabat ſibi parci. Illa dicente, non poſſe parcere, quòd muribus eſſet inimica; Atqui ego auis ſum, reſpondit veſpertilio. Iterum cùm decidiſſet, & inuaderet denuo muſtela, vitam ſibi donari precabatur. Negan- A te illa, quòd odiſſet omnes aues; Atqui ego, inquit, non auis, ſed mus ſum. Ita euaſit iterum. Docet fabula, mutationem in tempore nonnunquam ſalutarem eſſe.

78. NOCTE VOLANT] non tamen intempeſta nocte, ſed in crepuſculo tantùm: nam vt non ferunt lucem claram, ita nec denſiores tenebras.

SEROQ. TEN. A VESPE. NOMEN] quia nocte ingruente, qui eſt ſerus veſper, circumuolant, ideo nuncupantur veſpertiliones. Fabulam XII. Mineïdum aliter memorat Antoninus Liberalis in Metamorphoſibus ſuis, pag. 21. Venio ad XIII. Fab. Ouidianam.

Iuno etiam Inonem, Semeles ſororem, Bacchi materteram atque educatricem, ſibi diſperdendam decernit. Loca infera, ibíque habitantium ſtudia, & occupationes.

III. *TVM verò totis Bacchi memorabile Thebis*
Numen erat: magnáſque noui matertera vires
Narrat vbique dei: de tótque ſororibus expers
Vna doloris erat, niſi quem fecere ſorores.
Aſpicit hanc natis, thalamóque Athamantis habentem
Sublimes animos, & alumni numine Iuno.
Nec tulit: & ſecum: Potuit de pellice natus
Vertere Mæonios, pelagóque immergere nautas:
Et laceranda ſuæ nati dare viſcera matri:
Et triplices operire nouis Mineïdas alis:
Nil poterit Iuno, niſi inultos flere dolores?
Idque mihi ſatis eſt? hæc vna potentia noſtra eſt?
Ipſe docet quid agam. FAS EST ET AB HOSTE DOCERI.
Quidque furor valeat, Penthea cæde, ſatíſque
Ac ſuper oſtendit. Cur non ſtimuletur, eátque
Per cognata ſuis exempla ſororibus Ino?
Eſt via decliuis, funeſta nubila taxo;
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes:
Styx nebulas exhalat iners: vmbræque recentes
Deſcendunt illac, ſimulacráque functa ſepulcris.
Pallor, hyémſque tenent latè loca ſenta; nouíque,
Quà ſit iter manes, ſtygiam quod ducat ad vrbem
Ignorant: vbi ſit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, & apertas vndique portas
Vrbs habet: vtque fretum de tota flumina terra,
Sic omnes animas locus accipit ille: nec vlli
Exiguus populo eſt, turbámue accedere ſentit.
Errant exangues ſine corpore & oſſibus vmbræ:
Parſque forum celebrant: pars imi tecta tyranni:

Pars

Pars aliquas artes, antiquæ imitamina vitæ
Exercent: aliam partem ſua pœna coërcet.

417. TVM VERO TOTIS, &c.] Tametſi ea Penthei miſerando interitu ſatis numen & potentia Bacchi iam perſpiciebatur, eratque nomen eius apud Thebanos in gloria ſumma, nihilominus ea contemptricum Mineïdum tam deſnmi tranſmutatione, magna eſt facta ad eius venerationem acceſſio. A

418. MATERTERA] Ino regina Thebanorum, Athamantis vxor, & ſoror Semeles matris Bacchi. Quatuor enim filias Cadmus genuit, *Semelem, Inonem, Agauen, & Autonoën*. Fauebat ergo Ino ſororis ſuæ filio, & quàm maximè illum honorari cupiebat; quippe quem & nutriuerat & educarat.

419. DE TOTQ. SOROR. EXPERS V. ERAT] Sola nihil adhuc triſte pertulerat. Nam *Semele* fulminis ignibus interierat, *Agaue* Pentheum, *Autonoë* Actæonem filios amiſerant.

420. NISI QVEM FECERE SORORES] caſus ſororum dolebat tantùm, nondum ſuos.

421. NATIS, THALAMOQ. ATHAM. HAB. SVBLIM. ANIM.] Liberis Learcho & Melicerta, & regio connubio, & Baccho, vt cognato & alumno ſuo ſuperbientem, vt ferebatur iracunda Iuno.

422. ET ALVMNI NOMINE] Qui exiſtimant *alumnus*, & *alumna* non dici de ijs æquè qui alunt, vt de ijs qui aluntur, decipiuntur. Vox eſt tam in actione, quàm in perpeſſione. Auguſt. lib. 7. de Ciuitat. *Priſci Romani multa Ioui indiderunt cognomenta propter multas poteſtates: inter quæ alumnum cognominarunt, quòd omnia ſcilicet aleret.*

423. ET SECVM] ita cogitauit, ita ratiocinata eſt. Virgil. 1. Æneid. de Iunone: *Quum Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus, Hæc ſecum, Mene incepto*, &c.

POTVIT DE PELLICE NATVS, &c.] Adumbrat Ouidius orationem Iunonis apud Maronem, cuius modò principium recitaui: ſimiliterque à comparatione minorum, vt illa, argumentatur. Pro Pallade hîc Bacchus eſt: pro Aiace Oïlei Tyrrheni nautæ, & Pentheus.

DE PELLICE NATVS] contémptiſſimè daſz loſſe hurenkind.

424. VERTERE MÆON. PELAG &c.] Fabula eſt lib. ſuperiore (vbi dictum, quare Mæonij, cùm Itali & Tuſci fuerint potiùs) vt quæ illam ſequitur de lacerato à matre Pentheo.

426. TRIPLICES MINEIDAS] tres, ſeu trinas Minei filias.

NOVIS ALIS] ante id tempus nunquàm viſis; quippe membrana ſeu cartilagine conſtantibus.

427. NIL POTERIT IVNO, NISI, &c.] Iuno ὀμφατικῶς, *quæ diuûm incedit regina, Iouiſq. Et ſoror, & coniux*, &c. Quid autem fecit illi Ino? quem dolorem iuſſit, vt ſua perſona indignum ducat, eam inultam relinquere? nullum, tantùm quia Semeles exitium pectus ſuum nondum exſatiauit, ideo partem odij, pœnarumque ad ſororem deferre neceſſe eſt, aliter fieri neutiquam par eſt.

428. HÆC VNA POTENT. NOSTRA EST?] itáne nihil aliud poſſumus? Sic in fabula Caliſtus, in ſe ipſam εἰρωνικῶς, lib. 2.

O ego quantum egi? quàm vaſta potentia noſtra eſt?
Eſſe hominem vetui: facta eſt dea: ſic ego pœnas
Sontibus impono; ſic eſt mea magna poteſtas.

429. IPSE DOCET QVID AGAM] Præit mihi exemplo Bacchus, & qua Pentheum cæde mactauit, me monet, quid placando furori quoque meo præſtare debeam.

FAS EST ET AB HOSTE DOCERI] A nemine pudere nos debet diſcere quod neſcimus, ſi id vtile ac honeſtum eſt. Socrates ſapientiam vt diſceret, etiam duas mulieres docentes audiuit, Aſpaſiam, & Deotimam. Sed in re bellica prodeſt plurimùm explorare hoſtium conſilia & machinationes, eiſque ipſorum armis euertere.

B 431. CVR NON STIMVLETVR, EAT Q. &c.] Furijs eam exagitandam, perinde vt ſorores, ſtatuit, atque idcirco inferos petit, vt Tiſiphonem Inoni immittat.

433. EST VIA DECLIVIS, &c.] Quatuor verſibus viam ad inferos deſcribit, decliuem eſſe, & taxo ferali ac venenoſa arbore per eam conſita vmbroſam, & perpetuo ſilentio horridam, & ex Stygis exhalationibus nebuloſam, qua animæ corporum iam ſepultorum ad inferos deſcendere conſueuerint. Nam niſi corpora humata eſſent, animas Stygiam paludem tranſire poſſe non credebant.

435. STYX INERS] quia palus. Aqua autem paluſtris eſt immobilis, ſemperque ſtat, ac proinde teteros emittit halitus.

437. PALLOR, HYEMSQ. TEN. L. LOCA SENTA] Infera loca dicit eſſe ſqualida, frigida, ſentibus C obſita.

NOVIQ. QVA SIT ITER MANES, &c.] Vt facilè noui manes vrbem illam infernam inueniant, quæ Diris, ſeu Plutonis eſt regia, innumeri ad eam aditus ſunt, & ex omni parte portas habet; quia ſcilicet morientium, & eò venientium de toto orbe terrarum infinita ſunt loca.

439. NIGRI DITIS] Nigri propter tenebras in quibus verſatur. Quod enim tenebroſum eſt, poëtæ *nigrum* appellant. Quemadmodum porrò ἀπὸ τοῦ πλούτου, à diuitijs Plutonem Græci, ſic Latini ab ijſdem, *Ditem*. Effodiuntur enim opes è terra, & ille ſubterranea regna tenet.

441. VTQ. FRET. DE TOTA FLVM. TERRA, &c.] Ab vndarum fremitu appellari fretum tradit Varro. Quòd nimirum in id æſtus aquarum concurrant, vnde ferueſcat, ſicut aqua in aheno. *Freta æſtuoſa* Horat. ode 7. lib. 2. D

Te rurſus in bellum reſorbens
Vnda fretis tulit æſtuoſis.

Lib. 1. flumina partim terra abſorberi in ipſo curſu, partim in mare deuolui ait. Sed quamuis nonnulla humo abſorbeantur, tamen alibi rurſus emergunt, & in mare feruntur. Perinde inferna illa capacitas omnibus animabus; & vt mare quibuſuis fluminibus, ita illa turbis & populis accipiendis ſufficit, nec impletur, aut redundat vnquam. Cur tot fluminum illapſu mare non creſcat; Phyſiologi cauſſam hanc afferunt, quòd aquæ omnes è mari ortæ, per abditos terrarum meatus in ipſam reuoluantur. Ariſtotel. 2. Meteor. *Mare putant principium omnis humoris & aquæ, ideóque, fluuios non ſolùm in hoc, ſed ex hoc*

fluere

fluere aiunt. Seneca 3.Natural. quæſt. *Maria non creſcunt, quia quicquid influxit, non in ſuum vertunt, ſed protinus reddunt: occulto enim itinere ſubeunt terras*. Adde his Lucret.lib.6.

Debet, vt in mare de terris venit humor aquai,
In terras itidem remeare ex æquore ſalſo.

Plures rationes ibidem adducit, *augmen cur neſciat æquor*. Claudian.1.in Rufio. eius inexplebilem auaritiam παραβολικῶς declarans:

Ac velut innumeros amnes accedere Nereus
Neſcit, & vndantem quamuis hinc hauriat Iſtrum,
Hinc bibat æſtiuum ſepteno gurgite Nilum,
Par ſemper ſimiliſq; manet: ſic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit, &c.

444. ERRANT EXSANG. S. CORP. ET OSSIB. VMBRÆ.] Lib.10. *Leues populi, & vmbræ*; vbi plura annotabimus, in Fabula de deſcenſu, & cantu Orphei apud inferos. Hinc locum non occupant, quia corporibus & oſſibus vacant. Nun itaque mirum loca illa infera capiundis tot animarum centenis millibus ſufficere.

445. PARSQ. FORVM CELEBRANT, &c.] Non rarò hac voce, notione non vulgari Naſo vtitur. *Celebrare* non tantùm eſt boneſtare ac laudare & ornare: ſed etiam frequenter obire, ſæpiùs aliquid agere & tractare. Cic. pro Cælio: *An is ideo viam muniuit, vt tu eam alienis viris comitata celebrares?* Inde *locus celebris*, cui opponitur *infrequens, ſolus, deſertus*.

Quandam quaſi remp. Plutonicam apud inferos conſtituit, cuius rector & princeps Pluto: populus autem numeroſiſſimus, id quod proxima comparatione tot fluminum aquas ſuas in mare deuehentium demonſtrauit. Ex eo tam magno populo criminoſi cruciantur pœnis, & carceribus ſuis detinentur; innoxij partim primorum, ac patriciorum vitam viuunt, occupationibus oneroſis ſolutam, & ſordidioribus negotijs planè liberam, aulamque ac ſpectacula obeunt, & cauſſas actitant. A
Sunt item qui opificia ſua, quomodo in hac vita, exerceant. Tetigit hocce commentum de ſimilibus poſt mortem ſtudijs & artibus apud inferos Virgil. quoque in 6. Æneid. quod ad artem militarem, & curam equorum alendorum attinet: has enim, vt nobiliores, præ alijs nominandas putauit:

. ——— *Quæ gratia currûm*
Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitentes
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

Et eſt iſtud vnũ de myſterijs Platonicis, cuius ſecretiam in Symbolis noſtris, à Rhodigino admoniti adduximus. At enim, quo pacto, ſi manes illi corporibus admiſti nõ ſunt, & vmbræ tantùmodo ſunt, artes aliquas, ſibi, dum hîc viuerent, conſuetas exerceor, cùm illæ artes ſine membrorum corporumque miniſterio exerceri nequeant? Nam quis, verbi gratia, calceariam, aut figlinam, aut fabricam ferrariam, aut ſutrinam veſtiariam ſine manibus fecerit? B Dicendum; quod aliàs dixiſſe meminimus, poëtarum narrationes non eſſe nimiùm examinãdas & diſcutiendas, quibus quidlibet audere fas ſemper fuit, & erit. Deinde vetuſtatis errorem in hoc quoque ſecuti ſunt, de quo ita diſſeruit 1. Tuſcul. M. Tullius: *In terram enim cadentibus corporibus, hiſq; humo tectis, ſub terra cenſebant reliquam vitam agi mortuorum. Quam eorum opinionem magni errores conſecuti ſunt, quos auxerũt poetæ*, &c. *Tantumq; valuit error, qui mihi quidem iam ſublatus videtur, vt corpora cremata cùm ſcirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quæ ſine corporibus fieri nec poſſent, nec intelligi. Animos enim per ſe ipſos viuentes non poterant mente complecti: formam aliquam figuramq; quærebant*. Et paucis interiectis: *Has tamen imagines loqui volunt; quod fieri nec ſine lingua, nec ſine palato, nec ſine faucium, laterum, pulmonum vi & figura poteſt. Nihil enim animo videre poterant; ad oculos omnia referebant*. Hæc Cicero.

Deſcenſus Iunonis. Furiæ excubantes. Quorundã, & diuerſi cruciatus. Petitio deæ, de Athamante Inûs marito furiando. Tiſiphones promiſſa.

IV.
SVSTINET ire illuc cæleſti ſede relicta,
(Tantum odijs iræque dabat) Saturnia Iuno.
Quò ſimul intrauit, ſacróque à corpore preſſum
Intremuit limen: tria Cerberus extulit ora,
Et tres latratus ſimul edidit. illa ſorores
Nocte vocat genitas, graue & implacabile numen.
Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant:
Déque ſuis atros pectebant crinibus angues.
Quam ſimul agnorunt inter caliginis vmbras,
Surrexere deæ, ſedes ſcelerata vocatur.
Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouémque
Iugeribus diſtractus erat. tibi, Tantale, nullæ
** Deprenduntur aquæ: quæque imminet, effugit arbor.* *Deprædantur
Aut petis, aut vrges ruiturum, Siſyphe, ſaxum.

Voluitur

Voluitur Ixion, & ſe ſequitúrque fugitque.
Molirique ſuis lethum patruelibus auſæ
Aſſiduè repetunt, quas perdant, Belides, vndas.
*Quos omnes facie poſtquam Saturnia * torua* *torta
Vidit, & ante omnes Ixiona: rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens, Cur hic è fratribus, inquit,
Perpetuas patitur pœnas? Athamanta ſuperbum
Regia diues habet, qui me cum coniuge ſemper
Spreuit: & exponit cauſſas odijque, viæque,
Quidque velit. quod vellet, erat, ne regia Cadmi
Staret: & in facinus traherent Athamanta furores.
IMPERIVM, PROMISSA, PRECES CONFVNDIT IN VNVM:
Sollicitátque deas. Sic hæc Iunone locuta,
Tiſiphone canos, vt erat turbata, capillos
*Mouit: & extantes deiecit ab ore * colubros:* * colubras. g ſam. vt infrà
Atque ita, Non longis opus eſt ambagibus, inquit;
Facta puta, quæcunque iubes. inamabile regnum
Deſere, téque refer cæli melioris ad auras.
Læta redit Iuno; quam cælum intrare parantem
** Roratis luſtrauit aquis Thaumantias iris.* *Rorifera

448. SVSTINET IRE ILLVC CÆLESTI S. RELICT] 4 Faſt. *Nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet.* Sueton. Calig cap. 30. *Hanc vt crudeliſſimam cædem & defleuit edicto, & eos qui ſpectare ſuſtinuiſſent, exſecratus eſt.* Fabius lib. cap. 4. *Non enim huius rei iudicium differre ſuſtineo.* Miratur Poëta hoc iter Iunonis ex adiunctis, *illuc.* &c, *cæleſti ſede,* &c, *Iuno.* Illuc, in loca tam tetra, caliginoſa, horrentia; ex ſede lucidiſſima, amœniſſima, & omnis iucunditatis pleniſſima; ipſa dea, & Saturni filia, Iouis ſoror & coniux.

449. TANTVM [illegible] DIIS IRÆ Q. DABAT] Sibimet reſpondet, tantum valuiſſe odium & iram aduerſus Inonem, vt iſta cogitare negligeret, & nec loci, nec dignitatis ſuæ rationem haberet. Lib. 1. Æneid. in Æoliam venire, & regulo ventorum ipſa deûm regina ſupplicare non dedignatur. Aſt hic quiddam longè alienius à maieſtate & auctoritate ſua committit, cùm cælo relicto ad ima tartara deſcêdit, & à Tiſiphone Furia opem auxiliúmque ad cupiditatem ſuam explendam expoſcit. Eſt autem in his verbis epiphonema, vt [illegible] Æneid. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.* Et Lucret. lib. 1. *Tantum religio potuit ſuadere malorum.*

450. SACROQ. A CORP. PRESSVM CONTREM. LIMEN quaſi intrantis diuinitatem ſentiret. Sic in apotheoſi Herculis lib. 9. cùm Iupiter illum quadriiugo curru radiantibus aſtris intuliſſet, *Senſit Atlas pondus.* Faſt. 4. de Ioue Elicio in Auentinum veniente:

Conſtat Auentinæ tremuiſſe cacumina ſyluæ,
Terraq; ſubſedit pondere preſſa Iouis.

De Ænea quoque, vt viro magno, & heroï incomparabili ad inferos Sibylla duce nauigatu[illegible] *gemuit ſub pondere cymba,* Virgil. lib 6.

45[illegible] TRIA CERBERVS EXTVLIT ORA] Inde *trigeminus.* Virg. 4. Georg. *Tenuitq; inhians tria Cerberus ora.* [illegible] a, ſeu capita, ſunt *canis, leonis, lupi,* de quo-

A rundam ſententia. Horat. tamen ode 13. lib. 2. *Belluam centicipitem* dixit. Vide Natalem lib. 3. Mytholog. cap. 5. Dicemus plura lib. 9. vbi Hercules plures ſuos labores memorat. Homerus primus, (vt tradit Pauſan. in Laconicis) *Ditis canem* appellauit: neque nomen ei proprium impoſuit, neque de eius figura quidquam eſt fabulatus, vti de Chimæra. Poſteriores & *Cerberum* appellarunt: & cùm cæterà cani feciſſent ſimilem, tria dixerunt capita habere.

452 ET TRES LATRATVS SIMVL EDIDIT] Virgil. 6. Æneid.

Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci
Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro

Cernis Ouidium & Maronem vnius generis, hoc eſt tria canina capita Cerbero tribuere, ſiquidem omnia ſimul latrabant, & latratus trifaux fuit. Latrare autem canum, vt rugire leonum, vlulare lu-
B porum eſt.

453. S[illegible]ORES NOCTE VOCAT GENITAS] *Furiæ, Erinnyes, Eumenides* eædem ſunt, miniſtræ Iouis ſuperi atque inferi in ſontibus cruciandis ac diſflagellandis; Noctis & Acherontis filiæ, de quibus lege Natalem lib. 3. Mythol. cap 10. Sunt autem Furiæ [illegible]es: *Alecto, Tiſiphone, Megæra.* Ad Alecto Iuno 7. Æneid.

Hunc mihi da proprium, virgo ſata nocte, laborem,
Hanc operam: ne noſter honos, inf[illegible] ac[illegible]
Fama loco.

Ad diſ[illegible] ferendam, bellúmque inter [illegible]nos [illegible] Troianos excitandum illam exacuit: eſtque illi narratio[illegible] Maronianæ de eius deæ ad inferos deſc[illegible] & c[illegible], & habitu Fu[illegible]æ hæc Ou[illegible]ana deſcriptio [illegible] quodammodo g[illegible] & ex eodem, quod aiunt, ouo. Ac mihi perquam veriſimile fit, poëtam noſtrum in hac inferorum pœnarúmque ibi vigentium commemoratione Virgilianum pro-

torypon velut ante oculos ſibi propoſuiſſe, & ad id manum penicillumque ſuum duxiſſe.

454. CARCERIS ANTE FORES SEDEB.] Tanquam cuſtodes incluſorum. Virgil. 6. Æneid.

Tiſiphoneq́ ſedens palla ſuccincta cruenta,
Veſtibulum inſomnis ſeruat noctesque, dieſque.

CLAVSAS ADAMANTE] firmiſſimis ſeris, tanquam adamantinis.

455. DE QVIS ATROS PECTER. CRINIB. ANG.] Orpheo in hymnis, ὀφιοπλόκαμοι. Tibull. lib. 1. eleg. 3. *Tiſiphoneq́ impexa ferox pro crinibus angues.* Virgil. 4. Georg. *Cæruleoſq́ implexæ crinibus angues Eumenides.* Præter ſerpentes crinibus implicatus, etiam faces, & flagella, & pallæ cruentæ Furijs dantur, & vetulæ finguntur. Infrà:

Tiſiphone canos, vt erat turbata, capillos
Mouit, & extantes deiecit ab ore colubros.

De face quoque in ſequentibus: *Madefactam ſanguine ſumit Importuna facem.* De flagellis Virgil. 6. *Continuò ſontes vltrix accincta flagello Tiſiphone quatit inſultans.*

457. SVRREXERE DEÆ] Aſſurgendum maioribus, quantò magis numinibus? atqui & ipſæ deæ, & numina, ſed extrema, & nullius pretij.

SEDES SCELERATA VOCATVR] Virgil. *Sceleratum limen.* Tibull. lib. 1. Eleg. 3.

At ſcelerata iacet ſedes in nocte profunda
Abdita, quam circum flumina nigra ſonant.

Sedes illa, vbi ſupplicia expendunt ſcelerati, ideo *ſcelerata* dicitur, vt apud Liuium vicus, vbi Tullia per patris Seruij Tullij regis corpus carpentum egiſſe fertur, partemque ſanguinis, ac cædis paternæ cruento vehiculo, contaminata ipſa reſperſaque tulit ad penates ſuos, virique ſui, *ſceleratus* eſt nuncupatus, lib. 1. Annal. propter ſcelus à ſceleratiſſima filia ibidem perpetratum. Vocabuli huius vim & vſum in alijs quoque, vt, *caſtra ſcelerata, porta ſcelerata, campus ſceleratus, arena ſcelerata* explicat Lud. Cerdius in eclog 9 pag. 143.

458. VISCERA PRÆBEB. TITYVS LANIANDA, &c.] Enumerantur nunc aliqui diſtinctè, indicantúrque eorum ſupplicia quæ luebant, alius hac, alius alia de cauſſa. Sed has exponere, ne longum faceret, poëta noluit. Idē de Tityo Tibul. eleg. 3. l. 1.

Porrectuſq́ nouem Tityus per iugera terræ
Aſſiduas atro viſcere paſcit aues.

Luculentiſſimè autem omnium Virgilius libr. 6. Æneid.

Nec non & Tityum terra omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, roſtroq́ immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens, fœcundaq́ pœnis
Viſcera, rimaturq́ epulis, habitatq́ ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.

PORRECTA NOVEM P. IVGERA TERRÆ] Idem Virgil. 6. *Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur.* Locuti ſunt ὑπερβολικῶς admodum, dum *plethra nouem*, per quæ illum extenſum dicit 9. Odyſſ. Homerus, verterunt *nouem iugera*, græcam vocem fugientes. Etenim *iugera nouem*, pedes bis mille centum ſexaginta continent, plethra totidem nongentos duntaxat. Vide Commentar. Raderi noſtri ad Martialem lib. Spectacul. pag. 19 & 20. Quanta corporis longitudine fuiſſe hunc *Tityum* oportet, ſi per tot iugera extenſus & ligatus iacuit? Latonam, aut Dianam expetiiſſe ad ſtuprum, &

A ideo Apollinis ſagittis perijſſe fabulantur. Natalis lib. 6. Mythol. cap. 16. Et aduentus quidem Iunonis nullam inferis lætitiam attulit, nec intermiſſa ſunt ſupplicia. E diuerſo cùm apud Claudian. 2. Proſerpina ſponſa à Plutone adducitur, incredibilibus manes gaudijs exultant, epuliſque & cantibus vacant, tormenta ceſſant, gratulationibus plena ſunt omnia.

459. TIBI TANTALE NVLL. DEPREND. A] Duplicem *Tantali* pœnam affert, perpetuæ ſitis & famis. Mento enim tenus immerſus aquis, cùm bibere volt, recedunt aquæ: & cùm ſe ad poma eius capiri ex arbore in ripa conſita imminentia capranda erigit, recedunt poma. Deorum enim menſæ adhibitus (qua de re filia eius Niobe gloriabunda lib. 6.
B *Cui ſoli licuit Superorum tangere menſas*) ſermones eorum, quos imprimis celatus oportebat, enuntiauit. Vide Ciofanum. Alibi noſter

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Lege inſuper Natalem lib. 6. cap. 18. Scripturam ex codicibus Palatinis emēdat Gebhardus in Crepundijs, legitque *Depradantur aqua*, vt ſit vtriuſque formæ hoc verbum, agendi, puta, & patiendi, & Tantali immenſa atque inflammatiſſima ſitis exprimatur, qui tanquam auidiſſimus prædo vndas captarit. Ingenioſa emendatio.

AVT PETIS, AVT VRGES R. SISYPHE SAX.] Damnatum hac pœna, voluendi in montis verticem ſaxi, quod ſemper relaberetur, nec vlla vi retineri poſſet, quòd Iouis adulterium cum Ægina
C Aſopi filia ipſi Aſopo prodidiſſet, ſcriptum à mythologis ex Pauſania in Corinthiacis, & Homero Odyſſ. λ. Videndus Natalis lib. 6. Mythol. cap. 17. Propert. lib. 2. eleg 12.

Vel tu Siſyphios licet admirere labores,
Difficile vt toto monte volutet onus.

461. VOLVITVR IXION, ET SE SEQ. FVG.] Nihil hoc argutius, aut ingenioſius legi, cum eruditis affirmaſſe Muretum teſtatur Ciofan. Res eius perſequitur Natalis lib. 6 cap. 16. Et peccatum, & præmium huius amplectitur vno diſticho Tibullus lib. 1. eleg 3.

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi,
Verſantur celeri noxia membra rota.

463. MOLIRIQ. S. LETHVM PATRVEL. AVSÆ, &c.] Ab auo Belo *Belides*, nam pater audiuit *Danaus*, Ægypti frater; cuius filios, patrueles ſuos, quibus à
D patruo coactæ erant nubere, prima nocte iugularunt. Sola *Hypermneſtra* Linceo pepercit. Natalis l. 9. c. 17. Tibul. lib. 1. eleg. 3.

Et Danai proles, Veneris quòd numina læſit,
In caua Lethæas dolia portat aquas.

464. QVAS PERDANT VNDAS] Nam in vas, ſeu dolium pertuſum eas ingerunt, nec vnquam illud implere poſſunt. Lib. 10. dicemus amplius.

465. FACIE TORVA VIDIT] Quanquam in medijs cruciamentis, ſceleſtos tamen, & quæ patiebātur meritus. *Torta* Poëtam ſcripſiſſe arbitratur idē, quem ſuprà nominaui, Crepund. lib. 2. cap. 16. hoc eſt limo & obliquato vultu ſpectauit. Nam deorum dearumq; maieſtas non indulgebat indignis illis monſtris, & pœnis aſpectum. Vel quia mulieres curioſæ, & ſemper contra vetitum nitentes ſunt, non poterat non limè reſpectare Iuno. &c. Coniectura probabilis.

466. ET ANTE OMNES IXIONA] vt pote, quod A indigniſſimum fuit, ad eam ab eo interpellata.

467. CVR HIC E FRATRIS &c.] Siſyphus & Athamas Æoli filij, & fratres fuerunt. Oratio eſt Iunonis ad Furias.

469. QVI ME CVM CONIVGE S. SPREVIT] Cum Inone, quam Nephele ſuperinduxit, & ex ea *Learchum* ac *Melicertam* ſuſcepit, cùm ex priore *Hellen* & *Phryxum* genuiſſet. Non aliter ſpreuerant illam, quàm Troianorum illæ reliquiæ, capto & euerſo Ilio in Italiam nauigantes, de quibus ait apud Maronem: *Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.* Conuenit in huiuſcemodi accuſatores, quod eſt apud Siracidem Eccleſiaſtici cap. 13. *Diues iniuſtè egit & fremet; pauper autem læſus tacebit.*

470. E. EXPON. CAVSS. ODII Q. VIÆ Q. &c.] Tria eas docet. Cur oderit Athamantem, & vxorem B eius. Non aliam habuit odij ſui cauſſam, niſi quòd Ino eſſet Bacchi matertera (quem tantum potuiſſe contra contemptores ſuos dolebat) & ſoror Semeles pellicis ſuæ. Propter Inonem verò ipſum quoque Athamantem oderat. Secundo loco docet quare ad inferos venerit: nempe, vt ibi de puniendis quos odiſſet cum Furijs ageret. Tertio loco, quid vellet. Voluntatem eius Poëta declarat; Cadmi domum & familiam penitus extingui cupiebat: quod futurum eſſet, ſi Athamas in rabiem ab ipſis ageretur.

473. IMPER. PR. MISSA PRECES CONF.] Partim imperabat furijs, partim eas demiſſè rogabat, & promiſſa coniungebat, quæ cum imperijs non bene iungerentur. Nam qui imperant, nihil promittunt imperata facturis: ſed qui rogant. Cum enim C id iure ſuo faciant, non coguntur preces admiſcere, ſed minas potiùs. Quanquam & Iupiter lib. 2. rogans Phœbum, ne implacabili obſequens iracundiæ, ob Phaëthontem filium percuſſum, mundo in poſterum lumina ſua neget; precibus quoque minas regaliter addit.

475. CANOS, VT ERAT TVRBATA CAPILL.] Crinibus immixtos angues gerebat, qui turbati, diſiecti, incompoſiti erant vnà cum capillis. *Capillos* bis accipiendum, vt erat turbata capillos *ἀντὶ τοῦ ἀκροχειρᾶς*, monit, agitauit eoſdem capillos. Caput concuſſit.

476. ET EXTANT. DEFECIT AB ORE COLVB.] prominentes, & ſe circum os eius vibrantes ſerpentes, loquentemque impedientes remouit. Apiùs ex m. *ſic reiecit.*

A 477. NON LONG. OP. E. AMBAGIS.] Optatiſſimum, & reuerentiæ atque obedientiæ plenum reſponſum. Non opus eſt me multa facere verba, expediam paucis.

478. FACTA PVTA, &c.] pro iam facto & confecto habe, quod iubes. Nam *tua iuſſa capeſſere fas eſt.* Terent. *Factum puta.* Verbum eſt certiſſimam operam promittentis.

IN AMABILE REG. DESERE] Quare *inamabile*, ex antè dictis fit apertiſſimum. Hadrianus Auguſt. moribundus hos fecit verſiculos, auctore Spartiano:

Animula vagula blandula,
Hoſpes comesq; corporis,
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula?
Nec, vt ſoles, dabis iocos.

B Quanquam myſterium hìc fortaſſe lateat, vt *inamabile regnum* dixerit quo ſenſu Virg. Stygiam paludem *inamabilem*, κατὰ amoris στέρησιν, vt Buſiridem *illaudatum* κατὰ laudis στέρησιν. Videndus Gell. lib. 2. cap. 6. Noct. Attic.

479. TEQ. REFER CÆLI MEL. AD AVRAS] Cælum quoddam dat Elyſijs, & quidem peramœnum ac ſalubre P. Virgil in 6. Æneid.

Largior hic campos æther & lumine veſtit
Purpureo, ſolemq; ſuum ſua ſidera norunt.

Aſt Ouidius damnatis inſalubre ac triſte prorſus. Quamobrem hortatur Tiſiphone Iunonem, vt valetudini ſuæ conſulens, quamprimùm è locis teterrimis abeat.

480. LÆTA REDIT IVNO] quia votorum compos.

C 48[illegible] RORATIS LVSTRAVIT AQVIS] inquinata & polluta erat Iuno acceſſu illo ad inferos, loca fœda & impura, & colloquio cum Furijs, aſpectuque rerum tam horribilium. Neceſſe fuit igitur ab Iride aquæ aſperſione purgari priùs, quàm cælum, vbi nihil eſt loci pollutis, ingrederetur. Aquæ vim omnes labes purgandi veteres tribuebant. Expiationem hanc his verbis elocutus eſt Maro lib 6.

Idem ter ſocios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:
Luſtrauitq; viros,

THAVMANTIAS IRIS] Virginem Thaumanteam nominat lib. 10. *Thaumantis filiam eſſe dictam* ait Cicero 3. de nat. deor. *quia ſpeciem habeat admirabilem.* παρὰ τὸ θαυμάζω nempe. Plura dicta lib. 1. ſuper illo *Concipit iris aquas.*

Quibus armata rebus, & quo comitatu Tiſiphone ad Athamantem & Inonem aduenerit, & quomodo ambos furentes effecerit.

482. NEc mora: *Tiſiphone madefactam ſanguine ſumit* V.
Importuna facem, fluidóque cruore rubentem
Induitur pallam, tortóque incingitur angue;
485. *Egreditúrque domo. Luctus comitatur euntem,*
Et Pauor, & Terror, trepidóque Inſania vultu,

Limine conſtiterat: poſtes tremuiſſe feruntur
Æolij, pallórque fores inſecit acernas:
Sólque locum fugit. monſtris exterrita coniux:
Territus eſt Athamas: tectóque exire parabant.
Obſtitit infælix, aditúmque obſedit Erinnys
Nexáque vipereis diſtendens brachia nodis,
Cæſariem excuſſit: motæ ſonuere colubræ.
Párſque iacent humeris, pars circum pectora lapſæ
Sibila dant, ſaniémque vomunt, linguíſque coruſcant.
Inde duos medijs abrupit crinibus angues,
Peſtiferáque manu raptos immiſit. At illi
Inoóſque ſinus, Athamanteóſque pererrant,
Inſpirántque graues animos, nec vulnera membris
Vlla ferunt: MENS EST, QVÆ DIROS SENTIAT ICTVS.
Attulerat ſecum liquidi quoque monſtra veneni,
Oris Cerberei ſpumas, & virus Echidnæ:
Erroréſque vagos, cæcæque obliuia mentis,
Et ſcelus, & lacrymas, rabiémque, & cædis amorem,
Omnia trita ſimul: quæ ſanguine mista recenti
Coxerat ære cauo, viridi verſata cicuta.
Dumque pauent illi: vertit furiale venenum
Pectus in amborum, præcordiáque intima mouit.
Tum face iactata per eundem ſæpiùs orbem,
Conſequitur motis velociter ignibus ignes.
Sic victrix, iuſſique potens, ad inania magni
Regna redit Ditis: ſumptúmque recingitur anguem.

482. NEC MORA] Extemplò, mox vt Iuno diſceſſit.

MADEF. SANG. SVMIT IMPORT. FACEM] Immodeſtè & importunè comprehendit facem ſanguine madentem & fluentem. Seneca in Medea:

Quem quærit, aut quò flammeos ictus parat?
Aut cui cruentas agmen inferum faces
Intentat?

483. FVIDOQ. CRVOR. RVBENT. INDVIT. PALLAM] Virgil. 6. *Tiſiphone palla ſuccincta cruenta.*

484. TORTOQ. INCINGITVR ANGVE] Serpens tortuoſus adhibetur pro cingulo.

485. LVCTVS COMIT. EVNT. ET PAVOR, &c.] comites eius erant quatuor, qui ſolent adeſſe videlicet furioſis. Sunt enim triſtes, lugentium in morem, pauent, tremunt, inſaniunt, beſtiarum concitatarum ſimiles. Sic lib. 12. à Marone Marti comites adduntur *Formido, Ira, Inſidiæ*, quoniam in bello horum vſus eſt. Statius Thebaid. lib. 1.

——— *Comunt furor iraq; criſtas,*
Frena miniſtrat equis pauor armiger, at vigil omni
Fama ſono varios rerum ſuccincta tumultus
Antevolat currum.

487. LIMINE CONSTITERAT] ad limen regiæ venerat.

POSTES TREMVISSE FERVNTVR] Suprà de Iunone ad Stygem veniente: *Quò ſimul intrauit, ſacroq; à corpore preſſum Cõtremuit limen.* Verùm illic ob maieſtatem accedentis, quam viſum eſt reuereri: hîc

A autem ob horrorem & diritatem venientis poſtes tremuerunt, & expalluerunt fores, & ſol ipſe fugit, aſpectum furiæ tam terrificum minimè ferens. Scita exaggeratio.

488. FORES ACERNAS] ex acere arbore, quam Plin. lib. 16. hiſt. Natur. cap. 15. operum elegantia, & ſubtilitate cedro (ſiue citro, vt alij legunt) ſecundam eſſe ſcribit; & decem eius genera recenſet.

489. MONSTRIS EXTERRITA CONIVX, &c.] Magnum aliquod malum hoc viſo ſibi metuentes fugam parabant Athamas, & Ino. Sed Tiſiphone in porta obſtitit; nec quenquam aut exire, aut intrare paſſa eſt.

492. NEXAQ. VIPER. DISTEND. B. NODIS, &c.]
B Brachia quoque ſerpentinis nexibus implicata habebat, quæ extendit, vt ſe egreſſum & ingreſſum impedituram ſignificaret. Excuſſit item cæſariem, ſiue caput agitauit. Vnde aliquot in humeros, aliquot in pectus ciderunt, atque hi quid fecerint, mox narrat.

495. SIBILA DANT, SANIEMQ. VOMVNT, &c.] Lib. ſuperiore de ſerpente Cadmæo, *horrendaq; ſibila miſit*, genere neutro, quod notandum. Subierant Ouidio hæc ſcripturo verſus è 2. Æneid. de ſerpentibus, Laocoonta cum filijs inuadentibus, ac depaſcentibus: *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.* Vbi Sibila adiectiuum eſt. Et infrà: *Perfuſus ſanie vittas, atroq; veneno.*

LINGVISQ. CORVSCANT] Lib. 3. *Treſq; micant lingua.*

anguæ. Et [illegible] Georg. 3. *Linguis micat ore triſulcis.* Vibratu enim [illegible] & c[illegible]catione tres videri facit.

497. R[illegible]PTOS IMM[illegible]T] vtrique vnum.

499. INSP[illegible] ATQ. GRAVIS [illegible]NIMOS, &c.] Effectus ſerpent[illegible] Non mordebant, ſed animos angoribus, mœroribus, & acerbiſſimis cogitationibus cumulabant. Sic Venus offenſa Lemnijs, angues per [illegible]mos iacit, & inter coniuges diſſidia, atque alienationes voluntatum grauiſſimas ſerit Thebaid. lib. 5.

501. ATTVLER. SECVM LIQVIDI QVOQ. &c.] Prima quaſi *δόσις*, vt Medici vocant, fuerunt duo ſerpentes in ambos coniecti, ad furorem illis pariendum. Altera ex varijs ſimplicibus eſt compoſita, quam æquè in illorum pectora conijcit. Et oſtendit ſimul, quomodo hanc *δόσιν*, vt quædam pharmacopœa, ſtudioſè parauerit.

502. ORIS CERBEREI SPVMAS] De ſpuma Cerberi lib. 7 cùm per ſpecum Tænaro vicinum ab Hercule ab inferis educeretur ad ſuperos, vbi primam hanc lucem ſenſerit, vomuiſſe, & ex eo vomitu àtque ſpuma aconitum, herbam venenoſam extitiſſe. Teſtis laudatur & Strabo lib. 8. Geogr.

ET VIRVS ECHIDNÆ] *Echidna* Græcis, Latinis *vipera*, de qua legatur Rhodiginus lib. 6. Antiquar. Lect. cap. 13. & 16. Apud Heſiodum in Theogon. biforme monſtrum eſt, virginem & ſerpentem referens.

503. ERRORESQ. VAGOS] liberè vagandi cupidinem. Huc illuc, quò fert impetus, diſcurrunt amentes & lymphati.

CÆCÆQ. OBLIVIA MENTIS] Et ratio, & memoria in furioſis ſopiuntur. A

504. ET SCELVS, ET LACRYMAS, &c.] Scelera patrant, quæ tamen, quoniam conſilio & ratione non fiunt, in veris ſceleribus numerari non poſſunt. Flent etiam vt pueri, & rabiunt vt canes, & ſe lædentes prælertim interficiunt. Hæc omnia triuerat, & commiſta in olla ærea coxerat; & ne quid ad vim huius pharmaci deeſſet, radicula de cicuta ea diligenter in olla verſauerat. Cicutam in herbis & medicamentis mortiferis haberi cùm certum ſit, Horat. tamen Ep. 2. l. 2. medicinam inde inſanis facit. *Quæ poterunt vnquam ſatu expurgare cicutæ?* Adi Turneb. lib. 12. Aduerſar. cap. 8.

509. TVM FACE IACTATA PER EVNO. &c.] Hoc tertio loco fecit Tiſiphone, rotauit facem aliquoties, ritu quodam magico, ſumma celeritate, vt circulus, ſeu orbis vnus & igneus appareret.

B 511. SIC VICTRIX] Virgiliano more, nam is vocem *victor* ſæpiùs eo ſignificatu ponit, quo voti compos: qui, inquam, quod voluit effecit & obtinuit. Sed & ipſe Ouid *κατ᾽ [illegible]* ſtatim ſubdit: *Iuſſiq. potens.* Lucret. lib. 1. *Vnde refert nobis victor quid poſſit oriri, Quid nequeat.*

AD INANIA REGNA DITIS] quippe, vbi nihil niſi *exſangues ſine corpore & oſſibus vmbræ*, vt ſuprà dixit. Virgil 6. *Vmbrarum hic locus eſt* Ibid. *Perq. domos Ditis vacuas, & inania regna.* Vbi tantùm *inane vulgus.* Sic animas illic morantes vocat Stat. 1. Thebaid.

512. SVMPTVMQ. RECINGITVR ANGVEM] Suprà, *Tortoq. incingitur angue.* Hunc igitur anguem, quem ad tempus aſſumpſerat, reuerſa deponit, & ab ſe recingit.

Athamas Learchum infantem ſuum ad ſaxum allidit: cum altero paruulo, Melicerta, ſe de ſcopulo in mare abijcit Ino. Rogatu Veneris à Neptuno dijs marinis accenſentur.

VI.

PROTINVS Æolides media furibundus in aula
Clamat, Iô comites, his retia tendite ſyluis:
*Hic modò cum gemina viſa eſt * mihi prole leæna:*
Vtque feræ, ſequitur veſtigia coniugis amens:
Déque ſinu matris ridentem, & parua Learchum
Brachia tendentem rapit; & bis térque per auras
More rotat fundæ, rigidóque infantia ſaxo
Diſcutit ora ferox. tum denique concita mater,
Seu dolor hoc fecit; ſeu ſparſi cauſſa veneni,
Exululat: ſparſiſque fugit malè ſana capillis:
Téque ferens paruum nudis, Melicerta, lacertis,
Euoe Bacche ſonat: Bacchi ſub nomine Iuno
Riſit, &, Hos vſus præſtet tibi, dixit, alumnus.
Imminet æquoribus ſcopulus: pars ima cauatur
Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus vndas:
Summa rigent, frontémque in apertum porrigit æquor.

*modò Ex repetitione aduerbij ſermo aptior furentis.

Occu-

Occupat hunc VIRES INSANIA FECERAT;*Ino.*
Sēque ſuper pontum nullo tardata timore
Mittit, onúſque ſuum. percuſſa recanduit vnda.
At Venus immeritæ neptis miſerata labores,
Sic patruo blandita ſuo eſt: O numen aquarum,
Proxima cui cælo ceſſit, Neptune, poteſtas:
Magna quidem poſco: ſed tu miſerere meorum,
Iactari quos cernis in Ionio immenſo:
Et dijs adde tuis. aliqua & mihi gratia ponto eſt:
*Si tamen in medio quondam * concreta profundo*
Spuma fui, gratúmque manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti Neptunus: & abſtulit illis
Quod mortale fuit: maieſtatémque verendam
Impoſuit: noménque ſimul, faciémque nouauit:
Leucotheáque deum cum matre Palæmona dixit.

*conflata

513. PROTIN. ÆOLID. M. FVRIBVNO.] Priùs regem, deinde reginam furijs agitatam deſcribit. Quòd in vxorem & liberos ex ea ſuſceptos adeò inſanierit Athamas, ab alijs cauſſam hanc afferri tradit Pauſan. in extremo lib. 1. quòd eius nefario facinore immiſſam reſciſſet Orchomenijs famem, ac ſimul ab ea ſublatum Phrixum priuignum putaret: atque omnino accidiſſe omnia non diuinitus, ſed nouercæ dolo interpretaretur. *Aeolides*, quia Æoli filius.

514. HIS RETIA TENDITE SYLVIS] Atra bili laborare dicuntur huiuſmodi, & μελαγχολᾶν, qui ſe videre & audire putant, quæ nulla ſunt, qualis fuit Abydi, vt memorat Ariſtoteles de rebus admirabilibus, qui in theatrum veniens, multos dies ſpectabat, & applaudebat. quaſi ibi tragœdos videret. Meminit & Horat. epiſt. 2. lib. 2. & Argiuum prodit fuiſſe. Refert non diſſimile Athenæus in extremo l. 12. de quodam Thraſylao, qui naues omnes, quæ in Pyræeum veniſſent, ſuas eſſe credens, &c. Vide Lambin & Læo. Torrentium, & Pet. Victorium l. 3. Variar. c. 9. Huius ordinis complures adducimus 1. parte Bellarior. noſtrorum Syntag. 1. quod Hiſtorijs dedimus.

515. CVM GEMINA PROLE LEÆNA] Ino vxor eſt illi viſa leæna; at Learchus & Melicerta, quorum illum in vlnis geſtabat, hunc non æquè infantem manu trahebat, catuli, ſeu leonculi. Sic Agaue matri, & duabus materteris, Bacchi ſacra obeuntibus adueniens Pentheus aper viſus, & pro apro ab iiſdem dilaniatus eſt lib. 3.

516. SEQVIT. VESTIG. CONIVG. AMENS] quaſi leænam hanc ipſemet capturus.

517. RIDENT. ET PARVA TEND. BRACHIA] πάϑ@.

518. BIS TERQ. PER AVRAS M. ROT. FVNDÆ, &c.] ereptum matri in ſaxum impingit miſerum infantem. Suprà de Tiſiphone: *Tum face iactata per eundem ſæpiùs orbem.*

520. DISCVTIT ORA FEROX] Caput eius illiſum in ſaxum comminuit, & os ita contudit, vt agnoſci non poſſet. Hæc Athamas, cuius ſimulacrum proponit Calliſtratus.

521. SEV DOL. HOC FECIT, SEV SPARSI C. VEN.] A Nam & dolore nimin ad inſaniam rediguntur homines. Sparſi autem veneni à Tiſiphone, eo modo, quem paulo ſupra deſcripſit.

524. EVOE BACCHE SONAT] Bacchantium, ſeu in ſacris Bacchi furentium vox, vnde cognomen illi inter alia multa *Euhyus*. Acron in Horat. ait, bello gigantæo Bacchum mutatum in leonem gigantem interfeciſſe, & tunc Iouem, *ô bone fili*, dixiſſe, id eſt, ἐυ ψἰ. Hinc & Euhyas Baccha ab Horat. libr. 3. ode 25. *Exſomnus ſtuper Euhyas.* Gyrald. Syntag 8

BACCHI SVB NOMINE RISIT IVNO] Capere voluptatem ex malis & incommodis alienis, inimicorum, maleuolorum & hoſtium eſt, qualis Inoni Iuno fuit, quæ illam prorſus perditam volebat.

B 525. HIS VSVS TIBI PRÆSTET] ſic, & tali tempore illum appelles.

526. IMMINET ÆQVORIB. SCOPVL.] Scopulus hic à Marone ex 1. Æneid. petitus eſt quaſi pro mutuo.

——— *Geminiq́, minantur*
In cælum ſcopuli, quorum ſub vertice latè
Aequora tuta ſilent.

Moluridem petram vocat hunc ſcopulum Pauſan. l. 1.

PARS IMA CAVAT. FLVCTIB.] Lib. 11. *Et è ſcopulo, quem rauca ſubederat vnda Decidit.* Valebũt huc etiam, quæ ad illa verba attulimus, *Gutta cauat lapidem.* eleg. 10. lib. 4. de Ponto, in noſtris Commentarijs.

529. VIRES INSANIA FECERAT] rabioſi, inſani, furioſi vires intendunt vehementiùs, quàm ſani, & C mente valentes facerent.

530. NVLLO TARDATA TIMORE] quia alienata mente, ideo non timet quod maximè timendum; nec ſolùm ſe, ſed & puerum ſecum in pelagus deturbat.

531. PERCVSSA RECANDVIT VNDA] *Spumis incanuit vnda*, Catull. de nupt. de pulſu remorum nauis Argus.

532. IMMERITÆ NEPTIS] Venus enim mater Harmoniæ, Harmonia mater Inûs.

533. PATRVO SVO] Venus filia Iouis, cuius frater Neptunus, maris dominator, quem blanda prece pro nepte rogat.

534. PROXIMA CÆLO POTESTAS] ſecundùm Iouem, neminem potentiorem Neptuno affirmat.

535. MA-

[illegible] MAGNA VIDENS POS[illegible] ... na, [illegible] c anèm [illegible] nu ei quæ diuinare [illegible] us.

S[illegible] D[illegible] V MI[illegible] RE [illegible] ME [illegible] R. IA PAR[illegible] V[illegible], &[illegible] de te [illegible] non merentur, [illegible] t mer [illegible] pi[illegible], & o[illegible] m pro [illegible] us audi cognatam tuam & [illegible]e fluctibus marinis iactari meos, ac cibum piſcium fieri [illegible] as.

536. IN IO[illegible] IMMENS.] *Ionium rorem* dixit Propert. lib. 2. el[illegible]. 26 *ταπεινὰ* lumina. Nominatue vel [illegible] b *Ione* D[illegible] chi filio, quem ab ſe trucidatum H[illegible] cules in id. biecit; vel à quodam *Ionio* homine [illegible] vel quòd in eo *Iones* perierint: vel ab *Ione* [illegible] a vel ab errore *Iûs*; non enim inter auctores c[illegible] nuenit

53[illegible] DIIS ADDE TVIS] Vt Iupiter cæleſtium, ita Neptunus marinorum deorum rex & rector eſt. C[illegible] cnus Neptuni filius lib. 12. de paterna nobilitate ipſ[illegible] len er ſe ia[illegible] tans aduerſus Achillem, cui pater h[illegible] mo mater tantùm dea, & Nereïs, Thetis vide[illegible] er:

[illegible]i aliquid non eſſe ſatum Nereide; ſed qui
Nereáque & natas & totum temperat æquor.

A[illegible] IOVAET MIHI GRATIA PO[illegible] T[illegible] SST, &c.] M[illegible] quoque, licet deæ non marinæ, aliqua gratia in ponto d[illegible] betur; quandoquidem è maris ſpuma ſum genita [illegible] vnde & nomen adepta [illegible] dicor enim ἀφρ[illegible], ἀφρογένεια, ἀφρογενὴς quæ ab ἀφρὸς ſpuma [illegible] flectun[illegible] nec contemno iſtuc nominis tametſi nihil elegans & inſig[illegible] ſonat. Paris Helenæ:

Illa (Venus) [illegible] facilès auras, ventóſq; ſecundos:
In mare [illegible] ius habet orta mari.

Hinc quibuſd[illegible] m ἀλιγενής. Didymo [illegible] ἁβρὸν τῆς διαίτης, à mollitie vita & victus.

54[illegible] ANNVIT [illegible] ANTI[illegible] EPTVNVS] Quod legimus apud M. Tull[illegible] de nat. d[illegible] or. de etymo huius nominis, vt à [illegible] u Portunus, ſic *Neptunus* à nando, prio[illegible] bu[illegible] teris pau[illegible] immutatis. Lipſius Sat[illegible] lium [illegible] a [illegible] cum corruptum cenſet, ſcribend[illegible] [illegible] *a nubendo* vel, *à nuptu*. Sic Varro: Neptunus, *quod mare terras obnubit* Sequenti verſu pro *concreta*, l[illegible] gendum *conflata* quidam contendunt, & è Macrobio ſupra hoc loco diſputat Mariangelus Accurſius Romanus, in Diatriba Ouidiana.

ABSTV[illegible] IT [illegible] IIS Q. MORTALE FVIT, &c.] Attexam verba M. Tul[illegible] ex 1. Tuſcul. loco huic valdè congruentia. *Quid? Ino Cadmi filia, nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris:* Idem Ouid. Faſt. 6. *Leucothee Gra[illegible], Matuta vocabere noſtris.* Hominibus etenim [illegible] in deos relatis nomina noua indebantur. Sic filius puer, cum quo ſe præcipitem egit in mare, dictus eſt *Portunus* ſeu *Portumnus* Latinis, *Palæmon* Græcis. Faſt. 6. *Quem nos Portumnum, ſua lingua Palæmona dicet.* Hunc Feſtus ideo clauem tenentem fingi docet, quòd velut portarum & portuum deus ſit. Plura Gyrald. Syntagm. 5. in dijs marinis. Meminit iterum vtriuſque 3. de nat. deor. Cicero. Vide præterea Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Appoſita ad hunc locum ſeor verba Lactantij lib. 1. c. 21 *[illegible]olent enim mortuis conſecratis nomina immutari: credo, ne quis putet eos homines fuiſſe.* Nam & Romulus poſt mortem *Quirinus* dictus eſt: & Leda, *Nemeſis*: & Circe *Marica*. & Ino poſtquam ſe præcipitauit in mare, *Leucothea*, materque Matuta, & Melicertes filius eius *Palæmon* atque *Portumnus*. De ambobus vide ſis quid ſcribat Ariſtides in Iſthmica, tom. I. & fabulam apud Hyginum cap. 11.

Matronæ Thebanæ reginam ſuam luctu proſequentes, Iunonémque traducentes, & vindicem illius iram experientes, binas metamorphoſes ſubierunt.

SIDONIÆ comites, quantum valuere, ſecutæ VII.
Signa pedum primo videre nouiſſima ſaxo:
Nec dubium de morte ratæ, Cadmeïda palmis
Deplanxere domum, ſciſſis cum veſte capillis.
Vtque parum iuſtæ. nimiùmque in pellice ſæuæ
Inuidiam fecere deæ. Conuicia Iuno
Non tulit: &, Faciam vos ipſas maxima, dixit,
Sæuitiæ monumenta meæ. res dicta ſecuta eſt.
Nam quæ præcipuè fuerat pia, Perſequar, inquit,
In freta reginam: ſaltúmque datura, moueri
Haud vſquam potuit, ſcopulóque affixa cohæſit.
Altera, dum ſolito tentat plangore ferire
Pectora, tentatos ſenſit riguiſſe lacertos.
Illa, manus vt fortè tetenderat in maris vndas,
Saxea facta, manus in eaſdem porrigit vndas.

Huius, vt arreptum laniabat vertice crinem,
Duratos ſubitò digitos in crine videres.
Quæ quæque in geſtu deprenſa eſt, hæſit in illo.
Pars volucr s factæ, quæ nunc quoque gurgite in illo
Æquora diſtringunt ſummis Cadmeïdes alis.

543 SIDONIÆ COMITES] Thebanas mulieres ita vocat, quoniam ipſarum maiores à Phœnicibus, Cadmi ſocijs, oriundi; *Sidon* autem vrbs Phœniciæ. Secutę ſunt igitur reginam, quàm feſtinè potuerant, vt eius ſaluti conſulerent, ſi quam ſibi peſtem fortaſſe machinaretur.

544. SIGNA PEDVM] per viam vel ex imbri, vel ex puluere mollem, & veſtigia recipientem.

PRIMO VID. NOVISS. SAXO] In fronte, ſeu prima parte ſcopuli illius, quem antea ſubiecit oculis, quà mare reſpicit, in ipſis arenis extabant pedum humanorum veſtigia.

545 NEC DVB. DE MORTE RATÆ, &c.] & pro certo credentes mortuam eſſe; per præcipitium puta ex eo ſcopulo, lacertis & pectoribus percuſſis, crinibuſque & veſtibus, vt in luctu, laniatis, dolorem ſuum ſatis ſuperq; declararunt, & Cadmi domum etiam hac noua calamitate afflictam miſeratæ ſunt.

547. VTQ. PARVM IVSTÆ, &c.] Rapuerunt Iunonem in magnum odium apud vulgus, eius ſæuitiam in pellicem deteſtantes. Si nomine pellicis Semelen capimus, de qua libro ſuperiore, nihil ad rem; de ea quippe hîc non agitur. Si Inonem, non fuit pellex. Quid igitur? an & hoc vnum de μνημονικοῖς ἁμαρτήμασι?

548. CONVICIA IVNO NON TVLIT] Sæpiùs in ſcriptis poëtarum, vt Homeri & Maronis, Iuno iracunda, efferueſcens, & iniuriarum impatiens; vindictamque meditans ac minitans introducitur, nobilium ac principum fœminarum moribus & ingenijs aptè ſatis.

550. RES DICTA SECVTA EST] Dictum factum. ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον.

551. NAM QVÆ PRÆCIP. F. PIA, &c.] pia erga reginam, quæ ipſam quoque ante alias omnes dilexerat. Certiſſimum ergo huius ſuæ pietatis argumentum, in pelagus inſiliendo cùm præbere molitetur, in ſaxum diriguit, & eodem in ſcopulo defixa hæſit.

554. ALTERA DVM SOLIDO, &c.] Sequuntur trium inſuper λιθώσεις.

561 PARS VOLVCRES FACTÆ, &c.] Quotquot tandem fuerunt reliquę, in aues abierunt: Cadmeïdas populus nuncupauit.

GVRGITE IN ILLO] *Gurges* pro mari, πόντους, ſeu μείωσις. Virgil. 4. Georg. *Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates.* & 3. Æneid. *Diſperſi iactamur gurgite vaſto.*

562. AEQVORA DISTRINGVNT] Ab æqualitate *æquor*; quo nomine hîc planam eius ſuperficiem, quam aues illæ ſuperuolando alis extremis radunt ac perſtringunt, intelligit.

Cadmus domus ſuæ tot calamitatibus victus, & vrbis pertæſus, cum coniuge in Illyriam vadit. Ibi ambo in dracones mutati, ſyluas colunt, nec quenquam lædunt.

VIII. 563. NESCIT *Agenorides natam, paruúmque nepotem*
Æquoris eſſe deos, luctu, ſerieque malorum
Victus, & oſtentis, quæ plurima viderat, exit
Conditor vrbe ſua, tanquam fortuna locorum,
*Non ſua ſe premeret: longiſque * erroribus actus* *erratibus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Iámque malis, anniſque graues dum prima retractant
Fata domus, relegúntque ſuos ſermone labores:
Num ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpens,
Cadmus, ait, fuerat tum, cùm Sidone profectus
Vipereos ſparſi per humum noua ſemina dentes?
Quem ſi cura deûm tam certa vindicat ira:
Ipſe, precor, ſerpens in longam porrigat aluum:
Dixit, & , vt ſerpens in longum tenditur aluum.

Dura-

Durataque cuti ſquamas increſcere ſentit:
Nigraque cæruleis variari corpora guttis.
In pectúſque cadit pronus commiſ.ſáque in vnum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Brachia iam reſtant:quæ reſtant brachia tendit:
Et lacrymis per adhuchumana fluentibus ora,
Accede ô coniux,accede miſerrima,dixit:
Dúmque aliquid ſupereſt de me,me tange:manúmque
Accipe,dum manus eſt,dum non totum occupat anguis.
Ille quidem vult plura loqui:ſed lingua repentè
In partes eſt fiſſa duas:nec verba loquenti
Sufficiunt:quoties aliquos parat edere queſtus
Sibilat:hanc illi vocem natura reliquit.
Nuda manu feriens exclamat pectora,coniux;
Cadme mane,téque infælix his exue monſtris.
Cadme,quid hoc? vbi pes? vbi ſunt humerique manúſque?
Et color,& facies? &,dum loquor,omnia? cur non,
Me quoque cæleſtes in eundem vertitis anguem?
Dixerat:ille ſuæ lambebat coniugis ora,
Inque ſinus charos,veluti cognoſceret,ibat:
Et dabat amplexus:aſſuetáque colla petebat.
Quiſquis adeſt (aderant comites) terretur,at illis
Lubrica pellucent criſtati colla draconis:
Et ſubitò duo ſunt,iunctóque volumine ſerpunt:
Donec in oppoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nunc quoque nec fugiunt homines,nec vulnere lædunt:
Quidque priùs fuerint,placidi meminere dracones.

563. NESCIT AGENORID. NATAM,&c.] Cadmus A Agenoris filius adhuc ſuperſtes, quid filiæ,ac nepoti accidiſſet, nondum audierat; res illi dolorem ex prioribus malis conceptum cumulaſſet vtique. Verſum ſecundum: *Aequoris eſſe deos, luctu,* &c. aliter interpungit Fr. Luiſinus Parerg. l.1.c.16. explanat autem ita. Cognouit filiam Leucotheam, & Palæmonem nepotem deos eſſe maris luctu, id eſt, propter luctum, qui Leucotheæ ſacris adhibetur, cognouit, &c. Atqui hunc ſenſum vox *Neſcit* non admittit. Quid enim abſurdius, quàm, *Neſcit deos eſſe luctu*, id eſt, cognoſcit ex luctu, vel propter luctum in eorum ſacris, eſſe deus?

564. SERIE Q. MAL. VICT. EX OSTENT. &c.] De B malis audiuimus l.3. oſtenta qualia videre potuerit,tu tecum cogita,& monſtra finge.

565. EXIT CONDIT. VRBE SVA] Mouet miſericordiam, conditorem vrbis ex vrbe ſua cogi diſcedere,nec locum ei ampliùs relinqui, qui, vt cæteris locus eſſet, viuis ac mortuis,tantopere laborauit.

566. TANQ. FORT. LOCOR. N. SVA SE PREM] Suo quodam fato,non conditione loci infælix erat Cadmus.

567. LONGISQ. ERRORIB. ACTVS] Virgil.6 *Pelagine venis erroribus actus?* longis & anfractuoſis itineribus protectus. Petit ab Ænea Dido,vt exponat inſidias Danaûm,caſus errorésque ſuos, id eſt, longam & flexuoſam à Troia Carthaginem vſque profectionem,de qua totus tertius.

569. IAM Q. MALIS, ANNISQ. GRAVES] calamitatibus & ærumnis, atque etiam ætate feſſos. Horat ſat.1.lib.1. *O fortunati mercatores, grauis annis Miles ait.*

DVM PRIMA RETRACT. FATA DOM.&c.] dum inter ſe cognoſcunt, quæ,& quàm grauia ab initio vſque ad id tempus perpeſſi ſint.

571. NVM SACER ILLE MEA TRAIECT.&c.] Sacrilegi,& dijs conſecrata violantes,plerumque ſcelera ſua magno luerunt. Dubitat igitur Cadmus, an draco ille, quē è Phœnicia in Bœotiam veniens, in antro illo ſocios vlciſcens interfecit, cuius & dentes ſeminauit, deo alicui ſacer fuerit, qui deus ipſum poſtea tot caſibus iratus obiecerit.

575. IPSE, PRECOR, SERP. IN LONG.&c.] Quò tandem conquieſcat à malis, optat, vt ſi hæc mala ſibi diuinitus pro delicto ſuo irrogentur, ipſe quoque ſerpentibus aggregetur.

576. DIXIT, ET VT SERP. IN L. TEND. ALVVM] Hoc futurum vox illa prædixerat,de qua lib.3.
Dum ſpatium victor victi conſiderat hoſtis,
Vox ſubitò audita eſt: neque erat cognoſcere promptum
Vnde, ſed audita eſt. Quid, Agenore nate, peremptum
Serpentem ſpectas? & tu ſpectabere ſerpens.

577. DVRATÆQ. CVTI SQVAM.&c.] De ſerpēte l.3.

Lori-

Loricaq; modo ſquamis defenſus, & atra
Duritia pellis validos cute reppulit ictus.

Eundem cæruleum ibidem nominat, propter cæruleas, id eſt, ſubuirides maculas; quibus corpus eius nigrum alioqui, diſtinctum & variatum cernebatur.

579. IN PECTVSQ. CADIT PRONVS] à ſerpendo enim ſerpens.

582. ET LACRYM. P. ADHVC HVM. F. ORA] mox enim & illis priuabitur, humana inquam facie. Sed cur lacrymatur, cùm in ſerpentem transformari ipſemet optauerit? Optauit coactus: ſicut multi in miſerijs mortem optant, vt miſeri eſſe, non vt viuere deſinant. Immò verò nonnulli ne miſeri fiant. De Didone Virgil.

Iam verò infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat, tædet cœli conuexa tueri, &c.

583. ACCEDE MISERRIMA] quia hæc intueri in eo, cum quo tam amanter & concorditer vixit, compellitur, ideo miſerrima.

586. LINGVA IN P. EST FISSA DVAS] propter ſummam volubilitatem duas, immò tres linguas habere ſerpentes videntur.

589. SIBILAT, HANC ILLI V. NAT. RELIQ.] non natura quam habuit, ſibilum ei reliquit, ſed quam nunc induit. Tametſi hæc natura altera dedit illi potiùs ſibilum, quàm reliquit.

591. TEQ. INFÆLIX H. EXVE MONSTRIS] quaſi in eius poteſtate foret, vt hanc mutationem poſſet effugere, & ſe portentis iſtis liberare, cùm diuinitus agatur quod agitur.

592. CADMVS, Q. IO HOC: &c.] Admiratio, ſigillatim explicata. Nec pedes, nec humeros, nec manus, nec colorem, nec faciem videbat ampliùs.

593. ET DVM LOQVOR, OMNIA?] & omnia demum membra tua priſtina, quæ, dum loquor, perdidiſti omnia, vt iam de forma tua humana nihil penitus ſuperſit.

CVR NON ME QVOQ. CÆTERA. &c.] Vxoris, virum ſincerè amantis ἦθος. Cupit cum eo idem fatum, eandemque transformationem ſubire. Ita Deucalion ad vxorem Pyrrham libr. 1. cùm quæſiſſet, quid animi habitura fuiſſet, ſi deleto humano genere etiam maritum amiſiſſet, de ſe quidem profitetur, quod illam facturam quoque fuiſſe non dubitat:

Namq; ego, crede mihi, ſi te quoque pontus haberet,
Te ſequerer, coniux, & me quoque pontus haberet.

595. ILLE SVÆ LAMBIB. CONIVG. ORA, &c] Quæ maritus & homo adhuc fecerat, nunc ſerpens factus, quibus poterat modis faciebat & imitabatur.

596. INQ. SINVS CAROS VELVTI, &c.] Voluptatis ac libidinis quoque hieroglyphicum ſunt ſerpentes, fueruntque puellarum amatij deprehenſi aliquando, & omnia amoris & nequitiæ ſigna præbuerunt. Hiſtoriam narrat ex Plutarcho Pierius l. 14 Hieroglyph. planè mirabilem ac ſtupendam.

598. ILLIS LVB. PELLVC. CRISTATI COLLA DRACONI.] Pronomine *illis* ipſam quoque Harmoniam in ſerpentem, quod volebat, ne maritum deſereret, migraſſe indicat. *Pellucent* ad nitorem referatur, non enim tanquam cornu in laterna colla draconis pellucebant.

600. IVNCTOQ. VOLVM. SERPVNT] de ſerpentibus Laocoonticis 2. Æneid. Maro: *immaniq; immenſa volumine terga.*

601. NVNC QVOQ. NEC FVGIVNT HOM. &c] quaſi & in his, ſicut in pleriſq; alijs ex hominibus mutatis in beſtias, rationis vſus permanſerit.

Acriſius quoq; Argiuorum rex Bacchum repudiauit, & Perſeum contempſit. Hic Meduſæ caput amputauit, ex cuius guttis ſanguineis ſerpentes in Africa prodierunt. Eodem capite oſtentato Atlantem Mauritaniæ regem, hoſpitium ſibi negantem, in montem magnum conuertit, in quo cælum recumbit.

IX. *SED tamen ambobus verſæ ſolatia formæ*
Magna nepos dederat; quem debellata colebat
India, quem poſitis celebrabat Achaia templis.
Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt, qui mœnibus arceat vrbis
Argolicæ, contráque deum ferat arma, genuſque
Non putat eſſe deûm (neque enim Iouis eſſe putabat)
Perſea: quem pluuio Danaë conceperat auro.
Mox tamen Acriſium TANTA EST PRÆSENTIA VERI)
Tam violaſſe deum, quàm non agnoſſe nepotem
Pœnitet. impoſitus iam cælo eſt alter, at alter
Vipereæ referens ſpolium memorabile monſtri

Aera

Aëra carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumque ſuper Libycas victor penderet arenas,
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
Quas humus exceptas varios animauit in angues.
Vnde frequens illa eſt, infeſtaque terra colubris.
Inde per immenſum ventis diſcordibus actus,
Nunc huc, nunc illuc, exemplo nubis aquoſæ,
*Fertur: & ex alto * ſeductas æthere longè* *remotas
Deſpectat terras, totúmque ſuperuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit:
Sæpe ſub occaſus, ſæpe eſt ablatus in ortus.* *delatus
Iamque cadente die veritus ſe credere nocti
Conſtitit Heſperio regnis Atlantis in orbe:
Exiguámque petit requiem: dum lucifer ignes
Euocet Auroræ, curſuſq; Aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans
Iapetionides Atlas fuit. vltima tellus
Rege ſub hoc, & pontus erat, qui Solis anhelis
Æquora ſubdit equis, & feſſos excipit axes.
Mille greges illi, totidémque armenta per herbas
Errabant: & humum vicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes,
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.
Hoſpes, ait Perſeus illi, ſeu gloria tangit
Te generis magni, generis mihi Iuppiter auctor:
Siue es mirator rerum, mirabere noſtras.
Hoſpitium requiémque peto memor ille vetuſtæ
Sortis erat: dederat Themis hanc Parnaſſia ſortem:
Tempus Atla veniet, tua quo ſpoliabitur auro
Arbor, & hunc prædæ titulum Ioue natus habebit.
Id metuens, ſolidis pomaria clauſerat Atlas
Mœnibus, & vaſto dederat ſeruanda draconi:
Arcebatque ſuis externos finibus omnes.
Huic quoque, Vade procul, ne longe gloria rerum
Quas mentiris, ait, longè & tibi Iuppiter abſit.
Vimque minis addit: manibusq; expellere tentat
Cunctantem, & placidis miſcentem fortia dictis.
Viribus inferior, quis enim par eſſet Atlantis
Viribus? At quoniam parui tibi gratia noſtra eſt,
Accipe munus, ait: læuáque a parte Meduſæ,
Ipſe retrouerſus ſquallentia protulit ora.
Quantus erat, mons factus Atlas: nam barba, comæq;
In ſyluas abeunt: iuga ſunt humerique manuſque:
Quod caput antè fuit, ſummum eſt in monte cacumen:
Oſſa lapis fiunt: tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum (ſic dij ſtatuiſtis) & omne
Cum tot ſideribus cælum requieuit in illo.

604. Sed tamen ambobus, &c.] Expulſiurus à Perſeo geſta, vt ſequentia cum antecedentibus aptiùs cohæreant, Cadmum & Harmoniam μεταμόρφωσιν ſuam nepotis, Bacchi puta (ex Semele filia) fælicitate & gloria conſolatos ait; quem Acriſius rex vrbe ſua prohibere, & diuinitatem eius negare, ſicut Perſeum quoque filium eſſe Iouis inficiari non dubitauit.

605. Qvem debellata colit. India] Collecto ex agricolis & mulieribus exercitu non Indos modò ſeſe aſpernatos, verumetiam vniuerſas Orientis vrbes ſubiugauit. Initio libri:

——— Oriens tibi victus, aduſq;
Decolor extremo quà cingitur India Gange.

606. Positis celeb. Achaia templis] Achaia pars eſt Peloponneſi, συνεκδοχικῶς tota Græcia. Notiſſimum erat iam Bacchi numen, cuius rei certum ſignum, quòd templis oppidatim celebrabatur.

607. Solvs Abantiades] ſolus Acriſius Abantis filius. Magna impietas ex adiuncto apparet. Ex infinitis millibus vnus ſpernebat & oppugnabat Bacchum.

607. Ab orig. cretvs eadem] Ab eadem, à qua Bacchus, quamquam non proximè vt Bacchus. Habuit autem Abantem patrem, Belum auum, Iouem proauum.

Vrbis Argolicæ] Vrbs Argolica non alia eſt quàm Argos, quæ interdum, ſed numero multitudinis, Argi, pro tota Græcia, & pro Græcis ponitur. Virgil. 2. Æneid. *Omnia ni repetant Argis, numenq; reducant.* Et 1. *Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.*

609. Contraq. devm ferat arma] paratus enim erat armis eum excludere, & obnitentes comites ac miniſtros eius occidere.

Genvsq. non pvtat esse devm] deorum genus, hoc eſt, deo natum Perſeum quoque non putabat Acriſius. Non credebat eſſe diuinæ ſtirpis.

610. Neq. enim Iovis esse pvtab. Persea] Hac parentheſi rationem reddit, vel potiùs explicat, quomodo Perſeum quoque non crediderit eſſe genus deorum; non credebat, quod prædicabatur, eſſe filium ipſiuſmet Iouis, ex Danaë filia ſua procreatum. quod poſterius negare non poterat: verè enim mater eius Danaë.

611. Qvem plvvio Danae concep. avro] Infrà: *Quam clauſam impleuit fœcundo Iuppiter auro.* Memorat hanc fabulam Horat. & illius allegoriam explanat, ode 16. lib. 3. De turri ęnea, in quam pater illam incluſerat, Propert. eleg. 20. lib. 2.

Me licet aratis aſtringant brachia nodis,
Sint mea vel Danaes condita membra domo,
In te ego & æratas rumpam, mea vita, catenas,
Ferratam Danaës tranſiliamq; domum.

612. Tanta est præsentia veri] tanta eſt vis & poteſtas & efficientia veri. Quæ enim præſentia ſunt, plus poſſunt. Vnde & dij præſentes dicuntur, qui opem ſuam manifeſtiſſimè oſtendunt. Tantum poteſt veritas, quæ ſupprimitur quidem, ſed non opprimitur. Veritatem aperit dies. Cognouit ergo Acriſius veritatem, nempe, & Bacchum eſſe deum, & Perſeum Ioue genitum; contumaciamque ſuam damnauit. Cur olim capite operto res diuina Saturno fieret, qui græcè Κρόνος quaſi χρόνος tempus, rationem affert in problematis Plutarchus; quia veritas plerumque tecta eſt & ignoratur, quæ tamen tempore procedente aperitur & cognoſcitur.

614. Impos. iam cælo est alter] Bacchus in cælum iam tranſlatus eſt; alter eorum, quos, vt patrem deum mentientes, Acriſius cõtemptum iuit.

Alter] Perſeus.

615. Viperei ref. spol. mem. monstri] caput Meduſæ ſerpentigerum, quod vel deorum, vel Palladis iuſſu præciderat, ſecum per aëra volans portabat.

616. Aera carpeb. tener.] 3 Faſt.

Sextus vbi è terra cliuoſum ſcandet olympum
Phœbus, & alatis æthera carpet equis.

Ad terreſtre iter tranſtulit, 1. Triſt. eleg. 6. *Nam mihi Biſtonios placuit pede carpere campos.*

617. Cvmq. svper Libycas v. p. arin &c.] Africam ſerpentibus refertam eſſe conſtat. Cauſſam Ouidius fabuloſam prodit: quia Perſeo per cælum Africum volante cum Meduſæo capite ſanguinis guttæ ibi deciderint, & in ſerpentes mox commutatæ ſint. Quem locum ab Apollonio lib. 4. propè tranſlatum, non imitatum obſeruat Muret. lib. 10. cap. 16. Gorgonei capitis poſteritas, prouerb. de proteruis & immitibus, vel de faſtuoſis, qui omnibus ſunt formidini, quaſi qui fugent ab ſe aliorum congreſſum. Sic etiam vocari poſſunt detractores, qui ſerpentinis linguis alienam vitam mordicus appetunt. Plura Iunius in Cent. De guttis iſtis cruentis, & in angues conuerſis Lucan. l. 9.

Illa tamen ſterilis tellus, fœcundaq; nulli
Arua bono, virus ſtillantis tabe Meduſæ
Concipiunt, dirosq; fero de ſanguine rores,
Quos calor adiuuit, putriq; incoxit arena:
Hic, quæ prima caput mouit de puluere tabes,
Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit.

Silius lib. 3

Fama docet, cæſa rapuit cùm Gorgonis ora
Perſeus in Libya, dirum effluxiſſe cruorem,
Inde Meduſæam terram exundaſſe colubris.

Eſt & arenoſa Africa. Catullus:

Quàm magnus numerus Libyſſæ arenæ
Laſerpiciferis iacet Cyrenis.

621. Per immens. vent. discord. actvs] Immenſa ſunt cæli, ſine aëris ſpatia, quæ adiuuantibus ventis peruolauit Perſeus: ſed ita, vt ab ijs, ſicut ſunt rectà & obliquè oppoſiti, huc illuc, & variè, inſtar nubis impelleretur.

623. Exalt. sedvct. æth. l. despect. terras] Lib. 2. *Munychiosq; volans agros, gratamq; Mineruæ Deſpiciebat humum.* Vbi ex 1. Æneid. recitabam hunc verſum: *Cùm Iupiter æthere ſummo Deſpiciens mare veliuolum, terraſq; iacentes.*

Sedvctas] ſepoſitas, ſecluſas, ſeparatas.

624. Totvmq. svpervolat orbem] Hęc velut propoſitio eſt, quam ſequentibus exponit & illuſtrat. Helleniſmus, vt in 3. *Et dextris adducor littora remis*, producor ad littora.

625. Ter gelid. arctos, &c.] Immane quantum diſtant hæc ſigna, vnum in ſeptentrione, alterum in meridie.

626. Sæpe svb occas. sæpe e. abl. in ort] Si ſeptentrionem, meridiem, ortum & occaſum peruolaui, ergo totum cælum, & ſupra totum terrarum orbem. Quod autem ſingulas harum partium ſæpe, (nam & ter poëtis crebritatem notat)

ita vt ad eas deferretur & inferretur, volatus incredibiliter vagi & incerti argumentum eſt non dubitabile.

627. IAMQ. CADENTIS DIE. &c.] Cadit dies, quia cadit in occaſu ſol, qui lumine ſuo creat diem. Ergo aduentante nocte, & tenebris ſe paulatim intendentibus, quo tempore & volucres quieſcunt, Perſeus in Mauritaniam, regnum Atlantis in occidente ſe ſubmiſit, & vnius tantummodo noctis hoſpitium ab eo petiuit, nec obtinuit.

629. DVM LVCIF. IGNES EVOCET AVROR. &c.] Nuſquam aurora inducitur ignea. Exponendum igitur, donec luciferum ſequatur lumen auroræ; & hoc lumen ſol, per quem dies currit, quia ipſe currit.

631. HIC HOMIN. CVNCTIS. &c.] Atlantē ipſum, & opulentiam eius deſcribit. Præſtabat magnitudine corporis ſæculi ſui mortalibus vniuerſis.

632. VLTIMA TELL. REGE SVB HOC. &c.] vltima pars occidentis, & mare eam partem alluens, quod Atlanticum dicitur, feſſoſque diurno curſu ſolis equos excipere ſolitum eſt.

635 MILLE GREG. ILLI, TOTID. ARMENTA, &c.] Veterum diuitiæ in gregibus & armentis maximam partem conſiſtebant, & ab hac poſſeſſione diuites à poëtis ſæpiùs laudantur. Quin & Corydon paſtor eclog. 2. hinc ſe Alexidi commendat, *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* Et eclog. 1. *Ille meas errare boues*, &c.

636. ET HVM. VICINIA NVLLA PREMEB.] Erat verè locupletiſſimus. Quantum, quantum erat agri, totum ſolus tenebat, vicinos nullos habebat ſeu, vt eſt in ora edit. Lipſienſis, nulli vicini quidquam habebant quod ararent, omnia poſſidente Atlante locupletiſſimo.

637. ARBOREÆ FRONDES AVRO RAD. &c.] Hortos poſſidebat, arboribus aureis, quæ & poma ferebant aurea.

639 SI VGLOR. TANGIT TE GEN. MAGNI, &c.] Duæ res Atlanti perſuadere debebant, vt Perſeum hoſpitio acciperet, nobilitas, quia Iouis filius, & fortitudo, ſeu res præclarè geſtæ. Quis enim nobiliſſimo fortiſſimóque viro apud ſe locum paulùm quieſcendi denegaret: Sed quoniam vel alterutra ſufficiebat, alterutram valere cupit.

640 GENER. SI MIHI IVPPITER AVCTOR] latet ſub verbo *Iuppiter* comminatio. Spernere Iouis filios, plenum eſt periculi.

641. MIRABERE NOSTRAS] Oſtendit ſe illi narraturum res ſuas, eaſque laudat, quod Seruios ait licere heroibus: credo, quoniam illi de mendacio ſuſpecti non ſunt. Poteſt autem hoc cõcedi, vt ſua prædicent, alijs quoque, dum modum teneant, & cauſſas habeant, de quibus Plutarchus libello, Quomodo quis citra inuidiam ſe laudare poſſit.

642. HOSPITIVM, REQVIEMQ. PETO] Non petit aurum, quo abundabat Atlas; non aliud magni momenti, quod ille quamuis illuſtri & nobili viro negare non immeritò poſſet. Tectum duntaxat rogat, ne ſub dio pernoctare, & cæli ſentire iniurias cogatur.

MEMOR ILLE VETVSTÆ SORTIS ERAT, &c.] Reſponſum Themidis, de qua libro 1. obſtabat Atlanti, quo minùs petitis annueret. Iuſſerat porrò Themis, ſi hortum ſuum vellet ſaluum cuſtodire ab arboribus poma aurea ferentibus, ne quem Ioue progenitum reciperet.

646. SOLIDIS POMARIA CLAVSERAT MOENIB.] Pometa dicuntur, inquit Chariſius, vbi poma naſcuntur, vt oliueta: pomaria autem vbi ſeruantur. Plinius libro 15 cap. 16. *In vniuerſum verò de pomis ſeruandis præcipitur, pomaria in loco frigido ac ſicco contabulari*, &c. Sæpe tamen locus pomiferis arboribus conſitus Horat. ode 7. lib. 1. *Et vda mobilibus pomaria riuis* Ouid. ep. 4. *Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis.* Columella lib. 5 c. 10. Locum pomarij, priuſquam ſemina feras, circummunire macerijs oportet vel ſepe, vel foſſa præcipiti. Legitur & *ſolidis montibus*: quo nomine altos aggeres, & vallum intellige, vt ſit ὑπερβολή.

647. ET VASTO DEDERAT SERVANDA DRACONI] Quidam hortum hunc Atlantis cum Heſperidum horto confundunt, draconemque iſtum Typhone & Echidna procreatum, Ladonem ex Apollonio appellant.

648. ARCEBATQ. S. EXTERN. FINIB. OMNES] inhoſpitalis totus & inhumanus Atlas, quaſi qui regnum αὐταρκὲς haberet.

649. HVIC QVOQ. VADE PROCVL, &c.] En quàm ſuperbè & arroganter Perſeum repellit, vt mendacem in vtroque, in rebus quas ſe geſſiſſe, & in patre, quem Iouem eſſe affirmabat. Cùm te tractato modis peſſimis tum apparebit, quàm glorioſa facinora ediderit, & quàm Iouis filius ſis, non enim te vindicabit.

651. VIMQ. MINIS ADDIT, MANIB. &c.] Indignum perſona graui & honorata, manus cuidam inferre. Sed ira animi impotentes facit.

MANIBVS EXPELLERE TENTAT] proturbabat illum ab ædibus: quaſi diceret, *Niſi hinc te auferes ocyus, ego te hic peruoluam in luto*, vt Dauus in Andria minatur Myſidi. Et, quod neſcio quis, apud Plautum: *Auferere hinc ſaxo, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero.*

652. PLACIDIS MISCENT. FORTIA DICTIS] Sic rogabat, & ita blandis vtebatur verbis Perſeus, vt occultè regem terreret, minaſque intentaret. Sic Iupiter lib. 2. *Precibuſq; minas regaliter addit.*

653. VIRIB. INFERIOR] Perſeus. additur ratio à difficili.

654. QVONIAM PARVI TIBI GRAT. NOSTRA EST] quoniam gratiam noſtram parui facis. quoniam me non curas.

656. IPSE RETRO VERSVS] Solebat igitur ipſemet cauere, ne caput illud aſpiceret: ne fortè ſimiliter alijs in ſaxum cederet.

SQVALENTIA PROTVLIT ORA] caput Meduſæ emortuum, & iam prorſus ſqualidum ac liuidũ.

657. QVANTVS ERAT, MONS FACTVS ATLAS] Aſpectu capitis monſtroſi non in ſaxum tantùm, verùm in altiſſimum montem Atlas rigeſcit. Quãtus corpore erat Atlas, tantus euaſit mons, hoc eſt, vt erat ingenti corpore, ſic factus eſt etiam mons ingens, ſuperauitque altitudine ſua montes reliquos; quemadmodum ſtatura ſua ſuperabat viros reliquos.

NAM BARBA COMÆQ. &c.] Sigillatim nunc recenſet, quæ partes corporis in quas partes montis transformatæ ſint, ſeruatque conuenientiam.

660. OSSA LAPIS FIVNT] ſicut contrà lib. 1. vbi lapidum mutationem in corpora humana deſcribit, lapidum inquam, quos Deucalion & Pyrrha

poſt tergum monitu Themidis iaciebant: *Quod ſolidum eſt, flectiq; nequit, mutatur in oſſa.*

DVM PARTES ALTVS IN OMNES] non alicubi humilis ac depreſſus; ſed circumcirca ſublimis, & ſublimiſſimus, hoc enim eſt, *Creuit in immenſum.*

661. SIC DII STATVISTIS] Lib. 1. *Sic viſum ſuperis.* Plaut. Amphit. *Ita dijs placitum.* Æneas lib. 5. Anchiſæ patri defuncto in Sicilia ludos anniuerſarios facturus,

Iamq; dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo.

Sic cautè & religioſè loquebantur, ne deorum fa- A cta & conſilia vocare in reprehenſionem viderentur, quemadmodum & antea docuimus.

ET OMNE C. TOT SIDERIB. &c.] Atlantæis humeris fulciri ac ſuſtineri cælum ideo fictum, quòd *Atlas* Mauritaniæ rex aſtrologiam inuenit, ſeu primus docuit: ſeu, quòd Atlas mons tantæ eſt excelſitatis, vt ei cælum veluti columnæ putes incumbere. Virgil. 4. Æneid. *Vbi maximus Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.* Eodem lib. & 6. *Cæliferum* nominat. Hercules pro eo humeros ſuppoſuiſſe dicitur, quia diſcipulus eius, & magiſtro feſſo ac ſeni ſucceſſit in munere.

Perſeus Andromedam propter matris ſuperbiam balęnæ expoſitam, à parentibus, pactione facta, in connubium petit. Monſtrum ferro conficit, & optatis potitur. Virgulę capiti Meduſęo ſubſtratæ, in coralia tranſeunt.

CLAVSERAT Hippotades æterno carcere ventos:
Admonitórque operum cælo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat: pennis ligat ille reſumptis
Parte ab vtraque pedes: telóque accingitur vnco:
Et liquidum motis talaribus aëra findit.
Gentibus innumeris circúmque infráque relictis,
Æthiopum populos, Cepheáque conſpicit arua.
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas iniuſtus iuſſerat Ammon.
Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades, niſi quòd leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu:
Marmoreum ratus eſſet opus. trahit inſcius ignes,
Et ſtupet. eximiæ correptus imagine formæ,
Penè ſuas quatere eſt oblitus in aëre pennas.
Pande requirenti nomen terræque, tuúmque,
Et cur vincla geras. primò ſilet illa, nec audet
Appellare virum virgo; manibúſque modeſtos
Celaſſet vultus, ſi non religata fuiſſet.
Lumina, quod potuit, lacrymis impleuit obortis.
Sæpiùs inſtanti, ſua ne delicta fateri
Nolle videretur, nomen terræque, ſuúmque,
Quantáque maternæ fuerit fiducia formæ
Indicat: & nondum memoratis omnibus, vnda
Inſonuit: veniénſque immenſo bellua ponto
Imminet, & latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat virgo: genitor lugubris, & vnà
Mater adeſt, ambo miſeri, ſed iuſtiùs illa:
Nec ſecum auxilium, nec dignos tempore fletus,

Plan-

Plangorémque ferunt, vinctóque in corpore adhærent.
Tunc ſic hoſpes ait: lacrymarum longa manere
Tempora nos poterunt: ad opem breuis hora ferendam eſt.
Hanc ego ſi peterem Perſeus Ioue natus, & illa
Quam clauſam impleuit fœcundo Iupiter auro,
Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator, & alis
Ætherias auſus iactatis ire per auras,
Præferrer cunctis certè gener. addere tantis
Dotibus & meritum (faueant modò numina) tento,
Vt mea ſit ſeruata mea virtute, paciſcor.
Accipiunt legem (quis enim dubitaret?) & orant,
Promittúntque ſuper regnum dotale parentes.
Ecce velut nauis præfixo concita roſtro
Sulcat aquas, iuuenum ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris vndis
Tantum aberat ſcopulis, quantum balearica torto
Funda poteſt plumbo medij tranſmittere cæli:
Cùm ſubitò iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abijt, & in æquore ſummo
Vmbra viri viſa eſt: viſam fera ſæuit in vmbram.
Vtque Iouis præpes, vacuo cùm vidit in aruo
Præbentem Phœbo liuentia terga draconem,
Occupat aduerſum: neu ſæua retorqueat ora,
Squamigeris auidos figit ceruicibus vngues:
Sic celeri miſſo præceps per inane volatu
Terga feræ preſſit, dextróque frementis in armo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnere læſa graui, modò ſe ſublimis in auras
Attollit: modò ſubdit aquis: modò more ferocis
Verſat apri, quem turba canum circumſona terret.
Ille auidos morſus velocibus effugit alis,
Quáque patent, nunc terga cauis ſuper obſita conchis,
Nunc laterum coſtas, nunc quà tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem, falcato vulnerat enſe.
Bellua puniceos miſto cum ſanguine fluctus
Ore vomit. maduere graues aſpergine pennæ,
Nec bibulis vltrà Perſeus talaribus auſus
Credere, conſpexit ſcopulum: qui vertice ſummo
Stantibus extat aquis, operitur ab æquore moto.
Nixus eo, rupiſque tenens iuga prima ſiniſtra,
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſu clamor, ſuperáſque deorum
Impleuere domos. gaudent, generúmque ſalutant,
Auxiliúmque domus, ſeruatorémque fatentur
Caſſiope Cepheúſque pater. reſoluta catenis
Incedit virgo, pretiúmque & cauſſa laboris.
Ipſe manus hauſta victrices abluit vnda:

Anguiferúmque caput dura ne lædat arena,
Mollit humum folijs, natáſque ſub æquore virgas
Sternit, & imponit Phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens, bibuláque etiam nunc viua medulla
Vim rapuit monſtri, tactúque induruit huius:
Percepítque nouum ramis, & fronde rigorem.
At pelagi nymphæ factum mirabile tentant
Pluribus in virgis, & idem contingere gaudent:
Semináque ex illis iterant iactare per vndas,
Nunc quoque coralijs eadem natura remanſit:
Duritiem tactu capiant vt ab aëre, quódque
Vimen in æquore erat, fiat ſuper æquora ſaxum.

663. CLAVSERAT HIPPOTAD. ÆT. CARCERE VENT.] lib. 11. Alcyone Ceyei abiturienti:

Neue tuum fallax animum fiducia tangat,
Quòd ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes
Contineat ventos.

Æolus Hippotæ filius, ventorum rex 1. Æneid.

Æole, namque tibi diuûm pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.

Et infrà ipſemet, regnum ſuum Iunoni acceptum referens: *Nimborumq́; facis tempeſtatumq́; potentem.* Et multa ibi de eius poteſtate, de ventis, illorúmque carcere, quo nomine & Neptunus eorum domicilium afficit, vt Æolum contemnat. Sed quare *æterno carcere*? Raphaël expoſuit, ſemper duraturo. Atqui hoc per ſe etiam puer intelliget. Certè Iouem Æolo poteſtatem dediſſe ait Maro premendi & laxandi ipſorum habenas. Non poſſunt ergo *æterno carcere* concludi.

664. ADMONITORQ. OPERVM LVCIF. &c.] De Aurora Virgil. lib. 11.

Aurora interea miſeris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.

Ouid. 1. Amor. eleg. 13.

Tu, ne fœminei poſſint ceſſare lacerti,
Lanificam reuocas ad ſua penſa manum.

CÆLO CLARISS. ALTO LVCIF. ORTVS ERAT] ortum & claritatem luciferi verſibus diuinis Virgil. lib. 8. explicuit,

Qualis, vbi Oceani perfuſus lucifer vnda,
Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes,
Extulit os ſacrum cælo, tenebraſq́; reſoluit.

665. PENNIS LIG. ILLE RESVMPT. &c.] Talaribus, vt mox appellat, reſumptis; quippe quæ per noctem quieturus depoſuerat. De Mercurio, miſſo à Ioue in Africam, ad Æneam:

——Et primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

668. CIRCVMQ. INFRAQ. RELICTIS] circum, & infra Æthiopiam iacentes terras & prouincias prętteruolauit Perſeus, diuinans fortaſſe id quod reperit. Cedò, quid reperit? audies.

670. ILLIC IMMERITAM MAT. PEND. LINGVÆ] Quam pœnam Caſſiope mater ob ſuperbiam formæ, qua ſe Nereïdibus prætulerat, exſoluere debuit, ea in caput innocentis filiæ Andromedæ recidit. Commemorantur plures fœminæ per hoſce libros, quibus forma ſua fecit animos, atque ad deas

A præ ſe deſpiciendas incitauit, vt *Antigone*, Cynaræ filia, *Pygmæa* in 6. *Lethæa* in 10 *Chione* 11.

671. INIVSTVS IVSSERAT AMMON] Ammonis, ſeu Hammonis cognomen hac ratione Ioui eſt impoſitum, quòd in Africa, locis arenoſis Baccho eius opem inuocanti in arietis figura apparens, locum fonti effodiendo monſtrauit. Ibidem ei gratiæ referendæ Bacchus templum condidit. Negotio autem præſenti hoc epitheton, vt vides, accommodatum haud eſt, & à poëta (hui audaciam!) pro iniuſto Deorum opt. max. accuſatur. Sed dij poëtarum humanis & affectionibus, & vitijs, ne dicam criminibus, & ſceleribus ſeruiunt.

672. AD DVRAS RELIGATAM BRACHIA CAVTES] brachijs in tergum retortis, & ad ſcopulum littori imminentem ferreis vinculis aſtrictam. Totam fabulam recitat Lucianus in Marinis Dialogis

B tom. II. Tritonis & Nereidum. Expoſitam dicit in rupe quadam prominente, palo affixam, promiſſa coma, ſeminudam.

673. ABANTIADES] Abantis pronepos, quoniam Acriſius auus, Abantis filius.

NISI QVOD LEVIS AVRA CAPILL. MOVERAT, &c.] Adeò modeſta & immota illic aſtabat virgo, vt ſtatuam crederes, niſi duobus ſignis non eſſe lapidem, ſed viuum quiddam, & hominis natura conſtans patuiſſet: coma ventulo diffuſa (nam in rebus lugubribus, vt hæc erat, mos tenuit comam ſoluere, atque etiam vellere) & lacrymis per faciem decurrentibus.

674. TEPIDO MANAB. LVMINA FLETV] Epiſtol. 18. *Dumq́; queror, lacrymæ per amantia lumina manant.* Silius lib. 7. *Manauere genis lacrymæ.* Propert. l. 1. eleg. 15. *Et fletum inuitis ducere luminibus.*

C 675. TRAHIT INSCIVS IGNES, ET STVPET, &c.] ὕστερον πρότερον: priùs eximiam ſpeciem ad ſtuporem vſque miratur: deinde amare talem formam, & ad coniugium expetere incipit; ſicut audiemus in ſermone, quem miſcet cum parentibus puellæ. Ad locutionis genus quod attinet, ſic lib. 2. *Et accepti caluere ſub oſſibus ignes.* Quid vult autem *inſcius*? inſcius cauſſæ, cur ibi aſtaret, alligata vinculis duriſſimis adeò elegans & ſpectabilis forma.

680. PANDA REQVIRENTI NOMEN, &c.] Tria quærit, regionem, nomen, cauſſam pœnæ. Ad ſingula, quamquam tardiùs, & vt pudicam decebat, verecundiùs reſpondet. Mirum porrò, quærere illum de nomine terræ, cùm Æthiopas videat, vnde Æthio-

Æthiopiam vocari dubitare non oportebat.

681. NEC AVDET APPELLARE VIR. VIRGO] Quare primò, & aliquandiu ad interrogata, & alloquium ſiluit Andromeda? Quia virgo. Virginum autem eſt affatus virorum, præſertim externorum, vereri, & colloquia cum virili ſexu, ne quid maculæ pudicitia contrahat, quantum fieri poteſt, declinare. Seruat decorum Ouidius. Addit autem, quod virginalem pudorem liquidiùs prodit: *Manibus modeſtos celaſſet vultus.*

682. MANIB. MODEST. CEL. VVLT. SI NON, &c.] Quod vultus modeſtos dicit, monet, illam deieciſſe oculos, nec in Perſeum defixiſſe, quæ ſumma mulierum leuitas & impudentia eſt. Cur autem verecundantes, ſeu erubeſcentes pueri, & virguneulæ manibus faciem obtegant, quam eſſe cauſſam arbitremur?

684. LVMINA Q. POT. LACRYM. IMP. OBORTIS] quia *teneras arcebant vincula palmas* (vt de Caſſandra 2. Æneid ſcriptum eſt, quæ proinde lumina in cælum ſuſtulit, cùm à Græcis raptaretur) vt oculos operire nequiret, fecit quod vnum potuit, & fleuit quàm antea largiùs. Etenim ipſa triſtiſſimarum rerum narratio fletum excitat, & excitatum auget. Virgil. 3. Æneid. *Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis.* Et 4. *Sic effata, ſinum lacrymis impleuit obortis.*

685. SÆPIVS INSTANTI] iterum atque iterum interroganti, interrogationem vrgenti.

SVA NE DELICT. FAT. NOLLE VIDER.] Ne ex ſilentio illius pertinaci & obfirmato ſuſpicaretur Perſeus, deſignaſſe eam aliquid ſceleris, quod fateri nollet, & ob id nihil reſpondere omnino, ad ſingula tandem reſponſum reddit.

688. NONDVM MEMORATIS OMNIB.] hoc ad tertium illud pertinet, de ſuperbia matris: quam partem ne abſolueret, balæna impediuit, magno vndarum ſonitu ad eam allabens.

690. ET LAT. SVB PECT. POSSIDET ÆQVOR] ex quo ipſa bel[lua] admodum vaſta & formidabilis conijcitur. Sp[atium] maris non modicum occupabat. Quaſi igitur iam iam deuoranda exclamat, & auxilium petit.

691. GENITOR LVGVB. ET VNA MATER ADEST] Hos primos decebat accurrere, propter communionem ſanguinis, & naturæ vinculum arctiſſimum, & conſulere, ſi quid poſſent in tanto caſu vnicæ filiæ & hæredis.

692. SED IVSTIVS ILLA] Caſſiope vt eſſet miſera, propter filiæ imminens exitium, merebatur ob peccatum ſuum, quod in deas peccauerat. Cepheus maritus nihil tali pœna expiandum perpetrauerat. Expone comparatiuum *iuſtius* per poſitiuum, *iuſtè*, quod frequenter item in ſermone vulgari & quotidiano faciendum. Virg. 1. Æneid.

Atque illum tales iactantem pectore curas
Triſtior, & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes
Alloquitur Venus.

Triſtior, id eſt, triſtis. Auſonius: *Quàm pia cura deûm? prodeſt crudelior vxor.*

693. NEC SECVM AVXIL. SED DIGN. &c.] Accurrere poterant, ſed non ſuccurrere. Flebant igitur & plangebant ambo, & puellam, quaſi ampliùs non viſuri amplexabantur. Hæc officia tempus, & natura poſtulabant.

695. LACRYM. LONGA MAN. TEMP. VOS POT. &c.] Progne Philomelam germanam flentem, ad A Tereum regem primo quoque tempore ſecum vlciſcendum incitans, *Non eſt lacrymis hoc*, inquit, *agendum, ſed ferro*, &c. libr. 6. Perſeus ſic parentibus præcipit, vt omiſſis in præſens lacrymis, quibus fundendis tẽpus adhuc longũ habituri ſint, de ope quamprimùm afferenda cogitent. Iuno 12. Æneid. Iuturnæ nymphæ, periculum Turni deploranti,

Non lacrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno,
Accelera, & fratrem, ſi quis modus, eripe morti.

696. AD OPEM BREVIS HORA FERENDO] Breuiſſimũ tempus, quod inter vitam & mortem huius puellæ, filiæ veſtræ intereſt, hortatur vos, atque etiam me, qui mihi eam vxorem animo iam delegi, ad ſalutem ocyſſimè afferendam.

697. HANC EGO SI PETEREM, &c.] Primùm docet, ſe dignum qui Andromedam ſibi vxorem impetret, præ quibuſuis tandem procis. Poſtea, B dignſſimum. Argumẽtum primum ducit à natalibus nobiliſſimis; Ioue enim, quo nihil maius, & Danaë Argiuorum regis filia ſum genitus. Alterum à factis generoſis, idque dupliciter: Meduſæ Gorgonis anguigerum caput deſecui ſaluus & incolumis: & volatum inire auſus ſum, contempto proſus tanto periculo. Paulò antequam longè lateque per cælum vagatus ſit, cognouimus.

698. QVAM CLAVS. IMPLEVIT, &c.] Suprà: *Perſea, quem pluuio Danaë conceperat auro.*

701. ADDERE TANTIS DOTIB. ET MERIT. TENTO] Hoc eſt tertium, propter quod omnino ſibi deſpondenda ſit, meritum videlicet: ſtatuiſſe enim ad priora decora hue adijcere, ſeruare illam, interempta bellua.

702. FAVEANT MODO NVMINA] Apud Ethni- C cos quoque mos pius ſemper fuit, nihil niſi cum numine auſpicari, atque à Deo pendere in negotijs omnibus. Ab eo omnium dictorum cogitatorumque initia ducere, Plato in epiſt. iubet. Orabant igitur deos vt fauerent, & cœpta fortunarent ac proſperarent, ſecundarent, cœptis annuerent, aſpirarent, adeſſent. Auctor Pauſanias, veteres omnibus actionum initijs captandi ominis gratia præfari ſolitos, Θεὸς, Θεός.

704. ACCIPIVNT LEGEM (QVIS EN. DVBITARET?) &c.] Placuit pactum, & conditio parentibus: quis enim tam inops rationis vt repudiaret? inſuper rogant, vt exſequi velit, quod ſtatuerat, totumque regnum in dotem filiæ pollicentur.

706. ECCE VELVT NAVIS PRÆFIXO, &c.] Tráſit D nunc ad certamen cum bellua marina decertandumque primùm ſimilitudine concitatæ nauis impetum venientis demonſtrat. Virgil. lib 5. *Adductis ſpumant freta verſa lacertis, Infindunt pariter ſulcos*, &c.

709. TANTVM ABERAT SCOPVL. QVANTVM, &c.] Tantum ſpatio diſtabat balæna à ſcopulo ſiue ſaxo, ad quod religata fuerat Andromeda, quãtum pila plumbea è funda (quam *Balearicam* vocat, quoniam Baleares optimi funditores) emiſſa conficeret. Tempus igitur erat, vt ſe accingeret Perſeus, nec illam propinquius adnare pateretur.

710. MEDII CÆLI] *Cœlum* pro aëre, pueris quoque notum. Ergo *medij cœli* aëris medij, ſeu interiectis inter terram & ſupera.

711. PEDIBVS TELLVRE REPVLSA ARDVVS IN NVB.] De Pallade lib. 2. *Fugit, & impreſſa tellurem reppulit haſta.* Vide ibi commentationem. In aërem ſe ſuſtulit Perſeus.

712. Et in æq. svm. vmbra viri vis. est] Aqua eſt perſpicua, & imagines reddit, ſeu repercutit. Ergo & marina, ſed ita, ſi ſtet, & immota ſit à vento, aut nauigio, aut natatione, iuxta illud paſtoris Eclog. 2. *Nec ſum adeò informis: nuper me in littore vidi, Cùm placidum ventis ſtaret mare.* Non itaque prope ſe, ſed longiùs aliquanto à ſe, in aqua vmbram Perſei ſublimè volantis videre bellua potuit. Quo igitur modo in vmbram ſæuijt, quam mox adnatando corripit? *Sæuit*, ſæua approperabat, vt in eum ſæuiret, rata viuum animal.

714. Vtq. Iovis præpes, &c.] aquila. Virgil. 5. Æneid. de Ganymede, ab aquila, Iouis miniſtra rapto: *Quem præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.* Quæ ſint aues præpetes, à Feſto pete, & Gellio l. 6. c. 6. Poëtis omnes aues indiſcriminatim præpetes.

B

Vacvo cvm vidit in arvo, &c.] vbi nulla ſata, nulla ſeges. Aut in patente campo, ampliſſimo arruo. Sic Virgilius 2. Æneid. *Vacua atria luſtrat.* Eandem comparationem adhibet in fabula Salmacidis, & Hermaphroditi hoc eodem lib. Sunt enim aquilæ ſerpentibus vehementer infeſtæ.

———Vt ſerpens, quem regia ſuſtinet ales,
Sublimemq́ rapit pendens, caput ille pedesq́,
Alligat, & cauda ſpatiantes implicat alas.

715. Præbent. Phœbo livent. terga] apricantem. Eius apricationis meminit & Maro 2. Æneid.

Nunc poſitis nouus exuuijs, nitidusq́ iuuenta,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem.

718. Sic e alari missvs, &c.] ἀπόδοσις, qua Perſeo factum aquilæ accommodat.

720. Inachides] Epitheton ab antiquo Argiuorum rege Inacho. Perſeus autem Argiuus.

Ferrvm cvrvo t. abdidit hamo] vſque ad capulum gladium ſuum in armo piſcis condidit. Capulus plerumq; recuruus, ex ferramento, quod illi pro munimento manus adiungitur.

721. Vvlnere l. gravi modo sa, &c.] Narrat cum euidentia quid fecerit cetus adeò grauiter vulneratus; quàm doloris impatiens fuerit. Attollit ſe, mergit, verſat.

724. Illa avid. morsvs velocib. effvg. alis] quotieſcunque illum morſu appeteret, toties ſe dentibus illius eripiebat, alarum ſuarum beneficio.

D

725. Qva q. patent] ictui, quà merſa non ſunt.

Cavis svper obsita conchis] cooperta conchis, & oſtreis, quæ huiuſmodi piſcium monſtris inhærent, & increſcunt quodammodo.

726. Qva tenviss. e cavda desin. in piscem] non quòd totum corpus reliquum non eſſet piſcis; ſed quòd in cauda potiſſimùm referret piſcem, cùm alioqui terreſtri, quàm aquatico animali ſimilior appareret. Vnde & *belluam*, & *feram* nominauit aliquoties.

727. Falcato vvlnerat ense] enſe recuruo, & falci non valdè abſimili, qualis Mercurij, qui *harpe* dicitur, de quo lib. 1. cùm agit de Argo ab eodem Mercurio obtruncato: *Nec mora, falcato nutantem vulnerat enſe.* Immò ipſum hunc enſem, vt talaria, Mercurius ei commodauerat.

728. Misto c. sang. flvct. ore vomit] Vel hinc elucet magnitudo huius belluæ, ſi fluctus vo-

A

mebat. *Puniceos*, quia miſtos ſanguine, quẽ tot vulnera eliciebant. De immanibus iſtius balænæ oſſibus adiungam locum Plinij ex cap. 5. lib. 9. *Balana, cui dicebatur expoſita fuiſſe Andromeda, oſſa Romæ apportata, ex oppido Iudææ Ioppe oſtendit inter reliqua miracula in ædilitate ſua M. Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine coſtarum Indicos elephantos excedente, ſpina craßitudine ſeſquipedali.*

729. Madvere graves asperg. pennæ, &c.] non quæ graues erant; ſed pennæ maduere, quas humor ille & aſpergo grauabat. Itaque tùm non fideret, nec ſatis ſe talaribus iam ſuſtinere poſſet, ad cacumen ſcopuli, quod ex aquis extabat, confugit bellator egregius, & apprehenſo eo manu ſiniſtra, dextra ferrum in monſtro illo iterum iterumq́ue defixit, atque ita pugnæ finem eo moriente impoſuit.

730. Bibvlis talaribvs] Hæ erant pennæ, quæ aſpergine madebant.

735. Littora cvm plavsv clamor, &c.] Exclamantium & gratulantium applaudentiumq́ue voces latè perſonabant, & cælum miſcebant; turba enim multa huic ſpectaculo aderat.

736. Gavd. gener. salvt. avxiliumq. &c.] Voti ſe damnatos Cepheus & Caſſiope lætabantur, generum ſalutabant, & conſeruatorem, atque columen domus & familiæ ſuæ confitebantur.

739. Pretivmq. et cavssa laboris] non cauſſa tantùm laboris, ſed & merces, idq́ue ex ſtipulatione. Sic enim ſuprà: *Vt mea ſit, virtute mea ſeruata, paciſcor.* Verba ſunt Perſei.

C

740. Manvs h. victrices ablvit vnda] Poterat hoc tacitum intelligi, contaminaſſe manus in cæde, & illas abluiſſe. Sed vel minuta non prætetire ὀμμηρικώτερον eſt.

742. Mollit hvmvm foliis] capiti Meduſæo, quod illum ante conflictum depoſuiſſe oportet; ſiquidem ſiniſtra rupem tenuit, dextra gladium verſauit, vt ſuprà vidimus. Virgulta in littore enata ſubſtrauerat, quò molliùs iac[ere], & nihil detrimenti acciperet.

743. Phorcynidos ora Medvsæ] *Phorcus*, ſeu *Phorcyn* pater Meduſæ, vnde patronymicum *Phorcynis* Phorcynidos.

744. Virga recens, bibvlaq. &c.] Quia recentia & humida virgulta, non difficilè in corallium indurruerunt, propter contactum capitis monſtroſi huius, quod alioqui aſpectum tantùm in lapides mutabat aſpicientes.

D

746. Pare recept. n. ramis, at prono. rigor.] Ergo virgulta, non virgæ nudæ fuerant, quamuis ſic nuncupet Poëta; ramuſculos quippe, & frondes habebant. In coralijs tamen hodie cùm ramuſculi cernantur, quod frondibus reſpondeat, nihil videmus.

747. At pelagi nymphæ f. mirab. tent. &c.] Admiratio rei permouit Nereïdas, vt idem pluribus virgultis ſubijciendis experirentur.

749. Seminaq. ex illis iterant] iterum iterumq́ue virgas capiti illi ſuppoſitas, tanquam ſemina per aquas ſpargunt, quæ in aërem prolata lapideſcunt. Cur non extra aquas ſinebant lapideſcere? nouam quærebant experientiam, num & in aquis duritiem lapideam aſſumerent. Non rectè itaque ante Accurſium Mariangelum hic lectum *vt erant*, pro *vbi erant*; ſed *iterant* rectum eſt: quo-

modo

modo & Maximus Planudes, qui hos libros græcè tranſſcripſit, legit. Sic enim ille: Σπέρματι πυρὸς ἐκεῖνον ἀναζωπυρῶν ἐν τοῖς ὕδασι ῥίψασα. Ἀναζωπυρεῖν, eſt ignem velut ſepultum ſuſcitare.

Sacrificium, & nuptiæ Perſei. In conuiuio occaſio cædis Meduſæ (de cuius deſecto capite Pegaſus alatus equus, & Chryſaor proſiluerit) item, vnde illi angues pro crinibus, enuntiatur.

Diſ tribus ille focos, totidem de ceſpite ponit: XI.
Læuum Mercurio, dextrum tibi, bellica virgo:
Ara Iouis media eſt: mactatur vacca Mineruæ:
Alipedi vitulus, taurus tibi ſumme deorum.
Protinus Andromeden, & tanti præmia facti
Indotata rapit. tædas Hymenæus, amórque
Præcipiunt: largis ſatiantur odoribus ignes;
Sertáque dependent tectis, & vbique lyræque,*
Tibiáque, & cantus, animi felicia læti *citharæque
Argumenta ſonant: reſeratis aurea valuis
Atria tota patent: pulchróque inſtructa paratu
** Cepheni proceres ineunt conuiuia regis.* *Cephenûm
Poſtquam epulis functi, generoſi munere Bacchi
Diffudere animos; cultúſque, genúſque locorum
*Quærit * Abantiades. quærenti protinus vnus* *Agenorides.
Narrat Lyncides moréſque habitúſque virorum.
Quæ ſimul edocuit, Nunc ô fortiſſime, dixit,
Fare precor, Perſeu, quanta virtute, quibúſque
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades; gelido ſub Atlante iacentem
Eſſe locum ſolidæ tutum munimine molis:
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcidas, vnius ſortitas luminis vſum.
Id ſe ſollerti, furtim dum traditur, aſtu
Suppoſita cepiſſe manu: pérque abdita longè,
Deuiáque, & ſyluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos, paſſimque per agros,
Pérque vias vidiſſe hominum ſimulacra, ferarumque
In ſilicem ex ipſis viſa conuerſa Meduſa.
Se tamen horrendæ clypei, quod læua gerebat,
Ære repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ.
Dumque grauis ſomnus colubros, ipſámque tenebat,
Eripuiſſe caput collo: penniſque fugacem
Pegaſon, & fratrem matris de ſanguine natos.
Addidit & longi non falſa pericula curſus:
Quæ freta, quas terras ſub ſe vidiſſet ab alto;
Et quæ iactatis tetigiſſet ſidera pennis.

Ante exſpectatum tacuit. tamen excipit vnus
Ex numero procerum,quærens,cur vna ſororum
Geſſerit alternis immiſtos crinibus angues.
Hoſpes,ait,quoniam ſcitaris digna relatu:
Accipe quæſiti cauſſam.clariſſima forma
Multorumque fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa:nec in tota conſpectior vlla capillo
Pars fuit:inueni,qui ſe vidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo vitiaſſe Mineruæ
Dicitur:auerſa eſt,& caſtos ægide vultus
Nata Iouis texit:néue hoc impune fuiſſet,
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.
Nunc quoque,vt attonitos formidine terreat hoſtes,
Pectore in aduerſo,quos fecit,ſuſtinet angues.

753. DIS TRIB. ILLE FOCOS, &c.] Fauore numinum ad victoriam ſibi opus eſſe teſtabatur Perſeus, *faueant modò numina.* Nunc victor auxilium cæleſte agnoſcit; & quos ſibi potiſſimùm affuiſſe deos, Iouem, Mercurium & Mineruam opinatur, iiſdem extructis de ceſpite aris, hoſtias immolat, atque ita gratias refert, docetque poëta (vt aliàs millies) mores optimos in hiſce commentis, quomodo nos erga Deum, & homines beneficijs affecti gerere debeamus.

754. LÆVVM MERCVRIO, &c.] Cur Ioui poſuerit in medio focum, ratio manifeſta, quia locus medius honoratior. Sed cur dextrâ Palladi, ſiniſtrâ Mercurio, quærendum videtur. An non Mercurium vt virum, Palladi vt fœminæ debuit anteponere? Lege Lipſij Elector. lib. 2. cap. 2. quod diſputat, dexter an ſiniſter locus magis ſit honorificus.

BELLICA VIRGO] Lib. 2. *Bello metuenda virago.* Quæque ibidem ſcripta ſunt, repete.

755. MACTATVR VACCA MINERVÆ] Ouid. Eleg. 9. vt nos diſtinximus, 1. Triſt. bene precatus naui ſuæ, cuius tutela Minerua, ſubijcit,

Hac ſi contigerint, meritâ cadet agna Mineruæ
Non facit ad noſtras hoſtia maior opes.

Paupertatem ſuam obtendit. Illa autem maior hoſtia eſt vacca, quæ & Proſerpinæ, ſed ſterilis, mactabatur. Teſtis Virgil. 6. Æneid.

756. ALIPEDI VITVLVS] propter talaria, quæ pedibus nectit, alipes Mercurius. Aliter equi alipedes. Vitulum ei ſacrificari ſolitum narrant quidem mythographi, ſed cauſſam nullam adnectunt.

TAVRVS TIBI SVMME DEOR.] Cur taurus Ioui? *Quia maxima taurus Victima*, ait Virgil. 2. Georg. & ille deorum maximus.

758. INDOTATA RAPIT] *Rapi* ſimulatur virgo ex gremio matris, aut ſi ea non eſt, ex proxima neceſſitudine, cùm ad virum trahitur (*traditur*, meliùs) quòd videlicet ea res fæliciter Romulo ceſſit, Liuius lib. 1. Catull. in Epithalam. alloquens Hymenæum: *Qui rapis teneram ad virum Virginem.* Et in carmine nuptiali

Qui natam poßis complexu auellere matris:
Et iuueni ardenti caſtam donare puellam.

Et Virgil. lib. 10. *Quid ſoceros legere, & gremijs abducere pactas?* Ad hanc Romanam conſuetudinem etiam alluſiſſe credendum eſt Ouidium. Quòd porrò indotatam ait rapuiſſe, ſignificat dotem, quam parentes offerebant (& regnum totum offerebant) neglexiſſe. Nihil tam excelſi animi, quàm contemnere diuitias. Quid regna?

TÆDAS HYMEN. AMORQ. PRÆCIPIVNT] *Hymenæus* deus nuptialis, & ardens amor ad nuptias inſtituendas eum hortantur. Legitur quoque *præcipitant*, hoc ſenſu, compellunt eum ad nuptias properandas. Non ſinunt differre nuptias. Tædæ præferebantur ſponſæ, cùm noctu in domum ſponſi à pueris patrimis & matrimis deducebatur. De ijs multa Comment. in Epithalam. Catulli.

759. LARGIS SATIANTVR ODORIB. IGNES] Apparatus nuptialis. Dijs nuptialibus thus e fit. Ignis nunquam ſatiatur, vrit ſemper, ſi adſit materia. Et rectè *edax* Virgilio. Proinde per *ſatiantur* hoc loco thuris iniecti copiam pariter cape.

760. SERTAQ. DEPENDENT TECTIS] quia ſerta nectuntur ex floribus; florum autem in rebus lætis apud veteres vſus, vt ita dicam, vſitatiſſimus. Non habeo neceſſe omnia confirmare teſtimonijs. Iſta enim initiatis, non profanis laboramus. Lege Carolum Paſchalium lib. 1. de Coronis, c. 12. & 13.

ET VBIQ. LYRÆQ. TIBIAQ. ET CANT. &c.] Tota vrbs tubarum clangore, lyrarum dulci ſtrepitu, tibiarum modulis, & vocum cantibus reſonabat, in gratiam regis, cuius filia nobiliſſimo iuueni, ſeruatori ſuo collucabatur.

762. RESERAT. AVREA VALVIS T. PATENT. &c.] *aurea* pro aurata, vt *ſpumeus* pro ſpumans. *floreus* pro floridus. Catull. (quem reſpiciebat hæc ſcribens Naſo) de nuptijs Pelei & Thetidis:

Quæ ſimul optatæ finito tempore luces
Aduenere, domum conuentu tota frequentat
Theſſalia, oppletur lætanti regia cœtu.

Et paulo pòſt:

Ipſius at ſedes, quacunque opulenta receßit
Regia, fulgenti ſplendent auro atque argento.
Candet ebur ſolijs, collucent pocula menſis.
Tota domus gaudet regali ſplendida gaza.

763. PVLCHROQ. INSTRVCT. PARAT. CEPH. &c. Virgiliana imitatio, ex 1. Æneid.

At domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur, medijſq. parant conuiuia tectis.

765. POSTQ.

765 P[illegible]STQ. EPVLIS F. GENI[illegible]R M BACCHI. OIFF. ANIM. [illegible]erum *μαμωνίζει*, tam apertè & expreſsè vt nihil [illegible] 1. Æneid.

Poſtquam exempta fames epulis, menſæq́; remota,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Munera eiuſdem dei appellat ibid. Dido. Diffundit vinum animos, quia exhilarat & lætificat illos: lætitia autē dil[illegible]undit; vt contrà mœſtitudo contrahit.

766. CVIVSQ. GENVSQ. LOCI. QVÆR. A-BANT.] vt Dido: *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa*, &c. De moribus indigenarum, & natura loci audire cupit.

768 MORESQ HABITVSQ. VIRORVM] Alij, *animoſq́; virorum*. *Mores* refertur ad *virum*, qui eſt virorum, id eſt hominum: nam ea voce interdum vterque ſexus comprehenditur; *habitus* ad genus locorum. Poteſt enim dici, & locis ſuum eſſe habitum, proprietatem ſiue ingenium.

770. FARE, PRECOR, P. QVANTA VIRTVTE, &c.] Reſpondit pro omnibus Lyncides: nunc viciſſim pro omnibus percunctatur de Meduſæo capite, quo pacto res patrata fuerit.

771. CRINIT. DRACONIB. ORA] anguibus implicitum caput. Idem ſunt in hac ſabula poëtæ *dracones, hydri, angues, viperæ, ευνωνύμως*.

772. GELIDO SVB ATLANTE IACENT. &c.] Grææ fuerunt duæ, Pephredo, & Enyo ſorores, natæ cum canicie, Phorco & Ceto parentibus, quibus etiam Gorgones illæ tres, quarum vna Meduſa. Grææ illæ tantùm vnum oculum, vnumque dentem communem habebant, quos ſibi inuicem vtendos tradebant. Hunc illis Perſeus ſuppoſita manu ſurripuit, tandinque retinuit, donec illis indicibus ad domicilium per abditum & deuium iter perueniret. In quo itinere paſſim beſtias & homines ex aſpectu Meduſæ in ſaxa conuerſos conſpexit. Lege de Meduſa, Gorgonibus, & Grææis Natalem lib. 7. Mythol. cap. 11. & 12.

782. CLYPEI AERE REPERCVSSO] Vitreum hunc clypeum à Minerua habuiſſe dicitur, per quē videret, nec videretur. Lucian. in Marinis to. II: dialog. Triton. & Nereid. ait Mineruam illi clypeum velut facem, aut ſpeculum refulgens prætuliſſe, & in eo Meduſæ imaginem ſpectandum exhibuiſſe. Poſtea Perſeum ſiniſtra, arrepta illius coma, & inſpecta imagine, dextra autem ſublata harpe caput abſcidiſſe, atque ita, priùs quàm ſorores reliquæ expergiſcerentur, auolaſſe.

785. ERIPVISSE CAP. COLLO] De ſanguine è collo defluēte, natus eſt Chryſaor, & alatus equus, dictus Pegaſus. Caput idem in peram coniectum ad Palladem detulit, quod ipſa ſcuto ſuo affixum deinceps geſtauit. Irata Meduſæ, quòd in templo ſuo Neptunum paſſa eſſet, primùm capillos eius, quibus Neptuno placuerat, ſerpentes fecerat, & hanc illi vim dederat, vt aſpicientes lapideſcerent.

A Quod cùm plurimi paterentur, dijs miſerant[illegible] Perſeus, acceptis à M[illegible]curio tal[illegible]us, & falcato enſe, galea à Plutone, ſpecul[illegible] & clypeo à Pallade, vno ictu eam obtruncauit. Ex Iſacio Tzetze Natalis aliam cauſſam promit cur Pallas ſic iraſceretur Meduſæ, ſpiritus ſcilicet, quibus inflata ſe illi vt formoſiorem antepoſuit. Lege præterea quæ Chiliaſtes diſſerit ſuper adagio: *Orci galea*; item quæ Andreas Schottus noſter in collecta à ſe adagia, & Scholijs illuſtrata Zenubij, ſeu Zenodoti cent. 1. n. 41. Quomodo Perſeus à Pallade ad Meduſam capite ſpoliādam miſſus ſit, & ipſius cædis ſacundam ὑποτύπωσιν habes apud Lucan. lib. 9. *Auxilium volucri Pallas tulit innuba fratri*, &c.

PENNISQ. FVGACEM PEGASON] Pegaſo velocior, de præuelocibus. Hunc equum dij Bellerophonti dederunt, quo vectus Chimæram occidit, & Amazonas deuicit.

B 788 QVÆ FRETA, QVÆ TERRÆ S. SE VID.] Suprà:

——— Et ex alto ſeductas æthere longè
Deſpectat terras, totumq́; ſuperuolat orbem:
Ter gelidas Arctos, ter cancri brachia vidit,
Sæpe ſub occaſus, ſæpe eſt ablatus in ortus.

790. ANTE EXSPECTAT. TACVIT] Deſijt narrare citiùs, quàm putaretur deſiturus: & cupiebant audire diutiùs quotquòt audiebant; adeò mira & iucunda illis hæc narratio accidebat.

EXCIPIT VNVS] ὑπολαμβάνει. 4. Æneid. *Tum ſic excepit regia Iuno, Mecum erit iſte labor*. Lib. ſequenti: *Excipit Vrania*.

793. CVR VNA SOROR. GESSERIT ALT. &c.] Stheino, Euryale & Meduſa tres ſorores, Gorgones appellatæ. Sciſcitatur itaque cauſſam aliquis de proceribus, quare vnius capillitio ſerpentes immiſſi fuerint. Reddit Perſeus cauſſam, quam nos C antea breuiter explicauimus. Noluit enim dea tantum ſcelus impunitum relinquere.

795. MVLT. SPES INVID. PROCORVM] quam multi ſperabant ſibi in ſocietatem matrimonij, & inter ſe inuidebant. Lib. 12. de Cœnide: *Multorum fruſtra votis optata procorum*.

796. NEC IN TOTO CONSPECT. VLLA CAPILLO PARS] cùm toto corpore pulcherrima eſſet, tum eius coma nihil poterat cogitari pulchrius.

797. INVENI, QVI SE VIDISSE REFERRENT] antequam ei vitium à Neptuno offerretur. Teſtibus oculatis probat dicta ſua.

801. GORGON. CRIN. TVRP. MVT. IN HYDROS] Qua parte peccarat, ea potiſſimùm parte punita eſt.

802. ET ATTONIT. FORMID. TERR. HOSTES, &c.] Docetur cur caput hoc anguiferum ſcuto ſuo, quod ad pectus ſuſpenſum geſtat, inſertare Pallas voluerit, ad hoſtes nimirum illa horribili ſpecie perterrendos.

ELECTO-

ELECTORVM LIBER QVINTVS.

Phineus Cephei frater deſponſam ſibi priùs Andromedam nunc peregrino commiſſam vxorem iniquiſsimè patiens, inter epulas nuptiales pugnam incipit. Fit vtrinq; magna & varia trucidatio, apponuntúrque cadentium nomina, ὁμηρικῶς.

SECTIO I.

DVMQVE ea Cephenûm medio Danaeïus heros
Agmine commemorat: fremitu regalia turba
Atria complentur: nec coniugialia feſta* *connubialia
Qui canat, eſt clamor; ſed qui fera nuntiet arma.
Inque repentinos conuiuia verſa tumultus
Aſſimilare freto poſſis, quod ſæua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat vndis.
Primus in his Phineus belli temerarius auctor
Fraxineam quatiens æratæ cuſpidis haſtam,
En, ait, en adſum præreptæ coniugis vltor.
Nec mihi te pennæ, nec falſum verſus in aurum
Iuppiter eripiet. conanti mittere Cepheus,
Quid facis? exclamat: quæ te, germane, furentem
Mens agit in facinus? meritiſne hæc gratia tantis
Redditur? hac vitam ſeruatam dote rependis?
Quam tibi non Perſeus, verum ſi quæris, ademit:
Sed graue Nereïdum numen, ſed corniger Ammon;
Sed quæ viſceribus veniebat bellua ponti
Exſaturanda meis. illo tibi tempore rapta eſt,
Quo peritura fuit; niſi ſi crudelis id ipſum
Exigis vt pereat, luctúque leuabere noſtro.
Scilicet haud ſatis eſt, quòd te ſpectante reuincta eſt,
Et nullam quòd opem patruus, ſponſúsue tuliſti:
Inſuper à quoquam quòd ſit ſeruata dolebis?
Præmiáque eripies? quæ ſi tibi magna videntur,
Ex illis ſcopulis, vbi erant affixa, petiſſes.
Nunc ſine, qui petijt, per quem hæc non orba ſenectus,
Ferre, quod & meritis, & voce eſt pactus: eumque
Non tibi, ſed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contrà: ſed & hunc & Perſea vultu

Alterno ſpectans, petat hunc, ignorat, an illum.
Cunctatuſque breui, contortam viribus haſtam,
Quantas ira dabat, nequidquam in Perſea miſit.
Vt ſtetit illa toro: ſtratis tum denique Perſeus
Exilijt, telóque ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet: ni poſt altaria Phineus
Iſſet; &, indignùm, ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuſpis adhæſit.
Qui poſtquam cecidit, ferrúmque ex oſſe reuulſum eſt:
Calcitrat, & poſitas aſpergit ſanguine menſas.
Tum verò indomitas ardeſcit vulgus in iras,
Teláque conijciunt: & ſunt qui Cephea dicant
Cum genero debere mori. ſed limine tecti
Exierat Cepheus, teſtatus iura, fidémque,
Hoſpitijque deos, ea ſe prohibente moueri.
Bellica Pallas adeſt, & protegit ægide fratrem,
Dátque animos. erat Indus Atys, quem flumine Gange.
Edita Limniace vitreis peperiſſe ſub vndis
Creditur, egregius forma, quàm diuite cultu
Augebat, bis adhuc octonis integer annis,
Indutus chlamydem Tyriam, quam limbus obibat
Aureus · ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo quamuis diſtantia miſſo
Figere doctus erat: ſed tendere doctior arcus.
Tum quoque lenta manu flectentem cornua Perſeus
Stipite, qui media poſitus fumabat in ara,
Perculit, & fractis confudit in oſſibus ora.
Hunc vbi fœdatos iactantem in ſanguine vultus
Aſſyrius vidit Lycabas iunctiſſimus illi,
Et comes, & veri non diſſimulator amoris:
Poſtquam exhalantem ſub acerbo vulnere vitam
Deplorauit Atyn: quos ille tetenderat arcus,
Arripit: &, Mecum tibi ſint certamina, dixit.
Nec longum pueri fato lætabere, quo plus
Inuidiæ, quàm laudis habes. hæc omnia nondum
Dixerat, emicuit neruo penetrabile telum,
Vitatúmque, tamen ſinuoſa veſte pependit.
Vertit in hunc harpen ſpectatam cæde Meduſæ
Acriſioniades, adigitque in pectus. at ille
Iam moriens, oculis ſub nocte natantibus atra,
Circumſpexit Atyn, séque acclinauit ad illum,
Et tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
Ecce Süenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam,
Sanguine, quo latè tellus madefacta tepebat,
Conciderant lapſi: ſurgentibus obſtitit enſis

Alterius

Alterius coſtis,iugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Erithum,cui lata bipennis
Telum erat,admoto Perſeus petit enſe: ſed altis
Extantem ſignis, multaque in pondere maſſæ,
Ingentem manibus tollit cratera duabus;
Infligitque viro:rutilum vomit ille cruorem:
Et reſupinus humum moribundo vertice pulſat.
Inde Semiramio Polydæmona ſanguine cretum,
Caucaſeúmque Abarim,Sperchiſiadénque Lycetum,
Intonſúmque comas Elicen,Phlegyámque,Clytúmque
Sternit,& extructos morientum calcat aceruos.
Nec Phineus auſus concurrere comminus hoſti,
Intorquet iaculum:quod detulit error in Idam
Expertem fruſtra belli,& neutra arma ſecutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea toruis,
Quandoquidem in partes,ait,abſtrahor,accipe Phineu
Quem feciſti hoſtem,penſáque hoc vulnere vulnus.
Iámque remiſſurus tractum de vulnere telum
Sanguine defectos cecidit collapſus in artus.
Hic quoque Cephenúm poſt regem primus Odites
Enſe iacet Clymeni.Protenora percutit Hypſeus,
Hypſea Lyncides. fuit & grandæuus in illis
Emathion æqui cultor,timidúſque deorum:
Qui,quoniam prohibent anni bellare,loquendo
Pugnat,& inceſſit,ſceleratáque deuouet arma.
Huic Chromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit enſe caput: quod protinus incidit aræ:
Atque ibi ſemianimis verba execrantia linguæ
Edidit,& medios animam exſpirauit in ignes.
Hinc gemini fratres Broteáſque,& cæſtibus Ammon
Inuicti,vinci ſi poſſent cæſtibus enſes,
Phinea cecidere manu:Cererı́ſque ſacerdos
Alphytus, albenti velatus tempora vitta.
Tu quoque Lampetide non hos adhibendus ad vſus,
Sed qui pacis opus citharam cum voce moueres,
Iuſſus eras celebrare dapes,feſtúmque canendo.
Quem procul aſtantem,plectrúmque imbelle tenentem
Pettalus irridens,Stygijs cane cætera,dixit,
Manibus:& læuo mucronem tempore fixit.
Concidit,& digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ: caſúque canit miſerabile carmen.
Non ſinit hunc impunè ferox cecidiſſe Lycormas:
Raptáque de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus illiſit mediæ ceruicis. at ille
Procubuit terræ mactati more iuuenci.
Demere tentabat læui quoque robora poſtis
Cinipheus Pelates:tentanti dextera fixa eſt

Cuſpide

Cuſpide Marmaridæ Coriti: lignóque cohæſit.
Hærenti latus hauſit Abas: nec corruit ille,
Sed retinente manu moriens è poſte pependit.
Sternitur & Melaneus Perſeïa caſtra ſecutus,
Et Naſamoniaci Dorilas ditiſſimus agri:
Diues agri Dorilas; quo non poſſederat alter
Latiùs, aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum.
(Letifer ille locus) quem poſtquam vulneris auctor
Singultantem animam, & verſantem lumina vidit
Bactrius Halcyoneus, Hoc quod premis, inquit, habeto
De tot agris terræ: corpúſque exangue reliquit.
Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam
Vltor Abantiades: media quæ nare recepta,
Ceruice exacta eſt; in partéſque eminet ambas.
Dúmque manum fortuna iuuat, Clytiúmque, Danumque,
Matre ſatos vna diuerſo vulnere fudit.
Nam Clytij per vtrumque graui vibrata lacerto
Fraxinus acta femur: iaculum Danus ore momordit.
Occidit & Celadon Mindeſius; occidit Aſtreus
Matre Palæſtina, dubio genitore creatus:
Echiónque ſagax quondam ventura videre,
Tunc aue deceptus falſa: regíſque Thoactes
Armiger, & cæſo genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhauſto ſupereſt. namque omnibus vnum
Opprimere eſt animus. coniurata vndique pugnant
Agmina pro cauſſa meritum impugnante, fidémque.
Hac pro parte ſocer, fruſtra pius, & noua coniux
Cum genitrice fauent; vlulatúque atria complent.
Sed ſonus armorum ſuperat, gemitúſque cadentûm:
Pollutóſque ſimul multo Bellona penates
Sanguine perfundit, renouatáque prælia miſcet.
Circumeunt vnum Phineus, & mille ſecuti
Phinea. tela volant hyberna grandine plura
Præter vtrumque latus, prætérque & lumen, & aures.
Applicat hic humeros ad magnæ ſaxa columnæ,
Tutáque terga gerens, aduerſáque in agmina verſus
Suſtinet inſtantes. inſtabat parte ſiniſtra
Chaonius Molpeus, dextra Nabathæus Ethion.
Tigris vt, auditis diuerſa valle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum,
Neſcit vtrò potiùs ruat, & ruere ardet vtróque:
Sic dubius Perſeus dextra læuáne feratur,
Molpea traiecti ſummouit vulnere cruris,
Contentúſque fuga eſt: neque enim dat tempus Ethion,
Sed furit: & cupiens alto dare vulnera collo,
Non circumſpectis exactum viribus enſem

Fregit in extremæ percuſſæ parte columnæ.
Lamina diſſiluit, dominique in gutture fixa eſt.
Non tamen ad lethum cauſſas ſatis illa valentes
Plaga dedit, trepidum Perſeus, & inertia fruſtra
Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.

1. CEPHENVM MEDIO] Cephenos aiunt lexicographi fuiſſe populos Aſiæ minoris, alij Æthiopiæ. Erunt igitur Cepheni (quomodo habet Ouid. infrà longè, non Cephenes) proceres Æthiopici, ad celebritatem nuptialem videlicet inuitati, quibuſcum in conuiuio accumbebat Perſeus.

DANAEIVS HEROS] à matre Danaë, vt *Autonoëius heros* Actæon. ſimiliter, *Troius heros; Tyrinthius heros*, Æneas, & Hercules, ab vrbibus, in quibus vel nati vel educati. *Daunius heros* Turnus, à Daunia regione, alij heroës à rebus alijs cognomenta adipiſcuntur.

2. FREMITV REGAL. TVRB. ATRIA COMPL.] Non in vrbe, ſed in ipſa regia tumultus exoriens, conuiuis periculum denuntiat.

3. NEC CONIVGIALIA FESTA QVI CANAT] Legitur & *connubialia*, ſecunda ſyllaba contracta, & forſitan emendatiùs. A coniugio namque fit *coniugale*, nō *coniugiale*, niſi erro. Turnebus nihilominus l.13. Aduerſ. cap. 22. *coniugialia* ab Ouidio ſcriptum exiſtimat, ſicut à Lucretio libr. 2. & 5. *principiale*, & *principale*. Et in libero carmine (vt eruditi nonnulli vocant) in deum hortorum puta, *Pallorem, maciemq́ue, laruialem*, pro laruialem, neceſſitate metri cogente. Tu videris. Quin & lib. 6. ſic eſt: *Nec mea virginitas, nec coniugialia iura*. Catul. Epithalam. *Nuptialia concinens Voce carmina tinnula*. Theocrito Europa, Euripidi Troad. γαμήλια μέλη. De cantibus nuptialibus, eorumque argumentis Alex. ab Alex. lib. 2. c. 5. & ante eum Dionyſius Halicarn. in Criticis ſeu Rhetoricis.

4. SED QVI FERA NVNTIET ARMA] Alius eſt clamor lætantium, vt in nuptijs, in victoria & triumpho; alius in ſeditione, & hoſtili tumulto. Ille ad lætitiam, hic ad arma exſuſcitat animos. *Fera arma*, quia vim inferre, lædere, vulnerare, occidere, magis ferarum eſt, quàm hominum; quos natura nudos ac inermes ad pacem, & mutua vitæ officia procreauit.

5. IN Q. RSPENTIN. CONVIVIA V. TVMVLT, &c.] Turbatum improuiſis clamoribus conuiuium cum mari quieto, ventorum inſania concitato & exaſperato confert; rem paruam cum magna: nam parua licet componere magnis interdum, ſicut magna paruis.

6. QVIET. VENT. RABIES, &c.] Lib. 1. *Tum freta diffudit, rapidiſq́ue tumeſcere ventis Iuſſit*. 1. Æneid. *Et vaſtos voluunt ad littora fluctus*. Et infrà Neptunus dum eos acriter caſtigat, *Et tantas audetis tollere moles?*

8. BELLI TEMERARIVS AVCTOR] dux, caput, inuentor, atque incentor huius pugnæ erat Phineus, dum præreptam ſibi ſponſam inconſideratiſſimè dolet, & quam ſe accepiſſe putat iniuriam, armis vindicandam conſtituit.

9. FRAXIN. QVAT. ÆRATÆ CVSPID. HAST.] Inter ſylueſtres arbores Virgilius eclog. 7. primas dat

A fraxino, vt pinui inter hortenſes, populo inter fluuiatiles, abieti inter montanas. Aptiſſima eſt haſtilibus, ſiue haſtis conficiendis, quare etiam tritiſſima figura crebrò haſtam ſonat, vt infrà hoc eodem libro: *Nam Clytij per vtrumq́ue graui vibrata lacerto Fraxinus acta femur.*

10. EN, AIT, EN ADSVM PRÆREPTÆ, &c.] Geminatum aduerbium nota eſt animi valdè turbati & commoti. Statim verò aperit, cur armatus adſit cum globo ſuo. Libr. 11. vna de Bacchis aduerſus Orpheum: *En, ait, en hic eſt noſtri contemptor*. Lib. 3. de Pentheo: *Ite citi (famulis hoc imperat) ite, ducemq́ue Attrahite huc.*

11. NEC MIHI TE PENNÆ, NEC FALSVM, &c.] contemnit Perſeum, illiq́ue certum minatur exitium.

FALSVM VERSVS IN AVRVM] Fama diſſipauerat, ex aureo imbre à Danaë conceptum, eſſeque
B Iouis filium. Hoc fabuloſum Phineus dicit. 3. Amor. eleg. 7.

Iuppiter admonitus nihil eſſe potentius auro,
Corruptæ pretium virginis ipſe fuit.

13. QVID FACIS, EXCLAM. QVÆ TE GERM. &c.] Exprobratoria eſt oratio Cephei. Exprobrat autem fratri ingratum animum, & importunam audaciam aduerſus tam benè meritum, vt ei pares gratiæ perſolui nequeant.

QVÆ TE FVR. MENS AGIT IN FACIN.] Catull. ad Rauidum,

Quænam te mala mens, miſelle Rauide,
Agit præcipitem in meos iambos?

Ad Aurelium:

Quòd ſi te mala mens, furorq́ue vecors
In tantam impulerit, ſceleſte, culpam
Vt noſtrum inſidijs caput laceſſas.

14. MERIT. H. GRAT. TANT. REDDITVR?] Gratia debetur meritis, & magna magnis: tu autem tantis meritis vulnera & mortem vis rependere. Quare
C non ſolùm ingratiſſimus, ſed etiam ſceleratiſſimus habendus es.

15. HAC VIT. SERVAT. DOTE REP.] Exprimit tantum meritum. Vita nihil maius, neque charius & cuilibet homini per ſe, & conſanguineorum ac neceſſariorum inter ſe. Qui ergo hanc ſeruat, præſertim cum ſuæ vitæ diſcrimine, quomodo non quàm optimè dicendus eſt meruiſſe? Fecit hoc filiæ meæ, cognatæ tuæ Perſeus. Et tu, bone vir, ſic agis gratias?

16. QVAM TIBI NON PERSEVS] Omnem culpam à Perſeo in Caſſiopen, vel potiùs in Nereïdas, & Iouem Ammonem transfert, qui matrem ſuperbam vt punirent, filiam ceto obijcere compulerunt; cui pereundum erat certiſſimè, niſi Perſeus liberator interueniſſet.

17. SED GRAVE NEREID. SED CORNIG.] Iteratio particulæ huius in eadem periodo cæſim adhibita, ad vrgendum, affirmandum, amplificandum, &c. vim habet, cuius vſum talem & apud Ciceronem

nem obſeruauimus. Porrò Iouem Ammonem lib. 4. quoque vt inuidum in hac pœna Andromedæ reprehendit:

Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas iniuſtus iuſſerat Ammon,

oraculum nempe Iouis Ammonis.

18. VISCERIB. EX SATVR. MEIS] ἐμφατικῶς. Liberi non generantur ex parentum viſceribus, nec ſunt eorum viſcera: ſed ſemen & ſanguis, quæ ſunt & veniunt ex ipſis eorum viſceribus. Nec eſt verbum aliud, quo, quàm ſint ſui quos genuerunt, declarare ſignificantius queant. Quid enim tam cuique ſuum, quàm ipſa viſcera?

BELLVA PONTI] *Belluæ* ſunt magnitudine excellentes feræ, vt elephanti. *Beſtiæ*, & *feræ* omnes animantes rationis expertes: ſiue natura ferociunt, vt leones, tigrides: ſiue mediæ cuiuſdam naturæ ſunt, vt hirundines, apes, columbæ: ſiue ſunt manſuetæ, vt equi, canes, oues. Item beſtiarum nomine cenſentur & animalia venenata, Græcis θηρία. Cic. 1. de Diuinat. *Quæ ſunt animaduerſa à medicis herbarum genera, quæ radicum ad morſus beſtiarum.* Ex Aulonio Popma de different. verb.

20. NISI SI CRVDEL. IDIPS. EXIG. VT PEREAT, &c. Ineſt dilemma in his verbis, Aut perire eam cupis; aut non periiſſe gaudes. Si illud, nimiùm es crudelis; Si hoc, debes eam non inuidere illi, per quem non periit; cùm præſertim tu patruus & ſponſus nihil omnino ad liberationem eius contuleris, ſicut oportebat; ſed otioſus ſpectator aſſueris. Particula *ſi* reſpondet græcę ἐὰν, cùm dicunt πλὴν ἐὰν. Iſocrat. ad Demonicum: πλὴν ἐὰν ὁμοίως συμφέρῃ τὰς πράξεις σιωπῆσαι αὐτῷ τῷ λέγοντι, καὶ ἐκείνοις τοῖς ἀκούουσιν. Plin. lib. 6. *Iuba, qui videtur diligentiſſimè proſequutus hæc, omiſit in hoc tractatu (niſi ſi exemplarium vitiatum eſt) Berenicen alteram.* Plaut. Menæch. *Quin nos hinc domum redimus, niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus.*

27. NVNC SINE QVI PETIIT, &c.] Aceruat argumenta pro Perſeo contra Phineum. Ille petiit hoi hæc præmia, cùm pro alligata ad ſaxum ſtrenuè depugnaret. Ille orbitate à nobis iam ſenibus depulit. Ille à nobis eã & virtute, & verbis inſuper pactus eſt. Sine igitur eum potiri Andromeda.

28. EVMQ. NON TIBI, SED CERTÆ, &c.] Addit hoc ad eximendam ſuſpicionem. Ne putes illum tibi prælatum, quia filius Iouis, & has quas afferimus cauſſas, non ex animo nos proferre, & multa fingere. Prætulimus illum non tibi, ſed certæ morti, hoc eſt, propter certiſſimam mortem Andromedæ ſubeundam, quam viuam potius quàm mortuam volumus, Perſeumque vindicem vindicatæ ſponſum & maritum fieri cupimus; non quòd re præ illa deſpectum eamus.

30. ILLE NIHIL CONTRA] ſubaudi reſpondit, 1. Æneid. *Aeolus hæc contra.* De Hectore, quem per ſomnium videt Æneas, & alloquitur 2. Æneid. *Ille nihil*, breuiante eclipſi.

SED ET H. ET PERS. V. ALTERN. SPECT. &c.] Geſtum vehementer ſuccenſentis exprimit, voluat enim oculos, & inuaſionem meditatur. Sed non diu deliberat.

32. CONTORT. VIRIB. HAST. MISIT, &c.] Virgil. 2. Æneid.

Sic fatus, validis ingentem viribus haſtam
In latus, inq; feri curuam compagibus aluum
Contorſit.

A Lib. 11. *Dixit, & adducto contortum haſtile lacerto Immiſit.* Et lib. 12. *Dixit, & aduerſos telum contorſit in hoſtes.*

33. NEQVIQVAM MISIT] fruſtra contorſit, hæſit enim in toro, illo parua declinatione ictum effugiente.

35 TELOQ. FEROX INIM. REMISSO, &c.] Non ſe deſeruit Perſeus: par pari referre inſtituit. Verùm Phineus, perinde vt ipſe antea, incaſſum petitur, & altaris oppoſito pro ſcuto vtitur.

37. ET, INDIGNVM, SCELERAT. PROP. ARA] Pro aduerbio poſitum, vt miſerandùm, malùm, &c. Ara piis & innocentibus, non ſceleſtis, deorumque inimicis prodeſſe debet. Non enim ſunt patroni ſcelerum, ſed rectè factorum. Mos vetuſtus, nuptiales epulas ante arulas numinibus ſtatutas inire ac celebrare. Qua ratione deos ad nuptias quodammodo aduocare & inuitare videbantur. Sic lib. 12. vbi centauri in nuptiis Pirithoi ſponſam rapere conantur:

B

Proximus vt ſteterat, ſpectans altaria vultu
Fumida terribili; Cur non ait, vtimur iſtis?
Cumq; ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen.

Stat. 2. Thebaid.

Viderat hæc coniux perituri vatis, & aras
Ante omnes, epulasq; trucem ſecreta coquebat
Inuidiam.

Aras Seruius ſuperis & inferis diis conſecrati ait: *altaria*, quæ ab altitudine nominata, ſuperis tantùm. Sic 9. Æneid. de Rhœto, cui ſimiliter crater, poſt quem latebat, profuiſſet, niſi aſſurrexiſſet. Tum

C

enim ab Euryalo cædibus graſſante eſt interfectus:

——Rhœtum vigilantem & cuncta videntem;
Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat.
Pectore in aduerſo totum cui comminus enſem
Condidit aſſurgenti, & multa morte recepit.

40. CALCITRAT] recalcitrat. Sæpiùs hoc de cadentibus in acie, & morientibus Homerus. Et noſter in hac Cephenorum pugna, *Humum moribunda vertice pulſat.* Infrà, in fab. Pyrenei. *Tundit humum moriens.* Lib. 12. *Media reſupinus arena Calcitrat.* Virgil. lib. 10. *Sternitur infelix Acron, & calcibus atram Tundit humum exſpirans.* Cædium varietatem, cùm multæ ſimul, in vno aliquo conflictu commiſſæ narrantur, à communi omnium parente Homero ſumere omnes poëtæ conſueuerunt.

D

ET POSIT. ASPERGIT SANG. MENSAS] neceſſe eſt venam perruptam, ſi ſanguis iacentis in menſam ſaliit. Aut id ex calcitratione, & corporis agitatione potuit euenire.

41. TVM VERO INDOMIT. ARD. &c.] Catull. *Indomitos in corde gerens Ariadna furores.* Et 1. Æneid. Venus: *Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?* Gregem Phinei nominat *vulgus*, de quo iam Rhœtus iacebat mortuus, & vtrinque iam datum erat feriendi occidendique initium, & quaſi quoddam ſublatum ſignum.

42. ET S. QVI CEPHEA D. CVM GEN. DEB. MORT] Quidam de Phinei ſociis feruidiores, non Perſeum ſolum, vt raptorem ſponſæ alienæ, ſed ipſum quoque Cepheum, vt perfidum, & in fratrem improbum, vita mulctandum cenſebant.

43. SED LIM. TECTI EXIER. CEPHEVS] Cauſſa cur exierit, ſatis in aperto eſt. Vitæ ſuæ proſpectum ire moliebatur.

44. TESTAT. IVRA PIO. HOSPITIIQ. DEOS] Teſtatur hos, fidem & iura humanitatis, & deos hoſpitales (Iouem præcipuè hoſpitalem, de quo in 1. Æneid. *Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur*) violari, ſe inuito ac nolente. Non teſtabatur iura fidemque; ſed teſtabatur, ſe prohibente moueri, id eſt, nõ curari iura, fidem, hoſpitales deos. Quapropter poſt vocem *teſtatus* interpunge. Sin autem citra interpunctionem legas, tum explica, *ea ſe prohibente moueri*, quomodo illud Liuianum lib. 1. *Cùm ſenſiſſent patres ea moueri*, &c. Inde *motus* pro perturbatione, ſeditione ac tumultu. Cic. 1. Catilin. *Is omnes motus Catilinæ, conatusq́ prohibuit*. Et 2. de Orat. *Si quis motus populi factus eſt*. Bellum ciuile, vocat *motum ciuicum* Horat. ode 1. lib. 2.

46. ET PROTEGIT ÆGIDE FRATREM] à parte ſcilicet; nam vt Pallas filia Iouis, ſic Perſeus filius. Verùm illa nullam, hic Danaën matrem, & humanam quidem habuit.

47. DATQ. ANIMOS] exacuit eam, audaciam illi, fiduciam, bonam ſpem, iniicit. 2. Æneid. *Ipſe pater Danais animos, viresq́ ſecundas Sufficit*. Cic. ad Attic. epiſt. 10. lib. 5. *Noſtris animus acceſſit, hoſtibus timor iniectus eſt*.

ERAT INDVS ATYS, QVEM FLVM. &c.] complures verſus in Atys huius origine, forma, ætate, cultu, peritia iaculandi declaranda conſumit.

FLVMINE GANGE EDITA] De hoc nominis celeberrimi fluuio nonnulla lib. 3. diſſeruimus. Eius filia Limniace peperit Atyn. Cùm legis fluuiorum filios & filias, intellige eorum liberos, à quibus ipſi fluuij nomen acceperunt, qui nimirum propè habitarunt. Hoc & antea monuiſſe me recordor.

49. QVAM DIVITE CVLTV AVGEB.] Mox hunc diuitem cultum explanat. Is autem augebat formam adoleſcentis huius, non plus quàm XVI. annos nati. Verè ſiquidem forma ſcita & præclara, cum veſte ſumptuoſa eſt inſtar gemmæ in annulo aureo. Forma ſi deſit, haud ſcio an vlla veſtis, quantumuis pretioſa, te formoſum redditura ſit. Adiuuat tamen formam, hominique dignitatem & auctoritatem conciliat. Teſtantur Quintilianus lib. 8. & Homerus Odyſſ. ζ. Vide Prouerb. *Veſtis virum facit*.

50. ADHVC INTEGER] cælebs. Frequentiùs puella, ſeu virgo dicitur integra, à viro ſcilicet, virum necdum paſſa, ſeu experta. Catul. *Diana ſumus in fide puellæ, & pueri integri*.

51. CHLAMYD. TYRIAM] purpuream, in Phœnicia enim, vbi Tyrus, optimè tingebatur purpura.

QVAM LIMB. OBIB. AVREVS] Lib. 6. de tela Arachnes, cum Minerua certantis, eiuſque pictura mirè artificioſa & eleganti:

Vltima pars telæ tenui circumdata limbo
Nexilibus flores ederis habet intertextos.

Virgil. de Didone lib. 4. *Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo*. Et lib. 5.

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Eſt autem *limbus* faſcia, ſiue ſegmentum veſti ad oram circùm aſſutum, cuius vſum & hodie in mulierum tunicis videre eſt. *Limbolarij* Plauto in Aſinar. ſunt limborum, ſiue limbolorum artifices.

52. ORNAB. AVRATA MONILI. COLL.] Parum fuiſſet, ſi aurata tantummodo. Expone *aurea*, ſicut *aurea* interdum aurata, & nota fœmineam mollitiem.

A Fœminas enim decent potiùs monilia, quæ in earum ornatu crebriùs, quàm in virorum inuenies commemorari.

53. ET MADIDOS MYRRHA CAPILLOS] Virgil. 12. *Vibratos calido ferro, myrrhaq́ madentes*. Liquor è myrrha ſtillans, capillis vngendis adhibebatur, quò niterent, aſpirarent odorem ſuauiſſimum. Quam affectationem in Cynthia ſua vituperat Propert. eleg. 2. lib. 1. *Aut quid Orontæa crines perfundere myrrha?* Arbores & genera myrrhæ conſiderat Plin. lib. 12. cap. 15. & 16.

CVRVVM CRINALE] ornamentum crinium, vnde & nomen habet, inquit Raphaël. Faſcia eſt, quæ capiti circundatur crinibus cohibendis, ne in frontem defluant.

54. ILLE QVID. IACVLO QVAMVIS DIST.] Peritiam duplicem de eo prædicat, iaculandi & ſagittandi. Iaculo quamuis remota contingebat: ſagitta ex arcu etiam minima in eo, quod alioqui iaculo figeret. Et hæc quidem de εὐστοχίᾳ iaculatoris. Lib. autem 7. mirum quiddam Cephalus de iaculo, ſibi à Procride vxore donato:

Conſequitur quodcunque petit, fortunaq́ miſſum
Non regit: & reuolat nullo referente cruentum.

55. FIGERE DOCTVS ERAT] Helleniſmus. Horat. ode 29. lib. 1. *Doctus ſagittas tendere*. Virgil. eclog. 5. *Boni conuenimus ambo, Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus*. Dicunt Græci, δεινὸς λέγειν. *peritus dicere*, ἄριστος εὑρεῖν. *optimus inuenire*, &c. Petrus Victorius lib. 17. Variar. lect. cap. 15.

56. LENTA MANV FLECT. CORNVA] Lib. 1. *Viderat adducto flectentem cornua neruo*, corneum arcum.

57. STIP. QVI MED. POSIT. FVM. IN ARA P.] Vide mihi locum Maronis l. 12. & mecum certa quouis pignore, ni eum noſter retulerit.

Obuius ambuſtum torrem Corinæus ab ara
Corripit, & venienti Ebuſo, plagamq́ ferenti
Occupat os flammis.

Similia in 12. de crinibus hoc modo incenſis in dimicatione Centaurorum & Lapitharum.

58. ET FRACT. CONFVD. IN OSSIB. ORA] Hypallage, pro, confudit in ore fracta oſſa. Lib. 12. *Et oſſa Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore*. De boue, quem vno ictu proſternit Entellus 5. Æneid.

——Duroſq́ reducta
Librauit dextra media inter cornua caeſtus
Arduus, effractoq́ illiſit in oſſa cerebro.
Sternitur, &c.

59. FOEDATOS VVLT.] tam valido percuſſu, & cruore ipſo deturpatos.

60. IVNCTISS. ILLI, ET COM. &c.] Duplex Lycabæ cum Aty vinculum intercedebat: nam & amicus erat ſummus, & comes indiuiduus.

61. ET VERI NON DISSIMVL. AMORIS] Sinceriſſimè amabat, eumque amorem diſſimulare minimè poterat. In periculis potiſſimùm vera ſe prodit oſtentatque amicitia, ſicut in igne verum aurum.

62. POSTQV. EXHAL. SVB ACERB. VVL. VIT. &c.] Docet quid Aty extincto Lycabas tentarit, quo pacto in Perſeum inſurrexerit. Æneas lib. 2. de Priamo cæſo: *Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem*.

64. MECVM TIBI S. CERTAM. &c.] In voce *mecum* eſt emphaſis. Mecum, qui plurium palmarum miles ſum: qui poſſum numerare, quot quantiſque periculis defunctus ſim, &c.

65. PVE-

65. PVERI FATO] Suprà: *Bis adhuc octonis integer annis.* Cic de Octauio, qui poſtmodum audiuit Auguſtus, 4. Philipp. *Laudo laudo vos, Quirites, cùm gratiſsimis animis proſequimini nomen clariſsimi adoleſcentis, vel pueri potiùs. Sunt enim facta eius immortalitatis, non ætatis.* *Puerum* appellat, qui tum annum decimum nonum impleuerat.

66. QVO PLVS INVID. Q. LAVD. HAB.] Interficere in pugna, ſeu congreſſu adoleſcentem, odioſius eſt quàm laudabilius; tametſi ille occaſionem cauſſamque præbuerit, vt hîc Atys Perſeo.

HÆC OMN. NONO. DIX. EMIC. &c.] Quod Æneæ adhuc loquenti ab hoſte incerto accidiſſe narrat Virgil. 12. hoc Lycabam Perſeo feciſſe fingit Naſo.

Has inter voces, media inter talia verba
Ecce viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt,
Incertam qua pulſa manu.

68 VITATVMQ. TAM. SINVOS. V. PEPEND.] De Priamo ſene, Pyrrhum telo appetente 2. Æneid.

Sic fatus ſenior, telumq; imbelle ſine ictu
Coniecit, rauco quod protinus ære repulſum,
Et ſummo clypei nequicquam vmbone pependit.

69. VERTIT IN HVNC HARPEN. &c.] Letho dedit hactenus Rhœtum caſu, Atyn deſtinatò; nunc dat Lycabam, &, quod mirum eſt, ſolus aduerſum multos diu pugnat, ex proceribusq; ſimul accumbentibus ſocium ac defenſorem habet neminem: Cepheus ſocer tecto iam exierat, ne ſpectaculum adeò dirum videret, & vt ſeruaret ſeſe incolumem. *Harpe* nomen eſt gladio Mercurij proprium, nec cum alio commune.

71. OCVL. SVA NOCTE NAT. ATRA] De Eurydice Orphei vage, iterum moriente Virgil. 4. Georg. *En iterum crudelia retro Fata vocant, conditq; natantia lumina ſomnus.* Trepidātia interpretatur Erythræus. Lipſienſis editio in margine, conniuētibus humore nimio, id eſt, morituris. Lud. Cerdius vult, natantia lumina dixiſſe Maronem, quia ſtatim mors in ipſis apparet. Partem enim corporis principem horror ille inuadit. Obſcurior & aliena eſt hæc interpretatio: nec id voluit Lucret. cùm ait de ebrijs lib. 3. *Tardeſcit lingua, madet mens, Nant oculi.* Ipſemet Naſo l. ſequenti ſemet explicat, cùm de duobus fratribus Niobes filijs, commorientibus, inquit: *Suprema iacentes Lumina verſarunt, animam ſimul exhalarunt.* Et l. 7. in hypotyposi peſtilentiæ: *Laſſaq; verſarunt ſupremo lumina motu.*

73. ET TVL. AD MAN. IVNCTÆ SOL. MORTIS] morienti ſolatio fuit, quòd cum cāriſſimo, & iuncta cariſſimum animam profunderet.

74. ECCE SVENIT. GENIT. &c.] Alij duo à Perſeo, ſed non eodem modo interempti. Iacobus Crucius legit *Syenites*. Eſt autem Syene oppidum ſupra Alexandriam quinque millibus ſtadiorum, de quo Plin. & Seruius. Poſſet tamen & Suenites legi, propter cognationem literarum v, & y. Vide caſtigat. Aldi.

75. AVIDI COMMITTERE PVGNAM] ἐϑελοντὴς. 12. Æneid. *Auidus confundere fœdus.* Horat. ode 12. l. 1. *Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.*

76. SANGVIN. QVAM LATE, &c. CONCID. LAPSI] & diuerſitas cædium, quod monui lectorem alibi, & huiuſcemodi quædam parerga narrationi inſerta, faſtidio, quod ea rerum longa ſimilitudine oboriri poſſet, mederi ſolent. Quam rationem, vt alia pænè omnia præclara ſua, ab Homero didicit Vir- A gilius, cuius poſterior pars Æneid. cùm tota in cædibus poſita ſit, earum varietatem prolatis exemplis proponit. Scalig. Poët. lib. 3. cap. 9. Vt ad Suenitem & Amphimedontem redeamus, etiam Niſo tale quid contigit; ſed in certamine curſus, & fuſo boum ſanguine, lib. 5.

Iamq; ferè ſpatio extremo, feſſiq; ſub ipſam
Finem aduentabant, leui cùm ſanguine Niſus
Labitur infelix, caſi vt fortè iuuenci
Fuſus humũ, viridesq; ſuper madefecerat herbas.

80. SI D ALT. EXT. SIG. MAN. T. CRATERA, &c.] Eritho bipennis erat pro telo: omiſſa harpe craterem illi Perſeus impingit, ſignis in eo altè eminentibus, magnæ molis (quippe quem vtraque manu tollere oportebat) & tanta vi, vt hominem humi proſtratum exanimaret. Notat in Virgil. Indice Erythræus, poëtam accuſandi caſu numeri ſingula- B ris ſemper vſurpare *cratera*, in plurali autem *crateras*, & *crateres*. Idem in pugna Centaurorum & Lapitharum fingit contigiſſe l. 12. in nuptijs Pirithoi:

Fortè fuit iuxtà ſignis extantibus aſper
Antiquus crater, quem vaſtum vaſtior ipſe
Suſtulit Aegides, aduerſaq; miſit in ora.

Non multis interiectis iterum de huiuſmodi ebriorum armis ſic ait:

Vina dabant animos, & prima pocula pugna
Miſſa volant fragileſq; cadi, curuiq; lebetes,
Res epulis quondam, tum bello & cædibus apte.

Meminit & Virgil 2. Georg. *Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.*

83. RVTIL. VOMIT ILLE CRVOR. &c.] De Dryope, quem mactat Lauſus lib. 10. Virgil. *At ille Fronte ferit terram, & craſſum vomit ore cruorem.* Et lib 9. *Purpuream vomit ille animam.* Georg. 4. in deſcriptione C peſtilentiæ, tollentis animantia, de boue aratore:

Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus
Concidit, & mixtum ſpumis vomit ore cruorem.

84. HVM. MORIB. VERTICE PVLSAT] quia non ſine acri dolore ſpiritum edebat. Suprà, Rhœtus occumbens humum calcibus pulſabat.

85. INDE SEMIRAM. POLYDÆM. &c.] Sex nominat occiſos, ſed vno verbo, *Sternit*. Fugit enim longitudinem & ſimilitudinem, varietatemque ac diſſimilitudinem delectationis ergò captat. Quatuor item ex his addit epitheta.

88. ET EXTRVCT. MORIENT. CALCAT ACERVOS] Licet intelligere ex hiſce verbis alios inſuper extra nominatos percuſſiſſe: nam ſex iſti, & ſex alij non faciebant aceruos. Immò infrà plures nomi- D nantur ab eo cæſi, vt poſſit hoc πολυϑανάτως accipi. Deflens Pallantis mortem Æneas lib. 10. *Cùm tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.* Et 11. irridens Drancem Turnus, vt ignauum & imbellem, & lingua magis quàm gladio fortem:

Proinde tona eloquio; ſolitum tibi, meq; timoris
Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit.

89. NEC PHINEVS AVS. CONCVRR. COMMIN.] Phineum timiditatis arguit. Ne à principio quidem auſus eſt comminus congredi: ſed haſtam contorſit. Nunc iaculum torquet, & perinde fruſtra, vt haſtam antea.

91. EXPART. FR. BELLI ET N. ARMA SECVT.] A neutris partibus ſtabat Idas, & ſpectabat conflictum. Maluit tamen ad Perſei partes ſe adiungere, cuius documentum dedit, cùm

Phineum vulnerauit, antequam ipſe occumberet.

96. SANG. DEFECT. IN ARTVS] Alibi: *Quæ vires defecto reddat amori.* Martial. de cycno moribundo lib. 13. *Dulcia defecta modulatur carmina lingua.* Seneca Hippolyto, *Iam viribus defecta non idem color.*

97. HIC QVOQ. POST REG. CEPHEN. &c.] Nunc demum & alios pro Perſeo contra Phinei ſocios dimicaſſe apparet. Odites à rege dignitate & authoritate ſecundus erat.

99. GRANDÆVVS, ÆQVI CVLTOR, &c.] Et ſenio venerabilis, & iuſtitia ac religione præſtans erat Emathion. De Deucal. lib. 1. *Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui Vir fuit.* De Ripheo 2. Æneid. *Et ſeruantiſſimus æqui.*

100. TIMIDVSQ. DEORVM] De Pyrrha lib. 1. *Nec illa reuerentior vlla deorum.* Timor quo Deum timemus peccando offendere, laudabilis eſt. εὐλάβεια Græcis.

101. QVO'N. PROHIB. ANNI BELL.] Senectus bello inepta eſt. *Turpe ſenex miles.* Iuuenes antè à iuuando, quòd patriam armis iuuare queant. Initium militiæ capiebant Romani anno ætatis 17. finem 46 aut 50. actum emeriti dicebantur, vacationemque habebant; niſi bello ſubito, & in tumultu rurſum euocarentur, & denuo militare cogerentur. Tum euocati dicebantur. Sed hunc Emathionem par eſt vel quinquagenario maiorem putare, ſiquidem grandæuus vocatur.

LOQVENDO PVGNAT] Lingua erat illi pro gladio, qua maledictis inceſſebat Phineum cum cohorte ſua, quòd ciues ſuos ſceleſto facinore occiſuri veniſſent. Quid bono viro euenerit, ſubdit illico.

103. AMPLEXO TREM. ALT. PALMIS] quaſi ad deorum præſidium confugiens. hoc enim in capitis diſcrimine ſolebant, ad aras confugere, illaſque prenſare, & deorum quoque ſtatuas ac ſimulacra complecti. Locus illuſtris eſt 2. Æneid.

Hîc Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ,
Condenſæ, & diuûm amplexæ ſimulacra tenebant.

105. ATQ. IBI SEMIAN. VERB. EXECR.] De auulſo Orphei capite à Bacchis, & in Hebrum flumen vnà cum lyra proiecto, lib. 11.

Membra iacent diuerſa locis: caput, Hebre, lyramq́;
Excipis, & (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis.

106. ANIM. EXSPIRAVIT IN IGNES] quia in aram cadebat caput. Credebant autem veteres multi, *animam* eſſe tenuiſſimum aërem. Vnde modi loquendi, *exſpirare, exhalare, efflare animam.*

107. BROTEASQ. ET CÆSTIB. AMB. INVICTI] ambo cæſtibus pugnare doctiſſimi. Omnes erant Entelli, de quo in 5. Æneid. Formam, & genera cæſtuum depingit Hieron. Mercurialis de arte Gymnaſt. lib. 2. cap. 9. Virgil. autem ſic, vnde fierent:

In medium geminos immani pondere cæſtus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum, duroq́; intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi tantorum: ingentia ſeptem
Terga boum plumbo inſuto, ferroq́; rigebant.
Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longeq́; recuſat:
Magnanimusq́; Anchiſiades & pondus, & ipſa
Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat.

109. PHINEA CECID. MANV] non manu, quam A ſecum adduxerat, ſed ipſius Phinei manu, obtruncantis eos.

110. ALBENTI VELAT. TEMP. VITTA] Æneid. 3. de Anio rege Deli, & ſacerdote: *Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro.* De ſacerdotibus, vatibus, & alijs de vita humana bene meritis apud inferos, *Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.* 6. Æneid.

112. QVI PACIS OPVS CITHARAM CVM VOCE MOVER.] Cithara, aliáque inſtrumenta muſica, & vocum cantus paci, non prælio & tumultui conueniunt; vbi tubarum clangoribus, & virûm clamoribus locus eſt. Pacis opera ſunt nuptiæ, ludi, conuiuia, choreæ, triumphi, &c. Ergo adhibitus erat Lampetides vt cithara & voce ſua conniuas recrearet: B ſicut crinitus Iopas in Didonis conuiuio, & Demodocus in conuiuio Phæacum, Odyſſ. 8.

114. PLECTRVMQ. IMBELLE TEN.] comparatione gladij imbelle eſt plectrum: plus enim ille quàm hoc efficit, & pluris fit.

115. STYGIIS CANE CÆT.] iam iam enim ad Stygæum miſſurus erat, ſica in læuum têpus defixa.

117. ET DIGIT. MORIENT. I. RET. FIL. A LYRÆ] Perſimilis locus anteceſſit de lingua Emathionis, cui Chromis caput enſe detruncauit.

118. CASVQ. CANIT MISERAB. CARMEN] potiùs lætum debuit eſſe carmen, in media ſcilicet turba lætantium. Sed ita cecidit, vt in hiſtoria, aut fabula quam canebat, locus triſtior, quaſi prænuntius quidam necis eius incideret.

C 119. NON SINIT H. IMPVNE, &c.] Lycormas vlciſcitur hunc citharœdum.

120. DE DEXTRO ROB. REPAG. POSTE] raptim abſtulit vectem, ad dextram oſtij partem, ſeu ad dexterum oſtium muro acclinatum.

121. OSSIB. ILLISIT MEDIÆ CERVICIS] quam & ictu illo confregit.

122. PROCVB. TERRÆ MACT. M. IVVENCI] Quaſi digitum ad illud 5. Æneid. intendit: *Sternitur, exanimiſq́; tremens procumbit humi bos.* Pondus, & molem cadentis hac ſimilitudine concipimus.

123. DE MERE TENTAB. LÆVI QVOQ. &c.] Imitari Lycormam volebat Pelates, & ſiniſtri oſtij vectem reuellere: ſed manum illi Coritus ſagitta ad lignum affixit, quem transfixit Abas per coſtas: nec cadere potuit, propter affixam manum; ſed ad ianuam pendens, emiſit animam. Miſeranda mors.

D 126. HÆRENTI LATVS HAVSIT] Virgil. lib. 10. *Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum.* Et lib. 2. *Iam flammam tulerint, inimicus & hauſerit enſis.*

129. DITISSIMVS AGRI] 1. Æneid. *Ditiſſimus agri Phœnicum.*

130. QVO NON POSSED. ALTER LATIVS, &c.] Satis hæc ex præcedente ſuperlatiuo intelligi poterant: ſed noſti ingenium Ouidij quàm ſit fœcundum & exuberans. Inculcat lectori diuitias huius Dorilæ. Occidit porrò illum Halcyoneus.

133. LETIFER ILLE LOCVS] propter veſicam, quæ ſi laceretur, actum eſt de vita hominis.

134. SINGVLTANT. AN. VOIT] Actionem dat verbo *ſingultare*, ſiquidem accuſandi caſum adiungit. Cum ſingultibus igitur animam efflantem. Virgil. libr. 9. κατὰχρηστικῶς participium hoc vſurpat: *Tum caput ipſi aufert domino, truncumq́; relinquit Sanguine ſingultantem*, hoc eſt, ſanguinem quaſi per ſingultus eructantem.

135. HOC QVOD PREMIS HAB. DE TOT AG. TERRÆ]

RÆ.] Sarcaſmus. Nunc non plus tuum eſt de tam latis agrorum poſſeſſionibus, quàm quantum iacens tergo occupas; ſi tamen hoc ipſum verè tuum eſt. Virgil. 12. Æneid. *Heſperiam metire iacens.*

137. CALIDO DE VVLNERE RAPTAM] de vulnere Doriclæ. *Calido* propter ſanguinem calidum inde profluentem.

138. MEDIA QVA RE RECEPT. CERVICE EXACT.] Talia vulnera fiunt apud Homerum, apud quem, vt iam ſæpiùs dixi, miranda eſt cædium diſſimilitudo. Et ingenium, & imitationis diligentiam oſtentat in hac Perſeïa pugna vates noſter.

139. IN PARTES EMINET AMBAS] per ceruicem egreſſa haſta, antica & poſtica parte extabat. Fœdum ſpectaculum, & miſerandum ſimul.

140. DVMQ. MAN. FORT. IVVAT] Virgil. 10. *Audētes fortuna iuuat.* Quod ab Ennio cum alijs quàm plurimis mutuatus eſt. Ille enim Annali 7. *Fortibus eſt fortuna viris data.* Ruſum Ouid. lib. 10. *Audentes deus ipſe iuuat.*

142. PER VTRVMQ. FRAXIN. ACTA FEMVR] Libro 12. *Sic fatur, Cycnumq; petit, nec fraxinus errat.* Quomodo *fraxinus*, pro haſta fraxinea; ita cornus, & aliæ arbores pro haſtis. Ea figura ſermonis, qua materia ipſa pro re inde confecta; ſiue hanc Synecdochen, ſiue Metonymiam cum Grammaticis vocare libet.

145. DVBIO GENITORE CREATVS] mater ergo lupa, & ipſe ſpurius. Virgil. 11. de Drance: *Genus huic materna ſuperbum Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.* Nothi ſunt ex concubina, & certo patre nati, recentiores vocant *naturales.* *Spurij* patre incerto, aut illicito, vt ex ſcortatione, adulterio, ſtupro, inceſto: quaſi σποράδην, id eſt, *paſſim* & *vulgò*, concepti. Vel à muliebri parte matris, qua eſt editus, quam Plutarchus & Iſidorus veteribus dictam *ſpuriam* dicunt, ἀπὸ τῆς σπορᾶς, *à ſatu.* Auſon. Popma.

146. SAGAX QVONDAM VENT. VIDERE] Helleniſmus, vt ſuprà, *Audax committere pugnam.* Eclog. 7. *Et cantare pares, & reſpondere parati.*

147. TVNC AVE DECEPT. FALSA] Fefellit eum augurium. Æneid. 9. de Rhamnete augure, à Niſo dum ſtertit, interfecto: *Sed non augurio potuit depellere peſtem.*

148. CÆSO GENITORE INFAM.] non, cæſo in acie (ea enim mors non infamiæ, ſed gloriæ eſt tum ipſis cadentibus, tum eorum liberis) ſed cæſo à carnifice, propter capitale facinus. Aut, cæſo ab ipſomet filio, vt parricidam notet.

149. PLVS TAMEN EXHAVSTO SVPEREST] *Exhaurire laborem*, pro, finire, exſoluere, complere, notum loquendi genus. Quamuis igitur hucuſque in ſe tuendo multum laborarit Perſeus, tamen plus laboris ad ſe ampliùs tuendum reſtare ait, quòd in caput eius tam multi coniurarint, illumque vorum perditum concupiſcant.

151. PRO CAVSSA MERIT. IMPVGN. FIDEMQ.] Pugnabant pro cauſſa impugnante meritum Perſei, quo Andromedam media è morte ſeruauerat, & fidem regis, quam illi dederat, de filia in coniugium danda. Aliam cauſſam pugnandi Phineus & coniurati non habebant.

152. HAC PRO PARTE SOCER FRVST. PIVS, &c.] Fruſtra Cepheus & Caſſiope parentes, & ipſamet ſponſa huic parti fauebant, meliori ſcilicet.

153. VLVLATVQ. ATRIA COMPLENT] Sponſa,

A & mater. Propriè lupi *vlulant*, & vlulatus luporum eſt; ſicut *boatus* boum, *ruditus* aſinorum. Plura de hac voce lib. 1. in fab. Lycaonis.

154. SED SONVS ARMOR. SVPER. GEMIT. &c.] Vlulatus ipſe audiri non poterat, præ armorum ſtrepitu ingenti, & oppetentium gemitibus.

GEMITVSQ. CADENTVM] Virgil. 10. *Gemitumq; cadentûm Accipio.* Ruſum 12. *Bellantûm innumerum, & duro ſub Marte cadentûm.*

155. POLLVT. PENATES] violatos cædibus.

156. RENOVATAQ. PRÆL. MISCET] redintegrat & inſtaurat dimicationem.

157. CIRCVMEVNT VN. PHIN. ET MILLE, &c.] Hoc ſuprà, alijs verbis: *Namque omnibus vnum Opprimere eſt animus, coniurata vndique pugnant Agmina.*

158. TELA VOL. HYBERN. GRAND. PLVRA] Virgil. 12. æquè ὑπερβολικῶς, *Tempeſtas telorum, ac ferreus*

B *ingruit imber.* Et ille Perſes hoſtis Spartano in colloquio: *Solem hodie præ multitudine telorum non videbitis.* 1. Tuſcul.

159. PRÆTER VTRVMQ. LAT. &c.] Quoniam qui tela in eum mittebant, erant quàm plurimi, nulloq; ordine mittebant; nec ab eo omnes propè, ſed longiùs diſtabant. Inde fiebat, vt quædam tela dextrum, alia ſiniſtrum latus, alia oculos, alia aures, ſeu ipſum caput prætervolarent.

160. APPLICAT HIC HVMER. ADMAG. &c.] à tergo aliter defendere ſe non poterat, quàm vt ad columnam ſe applicaret: à fronte autem aduerſum agmen ſtrenuè ſuſtinuit.

164. TIGRIS VT AVDIT. DIVERSA VALLE, &c.] Cōtendit Perſeum ira magna ſuccenſum, & à dextra læuaque appetitum gladijs cum tigride eſuri-

C ente; quam audiuis hinc inde boum mugitibus fames ad inuadendum exſtimulat, neſciente tamen vtrum armentum potiùs inuadat, cùm geſtiat in vtrumque irruere: ſicut Perſeus & Molpeum & Ethionem iugulare volebat; ſed anceps erat animi, vtrum aggrederetur priùs. Simile hoc mutuatus Seneca, commodè ſanè ad Atreum applicuit, dubitantem vtrum de filijs Thyeſtæ fratris mactaret priùs, cùm vtrumque mactare, patrique edendos ponere ſtatuiſſet:

Ieiuna ſyluis qualis in Gangeticis
Inter iuuencos tigris errauit duos,
Vtriuſque præda cupida, quò primos ferat
Incerta morſus, flectit huc rictus ſuos,
Illò reflectit, & famem dubiam tenet:
Sic dirus Atreus capita deuota impia
D *Speculatur ira: quem priùs mactet ſibi,*
Dubitat: ſecunda deinde quem cæde immolet.
Nec intereſt: ſed dubitat, & tantum ſcelus
Iuuat ordinare.

168. MOLPEA TRAIECTI SVMMOVIT, &c.] Hic à ſiniſtra inſtabat, quem à ſe traiecto crure depulit. Cur fugientem inſecutus non ſit, cauſſa ſubiungitur, Ethionis importunitas, qui ſuo ſibi gladio in columna diffracto, guttur lædit grauiter.

174. NON TAMEN AD LETHVM C. SATIS] non erat vulnus mortiferum. Quod ad mortem deerat, hoc Perſeus contempto ſupplice adiecit.

176. CYLLENIDE HARPE] Mercuriali harpe. Mercurius enim *Cyllenius* à Cyllene monte, vbi natus. *Harpen* verò iſtam, vt antea docuimus, à Mercurio acceperat.

Sentiens ſe hoſtibus tam multis imparem Perſeus, mandat ſuis, oculos auertant: caput Meduſæum profert, cuius intuitu hoſtes in ſaxa diriguerunt, nec eam calamitatem Phineus ipſe, quantumuis ſupplex, effugit.

II. *VERVM vbi virtutem turbæ ſuccumbere vidit:*
Auxilium, Perſeus, quoniam ſic cogitis ipſi,
Dixit, ab hoſte petam. vultus auertite veſtros,
Si quis amicus adeſt: & Gorgonis extulit ora.
Quære alium, tua quem moueant miracula, dixit
Theſſalus: vtque manu iaculum lethale parabat
Mittere, in hoc hæſit ſignum de marmore geſtu.
Proximus huic Ampix animi pleniſſima magni
Pectora Lyncidæ gladio petit: inque petendo
Dextera diriguit, nec citrà mota, nec vltrà eſt.
At Nileus, qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat, clypeo quoque flumina ſeptem
Argento partim, partim cælauerat auro:
Aſpice, ait, Perſeu, noſtræ primordia gentis:
Magna feres tacitas ſolatia mortis ad vmbras,
A tanto cecidiſſe viro. pars vltima vocis
In medio ſuppreſſa ſono eſt, adapertáque velle
Ora loqui credas, nec ſunt ea peruia verbis.
Increpat hos, vitióque animi, non viribus, inquit,
Gorgoneis torpetis, Eryx: incurrite mecum,
Et proſternite humi iuuenem magica arma mouentem.
Incurſurus erat: tenuit veſtigia tellus:
Immotúſque ſilet, armatáque manſit imago.
Hi tamen ex merito pœnas ſubiere, ſed vnus
Miles erat Perſei, pro quo dum pugnat Aconteus,
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto.
Quem ratus Aſtyages etiamnum viuere, longo
Enſe ferit, ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dum ſtupet Aſtyages, naturam traxit eandem:
Marmoreóque manet vultus mirantis in ore.
Nomina, longa mora eſt, media de plebe virorum
Dicere. bis centum reſtabant corpora pugnæ:
Gorgone bis centum riguerunt corpora viſa.
Pœnitet iniuſti tunc denique Phinea belli.
Sed quid agat? ſimulacra videt diuerſa figuris,
Agnoſcitque ſuos: & nomine quemque vocatum
Poſcit opem: credénſque parum, ſibi proxima tangit

Corpora;

Corpora;marmor erant. au rtitur,atque ita ſupplex,
Confeſſáſque manus,obliquáque brachia tendens,
Vincis,ait,Perſeu;remoue tua monſtra:tuæque
Saxificos vultus,quæcunque ea,tolle Meduſæ:
Tolle,precor;non nos odium,regnique cupido
Compulit ad bellum: pro coniuge mouimus arma.
Cauſſa fuit meritis melior tua;tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget.nihil,ô fortiſſime,præter
Hanc animam concede mihi,tua cætera ſunto.
Talia dicenti,neque eum quem voce rogabat
Reſpicere audenti: Quod,ait,timidiſſime Phineu,
Et poſſum tribuiſſe,& magnum eſt munus inerti:
Pone metum,tribuam:nullo violabere ferro:
Quin etiam manſura dabo monumenta per æuum:
Inque domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri:
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniux.
Dixit,& in partem Phorcynida tranſtulit illam,
Ad quam ſe trepido Phineus obuerterat ore.
Tunc quoque conanti ſua lumina flectere,ceruix
Diriguit,ſaxóque oculorum induruit humor.
Sed tamen os timidum,vultúſque in marmore ſupplex,
Summiſſæque manus,faciéſque obnoxia manſit.

177. VERVM VBI VIRT. TVRB. SVCCVMB.] Prouerbium tritiſſimum: *Ne Hercules quidem contra duos* Quanto minùs contra tutum agmen,& contra mille,qui Phineum ſequebantur? Haud ergo nouum, ſi viri fortiſſimi virtus tantæ turbæ ſuccubuit: & cùm manu ſua ab ſe vim repellere iam ægrè poſſet, vel potiùs vltrà non poſſet, auxilium aliunde petiuit.

179. AB HOSTE] à capite Meduſæ,quam vt hoſtem tractauit, à dijs iuſſus,aut ab ipſa Pallade. Promit illud in medium.

181. QVÆRE ALIVM T. Q. MOVEANT MIRACVL.] Non credit Theſſalus, quæ de aſpectu capitis huius audiuerat.

183. IN HOC HÆSIT SIGN. DE MARMORE GESTV] ſicut erat arcum tendens, ita repentinò in lapidem dureſcens manſit: vt item de quo ſubiungit Ampix.

187. AT NILEVS Q. SE GENIT. SEPTEMP. NILO] Quò ſe *Nilo* genitum oſtenderet, à *Nilo* nomen factum ſibi aſſumpſerat, de quo flumine diſſeruimus l. 2. In clypeo quoque ſeptem illius oſtia, quibus in mare voluitur, auro argentoque celanda curauerat.

190. ASPICE NOST. PRIMORD. GENTIS] Quaſi nunquam audierit de origine Perſei, ſitque illo multis partibus nobilior; tam ſe miratur, & crepat laudes ſuas.

191. MAGNA P. TACIT. SOLAT. M. AD VMB.] Occidam te mox, & erit tibi ſolatio atque honori à Nileo occiſum. Lib. 9. Achelous ab Hercule victus: *Magnaq; dat nobis tantus ſolatia victor.* Et 12. lib.

Quiſquis es,ô iuuenis,dixit, ſolamen habeto
Mortis,ab Aemonio quòd ſis iugulatus Achille.

A Et Virg. lib. 10. *Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem, Aeneæ magni dextra cadis.* Ne pigeat inſpicere ibid. Symbolas noſtras.

192. PARS VLT. VOCIS IN MED. SVPPRESSA SON. &c.] Planè ſerpentem per vultum & os lapideam, ſeu lapidoſam duritiem ſic declarat; vt oculis cerni videatur.

195. NON VIRIB. TORPET. GORGON.] Nulla eſt capitis huius efficacitas. Animi infractio, & ignauia vos inſtar lapidum torpere faciunt. Sequitur ſtatim huius ſcommatis & contemptionis præmium.

201. PRO QVO DVM PVGN. ACONTEVS, &c.] Lepidum quod de hoc narrat, qui contrà quàm Perſeus monuerat *Vultus auertite veſtros Si quis amicus adeſt*; aut curioſitate, aut caſu oculos in monſtroſum illud caput coniecerat, & lapidem de ſubitò induerat. Eum Aſtyages dum ferit, eandem fortunam
B ſubit.

207. NOM. I. MORA E. MED. T. E P. VIR. D.] Lib. 5. Æneid. *Multi præterea quos fama obſcura recondit.* Et 11. *Multam in medio ſine nomine plebem.* Ab Ennio traductum. Illius enim eſt: *Multi alij aduentant, paupertas nomina quorum Obſcurat.*

208. BIS CENT. RESTAB. CORP. PVGNÆ, &c.] Mille Phineum ſecutos antè affirmauit. Sed id de ingenti numero, Latinorum more dictum accipio: non enim octingentos interfecit Perſeus, quamuis à ſe interfectorum aceruos calcauerit, vt audiſti. Hos ducentos non ſigillatim, ſed ſimul omnes, Gorgone conſpecta, obrigere in lapides compulit.

210. POENIT. INIVSTI T. DENIQ. PHIN. BELLI] Tot, & tam diris ſuorum mutationibus animaduerſis, Phineus ſe colligit, & ſanem reducit.

211. SED QVID AGAT?] 4. Æneid. Dido: *Heu quid agam?*

agam? rurſú, ne procos irriſa priores Sponte ſequar? Vſitata exclamatio in rebus dubijs & afflictis, Quid agam: quò me vertam? A

SIMVLACRA VID. DIVERSA FIG.] diuerſarum figurarum, dum quiſque in quo erat geſtu, in eodem cœpit & pertexit lapideſcere.

213. CREDENSQ. PAR. SIBI PROX. T. CORP.] Explorat, num verè ſint lapides, qui iam modò erant homines. Admirabilitas rei hanc dubitationem illi pariebat.

214. MARMOR ERANT] non teneta marmor, ſed poſita eſt ſpecies, pro genere: lapis erant. Omnis autē lapis durus, etſi non æquè vt marmor, durus.

ATQ. ITA SVPPLEX CONFESSASQ. MAN. &c.] Longè aliam cantilenam nunc canit Phineus, vt vides; vitam orat, quam Perſeo ademptum cum tot armatis veniebat. *Confeſſas manus*, confitentis manus. hypallage. B

217. QVÆCVNQ. EA] ſiue illa vera, ſiue commentitia ſit.

219. PRO CONIVGE MOVIMVS ARMA] Tanto facilior debet eſſe paratiorque venia, quanto minus doli, malitiæ, fraudis, maleuolentiæ in peccato fuit. Qui ergo pro coniuge bellum mouet, & voluptatem armis quærit, an non leuiùs peccat, quàm qui ex odio & cupiditate bellum crudeliter gerit?

220. CAVSSA FVIT MEL. MERIT. TVA, &c.] Andromedæ connubium tu meruiſti virtute tua. hæc tua cauſſa melior: mea tempore, priùs enim mihi pacta fuerat.

221. NIHILO PRÆTER H. ANIM. CONCED. MIHI, &c.] Æmulari voluit locum ex 12. Æneid. vbi Turnus ab Ænea proſtratus, vitam tantummodo à victore petit, Lauinia belli materia libenter cedit:

Ille humilis ſupplexq́; oculos, dextramq́; precantem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit:
Vtere ſorte tua.

Et paucis interpoſitis:

——— Viciſti, & victum tendere palmas
Auſonij videre; tua eſt Lauinia coniux.

Lib. 10. Æneid.

Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troiane, ſiue hanc animam, & miſerere precantis.

223. NEQ. EVM Q. VOCE ROG. RESP. AVDENTI] propter Meduſæ caput, quod formidabat, & ille manu tenebat: ſeu ob pudorem ex conſcientia ſceleris ſui proficiſcentem.

B 225. QVOD ET POSS. TRIBVISSE, &c.] Primùm vt inertem & meticuloſum contemnit. Deinde ſarcaſmo quodam irridet.

226. NVLLO VIOLAB. FERRO] hoc poterat miſerum erigere.

227. MANSVRA DABO MONVM. PER ÆVVM] firmiſſima, quæ ventis, pluuijs & tempeſtatibus reſiſtant.

229. VT MEA SE SPONSI SOLET. IMAG. CONIVX] Quàm hoc aculeatum? Pulcherrimam tui imaginem, ſcilicet veteris ſponſi ſui, coniux mea quam aſpiciat perpetuò domi habebit.

230. PHORCYNIDA] Phorcynidis caput.

232. TVNC QVOQ. CONANTI, &c.] Hic quoque eo geſtu, quo erat, obriguit.

Ad vlciſcendum Acriſium auum, oſtenſo capite Meduſæo Prœtum illius fratrem, eodémq; modo Polydecten Seriphi regem incredulum, facit Perſeus lapideſcere.

III. VICTOR *Abantiades patrios cum coniuge muros*
Intrat; & immeriti vindex vltórque parentis
Aggreditur Prœtum. nam fratre per arma fugato
Acriſionæas Prœtus poſſederat arces.
Sed nec ope armorum, nec, quam malè ceperat, arce
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Te tamen, ô paruæ rector, Polydecte, Seriphi,
Nec iuuenis virtus per tot ſpectata labores,
Nec mala mollierant: ſed inexorabile durus
Exerces odium: nec iniqua finis in ira eſt.
Detrectas etiam laudem: fictámque Meduſæ
Arguis eſſe necem. dabimus tibi pignora veri:
Parcite luminibus, Perſeus ait; oráque regis
Ore Meduſæo ſilicem ſine ſanguine fecit.

236. PATRIOS MVROS] Argos, vbi natus erat.

237. IMMERITI PARENT] aui Acriſij, nam & auos eſt parens, ſed non proximè, Germa- A ni vocant groſzvatter/ magnum patrem, ſiue ſeniorem patrem. Quare immeriti? quia à Prœto fratre regno ſine cauſſa pulſi.

240. SED

240. SED NEC OPE ARMOR. &c.] nec armato milite, nec arce munitiſſima ſe aduerſus colubriferum caput tueri potuit; in lapidem ceſſit.

242. O PARVÆ RECT. P*A*RVO SERIPHI, &c.] Inſulæ paruæ rex nulla ratione adduci potuit, vt Perſeum tantum crederet, quantus fama prædicabatur, & oderat hominem pertinaciſſimè, eiuſq; & laudes imminuere & obſcurare nomen nitebatur.

246. FICTAMQ. MED. ANGVIS ESSE NECEM] qua A tamen nece Perſeus gloriabatur, & id facinus ſuſpici cupiebat.

247. DABIM. TIBI PIGNORA VERI] nullum pignus certius dare potuit eo quod dedit.

PARCITE LVMINIB.] Præſentibus hoc dicit, quibus non malè vult. Suprà: *Vultus auertite veſtros Si quis amicus adeſt.*

249. SILICEM SINE SANG.] Qua libertate marmor, eadem & ſilicem vocat.

Pallas in Heliconem venit, viſura fontem, quem Pegaſus vngula terram pulſans produxerat, cui inde nomen Hippocrene. A muſis beneuolè accipitur; fontem locúmque admiratur. Ad narrationem ſequentem προπαρασκευή.

HACTENVS aurigenæ comitem Tritonia fratri IV.
Se dedit: inde caua circundata nube Seriphon
Deſerit, à dextra Cypro Gyaróque relictis,
Virgineúmque Helicona petit: quo monte potita
Conſtitit, & doctas ſic eſt affata ſorores.
Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures,
Dura Meduſæi quem præpetis vngula rupit.
Is mihi cauſſa viæ. volui mirabile factum
Cernere: vidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit: Vranie, Quæcunque eſt cauſſa videndi
Has tibi, diua, domos, animo gratiſſima noſtro,
Vera tamen fama eſt; & Pegaſus huius origo eſt
Fontis: & ad latices deduxit Pallada ſacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus vndas,
Syluarum lucos circumſpicit antiquarum,
Antráque, & innumeris diſtinctas floribus herbas:
Fœlicéſque vocat pariter ſtudióque, locóque
Mæonidas. quam ſic affata eſt vna ſororum:
O, NISI TE VIRTVS OPERA AD MAIORA TVLISSET;
In partem ventura chori Tritonia noſtri,
Vera refers: meritóque probas artémque, locúmque:
Et gratam ſortem, tutæ modò ſimus, habemus.
SED VETITVM EST ADEO SCELERI NIHIL. OMNIA TERRENT
VIRGINEAS MENTES: dirúſque ante ora Pyreneus
Vertitur, & nondum me totâ mente recepi.

250. AVRIGEN. COMIT. TRIT. FRAT. SE DEDIT] B Aurigenæ, quoniam ex Ioue in aurum mutato conceptus. Affuit autem Pallas fratri ab initio pugnæ cum Phineo, & commilitonibus eius: quod illis verbis teſtatus eſt: *Bellica Pallas adeſt, & protegit ægide fratrem, Datq; animos.* Hactenus igitur Perſeum in tantis periculis ſoſpitauit.

251. INDE CAVA CIRCVNDATA NVBE] 1. Æneid. *Et nube caua ſpeculantur amicti.*

252. CYPRO GYAROQ.] Vide var. lect. Aldi.

254. VIRGIN. HELICONA PETIT] virgineum, quoniam virginibus Muſis ſacer, quæ ibidem pluримùm degunt, & choros ducunt.

255. ET DOCT. SIC EST AFFATA SORORES] Triſt. lib.

lib.2. *Si ſaperem, doctas odiſſem iure ſorores.* Catull. ad Ortalum:

Et ſi me aßiduo confectum cura dolore
Seuocat à doctis, Ortale, virginibus.

Sortiuntur autem à locis dicatis ſibi varia cognomenta. Nam ab Helicone *Heliconides*, *Heliconiades*, *Heliconis alumnæ*. In fine libri huius, *deæ Helicona colentes*. à Parnaſſu *Parnaßides*, à Pierio monte *Pierides*, à Theſpijs oppido *Theſpiades*, & ita de cæteris. De numero, nominibus proprijs, & inuentis earum Auſon. epigram. CXXXVII. Reperitur nonnihil diuerſum 1. Anthologiæ, tit. ξζ. εἰς μούσας. Initium eſt; Καλλιόπη σοφίην, &c.

256. NOST. PARVAM. AD AVRAS] Cauſſa aduentus non alia, quàm deſiderium videndi fontem nouum, eumque mirabilem.

257 DVRA MEDVSÆI Q. PRÆPET. VNG.] Equus ille alatus, qui obtruncata à Perſeo Meduſa proſilijt, vngulæ ſuæ percuſſu fontem hunc elicuiſſe fertur, vnde & nomen ipſi *Pegaſus*, à πηγὴ fons. Ipſe autem fons *Hippocrene*, ab ἵππος equus, & κρήνη fons. Perſius præfat. ſatyrarum ſuarum *fontem Caballinum* nuncupat.

259. VIDI IPSVM MATERN. SANG. NASCI] Interfuit rei geſtæ, vtpote comes, adiutrix, defenſatrix Perſei fideliſſima.

260. EXCIPIT VRANIE] reſpondet, ſubijcit. *Suſcipere* idem, Græcis ὑπολαμβάνειν. Apud S. Lucam cap. 10. vbi Legiſperitus quærit: *Et quis eſt meus proximus?* ſequitur, *Suſcipiens autem* IESVS, *dixit, Homo quidam*, &c. Græcè eſt ὑπολαβών. Fecit ignorantia typographorum & correctorum, vt in pleriſque codicibus pro *ſuſcipiens* legatur *ſuſpiciens*, quod ad ſenſum eſt ineptum. *Vrania* à cælo dicitur, οὐρανῷ, quia rerum cæleſtium intelligentiæ præfecta eſt, vt aliæ Muſæ ſuas præfecturas ſortitæ ſunt.

QVÆCVNQ. EST CAVSSA VIDENDI, &c] Nomine totius chori, ſiue cœtus Muſarum deam affatur Vraniæ, ac primùm ſignificat eius in ea loca aduentum ſibi ſororibuſque gratiſſimum accidere, quacunque tandem de cauſſa aduenerit. Suauiter & oratoriè. Deinde famam de fonte illo, miro quodam modo per Pegaſum producto, veram eſſe confirmat, & in rem præſentem perducit, teſtemque oculatam facit.

ANIMO GRATISS. NOSTRO] ὁμηρικὸν parua immutatione. ἡμῶν κεχαρισμένη θυμῷ.

264 FACTAS PEDIS ICTIB. VNDAS] Suprà: *Dura Meduſæ quem præpetis vngula fecit.*

265. SYLVAR. LVCOS CIRCVMSPI. ANTIQVAR. &c.] Tarditatem oculos per tantam latitudinem circumferētis exprimere voluit, ſpondæo in quinta regione locato: ſicut Virgil. dum Sinonem captiuum à paſtoribus Troianis ad regem Priamum, coram vniuerſa multitudine ciuium, quæ ſe portis ad caſtrorum Græcorum loca ſpeculanda effuderat, adductum fingit: *Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit.* Comprehendit autem Poëta tribus verſibus amœnitatem loci, in quo ſyluæ, luci, antra, flores, herbæ; qualia loca ſtudioſis, & præſertim carmina pangentibus gratiſſima ſunt. Vnde etiam Muſas fælices pronunciat Pallas, non de ſtudio tantùm, quod exercent, pulcherrimo.

267. FELICESQ. V. P. STVDIOQ. LOCOQ.] Lipſienſis emendator repoſuit ex ingenio *ſtudijq; locique*, mutato caſu, vt ſit elegantius, vtpote ἑλληνισμός, ſubaudiendo *cauſa*, vel *gratia*. Non diſplicet.

268. MÆONIDAS] Torquet ſe multum Micyllus in vocis huius origine perueſtiganda: nec decernere poteſt, quanam de cauſſa Muſas appellarit *Mæonidas*. Si à *Mæonide*, quo nomine & Homerus frequentiſſimè dicitur, nō conuenit tempus: nondum quippe natus erat Homerus. Nos ab Homero, ſeu Mæonide Muſas ita hoc loco nuncupatas credimus, κατὰ πρόληψιν, ſeu anticipationem: quomodo Palinurus gubernator apud inferos 6. Æneid. corpus ſuum ad portum Velinum iubet Æneam requirere, & ſepelire, cùm eo tempore *Velia*, vnde nomen portui, nondum extaret. Lege Gell. cap. 16. lib. 10. & Iouiani Pontani dialogum, qui inſcribitur *Antonius*.

269. OPERA AD MAIORA] Quis dubitet rem militarem, ſeu bellica ſtudia eſſe grauiora, magiſq; neceſſaria, quàm ſtudia litterarum? Sine pace enim viui non poteſt; pax autem ſæpe armis quærenda & conſtabilienda eſt. Contendit M. Tullius 1. Off. res vrbanas quàm bellicas maiores eſſe: ſed de prudentia & conſilio loquitur. *Parui enim ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. Nec plus Africanus ſingularis & vir, & imperator in exſcindenda Numantia Reipub. profuit, quàm eodem tempore P. Naſica priuatus, cū Ti. Gracchum interemit*, &c. Cenſet ergo Muſa hæc, Palladem Muſarum numero digniſſimam. Nec mirum ſanè, cùm ſit eadem Minerua ſapientiæ antiſtita.

270. TVTÆ MODO SIMVS] Sors & conditio placet nobis, modò etiam ſecuris liceret eſſe. Præludit ſequenti fabulæ, quam commodiſſimè cum antegreſſa copulat, timorem Muſarum, & audaciam facinoroſorum præfatus.

273. SED VETIT. E. ADEO SCELERI NIHIL] Scelerati, hoc eſt, qui ſcelere paſcuntur & gaudent, nihil habent pro illicito; audent quiduis, contra deos & homines. Si *ſcelus* dicitur tāquam σκελετὸν σῶμα, aridum & proiectitium corpus, veriſimile eſt vocem hanc propriè ad cædem pertinere, ἀκυρώτερον & minùs propriè ad alia crimina, niſi magna, enormia & atrocia, quæ cædis crimen, quo nullum immanius, aliquatenus imitentur. Hinc lux datur innumeris auctorum locis, quorum aliquot profert Lud. Cerdius in eclogam 9. ibi: *Heu, cadit in quenquam tantum ſcelus?*

OMNIA TERRENT VIRGIN. MENTEM] Quia ſcimus homines improbos nihil non audere, & ſumus (quæ natura virginum eſt) timidæ, ideo ad felicitatem, quam & locus & artes noſtræ afferunt, adhuc non parum nobis deeſt. Animo enim tranquillo & ſecuro non degimus.

274. DIRVSQ. ANTE ORA PYRENÆVS VERTIT.] Exemplum vnum ſcelerati antequam narret, ipſum deteſtatur, attentionemque captat, dum ex eius in Muſas facto improbiſſimo nondum ſe animum recepiſſe confitetur. Ex quo vehementiſſimè perturbatam fuiſſe deprehendimus.

Tere-

Tempeſtate pluuia in Parnaſſum redeuntes Muſæ, à Pyreneo tyranno domum inuitantur, cuius libidini ſe mirabiliter eripiunt. Inſecuturus de arce præcipitem ſe agit, fractíſque ceruicibus interit.

Davlia Threïcio, Phoceáque milite rura V.
Ceperat ille ferox, iniuſtáque regna tenebat.
Templa petebamus Parnaſſia: vidit euntes:
Noſtráque fallaci veneratus numina vultu,
Mæonides agnorat enim consiſtite, dixit:
Nec dubitate, precor, tecto graue ſidus, & imbrem
(Imber erat) vitare meo. SVBIERE MINORES
SÆPE CASAS SVPERI. dictis, & tempore motæ
Annuimúſque viro, primáſque intrauimus ædes.
Deſierant imbres; victóque Aquilonibus Auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.
Impetus ire fuit. claudit ſua tecta Pyreneus,
Vimque parat, quam nos ſumptis effugimus alis.
Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce:
Quáque via eſt vobis, erit & mihi, dixit, eadem:
Séque iacit vecors è ſummo culmine turris:
Et cadit in vultus, diſcuſſiſque oſſibus oris
Tundit humum moriens ſcelerato ſanguine tinctam.

276. DAVLIA THREICIO, &c.] Daulia, ſiue Daulis oppidum Phocidis, quod Pyreneus Thraciæ tyrannus occupauit, ſed iniuſtè.

278. TEMPLA PETEBAM. PARNASSIA] nam Parnaſſus eſt in Phocide, de quo plura lib. 1. ibi,

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis,
Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus,
Nomine Parnaſſus, ſuperatq́; cacumine nubes.

Templa Parnaſſia, quia deæ, quarum habitacula ſancta, & velut templa haberi debent. Medium mundi montem hunc, ſeu vmbilicum terrarum eſſe quidam tradiderunt. Lucan. lib. 5. *Heſperio tantum, quantum ſemotus Eoo Cardine Parnaſſus.* Sic autem hoc ipſum fuiſſe à Ioue exploratum canit Claudian. præfar. in conſulat. Manlij Theodori.

Iuppiter, vt perhibent, ſpatium cùm diſcere vellet
Naturæ, regni neſcius ipſe ſui,
Armigeros vtrinque duos æqualibus alis
Miſit ab Eois, occiduiſq́; plagis.
Parnaſſus geminos fertur iunxiſſe volatus,
Contulit alternas Pythius axis aues.

279. FALLACI VENERAT. NVM. VVLTV] Vultu reuerentiam ſimulabat, cùm animo earum expugnare pudicitiam meditaretur, eaſque ἀποπαρθενεύειν. Salluſt. ni fallor: *Vultu ſimulatio facillimè ſuſtinetur.*

280. AGNORAT ENIM] Certum itaq; ſignum ge-

A rebant, quo à vulgaribus virginibus internoſcebantur.

MÆONID. CONSIST. NEC DVBIT. &c.] Humanitatis apparebat, quòd eas domum ſuam vitandæ pluuiæ inuitabat; veneratiònis, quòd rogabat inſuper.

281. GRAVE SID.] Certis enim ſideribus aut orientibus, aut occidentibus cadere ſolent imbres. Hinc pluuias Hyadas vocat Maro 1. Æneid. Vide Faſtos.

282. SVBIERE MIN. SÆPE CAS. SVPERI] Argumentum à maiorum comparatione. De Philemonis & Baucidis ruſticorum villa, quam Iupiter & Mercurius ſubierunt, eorumque hoſpitalitatem

B non ſunt aſpernati, habes lib. 8. Si dij, ait, non refugerunt abiecta domicilia, quanto minùs vos conuenit refugere palatia.

283. DICTIS, ET TEMP. MOTÆ ANNVIM.] Verba ad perſuadendum erant idonea, cælumque ipſum nimboſum idem nos hortabatur.

284. PRIMASQ. INTRAVIM. ÆDES] primam partem, ſeu principium ædium. Dictum hoc, ſicut, primoque in littore, primus digitus, prima platea, & alia multa. Cur non interiores? non patiebatur id pudor illarum: & timebant neſcio quid, ſi vltrà procederent.

285. DESIERANT. IMB. VICTOQ. &c.] Duobus

carminibus deſcribitur poſt nubila Phœbus, vt dicitur, ſeu reddita cælo poſt pluuiam ſerenitas. Aquilo fugat nubes, quas Auſter inducit, & pluuias creat, quomodo ille ſudum facit. Quocirca Iupiter diluuio perditurus mortale genus, *Protinus Aeolys Aquilonem claudit in antro, Emittitq́, Notum*, &c. lib 1. de Neptuno 1. Æneid. *Collectaſq́, fugat nubes, ſolemq́, reducit*. Sil. l. 9. *Læta ſerenati facies aperitur olympi.*

287. IMPETVS IRE FVIT] cœpto itinere iam pergere parabamus.

CLAVD. S. TACTA PYR. VIMQ. PAR.] Huc ſpectabant verba, & vultus blandiſſimus: hoc ſibi volebat veterator. Intelligitur autem à precibus demum ad vim deſcendiſſe; & quod bonę Muſæ non dabant rogatæ hoc ab inuitis rapere inſtituiſſe.

288. QVA NOS SVMPTIS EFFVG. ALIS] In volucres ſe conuerſas indicant, quo pacto ſtupratori illuſerunt, ne ille ipſis illuderet. Aut ſi recenta figura ſumpſerunt alas, ad tempus ſumpſerunt: alatæ A enim non finguntur.

289. STETIT ARDVVS ARCE] Quia per ſummã arcem, ſeu ſupra muros, & turres arcis euolarant, ſtultus ſe quoque in ſummam arcem contulit, & tanquam inde ſimiliter volaturus, auolanteſq́ue comprehenſurus, ſe demiſit. Verùm quia carebat pennis, in humum decidit.

292. DISIECTISQ. OSSIB. ORIS] Sic non longè ab initio libri de Perſeo, Atyn trucidante:

Stipite, qui medio poſitus fumabat in ara,
Perculit, & fractis confudit in oſſibus ora.

293. TVNDIT HVMVM MORIENS] Suprà: *Et reſupinus humum moribundo vertice pulſat.* Et lib. 4. *Tremebunda videt pulſare cruentum Membra ſolum.* Et de fratribus è draconis dentibus repentè enatis, ſeſeque mutuò interimentibus lib. 3. *Sanguineam tepido plangebant pectore matrem.* Terra quippe communis eſt mater omnium. Virgil. libr. 10. *Tundit humum exſpirans.*

Nouem Pieri filiæ Muſas cantu prouocantes, in picas transformatæ ſunt. Canit vna bellum giganteum, deorúmque fugam in Ægyptum, vbi ſub diuerſis animalium figuris delituerunt. Contrà canendi partes dantur Calliopæ.

VI.

MVSA loquebatur; pennæ ſonuere per auras:
Voxque ſalutantum ramis veniebat ab altis.
Suſpicit, & linguæ quærit tam certa loquentes
Vnde ſonent, hominémque putat Ioue nata locutum.
Ales erat: numeróque nouem ſua fata querentes
Inſtiterant ramis, imitantes omnia picæ.
Miranti ſic orſa deæ dea: Nuper & iſtæ
Auxerunt volucrum victæ certamine turbam.
Pierus has genuit, Pellæis diues in aruis.
Pæonis Euippe mater fuit: illa potentem
Lucinam nouies, nouies paritura vocauit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororum,
Pérque tot Æmonias, & per tot Achaidas vrbes
Huc venit: & tali committit prælia voce:
Deſinite indoctum vana dulcedine vulgus
Fallere: nobiſcum, ſi qua eſt fiducia vobis,
Theſpiades certate deæ: nec voce, nec arte
Vincemur: totidémque ſumus. vel cedite victæ
Fonte Meduſæo, & Hyantea Aganippe:
Vel nos Æmathijs ad Pæonas vſque niuoſos
Cedemus ſyluis. dirimant certamina nymphæ.
Turpe quidem contendere erat: ſed cedere viſum
Turpius. electæ iurant per flumina nymphæ,
Factáque de viuo preſſere ſedilia ſaxo.

Tunc

Tunc ſine ſorte prior, quæ ſe certare profeſſa eſt,
Bella canit ſuperûm, falſóque in honore gigantes
Ponit: & extenuat magnorum facta deorum:
Emiſſúmque ima de ſede Typhoëa terræ
Cælitibus feciſſe metum, cunctóſque dediſſe
Terga fugæ: donec feſſos Ægyptia tellus
Ceperit, & ſeptem diſcretus in oſtia Nilus.
Huc quoque terrigenam veniſſe Typhoëa narrat,
Et ſe mentitis ſuperos celaſſe figuris:
Duxque gregis, dixit, fit Iuppiter: vnde recuruis
Nunc quoque formatus Libys eſt cum cornibus Ammon;
Delius in coruo, proles Semeleïa capro,
Fele ſoror Phœbi, niuea Saturnia vacca,
Piſce Venus latuit, Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia mouerat ora.
Poſcimur Aonides. ſed forſitan otia non ſunt:
Nec noſtris præbere vacat tibi cantibus aures.
Ne dubita, veſtrúmque mihi refer ordine carmen,
Pallas ait: nemoriſque leui conſedit in vmbra.
Muſa refert. Dedimus ſummam certaminis vni.
Surgit, & immiſſos edera collecta capillos
Calliope querulas prætentat pollice chordas,
Atque hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis.

294. PENNÆ SONVERE PER AVRAS] Nondum abſoluerat Muſa, cùm auditur aduolantium nouem picarum ſtrepitus.

295. VOXQ. SALVTANT. RAM. VENIEB.] Ludit, dum garrulam vocem harum auium, picarum inquam, primò aduenientium ſalutationem vocat, & reuera χαῖρε, qua voce ſaluant Græci, quodammodo exprimunt. In arbore autem conſederant, vnde Muſas cum Pallade colloquentes deſpectabant.

296. ET LING. QVÆR. CERTA LOQ. &c.] Circumſpicit Pallas, & ſcire vult, vnde nam hic humanæ linguæ perſimilis ſonus.

297. HOMINEMQ. PVT. IOVE N. LOCVT.] Ex auibus quæ voces humanas, ſeu verba noſtra imitari dicuntur, etiam pica eſt.

298. SVA FATA QVERENTES] mutationem ſuam deplorantes.

299. IMITANTES OMNIA PICÆ.] Martial. l. 14.

Pica loquax domiaum certa te voce ſaluto.
Si me non videas, eſſe negabis auem.

Côſule Commentar. ibidem Raderi noſtri, ex quibus diſces, cur Ouidius dixerit: *Imitantes omnia pica.*

300. MIRANTI SIC ORSA DEÆ DEA] Artificioſè admodum iſti narrationi, dum Muſa inquam, narrat, qua occaſione Pieri filiæ cum Muſis concertantes picæ euaſerint, alias narrationes interſerit.

302. PIERVS H. GEN. PELLÆIS DIVES, &c.] Ante omnia genus earum memorat, quibus videlicet parentibus genitæ. Pater fuit Macedo, oriundus vrbe Pella, vbi natus Alexander Magnus. Mater quoque Macedonica mulier. & Pœonis (pars eſt Macedoniæ *Pæonia*) nomine Euippe. A patre, an à monte huius nominis, an ab vrbe, an à regione, an ab antiquiſſimo vate *Piero* dictæ ſunt *Pierides*, nondum conſtat.

304. LVCIN. NOVIES, NOVIES PARIT. VOCAVIT] Iuno dicta *Lucina*, quòd ea adiuuante partus in lucem prodirent, ſeu lucem intueri inciperent. Quare in parturitione implorabatur. Eadem eſt *Diana, Ilithyia, Genitalis. Iuno Lucina fer opem,* clamat illa in Andria parturiens. Et in Aulular. Plauti: *Perij; mea nutrix, obſecro te, vterum dolet. Iuno Lucina tuam fidem.* Puer iugulandus à Canidia, & alijs veneficis; ode 5. Epod.

Per liberos te, ſi vocata partubus
Lucina veru affuit;
Per hoc inane purpuræ decus precor, &c.

305. INTVMVIT NVM. STOLID. T. SOROR.] Stoliditatis fuit ex numero ſuperbiendi occaſionem ſumere; quaſi non in rebus abiectis & vitioſis etiam magni reperirentur numeri. Sed arbitror hoc epitheto potiùs ad arrogantiam illarum reſpexiſſe, qua ſe Muſis in cantu antepoſuerunt.

306. PER Q. TOT ÆMON. ET PER TOT, &c.] Per plures Macedoniæ, & alias Achaiæ vrbes non eas piguit huc in Phocidem ad Heliconem certaminis gratia contendere.

307. TALI COMMITT. PRÆL. VOCE] tali, tam inſolenti, & faſtus plena voce nos inuadit.

308. DESINITE IND. V. DVLCED. VVLG. FALL. &c.] Stomachoſa eſt oratio, qua Muſas impoſturæ arguunt & fallaciæ; ſeſe ad certamen cantus offerunt, non ſine iactantia vocis, artis & numeri ſui; conditionem quoque, & præmium victoriæ proponunt. Si vincantur, vt fonte illo, quem natus ex Meduſa equus produxit, & alio item in Bœotia (vbi

Hyantum populus) cui nomen Aganippe, ſibi cedant. Sin autem ipſæ à Muſis ſuperentur, vt victrices Macedonicas ſyluas vſque ad Pœonas, montanos eiuſdem prouinciæ populos, poſſideant. Antonius Liberalis Collectan. metamorphoſeωn, fab.9. de hoc certamine cantus, Pieridumque nominibus, ita refert. Chorum ſuum Muſis oppoſuerunt, certamenque muſicum eſt in Helicone commiſſum. Quando autem filiæ Pieri canebant, omnia caligine obſcurabantur, nihilque ad choream obtemperabat. At Muſarum cantu ſiſtebatur cælum, aſtra, mare, flumina; & Helico voluptate delinitus ad cælum vſque creſcebat: donec eum conſilio Neptuni Pegaſus inhibuit, verticem pede percutiens. Et quoniam certauerant mortales cum deabus, Muſæ eas in aues transformarunt, quæ etiamnum inter homines nominantur Colymbas, Iynx, Cenchris, Ciſſa, Chloris, Acalanthis, Neſſa, Pipo, Dracontis.

314. DIRIMANT CERTAM. NYMPHÆ.] Seu *Oreades*, ſeu *Dryades* arbitrium faciant certaminis huius.

315. TVRPE QVID. CONTEND. ERAT, SED, &c.] Minus malum eligendum fuit nobis. Turpe fuit cum tam imparibus congredi, detrectare verò pugnam, fuiſſet turpius, quoniam ad famam inhoneſtius.

316. ELECTÆ IVRANT PER FL. NYMPHÆ] Iudices ſolent eſſe iurati, alioqui eorum ſuſpecta eſt fides. Et neutra litigatorum pars tutò cauſſam ſuam iniuratis committit. Seruant igitur morem iudicialem, & controuerſiæ iudices iuratas adhibent. Iurant autem per flumina, non quòd numen ſit in illis; ſed quòd ſacræ numinibus eorum origines. Hinc colligo nymphas iſtas fuiſſe Nereïdes, aut Naiades, ſiquidem per flumina iurant: iuratur alioqui per ſylueſtria, aut montana numina.

317. FACTAQ. DE VIVO PRESS. SE DIL. SAXO] Et hoc iudiciale: ſedent enim iudices, & reos audiunt ſedentes. Viſæ ſunt porrò ſedibus à natura factis. I. Æneid. *Intus aquæ dulces, viuoq; ſedilia ſaxo.*

318. TVNC SINE SORTE PRIOR, &c.] Non ſortiebantur quæ caneret; ſed quæ prima profitebatur ſe canituram, illa, cæteris annuentibus, cecinit. Obſerua temeritatem Pieridum. Non deligunt quæ perſonam ſuſtineat omnium, quia omnes ſibi æquè placent, & nihil putant referre quæ canat; cùm è diuerſo Muſæ hunc honorem Calliopę, vt principi chori ſui deferant: *Dedimus ſummam certaminis vni*, vt infrà legimus.

319. BELLA CANIT SVPER. FALSOQ. &c.] Materiam cantus elegit ſibi bellum à dijs geſtum cum gigantibus, de quo lib.1. Sed ita canebat, vt faueret magis gigantibus, & deos depreſſum iret.

321. EMISS. IMA DE SEDE TYPHOEA, &c.] Præcipuè Typhœa, ſeu Typhonem commendabat, vt reliquis animoſiorem, & qui plus faceſſiſſet dijs negotij.

IMA DE SEDE TERRÆ] Sub terra habitabat cum matre. Fuit enim Titani & Terræ filius.

322. CVNCTOSQ. DEO. TERGA FVGÆ] Vel gregario militi indecorum eſt fugere è prælio; & dij iſti inuictiſſimi paucorum impetum excipere nequierunt; ſed in Ægyptum fugere, ibique ſub beſtiarum formis occultare ſe neceſſe habuerunt. Solos Iouem & Mineruam remanſiſſe in cælo, auctor Nicandro Liberalis fab.28.

A 324. ET SEPT. DISCRET. IN OSTIA NILV.] Inde *ſeptemfluus*, & Carullo ac Virgilio, *Septemgeminus*. Propert. lib.2. eleg.1.

Aut canerē Aegyptum, & Nilum, cùm tractus in vrbem
Septem captiuis debilis ibat aquis.

325. HVC QVOQ. TERRIG. VENISSE TYPH.] Perſecutus eſt miſeros deos vſque in Ægyptum, gigas iſte omnium audaciſſimus.

326. ET SE MENTIT. SVP. CEL. FIG.] aliter enim ſe tutos fore non ſperabant. Heu formidoloſa, non formidanda numina!

327. DVX Q. GREG. D. FIT IVPITER] Aperit, quam quiſque deus figuram & imaginem ſubierit. Dux gregis eſt aries. De hirco eclog.7. *Vir gregis ipſe caper*. Caper dixit pro hirco. Ex Liberali ſic: Apollo mutatus eſt in accipitrem, Mercurius in Ibin, Mars in ſquamatum piſcem, Diana in ſilurum, Bacchus

B in caprum, Hercules in hinnulum, Mulciber in bouem, Latona in murem araneum: alij, vt viſum fuit, in alia.

VNDE RECVRVIS LIBYS E. CVM CORN. AMMON] Fabulam, & rationem appellationis huius breuiter explicaui in antegreſſis.

329. DELIVS IN CORVO] Quærat, qui vult, cauſſam, quare hic deus ſub illo, alius ſub iſto animali latuerit. Coruus ſacer eſt Apollini, qui quo pacto ex albo niger, ſcriptum eſt lib.2.

PROLES SEMELEIA CAPRO] Mirum, cùm alioqui infenſus ſit huic animanti, quandoquidem vitibus eius eſt noxium, ac propterea illi quoque immolatur, vt eſt lib.15.

330. FELE SOROR PHOEBI, &c.] Tres deas nominat fugitiuas, Dianam, Iunonem, Venerem. Prima felem, altera vaccam candidam, tertia piſcem

C ſimulauit.

331. CYLLEN. IBIDIS ALIS] Mercurius ibin præ ſe tulit. *Ibis* genus auis quod in Ægypto tantùm reperitur, ſordidum, & roſtro ſibi aluum eluens, vnde vſum clyſteris didicimus, Plin.l.8. cap.27. Hoc nomine Callimachus & Ouidius obtrectatores ſuos nubilitarunt. Emblema 4 Alciati 87. in ſordidos:

Quæ roſtro clyſtere velut ſibi proluit aluum,
Ibis, Niliacis cognita littoribus,
Tranſit in opprobrij nomen, quo Publius hoſtem
Naſo ſuum appellat, Battiadeſq; ſuum.

Vide ibidem Commentarios Claudij Minoïs, & Franc. Sanctij Brocenſis, Lugduni editos.

332. HACTEN. AD CITHAR. VOCAL. M. ORA] Quia ſimul voce & fidibus canebant, inde iſti loquendi modi, *ſociare carmina neruis*. Infrà: *Atque hæc*

D *percuſſis ſubiungit carmina neruis*.

333. SED FORSIT. OTIA NON SVNT] Oratoriè, & ciuiliter. Solemus enim ad faſtidium auditori minuendum, & reparandus animos ſimulare finem factutos, ne longiore ſermone tædium ac moleſtiam illi afferamus, cùm totum quod cogitauimus tamen in eius aures effundere cupiamus.

335. NE OVAITA, VESTRVMQ. MIHI, &c.] Reſponſum Palladis humaniſſimum. Paratam ſe ad Muſę quoq; carmen quale fuerit cognoſcendum oſtendit.

336. NAMORESQ. LEVE CONSED. IN VMBRA] quia longius carmen fore ſuſpicatur, ſeſſum ſe recepit.

337. DEDIM. SVMMAM CERTAM. VNI] Dixi de hac

hac prud[illegible]tia Muſarum paul[illegible] ante Delegimus vnam [illegible] per[illegible] am noſtram impoſuimus.

3[illegible]. IMMISSOS HEDERA CO[illegible]IECT[illegible] A[illegible]OS.] diffu[illegible]s, [illegible]os. Lib[illegible] de Daphne: *Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos.* Scit[illegible], ſeu corona ederacea redimitam [illegible]. Item 5. Faſtor.

Tunc ſic neglectos hedera redimita capillos
Prima ſui cœpit Calliopæa chori.

B[illegible]ne [illegible]a, ſeu princeps [illegible] chori *Calliope*: eſt enim d[illegible]x, magiſtra, & antesignana Muſarum, Heſiodo [illegible], potiſſima, ſuprema. Cynthiam ſuam à peritia faciendi carminis, & arte muſica commen-A dans Propertius eleg. 2. lib. 1.

Cum tibi præſertim Phœbus ſua carmina donet,
Aoniamq; libens Calliopæa lyram.

339. QVERVL. P[illegible]ÆTENT. POLLICE CHORO.] Prætentamenta illa Muſicorum, ſiue illi fidibus, ſiue fiſtulis canant, præludia dicuntur; quæ vox à muſicis ad alia quoque transfertur, quibus velut præluditur.

340. ATQ. HÆC PERCVSS. &c.] Lib. 10. de Orpheo: *Pulſiſq; ad carmina neruis.* Ibid. *Neruoſq; ad verba mouentem.* Tibullus lib. 3. eleg. 4. *Sed poſtquam fuerant digiti cum voce locuti.*

Orditur cantum ſuum à laudibus Cereris Calliope. Subijcit de Siciliæ tremoribus, è lucta & nixibus Tiphœi gigantis, ea obruti. Adhæc de Venere, quæ præter Dianam & Mineruam nihilominus Proſerpinam virginitati deditam non ſuſtinens, Cupidinem ad Plutonem eius ducendæ deſiderio ſauciandum impellit; qui rem ad opus confert.

PRIMA *Ceres vnco glebam dimouit aratro:* VII.
Prima dedit fruges, alimentáque mitia terris:
Prima dedit leges: Cereris ſunt omnia munus.
Illa canenda mihi eſt: vtinam modò dicere poſſim
Carmina digna dea: certè eſt dea carmine digna.
Vaſta giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris, & magnis ſubiectum molibus vrget
Æthereas auſum ſperare Typhoëa ſedes.
Nititur ille quidem, tentátque reſurgere ſæpe;
Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubiecta Peloro,
Læua, Pachyne, tibi: Lilybæo crura premuntur:
Degrauat Ætna caput: ſub qua reſupinus arenas
Eiectat, flammámque fero vomit ore Typhœus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidáque, & magnos deuoluere corpore montes.
Inde tremit tellus, & rex pauet ipſe ſilentûm,
Ne pateat, latóque ſolum retegatur hiatu,
Immiſſúſque dies trepidantes terreat vmbras.
Hanc metuens cladem tenebroſa ſede tyrannus
Exierat; currúque atrorum euectus equorum,
Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ.
Poſtquam exploratum ſatis eſt loca nulla labare,
Depoſuitque metum, videt hunc Erycina vagantem
Monte ſuo reſidens: natúmque amplexa volucrem:
Arma, manúſque meæ, mea, nate, potentia, dixit,
Illa, quibus ſuperas omnes, cape tela, Cupido,
Inque dei pectus celeres molire ſagittas,

*Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima * regni.* mundi.
Tu ſuperos, ipſumque Iouem, tu numina ponti
Victa domas, ipſúmque regis qui numina ponti,
Tartara quid ceſſant? cur non matriſque, tuúmque
Imperium proferſ? agitur pars tertia mundi.
Et tamen in cælo, quæ iam patientia noſtra eſt?
Spernimur; ac mecum vires minuuntur amoris.
Pallada nónne vides, iaculatricémque Dianam
Abſceſſiſſe mihi? Cereris quoque filia virgo,
Si patiamur, erit: nam ſpes affectat eaſdem.
At tu, pro ſocio ſiqua eſt mihi gratia regno,
Iunge deam patruo. Dixit Venus, ille pharetram
Soluit: & arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit: ſed qua nec acutior vlla,
Nec minus incerta eſt, nec quæ magis audiat arcum.
Oppoſitóque genu curuauit flexile cornu:
Inque cor hamata percuſſit arundine Ditem.

341. PRIMA CERES VNCO GLEBAM, &c.] Primum inuentum Cereris agricolatio, vnde frumenta in cibum mortalibus. Orpheus in eius hymno.

Ἡ πρώτη ζεύξασα βοῶν ἀροτῆρα τένοντα,
Καὶ βίον ἱμερόεντα βροτοῖς πολύολβον ἀνεῖσα.
Colla boum quæ prima graui ſubiecit aratro,
Falcemq́; dedit victum mortalibus agris.

Ouid. 4. Faſtor.

Panis erat primus virides mortalibus herba,
Quas tellus nullo ſollicitante dabat.
Et modò carpebat viuax de ceſpite gramen,
Nunc epulæ è tenera fronde cacumen erant.
Poſtmodo glans nata eſt. bene erat iā glande reperta,
Duraq́; magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres homine ad meliora alimenta vocato,
Mutauit glandes vtiliore cibo.
Illa iugo tauros collum præbere coëgit,
Tunc primùm ſoles eruta vidit humus.

Similiter 3. Amor. eleg. 9. Maro 1. Georg.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit, cùm iam glandes atque arbuta ſacræ
Deficerent ſyluæ & victum Dodona negaret.

343. PRIMA DEDIT LEGES] Alterum, & prorſus ſanctum ac ſalutiferum inuentum, leges. Inuento frumenti ſemine, homines, qui ante id tempus nullis regebantur legibus, veſcebanturque, vt audiſti, glandibus, & omnia in commune conferebant, leges condiderunt, quibus ſua cuique terræ pars aſſignabatur; & de finibus regundis, de teſtamentis, de emptionibus, quæ ideo à Cerere latæ dicuntur, quòd illa ferendarum occaſionem dederit.

CERERIS SVNT OMNIA MVNVS] Quînam omnia, cùm tantùm duo, etſi magna ſanè, numerarit? an his duobus continentur omnia? Propemodum, vita ſcilicet, quam alunt fruges; & iuſtitia, quam præcipiunt & tuentur leges.

344. VTINAM MOD. D. POSS. CARM. DIG. DEA] oratoriè, optāt enim oratores parem eorum virtuti eloquentiam, quos laudandos ſuſceperunt. Cic. in Maniliana: *Iam verò virtuti Cn. Pompeij quæ poteſt par oratio inueniri. quid &c. quod quiſquam aut dignum illo, aut vobis nouū, aut cuiquam inauditum poſſit afferre?*

346. VAST. GIGAN. INIECT. EST INSVL. MEMB.] Lib. 14. *Iamq́; giganteis iniectam faucibus Aetnam.* Typhoëum Iupiter fulmine exanimauit, & Siciliam inſulam ei ſuperiniecit. At Virgil. lib. 9. *Inarimen* inſulam ei ſuperimpoſitam ſcribit:

Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumq́; cubile
Inarime Iouis imperijs impoſta Typhœo.

Idem tradit Homerus in Catalogo, ſeu in Bœotia, lib. 2. Iliados.

347. TRINACRIS] Etiam Trinacria, à tribus promontorijs, ex quibus *Pelorus* Italiam, *Lilybæus* Africam, *Pachynum* Peloponneſum ſpectat. Vide Plin. lib. 3. cap. 8. Claudian. lib. 1. de raptu Proſerpinæ:

——— Caput inde Pachyni
Reſpicit Ionias prætenſis rupibus iras.
Hinc latrat Getula Thetys, Lilybæaq́; pulſat
Brachia conſurgens: hinc dedignata teneri
Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.

352. DEGRAVAT ÆTNA CAPVT] Flammæ illæ, & incendia montis huius, de quibus Lucret. Virg. & qui de Ætna ſcribunt, ſunt gigantis huius, vt vides, halitus. De cauſſis earum noſter lib. 15. Et Lucret. lib. 6.

Nunc tamen illa modis quibus irritata repente
Flamma foras vaſtis Aetnæ fornacibus efflet,
Expediam, &c.

348. AETHER. AVS. SPER. TYPHOEA SED.] Spectabant idem & alij lib. 1.

Néue foret terris ſecurior arduus æther,
Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes.

354. SÆPE REMOLIRI LVCTAT. POND. TERRÆ] Paulo antè: *Nititur ille quidem, pugnatq́; reſurgere ſæpe.*

355. OPPIDAQ. ET MAGN. DEVOLV. CORP. MONT.] Hæ ſunt illæ magnæ moles, quibus ſub eictus premitur & vrgetur: quanquam ſola tellus tam lata illum ſatis premeret. De exitu, & ſepultura Typhonis, ſeu Typhoëi gigantis Liberalis ex Nicandro, fab.

fab. 28. vbi Typhonem Iupiter fulmine perculit, ardens Typhon in mare ſeipſum abdidit, flammáque extinxit. Iupiter autem non dimiſit eum: ſed montium maximum Ætnam ei iniecit, inque extremitatibus cuſtodem ei Vulcanum appoſuit: iſque impoſitis in ceruices incudibus, ferreas cudit maſſas.

356. INDE TREMIT TELLVS] Virgil. 3. Æneid. Enceladum gigãtem ſub hac inſula, *Sicilia* inquam, iacere autumat, & eius eſſe exſpirationes haſce igneas: eoque ſe in aliud latus mouente, terræ tremores exiſtere. Ecce tibi verſus:

Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemq; inſuper Aetnam
Impoſitam ruptis flammam exſpirare caminis:
Et feſſum quoties mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cælum ſubtexere fumo.

Sic Claud. 1. de Raptu Proſerp.

Aetna gigantaeos nunquam tacitura triumphos,
Enceladi buſtum. Qui ſaucia membra reuinctus
Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulphur,
Et quoties detrectat onus ceruice rebelli
In dextrum læuumq; latus, tunc inſula fundo
Vellitur, & dubiæ nutant cum mœnibus vrbes.

REX PAVET IPSE SILENT. NE PATEAT, &c.] Terræmotus hoſce Siculos eſſe ingentes, patet ex timore Plutonis. Timet autem ne terra tam vehementer concuſſa & quaſſata diſcedat adeò, vt immiſſo diurno lumine ſedes inferæ illuſtrentur, & manes tenebris, ſeu caligini perpetuæ aſſueti, magnopere terreantur. Neq; enim ipſi quidem Plutoni placere lumen ſuperum, patet ex dictis l. 2. Nam præter alia mala quamplurima ex ignibus Phaëthonteis;

Diſſilit omne ſolum, penetratq; in tartara rimis
Lumen: & infernum terret cum coniuge regem.

Virgil. 8. de ſpecu Caci tenebroſiſſima, ab Hercule remoto immani ſaxo patefacta:

Non ſecùs ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes, & regna recludat
Pallida, dijs inuiſa, ſuperq; immane barathrum
Cernatur, trepident immiſſo lumine manes.

REX SILENTVM] Quia illic æternum vmbrarum ſilentium. Dicuntur & regna ſilentia. Æneid. 6. *Dij, quibus imperium eſt animarum, vmbræq; ſilentes.* Et rurſum: *Quæſitor Minos vrnam mouet, ille ſilentûm Conciliumq; vocat.* Lib. 10. *Infernum tyrannum.* Virgilio in 4. Æneid. *Iupiter Stygius*, Propertio *Fuſcâ deus aula*, Statio *profundus Iupiter.* Dicitur & à ſcriptoribus *Summanus*, quaſi ſummus manium: & ei attribuebantur nocturna fulmina, vt diurna Ioui.

359. HANC MET. CLAD. TENEB. &c.] Animaduerte quàm opportunè & aptè ad fabulam conſequentem delabatur, & poſteriora cum prioribus ſcitè copulet. Quoniam id metuebat Pluto quod diximus, egreſſus ſede ſua, fundamenta Siciliæ perluſtrat, & quàm firma ac ſolida ſint, conſiderat. Ita circumeuntem & contemplantem videt Venus: mox Cupidini negotium mandat, vt fiant quæ de Proſerpina deinceps referuntur.

36·. CVRRVQ. ATROR. EVECT. EQVOR.] Habet & Pluto quemadmodum Phœbus, quatuor equos ad currum ſuum, quos nominat 1. de Raptu Claudian. & nos locum protulimus lib. 2. ibi: *Interea volucres, Pyroïs, Eoüs, & Aethon*, &c. rurſumque infrà proferemus.

364. MONTE SVO RESIDENS] Mons Siciliæ E-

A ryx, ab Eryce, Butæ & Veneris filio, cæſtuum pugna exercitatiſſimo: in quo monte & matri ædem condidit, & ipſe conditus iacet. Hinc Venus Erycina.

NATVMQ. AMPLEXA VOLVCREM] Alatum inducunt poëtæ Cupidinem: cauſſam alibi non ſemel diſſeruimus.

365. ARMA, MANVSQ. MEÆ, &c.] Manifeſta *μίμησις*, ex 1. Æneid. vbi Venus de ſalute Æneæ ſui ſollicita, his aligerum dictis affatur Amorem:

Nate, meæ vires, mea magna potentia, ſolus,
Nate, patris ſummi qui tela Typhoëa temnis.

366. ILLA QVIA. SVP. OMNES CAPE TELA] Quin omnia vincit Amor, ideo telis Cupidinis nihil eſt potentius. Lib. 13. in fab. Polyphemi: *Prô quanta potentia regni Eſt, Venus alma, tui?* Vide ibidem à nobis

B allata.

367 INQ. DEI PECT. CELER. MITTE SAGITT.] in pectus huius dei quem cernis, ſeu, quem tibi digito demonſtro. Penetrat per medullas, & intima præcordia amoris affectus, & facillimè celerrimeque concipitur: ideo ſagittis muniunt eum poëtæ dicunt; & celeres ſagittas haſce vocat noſter, eòdem reſpiciens.

368. CVI TRIPL. CESS. FORT. NOVISS. REGNI] Plutonis *τριφέμενος*. Nouiſſimam fortunam Plutonis nominat ſubterraneum regnum, quia in natura rerum inferi ſunt vltimi. Sunt enim ſumma, vt cælum & cæleſtia; ſunt media, vt terræ & maria; ſunt infima, vt infera. Supera ceſſerunt Ioui, media Neptuno (Homerus Iliad. 15. terram illis commu-

C nem facit) infera Plutoni, cùm mundum tres fratres partirentur. Vide quæ annotauimus in Symbol. 1. Æneid. ibi: *Non illi imperium pelagi, ſæuumq; tridentem*, &c.

369. TV SVPEROS, IPSVMQ. IOVEM, &c.] Sufficiebat, *tu ſuperos*, Iupiter enim inter ſuperos vtique. Sed cùm in laude, tum in reprehenſione, qui cæteris præſtant in re aliqua communi, eos ſeorſum nihilominus nominare poëtæ conſueuerunt. Iupiter deorum pater & rector cum omnibus cæleſtibus, Neptunus cum omnibus marinis dijs, Pluto cum inferis tibi parêre coguntur. At enim ſi probetur iſta lectio, *ipſúmque regit qui numina terræ, ὑποχθονίους*, quid ergo hortatur Cupidinem Venus, vt victum & domitum Plutonem domet? & quinto ac ſexto ab hinc verſibus: *Tuq; deos ſpectas celeres*, &c. Huc idem ſonant illa verba, *Tartara quid ceſſant?* Ideo non ab-

D ſurda Raphaëlis correctio: *Ipſúmque, regis qui numina ponti*, vt ad Neptunum pertineat, quem cum dijs pelagi iam domitum ait, quandoquidem amori ſeruierunt, cuius expers adhuc ſit Pluto, cælebs omnino. Qui legunt, *Ipſúmque, regit qui lumina terra*, & de Phœbo interpretantur, de quo ſuprà, *Luce ſua qui temperat orbem*, vereor ne aberrent à tramite. Quid hîc cum Phœbo, vbi de tribus fratribus loquitur, & tertium cum duobus alijs committit?

371. CVR NON MATRISQ. T. IMPER. PROF.] Vnum eſt matris & filij imperium. Quà præcedit & præcurrit, & viam ſternit ille, eà ſequitur mater.

372. IMPERIVM PROFERS?] Nondum ſatis latè imperare cum filio ſibi videtur Venus, quandiu Pluto rex manium, & tertius mundi imperator nihil habet quod amet. Proferre non tantùm eſt palàm facere; ſed etiam protendere & dilatare. Cicero 3. de rep. *Sapientia iubet proferre opes, ampli-*

ſpirare diuitias. Nonius. De Auguſto 6. Æneid. *Super & Garamantas & Indos Proferet imperium.* Munitiones præterire eſt apud Cæſarem 1. Ciuil.

AGITVR PARS TERT. MVNDI] Periculum eſt, ne tertia parte mundi excludamur, cùm in duabus regnemus: terram enim, & maria pro vna ſumit.

373. QVÆ IAM PATIENTIA NOSTRA EST] Vtroque modo, cum interrogatione, & ſine interrogatione legi poteſt, ſenſu plano. Dixerat Cupidinem domare ſuperos, ipſumque Iouem: nunc excipit duas, Palladem & Dianam ſemper virgines, à quibus ambo contemnantur.

374. AC MECVM VIRES MINVVNT. AMORIS] Quia amor ſeu Cupido ſunt vires Veneris, 1. Æneid. *Nate mea vires,* &c. Vbi ergo non eſt hoſpitium illi, nec huic. Quàm magnas habet vires ille, iam magnas iſta. Sed apud Dianam & Palladem nullas habet.

376. CERERIS QVOQ. FIL. VIRG. ERIT] nunquam nubet.

377. SI PATIAMVR] ſi duas illas patimur eſſe quod volunt.

NAM SPES AFFECT. EASD.] ſperat idem ſibi fore licitum.

378. AT TV, PRO SOCIO SI QVA, &c.] Concluſio cum petitione. Si qua mihi gratia eſt apud te propter regnum ſocium, & commune mihi tecum. Quidam corrigunt, & pro *Si qua eſt tibi gratia,* legendum mouent, *ſi qua eſt ea gratia.* Ego pro *tibi* reſcribendum cenſeo *mihi*, ſententia facili & vera.

A Verſum autem ſic interpungendum: *At tu, pro ſocio ſi qua eſt mihi gratia regno,* vt tollatur parentheſis.

379. IVNGE DEAM PATRVO] Proſerpina eſt filia Iouis. Si eam Plutoni iunxeris, patruo iunxeris: ſiquidem Pluto Iouis frater.

ILLE PHARETRAM SOLVIT] quam de collo in tergum pendentem gerebat.

380. ET ARBIT. NAT. DE MILLE SAGITT.] Opus eſt illi multis ſagittis, quia multos vulnerare habet. Quid enim apud omnes gentes amoribus amabilius? quid vſurpatius? Nouit ergo Venus quantum quæque valeat ſagitta Cupidinis.

382. NEC QVÆ MAGIS AVDIAT ARCVM] 1. Georg. *Neque audit currus habenas.* Audit arcum ſagitta, quæ id ferit, in quod arcum ſagittarius dirigebat.

B Simili ſchemate Horatius ad Piſones: *Nec ſemper feriet, quodcunque minabitur arcus.*

383. OPPOSITOQ. GEN. CVRVAVIT FLEX. CORN.] Flexile cornu eſt arcus corneus. Lib. 1. *Viderat adducto flectentem cornua neruo.*

384. INQ. COR HAM. PERCVSS. ARVND. DIT.] Quiddam adhuc maius & acrius Anacreon, cui multum eſt negotij cum iſto pharetrato puero. Monitum ſe ab illo, vt amaret; monentem non curaſſe. Arripuiſſe arcum & ſagittas, omnibus parentem oppugnaſſe. Sed Achillis inſtar loricatum, ſcuto & haſta munitum reſtitiſſe. Illum tela vibraſſe; ſe fugam capeſſiuiſſe. Vide quæ ſcripſi in Symbol. 4. Æneid. ibi: *Vulnus alit venis.*

Topographia Perguſæ lacus, ad quem flores cum ſodalibus legentem Proſerpinam Pluto vxorem rapit. Quinam dij, & quibus promiſſis eius coniugium ambiuerint fingit ita Claudian. lib. 1. de Raptu:

Perſonat aula procis: pariter pro virgine certant
Mars clypeo melior, Phœbus præſtantior arcu.
Mars donat Rhodopen, Phœbus largitur Amyclas,
Et Delon, Clarioſq; lares. Hinc æmula Iuno,
Hinc poſcit Latona nurum.

VIII. *HAVD procul Ennæis lacus eſt à mœnibus altus,*
Nomine Perguſa: non illo plura Cayſter
Carmina cycnorum labentibus audit in vndis.
Sylua coronat aquas, cingens latus omne, ſuiſque
*Frondibus, vt velo, Phœbæos ſummouet * ignes,* *ictus.
Frigora dant rami, varios humus humida flores.
Perpetuum ver eſt quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit,
Dumque puellari ſtudio calathóſque, ſinúmque
Implet, & æquales certat ſuperare legendo:
Pæne ſimul viſa eſt, dilectáque, raptáque Diti.

Vſque

Vſque adeò eſt properatus amor. Dea territa mœſto
Et matrem, & comites, ſed matrem ſæpiùs ore
Clamat: & vt ſumma veſtem laniarat ab ora,
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis:
Tantáque ſimplicitas puerilibus affuit annis;
Hæc quoque virgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus; & nomine quemque vocando
Exhortatur equos: quorum per colla iubáſque
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas.
Pérque lacus altos, & olentia ſulphure fertur
Stagna Palicorum, rupta feruentia terra,
Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

385. HAVD PROCVL ENNÆIS] Vitioſè in vulgatis impreſſum eſt *Aetnæis*. Enna vrbs Siciliæ. Cauſſam, occaſionem, modum raptæ Proſerpinæ, & indagationem filiæ à Cerere matre ſuſceptam pretium eſt legere apud Iulium Firmicum, libro de errore profanarum religionum. Oſtendit perſpicuè, quomodo, vt ſæpenumero apud poëtas, veritas rei geſtæ in fabulæ commentum migrarit. Legendum porro cum aſpiratione *Hennæis*. Vide Obſeruat. Schotti noſtri lib. 2. c. 8.

386. NOMINA PERGVSA] Claud. ait à Siculis Pergum dici. Antiqui Geographi eius non meminerunt.

386. NON ILLO PLVRA CAYSTRI CARM.] 1. Georg. *Et quæ volucres* (puta cycni) *Aſia circum Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.*

388. SYLVA CORON. AQVAS, &c.] Eundem locum attulit 4. Faſt.

Valle ſub vmbroſa locus eſt aſpergine multa
Humidus ex alto deſilientis aqua.
Tot fuerant illic, quos habet natura colores,
Pictáq; diſsimili flore nitebat humus.

Loca ſyluis aut aquis cincta, poëtis *coronari* dicuntur. Cingere enim complecti, circundare eſt illis coronari. Catull. in Galliambo dicit *loca ſyluis redimita.*

389. PHOEBÆOS SVMMOVET IGNES] arcet ſolis radios, qui ex repercuſſione calefaciunt. *Ictus* pro *ignes* legit Gebhard. in Crepund. *Ictus* autem ſolis, ſunt ἀκτῖνες, καὶ βολαί. vide cætera l. 3. c. 2.

391. PERPET. VER EST] Nihil ergo loco illo amœnius; ſicut verna terræ facie nihil iucundius. Ab orbe condito æternum fuiſſe ver, ſcribit l. 1.

QVO D. PROSERP. LVCVLVO.] Quam priùs *ſyluam*, modò *lucum* nominat, cùm tamen idem non ſint. Sed audent poëtæ. Apud Claudianum Iupiter conſilium cum Venere confert, Proſerpinam in campum elicere iubet, vbi eam Pluto inueniat. Venerem Pallas & Diana virgines iuſſu Iouis comitantur: ne ſcilicet res ſuſpecta fieret puellæ. Quã cauſſam Cereri affert nutrix lib. 3. Sed facinus illuc (fuiſſe nimirum Veneri in Proſerpina decipienda comites) vt virginibus inhoneſtum Ceres poſtea deabus illis exprobrat. Animaduerſum ab erudito viro, puellas olim, ac præcipuè heroum filias certis temporibus in prata, aut ad littora ad ſuos quoſdam ludos & exercitia cõuenire cõſueuiſſe. Nominat Nauſicaam Alcinoi Phæacum rege natam ex Odyſſ. ζ. Europam ex Theocrito (poterat etiam ex Ouidio libr. 2.) Orythyiam ex Apollonio. Naſo epiſt. 15. à Theſeo primùm raptam ait Helenam, cùm nuda in palæſtra cum virginibus luderet.

392. ET AVT VIOL. A. CAND. LIL. CARP.] In 4. Faſt. nymphas ei aſſociat, inter quas officia partitur, aliáſque alijs floribus legendis detineri fingit.

Hæc implet calathos, lento de vimine nexos,
Hæc gremium, laxos degrauat illa ſinus.
Illa legit calthas, huic ſunt violaria curæ,
Illa papauereas ſubſecat vngue comas. &c.

Quem locum pro exemplo aſpexit haud dubiè Claudian. 1. de Raptu. Sæpiùs *violæ* iunguntur *lilijs*. 5. Faſt. *Lilia deciderant, violas ardere videres*. Propert. l. 3. eleg. 13.

Nunc violas tondere manu, nunc mixta referre
Lilia virgineos lucida per calathos.

393. DVMQ. PVELL. STVDIO, &c.] Flos ille ætatis delectatur plurimùm floribus, & ludicris alijs. Proſerpina legebat cupidiſſimè, totumq́ue animum ibi deponebat, vbi oculos.

395. PÆNE SIMVL VISA, DILECT. RAPT.] M. Tull. de hoc eodem raptu, & ſimul de amœnitate loci vnde rapta, ſcriptum reliquit Verrina 6. *Vetus eſt opinio, Iudices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis*, &c. Poteſt illud Iulij Cæſaris huc accommodari, parua mutatione. Dicebat ille: *Veni, vidi, vici*. Nos de Plutone, quamuis non tam concinnè, dicamus: *Venit, vidit, rapuit*. Apud Claudianum Ioui cælibatum ſuum obijcit, Mercuriumq́ue ad eum pro vxore ſibi quoque curanda cum atrocibus minis legat lib. 1. *Nónne ſatis viſum eſt, grati quòd luminis expers*, &c.

396. VSQ. ADEO EST PROPERAT. AMOR] ἐπιφώνημα. Adeò properauit amorem ſuum, hoc eſt, tam feſtinauit amori ſuo ſatisfacere, vt pænè non antè videret, quàm viſam concupiſceret, concupitam ſecum tolleret.

DEA TERRIT. MOESTO ET MATR. &c.] Nihil ſimile audierat, & quid ſibi futurum eſſet, non dubiè conijciebat; amiſſuram videlicet, quod vnum cariſſimum habebat; ideo territa, & matris & ſociarum opem in hoc raptu implorabat. Matris ſæpiùs, quoniam naturale eſt liberis adhuc adoleſcẽtioribus, maximè ad parentum, à quibus ſe plurimùm amari ſentiunt, auxilia confugere, cùm læduntur,

duntur, aut ſe læſum iri pertimeſcunt. Expoſtulationem eius cum Ioue, & implorationem matris promptum eſt legere apud Claudianum l.2. Quibus à Plutone ſubijcitur conſolatio, in qua multa de campis Elyſijs. Principium dútaxat adſcribam:

Cur non torſiſti manibus fabricata cyclopum,
In nos tela pater? ſic me crudelibus vmbris
Tradere? ſic toto placuit depellere mundo? &c.

Sequentibus docent quanta reuerentia ab inferis excepta hęc ſponſa fuerit. Libro autem 3. proditori Plotonis mortem comminatur Iupiter.

398. VT SVMMA VEST. LANIARAT ABORA] immemor, ſe geſtare ſinum plenum collectis floribus, pro more dolentium veſtem, qua infra collum tegere corpus incipit, à ſummo pectore nimium diſcerpit. Lib. 3. in fabola Narciſſi: *Dumq́, dolet, ſummo veſtem deduxit ab ora.*

400. TANTAQ. SIMPLI. PVERILIB. &c.] Dolebat raptum, & quia puella, & pro ætate ſimplex adhuc, etiam dolebat quos perdebat floſculos belliſſimos, vnde ſibi ſerta componere, ac quos per conclaue ſuum ad oblectamentum oculorum aut diſponere, aut ſpargere cogitarat.

402. RAPTOR AGIT CVRR. ET NOM. &c.] Feſtinationem Plutonis quaſi oculis ipſis ſpectandam obijcit. Quatuor equos currui ſubiunctos agit, vnumquemque, nunc iſtum, nunc illum ſuo nomine compellat, vt venatores ſolent in venatu canes, cùm eos ad feram acriter inſectandam exhortantur. Nomina equorum, ipſorumq́ue attributa & conditionem ſic recenſet Claudianus, quos verſus etiam l.2. commodè protulimus, cùm de Phœbi equis ageremus:

Orphnæus crudele micans, Aethonq́, ſagitta
Ocyor, & ſtygij crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditiſq́, nota ſignatus Alaſtor.

Primus ab obſcuritate & tenebris vocabulum ducit, vt nigrum intelligamus. Micans autem crudele oculis, quos minaces & igneos gerit. Secundus ab ardore, quia rapidus vt ignis, & ſagitta velocior. Idem nomen eſt etiam vni de Phœbæis, lib.2. Tertius à nocte. Et is in armento Plutonio (vt ſciamus

A eum equorum gregem alere) primas fert. Aut armentorum per auxeſin, hos ipſos quatuor tantùm nominat, in quibus cæteris elegantior ſit *Nycteus*. Poſtremus à noxa. Sunt enim alaſtores quidam dæmones, hominibus infeſti & nocentes. In 2. Claudiani Proſerpina dum rapitur dearum præſentium Palladis & Dianæ opem implorat. Illæ ſe raptori opponunt: ſed fruſtra. Pallas etiam in eundem verbis acribus inuehitur.

403. QVOR. PER COLLA IVBASQ. EXCVT. &c.] Et his, & præcedentibus verbis illuſtrandis facit locus Maronis lib.5. vbi naumachiam deſcribens, curſum illum, & celeritatem, ardoremq́ue nauticum confert cum aurigarum, ſeu agitatorum B contentione in curuli certamine, ludiſue Circenſibus.

Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntq́, effuſi carcere currus.
Nec ſic immiſſis auriga vndantia lora
Concuſſere iugis, pronių, in verbera pendent.

404. OBSCVRA TINCT. FERRVG. HAB.] Ferrugineus color ferri colorem imitabatur, quod ipſum nomen indicat.

405. PER Q. LACVS ALTOS] profundos, vt in mare altum.

ET OLENT. SVLPH. STAGN. PALICORVM, &c.] Stagnum illud per occultos terræ meatus ſulC phureo quodam calore tepeſcit.

407. ET QVA BACCHIADÆ, &c.] Bacchiadæ à Bacchia Dionyſi filia, cognominati, Corintho eiecti in Siciliam traiecerunt. *Bimaris*, quoniam ſita inter duo maria, Ionium & Ægæum, vnde Græcis διθάλασσος, & ἀμφιθάλασσος. *Bimarem* dicit Horat. ode 7. lib. 1. Aliàs & Ephyra. Cic. in Agrar. *Corinthi* veſtigium vix relictum eſt. Erat enim poſita in anguſtijs, atque in faucibus Græciæ, ſic, vt terra clauſtra locorum teneret, & duo maria maximè nauigatione diuerſa pęne coniungeret, cùm pertenui diſcrimine ſepararentur.

408. INTER INÆ. Q. P. MOEN. PORTVS] alter quippe maior, alter minor eſt. Illic vrbem Syracuſas condiderunt.

Cyane nympha, Anapi fluuio nupta, Proſerpinam agnoſcens, raptum hunc Plutoni exprobrat, curſúmque obiectu brachiorum impedire nititur. Iratus ille ſceptrum terræ illidit: quæ mox dehiſcens, viam ad tartara pandit. Cyane dolore & lacrymis tabeſcens in aquam reſoluitur, ſtagnumq́ue auget, quod deinde ab ea nomen accepit.

IX. E*ST medium Cyanes, & Piſææ Arethuſæ,*
Quod coit anguſtis incluſum cornibus æquor.
Hic fuit, à cuius ſtagnum quoque nomine dictum eſt,
Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas:
Gurgite quæ medio ſumma tenus extitit aluo,

Agno-

Agnouitque deum: Nec longiùs ibitis, inquit:
Non potes inuitæ Cereris gener eſſe. roganda,
Non rapienda fuit. QVOD SI COMPONERE MAGNIS
PARVA MIHI FAS EST: *& me dilexit Anapis:*
Exorata tamen, nec, vt hæc, exterrita, nupſi.
Dixit: & in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit. haud vltrà tenuit Saturnius iram:
Terribileſque hortatus equos, in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta viam tellus in tartara fecit,
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane raptámque deam, contemptáque fontis
Iura ſui mœrens, inconſolabile vulnus
Mente gerit tacita, lacrymiſque abſumitur omnis:
Et quarum magnum fuerat modò numen, in illas
Extenuátur aquas. molliri membra videres,
Oſſa pati flexus, vngues poſuiſſe rigorem:
Primáque de tota tenuiſſima quæque liqueſcunt,
Cærulei crines, digitique, & crura, pedéſque:
Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas
Tranſitus eſt. Poſt hæc humeri, tergumque, latuſque,
Pectoráque in tenues abeunt euanida riuos.
Denique pro viuo vitiatas ſanguine venas
Lympha ſubit: reſtátque nihil, quod prendere poſſis.

409. EST MED. CYAN. ET PISÆÆ ARET. &c.] inter portus duos inæquales, & Arethuſæ fontem, eſt æquor anguſtum, ſiue ſtagnum, dictum Cyanes ſtagnum. Cùm fonte autem Arethuſæ miſcet ſe Alpheus fluuius, Piſam præterfluens, & ſubterraneo meatu in Siciliam delabens.

411. A CVIVS STAGN. &c.] Poſtquam mutata fuit, non antea. Obſerua nunc appellari *ſtagnum*, quod proximo ſuperiore verſu *anguſtum æquor* dixerat; infrà *gurgitem ſacrum* dicet. *Stagnum* autem à Græco στεγνὸν (non στανὸν) quod contineat aquam, neque manare poſſit, vt & Feſtus ſcripſit. Vnde ſtatiuæ aquæ, quæ contrariæ ſunt manantibus & perennibus: cuiuſmodi ſunt fontes, riui, fluuij. Varro de admirandis, ad Fundanium ſocerum. Secundò de ſtatiuis aquis, vt ſunt lacus, & ſtagna, & putei, & maria, &c. Ex Ioſeph. Scalig. Coniectan. ad Varron. de ling. lat.

412. INTER SICELID. NYMPH.] *Nympha* nomen generale eſt. Cyane fuit nympha ſtagni huius, & tota Sicilia notiſſima.

413. GVRGITE QVÆ MED. SVMM. TEN. E. ALVO] Mediúmne Mathematicum, vt in circulo centrum accipias. Eminuit verò ex aquis Cyane vſque ad extremum pectus, ibi enim eſt ſumma aluus.

414. NEC LONG. IBIT.] Nimium ſe poſſe putat, tam feſtinantem cum equis incitatiſſimis & robuſtiſſimis intercipere, & progreſſu arcere. Intelligendum porrò factum hic, quod de Neptuno ait Maro 1. Æn. *Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur vndas.*

415. NON POTES INVIT. CERER. GEN. ESSE] Satis apparebat puellam nec ſua, nec matris voluntate abduci: nec pactas eſſe nuptias. Tu raptor es, vt video, non ſponſus; ac proinde nec gener eris; & ego te vetabo rapinam hanc deportare quò vis.

ROGANDA, NON RAPIENDA FVIT] Minùs offendiſſet Cyanen Pluto, ſi rogaſſet priùs, dari nuptum ſibi Proſerpinam: negatam rapuiſſet. Sed rogaſſe, non erat veriſimile. Hinc raptum Sabinarum excuſat apud ipſas Sabinas Romulus, vt narrat Liuius lib. 1. Cùm enim legatos circa vicinas gentes miſiſſet, qui ſocietatem connubiumque nouo populo peterēt, nuſquam benignè legatio audita eſt: adeò ſimul omnes ſpernebant. Proinde circuibat Romulus, docebatque raptas, patrum id ſuperbia factum, qui connubium finitimis negaſſent. Simili modo Iſraëlitæ Bēiaminitas, cùm virgines de Iabes Galaad choros ducentes ad thalami ſocietatem rapuiſſent, quia quas aliter ducerent, non habebant, apud eorum parentes & fratres excuſarunt: *Miſeremini eorum, non enim eas rapuerunt iure bellantium atque victorum: ſed rogantibus vt acciperent, non dediſtis, & à veſtra parte peccatum eſt.* Iud. c. vlt.

416. QVOD SI COMPON. MAGN. PARVA M. FAS] Maro eclog. 1. *Sic paruis componere magna ſolebam.* Vbi annotaui, Vrſino præeunte, ex Herodoto, *ὡς εἶναι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοισι συμβαλέειν.* Et Thucyd. *ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι.* Et ex Cicerone de opt. gen. Orat. *Parua enim magnis ſæpe rectiſſimè conferuntur.*

ET ME DILEXIT ANAPIS] Æquè vt tu Proſerpinam; quamuis cætera nec ille tibi, nec ego huic comparanda ſim. Lib. 3. Narciſſus, *Et amarunt me quoque nymphæ:* vbi plura exempla modi huius loquendi appoſuimus.

418. Ex-

418. Exorata tamen, nec vt hæc, &c.] non A paſſa ſum me cogi ad nuptias: exorata nupſi, & dedi precibus, quod hæc miſera vi & potentiæ date coacta eſt.

419. In partes divers. brach. tend. oast.] præ ira, ſeu indignatione non cogitabat Cyane ſe actum agere.

420. Satvrnivs] Saturni filius, vt Iupiter & Neptunus: fratres enim ſunt.

425. Terribilesq. hort. eqvos] quare terribiles, ex eorum nominibus liquet, quæ paulo ſuprà interpretati ſumus.

Ingvrgitáma contort. valido, &c.] ſi aquis ſceptrum illiſit, vt ad ſundum vſque perueniret, ſeu maris arenas contingeret. Oporter igitur B fuiſſe longum leucas aliquot ſceptrum iſtuc.

424. Et pron. cvrr. medio cratere recepit] Crater eſt etiam vorago, & hiatus terræ. Lucret. l. 6 de Ætnæ ignibus diſputans:

In ſummo ſunt ventigeni crateres, vt ipſi
Nominitant, nos quas fauces perbibemus, & ora.

Quantis porrò gratulationibus & gaudijs inferorum excepta fuerit Proſerpina, miranda feſtiuitate, & ſummo cum ingenio exponit Claudianus lib. 2. Expoſitionis hoc eſt initium,

Conueniunt animæ, quantas truculentior Auſter
Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbres
Colligit, aut frangit fluctus, aut torquet arenas, &c.

425. At Cyane rapt. deam contempt. &c.] Duplici de cauſſa mœrebat; & quòd ſic rapta dea, & quòd fontis ſui iura adeò contempſiſſet Pluto. Quæro quis hîc fons. In anguſto æquore ſumma tenus aluo extitiſſe antea dixit: &, ſi poſtea, vt ſtatim narrat, in aquas vel fontis, vel ſtagni liquata eſt, vbi fons, cuius iura vilipendit Pluto? Ipſum ſtagnum per μείωσιν fontem nuncupauit, vt contrà per ὑπερβολὴν æquor, tamerſi addidit, *anguſtum*, vt eam minueret.

426. Inconsolab. vvln. mentis q. tacita] Virgil. 1. Æneid. *Cùm Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus*. Et 4. *Tacitum viuit ſub pectore vulnus*. Quamquam priore loco de ira, poſteriore de amore vſurpata Metaphora. Hac voce, *inconſolabilis* neminem arbitror vſum præter noſtrum. Simplici vſus eſt Cicero ad Sulpitium ep. 3. lib. 4. *Eſt omnino vix conſolabilis dolor: tanta eſt omnium rerum amiſſio, & deſperatio recuperandi.*

427. Lacrymisq. absvmit. omnis, et qvarvm, &c.] Contabeſcit lacrymando, & in aquas abit, quarum domina fuerat.

429. Molliri membra. vider. &c.] Metamorphoſis explicatur κατὰ μέρος, particulatim inquam.

435. In tenves rivos] è quibus ſtagnum tandem euadit.

436. Pro vivo sangvine] viuus eſt ſanguis, quandiu eſt in corpore humano, eodemque ſano ipſe ſanus. Plurima inanima dicuntur viua, dum ſunt in locis ſuis naturalibus. Exemplis id monſtrauimus alibi.

437. Nihil qvod prendere possis] Quid? aqua non prehenditur? Nihil de priore corpore, non caput, non manus, non pectus, non pedes, &c. C iam prehenduntur. De mœrore Cyanes ob irritum conatum ſuum in curru Plutonis reprimendo, & eius reſolutione in aquam, ſic memorat Cereri nutrix Proſerpinæ apud Claudianum l. 3. de Raptu:

——— Medijs inuenimus aruis
Exanimem Cyanen. ceruix redimita iacebat,
Et ſaligantes marcebant fronte coronæ.
Aggredimur ſubitò, & caſus ſcitamur heriles,
(Nam propior cladi ſteterat) quis vultus equorum?
Quis regat? illa nihil: tacito ſed læſa veneno
Soluitur in laticem, ſubrepſit crinibus humor.
Liquitur in roremq; pedes & brachia manant,
Noſtraq; mox lambit veſtigia perſpicuus fons.

Quàm anxiè, quàm laborioſè filiam Ceres requiſiuerit. Sitibunda ad aniculam diuertens, ab ea potum accipit. Puerum ſe vt bibulam irridentem, in ſtellionem tranſmutat.

X. *Interea pauidæ nequidquam filia matri*
Omnibus eſt terris, omni quæſita profundo.
*Illam non * vdis veniens Aurora capillis* *rutilis
Ceſſantem vidit, non Heſperus. illa duabus
Flammiferas pinus manibus ſuccendit ab Ætna:
Pérque pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus vbi alma dies hebetarat ſidera, natam
*Solis * ab occaſu, Solis quærebat ad ortus.* *ad occaſus.
*Feſſa labore ſitim * conceperat, oráque nulli* *collegerat.
Colluerant fontes: contectam ſtramine vidit
Fortè caſam, paruáſque fores pulſauit. at inde
Prodit anus, diuámque videt, lymphámque roganti

Dulce

Dulce dedit, teſta quod [illegible] antè, polenta.
Dum b[illegible] [illegible] da [illegible]m. [illegible] oris, & audax
Con[illegible] ante deam, riſitque, auidamque vocauit.
Offenſa eſt: neque adhuc epota parte, loquentem
Cum liquido mi[illegible]a perfudit diua polenta.
Combibit os maculas: & quæ modo brachia geſſit,
Crura gerit. cauda eſt mutatis addita membris:
Inque breuem formam, ne ſit vis magna nocendi,
Contrahitur, paruaque minor menſura lacerta eſt.
Mirantem, flentemque, & tangere monſtra parantem
Fugit anum, latebramque petit: aptúmque colori
Nomen habet, varijs ſtellatus corpora guttis.

438. INTEREA PAVID. NEQVICQ. FIL. M. &c.] [illegible] [illegible] ico ver. praeſt, ſed poſtquam [illegible] ſupe[illegible] [illegible] verè amiſſam didi[illegible]t, eam per terras a[illegible] [illegible] quæſiuim iuit, nec inuenit. Quæſiuit autem, [illegible] [illegible] [illegible] ura, ſolicitudine, defatigatione [illegible] mol[illegible]ia, idque noctes & dies. Apud Claudianum; de Raptu illam in cælo deas repoſcit, à quibus [illegible] doctam, aut quopiam temptam ſuſpicatur. illæ verò *Aut reticent, aut neſſe negant reſponſaq; matri Dant lacrymas.* Quæſituram porrò filiam per omnes terras & vndas diebus & noctibus, atque adeo horis omnibus mox profitetur:

Quin potiùs natam pelago, terriſq; requiris?
Accingar luſtrare diem. per deuia rerum
Indefeſſa ferar, nulla ceſſabitur hora.
Non requies, non ſomnus erit, dũ pignus ademptum
Inueniam, gremio quamuis mergatur Ibera
Theryos, & rubro iaceat vallata profundo, &c.

440. [illegible] NON V[illegible]IS VEN. AVROR. CAPILL.] Ex Caſſi[illegible] Parmenſi poëta veteri proferuntur hi duo verſiculi noſtris gemini:

Te matutinus flentem conſpexit Eous,
Atque idem flentem vidit poſt Heſperus idem.

VDIS CAPILLIS] propter rorem matutinum. Propter colorem cęli, roſeis capillis. Pro *vdis* in manuſcripto extat *rutilis capillis.*

441. DVAS AB. MANIB. FLAMMIF. PIN. &c.] Faces geminas ex Ætnæ ignibus primùm accendit, quas dextra & ſiniſtra pro lucernis geſtaret. Pinus apta tædis & facibus. Catull. in Epithalam. *Pineam quate tædam.* ad Hymenæum: vbi docti legunt, *ſpineam quate tædam*, & in eo diſputant: vt M. Ant. Muretus, & Hadr. Iunius libro extremo Animaduerſorum, de alba ſpina facis ſponſalis, correctis Varronis locis in Cariſio & Nonio Marcello.

444. VBI ALMA DIES HEBET. SIDERA] propter lumen ſolis, quod pręcellenti fulgore ſuo ſiderum lumen obſcurat & occultat.

445. SOLIS AB OCCAS. SOL. QVÆR. AD ORT.] Non potuit hoc toties fieri, quoties alma dies hebetarat ſidera, id eſt, quotidie. Sed per orientem & occidentem quærebat Proſerpinam ſuam, idq; tam diebus, quàm noctibus. Cur non item quæſiuit per ſeptentrionem, & meridiem? Nimiùm curioſi [illegible] in his ſacris. Nonnulli codices legunt, *Solis ad occaſus*, rectiùs fortaſſe.

446. F[illegible] [illegible] LABOR. SIT. CONCEP.] Labor corpus exſiccat, inde appetitus humidi, ad inſtaurandum

A humorem, quæ eſt ſitis ipſa

ORAQ. NVLLI COL. VER. FONTES] Credibile non eſt, iam [illegible] [illegible]ioeribus non reperiſſe fontanam, qua ſe prolueret: ſed poſt ſedatam ſemel ſitim, aliam collegerat.

447. CONTECT. STRAM. VID. F. CASAM] lib. 8. domoncula Philemonis & Baucidis, qui deos hoſpitio acceperunt, *Tamen vna recepit, Parua quidem, ſtipulis & canna tecta paluſtri.*

449. PRODIT ANVS] *Baubonem* hanc vetulam ex Clem. Alexand. Parænetico, libr. 5 contra Gentes videtur nominaſſe Arnobius.

DIVAMQ. VIDET] Ex habitu quodam aſpectuque anguſtiore cognouit eſſe diuam. Nam Cererem B vnde cognoſceret?

LYMPHAMQ. ROGANTI] frigidæ hauſtum, qua nihil in æſtu ſitienti iucundius ac ſapidius.

450. DVLCE DED. TEST. Q. C[illegible]X. A. POLENTA] *κυκεῶν* ſignificatur, inquit Turnebus lib. 2. Aduerſar. cap. 8. quem Cic de Orat. vertit *cinnum*. Ei potioni conficiendæ miſcebatur polenta, id eſt, farina hordeacea, vt è libro Hippocratis de Diæta conſtat, & Homero, apud quem etiam cinno ioraditur caſeus. Sed &, vt Hippocrates refert, interdum mel ei admiſcebatur; quo factum eſt, vt dulce vocarit Ouid. in neutro genere, quod ait *coctum* cum *polenta* fuiſſe. Qui enim Grammatici *polẽta* hic neutrius generis faciunt, in pollinarijs & piſtoribus potiùs, quàm Grammaticis numerandi videntur. Didymus in Odyſſ. κ. *cyceona* dicit eſſe potionem è vino, melle, polenta, aqua, caſeo temperatam, quaC lem etiam Circe miſcebat, veneficio tamen præterea medicatam. Quid ſit autem *polentam pranſitare*, idem Turneb. lib. 4. cap. 13.

451. DVRI PVER ORIS] *Durum os* pro impudentia, in vſu eſt bonis ſcriptoribus. Cicer. pro Quintio: *Videntur eſſe ore duriſſimo, qui præſente Roſcio geſtum agere conentur*, id eſt, impudentiſſimi. Imò ſimpliciter *os*. Sed notanda eſt loquendi forma. Idem Cic. 1. de Orat. *Quod tandem os eſt illius patroni, qui ad eas cauſſas ſine vlla ſcientia iuris audet accedere?* Et 1. Verrin. *Noſtis os hominis, noſtis impudentiam.*

452. AVIDAMQ. VOCAVIT] Riſui conuicium addidit, & pro ſiti bibentem largiùs bibulam exclamauit. Eſt autem indecorum mulieri immo ſeſtè & ἀμυστί, hoc eſt, ore latiùs patente bibere, (ſuffero quid dicam fieri ebriam?

453. NEC ADHVC EPOTA PARTE, &c.] quod in po-

poculo reſtabat, de polenta miſta cũ liqoido (quod A mel fuiſſe Turnebus putat, id audaci, & irriſori, & eo [illegible] puero in faciem impegit. Cicer. 1. Tuſcul. de Socrate: *Cùm venenum ſitiens obbibiſſet, reliquum e poculo eiecit, vt id reſonaret.* Vbi *obduxiſſet* ab alijs legi monuit noſter Schottus, Notis ad Viros illuſtres ſiue Cornelij Nepotis, ſiue Aurelij Victoris.

455. COMBIBIT OS MACVLAS] ab ore, ſeu facie μεταμορφοῦσθαι incipit, & ſtellionem ſe futorum ipſis maculis mouet.

457. INQ. BREV. FORM. N. S. VIS M. NOCENDI] Beſtiæ magnæ plerumque nocent grauiùs, quoniam plus virium habent. Interdum & magnæ à paruis ſuperantur, & eædem nocent perniciosiùs. 2. de Remed.

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum:
A cane non magno ſæpe tenetur aper.

459. MIRANT. FLENTEMQ. &c.] Puer hic anus illius fortaſſe nepos fuit, quem ob coniunctionem ſanguinis proinde non immeritò defleuit.

TANG. MONST. PAR.] *pauentem*, eſt in [illegible] exemplaribus antiquis.

460. APTVMQ. C[OL]. NOM. HAB. &c.] quandoquidem corpus eius guttis, ſeu punctis tanquam ſtellis diſtinguitur, nomen conueniens ei Ste[llio] tributum eſt. Stellionatus Iureconſultis [do]lus omnis, atque impoſtura, quæ propriam ſignificationem non habet & in propriom delicti nomen non cadit: veloti ſi quis rem alienam obliget: vel in pignore dando pro auro æs ſubiecerit, ſtellionatus crimen committit. Briſſon. de verborum ſignificat. Ant. Liberalis in Collectan. fab. 24. anum nominat *Miſmam*, quę Cereri obtulit potum, in qoo pulegium, & farina aquæ permixta. Filium Miſmæ irriſorem deæ *Aſcalabum*; qui illi denuo, vt largiùs biberet lebetem profundum, aut dolium plenum afferri iuſſerit. Cererem iratam, quod ſuperetat in poculo in ipſum effudiſſe, ita puerum in variegatam beſtiam aſcalaphum dijs hominibuſque eſoſam abijſſe; gratamque rem Cereri præſtare, qui eam interficiat.

Regredienti in Siciliam Cereri, Cyane zonam Proſerpinæ in vndas ſuas delapſam monſtrat: loqui enim, & quod pridem geſtum fuerat, narrare nequibat. Ceres ingenti dolore ſuſcepto, terras, & Siciliam inprimis, execratur: in aratra, ruſticos & boues aratores ſæuit: ſolum infœcundum efficit: noxias frugibus tempeſtates inducit.

XI. *QVAs dea per terras, per quas errauerit *vndas,*
Dicere longa mora eſt: quærenti defuit orbis.
Sicaniam repetit: dúmque omnia luſtrat eundo,
Venit & ad Cyanen: ea, ni mutata fuiſſet,
Omnia narraſſet: ſed & os, & lingua volenti
Dicere non aderant, nec quo loqueretur habebat.
Signa tamen manifeſta dedit; notámque parenti
Illo fortè loco delapſam in gurgite ſacro
Perſephones zonam ſummis oſtendit in vndis.
Quam ſimul agnouit, tanquam tum denique raptam
Sciſſet, inornatos laniauit diua capillos:
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc vbi ſit: terras tamen increpat omnes:
Ingratáſque vocat, nec frugum munere dignas:
Trinacriam ante alias, in qua veſtigia damni
Repperit. ergo illic ſæua vertentia glebas
Fregit aratra manu, parilique irata colonos,
Ruricoláſque boues letho dedit, aruáque iuſſit
Fallere depoſitum, vitiatáque ſemina fecit.
*Fertilitas terræ * latum vulgata per orbem* *torum.

*Sparſa

** Sp[re]ta iacet: primis ſegetes moriuntur in herbis.* * Spreta
Et modò ſol nimius, nimius modò corripit imber:
Sidera nunc, ventique nocent, auidæque volucres
Semina iacta legunt: lolium, tribulique fatigant
Triticeas meſſes, & inexpugnabile gramen.

462 QVASDE APER. TERR. ET Q. ERR. VND.] Suprà: *Omnibus eſt terris, omni quæſita profundo.*

463. DICERE LONG. MORA EST] Plautus Capt. *Quæ memini mora mera eſt monerier.*

QVÆ R. DE F. ORBIS] Si locus non fuit toto orbe, vbi eam non quæſiſſet, certè longa mora eſſet percenſere loca omnia, in quibus eam quæſiuit. Orbis dictum pro parte orbis, vnus eſt enim orbis tantùm in Sic lib. . *Peregrinum orbem* vocauit remotas & transmarinas regiones:

Nondum cæſa ſuis peregrinum vt viſeret orbem
Montibus in liquidas pinus deſcenderat vndas.

464. SICANIAM REPETIT] Siciliam, à rege *Sicano* ſic nominatam. 1. Æneid. *At freta Sicaniæ ſaltem,* &c. Et lib. 5. *Vndiq; conueniunt Teucri, mixtiq; Sicani.* Plin. lib. 3. cap. 8. Verùm ante omnes claritate *Sicilia, Sicania* Thucydidi, *Trinacria* pluribus, aut *Triquetra* à triangula ſpecie: circuitu patens, vt auctor eſt Agrippa, DCXVII. M. paſſ.

465. NI MVTATA FVISS.] eo modo, quem ſuprà expoſuit.

468. SIGNA T. MANIF. DEDIT] ſignum raptus euidens.

469. ILLO FORTE LOCO] iuxta quem tranſibat Ceres.

IN GVRGITE SACRO] propter nympham Cyanen, in eius aquas reſolutam.

470. PERSEPHONES ZONAM] Græcis eſt Περσεφόνη, quæ nobis Proſerpina. Vtuntur noſtri indiſcriminatim vtroque.

SVMMIS OSTEND. IN VNDIS] innatantem vndis, ἐπιπλάζουσαν quomodo oſtendit, ſi nihil in ea reſtabat, quod prendere poſſes? Dicuntur inanima monſtrare quippiam, quia quod monſtratur, aut monſtrat ſuſtinent, vt ſolarium horas.

471. TVM DENIQ.] cùm abijſſent menſes & anni: non enim breui ſpatio tot terras & maria inueſtigando obire potuit. Renouatus eſt igitur dolor, ſeu potiùs doloris illius primi magnitudo & acerbitas.

472. INORNATOS CAPILLOS] Fœminas annoſas capillorum cura cultuſque parum decet. Adhæc lugendi, non ſe comendi & ornandi tempus erat.

473. ET REPETITA PERCVSS. P. PALMIS] Virgil. 12. *Terq; quaterq; manu pectus percuſſit honeſtum.*

474. NESCIT ADHVC VBI SIT] Et hoc dixiſſet Cyane, ſi potuiſſet; dicet autem paulo pòſt Arethuſa.

TERRAS T. INCREPAT OMNES, &c.] Iram aduerſus inanima, velut animata, & conſultò nobis incommodantia, reprehendit Seneca de Ira libr. 2. cap. 6.

476. TRINACRIAM ANTE ALIAS] Subiungitur ſtatim cauſſa. In ipſa Sicilia filiam amiſerat: in alijs regionibus perquiſitam non repererat: & cùm vtrobique cauſſas odij ſe iuſtas habere putaret, iuſtiores tamen perſequendæ ac deteſtandæ Siciliæ.

A Eſt in more poſitum refugere, & alienari à locis, in quibus aduerſi quippiam perpeſſi ſumus.

477. ERGO ILLIC SÆVA VERT. OLEB. &c.] Sigillatim edictat, quomodo Siciliæ nocuerit. Aratra confregit; aratores cum bobus ipſis interemit: iacta in ſulcos ſemina vitiauit, vt inde nulla matura ſeges exiſteret, agrique ſterileſcerent. Cæli quoque temperiem corrupit.

480. FALLERE DEPOSIT.] nam & ſemina illi credi poëtæ dicunt. Iureconſultis eſt abnegare depoſitum. Virg. 1. Georg. *Exſpectata ſeges vanis eluſit auenis.* Tibull. eleg. 1. lib. 2. *Neu ſeges eludat meſſem fallacibus herbis.*

481. FERTILIT. T. LAT. VVLG. PER ORB.] Toti penè mundo notiſſima Siciliæ fertilitas frumentaria, iam nulla erat. Cicero Verrin. 2. *Neminem veſtrûm præterit, iudices, omnem vtilitatem, opportunitatemq; prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda pop. Rom. adiuncta ſit, cõſiſtere in re frumentaria maximè. In ceteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac verò alimur ac ſuſtentamur.* Idẽ

B 1. Verrin. teſtatur à Catone ſapiente cellam penariam reipub. Rom. appellatam Siciliam. De huius inſulæ & Sardiniæ agrorum vbertate Lucan. l. 3.

Vtraque frugiferis eſt inſula nobilis aruis,
Nec plus Heſperiam longinquis meßibus vlla,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ.
Vbere vix gleba ſuperat ceſſantibus Auſtris,
Cùm medium nubes Borea cogente ſub axem
Effuſis magnum Libye tulit imbribus annum.

Spreta non *ſparſa* legendum è veſtigijs antiqui codicis præferentis *ſpreſa*, monuit And. Schottus.

482. SEGET. PRIM. MORIVNT. IN HERB.] Eclog. 7. *Aret ager, vitio moriens ſitit aëris herba.* Herbeſcentem viriditatem Cic. in Catone nominat. Locum quia perbellus adſcribam. *Quæ cùm gremio mollito, ac ſubacto ſemen ſparſum excepit, primùm id occatum cohibet: ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt. deinde tepefactum vapore, & complexu ſuo diffundit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit.*

C

483. ET MODO SOL NIM. &c.] Caloribus immoderatis exareſcũt, immodicis imbribus putreſcunt ſata: minùs tamen ipſis hi, quàm illi officiunt.

484. SIDERA N. VENTIQ. NOCENT] Sidera nocent, quoniam eorum ortus occaſuſque cœli mutationes efficit. Venti etiã, cùm fruméta ſunt in flore.

AVIDÆQ. VOLVCRES] quæ & ſemina ſparſa deuorant, & ipſas ſpicas iam maturas carpunt.

485. LOL. TRIBVL. FATIG. TRIT. MESSES] Eclog. 5. Maro:

Grandia ſæpe quibus mandauimus hordea, ſulcis
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

Meſſis pro ſegete.

486. ET INEXPVGNAB. GRAMEN] Millies vulſum, millies renaſcitur. Tametſi ſpecies eſt gramen, nihilominus pro genere ipſo, herba ſcilicet inutili & ingrata capitur. De vitijs & morbis ſatorum, ſiue ſegetum ita Virg. 1. Georg.

Mox & frumentu labor additus, vt mala culmos
Eſſet rubigo ſegnis q; horreret in aruis
Carduus. Intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua,
Lappaq; tribulíq; interq; nitentia culta
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

A

Quòd niſi & aßiduis terram inſectabere raſtris,
Et ſonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbram votiſq; vocaueris imbrem,
Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum,
Concuſſaq; famem in ſyluis ſolabere quercu.

Arethuſa iram deæ aduerſus terram ſedare nititur. Se peregrinam quidem, libenter tamen id loci incolere. Cur, & qua ratione aduenerit, opportuniùs narraturam. Dum per inferna labitur, illic Proſerpinam, quanquam adhuc mœſtam, iam tamen inferorum reginam, Plutoniſque regis coniugem conſpexiſſe.

XII. *TVm caput Eleis Alphëias extulit vndis:*
Rorantéſque comas à fronte remouit ad aures,
Atque ait: ô toto quæſitæ virginis orbe,
Et frugum genitrix, immenſos ſiſte labores:
Neue tibi fidæ violenta iraſcere terræ.
Terra nihil meruit, patuitque inuita rapinæ.
Nec ſum pro patria ſupplex; huc hoſpita veni:
Piſa mihi patria eſt, & ab Elide ducimus ortus,
Sicaniam peregrina colo. ſed gratior omni
Hæc mihi terra ſolo eſt: hos nunc Arethuſa penates,
Hanc habeo ſedem: quam tu mitiſſima ſerua.
Mota loco cur ſim, tantique per æquoris vndas
Aduehar Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempeſtiua meis, cùm tu curáque leuata,
Et vultus melioris eris. mihi peruia tellus
Præbet iter, ſubtérque imas ablata cauernas
Hic caput attollo, deſuetáque ſidera cerno.
Ergo dum ſtygio ſub terris gurgite labor,
Viſa tua eſt oculis illic Proſerpina noſtris.
Illa quidem triſtis, nec adhuc interrita vultu;
Sed regina tamen, ſed opaci maxima mundi;
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.

487. TVM CAP. ELEIS ALPH. EXTVL. VND.] De Neptuno 1. Æneid. *Et ſumma placidum caput extulit vnda.* Arethuſæ fontis vndas vocat Eleas, ab Elide enim regione Arcadiæ per meatus ſubterraneos lapſæ, in Delo primùm, poſtmodum in Sicilia iuxta Syracuſas eruperunt. Et quoniam Alpheus fluuius eam eiſdem vijs inſecutus, ibidem ſeſe cum eo fonte permiſcet, hinc illi epitheton hoc dat Ouidius *Alpheias.* Commentum poëtarum eſt, deos marinos & fluuiorum, nymphas item in imo aquarum domicilia ſua, & thalamos habere, vbi habitent, & quò ſe recipiant. Exempla reperire eſt apud Lud. Cerdã in 4. Georg. col. 1. pag. 529. Ex his gurgitibus, ſiue aquis dicunt eos extuliſſe, ſuſtuliſſe, leuaſſe caput, emerſiſſe. Contrarium efferunt per cõ- B didit, merſit, demerſit, abdidit, ſubijt. Vide eundem pag. 533. col. 1.

488. RORANTESQ. COMAS A FRONT. &c.] In tempora reiecit dependentes in frontem, & guttis ſtillantes capillos, vt & aſpici à Cerere, & commodiùs cum ea colloqui, & animum eius tranquillare poſſet.

490. ET FRVGVM GENITRIX] *Genuiſſe* dicit fruges, quia quo pacto generarentur ac prouenirent, edocuit.

491. TIBI FIDÆ] depoſitum, ſeu creditum reddentis, niſi tu veres 2. Georg. beatos dicit agricolas, *ſua ſi bona norint.* Et addit, *quibus ipſa procul diſcordibus armis Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.* Adde ex M. Tullio in Catone, vbi de voluptatibus

agit

agricolarum diſputat ſenex ille. Habent enim agricolæ rationem cum terra, quæ nunquam recuſat imperium, nec vnquam ſine vſura reddit quod accipit: ſed aliàs minore, pletunque maiore cum fœnore.

492. PATVITQ. INVITA RAPINÆ] in antecedentibus de hoc:

——In gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit: illa viam tellus in tartara fecit.

493. NEC SVA PRO PAT. SVPPLEX] quò minùs tibi ſuſpecta eſſe debeo: non enim pro mea patria, ſed aliena tellure rogo quod æquum eſt.

494. PISA MIHI PATRIA EST] Elidem intellige regionem, ita dictam ab oppido Elide. In ipſa autem vrbs eſt Piſa. Ita poteſt Arethuſa habere patriam Piſam, & ab Elide ortus ducere.

495. SICAN. PEREGRINA COLO] *Huc hoſpita veni*, iam aiebat.

SED GRATIOR OMNI H. M. TERRA SOLO] ad demulcendã Cererem, cui alioqui Sicilia chariſſima.

497. QVAM TV MITISS. SERVA] perdebat enim Siciliam iis modis, qui proximè ſunt relati. *Mitiſſima* pro mitiſſimè, vt ſolent poëtæ adiectiuis vti ἐπιῤῥηματικῶς, ſeu pro aduerbiis, vt monuimus lib. 1. ibi, *Et merſis fer opem mitiſſima rebus.*

498. MOTA LOCO CVR SIM, &c.] Tacitæ interrogationi occurrit, & ſpondet ſe cauſſam aduentus ſui explicaturam Cereri, vbi opportunum fuerit non ſibi, ſed illi.

500 CVM TV CVRA Q. LEVAT. ET VVLT. MEL.] Iſta eſt opportunitas audiendi quæ promittit, & hanc exſpectat Arethuſa. Cùm, inquit, te cura iſta moleſtiſſima laxaueris, & animo hilariore fueris, cuius rei vultus ſignum dabit. Bonum, ſeu meliorem vultum appellat diffuſum, non toruum, non deiectum, non contractum. De Philemone, & Baucide lib. 8. deos hoſpitio accipientibus, & qualiacunque tandem, vt pauperibus ſuppeditabant, apponentibus, *Super omnia vultus Acceſſere boni.*

501. MIHI PERVIA TELL. PRÆB. ITER, &c.] Locos Virgilij huc idoneos paulò pòſt in medium afferemus. Differet infrà de hoc pluribus Arethuſa ipſa.

502. SVBTER IMAS CAVER.] vias ſub terra ima ſeu profunda.

503. DESVETAQ. SIDERA CERNO] deſueui cernere hæc ſidera, dum ſub terra tantis ſpatijs fluito, quæ nunc iterũ cerno in hoc ſolo, dũ caput extuli.

504. ERGO DVM STYG. SVB TERR. GVRG. &c.] Per ſtygiam paludem lapſa eſt, meatu adeò profundo, ex quo videre potuit quæ narrat. Ergo illic Proſerpinam conſpicata eſt.

506. ILLA QVID. TRIST. NEC ADH. INTERRITA] Cùm hęc loqueretur Arethuſa, non erat triſtis adhuc, & terroris plena Proſerpina. Sed fuit initio, quo tempore ipſam Arethuſa vidit, & vidit iam pridem.

507. SED REGINA TAMEN, SED OPACI MAX. &c.] Valet hoc ad conſolandam Cererem: Cùm videatur plura dicere, vnam rem tantùm dicit, quam repetitione amplificat.

OPACI MVNDI] Agemus de diuerſis mundis lib. 10. Poſitum ſub terra mundum ibid. vocat.

508. POLLENS MATRONA] quæ & imperio, & gratia apud maritum valdè pollet.

Stupefacta hoc nuntio Ceres, in cælum vehitur: filia vbi ſit, Ioui indicat: ſibi eam reſtitui flagitat. Faſſus Iupiter communem eſſe filiam, culpam fratris eleuat: ab eiuſdem nobilitate & diuitiis deam conſolatur: reuocandam, ſi nil guſtarit, pollicetur.

MATER ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, voces, XIII.
Attonitæque diu ſimilis fuit: vtque dolore
Pulſa graui grauis eſt amentia, curribus auras
Exit in ætherias. ibi toto nubila vultu
*Ante Iouem * ſparſis ſletit inuidioſa capillis,* *pallis
Próque meo veni ſupplex tibi Iuppiter, inquit,
Sanguine, próque tuo: ſi nulla eſt gratia matris,
Nata patrem moueat; neu ſit tibi cura precamur,
Vilior illius, quòd noſtro eſt edita partu.
En, quæſita diu, tandem mihi nata reperta eſt;
Si reperire vocas amittere certius; aut ſi
Scire vbi ſit, reperire vocas. quòd rapta, feremus:

Dummodo reddat eam. neque enim prædone marito
Filia digna tua eſt, ſi iam mea filia non eſt.
Iuppiter excepit: Commune eſt pignus, onúſque
Nata mihi tecum. ſed, ſi modò nomina rebus
Addere vera placet, non hoc iniuria factum,
Verùm amor eſt: nec erit nobis gener ille pudori,
Tu modò diua velis. Vt deſint cætera, quantum eſt
Eſſe Iouis fratrem? quid quòd non cætera deſunt?
Nec cedit niſi ſorte mihi? ſed tanta cupido
*Si tibi * diſſidij eſt, repetat Proſerpina cælum,* *diſcidij
Lege tamen certa; ſi nullos contigit illic
Ore cibos: nam ſic Parcarum fœdere cautum eſt.

509. AD AVOIT. STVP. CEV SAX. VOCES] Sic ad nuntium inexſpectatiſſimum obſtupuit, vt in ſaxum obriguiſſe videretur.

510. ATTONITÆQ. DIV SIMILIS] Dictus attonitus à tonitrui ſtrepitu: quaſi tonitruo ſtupefactus. Virgil. 2. Æneid. *His ſtupet attonitus roſtris.* Et 3. *Talibus attonitus viſis, ac voce deorum.*

VI Q DOL. PVLSA G. GRAVIS E. AMENTIA] Amens fuit aliquandiu, id eſt non apud ſe, non in poteſtate. Sed eam amentiam depulit dolor, ſtupori illi κ ἐκστάσει paulatim ſuccedens, & illã extrudens.

511. CVRRIB. AVRAS EXIT IN ÆTHER.] cõſcenſo curru euebitur in altum, hoc enim eſt exire in auras: & ſubaudi, in cælum vſque. Trahitur autem currus eius ab anguibus, ſeu draconibus, vt infrà patebit.

512. TOTO NVBILA VVLTV ANTE IOVEM, &c.] Habitus triſtis, & iratæ Nubila, μεταφορικῶς, à cælo nubibus tecto, cuius aſpectus minimè lætus eſt.

513. SPARSIS CAPILL.] Suprà dixit, fuiſſe inornatis capillis: ſed plus eſt ſparſis ac ſolutis, & diſſipatis prorſus.

INVIDIOSA] actionis eſt. Iouem in inuidiam vocatura.

514 PROQ. MEO VENI SVPPLEX, &c.] Vehemens & pathetica oratio, pro reddenda filia; & arguitur Iupiter pro ἀστόργῳ: Pluto autem pro prædone, & ſacrilego.

PROQ. MEO, PROQ. TVO SANGVINE] Sanguis parentium dicuntur liberi, matris potiſſimùm; nec alio verbo propinquitas, coniunctioque ſumma & arctiſſima eorum cum parentibus meliùs poteſt exprimi. Tamen & nepotes ac poſteri auorum & maiorum ſanguis interdum dicuntur.

515. SI NVLLA E. GRAT. MATRIS] ſi mater gratia apud te nihil valet: ſi eam aſpernaris.

516. NATA PATREM MOVEAT] quam nequaquam deſpicis. Illam ergo propter illam ab inferis fac reducem.

517. QVOD NOSTRO EST EDITA PARTV] Quãuis non dubitet charam eſſe Ioui Proſerpinam, tamen vt chara ſit rogat, quò magis moueat; & ſe abijcit, quaſi quæ indigna cõplexu Iouis fuerit, vt totum meritũ reductæ ab inferis ſit proprium Iouis.

518. QVÆSIT. DIV T. M. NATA REPERTA EST] Germanum huic quod ait Inachus, inuenta ſub ſpecie vaccæ Io filia. lib. 1.

Me miſerum ingeminat: túne es quæſita per omnes
Nata mihi terras tu non inuenta, reperta es.

Vbi de duobus hiſce verbis *inuenio* & *reperio* diſſeruimus. Et erroris vel ex hoc loco manifeſtè conuincuntur, qui poſterius, reperio inquam, ad caſum duntaxat referunt. Poſſunt enim dici etiam ea reperiri, quæ cum diligentia & aſſiduitate quæruntur & inueſtigantur, vti Ceres amiſſam filiam toto orbe quæſiuit & inueſtigauit.

519. SI REPERIRE VOCAS AMITTERE CERTIVS] Dupliciter corrigit verbum reperire, & ſe haud propriè locutam affirmat, cùm huiuſmodi reperire ſit potiùs amittere: & ſcire vbi ſit quod amiſſum eſt, non verè dici poſſit reperire.

520. QVOD RAPTA, FEREM.] etſi grauis eſt iniuria, & ideo non facilè ignoſcenda: cùm præſertim raptor ſibi ignoſci non petat.

521. DVMMODO REDDAT EAM] vltrà quidquam non exigemus; cætera condonabuntur.

NEQ. ENIM PRÆD. MARITO] Ab inhoneſto. Nõ vult ſic nuptam Iouis filiam, prædoni ſcilicet, ſi ſua non ſit, id eſt, ſi ipſa pro matre digna non ducatur.

523. IVPPITER EXCEPIT] τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς, dixiſſet Homerus.

COMMVNE EST PIGN. ON. NATA M. TECVM] Reſpondet hoc ei, quod extremum ſtomachoſiùs dixerat Ceres, *Si iam mea filia non eſt.* Eam eſſe verè, & dignam matrem, & ſe patrem Proſerpinæ confitetur libens.

ONVS] de fœtu, ſeu conceptu Proſerpinę, quem etiam in vtero Cereri ſibi cum ea communem fuiſſe non negat. Hypſipyle Iaſoni: *Dulce mihi grauida fecerat auctor onus.* Sic 2. Amor. eleg. 13.

Tuq; laborantes vtero miſerata puellas,
Quarum tarda latens corpora tendit onus.

Ibidem de partum abigente:

Dum labefactat onus grauidi temeraria ventris,
In dubio vita laſſa Corinna tacet.

Claudian. in laudibus Herculis: *Iam graue plus etiam quàm ventris tempora vellent Alcmenam tendebat onus.*

524. SED SI MOD. NOM. REB. ADD. VERA PLACET] Sæpe namque falſa addimus. Et hoc queritur apud Salluſt. in Catilin. Cato. Hîc mihi quiſquam manſuetudinem, & miſericordiam nominat? iam pridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus. Quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia fortitudo vocatur, &c. Defendit ergo factum fratris Iupiter, & eſt ſtatus legitimus, ex definitione. Quæritur enim, quid ſit prædari, aut quis dicendus prædo, quod ex definitione dijudicandum eſt: Pluto enim quod fecit, ex amore fecit,

cit, vt non prædator, ſed amator vocandus ſit.

A

526. NEQ. ERIT NOB. GEN. ILLE PVDORI] Cur non, mox declarabit; quia nimirum frater Iouis. Ergo nobiliſſimus. Quis generum generoſiſſimum erubeſcat? Deinde non deſunt illi reliqua, regnum puta: idque ampliſſimum. Quis autem ditiſſimum generum, & regem repudiet?

529. NEC CEDIT NISI SORTE MIHI] quòd ego partẽ mũdi meliorẽ ſortitus ſum, ſupera videlicet.

SED T. CVPIDO SI TIBI DISSIDII] Diſſidium erit inter Plutonem & te, quæ filiam ei vxorem inuideris. Etiam inter me & te, quoniam ego connubium ſe dignum Proſerpinam adeptam iudico, quidquid ſit de raptu.

530. REPETAT PROSERP. CÆLVM] Fiat quod poſtulas, redeat ad ſuperos, ſuperas euadat ad auras, vt eſt in 6 Maronis, repetat cælum, noſtrum hoc, in quo homines viuimus: nam de deorum domicilio non loquitur, vbi nunquam fuit. Anchiſen patrem ſic interrogat Æneas apud Manes:

O pater, anne aliquas ad cælum hinc ire putandum eſt
Sublimes animas, iterumq́ ad tarda reuerti
Corpora:

531. SI NVLL. CONTIG. ILLIC ORE CIB. &c.] Si nihil guſtauit. Hanc vnam legem præſcribit Iupiter, non quidem ab ſe primùm, ſed à Parcis latam, in quarum poteſtate etiam deos eſſe, & in Triſt. & ſequentibus libris docetur.

Septem grana mali punici Proſerpina comederat. Aſcalaphum Orphnes & Acherontis filium, accuſatorem ſuum ipſa indignata bubonẽ reddit.

XIV.

Dixerat at Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt: quoniam ieiunia virgo
Soluerat: & cultis dum ſimplex errat in hortis,
Puniceum curua decerpſerat arbore pomum,
Sumptáque pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo: ſolúſque ex omnibus illud
Aſcalaphus vidit, quem quondam dicitur Orphne
Inter auernales haud ignotiſſima nymphas,
Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.
Vidit, & indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Erebi, teſtémque profanum
Fecit auem: ſparſúmque caput Phlegethontide lympha
In roſtrum, & plumas, & grandia lumina vertit.
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur ab alis,
Inque caput creſcit, longóſque reflectitur vngues:
Vixque mouet natas per inertia brachia pennas.
Fœdáque fit volucris, venturi nuntia luctus
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

533. CERERI CERT. EST EDVCERE NAT.] Non multum mouit Cererem, quod adiunxerat Iupiter de conditione, quam Parcæ ipſæmet ſtatuiſſent: filiam quà iure, quà iniuria repetere à raptore cogitabat, cuius nobilitatem & potentiam nihili pendebat.

B

534. NON ITA FATA SIN.] 1. Æneid. *Si quà fata ſinant*. Aduerſabantur Cereris deſiderio, & certiſſimæ voluntati fata, fœdus, ſeu decretum Parcarum immutabile.

QVON. IEIVNIA VIRGO SOLVERAT] Suprà, *Si nullos contigit illic Ore cibos*. Quis autem præſtabit fuiſſe adhuc virginem, à Plutone integram ſcilicet? Sciendum *virginis* nomen interdum vi ſua *ætatem viridem ſeu virentem* in ſexu muliebri Latinis ſignificare. Sic & Paſiphaën Maro eclog. 6. dixit. Ad quem verſum inſpice Symbolas meas.

535. ET CVLT. D. SIMPLEX ERRAT IN HORT. &c.] Oſtendit, in quo ſoluerit ieiunia. Soluit autem non ex nequitia, quòd fata deſpiceret; ſed ignorantia & ſimplicitate, quam ei & ſuprà tribuit, cùm lanianda veſte flores, quibus ſinum repleuerat, effudit. *Tantaq́ ſimplicitas puerilibus affuit annis*. De horto Plutonis nihil legi vſpiã hactenus.

536. PVNICEVM POMVM] malum granatum.

537. SEPTEM DE CORTICE GRAN. PRESS. ORE SVO] Dura lex. Tam paucis granis edendis ſoluitur ieiunium apud inferos. Quidam mythologi tria tantùm, alij nouem tradidere. Maro ibidem epulas fingit libr. 6. ſed quas contingi prohibet Furia. Audi,

——Lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæq́ ante ora paratæ
Regifico luxu. Furiarum maxima iuxtà

Accubat, & manibus prohibet contingere menſas.

539. QVEM QVOND. D. ORPHNE EX ACH. &c.] Genus Aſcalaphi.

542. ET INDICIO RED. CRVD. ADEMIT] Cui fecit indicium? Plutoni, arbitror, aut inferorum iudicibus Minoi, Æaco, Rhadamanto, qui ei reditu interdixerunt.

543. INGEMVIT REGINA EREBI] tam modica re impediri reditum ſuum. Apud ſuperos enim præoptabat, etiam in paupertate viuere, quàm apud inferos regnare, quod de Achille ſcripſit Homerus Odyſſ. 11.

TESTEMQ. PROFAN. F. AVEM] *Profanum* Feſto, quod non eſt fanum, quod fani religione non tenetur. *Profani* Græcis *ἀμύητοι ἀμυστηρίαστοι, ἀτέλεστοι, βέβηλοι*, non initiati, indigni, qui in ſacris locis verſentur, à ſacris arcendi, imperiti, impuri. Horat. ode 1. l. 3. *Odi profanum vulgus, & arceo.* Vbi multa ſuper hac voce Læuin. Torrentius.

544. SPARSVMQVE CAPVT PHLEGETH. INT. LYMPHIS.] Sic Diana fontis in quo lauabat lympha Actæonem aſpergens lib. 3. in ceruum conuertit:

Quas habuit, ſic hauſit aquas, vultumq; virilem
Perfudit, ſpargénſque comas vltricibus vndis, &c.

545. IN ROSTR. ET PLVM. ET GRAND. LVM.] Triplex mutatio in capite. Acquirit enim roſtrum, plumas, grandes oculos, non grandiores quàm habebat priùs, ſed grandes admodum pro aue.

546. ILLE SIBI ABLATVS] Forma priore exutus, ipſe ſibi ablatus videbatur.

547. INQ. CAPVT CRESCIT] Par erat, vt cum luminibus grandibus haberet quoque grande caput;
A & maius quàm pro reliquo corpore.

LONGOSQ. REFLECTITVR VNGVES] longos & recuruos vngues adipiſcitur.

548. VIXQ. MOVET N. P. INERT. E. PENNAS] Tardiſſimi volatus eſt, vnde mox *ignauum* nominat.

549. FOEDAQ. FIT VOLVCRIS] Non tam fœda propter aſpectum, quàm propter luctum, & dirum omen quod habet.

550. DIRVM MORTALIB. OMEN] Maximè verò abominatius eſt bubo, triſtis & dira auis, voce funeſta, & gemitu, qui formidoloſa, diraſque neceſſitates, & magnas moles inſtare portendit: ipſum tamen cantu & ſtridore querulo dirum facere auſpicium putant. tacens non ſemper malus eſt: quippe bubonis aſpectus Agrippæ captiuo Iudæorum
B regnum portendiſſe fertur. Hæc Alex. ab. Alex. lib. 5 Genialium dier. cap. 12. Nunc ex poëtis teſtimonia depromamus, & hanc auem eſſe inauſpicatiſſimam porrò doceamus. Lib. 6. de infauſtis Terei ac Prognes nuptijs:

Eumenides ſtrauere torum, tectoq; profanus
Incubuit bubo, thalamiq; in culmine ſedit.

Virgil. 4. Æneidos enuncians prodigia mortis Didonis:

Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri & longas in fletum ducere voces.

Claud. lib. 2. in Eutropium:

Protinus excitus iter irremeabile linguis
Arripit, ſuſpectoq; iubet bubone moueri
Agmina.

Seneca Herculc Furente:

Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.

Quamobrem Sirenés cum plumis & pedibus auium, facies gerant virgineas. Iupiter Cererem exhilarat, atque vt Proſerpina vno ſemeſtri cum matre, altero cum marito viciſsim ſit, conſtituit.

XV. 551. *HIc tamen indicio pœnam, linguáque videri*
Commeruiſſe poteſt. vobis, Acheloides, vnde
Pluma, pedéſque auium, cùm virginis ora geratis?
An quia cùm legeret flores Proſerpina vernos,
In comitum numero miſtæ Sirenes eratis?
Quam poſtquam toto fruſtra quæſiſtis in orbe,
Protinus, vt veſtram ſentirent æquora curam,
Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis: facileſque deos habuiſtis, & artus
Vidiſtis veſtros ſubitis flaueſcere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantáque dos oris linguæ deperderet vſum;
Virginei vultus, & vox humana remanſit.
At medius fratriſque ſui, mœſtæque ſororis
Iuppiter ex æquo voluentem diuidit annum.

Nunc

Nunc dea regnorum numen commune duorum
Cum matre eſt tot d m, totidem cum coniuge menſes.
Vertitur extemplò facies & m ntis, & oris:
Nam modò quæ poterat Diti quoque mœſta videri,
Læta deæ frons eſt: vt ſol, qui tectus aquoſis
Nubibus antè fuit, victis è nubibus exit.

551. HIC TAMIN INOTCTO, &c.] Cernis quo- A quàm idoneo vinculo huic fabulæ conſequentem adnectat. Pœnam Aſcalaphus commeruit indicio & lingua, eſt ἐν ὀλίᾳ ἄλφων lingua indicante, vt, *molémque & montes inſuper altos*, id eſt, molem altorum montium, 1. Æneid.

552. VOS ACHELOIDES, VNDE PLVMA &c.] Sirenes 3. Acheloi fluuij Calydoniæ, & Calliopes Muſæ filiæ *Parthenope, Leucoſia, Ligia* comites fuerunt Proſerpinæ quæ vt mutarentur, ipſarum erga eandem amor, & eius inueniendæ ſtudium ardentiſſimum effecit.

553 CVM VIRGINEA ORA GERATIS] Cum vultu virgineo plumæ & pedes auium malè congruunt, vt videtur. *Semivolucres puellas* Symmachus epiſt. 41. l. 1. Auſonius in Ternario *tres volucres, tres ſemideas,* B *tres ſemipuellas* nominat. *Monſtra maris* appellat noſter 3. de Arte. De ſuauitate & varietate cantus earum miranda prædicant poëtæ. Traditum à quibuſdam Græcis, *Sirenas* à pectore ſurſum habuiſſe paſſerum, infra pectus fœmineam effigiem. Auctor Suidas. Liquet hinc quid S. Ambroſius voluerit, de fide ad Gratianum Aug. cap. 1. cùm ſcribit, Iſaiam *Sirenas & filias paſſerum* dixiſſe. Locus eſt corruptus; aut memoria virum ſanctum fefellit. Verba Prophetæ nulla mentione *paſſerum* ſic habent, cap. 13. *Et reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenes in delubris voluptatis.*

554. AN QVIA CVM LEG. FLORES, &c.] occaſionem & cauſam metamorphoſeos illarum exponit. C

556. QVAM POSTQ. T. F. QVÆSIST. IN ORBE] non ergo ſola mater Ceres quæſiuit quanquam ſine his quæſiuit. Sed ſi cum ea flores legebant, nunquid non etiam à Plutone rapi videbant, vt idcirco quærendi labore ſuperſedere poſſent? Præterea in ipſo raptu matrem, & comites inclamabat Proſerpina, vt aduertere eò mentes & oculos poſſent. ἐπέχω.

559. FACIL. DEOS HABVISTIS] *Faciles* in concedendo quod rogabatis. *Faciles nymphas* riſiſſe ad flagitium Menalcæ ait Damœtas eclog. 3 Virgil. quia pro ludo habuerunt, nec in loco ſacro peccantem puniuerunt.

560. SVBITIS FLAVESCERE PENNIS] ſubitò & improuiſo per corpus erumpentibus, & coloris flaui quidem pennis.

A 561. NE TAMEN ILLE CANOR, &c.] Cur ijs relictum ſit os virgineum, cauſſam hanc adducit; ne ſuauitas illa canendi, qua pollebant, deperderetur; ſed nauigantes adhuc demulcere poſſent. 3. de Arte:

Monſtra maris Sirenes erant quæ voce canora
Quaſlibet admiſſas detinuere rates.

Sic verò prætereunauigantes cantus ſui dulcedine oblectabant, vt in ſomnum altiſſimum inducerent. Eos ita conſopitos deinde in mare deturbabant. Lege plura apud Natalem de Comit. lib. 7. Mytholog. cap. 13. *Tricinium* earum cantum vocat Symmachus, quem cum loto, & poculo Circeo confert.

562. TANTAQ. DOTIS] *Dotes* latinè dicuntur quoque quas nonnulli vocant *gratias & talenta,* cùm dicunt hunc aut illum habere gratiam, talentum conſolandi, conuerſandi, docendi, gubernandi, &c.

564. AT MED. FRATRISQ. S. MOEST.] Quid poſt Proſerpinam accuſatam, & violatæ legis ream actam Iupiter fecerit. Inter fratrem Plutonem, & Cererem ſororem, ſequeſter, vt neutram partem offenderet, illis annum ex æquo partitus eſt, & retinendæ apud ſe Proſerpinæ ſex menſes alternos poteſtatem dedit.

566. DEA REGNOR. NVM. COMMVN. DVOR.] Quandiu eſt cum matre, regnat cum ea apud ſuperos, hoc eſt, in mundo noſtro: quandiu cum Plutone, apud inferos. Et hæc ſunt *duo regna,* quorum numen commune eſt Proſerpina.

568. VERTIT. EXTEMP. FACIES ET MENT. ET ORIS] Repentè Ceres his auditis aliam mentem, lætam videlicet pro ægra, & vultum alium, hilarem pro mœſto induit. Etſi enim non quantum voluiſſet, multum tamen erat precibus ſuis conſecuta.

570. VT SOL, QVI TECT. AQVOS. NVBIB. &c.] Pulcherrima ſanè vultus, ex contractione & obſcuritate quadam diffuſi ac ſerenati, cùm ſole ex obſcuris nubibus prodeuntis ac ridentis comparatio. Nam vt ſuprà, cùm triſtiſſimam vellet oſtendere, aiebat: *Ibi toto nubila vultu Ante Iouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.*

571. VICTIS E NVBIBVS] Vincuntur à ſole nubes, cùm diſpelluntur ac diſſipantur, quò ille nobis conſpicuus fiat,

Arc-

Arethuſa in Alpheo fluuio per æſtum lauans, eundem ſe petentem fugitat totis viribus: & Diana (cuius opem flagitat) miſerante, in fontem ſui nominis mutata, per loca ſubterranea manans, in Ortygia emergit. Exemplum egregium impenſiùs adamatæ, & diuino auxilio defenſæ pudicitiæ: qualia in hiſce libris plura occurrunt, & à nobis in Paradigmatico, Tit. Caſtitas, diligenter notata ſunt: magiſque non antè corruptas mentes ad virtutem, quàm flagitioſè amantes ad libidinem accendere debent. Vide Eclogam Virg. 10. cum Symbol. noſtris, ibi:

Sic tibi cùm fluctus ſubterlabère Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

Et 3. Æneid.

——Nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore, Arethuſa, tuo Siculis confunditur vndis.

XVI. EXIGIT *alma Ceres, nata ſecura recepta,*
Quæ tibi cauſſa fugæ? cur ſis, Arethuſa, ſacer fons.
Conticuere vndæ. quarum dea ſuſtulit alto
Fonte caput, viridéſque manu ſiccata capillos
Fluminis Alphei veteres narrauit amores.
Pars ego nympharum quæ ſunt in Achaide, dixit,
Vna fui, nec me ſtudioſiùs altera ſaltus
Legit, nec poſuit ſtudioſiùs altera caſſes.
Sed quamuis formæ nunquam mihi fama petita eſt,
Quamuis fortis eram, formoſæ nomen habebam.
Nec mea me facies nimiùm laudata iuuabat.
Quâque aliæ gaudere ſolent, ego ruſtica dote
Corporis erubui, criménque placere putaui.
Laſſa reuertebar, memini, Stymphalide ſylua:
Æſtus erat, magnúſque labor geminauerat æſtum.
Inuenio ſine vortice aquas, ſine murmure euntes,
Perſpicuas ad humum, per quas numerabilis altè
Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares.
Cana ſalicta dabant, nutritáque populus vnda
Sponte ſua natas ripis decliuibus vmbras.
Acceſſi, primúmque pedis veſtigia tinxi.
* *Mox immergor aquis, quas dum ferióque trahóque*
Mille modis labens, excuſſáque brachia iacto,
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur;
Territáque inſiſto propioris margine * *fontis.* *ripæ.
Quò properas, Arethuſa? ſuis Alpheus ab vndis,

Quò properas? iterum rauco mihi dixerat ore.
** Sic ego currebam, ſic me ferus ille premebat,*
Vt fugere accipitrem penna trepidante columbæ,
Vt ſolet accipiter trepidas vrgere columbas.
Vſque ſub Orchomenon, Pſophidáque, Cyllenénque,
Mænaliósque ſinus, gelidúmque Erimanthon, & Elin
Currere ſuſtinui: nec me velocior ille:
Sed tolerare diu curſus ego viribus impar
Non poteram; longi patiens erat ille laboris.
Per tamen & campos, & opertos arbore montes,
Saxa quoque, & rupes, & qua via nulla, cucurri.
Sol erat à tergo, vidi præcedere longam
Ante pedes vmbram: niſi ſi timor illa videbat.
Sed certè ſonitúque pedum terrebar, & ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugæ, Fer opem, deprendimur, inquam,
Armigeræ, Diana, tuæ, cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus, incluſáque tela pharetra.
*Mota dea eſt, * ſparſiſque ferens è nubibus vnam* *ſpiſſiſque
Me ſuper iniecit. Luſtrat caligine tectam
Amnis, & ignarus circum caua nubila quærit:
Biſque locum, quo me dea texerat, inſcius ambit:
Et bis iô Arethuſa, iô Arethuſa vocauit.
Quid mihi tunc animi miſeræ fuit? ánne quod agnæ,
Si qua lupos audit circum ſtabula alta frementes?
Aut lepori, qui vepre latens hoſtilia cernit
Ora canum, nullóſque audet dare corpore motus?
Non tamen abſceſſit. neque enim veſtigia cernit
Longiùs vlla pedum; ſeruat nubémque, locúmque.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus,
Cæruleæque cadunt toto de corpore guttæ:
Quaque pedem moui, manat locus, éque capillis
Ros cadit, & citiùs, quàm nunc tibi facta renarro,
In latices mutor. Sed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas, poſitóque viri, quod ſumpſerat, ore,
Vertitur in proprias, vt ſe mihi miſceat, vndas.
Delia rupit humum: cæcis ego merſa cauernis
Aduehor Ortygiam: quæ me cognomine diuæ
Grata mihi ſuperas eduxit prima ſub auras.
Hac Arethuſa tenus.

572. EXIGIT ALMA CERES, &c.] In ſuperioribus A meminiſti Arethuſam narrare Cereri, ſe peregrinam eſſe, libenter tamen habitare in ſolo Siculo; polliceri eidem, ſe cauſſas allaturam, quamobrem tam longinquo itinere, deſerta patria eò venerit: ſed tempore apto, cùm ipſa Ceres acerbam animi curam poſuerit, frontemque exporrexerit:

Mota loco cur ſim, tantiq; per æquoris vndas
Aduehar Ortygiam, veniet narratibus hora
Tempeſtiua meis, cùm tu curaq; leuata,
Et vultus melioris eris.

Iam ergo requirit promiſſa Ceres.

574. CONTICVERE VNDÆ. Poſteaquam Arethuſa de viſa apud inferos à ſe Proſerpina nunciauit, Ceres querибunda Iouem adijt, & cum eo expoſtulauit. Interea illa caput, quod vndis extulerat, Deam allocutura, in vndas retulit. Re cum Ioue cōfecta, ad fontem redit Ceres, Arethuſam euocat, nar-

narrationem promiſſam exigit. Murmurare deſi- nunt aquæ,& inde profluentes riui,pro reuerentia vtriuſque deæ.

QVAR.DEA SVSTVL. ALTO FONT. CAP. &c.] quarum aquarum dea, ipſa Arethuſa, ex imo fontis extulit caput, quemadmodum priùs: *Tum caput Eleis Alpheus extulit vndis.* Et hoc loco virides capillos manu ſiccat, id eſt, è capillis aquam exprimit; ſuprà verò rorantes comas à fronte ad aures remouet, vtrumque decorè. Virides capilli, vt interdum cærulei, tribuuntur dijs marinis & aquaticis, propter colorem aquæ ſubuiridem, qui ad cæruleum quoque accedit.

577.PARS EGO NYMPH. Q. SVNT IN ACHÆID] Maronis 2. Æneid. *Et quorum pars magna fui*, ſententiam habet hanc; quorum ego quoque magnam partem pertuli. Hîc autem vnam ſe de nymphis Achaicis fuiſſe profitetur,diuerſa ſententia.

578.NEC ME STVDIOS. AIT. SALT. &c.] Venatricem nympham ſe ait fuiſſe. *Saltus legere*, eſt ſaltus obire, veſtigandis feris. Tetendit autem retia ijſdem capiendis.

580.SED QVAMVIS FORM. N. M. FAM. PETITA] Formæ laudem fæminæ adeò expetunt, vt nullam perinde. Quare pro miraculo eſt, formoſam eſſe, & dici non curare. Plutarch. libello de virtutibus mulierum, ex Gorgia profert hoc: *Mulieris non formam, ſed famam vulgatam eſſe oportere.* De caſtis & veteribus puellis Prop. l. 1. eleg. 3. *Illis ampla ſatis forma pudicitia.*

581.QVAMVIS FORT. ER. FORMOS. N. HABEB.] Eram maſcula, & venaticis aſſueta laboribus, & hinc laudari potiùs cupiebam: nihilominus de forma commendabar paſſim.

582.NEC MEA ME FACIES N. LAVD. IVVAB.] Quantumcunque prædicarer à præſentibus & abſentibus, & quibuſcunque etiam formoſis anteponerer, nihil inde ſuperbiebam. Magna & rara virtus profectò in fæmina.

583.EGO RVSTICA DOTE CORP. ERVBVI, &c.] Tantum abeſt, vt de pulchritudine mea gloriarer, vt ea quoque erubuerim, & peccatum mihi viſa ſim, quòd per eam placerem vniuerſis; etſi in hoc (vt culpam meam confitear) ruſtica fui, & quid deceret, haud ſatis intelligens.

585.LASSA] venatibus ad laſſitudinem data.

STYMPHALIDE SYLVA] iuxta Arcadiæ oppidum *Stymphalum.*

586.MAGNVSQ. LABOR GEMINAV. ÆSTVM.] Laborantes, & corpus egregiè agitantes calent & ſudant, & in æſtu ſibi æſtum duplicant.

587.SINE VORTICE AQ. SINE MVRM.] Carminibus quinque opportuniſſimus lauandi locus deſcribitur. In vorticibus periculum eſt propter altitudinem. Vnde 1. Æneid. de naue Orontis: *Aſt illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.* *Murmur* eſt aquarum cum impetu currentium, & ideo lauationi minùs conuenientium.

588.PERSPICVAS AD [illegible] R QVAS NVMERA [illegible] &c.] Audiſti, aquam non fuiſſe vorticoſam, non rapidam, ſed leniter fluentem; nunc additur tertia laus, perſpicuitas. Splẽdidior erat vitro. Lib. 3. de fonte Dianæ, in valle Gargaphie: *Fons ſonat à dextra tenui pellucidus vnda.* Ibidem de fonte Narciſſi: *Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis.*

589.QVAS TV VIX IRE PVTARES] Dixit hoc ſuprà, *ſine murmure.* Nam quæ vix labi videntur, [illegible] ſtrepunt, nec murmurant.

59[illegible].C[illegible]NAS [illegible]ICTA DAB[illegible]NT, &c.] Qu[illegible] laus, ſalices & populi in ripis conſitæ [illegible]mbram præbebant.

595.QVAS DVM F[illegible] Q. TRAH[illegible] Q. &c.] His, & proximè conſequentibus verbis [illegible]um ſuum, natationeſque ſuas, ſurſum ac deorſum, ad dextram & ſiniſtram exprimit.

597.MEDIO SVB GVRGITE] ab imo gurgite veniens.

5[illegible]8 PROPIORIS MARG. FONTIS] viciniori ripæ me admoui, neſcio quid metuens. Et *fontem* appellat, quia non in medio, ſeu alto flumine, ſed non procul à ripa lauabat, quaſi in fontem tantùm deſcendiſſet. Aut eſt [illegible], ſiue [illegible]. Si ex quibuſdam antiquis legas *propioris margine ripæ*, ſenſus erit ſimplicior & apertior.

600.QVO [illegible]RO[illegible] ERAS [illegible]TER. RAVCO. &c.] Bis hanc vocem exaudiui, quo properas [illegible] ad ripam enim feſtinabam.

602.SI[illegible] EG[illegible] CVRREBAM, SIC ME FERVS] Dum ille vocem iterat, ego iam ripis egreſſa, præter morem veſtibus quoque relictis currebam, & quo ille inſtabat magis, eo currebam vehementiùs.

606. VT S[illegible]LET A[illegible]IPIT. [illegible]REPID. V[illegible]G. COLVMBA.] Bene cum columba, timida volucre puellam caſtitati ſuæ timentem contulit, & cum rapaci alite raptorem pudicitiæ, quamuis ei res non proceſſit. Triſt. eleg. 2.

Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis.

Hieroglyphicum trepidationis eſt columba, & ab ea vocabulum duci apud Græcos: [illegible] enim eſt à [illegible] *trepido.* Atque in *pauore* declarando, prompta eſt columbæ mentio.

607.V[illegible]Q. SVB ORCHOMENON, &c.] Montes, & oppida nominat, ad quæ in fuga ſua peruenit, vt longam admodum fuiſſe appareat fugam iſtam.

609.NA[illegible] ME VELOCIOR ILLE] nec præuertere nec aſſequi me potuit.

610 EGO VIRIB. IMPAR] Longè plus virium eſt in viro, cui à vi vocabulum, quàm in fæmina, ne dicam in tenera virgine.

612.PER [illegible]MIN ET CAMPOS, &c.] vt neceſſe ſit nihilominus virtutem non modicas ei vires ſuppeditaſſe, ſi per plana & montana, per [illegible]xa & rupes, per auia & inuia excurrit.

614.SOL ERAT A[illegible]RGO] alioqui vmbram antecedentem non vidiſſet.

6[illegible]5.NISI SI TIM. IL[illegible]A VIDEB.] Timor interdum phantaſiam ita commouet, vt videre nos putemus oculis quæ nulla ſunt.

616.SED [illegible]ERTE SONITVQ. PED. &c] De vmbra ab ſe viſa dubitat: ſed de ſonitu pedum, & afflatu anhelitus minimè. Non igitur de vmbra dubitandum fuit, de vmbra Alphei inquam.

617.CRINAL. VITT. AFFLAB. ANHEL.] [illegible]ib. 1. in fab. Daphnes: *Tergoq; fugacis Imminet, & crinem ſparſum ceruicibus afflat.*

618.DEPRENDIMVR] comprehendimur, quod per ſyncopen poteſt, & id fuiſſet proprium. Deprehendimur enim in maleficio.

619.ARMIGE[illegible]Æ [illegible]Æ, VI SÆPE DEDIS. &c.] Confugit ad numen ſuum, vt venatrix.

621.MOTA [illegible]EA EST] miſerta eſt virgo virginis.

S AR-

SPARSE QVE FERIN NVB. V. ME S. INIICIT] ne me amplius videret Alpheus. Sic Venus Æneam ſuum, & comitem eius Achatem, iuſſos ab ſe pergere Carthaginem: A

> —— *Obſcuro gradientes aëre ſepſit,*
> *Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:*
> *Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet,*
> *Moliriue moram, aut veniendi poſcere cauſas.*

Quem hîc obſcurum aëra, & nebulam, infrà nubem appellat, *quam circumfuſa repentè Scindit ſe nubes, & in æra purgat apertum.*

622. LVSTRAT CALIG. TECT. AMNIS, &c.] Miro modo Diana nube hac clientæ ſuæ circumfuſa Alpheum ludificata eſt, & denſas ei tenebras offudit.

623. CAVA NVBILA] complectebantur eam virginem. Circumfuderat ei ſeſe nubes.

624. BISQ. LOCVM Q. M. DEA TEXERAT, &c.] conſtiterat ergo in curſu Arethuſa, defecta viribus.

626. QVID MIHI T. ANIMI MISERÆ FVIT?] lib. 1. Deucalion Pyrrhæ vxori: *Quis tibi, ſi ſine me fatis erepta fuiſſes, Nunc animus, miſeranda, foret?* Terent. Adelph. *Quid illi tandem credis fore animi miſero, qui cum illa conſueuerat priùs?* Hanc elegantem locutionem è Græco ſermone deriuatam, ex Demoſthene, Iſocrate, Platone demonſtrat Pet. Victorius lib. 1. Var. Lect. cap. 7. Illi enim, τίνα με οἴεσθε ψυχὴν, γνώμην, καρδίαν ἔχειν; dixerunt. Lege caput elegantiſſimum. B

ANNE QVOD AGNÆ, SI QVA LVP. &c.] Vt antea columbæ & accipitris, ita hîc agnæ & lupi ſimilitudinem aptiſſimè inducit. 1. Triſt. eleg. 1. agens de timore ſuo ex clade præterita:

> *Non procul à ſtabulis audet diſcedere, ſi qua*
> *Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.*

Delectauit eadem comparatio Virgil. lib. 9. impotentem Turni animum deſcribentem: C

> *At veluti pleno lupus inſidiatus ouili,*
> *Cùm fremit ad caulas, ventos perpeſſus & imbres,*
> *Nocte ſuper media: tuti ſub matribus agni*
> *Balatum exercent; ille aſper, & improbus ira,*
> *Sæuit in abſentes: collecta fatigat edendi*
> *Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces, &c.*

628. AVT LEPORI QVI VEPRE LATENS, &c.] Quo euidentiùs declaret Arethuſa, quantopere formidarit, addit pęræquè idoneam ſimilitudinē, & vt priùs ſe cum agna, ita modò cum lepuſculo meticuloſa beſtiola, & inſecutorem ſuum vt ibi cum lupo, ita hîc cum cane venatico eleganter confert. In eodem veſtigio ſtabat miſera, nec ſe mouere audebat.

630. NON TAMEN ABSCEDIT, &c.] Cupiditatem, & laſciuiam Alphei exaggerat.

NEQ. ENIM VESTIG. CERN. LONG. &c.] ex quo coniiciebat manere eodem loco, quanquam eam non videret. Itaque locum, & nubem illam quaſi præſidiarius ſeruabat: vel potiùs vt hoſtis obſidebat: artus enim ſuos obſeſſos virgo mox dicet.

632. OCCVPAT OBSESS. SVDOR MIHI FRIGID. ART. &c.] Ingens ſudor de toto corpore defluens, ſeu totum corpus ſudore manans, quantis angoribus animus miſellæ premeretur, certo demonſtrabat. Sanè, cùm per hoſce libros complurium virginum & nympharum certamen in tuenda pudicitia diſertè, luculenter, copiosè deſcribat poëta, nullius quàm Arethuſæ diſertiùs, luculentiùs, copioſiùs deſcripſit: à qua meritò etiam Chriſtianæ virgines petere exemplum poſſint, ſi quando in diſcrimen ſimile venerint.

SVDOR FRIGID.] vtpote ex timore proueniens: ex calore enim calidus. Æneid. 3. *Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.* Et 2. de Palladio: *Salſusq; per artus Sudor iit.*

634. QVAQ. PEDEM MOVI MAN. LOCVS, &c.] Paucis verbis mutationem ſuam in fontem complectitur.

E CAPILLIS ROS CADIT] Ros poëtis pro humore ſeu multo ſeu pauco, & in diuerſo genere. 8. Æneid. *Rorabant ſanguine vepres.* Lib. 3. *Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.* Statius 5. Thebaid. *Sanguineis infecta roribus herbas.*

636. SED ENIM COGNOSCIT AMAT. AMN. AQVAS, &c.] cognoſcit eſſe redactas ex illa, quā amauerat.

637. POSITOQ. VIRI Q. SVMPSERAT ORE] Os viri pro tota forma virili, quam aſſumpſerat: nō quòd aliòqui non gereret formam viri. nam dij omnes, quicunque tandem, vt viri & fœminę, nobis ſimiles inducuntur, ſub vtroque ſexu, generanturque & generant: ſed quòd hæc eius natura non ſit, vt idcirco ponere & reſumere formam virilem ſit liberum. Vnde ſequitur: *Vertitur in proprias, vt ſe mihi miſceat, vndas.*

639. DELIA RVPIT HVMVM, &c.] Voluntate Dianæ, quæ & Delia, quia in Delo cum fratre Apolline nata, humo abſorbeor, & per cæcas terræ vias, quæ hîc cæcæ cauernæ dicuntur, Ortygiam (quę & Delus) deuehor, ſub mari tamen quoque. ſic enim ſuprà: *Tantùm per æquoreas vndas Aduehor Ortygiam.*

640. COGNOM. DIVÆ GRATA MIHI] *Delus*, quia commune habet nomen cum diua mea, quam ego colo, & colui, eſt mihi grata inſula. *Delia* quippe nuncupatur Diana.

641. EDVXIT PRIMA SVB AVRAS] illic primùm è terra erupit, nam poſtea in Sicilia.

642. HAC ARETHVSA TENVS] Hactenus, ſubaudi *narrauit*, Arethuſa. τμῆσις, vt *inq; vicem*, & *cere comminuit brum*: & ſimilia.

Ceres Triptolemo currum ſuum donat, & ad frumenti ſationem mortales docendam mittit. Lyncus Scythiæ rex hoſpitem accepit, inuidiáque ſuadente dormientem iugulare tentat, quem Ceres in lyncem conuertit. Omnia hæc cecinit Calliope.

V Nym-

Nymphæ palmam Muſis adiudicarunt, & hæ Pieridas ſibi conuiciantes in picas mutauerunt.

XVII. ——GEMINOS *dea fertilis angues*
Curribus admouit, frænisque coërcuit ora.
Et medium cæli terræque per aëra vecta eſt;
Atque leuem currum Tritonida miſit in vrbem
Triptolemo: partimque rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo: partim poſt tempora longa recultæ.
Iam ſuper Europen ſublimis, & Aſida terram
Vectus erat iuuenis, Scythicáſque aduertitur oras,
Rex vbi Lyncus erat: regis ſubit ille penates.
Quà veniat, cauſſámque viæ, nomenque rogatus,
Et patriam; Patria eſt claræ mihi, dixit, Athenæ.
Triptolemus nomen. veni nec puppe per vndas,
Nec pede per terras: patuit mihi peruius æther.
Dona fero Cereris, latos quæ ſparſa per agros,
Frugiferas meſſes, alimentáque mitia reddant.
Barbarus inuidit; tantique vt muneris auctor
Ipſe ſit, hoſpitio recipit, ſomnóque grauatum
Aggreditur ferro: conantem figere pectus
Lyncа Ceres fecit, rurſúſque per aëra iuſſit
Mopſopium iuuenem ſacros agitare iugales.
Finierat doctos è nobis maxima cantus.
At nymphæ viciſſe deas Helicona colentes
Concordi dixere ſono; conuicia victæ
*Cùm * facerent, Quoniam, dixit, certamine vobis* *iacerent.
Supplicium meruiſſe parum eſt, maledictáque culpæ
Additis, & non eſt patientia libera nobis:
Ibimus in pœnas, & quà vocat ira, ſequemur.
Rident Pæonides, ſpernúntque minantia verba,
Conatæque loqui, & magno clamore proteruas
Intentare manus, pennas exire per vngues
Aſpexere ſuos, operiri & brachia plumis;
Alteráque alterius rigido concreſcere roſtro
Ora videt, volucréſque nouas accedere ſyluis.
Plangere dúmque volunt per brachia motà leuatæ,
Aëre pendebant nemorum conuicia picæ.
Nunc quoque in alitibus facundia priſca remanſit,
Raucáque garrulitas, ſtudiúmque immane loquendi.

642 GEMINOS DEA FERTILIS ANG. &c.] Currum Cereris à Claudiano quoque deſcriptum in 1. de Raptu, vbi depoſita in Sicilia Proſerpina, ad matrem Cybelen in Phrygiam deuehitur: *Sinuoſa draconum Membra regens*, &c. obſeruat Scalig l. 5. verſuſq; annumerat: ſed hunc ambitioſiùs, noſtrum præter morem ſuum breuiùs & leuiùs. *Deam fertilem* accipe deam fertilitatis. *Frugum genitricem* nominabat multò antè Arethuſa.

644. ET MED. CÆLI TERRÆQ. &c.] vecta eſt A per aëra medium cæli terræque. Inter cæleſte corpus & terram interiectus eſt aër; non enim poëtæ ſemper philoſophicè loqui coguntur, ne mihi hîc de ignis ſphæra obijcias, de qua vulgus profanum parum nouit.

645. TRITONIDA MISIT IN VRBEM] Athenas miſit, quæ vrbs ſacra eſt Tritoniæ, id eſt, Palladi, ſeu Mineruæ. Eleuſinem potiùs, Athenis vicinum oppidum, vbi regnauit Celeus, ſiue Eleuſius Triptolemi pater, qui Cererem filiam quærentem hoſpitio

ſpitio recepit. Quod meritum vt remuneraret, fi- A lium eius curru ſuo donarum per orbem cum ſeminibus miſit, qui mortales fruges ſerere doceret. Conſule Natalem l.5.Mythol.c.14.*De Cerere*.

646.TRIPTOLEMO]3.Triſt eleg.8.

Nunc ego Triptolemi cuperem conſcendere currus,
Miſit in ignotam qui rude ſemen humum.

PARTIMQ.RVDI D.SEM.IVSS.SPARG.HVM. &c.] *Rudu humus*, eſt nondum culta humus, adhuc inarata: ficut rudis Amphitrite Catullo, quæ nullam adhuc nauem ſenſerat, ſeu, vt ipſe loquitur, quæ nullius adhuc nauis curſu imbuta erat.

647.POST TEMP.LONG.RECVLTÆ] Raphaëli aſſentior, qui hoc ad nouales refert, quos ſcimus alternis, aut tertio quoque anno recoli & ſeri ſole- B re. Virgil.1.Georg.

Alternis idem tonſas ceſſare nouales,
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.

Sed ſi aliquando cultæ, quid eò mittitur Triptolemus? ſemina deerant, & ſatio ceſſauerat.

649.SCYTHIÆQ.AOVERT.ORAS] *Scythia* alia eſt Europæa, alia Aſiatica. Incertum vtram intelligat.

651. QVA VENIAT, &c.] terra an mari veniat, quare veniat, quis vocetur, vbi natus. Quatuor interrogationes. De patria reſpondet primùm, dicitque ſe Athenienſem; quod non omnino verum, niſi quòd Eleuſis Athenis propinqua: Eleuſinius magis erat Triptolemus.

652.CLARÆ ATHENÆ] multis de cauſſis *clara*, C quas alibi perſtrinximus. Sed claræ potiſſimùm propter ſtudia ſapientiæ, qua nihil eſt clarius. In ea enim vrbe viguerunt maximè. Inde Propertio *docta Athena*.

653.TRIPTOLEM.NOMEN.] quod tertio loco quærebatur.

654.VENI NEC PVPPE PER VNO.&c.] Hæc verba reſpiciunt illa: *Qua veniat*, &c. terreſtri, an maritimo itinere. At ſe aërio itinere aduenire, quod erat præter opinionem omnium.

655.DONA FERO CERERIS,&c.] Hæc eſt cauſſa viæ, vt nimirum ſementem facere doceat.

656. ALIMENTAQ.MITIA] non, mitia in ipſis agris adhuc, & nondum demeſſa; ſed commolita iam, & in panem redacta. Seu mitium alimenta, D hominum ſcilicet, qui ſunt manſueta animalia.

657. BARBARVS INVIDIT] Quia bonotificum hoc Triptolemo, & gratiam erat ſummam à mortalibus initurus, non potuit regis barbari inuidentia iſtuc pati.

658.SOMNOQ.GRAVAT.AGGRED.FERRO] tum enim commodiſſimè hominem occidere licuit. Lib.1. Iupiter de Lycaone rege Arcadiæ, ad quem terras luſtrans hoſpitij cauſſa diuerterat: *Nocte grauem ſomno nec opina perdere morte Me parat.*

660.LYNCA CERES FECIT] Græcus accuſandi caſus eſt lynca, ἀλύγξ, λυγκός.

661.MOPSOPIVM IVVENEM] Athenienſem. *Mopſopia* regiuncula Atticæ.

SACRO IVGALES] Angues, ſeu dracones illos currui Cereris ſubiunctos, quia vicem equorum præſtabant, à iugo iugales nominat. 7. Æneid. *Abſenti Aeneæ vultum geminoſq; iugales.* Claud.2. de Raptu: *Emeritos vertam ad paſcua nota iugales.*

662.FINIER.DOCT.E NOB.MAX.CANT.] Hucvſque cecinit Calliope carmen ἀγωνιςικὸν, certatorium inquã, aduerſus Pieridas. Vocat *maximam*, alludens ad Veſtales, quarum antiquiſſima, & fortaſſis reliquarum princeps ſic audiebat. Neſcio an vates τὸ πρέπον ſeruauerit in cantu tam longo tam breui opponendo.

663.AT NYMPHÆ VICISSE DEAS HELICO.&c.] Delectæ fuerunt nymphæ, & iuratæ huius certationis arbitræ, quod antea vidimus. Ex ſententiam nil cunctatæ (vt in re liquida penitus & manifeſta) pronuntiant: Muſis palmam tribuunt ſuffragijs omnibus.

664. CONVICIA VICTÆ CVM FACERENT] aliud enim non poterant. Contemnebant igitur, & maledictis figebant, quibus pares, ani (quod omnino confidebant) ſuperiores euadere nequiuerant. Conantur tamen verberibus in Muſas inſurgere, vt ſubijcitur.

665.QVON.D.CERTAM.VOA.SVPPL.&c.] Minantur priùs Muſæ, ſi fortè ceſſent à conuicijs.

667.NON EST PATIENT.LIB.NOAIS] iniuriam tantam diſſimulare nobis nefas.

669.RIDENT PÆONIO.SPERNVNTQ.&c.] Vide contumaciam & ſuperbiam, minas irrident. *Pæonides* propter matrem, quam, quòd è Pæonia Macedoniæ regione eſſet, ſuprà Euippen *Pæonidem* nuncupanit. Eſt ergo patronymicum à matre.

670.CONATÆQ.LOQVI,ET MAG.CLAM.&c.] metamorphoſis depingitur.

676.NEMORVM CONVICIA PICÆ] per nemora garrientes, quaſi etiamnum Muſis conuiciantes. *Conuicium* Feſtus dictum ait à vicis, in quibus habitatum eſt primùm: vel immutata littera, quaſi *conuocium*. At Vlpian. vel à concitatione (vocis) vel à conuentu, hoc eſt, à collatione vocum. Cùm enim in vnum voces plures conferuntur, conuicium appellatur, quaſi conuocium. Itaque rectiùs per c. litteram, quàm per r. ſcribitur. *Conuitium* enim plurium ſimul ædificiorum vicium labemque ſignificat, vt in Originibus ſuis notauit Scipio Gentilis.

677.FACVND.PRISCA REMANSIT, &c.] Duobus hiſce poſtremis verſibus naturam picæ per expolitionem, commutatis ſcilicet verbis eandem rem declarat. Quid enim ea loquacius? Ex iſta contentione reor natam parœmiam, *Certare cum Muſis*, cùm quiſpiam aut doctrina & ingenio fretus, aut cauſſæ ſuæ bonitate confiſus, cum doctiſſimis, & quantumlibet ingenioſis ac potentibus & callidis controuerſari & concertare non veretur. Eiuſdem ſententiæ ſunt, *Pica cum luſcinia certat*, *Veſpa cicada obſtrepens*.

ELECTORVM LIBER SEXTVS.

Arachne humili loco nata mulier, lanificio excellens, & tota Lydia percelebris, eò venit arrogantiæ, vt Mineruam magiſtram abnegaret: quin etiam in certamen vocaret. Cui illa ſe comparans, anus formam aſſumit.

SECTIO I.

PRÆBVERAT dictis Tritonia talibus aures:
Carmináque Aonidum, iuſtámque probauerat iram.
Tum ſecum: Laudare parum eſt, laudemur & ipſæ:
Numina nec ſperni ſine pœna noſtra ſinamus.
Mæoniæque animum fatis intendit Arachnes;
Quam ſibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat. Non illa loco, nec origine gentis
Clara, ſed arte fuit. pater huic Colophonius Idmon,
Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
**Occiderat mater: ſed & hæc de plebe, ſuóque* * Deciderat
Æquâ viro fuerat. Lydas tamen illa per vrbes
Quæſierat ſtudio nomen memorabile: quamuis
Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.
Huius vt aſpicerent opus admirabile, ſæpe
Deſeruere ſui nymphæ vineta Timoli:
Deſeruere ſuas nymphæ Pactolides vndas.
Nec factas ſolùm veſtes ſpectare iuuabat:
Tunc quoque cùm fierent. TANTVS DECOR AFFVIT ARTIS.
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,
Seu digitis ſubigebat opus; repetitáque longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu:
Siue leuem tereti verſabat pollice fuſum:
Seu pingebat acu: ſcires à Pallade doctam.
Quod tamen illa negat: tantáque offenſa magiſtra,
Certet, ait, mecum: nihil eſt quod victa recuſem.
Pallas anum ſimulat, falſóſque in tempora canos
Addit, & infirmos baculo quoque ſuſtinet artus.
Tunc ſic orſa loqui.

1. PRÆBVER. DICTIS AVRES] Triuiale eſt, *præbere aures*. Minus, *dare, dedere, adhibere aures*. Noſter in Triſt. lib. 5. eleg. 13. *Non liber hic vllus, non qui* A *mihi commodet aurem.* Horat. ep. 1. l. 1. *Si modò culturæ patientem commodet aurem.*

TRITONIA] à palude Libyca Tritone, vbi primũ vir-

... conſpecta eſt. Alij aliud etymon aſ- ... em conſule. Diximus pauca lib. 4. ...

2. CARMINAQ. AONID. IV... TAMQ. &c.] Vraniæ cecinit, quæ Palladem in Heliconem venientē exceperat, & alia quam poëta non nominat (*quam ſic affata eſt vna ...rorum*) Calliope demum, cuius carmen Muſa illa Palladi ad verbum repetiuit, cantatum ab ea in concertatione cum filiabus Pieri. Laudat Muſarum carmina Pallas. Merito ſane. Nam ſi Muſarū carmina laudem non merentur, cuius merebūtur? Probat quoque iram earundem, quam in æmulas & criminatrices ſuas conceptam exhibuerint.

3. TVM SECVM, LAVDARE PAR. EST, LAVD.] Cū audiſſet Pallas de pœna, qua Muſæ obtrectatrices & aduerſarias ſuas multaſſent, ſubijt deſiderium ex ſua quoque vltione laudis ſibi comparandę, & puniendæ Arachnes à qua ſe deſpectui haberi in lanificio cognouerat. Diligentiùs itaque hac de re ſecum cogitare incipit. Mox quæ, & qualis Arachne fuerit, & quomodo tandem iuſta metamorphoſi ſuperbiam ſuam expiare coacta ſit, exponit: atque ita hunc librum cum a regreſſu, & narrationé cum narratione, vt ſēper, pulchrè ingenioſeq; cōnectit.

LAVD. PAR. LAVD. ... SÆ] Cicero filius parēti in Partitionum dialogo, poſtquam præcepta Exornationis ex eius ore, vt fingitur, hauſit; *Accepi, docuiſtiq́, breuiter, non ſolùm quemadmodum laudarem alterum: ſed etiam quemadmodum eniterer, vt poßim ipſe iure laudari.* Parū ſanè eſt laudare alios, ſi ipſe nihil laudabile facias, feceriſve. Aliquid tamen eſt, ſi id ipsū bene præſtes, ſi, inquam, bene, incorruptè, & citra adulationem laudes. Salluſt procœm. Catilin. *Et qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, laudantur.* Alioqui tales videntur cæteris lucem quærere, cùm ipſi tenebris ſepulti iaceant. Et omnino eorum laus, qui ipſi in laude vixerunt, apud auditorem plus efficit, altiuſque ſe in animi penetralia inſinuat.

TVM SECVM] ἐνθυμεῖται, vt 1. Æneid. de Iunone, *Hæc ſecum*, ſubaudimus, voluitat, quomodo infrà expreſſius: *Talia flammato ſecum dea corde volutans.* Simo in Andria: *Egomet continuò mecum: certè captum eſt, habet.* Ciceroni Sulpitius ep. 5 lib 4. *Cœpi egomet mecum contenuò ſic cogitare.*

4. NVMINA NEC SPERNI SINE POENA, &c.] Si, qui iniurioſi ſunt in homines, legibus puniūtur, quo pacto Deus impunè læditur? Cui enim plus debetur?

5. MÆON. AN. F. INTEND. ARACHNES] Lydia fuit Arachne. Lydia autem Mæonia, à rege Mæone. Impensè cogitaſſe ait quomodo textricem illam, nimiùm alios gerentem ſpiritus deprimere, & exemplum facere deberet. Horat. ep. 2. l. 1. *Si nō intendes animum ſtudijs & rebus honeſtis, Inuidia vel Amore vigil torquebere.* *Defigere, & intendere animum in rem aliquam*, dixit Cic. in Academ.

6. NON CEDERE AVDIERAT] Certis nuntijs didicerat Arachnen iactare in vulgus, ſe ſcientia lanificij Mineruæ paria facturam. Hoc eo iniquiùs ferebat dea, quia diſcipula ſua, & fœmina plebeia, hoc iniret: cum ipſa & inuentrix eſſet artis huius, & ſummi Iouis filia. Verumenimuerò, quod huius iram accendebat magis, hoc illius gloriam augebat ... ibi enim omnia debebat Arachne, ingenio inquam, & induſtriæ ſuæ, vnde tam inſolens ei faſtidium.

7. NON ILLA LOCO, N. ORIG. GENT. CLARA] Quā

A non paucos liceret recēſere, qui in ignobili patria, obſcura familia generati, bonis artibus, & factis inclytis magnam inuenerūt claritudinem? Diſtinguenda hic locus, & origo gentis. Locus ſæpe eſt genus, parentes, aut. Hinc quempiam *claro, nobili loco natum, ortum* dicimus. Coniungit hæc duo Plautus Captiuis, *locum*, inquam, & *genus*:

Et quoniam heri inde audiuit, de ſummo loco,
Summoq́, genere captum etiam equitem Alium.

Gens totius familiæ, ſiue ſtemmatis eſt. Priori reſpondet, quod ſtatim de patre & matre ſubijcit: poſteriori, quod ait, *orta domo parua*: domus enim eſt gens, & familia.

9. BIBVL. TINGEB. MVRICE LAN.] erat purpurarius. *Murex* piſcis, ex cuius ſanguine fit color, lanis
B imbuendis, vt etiam purpura. Inde pannus ipſe de lana hac tincta contextus *purpura*, & poëtis *murex*.

10. OCCIDERAT MATER] *Deciderat* vidi reponi à Gebhardo, ductum à pomis maturis arbore decidentibus: aut à flore, qui exaridus decidit: quomodo *Maturus* dicitur ętate grauis, & morti contiguus.

SED ET HÆC DE PLEBE, &c.] Mater nihilo patre nobilior, plebeia fuit, vt ille. Interdum qui à patre genus habent obſcurum, à matre ducunt illuſtre, & contrà. Optanda tamen paris coniugia, ne alter alteri habeat quod opprobret. Cleobulus aiebat, vxorem ſibi parem eligendam. Nam ſi clariorem duxeris, affines dominos habebis.

11. SVOQ. ÆQVA VIRO] non æqua, non æqualis fuiſſet, ſi illo nobilior fuiſſet.

LYDAS T. ILLA P. VRB. QVÆSIER. NOM.] Quod
C ei natales & maiores non dederant, nomē memorabile & famam, hoc ſtudium & ſedulitas illi contulit: Arachne, ignobilium parentum ſtirps, ſe arte ſua nobilitauit. Propert. eleg. 2. l. 3. *At nō ingenio quæſitum nomen, ab æuo Excidet.* Niſus Euryalo apud Maronem l. 9. *Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus.*

13. QVAMVIS ORT. D. PARVA] orta quāuis parua domo, id eſt, valdè parua, valdè abiecta familia. Nō enim *quamuis* eſt hîc conditionalis, ſed aduerbium. 1. Georg. *Vt quamuis auido parerent arua colono*, vbi in Symbolis plura exempla cernes.

PARVIS HABITAB. HYPÆPIS] *Hypæpa* oppidulum Lydiæ, ad radices montis Æpi ſitum, vnde & vocabulum obtinuit.

14. HVIVS VT ASPICER. OPVS ADMIRAB.] à teſtimonio nympharum. Niſi fuiſſet labor Arachnes admirabilis, & ſingularis planè, nunquam nec O-
D reades Tmolum, nec Naiades Pactolum deſeruiſſent, & ſpectatum aduenissent.

15. VINETA TIMOLI] Lydię mons. Priſcis Τμῶλος Timolus, aliàs Tmolus.

17 NEC FACT. T. VEST. SPECT. IVVAB.] Non ſolùm ex velis & telis & textis iam pertextis ſummā aſpectu voluptatem capiebāt; ſed etiam texentem intueri non carebat iucunditate: adeò ſcitè & dextrè & expeditè tractabat verſabatque omnia.

18. TANTVS DECOR AFFVIT ARTI] Epiphonema. Lucret. l. 1. *Tantum relligio potuit ſuadere malorum.* Virg. 3. Æneid. *Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.*

19. SIVE RVD. PRIM. LAN. GLOM. &c.] Per diſtributionem commendatur illius peritia. Nihil erat ad artem eius pertinens, quod non ſciēter omnino, promptè & aptè adminiſtrare noſſet. Omnia munera & opera textricū exequebatur pulcherrimè.

Glomera[illegible] orbes lana rudis, id eſt, nondum A attactata,& laborari cœpta, cum in penſa colligitur ſeu conuoluitur.

20.Sev digitis svbiger.opvs]explicatur ſequentibus. Diſtrahebat lanas [illegible] eruin iterumque adeò, vt nebulas quodammodo tenuitate ſua imitarentur, filiſque deducendis, de quo in ſequenti carmine, fierent accommodatiſſimæ.

21.Vellera mollibat] 4.Georg. *Eam circum* (Cytenen Ariſtæi matrē *Mileſia vellera nymphæ Carpebāt, hyali ſaturo fucata colore.* Sic&Catul. de nuptijs:

Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.

Vellus propriè ipſa pellis lanoſa. Virg eclog.3. *Ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.* B

22.Sive levem teret.vers ab.pol.fvs.]Lib. 4. *Leuia verſato ducentia ſtamine fuſo.* Catull. de nupt.

Dextera cùm leuiter deducens fila ſupinis
Formabat digitis: tum prono in pollice torquens,
Libratum tereti verſabat pollice fuſum.

23.Sev pingebat acv]Ob quandam affinitatem addit & laborem acus. Acupictores appellāt, qui alioqui Phrygiones. Virgil.11. *Pictas acu tunicas.* Vbi Seruius, id eſt, habebat veſtem Phrygionis arte perfectam. Eſt enim inuentum Phrygum. Inde & *Phrygianæ veſtes.* Plin.lib.8.

Scires a Pallade doctam]Lib.1. *Scires è ſanguine natam.* Scire poſſes ex elegantia ipſa, harum rerum inuentricis, & doctricis optimæ diſcipulam fuiſſe. Vnde pro ipſo opere textorio *Minerua*, ἐπιστολογικῶς. Propert.l.2. eleg 9. de Penelope, procis illudente: C

Coniugium poterat falſa differre Minerua,
Nocturno ſoluens texta diurna dolo.

Ouid.3.Faſtor.

Illa etiam ſtantes radio percurrere telas
Erudit, & rarum pectine denſat opus.

24.Qvod [illegible]amen i[illegible] negat [illegible] ingrata igitur & mendax, vtpote f[illegible]ſtus & arrogant[illegible]æ plena: cùm ei tantę magiſtrę diſcipula haberi, ac nominari non potuerit eſſe ni[illegible] per honorificum; quando ex magiſtrorum præſtantia & fama, diſcentium progreſſus plerumq; æſtimatur. Tacebo de fœminis, an nō fuit honori [illegible] ornamento Ariſtoteli Plato, Theophraſto Ariſtoteles, [illegible] ſpreuiſſet in pictura m[illegible] ria Phidiam, aut Polyc[illegible] rum, quod primos, op[illegible] no, quo & Cicero v[illegible]

Πολλὰ μαθηταὶ κρείσσονες [illegible]
Doctore ſæpe diſcipulus eſt doctior

Vt Ariſtoteles Plat[illegible]ne, Ci[illegible]ero Apollon[illegible]lone, alij alijs. Quanquam non eo t[illegible]mpore, q[illegible] in illorum diſciplina fuerunt

Tan[illegible] a q offensa magi[illegible]tra Cū tanta [illegible] diuina ſit magiſtra P[illegible]llas, nihilominus eam [illegible] dit Arachne, ne[illegible] debito h[illegible]nore i[illegible]pertit O[illegible] ſa, ἐμφατικῶς. Tātum abeſt, vt [illegible] eam me[illegible] coleret, etiam iraſ[illegible]ebatur [illegible] quaſi non beneficium, ſed iniuriam ab ea ac[illegible]epiſſ[illegible]t. O nequam mulierem, & fuſtuatio d[illegible]gnam!

25.Certet, ait, mecvm] Patebit ex certamine, verum an falſum ſit, quod de illa ſentio. R[illegible] ipſam auctorem dabo.

Nihil est qvod victa recvsem] quouis pignore, quauis conditione cum ea auſim [illegible]gredi. Quidnis ex pacto patiar, ſi victa d[illegible]ceſſ[illegible]. Vides non volgarem audaciam. 12 Æneid. *Nihil eſt quòd dicta retractent Ignaui Æneadæ*, inquit Turnus ille magnanimus. Sed apud Maronem τὸ *nihil* eſt aduerbium negandi: apud noſtrum verò nomen negans; vt *nullus, nemo.*

26.Pallas anvm simvlat]Liquet ex iis quę ſequuntur, cur ſpeciem anus indueret virgo florida Pallas. Conſiliatrix conueniebat ſimulatio ætatis maturrimæ, in qua ineſt prudentiæ vis maior plerumque, habetque opinionem meliorem.

27.Infir. bacvl. q. svstin. a[illegible] Hoc eſt, quod Sphynx dicebat, *tribus pedibus ambulare.* De Iunone adeunte Semelen Bacchi matrem, vt fidele impertitura conſilium, lib.3.Metam.

——Nec nubes antè remouit,
Quàm ſimulauit anum; poſuitq́, ad tempora canos.
Sulcauitq́, cutem rugis & curua trementi
Membra tulit greſſu, vocem quoque fecit anilem.

Iuuenalis Sat.2.

Dum ſupereſt Lacheſi quod torqueat. & pedibus me
Porto meis, nullo dextram ſubeunte bacillo.

Datura conſilium ſimulata anus, ſenectutem a prudentia commendat. Suadet ergo, deæ ſe ſubmittat, culpę veniam roget. Arachne conſilium pro deliro ſuperbè contemnit, denuo certamen Mineruæ offert. Illa perſonam abijcit. Erubeſcit Arachne, ab audacia tamen, & contumacia non diſcedit.

II. 28. NON OMNIA GRANDIOR ÆTAS
QVÆ FVGIAMVS HABET: SERIS VENIT VSVS AB ANNIS.
30. *Conſilium ne ſperne meum. tibi fama petatur*
Inter mortales faciendæ maxima telæ.
Cede deæ, veniamque tuis temeraria dictis
Supplice voce roga: veniam dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis, inceptáque fila relinquit:

Vixque

Vixque manus retinens, confeſſaque vultibus iram,
Talibus obſcuram reſecuta eſt Pallada dictis.
Mentis inops, longáque venis confecta ſenecta,
Et nimium vixiſſe diu nocet audiat iſtas,
Si qua tibi nurus eſt, ſi qua eſt tibi filia, voces,
CONSILII SATIS EST IN ME MIHI: *neúe monendo*
Profeciſſe putes: eadem eſt ſententia nobis.
Cur non ipſa venit? cur hæc certamina vitat?
Tum dea, Venit, ait: formámque remouit anilem:
Palladaque exhibuit. venerantur numina nymphæ,
** Mygdonidéſque nurus. ſola eſt interrita virgo.* *Mæonis
Sed tamen erubuit: ſubitúſque inuita notauit
Ora rubor: rurſúſque euanuit: vt ſolet aer
Purpureus fieri, cum primùm Aurora mouetur:
Et breue poſt tempus candeſcit ſolis ab ortu.* *ſtu.
Perſtat in incœpto, ſtolidæque cupidine palmæ,
In ſua fata ruit. neque enim Ioue nata recuſat:
Nec monet vlterius: nec iam certamina differt.

28. NON OMNIA GRAND. ÆTAS, &c. Grauis γνώμη, ex Phœniſſis Euripidis. Que locum ſibi à M. Ant. Mureto indicatum narrat Ciofan. Ipſos verſiculos cur non huc adſcripſerim?

Ω τέκνον, ούχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακά,
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν. ἀλλ' ἡ μπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

Oratio eſt locaſtæ matris, filium Eteoclem ab ambitione deterrẽtis, & ad regnum fratri Polynici ex pacto cõuento cedendum exhortantis. Verſus latinos recenſebo tibi ex Georgio Rotalleto, cuius opera Tragœdiam ceteraſq; illius latinas habemus:

Non prorſus omnibus grauibus premitur malis
Fili, ſenectus. Temporis longinquitas
Illius tribuit experientiam: acrior hinc ſenum
Quàm iuniorum orationis eſt vigor.

Quæ autem ſint grandioris ætatis quæ fugiamus, id eſt, quæ nobis accidere nollemus, nam ea diu viuẽdo effugere nequimus, quis neſcit? Vide Chiliaſt. Prouerb. *Senectus ipſa morbus eſt.* Viciſſim de commo[dis] [...] C. [...]c. in Catone, & noſtra ætate Gabr. Palæotus [...]d. *De bono ſenectutis.*

29. SE[...] S V[...] T V S V S A B A N N I S] *Vſus* in omni negoti[o] valet multum, eſtque certiſſimus. Vſus efficaci[ſſim]us om[n]ium rerũ magiſter, Plin. l. 26. *Vſus*, inquam, & [e]xperientia. Hinc conſilia ſenum expetũt in[...]t vires iuuenum. N[...] vt in his ætas & corpus, ita in [...] get mes, & multa multis annis experiũdo erudit[...]r euaſit animus. Euripides apud Stubæũ:

Πα[...] μ[...] αἰνός. ἔργα μὲν νεωτέρων.
[...] ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.
D[...] vetuſtum: Facta iuuenum: cæterùm
Ma[...] valent conſilia natu grandium.

Plura [...] Prouerbiorũ opere P. Schotti, Adag. 7 [...]ntur. 3. Appendicis Vaticanæ, & in Zeno. B[...] Cent. [...] Adag. 81. & Politianum Miscell. 88. & C[...] ſtem Batauum, in *Senum conſilia*; &, *Fminum Trocs.* Re[...]tur Arachnen iſta, quamuis pſeudoanus, mon[...] [c]onſilium *ne ſperne meum.*

30. TIBI FAMA PE[...] AT. INTER MORT. &c.] Tu A mortalis inter mortales appete primás, ſi lubet.

32. CEDE DEÆ] Non oportet hominem θεομαχεῖν, *cum deo pugnare*, ſeu deo repugnare néue armis, néue alia ratione vlla. Vt enim Homerus canit in Odyſſ. θεοὶ δέ τε φέρτεροι ἀνδρῶν, dij hominibus ſuperiores. Et Pindarus: χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, cũ deo minimè contẽdendum: ad quem potiſſimùm pertinere ſtatuendum eſt illud præceptum, *Cede maiori.* Quid enim Deo maius? ſine quo nihil eſt magnum. Obiurgans Daretem Æneas, qui in pugna cæſtuum nihil ſit ad Entellum:

Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias, conuerſaq; numina ſentis?
B *Cede deo. dixitque, & prælia voce diremit.*

33. VENIAM DABIT ILLA ROGANTI] Tãquam certum & indubitatum hoc pronuntiat. Quis tam ferus & inhumanus, quem culpæ confeſſio & deprecatio non molliat? Ignoſcere peccantibus, & tamen ſupplicibus, à Deo homines didicerunt. Nihil quippe tam conſentaneum diuinæ naturæ, quàm lenitas & clementia.

34. ASPICIT HANC TORVIS] ſubaudi *oculis*. Virg. 6. *Talibus ardentem Aeneas, & torua tuentem.* Satis docebat vultus, animi interpres, ſermonem aniculæ (quæ etiam nec nomen, nec vnde veniret, ediderat) ingratum ſibi accidiſſe.

C 35. VIXQ. MANVS RETINENS] Parum aberat, quin iſtam monitricem non verbis tantùm malis, quod facit, acciperet; ſed verberibus quoque multaret. Imperauit tamen ſibi.

36. OBSCVRAM PALLADA] ſub ſchemate alieno ſe occultantem, non ſe prodere volentem.

37. MENTIS INOPS, LONGAQ. VEN. &c.] Delirantem anum appellat: ſiqui ſenum ſenilis ſtultitia, vt eſt apud Tullium in Catone, *delıratio* vocari ſolet. Et l. 2. de Oratore: *Tum Annibal reſpondiſſe fertur: Multos ſe deliros ſenes ſæpe vidiſſe: ſed qui magis quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem.* Tuſcul. 4. *Quæ eſt anus tam delira, quæ iſta timeat?*

38. ET NIM. VIXISSE DIV NOCET] quoniam quo

ſenior

ſenior,eo amentior es. Trahi hoc &aliò poteſt, ἐξ᾽ ἀγκῶν. Prodeſt vixiſſe diu, ſi probus ſis, ad cumulandum cæleſte præmium. Nocet vixiſſe diu, ſi improbus ſis, propter exaggeratū apud inferos ſuppliciū.

39. SI QVA TIBI NVRVS EST, SI Q. TIBI FIL.] Optat adeſſe nurus, & filias illius, ſi quas habeat, vt calamitatem ſuam intelligant, audientes illæ, ſe admodum ſtolidam ſocrum, hæ, fatuam ſe habere matrem. Satiſne contumelioſè?

40. CONSILII SATIS EST IN ME MIHI] Prô quã hoc inſolenter, quàm inconſideratè, quàm muliebriter? id eſt, ſine cõſilio, quod nullum, aut perexiguum eſt in mulieribus. Tibi ſatis eſt in te conſilij? Quis ſapiens vnquam tãtum de ſe profiteri auſus? Quis omnibus horis ſapit? Exitus demonſtrabit, quantum tibi in temet conſilij fuerit: ne gutta quidem; ne mica quidem.

41. EADEM EST SENTENTIA NOBIS] nihil muto, apertè dico, eadem mihi mens quæ antè. Tuam cohortationem nec flocci facio. Aut hic eſt ſenſus. Scio ego cum dijs non certandum, vt quibus pares eſſe homines nõ poſſimus. In hoc tua doctrina non egeo. Sed tamen ipſa Pallas, ſe mihi cedere niſi fateretur tacita, veniret vtique, & cõtenderet mecũ; quandoquidem quàm parui à me fiat, haud neſcit.

42. CVR NON IPSA VENIT? CVR HÆC CERTAMINA VIT. &c.] Cõſcia ſibi τῆς ἥττης ſuæ hoc eſt, inæqualitatis ſuæ, &, ſi permitteret ita loqui Latinitas, inferioritatis ſuæ, detrectat certamen mecum.

43. TVM DEA, VENIT, AIT, &c.] Pati mulieris inſolentiſſimæ ſupercilium diutiùs non potuit Pallas. Ergo erumpit, ſeque manifeſtò prodit.

44. VENERANTVR NVM. NYMPHÆ] quæ tum aderant. Suprà enim & Timoli, & Pactolides nymphas eius texta & artem ſpectatum aduenire ſolitas narrauit.

45. MYGDONIDESQ. NVRVS] Cùm Hypæpę vrbs ſit Lydiæ, vbi habitabat Arachne, & hęc ibidẽ geſta fingantur, cur nominat Mygdonidas nurus, cùm Mygdonia ſit pars Macedoniæ, aut Phrygiæ? an, vt ſæpè aliâs, à vicino loco traxit epitheton? haud credo, & ſuſpicor ſcribendum *Mæoniaq; nurus:* nam Lydiam dictam quoque Mæoniam, in confeſſo eſt.

SOLA EST INTERRITA VIRGO] venerationis ac reuerẽtiæ ſignificationem nullã dedit Arachne.

46. SVXITVSQ. INVITA NOTAVIT ORA RVB.] Dixerat antea ſatis, *Erubuit:* ſed luxuriat pro ſolito more ſuo. Ineſt tamen in vocibus iſtis *ora inuita* myſterium, & quærendum, quamobrem, ſi naturalis eſt iſte rubor, & prohiberi non poteſt, cur nõ eueniat omnibus nobis, in quibus eadem natura eſt? Sunt enim quidam, qui non erubeſcunt: vt qui verecundię fines tranſierunt. An hoc ideo, quia iſti omnem honeſtatis ſenſum, turpitudinis horrorem amiſerunt? etenim, vt traditum eſt à Macrobio, Saturnal. 2. c. 11 *Natura cùm quid ei occurrit honeſto pudore dignũ, imum petendo penetrat ſanguinem: quo commoto atq; diffuſo, cutis tingitur, & inde naſcitur rubor. Dicunt etiam Phyſici, quòd natura pudore tacta ita ſanguinem ante ſe, ro velamento tendat, vt videmus quemque erubeſcentem manum ſibi ante faciem freq uẽter opponere. Nec dubitare de [illegible] poterit, cum nihil ſit aliud rubor, niſi color ſanguinis.* Hactenus ille. Percuſſa igitur Arachne veriſſima ipſius deę pręſentia, vel inuita ſignum dedit incõ[illegible]ultiſſimæ audaciæ ſuæ rubore perfuſa quamuis no[illegible]ns.

47. VT SOLET AER PVRPVR. FIERI &c.] Ruborem Arachnes confert cum colore illo, quem ſurgente aurora roſeum in nubibus conſpicimus, qui ſole aſcendente in altum mutatus euaneſcit. Non tamen id tam breui tempore fit, quàm in vultu Arachnes fiebat. Aër nõ coloratur, & qui in nubibus apparent colores, non ſunt veri colores, vt nec in iride. Sed de his in Meteoris Phyſiologi.

49. CANDESCIT SOLIS ABORTV] candeſcit aër cùm à ſolis radijs illuminatur. Tum enim cælum albeſcere, & lux candida dicitur. Calamo exarati libri habent *ſolis ab ictu*. Nam & Lucret. radios illos ſolares *lucida tela diei*, & Prudent *ſpicula* nominauit.

5[illegible]. PERSTAT IN INCEPTO] de pertinacia nihil remittit, contendere cum ea texendi artificio fixum ac decretum habet.

STOLIDÆQ. CVPID. P. IN SVA FAT. RVIT] Adeò hæc victoria, quã ſibi de Pallade promittit, eius animum delectat, vt cæco impetu in pernicię̃ ſuam feratur, quo nihil ſtolidius. Cic. pro M. Marcello: *Vt ſine vlla ſpe ad interitum ruerem voluntarium.* Et 5. de Finib. *Quidam in mala ſcientes ruunt.*

51. NEQ. ENIM IVVENATA RECVSAT, &c.] Demittit ſe Pallas, & cum diſcipula, quam contemnere iure poterat, ſine mora concertat.

Antequam doceat Poëta, quid fabularum, aut hiſtoriarum vtraq; telæ ſuæ intexuerit, morem laboremque textricum quaſi ſub aſpectum ponit, deq; vmbris & coloribus nonnihil attingit. Minerua deformauit litem ſuam ſuper Athenarũ appellatione cũ Neptuno, XII. dijs iudicibus. Per quatuor angulos tranſmutationes mulierum, quæ ſe Iunoni forma aut æquarint, aut prætulerint: in ora telæ oliuas, genus arboris ſibi charum attexuit.

III. 53. *HAVD mora: conſiſtunt diuerſis partibus ambæ,*
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
55. *Tela iugo iuncta eſt, ſtamen ſecernit arundo:*
Inſeritur medium radijs ſubtemen acutis:
Quod digiti expediunt; atque inter ſtamina ductum
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.

Vtraque feſtinat,cinctæque adpectora veſtes,
Brachia docta mouent, ſtudio fallente laborem.
Illic & Tyrium quæ purpura ſenſit ahenum
Texitur,& tenues parui diſcriminis vmbræ,
Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum:
In quo diuerſi niteant cùm mille colores,
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.
Vſque adeò quod tangit idem eſt,tamen vltima diſtant.
Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia Pallas ſcopulum Mauortis in arce
Pingit,& antiquam de terræ nomine litem:
Bis ſex cæleſtes medio Ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent ſua quemque deorum
Inſcribit facies:Iouis eſt regalis imago.
Stare deum pelagi,longóque ferire tridente
Aſpera ſaxa facit:medióque è vulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum,quo pignore vindicet vrbem.
At ſibi dat clypeum,dat acutæ cuſpidis haſtam,
Dat galeam capiti:defenditur ægide pectus:
Percuſſámque ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ:
Mirarique deos:operis victoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis,
Quod pretium ſperet prò tam furialibus auſis,
Quattuor in partes certamina quattuor addit,
Clara colore ſuo, breuibus diſtincta ſigillis.
Threiciam Rhodopen habet angulus vnus,& Æmum,
Nunc gelidos montes,mortalia corpora quondam,
Nomina ſummorum ſibi qui tribuêre deorum.
Altera Pygmææ fatum miſerabile matris
Pars habet.hanc Iuno iuſſit certamine victam
Eſſe grauem,populiſque ſuis indicere bellum.
Pinxit & Antigonen auſam contendere quondam
Cum magni conſorte Iouis,quam regia Iuno
In volucrem vertit:nec profuit Ilion illi,
Laomedónue pater:ſumptis quin candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
Qui ſupereſt ſolus Cynaran habet angulus orbum:
Iſque gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens,ſaxóque iacens lacrymare videtur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus eſt,operiſque ſua facit arbore finem.

54. ET GRACILI GEMIN. INTEND. STAM TEL.] Vtraque ſeparatim de ſubtili ſtamine, ſeu filo texere orditur telam ſuam.

55. TELA IVGO IVNCTA EST] Iugum eſt tranſuerſarium illud lignum, ſeu pertica, cui tela, quæ texitur, alligatur, ſeu vnde pendet. Tela iugalis apud Catonẽ c. 10. eſt iugo impoſita, in quo texatur, ad diſcrimen aliarũ telarum, quę pinguntur acu, texũtur

tur radio, pectine, aut alio genere, ſine iugo tamen.

STAMEN SECERNIT ARVNDO] arundinem hic nominat, quos mox radios, der waſel/oder weyſen/ illo enim ſtamina percurruntur.

56. SVBTEMEN] der eintrag. Virgil. 3. Æneid. *Fert picturatas auri ſubtemine veſtes.*

58. PERCVSSO FERIVNT INSERT. P. DENT.] ſubtemen illud inductum feriunt dentes inſecti, ſeu inſerti pectini, ipſo pectine percuſſo, vt textum denſetur, filis arctiùs coëuntibus.

59. VTRAQ. FESTINAT] cæteris paribus laudatur in quocunque opere ac labore celeritas.

CINCTÆQ. AD PECT. VEST. BRACH. D. MOVENT] quàm bellè? nodo ſinus collectæ fluentes, vt eſt de Venere in ſylua 1. Æneid. Subductas veſtes aliquantum, cinctu ad pectus cohibebant, ne defluerent, vt lotrices videre eſt *Brachia docta*, pro ipſę doctæ; hypallage. Tropus Poëtis familiariſſimus.

60. STVDIO FALLENTE LABOREM] Præ ſtudio bene texendi, & victorię conſequendæ, laborē non ſentiebant. Hoc ſæpiùs contingit in re aliqua cum voluptate occupatis; nempe, vt ſe tantùm laborare non aduertāt, & temporis longè minus abijſſe reātur. Nicias pictor quærebat à famulis, an prādiſſet.

61. TYRIVM QVÆ PVR. SENSIT AHEN.] Non texebatur velum, ſeu pannus purpureus, qualis Tyri in Phœnicia texitur optimus; ſed fiebat textrinum opus è filis deductis de lana purpurea, ſeu, cui incoctus erat color purpureus.

62. ET TENVES PARVI DISCRIMINIS VMBRÆ] Non minimùm etiam in vmbris occupātur pictores, quos in Academ. ait Cicero multa in vmbris, & eminentia videre, quæ nos non videmus. Per vmbras fit, vt quod pictum eſt, extare magis videatur, quæ viſum colligunt. *Parui diſcriminis*, quæ parua quædam diſcrimina in coloribus efficiunt, vt eorum fines, termini, limites vix diſcerni queant.

63. QVALIS AB IMBRE SOLET, &c.] Inducta Iridis collatione docet, quid vmbræ cōferant in picturis. Quemadmodum poſt pluuiam ex repercuſſione radiorum ſolis in roridam nubem ſe fundentium, ſolet arcus per cælum ingens & multicolor exiſtere, in quo contemplādo fallitur aſpectus noſter, dum colorum illorum, vt putantur, tranſitum, ab vno ſcilicet in alium videmur internoſcere; nullo enim medio alios excipiunt. Et diſtare iudicat vltima, ſeu extrema colorum illorum, quæ non diſtant; vſq; adeò quod tangit idem eſt cum eo quod tangitur. Sic vmbræ faciunt, vt quod non diſtat, diſtare tamen exiſtimes.

65. IN QVO DIVERSI NIT. CVM MILLE COLOR.] Lib. . *Nuntia Iunonis varios induta colores.* Et 4. Æneid. Maro:

Ergo Iris croceis per cælum roſcida pennis,
Mille trahens varios aduerſo ſole colores.

68. LENTVM AVRVM] tractabile, flexibile, & in fila coactū immittitur & intexitur ſtamini. De purpura antea dixit. Ex ſtamine igitur gracili & ſubtili, ſerico nimirum, ex auro & purpura telæ iſtæ texebantur. Nunc quod argumentum Minerua habuerit, auſcultemus.

70. CECROP. PALLAS SCOPVL. MAVORT. &c.] Sigillatim enumerat, quarum rerum figuras & ſimulacra vtraque depinxerit in velo ſuo. Minerua quidem actionem ſuam aduerſus Neptunum, propter nomen Athenis imponendum. *Cecropia*, qua-

A ſi dicat Attica, ſeu Athenienſis, à Cecrope, à quo & ipſa vrbs Cecropia Catullo.

SCOPVL. MAVORT. IN ARCE PINGIT] Primū omnium pingit locū, in quo exercitum fuit iudicium. Is erat Areopagus, Martis collis (non Martis pagus, vt quidam inſcitè exponunt) ita indigitatur, quòd ibidem Mars cauſſam dixit apud XII. deos arbitros, de cæde Halirrhotij, accuſante Neptuno patre. Pinxit ſcopulum cum arce Martis.

71. ET ANTIQ. DE TERRÆ NOM. LIT.] Quòd vterque de vrbe, & humano genere bene meritus eſſet, ambo ſibi honorē hunc deberi arbitrabantur, vt ab ſe vrbs appellationem ſortiretur. Vicit omnium iudicum ſuffragijs Minerua ἀθήνη. Fabulę totius allegoriā putant eſſe hanc eruditiores; Athenas non tā

B imperij & opū magnitudine, mari per claſſes nādo quæſita, quàm pacis & togæ artibus clariorē euaſiſſe: & in hac cauſſa ideo deos iudicaſſe dici, vt qui ſummā gloriā in ſumma potentia conſtituūt, intelligāt vel diuino calculo bonas leges, mores, & quas diximus bonas artes, maius ciuitatum decus videri.

72. BIS SEX CÆLEST. SEDENT] Quæritur qui ſint iſti XII. maiorū gentium fuiſſe ponendum eſt. Non alios inuenio, quàm quos Ennius duobus hexametris complexus eſt, ſex mares, totidem fæminas:

Iuno, Veſta Minerua, Cereſq;, Diana, Venus; Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Ex his duo ſtabant, litigatores videlicet, reliqui ſedibus altè extructis, vt iudices, conſidebant, auguſta cum grauitate. Neceſſe eſt igitur decem tantùm iudicaſſe: nec enim Neptunus, & Minerua ſenten-

C tiam ferre in ſuā ipſorum cauſſa poterant. Sed nominātur XII. more ſcriptoribus vſitato in numeris, vt plus minúſve dicant, quo dicant cōmodiùs. Neptunus quoq; non propriè cæleſtis, nec Vulcanus.

MEDIO IOVE] Sedentibus decem, & duobus ſtantibus à dextris & ſiniſtris, poterat Iupiter ſedere medius propemodum.

73. SVA QVEMQ. DEOR. INSCRIB. FACIES] vnuſquiſque ſuam formam & habitum gerebat, vnde agnoſci poterat.

74. IOVIS EST REGAL. IMAGO] Ex facie, & conformatione totius corporis, ex ſceptro fortaſſe etiam & corona agnoſcebatur Iupiter.

75. STARE DEVM PELAGI, &c.] in alia parte picta hæc intellige; nec enim totum vno in ſpatio quibat pingere. *Rector pelagi*, l. 1. alibi *deus æquoris*.

D LONGOQ. FERIRE TRID. ASPER. &c.] Sceptrum eius eſt tridēs. Cùm, lata à dijs conditione, vt is vrbē nominaret, qui hominibus munus vtilius produxiſſet, Neptunus equum, Minerua oliuam produceret; lis ſecundùm hanc data eſt. Fabulæ originem refert Plutarch. in Themiſtocle, nempe hanc. Cùm Athenienſium primores ſtuderēt ciues à mari retrahere, vt aſſueſcerēt viuere vel non nauigantes; ſed regionem arboribus ornātes, ſermonem illum vulgarunt, quòd Neptuno de regione contendente, Pallas iudicibus oliuam obtulerit, ac vicerit.

77. EXSILVISSE FERVM] *Ferum* pro equo poſuit & Virg. 2. Æneid. quāquā ibi de ligneo equo ſermo eſt.

Sic fatus, validis ingentem viribus haſtam
In latus, inq; feri curuam compagibus aluum
Contorſit.

Dicitur & de alijs brutis, vt ibidem in Symb. noſtris oſtendimus. Sunt qui pro *ferum fretum* legant, vt Ouid. videatur indicare voluiſſe quandam aquarum

ſcatu-

ſcaturiginé ſeo lacum ſalſum, quem percoſſa hoc ſuo in arce Neptunus eduxerit. In his eſt Baptiſta Egnatius, multa ſuper eo diſputans Racemat. cap. 8. ſed altera lectio plures auctores habet, quam & Virgil. confirmat 1. Georg.

——— Tuq; ô, cui prima frementem
Fudit equum tellus magno percuſſa tridenti,
Neptune.

Quem locum idem Egnatius aliò detorquet.

78. AT SIBI DAT CLYPEVM, &c.] Præter tridentem, & equum Neptuno nihil appinxit: at ſibi clypeum, haſtam, galeam, ægidem, oliuam; ita quidem hanc, vt ad haſtæ ictum videatur è terra prodijſſe.

80. SIMVLAT TERRAM EDERE] Signatè, *ſimulat.* Pictura etenim, ſiue acu, ſiue penicillo fiat, quid eſt niſi ſimulatio, vel potiùs aſſimulatio? Horat. ad Piſoo. de pictore imperito, excepto quòd cupreſſum bene norat pingere; *Et fortaſſe cupreſſum ſcis ſimulare.* Ad ſtructuras, & loci faciē retulit Maro 8. Æneid.

Procedo, & paruam Troiam, ſimulataq; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnoſco, Scæaq; amplector limina portæ.

82. MIRARIQ. DEOS] Spectatores quoque, & admiratores laboris ſui deos appinxit.

OPERIS VICTORIA FINIS] Opus clauſit oliua, quæ illi victoriam de Neptuno dedit.

83. VT TAM. EXEMPL. INTELLIG. ÆMVL. &c.] Vt Arachne diſceret, quod confidentiæ ſuæ præmium exſpectare deberet, quæ ſe numini comparare, atq; adeò præferre in arte ſua non dubitaſſet, quatuor telæ angulos quatuor exemplis cælauit: ſed pictura modica, maior enim totum opus deformaſſet. Cognoſcamus exempla iſta quæ fuerint.

87. THREICIAM RHODOPEN HAB. ANG. VN. &c.] Æmus Thraciæ rex Rhodopen Strymonis fluuij filiam duxerat. Hi cùm inter ſe amarēt vt qui vehementiſſimè, Æmus vxorem Iunonem, illa virum Iouem, quadam inepta affectatione appellabat. Quare in montes ὁμωνύμους mutati ſunt.

89. NOMINA SVMMOR. S. QVI TRIB. DEOR.] Sūmi dij, vterque ſui ſexus, ſunt Iupiter, & Iuno. His nominibus inter ſe auſi ſunt appellare duo coniuges. Solebant tamen eadem blandimēto quodam ſibi tribuere cōiuges. Stalino ſenex in Caſina Cleoſtratę vxori iratæ, ac mœſtæ: *Eia mea Iuno, nō decet te eſſe tam triſtē tuo Ioui.* Et infrà: *Quia iuſſit hoc Iuno mea.*

90. ALTERA PYGMÆÆ F. MISERAB. MAT. &c.] Quid alter angulus habuerit. Fabulam explanat Ianus Parrhaſius De rebus per ep. quæſit. ep. 40. his verbis. Mariona fuit è Pygmæorū genere, nomine Gerana, adeò præſtāti forma, vt à ſuis popularibus pro numine coleretur. Ex quo tantopere ſibi placuit, vt cæleſtium deorum cultū negligeret, inprimiſq; Dianæ & Iunonis. Igitur irata dea, in turpem gruis ſpeciem eam cōuertit, hoſtemq; & infenſam Pygmæis eſſe iuſſit, à quibus diuinos honores eſſet cōſecuta. Addit Ælian. de Animal. l. 15. c. 29. apud Pygmæos, deficiente virili regum ſtirpe, principa-

A tum ad Geranam deuolutum, quæ non modò Dianam Iunonemque præcipuè contempſerit; ſed & Mineruam atque Venerem. Cumque abijſſet in gruem, cōtinenter in Pygmæos exercuiſſe bellum, quod decretis ſibi diuinis honoribus, perniciem maturaſſent.

93. PINXIT ET ANTIGONEN, AVSAM, &c.] Pictura anguli tertij, Antigone obſpiceram Iunonis formam (quę culpa & Pygmęæ fuit) in ciconiam transformata.

94. CVM M. CONSORTE IOVIS] Nota, ſine adiectione thalami, aut tori, *conſors.* pro vxore. l. 11. *Qua dum Lucifero genitus miracula narrat De conſorte ſuo*, id eſt, Ceyx de Dædalione fratre ſuo.

95. NEC PROFVIT ILION ILLI, LAOMED.] nec patriæ claritudo, nec patris amplitudo (fuit enim rex Ilij Laomedon, Priami parens) Antigonem à pœna hac vindicare potuit.

B 97. CREPITANTE CICON. ROSTRO] In carmine quod titulū præfert: *De Philomela*, & eſt de vocibus animantium, *Glotorat immenſo de turre ciconia roſtro.* Plin. l. 10. c. 22. *Honor ijs (ciconijs) ſerpētium exitio tantus, vt in Theſſalia capitale fuerit occidiſſe: eadē legibus pœna qua in homicidam.* Candidam autem nuncupat & Maro 2. Georg. Piū D. Ambroſ. alit enim parentes iā vetulos, eoſq; iā tergo [illegible]ns matris fideliter portat.

98. QVI SVPER. SOL. CYNARAN, &c.] Qui reſtabat angulus quartus, continebat Cynaran, cum lacrymis, vt apparebat, cum vultu lacrymoſo amplexantem gradus tēpli, in quos filias eius, pulchritudine ſe illi præponentes Iuno transformarat. Obſcena quatuor exemplis (nam & primū huc pertinuerit, vt Rhodope ſe Iunonem ob excellentem quoq; formā nominari à marito permiſerit) deam maximam, & reginam diuûm, quā de forma, contemptam & vindicatam induci: ſuum enim quod

C induceret Minerua nō habuit. Quanquam autem cōtemptio, qua illam proſequitur Arachne, eſt diſſimilis; eſt enim non formæ, ſed artis; tamen inſultatricem ſuam hiſce paradigmatis à ſimili terrendam duxit, monendamque, ſe quoq; vt deam magnam non eſſe à mortali vilipendendam.

101. CIRCVIT EXTREM. LEIS PACAL. ORAS] Verſu abhinc 20. dicebat *operis victoria finis.* Quibus verbis arbitror idem voluiſſe, quod nunc pluribus, & explicatiùs dicit: nimirum, limbum telæ oleas habuiſſe intextas per circuitum. *Pacales* nominat, quia pacis inſigne ramus oleaginus. Mihi tam certum eſt, quàm quod certiſſimum, Claudianum prę oculis habuiſſe texturam hanc, cùm l. 1. de Raptu Proſerpinam ſimiliter varias rerum figuras in veſti intexentem fecit, aſpexiſſe inquā hūc ceu ad παράδειγμα, & cum Ouidio aut paria, aut maiora facere conatum. Addit cantum, pro cunſuetudine textricum. Materia non propria, nec ignobilis, quatuor elementa, quinq; zonæ, infernæ ſedes, ſeu Ditis regia. Coloribus proprijs omnia diſtinguit: *Ipſa domum tenero mulcens Proſerpina cantu, &c.*

Tela Arachnæa taurum, Europam per mare portantem cōtinuit, eo artificio, vt viuos crederes. Itē Iouis, Neptuni, Phœbi in beſtias quoque mutatorum fœdiſſima adulteria: quæ ſatiùs eſt prætermittere, cùm Minerua nihil niſi honeſtum pinxerit.

rit. Limbus flores, & ederam imitabatur. Radio percuſſa ad laqueum adigitur, & araneam induit.

IV. 103. *MÆonis eluſam deſignat imagine tauri*
Europam: verum taurum, freta vera putares.
105. *Ipſa videbatur terras ſpectare relictas,*
Et comites clamare ſuas, tactúmque vereri
Aſſilientis aquæ, timidáſque recond reducere plantas, &c.
127. *Vltima pars telæ tenui circundata limbo*
Nexilibus flores ederis habet intertextos.
Non illud Pallas, non illud carpere liuor
130. *Poſſit opus. doluit ſucceſſu flaua virago:*
Et rupit pictas, cæleſtia crimina, veſtes.
Vtque Cytoriaco radium de monte tenebat,
Ter quater Idmoniæ frontem percuſſit Arachnes.
Non tulit infelix; laqueóque animoſa ligauit
135. *Guttura. pendentem Pallas miſerata leuauit:*
Atque ita, Viue quidem, pende tamen, improba, dixit,
Lexque eadem pœnæ, ne ſis ſecura futuri,
Dicta tuo generi, ſeriſque nepotibus eſto.
Poſtea diſcedens ſuccis Hecateidos herbæ
140. *Sparſit, & extemplò triſti medicamine tactæ*
Defluxere comæ: cum queis & naris, & aures:
Fitque caput minimum: toto quoque corpore parua eſt.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent.
Cætera venter habet, de quo tamen illa remittit
145. *Stamen: & antiquas exercet aranea telas.*

103. MÆONIS ELVS. DESIGN. IMAG. TAVRI] Picturę Arachnes merę nugę, metamorphoſes deorum ad ſtupra obeunda: his quippe miraculis diuinitatem ſuam oſtentantes à poëtis introducuntur.

104. VERVM TAVRVM, FRETA VERA PVTARES] Quid niſi imitatores veritatis ſunt pictores? Eo igitur probatiores, quo veris ſimiliora quæ pingunt: vt equus Apellis, ni fallor, cui prætereuntes adhinniebant veri equi. Et manus in pictura Alexandri, fulmen tenentis, quã extra tabulã eminere iuraſſes.

105. IPSA VIDEB. TERRAS SPECT. RELICT. &c.] Lib. 2. *Litiuſq; ablata relictum reſpicit.* Fabula Europæ terminat librum ſecundum, cuius poſtremi verſus his tribus quaſi ex altera parte reſpondent. Vtrobique litus Europa, terráſve relictas reſpicit; quod pauoris, & inuitę mentis fuit indicium. Ibi vna manu cornu bouis tenet, alteram dorſo imponit; hîc ſocias pro auxilio inclamat. Ibi veſtis vento ſinuatæ meminit: hîc tactum aquæ metuentem pedes attraxiſſe dicit. Omnia veritati rerum congruentiſſimè, & ὑποτύπωσις in eadem narratione geminata, eaque feſtiuiſſima.

127. VLTIMA PARS TEL. TENVI, &c.] De limbo quem addidit velo ſuo Minerua, iã accepimus: Arachnes limbus ederas, floribus admiſtus præferebat.

128. NEXILIB. EDERIS] *Sequaces* Perſio, in prologo ſatyrarum: *Quorum imagines lambunt ederæ ſequaces.* Horatio *laſciuæ*, & *ambitioſa*, ode 36 libr. 1. A qui enim honores petebant, ambibãt, ſeu circumibant, prenſabãt eos, quorum ſuffragia poſcebãt. Cum ergo ederæ ſic ambiant & comprehendant & amplectantur res, quibus adhærent, tralatè eas *ambitioſas* nominauit. Lætitiæ conuiuialis index edera, qua ſe coronatum, & ebrium iacere, Crœſo parem exclamat Anacreon. Etiam militaris lętitię, & victoriæ. Auctor Plutarch. in Paulo Æmilio, vt notauit Carolus Paſchalius, Romanos Perſe Macedonum rege ſuperato reuertentes, corona luce fulgentia, ederæque & lauri ſertis ornata inueniſſe.

129. NON ILLVD PALL.] Totus labor Arachnes adeò ſcitus & elegans fuit, vt eum in nullam partem vel ipſa aduerſaria poſſet reprehendere.

NON ILLVD CARPERE LIVOR] De forma Adonidis l. 10. *Laudaret faciẽ liuor quoque.* Lege adagium, *Momo ſatisfacere.* Liuor pro inuidia, quoniam inuidentium color eſt liuori ſimilis. Liuor autẽ is, quem B flagella & percuſſiones duriores in cute relinquũt.

130. DOLVIT SVCCESSV FLAVA VIRAGO] Non dicit Poëta doluiſſe, quia ſuperatã ſe cerneret; ſed tam ἀμιμήτως texuiſſe, & tam fœliciter, id Palladi erat cordolium. Superiore libro bello metuendam viraginem nuncupauit, accommodatè negotio, quod tractabat. Hîc potiùs ad explendum verſum *flauam*, vt Homerus ſuum Achillem πόδας ὠκὺν, *pedes celerem* toties, & ξανθὸν Μενέλαον, *flauum*. Cur flaua, vide Comment. noſtrum in eleg. 9. l. 1. Triſt. ubi: *Eſt mihi, ſitq; precor, flauæ tutela Mineruæ.*

ræ. Ergo inuidit Pallas Arachnæ, hoc enim eſt ſucceſſu dolere. En, dij humanis turpificati vitiis.

131. ET RVPIT PICT. CÆL. CRIM. VESTES] O effrænatum animum, & facinus indignum tali præſertim dea! Telam concertatricis, cæleſtia crimina, hoc eſt, cæleſtium crimina, deorum flagitia & adulteria continentem, furibunda dilacerat.

132. CYTORIACO DE MONTE] *Cytorus* mons in Paphlagonia, vbi copia ingens buxi. Inde buxifer Catullo. Virgil. 2. Aeneid. *Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum.* E buxo radius Mineruæ, quē aliquoties fronti Arachnes illiſit.

133. TERQVATER] Quis tam hoſpes in literis, vt hoc loquendi genere bonum numerum exprimi neſciat? De eo Franciſcus Floridus Subſeciuar. Lect. li. 3. c. 2. exempla producit pæne ſexcenta.

IDMONIAE] Idmon pater eius. Poſſeſſiuum pro patronymico, vt ſæpe aliàs item in multis locis.

134. NON TVLIT INFÆLIX] non tulit dolorē & iram ex tanta iniuria conceptā. Tam indignè tulit hæc verbera, vt ſupereſſe huic ignominiæ noluerit.

LAQVEOQ. ANIMOSA LIGAVIT GVTTVRA] Suſpendio vitam ſibi ademit. Libro ſequenti *Pars animam laqueo claudunt.* Lib. 10. *Dixit, & aptabat pallenti vincula collo* 1. Remed.

Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
A trabe ſublimi triſte pependit onus?

Et 1. de Ponto eleg. 7. *Multos laqueo ſua colla ligantes.* Horatius carm. ſæcular *Fruſtráque vincla gutturi nectes tuo.* Virg. 12. Aeneid. *Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.* Notandum potiùs quod ait, *animoſa.* Vitam enim proiicere, immò ſibimet eripere timidi ac φιλόζωοι nunquam audebunt.

135. PENDENT. PALLAS MISERATA LEVAVIT] antequam præfocaretur omnino.

136. PENDE TAMEN IMPROBA] ſicut quotidie in medio texti ſui eam pendere intuemur. libro 4. *Non ſummo quæ pendet aranea tigno.*

A 137. LEXQ. EADEM POENAE] Damnat eadem pœna totam poſteritatem. Et Deus, & iura ciuilia grauiora delicta in tertiam & quartam generationem vlciſcuntur, quod neminem fugit.

139. SVCCIS HECATAID. HERBAE SPARSIT] hæc iam ad Metamorphoſin ſpectant. Aconitum, herbam venenoſam, ab Hecate Medeæ matre, aut alioqui venefica & ſanguinaria fæmina primùm repertam ſentiunt intelligendum.

140. TRISTI MEDICAMINE] Medicamen τῶν μέσων eſt, & in vtramque partem, bonam & malam valet, vt præmium, dolus, gratia, &c. de quibus alibi ſæpiùs.

145. ET ANTIQ. EXERCET ARANEA TELAS]
B 4. Georg. *Aut inuiſa Mineruæ In foribus laxos ſuſpendit aranea casses.* Vt quondam princeps generis totius, & primæua mater, omnes araneæ ſuas telas adhuc texunt. *Araneum* quod textū eſt: *aranea* quæ texit. Cornel. Fronto, Etiam *araneus*, & *araneolus*, & texta ipſa *aranea* quoque. Virgil. principio Culicis:

Luſimus, Octaui, gracili modulante Thalia,
Atq; vt araneoli tenuem formauimus orſum.

1. Amor. eleg. 14.

Vel pede quod gracili deducit aranea filum,
Cùm leue deſerta ſub trabe nectit opus.

Catull. *nam tui Catulli Plenus ſacculus eſt aranearum.*
C *Operas aranearum columnis deiicere*, Plaut. Aſinar. Et Gelaſimus paraſitus in Sticho:

Munditias volo fieri, afferte huc ſcopas, ſimulq; arundinē,
Vt operam omnem aranearū perdam, & texturā improbā,
Deiiciamq; earum omnes telas.

In Aſceticis ſuis à me de Græco in Latinum verſis, & cum orationibus Simeonis Iunioris Theologi coniunctis, cap. 22. araneam diſertè & doctè laudat Ioannes Carpathiorum Epiſcopus, pag. 367. *Telas araneorum* Gregorius quoque Theologus, orat. 2. de Theologia ex admirabilitate artificii erudita facundia ſua eximiè celebrauit.

Niobe Thebarum regina beatiſsima, nulláque re ſibi tantum plaudens, quantum numeroſa ſobole, (puta VII. maribus, & puellis totidem) Thebanis fæminis Latonam cum Apolline & Diana eius liberis venerantibus, inſolentiſſimè de bonis ſuis gloriatur, deos illos omnino flocci faciens, Thebanoſque ab eorum ſacris abducens.

LYDIA tota fremit, Phrygiæque per oppida facti V.
Rumor it, & magnum ſermonibus occupat orbem.
Ante ſuos Niobe thalamos cognouerat illam,
Tum cùm Mæoniam virgo, Sipylúmque colebat.
Nec tamen admonita eſt pœna popularis Arachnes
Cedere cælitibus, verbiſque minoribus vti.
Multa dabant animos: ſed enim nec coniugis artes,
Nec genus amborum, magnique potentia regni
Sic placuere illi (quamuis ea cuncta placerent)
Vt ſua progenies: ET FÆLICISSIMA MATRVM
DICTA FORET NIOBE, SI NON SIBI VISA FVISSET.

Nam ſata Tireſia, venturi præſcia Manto
Per medias fuerat, diuino concita motu,
Vaticinata vias: Iſmenides ite frequentes,
Et date Latonæ, Latonigeniſque duobus
Cum prece tura pia, lauroque innectite crinem.
Ore meo Latona iubet. paretur, & omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant.
Thuráque dant ſanctis, & verba precantia flammis.
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba,
Veſtibus intexto Phrygijs ſpectabilis auro,
Et, QVANTVM IRA SINIT, FORMOSA, *mouenſque decoro*
Cum capite immiſſos humerum per vtrumque capillos,
Conſtitit: vtque oculos circuntulit alta ſuperbos:
Quis furor, auditos, inquit, præponere viſis
Cæleſtes? aut cur colitur Latona per aras.
Numen adhuc ſine thure meum eſt? mihi Tantalus auctor:
Cui licuit ſoli ſuperorum tangere menſas.
Pleiadum ſoror eſt genitrix mea: maximus Atlas
Eſt auus, æthereum qui fert ceruicibus axem.
Iuppiter alter auus; ſocero quoque glorior illo.
Me gentes metuunt Phrygiæ: me regia Cadmi
Sub domina eſt: fidibúſque mei commiſſa mariti,
Mœnia cum populis à méque viróque reguntur.
In quamcunque domus aduerti lumina partem
Immenſæ ſpectantur opes. accedit eódem
Digna deâ facies, huc natas adijce ſeptem,
Et totidem iuuenes, & mox generóſque, nurúſque.
Quærite nunc, habeat quam noſtra ſuperbia cauſſam.
Quóque modo audetis genitam Titonida Cæo
Latonam præferre mihi? cui maxima quondam
Exiguam ſedem parituræ terra negauit?
Nec cælo, nec humo, nec aquis dea veſtra recepta eſt.
Exul erat mundo, donec miſerata vagantem,
Hoſpita tu terris erras, ego, dixit, in vndis,
Inſtabilemq; locum Delos dedit. Illa duorum
Facta parens, vteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.
Sum fælix. quis enim neget hoc? fælixque manebo.
Hoc quoque quis dubitet? TVTAM ME COPIA FECIT.
MAIOR SVM, QVAM CVI POSSIT FORTVNA NOCERE:
Multáque vt eripiat, multò mihi plura relinquet.
Exceſſere metum mea iam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum:
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum.
Ite ſatis properè ſacris; laurúmque capillis
Ponite. deponunt, & ſacra infecta relinquunt:
Quodque licet, tacito venerantur murmure numen
Latonæ.

146. LYDIA TOTA FREMIT] ob miſerabilem, A & indignum tantæ artificis interitum. Seu viri, ſeu fœminæ artibus præſtantes, totis prouinciis laudi & honeſtamento ſunt. Quare & à tutis prouinciis amiſſi deplorantur.

PHRYGIÆ PER OPPIDA] per vicinam regionem.

147. RVMOR IT] 4. Æneid. *Extemplò Libyæ magnas it fama per vrbes.* Et 7. *Diditur hic ſubitò Troiana per agmina rumor.*

ET MAGN. SERMONIS OCCVPAT ORB.] magnam partem orbis. De parte etiam dici orbem non ignorant eruditiores. Inde vltimus orbis, nouus orbis, peregrinus orbis, &c. 3. Æneid. *Hic incredibilis rerum fama occupat aures.*

148. ANTE SVOS NIOBE THAL. &c.] Antequam nuberet Amphioni Thebarum regi, cùm in Lydia B verſaretur, & in Phrygia, vbi vrbs Sipylus, quas prouincias Tantalus pater eius tegebat, de facie Arachnem cognouerat, & cum ea in ſermonem venerat, vt eſt credibile.

150. NEC TAMEN ADMON. E. POENA, &c.] Animaduerte, quàm commodè & ingenioſè ab Arachne ad Nioben deſcendat. Ex alienis incommodis oportet diſcere nobis quod ex vſu ſiet. Tritiſſimus eſt verſiculus, *Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum.* Nihil iam dirum ſupplicium Lydiæ virginis ad animi modeſtiam Niobæ profuit. Piis obtrectare, & ſe illis anteferre pertendit.

151. VERBISQ. MINORIB. VTI] Magnis verbis vtuntur, qui magna loquuntur. *Magna loqui,* vt alibi docuimus, eſt ſuperbè & confidenter loqui, ſeſe C iactare, ſupra alios efferre. Vitium μεγαλληγορία, quam vocem Cic. 4. Tuſcul. videtur reddidiſſe, *ſuperbiloquentia.*

152. MVLTA DABANT ANIMOS] Quæ ipſi ſpiritus facerent multa erant; quædam Poëta in medium profert.

NEC CONIVGIS ARTES] Vrbs ipſa Thebana, ampliſſima & pulcherrima. Ea codice veteri Berſmânus reponit *artes*, pro *arces*. quod amplectimur. Haud enim nihil erat eſſe tam nobilem Muſicum, cuius paulo pòſt iterum meminit Niobe, *fidibuſq; mei commiſſa mariti Mœnia.*

153. NEC GENVS AMBORVM] Vterque generis ſui auctorem Iouem nominare habebat. Amphion eius ex Antiopa filius, Niobe neptis: nam & Tantalus eius pater de Ioue genitus. D

MAGN. Q. POTENT. REGNI] Vt pluribus oppidis imperaſſe credendus ſit.

155. VT SVA PROGEN.] Ex omnibus felicitatibus ſuis nulla ſic gaudebat, ſic ſe circumſpiciebat, vt tam numeroſa, & belliſſima ac dulciſſima prole. Mirâda στοργή. Occurrit memoriæ *Cornelia* Gracchorum mater, quæ liberos ſuos 14. adeò dilexit, iiſque tantopere delectata eſt, vt oblatum regis Cypri connubium repudiarit, in vno filiorum amore ponens omnes delicias ſuas.

156. SI NON SIBI VISA FVISSET] Conſultus Tireſias vates de Narciſſo, diúne victurus eſſet, reſpondit, *ſi ſe non nouerit.* Quomodo autem ſe nouerit, & ex ea notitia ſui inſanierit, ac proinde diſperierit, copioſè eodem lib. 3. explicatum eſt. Pariter Niobe, quia plus æquo ſibi viſa eſt fœlix, euaſit infœliciſſima.

157. NAM SATA TIRES. VENTVRI, &c.] Virgilio *fatidica* lib. 10. Hunc, & deinceps ſequentes quinque verſus ſibi ſumpſit æmulandos fidiſſimus & diligentiſſimus Ouidii noſtri lector & imitator Seneca, Choro 2. in Agamemnone, vbi huius ipſius inuitationis, ad Apollinem & Dianam celebrandos, mentionem infert:

—Tu quoque noſtros
Thebana manus comitare choros,
Quæq; Eraſini gelidos fontes,
Quæq; Eurotam, quæq; virenti
Tacitum ripa bibis Iſmenon.
Quem fatorum preſcia Manto
Sata Tireſia, Latonigenas
Monuit ſacris celebrare deos.

158. DIVINO CONCITA MOTV] ἐνθουσιάζειν dicunt Græci, diuino quodam ſpiritu concitari, afflari, agitari, numine afflari. ἐνθουσιασμὸς diuinus afflatus, inſtinctus cæleſtis. Inflammationem animi vocat etiam Cic. 3. de Orat.

160. LATONÆ, LATONIGEN. DVOB.] Matrem cum filiis colere precibus, & thuris odoribus iubet: ambo enim hæc diis debentur.

161. LAVROQ. INNECTITE CRINEM] Geſtare ſerta, non quacunque de fronde, ſed laurea, propter Apollinem. Coronarum vſus in feſtis & ſacrificiis quoque ſignum lætitiam animi maximè prodens.

162. ORE MEO LATONA IVBET] Vt ſanctoritas in verbis, addit, Latonæ dictata eſſe.

163. SVA TEMP. FRONDIB. ORNANT] Redimire, velare, cingere, deuincire coronis, ſertis tempora.

165. ECCE VEN. COM. NIOBE CELEBERR. TVRBA] Celeberrima Niobe, per populos noſſima, quam fama paſſim canebat, infert ſe in cœtum ſacrificantium mulierum, tot liberis circumfuſa.

166. VESTIS INTEXTO PHRYG. &c.] Phrygiæ veſtes ſunt opere Phrygio, ſeu Phrygionum arte laboratæ veſtes. Huiuſmodi erant veſtes Niobes, quibus inſuper aurum intextum. quod ſuprà aliis verbis ſic extulit: *Illic & lentum filis immittitur aurum.*

167. ET QVANTVM IRA SINIT FORMOSA] Ira, & aliæ affectiones turbidæ, item lacrymæ dedecorant & deturpant faciem. Cicero 1. Officior. vbi de temperantia diſputat: *Licet ora ipſa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti ſunt, aut voluptate nimia geſtiunt: quorum omnium vultus, voces, motus ſtatúſque mutantur.* Viſos tamen quoſdam formoſos non deformes, immò quàm antea formoſiores in lacrymis & triſtitia canunt poëtæ. Lib. 7. noſter de Procride: *Triſtis erat, ſed nulla tamen formoſior illa.* Lege annotata. Sic de Cynthia Propert. eleg. 9. lib. 4. *Non operoſa comis, ſed furibunda decens.* Viſa eſt illi formoſior in ipſa ira, qua inflammata miſerum amatorē cum Phyllide ſe oblectantem, ex improuiſo interueniens, verberibus egregiè demulſit.

MOVENSQ. DECORO C. CAP. IMMISSOS HVM. &c.] Agitatio capitis nota animi indignantis. Sic lib. 3. Tireſias Pentheo, à quo contemnebatur, exitium vaticinaturus, *Ille mouens albentia tempora canis, Quàm felix,* &c.

169. VTQ. OCVLOS CIRCVMTVLIT] 1. Æneid. *Vtq; oculis Phrygia agmina circumſpexit.*

170. QVIS FVROR AVDIT. INQ. PRÆF. &c.] Quemadmodum Pentheus lib. 3. Bacchum deſpi-

cit, & Thebanos ab eo colendo auocat; ita Niobe Latonam cum filijs, & Thebanas mulieres ab eius veneratione dehortatur, eumque honorem ſibi potiùs habendum arrogantiſſimè aſſerit, ſe, inquam præ Latona adorari poſtulat, iactans parentes, & auos, potentiam, regnum, copias domeſticas, formam, liberorum multitudinem.

Avditos visis] Latonam nunquam vidiſtis, me ante oculos veſtros quotidie habetis: & viſa, quàm audita tantummodo numina plus mouere vnumquemque debent.

171. Cvr colit. Laton. p. aras, nvmen adhvc, &c.] Argumentatio eſt à minorum comparatione. Latona colitur pro dea, de qua præter auditum nihil habetis: ego in conſpectu veſtro ſum, & diuinis bonis circumfluo. Quanto igitur iuſtiùs colenda ſum? Bona illa ſigillatim edit.

172. Mihi Tantal. avct. cvi licvit, &c.] Tantalus fuit rex. Sed hoc non tanti poſtulat eſſe Niobe, quanti, quòd deorum conuiua fuerit, & ſolus, ſubaudi, ex hominibus: nam Æolo patruo, ſeu minuto deo per Iunonem quoque fas fuit *epulis accumbere diuûm*. 1. Æneid.

174. Pleiad. soror est genit. mea] Audiſti de patre. Quid mater? Pleiades Atlantis filiæ VII. ex quibus vna *Taygete*, mater Niobes. Earum hæc ſunt nomina, *Electra, Alcyone, Celæno, Maia, Aſterope, Taygete, Merope*.

175. Æther. qvi fert cervicib. axem] Tacet de rege, & fuit rex Mauritaniæ, illudq́; promit, quod eſt honorificentius, cælum ſuis humeris fulcire. De eodem in montem altiſſimum opera Perſei mutato lib. 4. cuius narrationis extremi verſus ſunt:

Creuit in immenſum (ſic dij voluiſtis) & omne
Cum tot ſideribus cælum requieuit in illo.

Quoniam mons *Atlas* in Mauritania celſiſſimus eſt, vt vertex eius fugiat aſpectum, quo cælum ipſum videtur attingere, fabula nata eſt, Atlantem regem ſuſtinere cælum.

176. Ivpiter alter avvs] Patruus, quia, vt dictum eſt, Tantali pater.

Socero qvoq. glorior illo] Duplex mihi cum eo vinculum, & neptis, & nurus ſum illius, quia Amphion maritus meus ex eo natus. Quid aliud?

177 Me gentes metvvnt Phrygiæ] ſuſpiciunt, honorant: non enim erat regina Phrygum ipſa.

Me regia Cadmi svb dom.] Vrbem ipſam vocat regiam; quia ſedes regni Cadmæi.

178. Finib. mei commissa mariti, &c.] Ego, & vir meus regimus vrbem, cuius mœnia commiſſa ſunt, coierunt fidibus illius. Cùm Amphion, & Zethus fratres Phlegyorum hoſtium vires ſuſpectas haberent, exiguumque Theſpienſium pagum Eutreſin vocabulo incolerent, Thebas muris ac turribus munierunt, quò eſſent tutiores ab eorum incurſionibus. Ex Homero Odyſſ. λ. Natali lib. 7. cap. 15. Hinc orta fabula, ad ſonitum lyræ Amphioniæ ſaxa aggregata, Thebarum mœnia effeciſſe. Alij iſtum hoc ſpectare vult Horatius ad Piſones, vt item quod de Orpheo fabulantur, eum beſtias & arbores cantu ſuo demulſiſſe. Ad homines enim agreſtes, lapidumque & beſtiarum ſimiles accommodat, quos illi oratione prudenti ac dul-

A ci ad mores humanos, ciuilemque vitam permouerint.

Syluestres homines ſacer, interpreſq; deorum
Cædibus, & fœdo victu deterruit Orpheus, &c.

180. In qvamcvnqve dom. advert. lvm. &c.] In domo ampliſſima, quocunq; oculos conuertas, videre omnia referta rebus, quantum ſolatium? *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud*, noſti Pſalmographum.

181. Acced. eod. digna dea facies] Vt mulier, non omittit, quod ſibi ſummæ gloriæ ducit, formam exquiſitiſſimam, qualem in deabus illi, & nos Chriſtiani in cælicolis noſtris, angelis, & hominibus, viris ac mulieribus fingimus ac pingimus, & eos ſe nobis interdum facie pulcherrima offerentes, inſatiabiliter contuemur. Ex ſpecie ſingulari & lineamentis Æneas, quam cernebat in

B ſyluis venatricem virginem, potiùs deam quàm hominem ſe aſpicere augurabatur:

O, quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem ſonat. ô dea certè.

Eſt itaque forma decus quoddam diuinum, ſiquidem dijs dignum.

182. Hvc natas adiice sept. et totid. ivven.] Variant auctores in numero filiorum filiarumque Niobes. Homerus *ſenos & ſenas* agnoſcit. Euripid. quem noſter ſecutus eſt credo, *ſeptenos & ſeptenas*. Sappho vtrinque *nouenos*. Plura Cioſan. & Natalis lib. 6. cap. 13. Ælian. var. hiſtor. lib. 12. cap. 36. Artaxerxes Perſarum rex 115. filios genuit. Eutyche 30. filios peperit. Ægyptus 50. mares, Danaus eius frater totidem fœminas, vterque ex vna vxore ſuſtulerunt. Itaque maior his intolerantibus gloriandi materia. Quanta cura Romanis fuerit

C coniugiorum, & augendæ ſobolis, diligenter explicatum eſt à Lipſio, Commentar. in 1. Annal. Taciti.

183. Et mox generosq. nvrvsq.] Et hanc fœlicitatem in Priamo prædicat Virgil. 2. quòd iam habuiſſet multos generos, & nurus, vnde poſteritatem numeroſam ſperare poterat: *Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum.*

184. Qværite n. hab. q. n. svperb. cavss.] Opinatur Niobe ſuperbiæ ſuæ (ex ſenſu alieno loquitur, nam ſuperbam ſe eſſe non putat; ſed vera & iuſta loqui) cauſſas habere.

187. Exig. sedem paritvræ terra negavit, &c.] Quaſi quandam commentationem loci huius adſcribam ex Natali, lib. 9. cap. 6. Cùm ſenſiſſet Iuno, Latonam ex Ioue geſtare vterum, illam

D è cælo depulit, & Pythoni ſerpenti mandauit, vt illam inſequeretur. Deinde terra vniuerſa coacta eſt iurare, ſe parturienti Latonæ locum non cõceſſuram, præter Delum inſulam: illa enim cùm eſſet inſtabilis per illud tempus, ſub vndis fortè deliteſcebat: quæ deinde cùm tempus pariendi Latonæ aduentaſſet, vtpote non iurata in Latonam, iuſſa eſt à Neptuno conſiſtere, & locum parturienti præbere. Hæc igitur inſula in mari Ægæo, cùm tunc ad recipiendam Latonam emerſiſſet, atque ex vndis apparuiſſet, Delus vocata eſt, quod nomen manifeſtum & apparens ſignificat.

191. Illa vxor. p. parens] Apollinis & Dianæ. 12. Æneid. *Latonæq; genus duplex.*

192. Vteri pars h. est sept. nvtri] Suprà perſpicuè filias ſeptem, & totidem filios ſe peperiſſe

tiſſe dixit. Iam duo ſunt ſeptima pars de 14. ſi per binarium diuidas.

193. SVM FÆLIX, QVIS ENIM NEGET HOC?] Negat noſter lib. 3. *Sed ſcilicet vltima ſemper Exſpectanda dies homini eſt*, &c. Negaret Seneca, qui fælicem ac beatum variis locis non hiſce, quibus Niobe ſe intolerantiſſimè iactat, ſed aliis conditionibus metitur. Epiſt. autem 124. *Tunc beatum te eſſe iudica, cùm tibi ex te gaudium omne naſcitur, cùm in his quæ homines eripiunt, optant, cuſtodiunt, nihil inueneris, non dico quod malis, ſed quod velis. Breuem tibi formulam dabo, qua te metiaris, qua perfectum eſſe iam ſentias. Bonum tunc habebis tuum, cùm intelliges infaliciſſimos eſſe falices.* Conſule & Paradoxum 1. M. Tullii, *Quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe.* Plin. lib. 7. *Si verum facere iudicium volumus, ac repudiata omni fortuna ambitione decernere, mortaliũ nemo eſt falix. Abunde igitur, atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infalix poteſt. Quippe vt alia non ſint, certè ne laceſſat fortunæ metus eſt. Quo ſemel recepto, ſolida falicitas non eſt.*

FELIXQ. MANEBO] Fatua, vnde tibi iſta fides? Ouid. 4. de Ponto el. 3.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo,
Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.

Quàm ſapienter Philippus Macedo? Ne tot victoriis ſuis, & rebus ſecundiſſimis inſtiueretur, iubebat quotidie monitorem certum ad ſe accedere cum his verbis, PHILIPPE, HOMO ES. Defuit hæc moderatio Alexandro filio, vt alia paterna decora.

194. HOC QVOQVE QVIS DVBITET?] Fælicem ſe eſſe, & perpetuò fore, vt rem extra omnem controuerſiam affirmat, ſeſeque prædicandi, & leuiſſimis ac ſtultiſſimis ratiunculis

A incerta confirmandi finem non facit.

TVTAM ME COPIA FECIT] ὀξύμωρον. Ex omni copia fieri poteſt inopia: & nondum multa regna poſſideſ; quæ tamen ipſa quoque poſſunt eripi, & erepta ſunt multis.

195. MAIOR SVM Q. CVI POSSIT FORT. NOCERE] non diceret hoc Mithridates, qui duabus & viginti nationibus imperauit. Non Alex. Magnus, qui alium orbem quem ſubigeret, quæſiuit.

196. MVLTAQ. VT ERIP. MVLT. MIHI PLVR. RELINQ.] Qui hoc intelligi poteſt? An non quãuis magnus aceruus minuitur, ſi iterum & iterum, & ſæpiùs vel paulum inde auferas? Philto ſenex Lyſiteli filio in Trinummis: *De magno aceruo ſi quid tollas plus fit, an minus?* Reſp. ille, *minus pater*. Blaterat ergo Niobe, ſibi eſſe infinitatẽ opum, ac diuitiarũ.

B 197. EXCESSERE METVM MEA IAM BONA] ſi verum eſt, quod aiebas, maiorem eſſe te quàm cui poſſit fortuna nocere. Sed id illud falſiſſimum, & hoc à veritate remotiſſimum.

FINGITE DEMI HVIC ALIQ. POP. NAT. &c.] ὑπὸ ἐκστάσεως iam agit, & quod fieri poſſe non credit, fingit tamen accidere, vt adhuc ſe Latona beatiorem demonſtrẽt. *Populo* αὔξησις eſt, & ex affectu dicentis hoc metiendum. Seneca in Epiſt. ex Democrito, ni fallor, *mihi populus pro vno, & vnus pro populo.* Sed hoc ex certo veroque iudicio.

200. ITE SATIS PROPERE SACRIS, &c.] Imperat illis diſceſſum à ſacris, ſeu intermiſſionem ſacrificij, & depoſitis coronis domũ celeriter ire iubet.

201. DEPON. ET SACRA INF. &c.] Obediunt, & tamen (quod prohiberi nequibat) tacitis Latonam precibus venerantur.

Latona nimiopere excandeſcens, filios ad iniuriam & ſuam, & ipſorummet perſequendam exſtimulat. Promittunt, Thebas deſcendunt, Apollo VII. adoleſcentes, in campo ludis deditos ſagittis configit.

TVrba quàntum diſtabat ab orba VI.
[TANTVM ANIMOSA SVI FVRIIS AGITATA DOLORIS]
Indignata dea eſt. ſummóque in vertice Cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta:
En ego veſtra parens, vobis animoſa creatis,
Et, niſi Iunoni, nulli ceſſura dearum,
An dea ſim, dubitor: pérque omnia ſæcula cultis
Arceor, ô nati, niſi vos ſuccurritis, aris.
Nec dolor hic ſolus diro conuicia facto
Tantalis adiecit, vóſque eſt poſtponere natis
*Auſa ſuis: & me, quod in ipſam * recidat, orbam* *reccidat
Dixit: & exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Adiectura preces erat his Latona relatis:
Deſine, Phœbus ait; pœnæ mora longa querela eſt.
Dixit idem Phœbe, celerique per aëra lapſu
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat, latéque patens prope mœnia campus,
Aſſiduis pulſatus equis: vbi turba rotarum,

Duráque mollierat ſubiectas vngula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis Amphione fortes
Conſcendunt in equos, Tyrióque rubentia ſucco
Terga premunt: grauidíſque auro moderantur habenis.
E quibus Iſmenos, qui matri ſarcina quondam
Prima ſuæ fuerat, dum certum flectit in orbem
Quadrupedis curſus, ſpumantiáque ora coërcet,
Hei mihi, conclamat: medióque in pectore fixa
Tela gerit, freniſque manu moriente remiſſis,
In latus à dextro paulatim defluit armo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetræ
Fræna dabat Sipylus: veluti cùm præſcius imbres
Nube fugit viſa, pendentiáque vndique rector
Carbaſa diducit: ne qua leuis effluat aura.
Fræna tamen dantem non euitabile telum
Conſequitur: ſummáque tremens ceruice ſagitta
Hæſit: & extabat nudum de gutture ferrum.
Ille, vt erat pronus, per crura admiſſa, iubáſque
Voluitur, & calido tellurem ſanguine fœdat.
Phædimus infælix, & auiti nominis hæres
Tantalus, vt ſolito finem impoſuere labori,
Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile palæſtræ.
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus, cùm tento concita neruo,
Sicut erant iuncti, traiecit vtrumque ſagitta.
Ingemuere ſimul, ſimul incuruata dolore
Membra ſolo poſuere: ſimul ſuprema iacentes
Lumina verſarunt; animam ſimul exhalarunt.
Aſpicit Alphenor, laniatáque pectora plangens
Aduolat, vt gelidos complexibus alleuet artus:
Inque pio cadit officio: nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Quod ſimul eductum eſt, pars eſt pulmonis in hamis
*Eruta: cumque anima cruor eſt *effuſus in auras.* * emiſſus
At non intonſum ſimplex Damaſichthona vulnus
Afficit: ictus erat, quà crus eſſe incipit, & quà
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dúmque manu tentat trahere exitiabile telum,
Altera per iugulum pennis tenus acta ſagitta eſt.
Expulit hanc ſanguis, ſeque eiaculatus in altum
Emicat: & longè terebrata proſilit aura.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat: diique ô communiter omnes
Dixerat, ignarus, non omnes eſſe rogandos,
Parcite. Motus erat, cùm iam reuocabile telum
Non fuit, Arcitenens, minimo tamen occidit ille
Vulnere, non altè percuſſo corde ſagitta.

203. TVRBA QVANT. DISTAB. AB ORBA,&c.] Senſus hic eliciendus. Latona tantū indignata eſt ob hanc deſpicientiam ſui, quantū aberat ab orba, id eſt, carente, turba, multitudine ſcilicet liberorū: ergo multùm indignata eſt, quia multùm diſtabat; habebat enim liberos, ſed binos duntaxat, & tamen à Niobe quaſi infœcunda & ſterilis prorſus vilipendebatur. Quidam docti ambos verſus παρεμβεβλημένους, ac ſuppoſititios cenſent. Ciofan. poſteriorem tollit, & locum ita legit:

> *Quod, ſcilicet, tacito venerantur murmure numen*
> *Latonæ. Quantum turba quæ diſtat ab orba*
> *Indignata dea eſt.*

Affert & alias lectiones, quas tibi relinquo. Suſtulerat idem carmen Aldus, vt rude, & Ouidio minimè dignum.

204. SVMMOQ. IN VERTICE CYNTHI] *Cynthus* mons Deli, à quo Apollini nomen Cynthius, & Dianæ Cynthia; quod vocabulum *Romanus* ille *Calumniatbus* (vt ſeipſum haud exſpectato ſenatuſconſulto Propertius nominat:) amicæ ſuæ, cui durisſimam ſeruitutem ſeruiebat, indere voluit, cùm ſuo peculiari *Hoſtia* diceretur prius.

205 GEM. CVM PROLE] Inde infrà *gemellipara*.

206 EN EGO VESTRA PARENS,&c.] Exacerbat vtrumque in Nioben rapiens illam in odium, propter faſtum, & inſolentiam non ferendam, qua in ſeſe illoſque inſultarit.

VOBIS ANIMOSA CREATIS] quæ partu veſtro, vobis procreatis, me beatam duxi.

207. ET NISI IVN. N. CESS. DEAR.] Ergo ne Palladi quidem, de qua Horat. ode 12. lib. 1. *Proximos illi* (Ioui) *tamen occupauit Pallas honores.* Vbi Iunonis nulla mentio. Et ſanè *Latona* non eſt de numero dearum illarum, quæ *maiores* habentur. *Iuno, Veſta Minerua, Ceres, Diana, Venus.* Sed forſitan Palladi vel ob fœcunditatem ſuam ſe præferre audet; vel ob nobilitatem partus ſui, quandoquidem duos deos de præcipuis enixa eſt.

208. AN DEA SIM DVBITOR] Dixit *dubitor*, quomodo Horat. ad Piſon. *Inuideor. Ego cur acquirere pauca Si poſſum inuideor?* Non tam deam Latonam eſſe negauit Niobe, quàm ſe illi anteponendam, & colendam potiùs argumentis vincere ſtuduit.

PERQ. OMN. SÆCVL. CVLT. ARCEOR ARIS,&c.] In poſterum coli deſinam, niſi vos me vlciſcamini. Sed ἐμφατικῶς, *per omnia ſæcula* in omnem æternitatem. Iuno 1. Æneid. *Et quiſquam numen Iunonis adoret Præterea, aut ſupplex aris imponat honores?*

210. NEC DOLOR HIC SOLVS] Nec vnum hoc tantùm doleo, nec mea tantùm cauſſa doleo, & iraſcor, quòd ab aris meis Thebanas abſterruit, & in omne tempus ſacris me carituram apparet.

DIRO CONVICIA F. TANTAL. ADIECIT,&c.] contumelioſè inſuper de me vobiſque locuta eſt, dum vos vt paucos nimiùm, præ ſuorum liberorum turba auſa eſt abijcere, & me vt orbam traducere. Auget rem, non enim orbitatem, ſed prolium paucitatem Niobe probro illi ducebat, quod erat quaſi nunquam factam eſſe matrem.

211. QVOD IN IPSAM RECIDAT] Modus regerendi maledicta, aut paria viciſſim precandi: *Quod tuo capiti ſit.* 2. Æneid. *quod dij priùs omen in ipſum Conuertant.* Pr recidat, quia prima ſyllaba breuis, ne verſus claudicet, quidam emendatiùs arbitrantur legi *decidat*, vt in Diatriba Mariangelus Accurſius. Sed hi proprietatem & elegantiam orationis mul-

A tum imminuunt. Qui retinēt, διπλασιασμὸν faciūt, *reccido*, quomodo apud Lucretium hoc, & *redduco*, *rellatus*, &c inueniuntur. *At neque reccidere in nihilum res poſſe* Et alibi: *Reccidere aſſiduè, quoniam fluere omnia conſtat* Reccidere, inquit, ibid. Lambin. dictum eadem ratione qua *reppulit*. Virgil 4. Æneid. *Connubia noſtra Reppulit. rettulit, redducere, reppérit, ſubbigit*, & ſimilia. Cicero in Mario, *Subbigit ipſo ferus tranſfigens vnguibus anguem. Refferre* apud Horat. pro referre, ad Piſon. *Vnde pedem refferre pudor vetat, aut operis lex*: vbi vulgò legitur *proferre*. Vtebantur enim hac machina veteres ad productionem breuium ſyllabarum, in verbis compoſitis, vt primam literam verbi ſimplicis geminarent. Optat ergo Latona Niobæ amiſſionem liberorum, & euenerunt optata.

ET ME ORBAM DIXIT] *Orbus*, & *orbitas* non modò de filijs dici qui parentes amiſerunt: ſed de

B parentibus quoque ipſis, oſtendit locus Plauti in Capt. vbi Hegio ſenex de duobus filijs amiſſis: *Quod hoc eſt ſcelus? quaſi in orbitatem liberos produxerim.* Et noſter infrà, occiſis poſt filios etiam filiabus, *Orba reſedit Exanimes inter natos, natasq́, virumq́,.*

213. EXHIBVIT LING. PATERNAM] Tantalus deorum conuictor, eorum arcanos ſermones enulgauit, Niobe contumelias effudit. Quinam igitur linguam paternam exhibuit? Niſi & ipſum Tantalum de dijs ſimul detraxiſſe, eoſque irritaſſe intelligamus, κατὰ τὸ σιωπώμενον. Aut dicamus, exhibuiſſe paternam linguam, id eſt, imitatam linguæ paternæ incontinentiam, & ἀθυρογλωττίαν. quod tamen contortius ac frigidius eſt.

215. DESINE PHOEB. AIT] Reuerentiæ erga matrē erat, nō pati eam preces querimoniæ ſuæ adiungere: omnia enim officia debētur parentibus à prolibus.

C POENÆ MORA LONGA QVERELA EST] diu cōquerendo nihil agis aliud, niſi vt pœnam à ſonte remoreris. Primo quoquo tempore in maledicam & ſuperbam mulierem animaduertendum eſt. Affine quiddam huic Cic. 1. Catilinar. *Simili ſenatuſconſulto C. Mario, & L Valerio Coſſ. permiſſa eſt reſpub. Num vnum diem L Saturnium Trib plebis, & C. Seruilium mors à reſpub pœna remorata eſt?*

216. DIXIT IDEM PHOEBE] in eandem ſententiam. Et Diana matrem monuit, ne pluribus ageret, neúe Lydos in campum prouocaret.

217. TECTI NVBIBVS] De ipſo quidem Apolline Horat. ode 2. lib. 1. *Nube candentes humeros amictus Augur Apollo.* Nubibus, & nebulis dij Homerici teguntur, quo pacto ſe viſibus humanis eripiunt.

CADMEIDA ARCEM] *Thebas*, quarum conditor

D Cadmus.

218. CAMPVS ASSIDVIS PVLSAT. EQVIS] Hippodromum accipe, ſeu locum decurſionibus, ludis, exercitationibus equeſtribus, & curulibus, & palæſtricis conſtitutum. 12. Æneid.

> *Campum ad certamen magnæ ſub mœnibus vrbis*
> *Dimenſi Rutuliq́, viri, Teucriq́, parabant.*

219. VBI TVRBA ROTAR. DVRAQ. MOLLIER.&c.] aſſidua curruum equorumque agitatio glebas in planitiem redegerat.

221. PARS IBI DE SEPTEM GENIT.&c.] Quatuor conſcenderunt equos, *Iſmenus, Sipylus, Phædimus, Tantalus.* Duo de his ſe in palæſtra exercent poſtea. Tres ſpectant, *Alphenor, Damaſichthon, Ilioneus.* Aliter eos ex hiſtoria Zetzis nominat Natalis lib. 6. Mythol. cap. 13.

222. TYRIOQ. RVBENT. SVCCO TERGA PREM]

iostrati erant purpura, qualis probatiſſima fit Tyri.

223. AVRO GRAV. MOOFRANT. HAA.] Purpuræ in tergis equorũ, bene reſpõdẽt aurata fręna in ore.

224. QVI MATRI SARCIN. QVONO. PRIM.] Primogenitus, natu maximus. De Pont. lib. 1. eleg. 3. *Coniunx mea ſarcina veſtra eſt*. Lib. ſuperiore Iupiter Cereri de Proſerpina: *Commune eſt pignus onuſq; Nata mihi tecum.*

225. DVM CERT. FLECT. IN ORA.] in gyrum. Cic. tranſlatè 1. Offic. *Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere*. Virgil. 5. in explicatione ludi puerorum nobilium, cui *Troia* nomen:

Inde alios ineunt curſus, aliosq; recurſus
Aduerſis ſpatiis, alternosq; orbibus orbes
Impediunt.

226. QVADRVPEDIS CVRSVS] Non ſemel Virgil. *quadrupedem* pro equo dixit, genus pro ſpecie. 3. Æneid. *Sed tamen iidẽ olim curru ſuccedere ſueti Quadrupedes* Et 11. *Quadrupedũq; putrẽ ſonitu quatit vngula campum*. Et 12. *Quadrupedemq; citũ ferrata calce fatigat.*

SPVMANTIAQ ORA COERCAT] frænũ adducit. Cõtraria, frænũ, habenas laxat, remittit. Æneid. 12. *Et ſpumantia frænis Ora citatorũ dextra cõtorſit equorum.*

227. HEI MIHI CONCLAMAT, &c.] Altum, & lethale vulnus clamorem hunc exprimebat, quippe medio infixum pectori. In ſingulis porro fratrum iſtorum peculiare vulnus mortiferum obſerua ſis.

228. FRÆNISQ. MANV MORIENT. REMISS. &c.] Adumbrauit, vel tranſtulit potiùs locum ex 11. Æneid. de Camilla moriente: *Simul his dictis linquebat habenas, Ad terram non ſponte fluens.*

229. A DEXT. PAVLAT. DEFLVIT ARMO] Propriè in equo, & beſtiis armus. Virg. 6. *Seu ſpumãtis equi foderet calcaribus armos* De apro idẽ 10. *Poſtquã inter retia ventũ eſt, Subſtitit, infremuitq; ferox, & inhorruit armos.*

230. PROXIM. AVDIT. SON. PER INAN. PHARET.] ſagittæ ſonitu, ſeu ſtridore, dum alis aërem ſcindit. Continens pro contento.

231. FRÆNA DAB. SIPYLVS] Proximus ætate Iſmeno, ſagittæ aduolantis metu fræna equo indulgebat, permittebat, vt malum veloci eius curſu effugeret Alioqui fræna dare eſt equitare ſimpliciter, & inſidendo equum regere. Docet hoc tranſlatio ad magiſtratuum imperia. 5. Faſt. *Fræna dabat populo poſito modò Prætor aratro*. 1. Æneid. *cui Iuppiter vrbem iuſtitiaq; dedit gentes frænare ſuperbas.*

VALVTI CVM PRÆSCIVS IMBRES, &c.] Illuſtrat rem comparatione. Sicut rector, ſeu gubernator, inquit, cùm conſpicatur nubem atram exſurgentẽ, & creſcentem, præſcius inde imbrem ac tempeſtatẽ ſecuturam, carbaſa, ſeu vela ab antennis pendentia tota pandit, & quidquid ab eo latere venti afflat, ad celeriùs fugiendum captat, vt ſe ſuoſque tempeſtati eripiat. *Carbaſa diducit*, lege, non, *deducit.*

234. FRÆNA TAMEN TANT. NON EVITAB. TEL. CONS. &c.] Quamuis concitato ad curſum equo, vitare telum, in ſe emiſſum niteretur, non tamen euitauit: per ceruicem enim totum collum penetrauit.

237. VT ERAT PRONVS] & ideo ad delapſum facilior. Pronus autem, quo firmiùs in equo hæreret.

PER CRVRA ADMISSA, IVBAASQ. VOLVITVR] Per crura iuncta, propinqua, aſtricta equo exponit Raphael, & de ſeſſore accipit. Micyllus de equo, & exponit, per crura ad curſum cõcitata. Glarean. in curſũ permiſſa laxatis equo frænis videlicet. Haud multo aliter Iſmenus decidit: *In latus, à dextro paulatim deſluit armo*.

A Laxata in curſu, quomodo *Equum admittere* dicimus, cùm ei fræna ad celeriter currendum remittimus.

238. VOLVIT. ET CALID. TELI SANG. FOED.] Virgil. Æneid. 9. *Voluitur ille, vomens calidum de pectore flumen*. Idem poëta frequenter hoc verbum *volui*, cùm de cadentibus in acie loquitur, adhibere ſolet.

240. VT SOLITO PIN. IMPOSVERE LABORI] Phædimus, & aui materni nomen gerens Tantalus, principio ipſi quoque agitandis, & in orbem flectendis equis luſerant, id quod antehac perſæpe fecerant. Deinde ad palæſtram venerunt.

241. NITIDÆ PALÆSTRÆ] propter oleum, quo perungebantur palæſtritæ. Virgil. 3. Æneid. *Exercent patrias oleo labente palæſtras Nudati ſocii.*

242. ET IAM CONTVL. ARCT. LVCT. NEX. P. PECTOR.] Luctã cape, quã nomine palęſtrę Latini aliquã do ſignificãt, cuius ſignificationis hîc perſpicuũ B exẽplũ. Antecedit enim, *Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile palæſtræ*. Græcis pænè ſemper eſt πάλη. De hac quoque exercitatione gymnaſtica Mercurial. l. 5. c. 5

244. SICVT ERANT IVNCT. TRAIECIT VTRVMQ. SAGIT.] Primus accepit telum in medio pectore. Secundus in collo. Tertius, & quartus per vnius tergum, & pectus alterius traiecti ſunt.

245 INGEMVERE SIMVL, SIMVL INCVRVAT. &c.] ταὐτῶ Omnia ſimul, & eodem tempore. Simul vulnerati, ſimul ingemiſcentes, ſimul procumbentes, ſimul oculos, vt ſolent moribundi, verſantes, ſimul vltimum ſpiritum exhalantes.

246. SIMVL SVP. IACENT. LVM. VERSAR.] In oculis primum mortis eſt indicium. Deficit primũ viſus, langueſcẽtibus luminibus, deinde cæteri ſenſus ſenſim amittũtur. Sed quod ait eos *ſuprema lumi-*C *na verſaſſe*, *ſuprema* capio pro *ſupremũ* ἐπιῤῥηματικῶς, & natationẽ illam oculorũ, ſeu oculos natãtes in moribũdis expreſſam. Relege annotata li. 5. nõ procul ab initio, ibi, *Iam moriẽs, oculis ſub nocte natãtibus atra.*

247. SIMVL EXHALARVNT] Meditatò ſpondeũ in quinta regione poſuit, quod notauit Raphael, vt animam tardiùs ſe corpore exſoluentem, & inuitò diſcedentem conciperemus. Virgil. 2. Æneid. *Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi Vitam exhalantem*. Animum quippe cenſebant ab anima appellatum; animam autem ab ἄνεμος, quòd eſſet nihil aliud quàm ſpiritus, aër, halitus, ventus, pro quibus ipſis ſæpenumero vocem *anima* vſurpabant.

248. ASPICIT ALPHENOR, LANIATA Q. &c.] Hic iam quintus eſt frater, qui duos illos cadẽtes vidẽs, pectus præ dolore lanians, ac plangens accurrit.

D 249. VT DALIO. COMPLEX. ALLEVET ARTVS, &c.] Frigeſcunt moriẽtes, vnde & mors frigida. Cõplexás eos media in morte Alphenor, volebat, ſi poſſet, eos fouere, & in vita retinere. Sed in hoc pio officio etiã ipſe ab Apolline præcordia confixus occubuit.

251. INTIM. PAT. RVP. PRÆCOR D. FERRO] De ſagitta quidẽ hîc, cuius ferrata cuſpis. Aſt Ennius de haſta πυρρόμαχον, *At celer haſta volãs perrupit pectora ferro.*

252. PARS EST PVLMON. IN H AM. ERVTA] adhæſit hamo ſagittæ pars pulmonis. Igitur in pulmonem ipſum adacta fuerat. Hamatæ ſagittæ excinduntur potiùs quàm educuntur.

253. CVMQ. ANIMA CRVOR EST EFFVS. IN AVRAS] Eorũ opinionẽ tangit, qui ſedẽ animæ in ſanguine cõſtituebant. Telũ extractũ ſecutus eſt cruor, cruorẽ anima. Eòdẽ illa Virgiliana reſpiciunt: *Purpuream vomit ille animã*. Et: *Multo vitam cũ ſanguine fundit.*

254. AT NON INTONS. SIMP. DAM. VVLN.] Hic eſt frater ſextus, crinitus, ſiue comatus, qui duplici vulnere perit. Primum accipit in genu, in ipſo internodio, qua crus incipit: alterum in iugulo.

259. EXPVLIT HANC SANGV. SEQ. EIACVLAT. &c.] Quanta illi copia ſanguinis viuaciſſimi, patet hinc, quòd & infixam iugulo ſagittam eiecit, & extra corpus adhuc in altum emicuit. De Pyrami vulnere, quod ſibimet necis cauſſa incuſſerat, lib. 4. Metam.

——— Cruor emicat altè,
Non aliter quàm cùm vitiato fiſtula plumbo
Scinditur, & tenues ſtridente foramine longè
Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit.

260. ET LONGE TEREBRATA PROSIL. AVRA] Satis dixerat, *ſeq. eiaculatus in altum Emicat*. Sed noſter vates multoties non eo contentus eſt quod ſufficit.

261. VLTIM. ILIONEVS NON PROFECT. &c.] Hic ſeptimus, & fortaſſe ætatu minimus. Ad preces confugit. Et quoniam neſciebat vnde, ſeu à quo deo, diſue iſta clades, rogat omnes communiter, vt ſibi parcant. Excipiendi erant Apollo, Diana, atque adeò Latona ipſa quos mater Niobe ſuperbia ſua violabat, ſibique & ſuis infeſtos reddebat: ſed iuuenis inſolentiſſimam eius audaciam neſciebat.

264. MOTVS ERAT ARCITENENS] Ab arcu quē geſtat cum pharetra, *arcitenens*. Sic libro 1. vocat, & Virgil. 3. Æneid. Homerus *ἀργυρότοξον* argenteo arcu inſtructum. Miſerabatur ergo huius adoleſcentiam, & innocentiam. Sed reuocare ſagittam volantem nequibat.

265 MINIMO VVLN. OCCIDIT] Quia ſagitta in cor intimum non penetrauit. Aliorum vulnera crudeliora fuerunt. Tamen qualecunque vulnus in corde, mortem parit, vt *ἰατρῶν παῖδες* autumant.

Niobes eiulatus ſuper filiorum corporibus. A Latonæ contemptione nondum deſiſtens, & ſeptem adhuc partus ſuperſtites illi obijciens, videt ſingulas filias ſagittarũ ictibus proſterni. In ſaxum obrigeſcit, & in Sipylum Phrygiæ montem per turbinem transfertur.

FAMA mali, populique dolor, lacrymæque ſuorum VII.
Tam ſubitæ matrem certam fecere ruinæ,
Mirantem potuiſſe, iraſcentémque quòd auſi
Hoc eſſent ſuperi, & quòd tantum iuris haberent:
Nam pater Amphion ferro per pectus adacto,
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
HEV, QVANTVM HÆC NIOBE, NIOBE DISTABAT AB ILLA:
Quæ modò Latois populum ſummouerat aris:
Et mediam tulerat greſſus reſupina per vrbem,
Inuidioſa ſuis: at nunc miſeranda vel hoſti,
Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad cælum liuentia brachia tollens,
Paſcere crudelis noſtro Latona dolore,
Paſcere, ait, ſatiáque meo tua pectora luctu:
Corque ferum ſatia, dixit; per funera ſeptem
Efferor. exulta, victrixque inimica triumpha.
Cur autem victrix? miſeræ mihi plura ſuperſunt,
Quàm tibi felici; poſt tot quoque funera vinco.
Dixerat, & ſonuit contento neruus ab arcu,
Qui præter Nioben vnam conterruit omnes.
Illa malo eſt audax. ſtabant cum veſtibus atris
*Ante toros fratrum * demiſſo crine ſorores.* *[illegible]

E quib.

E quibus vna trahens hærentia viſcere tela,
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem,
Conticuit ſubitò, duplicatâque vulnere cæco eſt,
Oráque compreſſit; niſi poſtquam ſpiritus ibat.
Hæc fruſtra fugiens collabitur: illa ſorori
Immoritur: latet hæc: illam trepidare videres:
Sexque datis letho diuerſáque vulnera paſſis,
Vltima reſtabat: quam toto corpore mater,
Tota veſte tegens, vnam minimamque relinque,
De multis minimam poſco, clamauit, & vnam.
Dumque rogat, pro qua rogat, occidit: orba reſedit
Exanimes inter natos, natáſque, virúmque,
Diriguitque malis: nullos mouet aura capillos:
In vultu color eſt ſine ſanguine: lumina mœſtis
Stant immota genis: nihil eſt in imagine viuum.
Ipſa quoque interiùs cum duro lingua palato
Congelat, & venæ deſiſtunt poſſe moueri.
Nec flecti ceruix, nec brachia reddere motus,
Nec pes ire poteſt, intra quoque viſcera ſaxum eſt.
Flet tamen, & validi circundata turbine venti
In patriam rapta eſt. vbi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymis etiam nunc marmora manant.

267. FAMA MALI, POPVLIQ. DOLOR, &c.] Statim rumor harum cædium percrebuit; aderant enim ludis illis ſpectatores, qui famam diſſeminarunt. Ciues regum ſuorum calamitatem doluerunt, propinqui & affines lacrymas profuderunt. His velut nuntijs Niobe, quid filijs factum eſſet, caſumque luctuoſiſſimum breuiſſimo interuallo intellexit. A

269. MIRANTEM POTVISSE] Apparet non habuiſſe cognitam horum deorum poteſtatem. Nam cùm illos vnà cum matre ipſorum deſpiceret, quid, quantumque poſſent non inquirebat.

IRASCENTEMQ. QVOD AVSI H. ESS. SVPERI, &c.] Si mirabatur eos hoc potuiſſe, non ergo crediderat eos hoc poſſe: atque ideo vt nimiùm confidentibus iraſcebatur. Tamen quia res ipſa clamabat eos potuiſſe, indignabatur tantum illis licuiſſe. B

271. PATER AMPH. FERRO P. PACT. &c.] Simul ac didicit Amphion rex, quo pacto filij ſeptem miſerandum in modum interijſſent, gladium ſibi in viſcera adegit, pertæſus iam lucis huius, ac vitæ in caſu vt inſperatiſſimo, ita acerbiſſimo.

273. HEV QVANTVM HÆC NIOBE, NIOB. DIST. AB ILLA] Pulcherrimus, & ſenſu fœcundiſſimus, atque ad multas rerum inſignium, præſertimque fortunarum immutationes, ex optimis & florentiſſimis in aduerſiſſimas ac teterrimas ἀντιρρηματικῶς ſignificandas commodiſſimus verſus. Eſt autem cum tribus continuò ſequentibus ex illis de Hectore apud Maronē, vt tabella ex tabella depictus:

Heu mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes.

274. LATOIS ARIS SVMMOV.] Latous adiectiuum eſt, interdum epitheton Apollinis. Summouit his verbis: *Ite ſatis properè ſacris, laurumq́; capillis Ponite.*

275. ET MED. TVR. GRESS. RESVPIN. P. VRB.] Per frequens iam populi, vt à pluribus ſibi aſſurgeretur, & genua curuarentur, erectis ceruicibus incedere ſolebat.

276. INVIDIOSA SVIS] Inuidioſum, quod mouet admirationem & inuidiam, propter excellentiam ſuam. Summa enim petit liuor.

AT NVNC MISERANDA VEL HOSTI] Ad magnitudinem ærumnæ ſatis declarandam pertinet, cùm eam vel inimicis atque hoſtibus miſerationem & lacrymas mouere poſſe affirmamus. Lib. 10.

Nec moror referens triſtes ex ordine caſus,
Græcia tum potuit Priamo quoque flenda videri.

Pacuuius: *Si Priamus adeſſet, & ipſe eius commiſereſceret.* Latinorum legatis ab ſe auxilium petentibus reſpondens Diomedes apud Maronem lib. 11. & enarrans quibus iactati malis ſint Græci, vaſtata Troia domum reuertentes:

——Infanda per orbem
Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miſeranda manus.

Sophocles Aiace μαστιγοφόρῳ, ſeu Lorario:

Ὡς καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν.
Miſerandum & ipſis hoſtibus ſpectaculum.

Locrenſium legati apud Liuium libro 39. cum Coſſ. queſti ſunt, *ea paſſos à Q. Plemminio legato, Romanisq; militibus, quæ pati ne Carthaginenſes quidem velit pop. Romanus.* Collegit plura huius notę Hieron. Columna Commentar. in Frag. Annalium Ennij.

277.

277. Corporib. gelio. incvmb.] Tutum locum, & querimoniam Niobes expendit & illuſtrar Faber, Semeſtrium lib.3.c 8.

Et ordine nvllo oscvla dispensat] non habens rationem ætatis, vt primum oſcularetur Iſmenum natu grandiorem, deinde ærate proximum: ſed vt ſors ferebat, & vt quiſque proximus erat, ita oſculabatur, omnes enim æquè diligebat.

279. Livfntia brachia] nam & brachia lacertuſque in luctu percutiebant, ex quibus verberibus liuor conſequebatur.

280. Pascere crvdel. n. Lat. dol.] Quòd quinquies idem dicit, & tanquam crudeliſſimam in ſummum odium Latonam adducere conatur, amariſſimas eius & iratiſſimas cogitatiunes indicat. Sic li.9. Hercules in monte Oeta per ſummum ex veſte veneno imbuta cruciatum moriturus, ad Iunonem:

——— Cætaq; medullis
Tabe liquefactis tollens ad ſidera palmas
Cladibus, exclamat, Saturnia, paſcere noſtris,
Paſcere, & hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto.

282. Per fvn. septem efferor] quia in ſingulis mortua ſum, nec aliter mihi eſt, quàm ſi cum vnoquoque, & ſepties occiſa, toties quoque & cum ſingulis ad tumulū efferar. De S. Fælicitate Greg. Mag. Homil. 3. in Euangel. *Nunquid ergo hanc feminam martyrem dixerim? ſed plus quàm martyrem: quæ* VII. *pignoribus ad regnum præmiſſis, toties ante ſe mortua ad pœnas prima venit, ſed peruenit octaua.*

284. Cvr avtem victrix?] Correctio. Nondum vicisti, ideo nondum potes triumphare.

Miseræ mihi plvra svpers, &c.] Grauiſſimi luctus acerbitas, adhuc Nioben erumpere in probra & maledicta compellit. Non ceſſat ſua πολυπαιδίᾳ geſtire aduerſus inimicam, eique ὀλιγοπαιδίαν exprobrare.

286. Et sonvit content. nervvs ab arcv] Filias Diana peremit, auctor Homerus Iliad. 24. ex Ouidio enim non liquet. Eas interfici coràm aſpicit Niobe, quod ad dolorē exaggerandum valuiſſe multum nemo dubitabit.

288. Illa maio est avdax] cùm alioqui malum reddat timidos. Suprà ponebat imminui numerum hunc liberorum ſuorum, at negabat ſe poſſe ad duos tantùm redigi. Hæc opinio illam audientem neruī ſonitum interritam & audacem faciebat, cū tamen exterruiſſet præſentes vniuerſos.

Stab. cvm vest. atris] Veſtitus ater, ſiue niger (non enim hîc diſcernimus, & ſæpiùs idem valent) luctibus conuenit, vt triſtis color, quemadmodum lætitiis albus, ſiue candidus. Mutabant ergo veſtem ſorores, & capillum ſoluebant, aſtanteſque fratrum exanimatorum corporibus, gemitu & lacrymis eos proſequebantur.

289. Ante toros fratrvm] Sandapilas, ſeu lectulos in quibus ad funus erant compoſiti, intellige.

Demisso crine] Soluere & demittere crines in luctu, & mœſtis temporibus ſollemne fuit mulierum. 1. Aeneid. *Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades paſſis.* Et 3. vbi Polydoro inſtauratur funus, *Et circùm Iliades crinem de more ſoluta* Ioann. Hartungus Decur. 2. § 24. mallet legere, *demeſſo crine*, vt Poëta reſpexerit ad ritum, quo ſanguine proximæ ſectos, ſeu demeſſos capil-

A los mortuis imponerent. Vnde in 3. de ſororibus Phaethontis, *Planxere, & ſectos fratri impoſuere capillos.* Nos contra omnium codicum fidem nihil mutandum cenſemus.

290. E qvib. vna trah. hærent. &c.] Nunc item ſingulas ſorores nominat, vt antea fratres, (nominat Natal. lib. 6. c. 13.) & in earum cæde domi facta narranda breuior eſt. Habuit namque honorem ſexui virili, & adhibenda fuit varietas. E viſceribus telum illud extrahēs, cuius miſſu neruum arcus ſonuiſſe, quinto abhinc verſu dicebat, capite cadaueri fratris impoſito, defecta viribus, & in eius oſculo linquit animā. & hæc prima Dianæ victima.

292. Altera solari miser. con. par.] quæ tamen nondum ſe miſeram agnoſcebat; nec enim ad mortem primæ ſignum doloris ediderat.

293. Conticvit svbit. dvplicataqve

B vvl.] Simul ſagittam excepit, ſimul vno, & eodem momento vita caruit. *Duplicata* expone incuruata, quod Homero eſt ἰδνώθη. *Cæcum vulnus*, quia eius auctor occultus.

294. Ni si postqvam spirit. ibat] Dolor vulneris faciebat vt os comprimeret, quod extremus halitus morientis reſerabat.

295. Hæc frvstr. fvg. collabitvr] mors tertiæ, quæ in fuga ſternitur, vt frater Sipylus in equo fugiens: *Fraua tamen dantem non euitabile telum conſequitur.*

Illa sorori immorit. latet hæc, &c.] Sequentium deinceps trium interitum, ſtrictim & inſinuando tantùm complectitur. In ſeptima plus verborum conſumit.

297. Diversaq. vvlnera passis] quam diuerſitatem, vt in fratribus varietatis ſtudio, quod

C dicebamus, explicandam non eſt arbitratus, ne ex ſimilitudine faſtidium oriretur.

298. Qvam toto corp. m. tota veste teg.] Hæc erat natu minima, ſcimus etiam τηλυγέτους, hoc eſt, vel vnicos, vel parentibus in ſenectute natos, eſſe cariſſimos. Cùm itaque puellam hanc ob geminam charitatem ſuperſtitem ſeruare cuperet, enixiſſimè ab i[illegible]i lethalis teli tutabatur, eamq; ſibi condonari precabatur, duabus de cauſſis, & quòd minima, annis ſcilicet, & quòd iam de tam multis ſororibus proles reſtaret vnica.

301. Dvmqve rogat pro q. occidit] inter ipſas preces, qua parte corporis, veſte non tegebatur, transfixa concidit.

Orba resed. exanim. inter nat.] Pro orba habuit Latonam, vt διδυματόκον tantummodo: nunc ipſa ad orbitatem ex tantu liberorū numero (populum vocabat) redacta eſt. Vbi nunc il-

D la tumida, & nimiùm arrogans oratio: *Sum felix, felixq; manebo. Quis dubitet? Maior ſum, quàm cui poſſit fortuna nocere. Exceſſere metum mea iam bona. Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorum.* Nec vnum quidē, quantumvis ſupplex, retinuiſti. *Exanimem*, id eſt, exanimi ſimilem, pæne mortuam inter tot funera ſediſſe ait, & præ immenſo luctu in tantis malis in lapidem induruiſſe. Duæ ſunt Ethopœiæ Niobes apud Libanium, in vtraque orbitatē ſuam, in poſteriore etiam arrogantiam ſuam, qua ſupra humanam conditionem ſapuerit, deplorat. Ex priore pauca huc transferam. *Perdidi 12. nec vllus reſtat, qui me matrem appellet: cùm modò mater à tanto numero vocarer. O ſagittas corporibus infixas, ô manantem per*

artus

artus ſanguinem, ô filiarum venuſtatem, ô filiorum pulchritudinem ô cincinnorum decus, ô vultm gratia, ô cariſſima pectora! Atqui nihil horum reuerti ſunt ſaculatores. Quem primum amplexabor? quem ſecundum deflebo? ad quem tertium accedam? quem tranſiliam? quem contingam? vnde ſufficiet mihi vis lacrymarum ad deplorandos duodecim mortuos? ecquis modus erit calamitatum? Subinde hos & illos efferri oportebit: & feretrum ſubſequi feretrum: vel modò hunc ſepelire, modò ad alium accurrere, &c.

303. NVLLOS MOVET AVRA CAPILLOS] ἀληθῶς diſtinctiſſimè & explicatiſſimè commemorat, vt addi nihil poſſit. De hac eadem transformatione 1. de Ponto eleg. 2. vates noſter:

Felicem Nioben, quamuis tot funera vidit,
Quæ poſuit ſenſum ſaxea facta malis.

In 3. Antholog. hoc epitaphiũ in eandem ſcriptũ.

Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν.
Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον·
Ἀλλ᾽ αὐτὸς αὑτῷ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.

Quod cùm plures verterint, quid impedit quin & nos tentemus?

Hæc tumba nullum ſeruat intus mortuum.
Hic mortuus foris ſepulchrum non habet:
Verùm ipſe ſibi ſepulchrum, & ipſe mortuus.

Auſonianum inſuper eius tumulum ſubijciamus:

Thebarum regina fui, Sipyleia cautes
Quæ modò ſum. læſo numine Latoidum.
Bis ſeptem natis genitrix læta atque ſuperba;
Tot duxi mater funera, quot genui.
Nec ſatis hoc diuis, duro circundata ſaxo
Amiſi humani corporis effigiem.
Sed dolor, obſtructis quamquam vitalibus, hæret,
Perpetuùſq; rigor fonte pio lacrymis.
Prò facinus, tantane animis cæleſtibus iræ?
Durat adhuc luctus, matris imago perit.

In lapidem migraſſe ideo creditur, quoniam ſuam ipſa ſtatuam marmoream monumento liberorum impoſuit. Cauſſam aliam profert 3. Tuſculan. Cicero, inquiens: *Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium.* Niobes archetypum, prouerbium de homine ſtupido & immobili, qui & ſaxeus dicitur. Aut de taciturno & attonito, vo- A de verbum exſculpere nequeas. Vel denique de præfracto, quem expugnare nemo poſſit, & ab opinione concepta non eſt vt depellas.

311. IN PATRIAM RAPTA EST] in Phrygiam, vbi nata, in vrbe Sipylo, cuius nominis etiam mons regionis, in cuius iugũ à turbine venti depòrtata eſt.

312. ET LACRYM. ETIAM N. MARMORA MAN.] Naſonis admirator & imitator præcipuus Seneca in Agamem.

Stat nunc Sipyli vertice ſummo
Flebile ſaxum. & adhuc lacrymas
Marmora fundunt antiqua nouas.

Sudant marmora. Eas guttas festiuè appellat Niobes lacrymas. De illo marmore, ſiue ſaxo, ſiue ſaxea Niobe, eiuſque lacrymis perennibus ex Pauſa- B nia Crinitus lib. 11. c. 4. In eius ſtatuam ſunt variorum Epigrammata Antholog. lib. 4. tit. 8. εἰς Νιοβίδας. Auſonianum ex Græco Latinum deprædicat, idem Crinitus. Perquam ſcitè Q. Smyrnæus 1. Paralipom.

Ἤχι θεοὶ Νιόβην λᾶαν θέσαν, ἧς ἔτι δάκρυ
Πουλὺ μάλα στυφελῆς καταλείβεται ὑψόθι πέτρης,
Καί οἱ συστοναχοῦσι ῥοαὶ πολυηχέος Ἕρμου,
Καὶ κορυφαὶ Σιπύλου περιμήκεες ἧς καθύπερθεν
Ἐχθρὴ μηλονόμοισι περιπλανᾶται ὀμίχλη, &c.

Latinè: *Vbi dij in ſaxum verterunt Nioben: cuius adhuc lacrymæ largiſſimæ ex rigida alta petra deſtillant, cumq; ipſa multiſoni Hermi vndæ gemunt, & longè Sipyli protenta cacumina, ſuper quibus perpetua velut nebula, paſtoribus inimica* Illa autem ingens hominibus qui præ- C tereunt miraculum exiſtit: quia gemebundam refert mulierem, quæ triſti ſe luctu conficiens, lacrymas infinitas profundit, &c. Quanta fuerit Thebanorum συμπάθεια erga Nioben, ob tot liberorum funera, lector videat Statium Thebaid. 3. à verſu 192. *Vna dies ſimilis fato*, &c. Ex fabula Niobes in rebus proſperis animo noſtro moderari, & cùm ſimus homines, ſupra homines non tollere ceruicem diſcimus. Exempla moderationis huius inſignia ſunt *Agathocles* Siciliæ rex è filio figuli. *Paulus Aemilius* de Perſe Macedonum rege triumphans, de quo Florus lib. 2. c. 12. *Philippus* Alexandri pater, de quo Iuſtinus libro 9. & nos ſuprà.

Latona etiam à Delo, vbi Apollinem & Dianam pepererat, à Iunone pulſa in Lyciam venit. Illic è lacu ſitim leuare parans, à ruſticis, tametſi oraret, cum maledictis & minis, turbata inſuper aqua bibere prohibita eſt. Effecit precatione ſua, vt iijdem agreſtes locum illum in ranas conuerſi perpetuò habitarent: quarum coaxationes veterum in deam proborum monumenta ſunt. Tam verò facundè, lepidè, eleganter huius aquatilis natura, & corpus hîc deſcribũtur, ſeu depinguntur potiùs, vt à nullo ſcriptore meliùs deſcribi; nec ab vllo pictore excellentiùs, & ad viuum magis depingi poſſe videantur.

VIII. 313. *TVnc verò cunctis manifeſtam numinis iram*
Femina, virque timent: cultúque impenſiùs omnes
Magna gemellìparæ venerantur numina diuæ.

Vtque fit, à facto propiore priora renarrant.
E quibus vnus ait, Lyciæ quoque fertilis agris
Non impune deam veteres ſpreuere coloni.
Res obſcura quidem eſt, ignobilitate virorum:
Mira tamen. vidi præſens ſtagnumque, locumque
Prodigio notum. nam me iam grandior æuo,
Impatienſque viæ genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues, gentiſque illius eunti
Ipſe ducem dederat: cum quo dum paſcua luſtro:
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara vetus ſtabat, tremulis circundata cannis.
*Reſtitit: & *pauido, faueas mihi, murmure, dixit* *paullo
Dux meus: & ſimili, faueas mihi, murmure dixi.
Naiadum, Faunine foret tamen ara rogabam,
Indigenæue dei: cùm talia rettulit hoſpes.
Non hac ô iuuenis montanum numen in ara eſt.
Illa ſuam vocat hanc, cui quondam regia coniux
Orbem interdixit: quam vix erratica Delos
Errantem accepit, tunc cùm leuis inſula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ,
Edidit inuita geminos Latona nouerca.
Hinc quoque Iunonem fugiſſe puerpera fertur:
Inque ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.
Iamque Chimæriferæ cùm ſol grauis vreret arua,
Finibus in Lyciæ, longa dea feſſa labore,
*Sidereo ſiccata ſitim *collegerat æſtu:* *conceperat
Vberáque ebiberant auidi lactentia nati.
Fortè locum mediocris aquæ proſpexit in imis
Vallibus, agreſtes illic fruticoſa legebant
Vimina cum iuncis, gratámque paludibus vluam.
Acceſſit, poſitóque genu Titania terram
Preſſit, vt hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba vetat. dea ſic affata vetantes:
QVID PROHIBETIS AQVAS? VSVS COMMVNIS AQVARVM EST.
NEC SOLEM PROPRIVM NATVRA, NEC AERA FECIT,
NEC TENVES VNDAS. ad publica munera veni.
Quæ tamen vt detis, ſupplex peto. non ego noſtros
Abluere hîc artus, laſſatáque membra parabam:
Sed releuare ſitim. caret os humore loquentis:
Et fauces arent: vixque eſt via vocis in illis.
Hauſtus aquæ mihi nectar erit, vitámque fatebor
Accepiſſe: ſimul vitam dederitis in vndis.
Hi quoque vos moueant, qui noſtro brachia tendunt
Parua ſinu: & caſu tendebant brachia nati.
Quem non blanda deæ potuiſſent verba mouere?
Hi tamen orantem perſtant prohibere, minaſque
Ni procul abſcedat, conuiciaque inſuper addunt.

Nec ſatis eſt: ipſos etiam pedibúſque manúque
Turbauere lacus: imóque à gurgite mollem
Huc illuc limum ſaltu mouere maligno.
Diſtulit ira ſitim neque enim iam filia Cæi
Supplicat indignis nec dicere ſuſtinet vltrà
Verba minora dea: tollénſque ad ſidera palmas,
Æternùm ſtagno, dixit, viuatis in iſto.
Eueniunt optata deæ: iuuat eſſe ſub vndis:
Et modò tota caua ſummergere membra palude;
Nunc proferre caput, ſummo modò gurgite nare:
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere, ſæpe
In gelidos reſilire lacus. ſed nunc quoque turpes
Litibus exercent linguas, pulſóque pudore
Quamuis ſint ſub aqua, ſub aqua maledicere tentant.
Vox quoque iam rauca eſt, inflatáque colla tumeſcunt.
Ipſáque dilatant patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur
Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:
Limoſóque nouæ ſaliunt in gurgite ranæ.

313. TVNC VERO CVNCTI MANIFEST. &c.] A Tam nouo, & inaudito exemplo Thebani omnes ad iram Latonæ formidandam, atque ad eam impenſiùs etiam quàm antehac venerandam incitati ſunt.

315 GEMELLIPARÆ] κατ' ἐξοχήν: Pariunt gemellos multæ fœminæ paſſim, ſed non deos.

316. VTQ. FIT, A FACT. PROP. PRIOR. RENARR.] Præſentia nos frequenter præteritorum admonent, & ea in mentem nobis reuocant, propter affinitatem quãdam, ac ſimilitudinem. Ita hîc pœna Niobes à Latona & filijs eius inflicta, dum ſermones & circulos peruolitat, memoriam Lyciorum ruſticorum ab eadem dea, quam contempſerant, B grauiter punitorum reſtituit. En occaſionem conſequentis fabulæ. Quid ad ſeriem & continuationem fingi poteſt conuenientius?

317. E QVIBVS VNVS AIT] Hic non Thebanus, ſed Lycius erat; & εἷς ἐκ πολλῶν, homo cibarius ſeu vulgaris, vt dicet poſtea.

LYCIÆ QVOQ. FERTILIS AGRIS NON IMP. &c.] Propoſitio, ſiue argumentum totius narrationis. Seu docilitas, & attentio, quæ in exordijs comparatur.

319. RES OBSCVRA IGNOBILIT. VIROR.] Illuſtrium hominum dicta & facta perueniunt facilè C in ora vulgi, & in literas: plebeiorum & obſcurorum negliguntur.

320. VIDI PRÆSENS STAGNVMQ. LOCVMQ.] Credibiliora ſemper viſa quàm audita. *Pluris eſt teſtis oculatus vnus, quàm auriti decem*, inquit in Truculento Plautus.

321. NAM ME IAM GRAND. ÆVO, &c.] Qua occaſione viderit illud ſtagnum. Pater eius ſenex, ac proinde tanto itineri conficiendo haud ſatis valens, eò ipſum Lycio quodam duce miſerat, vt boues electos & coëmptos inde ageret. Lanium fuiſſe ſenem illum conjectat Glarean. qui filium è Græcia bobus ad macellum emendis miſerit.

324. CVM QVODVM PASCVA LVSTRO] armenta diuerſis in paſcuis.

325. ECCE LACV MEDIO SACROR. &c.] in medio ſtagno, ſiue lacu vetuſtam aram, arundinibus cinctam, & de ſacrificiorum cineribus nigram conſpexi.

327. ET PAVIDO FAVEAS M. MVRM. D. DVX M.] Summiſſa & trementi voce numen loci dux inuocauit. Prætereuntes fanum aliquod, aut lignum, lapidémue aſpicientes, in quo diuinitatis aliquid eſſe opinarétur, manum ad os referre, & tenui murmure illos ligneos aut lapideos deos, vt ſibi fauerent, precari ſolebant. Ex Mureto lib. 10. Variar. Lect. cap. 1. Hic Raphael laudat noſtram Catholicorum conſuetudinem, qui ſacella Sanctorum prætereuntes, eos rogamus, vt nobis ſint auxilio.

PAVIDO MVRMVRE] in vulgatis eſt *paruo murmure*. Iuſtus Zinzerling. Promulſidis cap. 4. emendat *paullo murmure*. Quod vocabulum, quia paullò remotius, imperitia librariorum tolerare nequiuerit. Idem porrò notat, quod *paruum*, *paucum*, quod è multis & nobilioribus ſcriptoribus ibidem oſtenditur.

329. NAIAD. FAVNIVE FORET T. ARA, &c.] *Naiades* propriè fluuiorum præſides, vt ſtagnorum *Limnades*, λίμνη enim ſtagnum. Hîc *Dryades*, aut Oreades fortè intelligit, quandoquidem negat dux, vlli montano numini aram illam dicatam eſſe. Indigena autem Deus, eſt Deus, eo loco vbi colitur natus, ein einheimiſcher Gott, non aſcititius.

332. CVI QVONDAM REG. CONIVX ORB. INTERD.] Ara hæc eſt Latonæ, quam Iouis coniux Iuno, propter factum cum Ioue adulterium, furiarum ſtimulis toto orbe exagitauit.

333. QVAM VIX ERRAT. DEL. ERRANT. ACCEPIT. &c.] fabulam ſuprà attulimus, & Ouid. ipſe, verbis perſpicuis, quæ hîc repetemus:

——— *cui maxima quondam*
Exiguam ſedem paritura terra negauit.

Nec

Nec cælo nec humo, nec aquis dea veſtra recepta eſt.
Exul erat mundo, donec miſerata vagantem,
Hoſpita, tu terris erras, ego, dixit in vndis,
Inſtabilemq́; locum Delos dedit.

De erratica Delo, & ab Apolline conſtabilita Virgil. quoque Æneid. 3. Ob frequentes tremores terræ fictum illam eſſe inſtabilem, & fluctibus circumferri.

335. ILLIC INCVMB. CVM PALLAD. ARB. PALMÆ] De partu Latonæ, & arboribus quibus adnixa, Commentar. Catulli in illud, ex carmine ſæculari de Diana, *Quam mater prope Delium Depoſiuit oliuam.* In primis autem Muretus. Meminerunt verò huius puerperij Homerus 2. Odyſſ. & Hymno in Apollinem, Callimachus in eundem, & Dianam, & Delum, Lucianus Tom II dialogo Iridis & Neptuni. Luculenter item Theognis principio Gnomarum ſuarum. Euripides Hecuba palmam & laurum, quibus pariundo niteretur, ramos præbuiſſe dicit.

336. INIVSTA NOVERCA] inuita Iunone. *αἰνόφρων* nouerca Iuno. Dicitur enim nouerca, quam quis liberis ex priore coniuge iam demortua ſublatis, nouam vxorem ducit, attendæ familiæ gratia, id eſt, coërcendæ. Propriè autem, & verè Iunonis pellex Latona.

337. HANC QVOQ. IVN. FVG. PVERP. FERT.] Vix editis infantibus, à partu recentem, ac vix præ debilitate ingredientem lentiùs, etiam à Delo fugatur Iunonis importunitas.

338 IN Q. SVO PORTASSE SINV] in ambabus vlnis ad ſinus appreſſos. Horat. ode 18. lib. 2.

———*pellitur paternos*
In ſinu ferens deos
Et vxor, & vir, ſordidoſq́; natos.

339. 340. CHIMAERIF. IN FINIB. LYCIÆ] Chimæram animal, ſeu monſtrum potiùs, triplici cum corpore (*Prima leo poſtrema draco, media ipſa chimæra*) id eſt capra, vt Homeri carmen ex Iliad. ζ interpretans inquit Lucret. lib. 5. Fabulantur, quòd ore foras acrem afflaret de corpore flammam. *ἱσορικῶς* mons fuit Lyciæ ignivomus, vt Ætna & Veſuuius, cuius in iugis paſcebant leones, in medio caprigenum genus, ad radices erant ſerpentes. Eum montem Bellerophon habitabilem cùm feciſſet, chimæram occidiſſe prædicatus eſt. *Chimæriferæ Lyciæ*, non quæ fert & gignit chimæras: ſed quæ tulit monſtrũ hoc chimærã, de quo & infrà noſter.

339. CVM SOL GRAVIS VRERET ARVA] cùm ſe calores intendiſſent, in æſtu maximo.

340. FESSA LABORE] ex ambulatione, & duorum infantium geſtatione.

342. VBERAQ. EBIB. A. L. NATI] vt iam nec infantibus quod ſugerent ſuppeditaret, niſi hauſtu ſaltem aquæ humorẽ illum lacteũ mater reficeret.

343. LACVM MEDIOCRIS AQVAE] non latum, nec longum, nec adeò profundum.

344. FRVTICOSA VIMINA] in frutetis, ſeu inter frutices naſcentia.

345. GRATAMQ. PALVDIB. VLVAM] Virgil. 4. Georg. *Nec veſcas ſalicum frondes, vluamq́; paluſtrem.*

346. POSITOQ. GENV TITAN. TERR. PRESS.] Cæo Titane progenita. Geſtus de lacu frigidã bibituræ.

348. RVSTICA TVRBA VETAT] Quære cauſſam cur vetaret, nullam inuenies, niſi quòd ruſtici erant, & omnem humanitatem peſſumdederant.

A 349. QVID PROHIB. AQVAS? VSVS COMMVN. AQVAR.] Oratione ſua primùm docet Latona, eos iniuſtè facere, qui ipſam communi re frui prohibeant. Aquam, vt ſolem, & aërem nullius eſſe propriam: ſed in commune à natura productam. Deinde quod debebatur tamen ſummiſsè rogat, & neceſſitatem ſuam exaggerat: beneficij memoriam ſpondet; demumq́ue per ipſos infantulos petitionem iterat. M. Tull. 1. Off. diſputans de communitate rerum, quas ad communem hominum vſum natura genuit: *Omnia autem communia hominum videntur*, inquit, *ea quæ ſunt generis eiuſdem, quod ab Ennio poſitum in vna re, transferri in permultas poteſt.*

Vt homo, qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat facit:
Vt nihilominus ipſi luceat, cùm illi accenderit.

Vna enim ex re ſatis præcipitur, vt quidquid ſine detrimen-
B *to poſſit commodari, id tribuatur cuique vel ignoto. Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aqua profluente: pati ab igne ignem capere, ſi quis velit: conſilium fidele deliberanti dare: quæ ſunt illis vtilia qui accipiunt, danti non moleſta.*

350. NEC SOL PROP. N. NEC AERA F.] Lib. 1. in deſcriptione ſæculi ferrei,

Communemq́; priùs, ceu lumina ſolis, & auras,
Cautus humum longo ſignauit limite menſor.

351. QVAE T. VT DET. SVPPLEX PETO] Superbiſſimi ruſtici ſuppliciter rogari ſinunt, quod vt ſuum vindicare nequeunt: nec tamen dant. Addunt adhuc iniurias, vt audies.

NON EGO N. ABLVERE HIC ARTVS] Mirificum *πάθος* habet hæc ſupplicatio. Duplici de cauſſa lauamus, vel munditiæ, vel refrigerandi corporis in æſtu ac ſudore. Sic de Diana in 3. & fonte in valle
C Gargaphie:

Hic dea ſyluarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.

354. SED RELEVARE SITIM] modicum vſum ſtagni, ſeu aquæ illius obſecrat, quantum ſiti reſtinguendæ ſatis ſit. Quem vt impetret, ecce, ad infimas preces deſcendit.

CARET OS HVMO. LOQ. &c.] præ oris & faucium ariditate vix eloqui poſſum, ita calor omnem humorem abſumpſit, & viam voci præcluſit.

356. HAVSTVS AQVAE MIHI NECT. ERIT] Non quod maximè pretioſum in cibo ac potu, id etiam ſemper palato maximè ſapidum. Sunt quædam vtrobique parui pretij, quibus & Principum gulæ capiuntur, quæque præ Pontificum cœnis ſibi apponi volunt. Iam vt fames cibi, pari modo optimũ condimentum potus eſt ſitis, vtique ſicut grauiùs
D ſitienti mera aqua eſt pro *nectare*: ita multum eſurienti panis ſolus erit pro *ambroſia*.

VITAMQ. FATEB. ACCEP. SIMVL VIT.] Hem, per vitam ſuam rogat: præ ſiti enim morituram ſe. Latenter homicidij, ſeu potiùs deicidij, ſi negare perſeuerent, eos arguit. Eſt ne ad permouenda adamantina corda aliquid relictum amplius? Eſt verò. Vide, amabo.

358. HI QVOQ. VOS MOVEANT, QVI NOST. &c.] Propter paruulos & innocentes liberos, parentum cura, opera, labore, educatione ſummopere indigentes, aliquando & inſignia maleficia ignoſcuntur. Cur non in eorundem gratiam & vtilitatem iiſdem parentibus aliquid beneficij præſtetur, vel qualecunque. Quid porrò hauſtu frigidæ vilius?

Caſu quod fiebat, ad cauſſam ſuam adiuuandam callidè adhibet, & hoc ipſum rogari protenſis brachiolis ab infantibus affirmat; nempe, vt miſeræ matri, ac præ irâ tantùm-non morienti ſuccurrere velint. Sic feſtiuiſſimè 3.Faſt. Romanis & Sabinis iam iam cunflicturis, interuenerunt raptæ, portantes in ſinu, quos iam viris ſuis liberos, patribus autem nepotulos genuerant; vt precibus ſuis, & puſionibus exhibitis, crudele prælium inter ſoceros & generos impedirent, pacemque conciliarent. Earum vota & obteſtationes viſi ſunt etiam infantes geſtu & clamore ſuo adiuuare.

Cùm raptæ veniunt inter patreſque, viroſque,
Inque ſinu natos pignora cara tenent.
Vt medium campi ſcißis tetigere capillis,
In terram poſito procubuere genu.
Et, quaſi ſentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua ſuos.
Qui poterat, clamabat auum tunc denique viſum:
Et qui non poterat, poſſe coactus erat.

Mirè. Vagientes, a, litteram ſonant; eo ſono auum inclamatum, & quaſi oratum, vt arma deponeret, Poëta fingit.

360. QVEM NON BLAND. ORAT. P. VERB. M.] Quem tam ſupplex & demiſſa oratio non moueret? Sed agreſtibus iſtis robur, & æs triplex circa pectus erat, & maleuolentia ſumma corruptus animus. Vide oro Perſtant in prohibendo hauſtu, tradunt verba deæ ſupplicia portare ventis in mare Creticum. Quid præterea? minas inſerant, ni ſe inde protinus auferat. Creſcit improbitas. Voces in eam maledicas expromunt. Nondum ſatiati inferenda iniuria, manibus, pedibus, ſaltibus aquam turbant & limoſam reddunt.

367. SVSTVLIT IRA SITIM] Non ideo minùs ſitiebat, quia ruſticis importuniſſimis iraſcebatur: ſed grauiſſimè irata deſinebat pro ſiti ſedanda ſupplicare, vtpote indignis.

368. VERBA MINORA DEA] Tota oratio eius auctoritati & perſonæ fuit longè impar. Deos non decet rogare, ſed rogari: nec ſe homioibos ſubijcere; ſed iiſdem imperare, & repugnantes ſupplicijs coërcere, non beneficia ab iis petere.

TOLLENSQ. AD SID. PALMAS] Geſtus cæleſtes orantium, aut querelas ſuas apud eos deplorantium. Æneas lib. 1. in media tempeſtate: *Et duplices tendens ad ſidera palmas.* Et lib. 10. *Et duplices cum voce manus ad ſidera tendit.* Ibid. *Et ambas Ad cælum tendit palmas.*

369. ÆTER. STAG. H. VIVAT. IN ISTO] Dum illis perpetuam in aquis vitam à diis precatur, ſimul optat, vt aut in pisces, aut in ranas conuertantur, aliud enim animantis genus æternùm in ſtagnis non viuit. Neutrum tamen exprimit, ſed in arbitrio deorum relinquit, qui viliſſimum genus hominum & maledicentiſſimum in ſordidiſſimū & loquaciſſimum natatile transformandū cenſuerunt.

370. IVVAT ASSE SVB VNO. ET MODO, &c.] Laſciuiam recentium ranarum, hypotypoſi iucundiſſima, pænè ſenis verſibus ante oculos proponit.

374. SED NVNC Q. TVRP. LIT. EXERC. LING.] vſque hodie iurgari, & turpiter litigare videntur, cùm illud βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ (vt Ariſtophanea ὀνοματοποιΐας) viatoribus occinunt. Alluſit Virgil. in prognoſt. pluuiæ, 1. Georg. *Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.*

375. PVLSOQ. PVDORE] impudentiſſimè.

376. QVAMVIS SINT SVB AQVA S. AQ. MALED. TANT.] Tanta eſt libido maledicendi, vt ne ſub aquis quidem tacere poſſint. Iteratione duarum vocum ἀμέτρως, ſeu citra interpoſitionem, *ſub aqua ſub aqua*, ipſum clamorem ranarum, & coaxationem ſiue id ſtudio, ſiue caſu, certè quidem fæliciter retulit.

377. VOX QVOQ. I. RAVCA E. INFLAT. &c.] Hæc ad corpus earum pertinent.

380. SPINA VIRAT] tergum, pars pro toto.

381. LIMOSO IN GVRGITE] non enim aquas puras & limpidas amant, in quibus generare etiam non poſſent.

Marſyas Satyrus tibiarum cantu ab Apolline prouocato ſuperatus, pelle exuitur; à Faunis, Satyris, Nymphis defletur. Horum omnium lacrymas poſtquam terra combibit, fluuium cognomine Marſyam emiſit. Satin' ὑπερβολικῶς?

IX. *SIc vbi neſcio quis Lycia de gente virorum*
Rettulit: exitium Satyri reminiſcitur alter.
Quem Tritoniaca Latous arundine victum
Affecit pœna. Quid me mihi detrahis? inquit,
Ah piget, ah non eſt, clamabat, tibia tanti.
Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus:
Nec quidquam niſi vulnus erat. cruor vndique manat:
Detectique patent nerui: trepidæque ſine vlla
Pelle micant venæ: ſalientia viſcera poſſes,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.
Illum ruricolæ ſyluarum numina Fauni,

Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt, & quiſquis montibus illis
Lanigeróſque greges, armentáque bucera pauit.
Fertilis immaduit, madefactáque terra caducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.
*Quas vbi fecit *aquas, vacuas emiſit in auras.* *aquam,
Inde petens rapidum riuis decliuibus æquor,
Marſya nomen habet, Phrygiæ liquidiſſimus amnis.

382. NEſcio qvis] Loquẽdi forma, cùm quempiam nominare aut propter obſcuritaté, contemptúmue nolumus: aut propter vocabuli ignorantiam non poſſumus. Virgil. 3. Æneid. *Hic mihi neſcio quod trepido malè numen amicum Confuſam eripuit mentem.* In Amphitrione Plautina, cùm Mercurius, Soſia Amphitruonis ſeruo diu ſecum fabulante, & nugante dixiſſet *Certè enim neſcio quis hic loquitur;* tacerè ſubijcit Soſia, *ſaluus ſum, non me videt.* Nescio qvem *loqui autumat: mihi certò nomen Soſia eſt.* Quaſi nomen eſſet proprium, *neſcio quis*, & inflecti poſſet, cuius caſus accuſandi, *Neſcio quem.*

383. Exitivm Satyri reminiscit. alter] Exitium Niobes narrarum, Lycium hominem in memoriam exitij ruſticorum reduxit. Exitium horum alteri, ſiue Lycio, ſiue Thebano recordationem commouet exitij Marſyæ Satyri, nimirum, quod ſuprà dicebat Poëta, *Vtq; fit, à facto propiore priora renarrant.*

384. Tritoniaca arvnd. victvm] *Tritonia*, ſeu Minerua arundinem fortè reperit. Eam cùm inflaret, & in aqua, tanquam in ſpeculo animaduerteret ſibi buccas intumeſcere, vultumque deformari, mox abiecit: Marſyas deinde repertam vſurpauit, adeoque ſibi placuit illo cantu, vt Apollinem citharœdum auderet prouocare. A quo victus, & pelle nudatus miſerè periit. Totam fabulam fusè tractatam lege apud Natal. lib. 6. cap. 15. Non pauca item, nec protrita de hoc *Marſya* Gyraldus dialog. de Poëtar. hiſtoria 10. poſt libri initium.

385. Qvid me mihi detrahis] ὀξύμωρον. Pellis humana, ſi præſertim inferciatur, hominis quandam effigiem exhibet, vt qui excoriantur, ſibimet detrahi videantur.

386 Ah piget, ait. n. est, clam. tib. tanti] voces ſtultitiam ſuam reprehendentis, qui ob rem ludicram corium ſuum amiſerit, cum cruciatu incredibili.

387. Cvtis est svmm. direpta per art.] Iam cœpta erat diripi: ſed inter hæc verba per extrema corporis tota auulſa eſt. *Marſyæ mors*, parœmia, de ſæuiſſimo genere mortis. Had. Iunius in Cent. qui & exempla aliquot à Tyrannis pelle ſpoliatorum lectori annumerat. In hiſtoriis Eccleſiaſticis eſt de Ioanne Nicomedienſi, viro nobili. Cui ob edictum duorum Impp. de Chriſtianis perſequendis affixum, & pio zelo detractum ac diſcerptum cutis eſt detracta; ſuperfuſum cum ſale acetum, vt ita in atrociſſimo tormenti genere moreretur. Quod tamen ille fortiſſimus heros adeò pacatè conſtanterque pertulit, vt nec ingemuerit, nec vultum immutauerit.

388. Nec qvidq. nisi vvlnvs erat] & ideo aſpectus eius fœdus ac horribilis. Stat. 5. Thebaid. de Archemoro puero, in ſylua ab immani ſerpente dilacerato, *totumq; in vulnere corpus.*

Crvor vndiq. manat] quia vndecunque detracta pellis, quam detractionem ſanguinis defluxum conſequi continuò oportebat.

389. Trepidæq. micant venæ] palpitant. Infrà, *Radix micat vltima linguæ.* Et lib. 10. *Saliunt tentatæ pollice venæ.* Rurſus alibi, *Corda micant regis.* Cic. 2. de natura deor. *Iam verò venæ & arteriæ micare deſinunt, quaſi quodam igneo motu.* Plautus Aulular. *Cor meum in pectus cœpit emicare.* Hæc teſtimonia Ciofano occurrerunt.

390. Pellvcent. in pect. fibras] in pectore patebant fibræ, quæ ſunt venæ minutulæ. Seu, per pectus emicabant, & tralucebant fibræ.

391. Illvm rvricol. sylvar. nvm. Favni, &c.] Agreſtis deus à diis & hominibus agreſtibus defletus eſt. Fauni dii agricolarum & ſyluarum nihilominus. Virgil. 1. Georg. *Et vos agreſtum præſentia numina Fauni.* De his Natal. lib. 5. Mythulog. cap. 9. Compoſuit illi epitaphium Archias 3. Antholog. tit. 8. εἰς αὐλητάς. *in tibicines*, in perſona Nympharum, tam immaniter necatum lamentantium.

393. Et tvnc qvoq. clarvs Olymp.] Non puto aliud, quàm montem illum altiſſimum in confinibus Theſſaliæ & Macedoniæ nomine Olympi hoc loco accipiendum. Flere autem & lugere ſyluas, montes, beſtias apud poëtas quis neſcit? Clarus erat & celebris Olympus etiam per illud tempus, & iuxta illum, ſeu in illo res geſta concipienda eſt.

394. Et nymphæ] montanæ & ſylueſtres.

395. Lanigerosq. greg. armentaq. b. pavit] omnes opiliones, & armentarii. Bucerum pecus, quod gerit magna cornua. βυ particula ſignificatum intendit: κέρας eſt cornu. Lanigeræ pecudes Lucretio ſunt oues; *bucera ſecla* greges boum & vaccarum. Feſtus bucerũ pecus de bubus dicimus.

396. Cadvcas lacrymas] cadentes ab oculis flentium. Suprà, *Et lacrymæ mites inter mandata cadebant.* Et epiſt. 6. *Et lacrymis in falſa cadentibus ora.* Propertius eleg. 6. lib. 3. *Illius ex oculis multa cadebat aqua.*

397. Ac venis perbibit imis] venas terræ putaeſſe meatus aquarum & ſpirituum: ſicut in corpore humano venæ ſunt conceptacula ſanguinis, & arteriæ ſpirituum. Nec nouum, ſi & illa ſuas venas habeat, cùm ei quoque ſua viſcera lib. 1. & ab aliis quoque auctoribus tribuantur; *Itum eſt in viſcera terræ.* Fabulam *Marſyæ* tribus diſtichis perſtringit 6. Faſtor.

Inuentam (tibiam) *primùm miratur, & vſum*
Neſcit, & afflatam ſenſit habere ſonum.

Et modo dimittit digitos, modò concipit auras:
Iamq; inter Nymphas arte ſuperbus erat.
Prouocat & Phœbum, Phœbo ſuperante pependit:
Cæſa receſſerunt a cute membra ſua.

378. QVAS VBI FECIT AQVAS, &c.] vbi redegit in vnum, & effecit fluuium, ſalſugine adempta illum rupta, ſeu patefacta terra emiſit in Phrygia.

399. RIPIS DECLIVIBVS] Phrygia igitur eminentiore ſolo.

RAPID. PETENS ÆQVOR] Flumina aut omnia, A aut plurima in mare decurrere, dubium nullum eſt, & egimus de hoc lib. 1. ibi, *In mare perueniunt partim.* Sed cur rapidum æquor, cùm mare ſtet, non curratꝰ Ad fluxum & refluxum, ſeu receſſum & acceſſum eius, ſeu reciprocationem marini æſtus reſpexit. De quo egregiè Virgil lib. 11. Æneid.

Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, ſcopuliſq; ſuperiacit vndam
Spumeus, extremamq; ſinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque æſtu reſoluta reſorbens
Saxa fugit, littuſq; vado labente relinquit.

Pelops Nioben germanam luget, humerum eburneum in locum natiui, à Cerere abſumpti ſibi à diis reſtitutum expromens. Nam Tantalus filium coctum ipſis inter epulas, explorandæ eorum diuinitatis appoſuerat.

X.

TALIBVS exemplis redit ad præſentia dictis
Vulgus, & extinctum cum ſtirpe Amphiona luget.
Mater in inuidia eſt. hanc tunc quoque dicitur vnus* *quam
Fleſſe Pelops, humeróque ſuas à pectore poſtquam
Deduxit veſtes, ebur oſtendiſſe ſiniſtro.
Concolor huic humerus naſcendi tempore dextro,
Corporeúſque fuit: manibus mox cæſa paternis
Membra ferunt iunxiſſe deos: aliiſque repertis,
Qui locus eſt iuguli medius, ſummique lacerti
Defuit, impoſitum eſt, non comparentis in vſum
Partis ebur: factóque Pelops fuit integer illo.

401. TALIB. EXEMP. DICT.] Thebani ciues auditis exemplis de Lyciis agreſtibus, & Marſya Satyro, quomodo ſceleris ſui aduerſus deos pœnas iuſtas & graues ſubiiſſent, mentes ad Amphionem, & liberos eius conuerterunt, eoſque miſerati & lamentati ſunt. B

403. MATER IN INVIDIA EST] Niobæ funeſtum hoc malum,* vi capiti & cauſſæ adſcribebant, quæ faſtu inaudito turgida, & virum & natos natóſque perdiderat. Malè igitur apud populum audiebat non iniuria.

HANC T. QVOQ. DICIT. VN. FLESSE PELOPS] nemine illam flente, ſolus frater flebat.

404. HVMEROQ. SVAS A PECTORE POSTQ. &c.] poſtquam deduxit ſuas veſtes à pectore. poſtquam nudauit pectus veſte quam gerebat pretioſa & purpurea, vt nigram & lugubrem ſororis gratia indueret, exhibuit conſpicandum ebur ſiniſtro humero, humerum ſiniſtrum totum eburneum. Virg 3. Georg *Humeroq; Pelops inſignis eburno.*

406. CONCOLOR HVIC HVMERVS, &c.] Docet qua occaſione humerum hunc eburneum adeptus ſit. Satis ex argumento ſectionis huius claruit.

409. QVI LOCVS E. IVGVL. MED. &c.] humerus, περιφερειακῶς. Vide Natal. lib. 6. cap. 18.

Quòd Pelopi conſolando Athenienſes defuerant obſidio fecit, qua eos Tereus Thracum rex liberauit: cui bene merito Pandion rex Prognen filiam locauit. Sed hæ innuptæ fuerunt nuptiæ. Diem tamen illum, vti & natalem Itys, inde procreati, Thraces feſtum egerunt.

XI.

FINITIMI proceres coeunt; vrbéſque propinquæ
Orauere ſuos ire ad ſolatia reges.
Argóſque, & Sparte, Pelopeiadéſque Mycenæ,
Et nondum torua Calydon inuiſa Dianæ,

Orcho-

Orchomenóſque ferax, & nobilis ære Corinthus,
Meſſenéque ferox, Patræque, humiléſque Cleonæ,
Et Nelea Pylos, nec adhuc Pittheïa Trœzen,
Quæque vrbes aliæ bimari clauduntur ab Iſthmo,
Exteriúſque ſitæ bimari ſpectantur ab Iſthmo.
Credere quis poſſet? ſolæ ceſſaſtis Athenæ.
Obſtitit officio bellum, ſubuectáque Ponto
Barbara Cecropios terrebant agmina muros.
Threïcius Tereus hæc auxiliaribus armis
Fuderat: & clarum vincendo nomen habebat.
Quem ſibi Pandion opibúſque viriſque potentem,
Et genus à magno ducentem fortè Gradiuo,
Connubio Prognes iunxit. non pronuba Iuno,
Non Hymenæus adeſt, illi non Gratia lecto.
Eumenides tenuere faces de funere raptas:
Eumenides ſtrauere torum, tectóque profanus
Incubuit bubo, thalamique in culmine ſedit.
Hac aue coniuncti Progne Tereuſque, parentes
Hac aue ſunt facti: gratata eſt ſcilicet illis
Thracia, diſque ipſis grates egêre, diémque
Quóque data eſt claro Pandione nata tyranno,
Quóque erat ortus Itys, feſtum iuſſere vocari.
VSQVE ADEO LATET VTILITAS.

412. FINITIMI PROCERES COEVNT] agunt conuentum, & conſultant de conſolando Pelope.

413. ORAVERE ET ÆRE ADSOLAT. REGES] Non habuere ſingulæ vrbes quas recenſet, reges ſuos. Sed regum nomine optimates, ſeu auctoritate, gratia & opibus, in ſingulis principes cape. Latiùs enim patet regis notio, quod pueris inculcandum eſt à didaſcalis.

414. PELOPEIADESQ. MYCENÆ] Non condidit eas Pelops, ſed conditas ampliauit.

415. NONDVM TORVÆ CALYD. INVIS. DIANÆ] Toruæ epitheton eſt temporale: non enim alioqui torua Diana. Vrbs Ætoliæ Calydon, cuius rex Oeneus cùm frugum primitias dijs omnibus, ſola Diana prætérita, obtuliſſet, irata illa, aprum ferociſſimum ad vaſtitatem toti regioni inferendam miſit. Qua de re lib. 8.

416. ET NOBILIS ÆRE CORINTHVS] Expugnata & incenſa Corintho à L. Mummio aurum, argentum, & æs plurimarum ſtatuarum colliquefacta mixtim fluxere. Quæ miſtio cùm placeret, ex ea materia vaſa poſtmodum confecta ſunt, quæ Corinthia vocabantur, quòd ea miſtio primùm Corinthi extitiſſet. Fuerunt autem huius æris tria genera. Candidum, in quo plus argenti; alterum, in quo plus auri: tertium, in quo æqualis omnium temperies. Magno in pretio fuerunt vaſa Corinthia, quorum vt percupidum notatum Auguſtum ſcribit Sueton. cap. 70 Videndus quoque Plinius lib. 34. cap. 2. Florus lib. 2. cap. 6. M. Ant. Muretus paulùm diuerſa quàm dictum eſt, de temperatura æris huius lib. 3. Lection. Variar. cap. 5.

417. MESSENEQ. FEROX] Cum Lacedæmonijs enim propè continenter pro libertate depugnarunt, nec domiti domari potuerunt Meſſenij.

HVMILESQ. CLEONÆ] paruum oppidum, Straboni πόλισμα.

418 ET NELEA PYLOS] Vrbs Meſſenia, quę aliquando regem habuit Neleum Neſtoris parentem.

NEC ADHVC PITTHEIA TROEZEN] nondum quippe Pittheus Theſei maternus auus ibidem regnarat.

419. BIMARI CLAVD. AB ISTHMO] & aliæ deinum vrbes infra Iſthmum, in ipſa Peloponneſo. Iſthmus anguſta terra inter duo maria.

420 EXTERIVSQ. SITÆ] vrbes Achaiæ.

421. CREDERE QVIS POSSET, &c.] Solos Athenienſes, humaniſſimos homines & officioſiſſimos defuiſſe conſolando Pelopi permirum eſt. Cic. pro Flacco. *Adſunt Athenienſes, vnde humanitas, doctrina, religio fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributa putantur.*

422. OBSTITIT OFFICIO BELLVM, &c.] Excuſat eorum abſentiam. Vrbs obſidione premebatur, inquit, & domo abeſſe non poterant.

424. AVXILIARIB. ARMIS FVD.] Lib. 1. *Sed illum Cæruleus frater iuuat auxiliaribus armis.*

425. ET CLARVM VINCENDO NOM. HABEB.] ex victoria in depulſione hoſtium à mœnibus Athenarum, magna de eo fama ſurrexit.

426 OPIBVSQ. VIRISQ. POTENT. ET GENVS &c.] Dignum affinitate ſua rex Pandion iudicauit his de cauſſis. Quòd auxiliator, & victor. Hæc exprimenda non eſt, cùm per ſe liqueat.

Sed ferro:ſeu,ſi quid habes quod vincere ferrum
Poſſit: in omne nefas ego me, germana,paraui.
Aut ego cùm facibus regalia tecta cremabo,
Artificem medijs immittam Terea flammis.
Aut linguam,aut oculos,aut quæ tibi membra pudorem
** Abſtulerunt,ferro rapiam:aut per vulnera mille*
Sontem animam expellam.magnum eſt quodcunque paraui:
Quid ſit, adhuc dubito.peragit dum talia Progne:
Ad matrem veniebat Itys.quid poſſit,ab illo
Admonita eſt:oculiſque tuens immitibus,Ah quàm
Es ſimilis patri?dixit.nec plura locuta,
Triſte parat facinus,tacitâque exæſtuat ira.
Vt tamen acceſſit natus,matrique ſalutem
Attulit:& paruis adduxit colla lacertis:
Miſtáque blanditijs puerilibus oſcula iunxit;
Mota quidem eſt genitrix,infractáque conſtitit ira:
Inuitique oculi lacrymis maduere coactis.
Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare
Senſit:ab hoc iterum eſt ad vultus verſa ſororis.
Inque vicem ſpectans ambos,Cur admouet,inquit,
Alter blanditias,rapta ſilet altera lingua?
Quam vocat hic matrem,cur non vocat illa ſororem?
Cui ſis nupta vide,Pandione nata,marito.
Degeneras,ſcelus eſt pietas in coniuge Tereo.
Nec mora,traxit Ityn, veluti Gangetica ceruæ
Lactentem fœtum per ſyluas tigris opacas.
Vtque domus altæ partem tenuere remotam,
Tendentémque manus, & iam ſua fata videntem,
Et mater,mater clamantem,& colla petentem,
Enſe ferit Progne,lateri quà pectus adhæret.
Nec vultum vertit.ſatis illi ad fata vel vnum
Vulnus erat:iugulum ferro Philomela reſoluit:
Viuáque adhuc,animæque aliquid retinentia membra
Dilaniat.pars inde cauis exultat ahenis:
Pars verubus ſtridet:manant penetralia tabo.
His adhibet coniux ignarum Terea menſis:
Et patrij moris ſacrum mentita,quod vni
Fas ſit adire viro,comites famulóſque remouit:
Ipſe ſedens ſolio Tereus ſublimis auito,
Veſcitur:inque ſuam ſua viſcera congerit aluum.
Tantáque nox animi eſt.Ityn huc accerſite,dixit.
Diſſimulare nequit crudelia gaudia Progne:
Iamque ſuæ cupiens exiſtere nuntia cladis;
Intus habes quem poſcis,ait.circumſpicit ille:
Atque vbi ſit,quærit.quærenti,iterúmque vocanti,
Sicut erat ſparſis furiali cæde capillis,
Proſiluit,Ityóſque caput Philomela cruentum

* Vt apud Maron. Steteruntq; comæ, Miſcueruntq; herbas.

Miſit

Miſit in ora patris: nec tempore maluit vllo
Poſſe loqui: & meritis teſtari gaudia dictis.
Thracius ingenti menſas clamore repellit,
Vipereaſque ciet ſtygia de valle ſorores:
Et, modò ſi poſſet, reſerato pectore, diras
Egerere inde dapes, demerſáque viſcera geſtit:
Flet modò: ſeque vocat buſtum miſerabile nati:
Nunc ſequitur nudo genitas Pandione ferro.
Corpora Cecropidum pennis pendere putares,
Pendebant pennis: quarum petit altera ſyluas,
Altera tecta ſubit: neque adhuc de corpore cædis
Exceſſere notæ; ſignatáque ſanguine pluma eſt.
Ille dolore ſuo, pœnæque cupidine velox
Vertitur in volucrem, cui ſtant in vertice criſtæ:
Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum.
Nomen epops volucri: facies armata videtur.
Hic dolor ante diem, longæque extrema ſenectæ
Tempora, tartareas Pandiona miſit ad vmbras.

609. ARDET, ET IRAM NON C. IPSA SVAM] A Suprà de Tereo, *nec capiunt incluſas pectora flammas.* Non videt, non intelligit, quantopere ſit irata. Non ſe capit præ ira.

610. FLETVMQ. SOROR. CORRIP.] Teſtabantur lacrymæ ſaltem, quas iam elinguata apud ſororem fundebat, inuitiſſimè cõpreſſam & oppreſſam. Teſtantur idẽ verba, quæ nondũ exſecta lingua fecit, ipſius facti & tyrãni deteſtatione, & minarũ plena:

——— *Paſſos laniata capillos*
Lugenti ſimilis, cæſis plangore lacertis
Intendens palmas, O diris, barbare factis,
O crudelis, ait, nec te mandata parentis
Cum lacrymis mouere pij, nec cura ſororis, B
Nec mea virginitas, nec connubialia iura.
Omnia turbaſti: pellex ego facta ſororis,
Tu geminum coniux, hoſtis mihi, debita pœna.
Quin animã hãc (ne quod facinus tibi, perfide, reſtet)
Eripis? atque vtinam feciſſes ante nefandos
Concubitus: vacuas habuiſſem criminis vmbras.
Si tamen hæc ſuperi cernunt, ſi numina diuûm
Sunt aliquid, ſi non perierunt omnia mecum:
Quandocunque mihi pœnas dabis, ipſa pudore
Proiecto tua facta loquar: ſi copia detur
In populos veniam: ſi ſyluis clauſa tenebor,
Implebo ſyluas, & conſcia ſaxa mouebo. C
Audiet hæc æther, & ſi Deus vllus in illo eſt.

Veruntamen Progne has lacrymas, vt inanes & inutiles ad vindictam, de qua in præſens cogitandum ſit, caſtigat.

612. SED FERRO] quo atrociſſima ſcelera vindicantur, quoniam eo vita homini eripitur, qua mulcta quid tandẽ maius? Quanquã & ignibus, & aliis ſupplicijs, ſed ferro crebriùs & vſitatiùs & citiùs.

QVOD VINCERE FERR. POSSIT] quod ſit ad ſenſum acerbius, & dirius.

613. IN OMNE NEFAS EGO ME G. PARAVI] Auſuram ſe fatetur, quæ poſſit omnia: nihil ſibi nimium viſum iri, dum à ſceleſto & inceſto marito pœnas condignas repoſcat.

A 614. AVT EGO CVM FACIB. REGAL. TECT. &c.] Diſtinctè enunciat 4. modos, quibus eum punire cogitarit. Vult enim aut regiam incendere, & adulterum in medias flammas inijcere: aut ſiue oculos effodere, ſiue linguam, quod ipſe ſorori fecit, præcidere: aut vulneribus vſque ad mortem conſauciare. *Artificem* nominat, id eſt, auctorem & perpetratorem nefandi ſceleris, & tam callidè occultati ac diſſimulati. Sic 2. Æneid. Sinon vafritiem, & machinationes Vlyſſis contra ſe, vocat *artificis ſcelus.*

618. SONTEM ANIMAM EXPELLAM] Morte violenta, quæ nimirum vi aliqua externa affertur, animæ è corporibus expelluntur. Naturali autem obi- B tu eduntur, emittuntur, amittuntur, efflantur, redduntur, exhalantur.

619. QVID SIT, ADHVC DVBITO] nondum deliberationem explicauit, quem ex illis quatuor modis ſupplicij viro adhibeat: & an aliud ab illis, & quodnam adhibeat, adhuc dubitat.

620. QVID POSSIT, AB ILLO ADMONITA EST] Fortè puerulus Itys matri obuius, ei certi capiendi conſilij occaſio fuit: ipſum quippe mactare, & viro epulandum ponere ſecum ſtatuit.

621. AH, QVAM ES SIMILIS PATRI?] Erat iam quadrimulus. Certamen naturæ & affectus erga fi- C lium paruulum & furorem, & iræ aduerſus maritum improbiſſimum ac perfidiſſimum tam disertè, tam doctè exponitur, vt nihil ſuprà poſſit. Interiectionem *ah* iſto loco opinatur Raphael ſeruire indignationi, vt alibi miſerationi. Placet, confirmant ſententiam eius verba præcedentia, *oculis immitibus.* Nam ſi miſerans hæc dixiſſet, placidis & mitibus eum oculis aſpexiſſet. Ergo indignatur eum patris referre imaginem, quòd gauiſa eſſet, ſi maritum dilexiſſet. Paternorum lineamẽtorum in liberis ſimilitudo non ſatis certum eſt germanæ prolis, & vxoriæ caſtitatis argumentum. Valet multum in fœminis, præſertim dum ἐν φιλότητι μίγνυνται, vt Homerus ait, imaginario, ſimulacrorumque conceptio. Non eſt hiſtoria de adultera, quæ tamen

men vito ſuo ſemper ſimiles pariebat, quòd eius aduentum & interuentum ſollicitè cogitaret ac metueret. Enixæ ſunt multæ pulchrarum ſtatuarum, quas ex thoro intuebantur, ſimiles: vt in Heliodori Æthiopicis de Chariclea alba nata ex Æthiopibus, ex imagine candida ad thalamum.

623. TRISTE PARAT FACINVS] cædem meditatur, immo parricidium.

TACITAQ. EXÆSTVAT IRA] 9. Æneid. *& mens exæstuat ira*. Et 12. *Irarum tantos voluis ſub pectore fluctus*. Horat. Epod. ode 11. *Quòd ſi meis inæſtuet præcordijs Libera bilis*.

624. MATRIQ. SALVT. ATTVLIT, &c.] vt erat à nutrice doctus: ſimul etiam brachiolis maternum amplexus eſt collum, & eam inſuper diſuauiatus, verba adhuc fracta & imperfecta garriuit; qua balbutie parentes impensè recreantur.

627. MOTAQ. EST GENITRIX INF. &c.] Quamuis irata puero propter patrem, tamen his rebus ad maternitatem reuocauit animum, vt & iram deponeret, & ex συμπαθείᾳ illacrymaret.

629. SED SIMVL EX NIM. MENT. PIET. LAB. &c.] vt animaduertit, ſe in incœpto labaſcere, & miſereſcere.

631. CVR ADMOVET ALTER BLANDIT. &c.] cur valent apud me alterius, filij ſcilicet, blanditiæ vt parcam, & nō valet alterius (ſororis Philomelæ) dedecus, propter quod linguam amiſit, vt vlciſcar? Mater ſum quidem illius; ſed eadem ſum ſoror huius.

634. CVI SIS NVPT. VIDE PAND. NATA] Tu parente nata nobiliſſimo, & honeſtiſſimo, & generoſiſſimo coniuncta es cum libidinoſiſſimo & periuriſſimo. An ſit tolerabilis iſta coniunctio, tecum reputa.

635. DEGENERAS] ſi te de illo non vlciſceris: ſi liberum & impunitum dimittis.

SCELVS EST PIETAS IN CONIVGE TEREO] pium eſſe, & nihil graue ac truculentum moliri in Tereum, vtpote coniugem, eſt ſcelus admittere. Aut hunc in modum, ſenſu contrario. Scelus commiſſum in Tereum, quia in coniugem, eſt pietas, quoniam in talem maritum, qui dignus non eſt, vt eum terra ſuſtineat. De filiabus Peliæ, quæ hortatu Medeæ patrem piè vulnerando ſanguinem putidum emiſerant, cui illa recentibus ſuccis infuſis nouum ſufficeret, & ſeni iuuentutem repararet, quo pacto miſer vitam perdidit, quod impoſtrix Medea volebat, lib. 7. *His vt quæque pia eſt hortatibus impia prima eſt, Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus*. Libr. 3. de Agenore: *Facto pius, & ſceleratus eodem*.

636. VELVTI GANGET. CERVÆ L. FOETVM, &c.] Prognen cum tigride, bellua ſæuiſſima, quales in India, vbi Ganges fluuius, puerum cum hinnulo, abditam regiæ partem & receſſum cum ſylua, conuenienter profectò componit.

638. DOMVS ALTÆ] Altiora ſunt regum, principum dynaſtarum ædificia, & plerumque altioribus etiam in locis. 1. Triſt. eleg. 1.

Forſitan exſpectas vt in alta palatia miſſum
Scandere te iubeam, Cæſareamq; domum.

Et lib. 2. *Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis.*

TENVERE] vt per genere in ſecretiorem ædium partem Progne trahens, Itys tractus, Philomela ſequens, facinoriſque ſocia & adminiſtra.

639. TENDENTEMQ. MAN. ET I. S. FATA, &c.]

A imminētem, iamque paratam necem, & ſublatis ad amplexum ſupplicem manibus, & voce miſerabili deprecantem: hoc quippe eſt geminatum *mater mater*.

641. ENSE FERIT PROGNE, LATERI QVA, &c.] enſis mucrone transfigit, inter pectus & latus. *Crudum per coſtas exigit enſem*, vt eſt 10. Æneid.

642. NEC VVLT. VERTIT] Auget ex adiuncto crudelitatem. Et occidit, & quod fecit ſpectare potuit: vſque adeo tunc affectum maternum omnem proiecerat. Contrà de Peliæ filiabus lib. ſequenti, quæ tamen ex pietate, & conſilio bono, diutiùs videlicet in vita cōſeruandi patris, vulnera infligebāt.

—— Haud tamen ictus
Vlla ſuos ſpectare poteſt: oculoſq; reflectunt,
Cæcaq; dant ſæuis auerſæ vulnera dextris.

Vide Prouerbium, *Attica hoſtilitas* apud Inn. Progne enim Attica, quæ filio, marito, ſorori, ſibimet

B exitioſa fuit.

SATIS ILLI AD PAT. VEL VN. VVLN.] vt puero, & quadrimo, cuius tenerum adhuc corpus & inualidum.

643. IVGVL. FERRO PHILOMEL. RESOL.] Lib. 1. *Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit*.

644. VIVAQ. ADHVC, ANIMÆQ. ALIQVID, &c.] ſpirantem adhuc & palpitantem in fruſta dilaniat, ſeu diſſecat.

645. PARS INDE CAVIS EXVLT. AHEN. &c.] Pars coquitur, ſeu elixatur, & in cacabo, ſeu olla aqua bulliente quodammodo ſuſſultat: pars aſſatur. Memoriam ſubibat illud Virgil. de 1. Æneid.

Pars in fruſta ſecant, verubuſq; trementia figunt;
Littore ahena locant alij, flammaſq; miniſtrant.

Lib. 1. noſter:

C *Atque ita ſemineces partim feruentibus artus*
Mollit aquis, partem ſubiecto torruit igni.

646. MANANT PENETRALIA TABO] cruor Ityos dilaniati per penetralia manat. Lib. 4. *Et tepido manantia lumina fletu*.

647. HIS ADHIB. CON. IGNAR. TEREA MENS.] Has illi epulas, neſcienti ſuo dītus, & nihil tale ſuſpicanti infert. Aſtyages quoque Medorum rex Harpago, amico ſuo infeſtus, in vindictam, ob ſeruatum nepotem Cyrum, filium eius interfecit, patrique coctum apponi iuſſit. Iuſtin. lib. 1.

648. ET PATRII MORIS SACRVM MENTITA] Dixit marito, obire ſe morem Athenienſium, apud quos hoc genus ſacrificij, ſeu cærimoniæ ſeruaretur, vt vxor ſola ſoli viro, nullis præſentibus famulis cibos poneret. Hoc ideo mentiebatur, ne ab ipſis,

D ſi intereſſent, proderetur.

651. INQ. SVAM SVA VISCERA CONGERIT ALVVM] de ſuis viſceribus genitum condebat in ſua viſcera. Contraria ἀνθρωποφαγία exercetur in India & Braſilia, vbi filij parentes in vltima ſenectute, vt iam omnimodis inutiles, mactant, & in viſcera ſua congerunt. Prognen vnà epulatam eſſe 5. Thebaid. idcirco affingit Statius teſte Lutatio, dum Polyxonem Lemniadas ad viros ſuos & filios mactandos cohortantem introducit, vt hoc neceſſario mendacio faciliùs perſuadeat.

652. TANTAQ. NOX ANIMI EST] Tanta erat eius animo offuſa caligo, vt nec viſu, nec odore, nec ſapore humanis carnibus veſci ſe cognoſceret, & quem edebat filium, eum acciri iuberet, & inclamaret. Suprà: *Prò ſuperi, quantum mortalia pectora cæcæ*

Noctis

Noſta babent? In 4. Æneid. cùm de Didone ait Virgil.

> *At non infalix animi Phœniſſa, nec vnquam*
> *Soluitur in ſomnos, oculiſq́, aut pectore noctem*
> *Accipit.*

Vocabulo *noſtā* quietem mentis, angoriſque vacuitatem quadam catachreſi indicat.

653. DISSIMVL. NEQ. CRVD. GAVD. PROGNE, &c.] voluptatem magnam ex errore & illuſione Terei capiebat Progne: nec ſe amplius tenebat, quin aperiret, quod ſibi cladi futurum erat.

655. INTVS HABES QVEM POSCIS] eo modo, quo iam audiuimus.

CIRCVMSPIC. ILLE ATQ. VBI SIT QVÆR.] τὸ *intus habes* interpretatur Tereus, iuxta te habes, cùm ijs vocibus Progne ventrem eius ſignificatum vellet.

657. SICVT ERAT SPARSIS F. CÆD. CAPILL.] Inſtar furiæ, ſolutis capillis, toruiſſimo aſpectu in cæde illa verſata, caput ſecum abſtulerat, quod mœcho ingereret.

658. ITYOSQ. CAPVT] Mariang. Accurſius in Diatriba aptius credidit *Ityliq́*: vt Catullus: *Daulias abſumpti fata gemens Ityli.*

659 NEC TEMPORE MALVIT VLLO POSSE LOQVI] Tam iucundum hoc illi fuit, vt eo articulo linguam potiùs habere, qua in illum inueheretur, lætitiamq́ue ſuam teſtaretur, quàm poſſe caput filij, cuius membra Tereus eſitabat, quemq́ue ardenter requirebat miſer, in faciem eius conijcere. Vel magno ſe incommodo mactari patiuntur interdum ferunt multi, dum nefariam aliquam cupiditatem ſuam explere poſſint.

661. INGENTI MENS. CLAMORE REPELLIT] Clamor hic erat execratorius vtriuſque mulieris, quas iam cernebat ſibi tales epulas apparaſſe: ac proinde menſam ipſam euertit, & Furias ad eas pro ſcelere tanto diuexandas inuocat.

662. VIPEREAS SORORES] quæ crinibus ſerpentes implicitos geſtant. Hac de re lib. 4.

663 DIRAS EGERERE INDE DAPES] Lupus non edit lupum, nec vlla fera facilè feram ſui generis: & homo, niſi feris ipſis magis ferus, edet hominem? Etiam ignarus ſi comederit, prandium eiuſmodi reuomere conabitur. Cineres tamen Mauſoli Cariæ regis Artemiſiam odoribus confuſos hauſiſſe, hiſtorici vulgarunt. Ita buſtum mariti chariſſimi quodammodo fuit, nobilius Mauſolæo, quod illi nobiliſſimum & ſumptuoſiſſimum extruendum locauit.

665. FLET MODO] Hoc poterat, & item alterum, vt ſtricto gladio eas perſequeretur.

SEQ. VOCAT BVSTVMQ. MIS. NATI] Ad cœnam Thyeſtæ alluſum fortaſſe, vbi iuxta veterem Tragicum, *nata ſepulchrum ipſe fuit parens*: apud Cic. in Tuſculan.

668. PENDERA. PENNIS] In aëre expanſis alis iam in aues mutatæ pendebant, ſeſeq́ue librabant. Ideo manere in aëre ſuſpenſas aues tradūt naturæ rimatores, quòd minus habent terreni ac hu[...] to plus aërei, cum caloris temperatura[...] [...] 3. Thebaid.

> ——*Curſus vt nulla ſerenos*
> *Ales agat, liquidoq́, polum complexa meatu*
> *Pendeat.*

PETIT ALTERA SYLVAS] Philomela verſa in luſciniam. Græci vocant aëdonem, de cuius auis cantu admirabilia ſunt quæ narrat Præfat. in 3 libros de Oratore M. Anton. Maioragius rhetor, & orator eximius. Vide & Plin. lib. 10. cap. 9. & Adag. *Luſciniæ deeſt cantio.* Meminit harum tranſmutationum & Virgil. eclog. 6. vbi Philomelam pro Progne nominat. Et alioqui multo plures ſunt, qui hanc in luſciniam, illam in hirundinem commutatam teſtantur:

> *Aut vt mutatos Terei narrauerit artus,*
> *Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit?*
> *Quo curſu deſerta petiuerit? & quibus ante*
> *Infalix ſua tecta ſuperuolitauerit alis?*

Ibi longam diſputationem texit Ludouicus de la Cerda noſter, quem legere poteris. Item Rhodigin. lib. 29. cap. 26.

669. ALTERA TECTA SVBIT] Progne mutata in hirundinem, quæ luteum ſub trabe figit opus.

NEC ADHVC DE PECT. CÆD. &c.] Rem naturalem ad commentum poëticum trahit. Plumæ hirundinum maculis & notis quibuſdam rubentibus, quaſi ſanguineis diſtinguuntur. Georg. 4. *Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.*

671. DOLORE SVO, POENÆQ. CVPID. VELOX] vt inſequendo properaret, & dolor faciebat, quem capiebat; & maleficij tanti vel morte puniendi ſumma voluntas.

672. CVI STANT IN VERTICE CRISTÆ, &c.] Notatio vpupæ, in quam tranſijt Tereus. *Epops* Græcis. Qui velut adhuc quærens Itym filium, has voces videtur ingeminare πῦ πῦ; *vbi vbi?* Plin. lib. 10. cap. 29. Tereum in accipitrem verſum ait Hygin. fab. 45.

674. FACIES ARMATA VIDET.] propter roſtrum longum, quod illi quaſi pro haſta eſt: & ob criſtas quaſi galeatum eſt caput.

675. ANTE DIEM, LONGÆQ. EXTREM. S. TEMP. &c.] Pandion Athenarum rex, Prognes & Philomelæ pater, acceptis huius tragœdiæ nuntijs, non dum ſenio, ſed dolore ac mœſtitia cōfectus deceſſit. A di Natalem lib. 7. Mythol. cap. 10. Hæc omnia ab alijs traduntur contigiſſe in Daulia, ſiue Daulide oppido Phocidis, cui tunc imperabat Tereus. Quocirca & Philomela Daulias poëtis; quandoquidem in hanc auem ibidem conuerſa, quæ vſque hodie Itya, ſiue *Itylum* gemit. Faſt. 5.

> *Quacunq́, ingreditur miſeris loca cuncta querelis*
> *Implet, vt amiſſum cùm gemit ales Ityn.*

Catull. ad Ortalum:

> *Qualia ſub denſis ramorum concinit vmbris*
> *Daulias, abſumpti fata gemens Ityli.*

Orythyiam, vnam de IV. filiabus Erechthei regis Athenienſium Aquilo ſibi in matrimonium poſcens, cùm repulſam ferret, raptam in Thraciam detulit, ex eáq; Zeten & Calain ſuſcepit, quibus pubeſcentibus alę increuerunt. Atque hi cum Argonautis deinde in Colchos profecti ſunt. Inſeritur locus de venti huius impetu validiſſimo.

SCEPTRA loci, rerúmque capit moderamen Erechtheus, XIII.
Iuſtitia dubium, validiſne potentior armis.
Quattuor ille quidem iuuenes, totidémque crearat
Fœmineæ ſortis: ſed erat par forma duarum.
E quibus Æolides Cephalus de coniuge fœlix
Procri fuit. Boreæ Tereus, Thracéſque nocebant,
Dilectáque diu caruit deus Orythyia:
Dum rogat, & precibus mauult quàm viribus vti.
Aſt vbi blanditijs agitur nil: horridus ira,
Quæ ſolita eſt illi, nimiúmque domeſtica vento:
Et meritò, dixit: quid enim mea tela reliqui?
Sæuitiam, & vires, irámque animóſque minaces?
Admouique preces, quarum me dedecet vſus?
Apta mihi vis eſt: hac triſtia nubila pello,
Hac freta concutio, nodosáque robora verto,
Induróque niues, & terras grandine pulſo.
Idem ego, cùm fratres cælo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliántque cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego cùm ſubij conuexa foramina terræ:
Suppoſuíque ferox imis mea terga cauernis:
Sollicito manes, totúmque tremoribus orbem.
Hac ope debueram thalamos petiſſe: ſocérque
Non orandus erat mihi, ſed faciendus Erechtheus.
Hæc Boreas, aut his non inferiora locutus
Excuſſit pennas: quarum iactatibus omnis
Afflata eſt tellus: latúmque perhorruit æquor.
Puluereámque trahens per ſumma cacumina pallam,
Verrit humum, pauidámque metu caligine tectus
Orythyiam adamans fuluis complectitur alis.
Dum volat, arſerunt agitati fortiùs ignes.
Nec priùs aërei curſus ſuppreſſit habenas,
Quàm Ciconum tenuit ſcopulos, & mœnia raptor.
*Illic * & gelidi coniux Actæa tyranni,* *egelidi
Et genitrix facta eſt, partúque enixa gemellos:

Cætera qui matris, pennas genitoris habebant.
Non tamen has memorant vnà cum corpore natas:
Barbáque dum rutilis aberat ſubnixa capillis:
Implumes Calaiſque puer, Zetéſque fuerunt.
Mox pariter pennæ ritu cœpere volucrum
Cingere vtrumque latus, pariter flaueſcere malæ.
Ergo vbi conceſſit tempus puerile iuuentæ:
Vellera cum Minyis nitido radiantia villo
Per mare non notum prima petiere carina.

677 SCEPTRA LOCI, &c. CAPIT ERECHTHEVS] A Clauſerat fabulam Terei morte Pandionis, Athenarum regis. Proximum erat vt de ſucceſſore narraret, quod præſtat.

678. IVSTITIA DVB. VALIO. N. POTENT. ARM.] Ciuitates, prouinciæ, regna legibus gubernanda, armis conſeruanda ſunt. In legibus ſpectatur iuſtitia, in armis quæritur potentia: & illa domi, hæc foris opus eſt; tantáque magnam laudem rex acquiſierit, ſi ciues ſuos vtrobique omni iniuria & calamitate prohibuerit. Bonus igitur rex Erechteus, quia & iuſtus rector, & fortis ac potens præliator.

679. QVATTVOR ILLE QVIU. IVVEN. &c.] Octo genuerat liberos. De quatuor filiabus duæ præcellebant pulchritudine, ſic, vt neutra alteri concederet. Harum vnam, Procrin nomine, ſortitus eſt Cephalus, ab Æolo genus ducens. Orythyia cur non potiretur Boreas, quanquam diu ambiſſet & petiſſet, in cauſſa fuit audita Terei Thracumque B crudelitas, de qua hactenus: ea ſiquidem Aquiloni, ſeu Thraci (inde enim ſpirat) inuidiam creauit. *Threicium* appellat Horat. Epod. 13. & *Thracium ventum* ode 25. libr. 1. Plerumque enim vnius paucorúmve peccatum in familia, aut gente aliqua omnes odioſos ac inuiſos reddit.

684. AC PRECIB. MAVVLT Q. VIRIB. VTI] Non tamdiu caruiſſet Orythyia, ſi eam rapere voluiſſet, quod poterat, & quod poſtea fecit. Sed ex beneficio exorato beneuolentiam retinere, quàm ex vi vſurpata in offenſionem incurrere præoptauit.

685. AST VBI BLANDIT. NIL AGIT] vbi blandis precibus apud parentes virginis nihil eſt conſecutus, vbi fruſtra fuit.

686. QVÆ SOLIT. E. ILLI NIM. DOMEST.] Qualis, & quanta ſit hæc ira; ipſemet verbis ſuis iam C iam docebit.

687. ET MERITO, DIXIT] Indignationis ſermo eſt hic, *& meritò*, ſubaudiendumque, hoc mihi euenit, tandiu mihi illuditur, tandiu careo dilecta Orythyia? aut ſimile quiddam.

QVID ENIM MEA TELA RELIQVI?] telis, non blanditijs agendum fuit. Quæ potiò ſunt tela illius? Recenſet, & ob ea dicitur *impotens* Horatio, Senecæ *inſanus*, Ouidio *horrifer*, *trux*, Silio *rapidus*. Ob flatum vehementem, qua in vijs obiacentia difflat, pulueremque conuertit, à D. Hieronymo *ſcopa viarum*. Poëta ipſe infrà: *Verrit humum*.

689. QVARVM ME DEDECET VSVS] Turpe & inimicum eſt naturæ meæ rogare, amicum cogere.

690. APTA MIHI VIS EST, &c.] Planè vt ſæuiſſimum & importuniſſimum tyrannum ſemet graphicè deſcribit.

A HAC TRIST. NVBILA PELLO] vim ſuam particulatim ediſſerit. Pulſis cælo atris nubibus, quarum triſtis aſpectus, ſerenitatem concilio. Hinc Iupiter eluuionem terris ex imbrium aſſiduitate inducturus, eum in antris claudit, vt & alios ventos, quorum flamina inductas fugant nubes, lib. 1.

691. HAC FRETA CONCVTIO] magis quàm alij. 1. Æneid.

Talia iactanti ſtridens Aquilone procella
Velum aduerſa ferit, fluctuſq; ad ſidera tollit.

Lucret lib. 1.

Principio venti vis verberat incita pontum.

NODOSAQ. ROBORA VERTO] in ſyluis annoſis, arbores ob id nodoſas diſtingo & euerto. Lucret. lib. 6.

Hic vbi lenior eſt, in terra quam tamen alta
Arbuſta euoluens radicibus haurit ab imis.

693. INDVROQ. NIVES] quia gelidus, ſeu frigidus, cùm è regione illi reſpondens Auſter ſit tepidus. B

ET TERRAS GRANDINE PVLSO] frigidiſſimis enim ventis ſpirantibus denſantur pluuiarum guttæ in glaciem, vnde grando. Solent poëtæ crebritatem telorum emiſſorum in pugna cum imbribus grandinis comparare. Lib. 5. *Tela volant hyberna grandine plura* Virgil. 10.

Telaq; conijciunt, proturbantq; eminus hoſtem
Miſſilibus, furit Aeneas, tectuſq; tenet ſe.
At velut effuſa ſi quando grandine nimbi
Præcipitant, &c.

693. IDEM EGO C. FRAT. CÆL. S. NACT. AP.] In ipſo aëre venti aliquando confligunt acerrimè. Fratres Aquilonis ſunt Eurus, Zephyrus, Auſter. Sic lib. 1. *Tanta eſt diſcordia fratrum*. De hoc conflictu Virgil. 2. Æneid.

C *Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti*
Confligunt, Zephyruſq; Notuſq; & lætus Eois
Eurus equis: ſtridunt ſyluæ, ſæuitq; tridenti
Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo.

694. NAM MIHI CAMPVS IS EST] in cælo aperto, in aëre libero eſt campus meus, in quo pro arbitrio volito ac diſcurro.

695. ET MEDIVS NOST. CONCVRSIB. &c.] de ſonitu & fragore, qui ex pugna & concurſu ventorum toto cælo exiſtit, intellige. daſʒ ſauſſen / vnd brauſſen in den lufften.

696. EXILIANTQ. CAVIS ELISI NVB. IGN.] Ex colliſione nubium, quas venti excitant & impellunt, tonitrua & fulgura exiſtunt. Lucret. lib. 6.

Fulget item nubes, ignis cùm ſemina multa
Excuſſere ſuo concurſu, ceu lapidem ſi
Percutiat lapis, aut ferrum. nam tum quoq; lumen
Exſilit, & claras ſcintillas diſſipat ignis.

697. IDEM

697. IDEM EGO CVM SVBII CONVEX. &c.] Etiam terræmotuum auctorem ſe gloriatur. Eorum cauſſa efficiens ſunt venti, & exhalationes, cauernis terræ incluſæ. Quæ dum erumpere conantur, ſola terrarum quatiunt.

699. SOLLICITO MANES] ipſos inferos terreo. Lib. antegreſſo, quo loco narrat Typhoëa gigantem ibi iectà Siciliæ ſepultum, dum tantum onus luctatur amoliri, & oppida cum montibus deuoluere, terræ motum excitare:

Inde tremit tellus. & rex pauet ipſe ſilentûm,
Ne pateat, latoq́ue ſolum retegatur hiatu,
Immiſſuſq́ue dies trepidantes terreat vmbras.

700. HAC OPE DEB. THALAM. PETISSE, &c.] Iſta me decebant; hæc eſſe preces meæ debuerant. Pœniret Boreá non crudelem & immanem fuiſſe.

703. EXCVSSIT PENNAS] Ventis alæ dantur ad eorum velocitatem ſignificandam, vnde & volare dicuntur. Libr. 1. *Madidis Notus euolat alis.* Epiſt. 11. Heroid.

Ille (Æolus) Noto, Zephyroq́ue, & Sithonio Aquiloni
Imperat, & pennis, Eure proterue, tuis.

QVAR. IACTAT. OMNIS AFFLAT. &c.] ὑπερβορέων ἄνεμος, non enim ex omni parte mundi flat; ſed regnum, & fines ſuos habet, iuxta illud lib. 1. *Scythiam, ſeptemq́ue triones Horrifer inuaſit Boreas.*

705. PVLVEREAMQ. TRAH. P. S. CACVM. NVB. &c.] Puluereas nubes humum vertendo commouet, quas per editiora loca trahit.

706. PAVID. METV CALIG. TECT. &c.] Idcirco pauidam, quia caligine tectus adueniebat.

707. ORYTHYIAM ADAMANS] Emendatiùs legeretur *Orythyian amans.*

FVLVIS COMPLECTIT. ALIS] Raptum & aſportationem his verbis eloquitur. Lupos, leones appellant fuluos poëtæ, ex quo colorem hunc alarum Boreæ concipias licet.

708. ARSER. AGIT. FORT. IGN.] Amorem ait inter volandum creuiſſe, cùm iam poſſideret, quod diu concupiuerat.

709. AERII CVRS. SVPPRESS. HAB.] non priùs per aërem cum rapina volare deſtitit. Obſerua *curſum* de volatu; ſed cum attributo *aërei curſus.*

710. CICON. POPVL. ET MOENIA] *Cicones* populi Thraciæ.

711. ILLIC ET GELIDI C. ACTÆA] Illic Actæa, Athenienſis virgo connubium iniuit cum gelido tyranno, cum Aquilone, ſeu Borea, qui eſt ventorum frigidiſſimus. Virg. 4. Georg. Actiadem nominat: *Atque Geta, atque Hebrus, atq́ue Actias Orythyia.* Accurſius Mariang. in Diatriba de vet. cod. *Egelidi*, pro quo *& gelidi* vulgò editur, reponebat. vt Auſonius Danubium *egelidum* nominat, in & Valer. Flacco 2. Argonaut. idem legebat: *Qualis vbi egelidi Boreas conuallibus Hebri.* Et Ouidius noſter alibi, vt in Senecam Rhetorem Schottus noſter docuit.

712. ET GENITRIX FACTA EST] Finis & fructus coniugij, & amoris incrementum atque ſtabilimentum inter coniuges, nati liberi. In nuptijs ſollemnis formula, *ſuſcipiendorum liberorum cauſſa.* quæ verba in ipſis tabulis conuentionis exprimebantur. Latiùs hac de re Lipſ. Comment. ad Annalem Taciti 11. Adde illis & Plaut. in Capt. *Liberorum quærundorum cauſſa, credo, ei vxor data eſt.* vbi mutus eſt Lambin. Adi & Barn. Briſſonij Formulas.

713. CETERA QVI MAT. PENN. GENIT.] Præter Zeten & Calain etiam 3. puellas, Chthoniam, Chioneu, & Cleopatram ſuſcepit. Sed filij quòd alati eſſent, hoc patris habebant. cætera matris, præter ſexum vtique.

714. NON TAM. HAS MEMOR. &c.] Alioqui in monſtris potuiſſent numerari. Docet deinde, quo tempore adepti ſint alas haſce; nempe cùm prima illis barba erumperet, vt ſimul genis barbeſcerent, & lateribus plumeſcerent.

719. ERGO VBI CONCESS. T. PVERIL. IVVENTÆ] puſtquam abijt tempus pueritiæ, poſtquam exceſſerunt ex pueris, ex ephebis. Iuuenta hîc vocabulum eſt commune temporis illius, quod ab infantia exigitur vſque ad conſtantem, ſeu virilem ætatem. Eius pars eſt pueritia.

720. VELLERA NITID. RADIANT. VILLO] Vellus aureum, de quo lib. ſequenti. *Furtiuam pelliculam* vocat Iuuenal. ſat. 6.

CVM MINYIS] cùm Theſſalis, Minyę enim populus Theſſaliæ. cum Argonautis, ex quibus fuerunt Minyæ, Iaſonem in Colchos ſequuti.

721. PER MARE NON NOTVM] ignorum ſibi & mortalibus vniuerſis. Nemo enim ante id tempus nauigarat, & Argo nauis prima omnium rudem curſu imbuit Amphitriten, vt Catul. ait. Ouid. 3. de Ponto eleg. 1. *Aequor Iaſonio pulſatum remige primùm.* Cauſſa & occaſio profectionis, ſeu expeditionis huius fuit, quòd Pelias, qui ab Æſone fratre moriente Iaſonem puerum cum regno in tutelam acceperat, illud ſibi Iaſone quamuis adulto retinere omnimodis ſatageret. Quæ res quo meliùs ſibi procederet, adoleſcentem per ſpeciem immortalis gloriæ ex rapta velleris aurei comparandæ in Colchos miſit, ibidem, vt in diſcrimine certiſſimo, periturum confiſus. Sed ſpe ſua lapſus eſt. Apud Valerium Flaccum libro 1. ſecum deliberat, qua potiſſimùm via eum è medio tollat. Lege principium.

ELECTORVM

LIBER SEPTIMVS.

Iaſon Æſonis filius,conſilio Peliç patrui,qui ipſum extinctum cupiebat, cum manu nobiliſsimorum iuuenum in Colchos, ad auferendum vellus arietis aureum profectus Medeæ Æetæ regis filiæ complacet: quamquam non ita, vt ei ſe in concubinatum, ſed in connubium potiùs tradere velit: timet autem patriam, patrem, conſanguineos offendere, & quodammodo prodere externis nuptijs. Et in ea cum ratione luctatur affectus, quam luctam Poëta pluribus verſibus, quàm nobis ponere viſum eſt, pertractat. Parem pugnam in argumento non ita diſſimili alijs locis exſequitur.

SECTIO 8.

IAMQVE fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant:
Perpetuáque trahens inopi ſub nocte ſenectam,
Viſus erat Phineus: iuuenéſque Aquilone creati
Virgineas volucres miſeri ſenis ore fugarant:
Multáque perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos vndas.
Dúmque adeunt regem, Phryxeáque vellera poſcunt,
Vóxque datur Minyis magnorum horrenda laborum:
Concipit interea validos Æetias ignes:
Et luctata diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non poterat: fruſtra Medea repugnas:
Neſcio quis deus obſtat, ait: mirúmque quid hoc eſt:
Anne aliquid certè ſimile huic, quod amare vocatur?
Nam cur iuſſa patris nimiùm mihi dura videntur?
Sunt quoque dura nimis. cur, quem modò denique vidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti cauſſa timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infælix. SI POSSEM, SANIOR ESSEM:
SED TRAHIT INVITAM NOVA VIS: ALIVDQVE CVPIDO,
MENS ALIVD SVADET. VIDEO MELIORA, PROBOQVE,
DETERIORA SEQVOR. *Quid in hoſpite regia virgo*
Vreris? & thalamos alieni concupis orbis?
Hæc quoque terra poteſt, quod ames, dare. VIVAT, AN ILLE
OCCIDAT, IN DIIS EST. *viuat tamen: idque precari*

25. *Vel ſine amore licet: quid enim commiſit Iaſon?*
Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ætas?
Et genus, & virtus? quem non vt cætera deſint
Forma mouere poteſt? certè mea pectora mouit.
72. *Dixit, & ante oculos rectum, pietáſque, pudórque*
Conſtiterant, & victa dabat iam terga Cupido.

1. IAMQ. FRET. MINYÆ PAGAS. PVPPE] Papin. 1. Achilleid.

Ex quo iura freti, maieſtatémq; repoſtam
Rupit Iaſonia puppis Pagaſæa carina.

Theſſalorum quoddam genus Minyæ, à Minya qui illis præfuit, nominati. Ea his multi ſe Iaſoni comites in expeditionem Colchicam adiunxerunt. De Argonautarum (ſic enim ab Argo naui indigitari) audacia, aditiſq; periculis, Seneca choro Act. 2. in Medea. Traditum porrò litteris eſt, à Charace vetuſto auctore, non vna tantùm naue; quod vulgò putatur, ſed claſſe Colchos Iaſonem intraſſe.

FRETVM SECABANT] 3. Faſt. *Findite remigio, nauita dixit, aquas.* Virgil. 5. Æneid. *Fluctuſq; atros Aquilone ſecabat.* Lib. 10. *Labitur alta ſecans, æſtu fluctuq; ſecundo.* Sen. Hippolyto: *Nondum ſecabant credula pontum rates.* Claudian. præfat. in Rapt. *Inuenta ſecuit primus qui naue profundum.* Secari dicitur mare nauium roſtris & remis, tanquam vomere terra. Inde & arari, & ſulcari.

PAGASÆA PVPPE] Pagaſæ promontorium Theſſaliæ, vbi nauis hæc cæſis arboribus fabricata fertur. Hinc meritò Pagaſæa puppis. A Valerio *Pagaſeia*. Lucan. 2. Pharſal. *Vt Pagaſæa ratis peteret cum Phaſidis vndam.* Ipſe Iaſon ἐπιτεθικῶς Pagaſæus. Vnde huic naui (quæ omnium prima fuiſſe creditur) nomen Argo, ſcriptores variant. Gyrald. de nauigijs cap. 7. Quibus picturis ornata fuerit, ex 1. Valerij Flacci docet idem, cap. 9. Apud Accium in Argonautis paſtor hanc nauim procul aſpiciens, admirabundus exclamat, *Tanta moles labitur*, &c. Crinit. lib. 10. c. 9. In Pelio monte natas arbores huic naui compingendæ deſeruijſſe Catull. ait de nupt.

Peliaco quondam prognata vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per vndas.

Apollonius Argonaut. lib. 4. in carina huius nauis à Pallade lignum fuiſſe impactum ſcribit, ea quercu Dodonide, quod interdum voce humana loqueretur. Vide prouerb. *Dodonæum æs.* Idem tradit Lycophronis Scholiaſtes, & λαλίστην τρόπιν loquaciſſimam carinam vocat. Et ipſe Lycophron alicubi λαλήθρον κίσσαν garrulam picam. Rhodigin. lib. 29. cap. 15. Nauigatione illa Argonautarum (ab Argo naui hoc nomen obtinuerunt) in Colchos ad auertendum vellus illud aureum, & ex ea ἀριστείᾳ ad immortale nomen comparandum, nihil notius, nihil litteris poëtarum celebratius. De qua Orpheum, Apollonium Græcos, Valerium Flaccum Latinum poëtas habemus. apud quos & nomina & numerum vectorum, eorumque illuſtriſſimorum eſt reperire: etſi alij plures, alij pauciores nominant. Vide Apollodor. lib. 1. Multa item ſcriptores fabuloſi, in quibus Natalis Comes lib. 6. c. 8. cùm de Iaſone agit, qui militiæ huius auctor & dux fuit. Ab eadem exorſus eſt poëma ſuauiſſimum, longeque ornatiſſimum de Nupt. Pelei & Thetidis Catull. quod falsò & imperitè *Argonautica* inſcribitur. Minyas appellat Ouid. quòd præcipui de illo numero Minyæ, hoc eſt, Theſſali fuerunt. De quibus honorificè Medea apud Senecam:

Decus illud ingens, Græciæ florem inclytum,
Præſidia Achiuæ gentis, & prolem deûm.

Catull. *Lectos iuuenes, Argiuæ robora pubis* nuncupat. Idem: *Heroes ſaluete, deûm genus.* Virg. eclog. 4. *Delecti heroes.* Ouid. eleg. 5. de Ponto lib. 1. *Primi telluris Achiuæ.* Theocrito θεῖος ἄωτος ἡρώων, *diuinus flos heroum.* Elogiorum ſatis. Horum virtute ac facinoribus excitatus Philippus Burgundiæ rex, & Brabantiæ Dux, pater Caroli Audacis, cuius filia Maria Carleſia connubio ſeſe cum Maximiliano I. Frederici III. Imperatoris filio deuinxit, & Philippum ei, Caroli ac Ferdinandi Augg. patrem genuit; Inſulæ oppido ditionis ſuæ, in celebritate nuptiarum ſuarũ, anno Domini MCCCCXXIX. Id. Ianuar. ordinem ac ſocietatem equeſtrem inſtituit, è viris nobilitate, & opibus clariſſimis: quam *aurei velleris* cognominauit: cuius munus & partes eſſent, Catholicam fidem armis tueri ac propagare; ſanctæ Eccleſiæ, & reipub. pacem tranquillitatemque defendere & conſeruare; militaribus denique ſtudijs virtutibuſque operam dare. Biennio pòſt, indictis comitijs inſtitutum hoc confirmauit, nempe MCCCCXXXI. ac leges præſcripſit, quarum illa prima: vt eſſent qui nomina darent viri claritudine familiarum præſtantes, & bene morati, quorum ipſe & ſucceſſores ſui in principatu capita & rectores forent. Mox lecti ſuffragijs, quatuor ſupra viginti: nam reliquos 6 ipſe legendos ſibi reſeruauit. Singulis torquem aureum, quaſi è ſilicibus flammantibus, ad taurorum ignes ſpirantium memoriam compoſitum, vnde vellus aureum dependebat, impoſuit, ea conditione vt ipſis vita defunctis, ad ſocietatem, alijs deinde in eorum locum cooptatis, tradendi redirent. Creati præterea quatuor Adminiſtratores, Officiales quos vocant, Cancellarius, Præfectus ærarij, Scriba, Rex armorum, quem Magiſtrum militiæ interpretor. Res geſta eſt, Calend. Decemb. & relata in litteras tota hiſtoria à Iacobo Meyero in annalib. Flandriæ lib. 16. quem totum in Philippo Burgundione conſumit. Inde nos narrationem hanc noſtram, qua breuitate ac perſpicuitate potuimus, & verbis noſtris tranſcripſimus. Magiſterium Ordinis hodie penes Sereniſſimos Principes Auſtriacos eſt, atque adeò penes Philippum III Hiſpaniarum regem, vt in Burgundiæ prouincia ſucceſſorem maiorum ſuorum legitimum. Qui ad vellus Gedeonis inſtitutum hoc retrahunt & eò Philippum reſpexiſſe putant (pugnauit verò cum trecentis contra Madianitas Gedeon, quorum iugum excuſſit, & vicit, vt narrat liber Iudicum capp. 6. 7. & 8.) ab ipſo diplomate, quod Philippus Burgundus edidit, refutantur.

2.PERPETVAQ.TRAH.INOP.S. NOCT. SEN.]in A cæcitate ſua magis magiſq; ſeneſcens. Cæcitatem vocat perpetuam noctem. Cæcis enim etiam in meridie ſunt altiſſimæ teoebræ,non ſecùs quàm in media nocte.Et talium ſenectus eſt inops:primùm lucis, cuius aſpectu nil iucundius: deinde multarum voluptatum, quibus per oculorum ſenſum perfruimur. Inops item ſenectus huius Phinei ob id quod ſequitur de Harpyiis. Iſtiuſmodi ſenectus rectè,tanquam nimis graue onus *trahi* dicitur. Sed ab initio rem arceſſamus. Phineus Thraciæ rex Cleopatram duxit: cui ex ea nati filij duo, Plexippus & Pandion. His procreatis, Ideam Dardani filiam ſuperinduxit. Quæ priuignos,quòd ipſam ad ſtuprum illicere voluiſſent, per mendacium apud patrem accuſauit. Credulus pater ambos exocu- B lat. Ipſe à diis, quòd futura mortalibus prædiceret, ſiue alia de cauſſa à Neptuno excæcatus eſt. Inſuper dii Harpyias in eum immiſerunt, quæ paratam & conſtructam illi menſam intuentes, à cælo deuolabant, maioremque cibi partem abripiebant; reliqua intolerando fœtore & ſordibus contaminabant. Has Zetes,& Calais Boreæ & Orythyiæ filii, qui vnà cum Argonautis nauigabant, alati iuuenes, à miſero ſene depellentes, in inſulas vſque Strophadas (quæ ita dictæ, quòd inde ea perſecutione reuerſi) perſecuti ſunt. Virgil.3. Æneid.

———Strophades Graio ſtant nomine dictæ,
Inſulæ Ionio in magno,quas dira Celæno,
Harpyiæq; colunt aliæ.Phineia poſtquam
Clauſa domus menſaſq; metu liquere priores. C
Triſtius haud illis monſtrum,&c.

Miſerabilem Phinei querimoniam ad Argonautas, & ſalutem illi à iuuenibus Aquilone creatis allatam exſequitur latè Valer. Flaccus libr. 4. Argonauticôn, ab hoc verſu: *Non ego nunc magno quòd cretus Agenore Phineus*,&c.

4.VIRGINEAS VOLVCRES] Virgil. *Virginei volucrum vultus.*

5.MVLTAQ. PERPESSI] vt ſolent, qui maria nauigant, & ſigillatim Argonautæ hi multa perpeſſi, de quibus poëtæ ſuprà nominati in Argonauticis.

6.CONTIG.RAPID.LIM.PHASIO.VND.] Propert.lib.1.eleg.20.

Namq; ferunt olim Pagaſæ naualibus Argo
Egreſſam longè Phaſidos iſſe viam.

7.PHRYXEAQ.VELLERA POSCVNT] De aureo D iſto ariete, quo vecti ſunt nouercam fugientes Phryxus & Helle, multa dici poſſent. Reſpondebit cupidiori lectori Natalis lib.6. cap.9. Petiuerunt Argonautæ velleris huius adipiſcendi poteſtatem ab rege.

8.VOXQ.DAT.MINYIS MAGN.HORR.LAB.] Reſponſum datur, ſi vellere illo potiri velint, labores & pericula certa ipſis adeunda. Tauri quippe igniuomi domandi priùs, & ad arationem ſubiugandi. Dentes draconis, quondam à Cadmo interfecti ſeminandi, indéque naſcentium armatorum impetus excipiendi. Poſtremò peruigil draco velleris cuſtos conſopiendus. De his ipſa Medea in epiſtola Iaſoni:

Dixerat interea tibi rex,vt dura ferorum
Inſolito premeres vomere terga boum.
Martis erant tauri plus quàm per cornua ſæui;
Quorum terribilis ſpiritus ignis erat,
Aere pedes ſolidi: prætentaq; naribus æra:

Nigra per afflatus hæc quoque facta ſuos.
Semina præterea populos genitura iuberis
Spargere deuota lata per arua manu,
Qui peterent natis ſecum tua corpora telis:
Illa erat agricolæ meſſis iniqua ſuo.
Lumina cuſtodis ſuccumbere neſcia ſomno,
Vltimus eſt aliqua decipere arte labor.

9.CONCIP.VALID.ÆETIAS IGNES] Infrà: *Excute virgineo conceptas pectore flammas.* Virg.4. Æneid. de Didone: *Et cæco carpitur igni.* Et in pulcherrimo, ſed admodũ deprauato poëmatio Ciri, de Scylla:

Quæ ſimul ac venis hauſit ſitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in oſſa furorem.

Lege quæ Philoſtratus Iunior diſſerit in eius imagine, vbi de facie, vultúque *Iaſonis* quædam haud B inſulſa.

10.ET LVCTAT. DIV, POSTQ. RAT. FVR. &c.] In 1. Offic. doctè ſcriptum eſt à M. Tullio in hunc modum: *Duplex eſt vis animorum, atque naturæ: vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt græcè ὁρμὴ, quæ hominem huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumq; ſit. Ita fit, vt ratio præſit, appetitus obtemperet.* Idem rationem nunc *mentem*, nunc *conſilium*; *appetitus* etiam *appetitiones, affectiones*, appellat: quas, cùm ſe non, vt debent, rationi obſequentes præbent, *cupiditates, libidines, concitationes animi, commotiones, perturbationes* vocare cõſueuit. Et has quidem, *perturbationes* inquam, definit, *motus animi nimios, rationi non obtemperãtes.* Item, C *auerſas à ratione contra naturam animi commotiones, & appetitus vehementiores.* Quoniam ergo hæc pars animi, in qua exiſtunt hi motus, imperium alterius, & ſuperioris, ac melioris accipere ſæpiùs recuſat, aut tergiuerſatur; hinc aſſiduum penè & inteſtinum in nobis bellum, cuius ſemina ac primordia in ipſis generis humani principibus & protoplaſtis anteceſſiſſe cognouimus: & ab iiſdem deinde in omnem poſteritatem cum ipſo ſemine mirabiliter & miſerabiliter transfuſa. Nec quiſquam ab hoc certamine eximitur, quicunque homo natus eſt. Hæc illa pugna carnis & ſpiritus. Sed præcipuè pugnandum nobis cum propenſione & appetitu voluptatis, quæ ex contactu & commiſtione ſexuum percipitur, homini que cum beſtiis communis eſt. Magnum & moleſtum rationi negotium: faciliuſque ſuperbiæ, auaritiæ, ingluuiei, cæteriſque vitiis, quàm libidini reſiſtitur; cuius blanditiis & D illecebris etiam ſapientes viri, & in ſanctitatibus multum progreſſi, tandem ſuccubuerunt. Hoc duellum & hîc ab Ouid. in Medea, & in aliis per hoſce libros ingenioſè ac diſertè explicatur, & quidam velut dialogus mentis, & prauæ motionis, quem *furorem* dicit, inſtituitur. Verumtamen dat manus, & neſcio quem deum obſtare confitetur, quo minùs rationi pareat, & cupiditatem iſtam indecoram abiiciat. Bona ſiquidem,& non bona cõſilia veteres à diis aut propitiis, aut iratis ſibi ſuggeri, & in animos immitti credebant, prout quiſque deus huic, vel illi homini vel bene, vel malè conſultum vellet. Hinc toties culpam aduerſorum caſuum, peccatorum & errorum, & malorum facinorum in deos conferri obſeruare licet. Æneas apud Maronem 2. Æneid.

Hic mihi neſcio quod trepido malè numen amicum
Confuſam eripuit mentem: namq; auia curſu
Dum ſequor, & nota excedo regione viarum,&c.

Cic.

Cic. pro Milone de Clodio: *Hîc dij immortales, vt ſuprà dixi, mentem dederunt illi perdito ac furioſo, vt huic faceret inſidias. Aliter perire peſtis illa non poterat.* Nos autem Chriſtiani neque Deo, neq; cacodæmoni, verùm nobis ipſis, & vel imbecillitati noſtræ lapſus, vel nequitiæ flagitia, vel audaciæ ſcelera tribuamus: cogitemuſque vitam hanc eſſe ſtadium & arenam, in qua decertandum ſit ſemper: & quanto fuerint certamina difficiliora, tanto victoriæ decora futura inſigniora.

11. FRVST. MEO. REPVG. NESCIO QVIS, &c.] Vox iſta τῆς ὁρμῆς, ſeu appetitus eſt, repugnantis rationi, & culpam in ſiniſtrum aliquem deum transferentis.

12. MIRVMQ. QVID HOC EST] quod ſentio, quod patior, mirum quiddam, mihique inſolitum eſt. Paulo pòſt nouam vim, hoc eſt, necdum expertam nominat. Et in Epiſtola: *Non notis ignibus arſi.* De Narciſſo l. 3. *Neſcit, quid ſit amor.*

13. ANNE ALIQ. SIMIL. H. QVOD AM. VOCAT.] ô virginis innocentiam, & ſimplicitatem. Ante hac pectus illo igne vacuum & liberum habuerat: nũc ardorem hunc ſuſpicatur eſſe id, quod amare vocetur. Vtinam Chriſtianę virgines, hoc ipſum quid eſſet, aliquanto ſeriùs intelligerent, ſenſumque naturæ ſuæ lentiùs intrarent. *Virgo*, inquit Tertullian. lib. de veland. virginib. *ex quo ſe intelligere cœperit, & ſenſum ſuæ naturæ intrare, & de virginis exire.*

14. NAM CVR IVSS. P. N. MIHI O. VID. &c.] *Iuſſa* patris vocat labores illos, & difficultates Iaſoni propoſitas & mandatas, ſi vellet, cuius cauſſa venerat, vellus aureum obtinere. Colligit ergo amorem eſſe quod ſentit, quoniam συμπάσχει Iaſoni tam duro iuſſu, & ne pereat, timet, cùm nunc primùm conſpexerit hominem. Hæc enim eſſe amantium, vt contraria odientium.

17. EXCVTE VIRGIN. CONCEPT. &c.] Vox rationis. Signatè, *virgineo pectore*: non enim omnium virginum pectora ſunt virginea.

18. SI POTES, INFÆLIX] quia perdifficile eſt.

SI POSSEM, SANIOR ESSEM] Reſpondet affectus. Quadrant huc illa ex 3. Tuſculan. *Sanitatem animorum Stoici poſitam in tranquillitate quadam conſtantiaq; cenſebant. His rebus mentem vacuam appellabant inſaniam; propterea quòd in perturbato animo, ſicut in corpore, ſanitas eſſe non poßit.* Nec minùs illud acutè, quòd animi affectionem, lumine mentis carentem, nominauerunt *amentiam*. Sed Stoici per inſaniam inſanitatem, vt inhumanitatem, indignitatem, id eſt, mentis ægrotationem & morbum, ſeu perturbationem, non furorem intelligebãt. Quare verbum *μανία* non reſpondet *inſaniæ* hoc modo acceptæ: nec infinitum *μαίνεσθαι* verbo *inſanire*, id eſt, non ſanum eſſe. Nec ſi quis mente ſanus non eſt, ideo furit.

19. TRAHIT INVIT. NOVA VIS] Virgil. eclog. 2. *Trahit ſua quemque voluptas.*

ALIVDQ. CVPID. MENS AL. SVADET] *Caro pugnat aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc duo ſibi inuicem aduerſantur.* Apoſtoli vox hæc, & quæ ſequitur.

20. VIDEO MEL. PROBOQ. DETER. SEQ.] *Quia non quod volo bonum hoc ago; ſed quod nolo malum hoc facio. Sentio aliam legem in membris meis*, &c. Putaret quis aut Paulum legiſſe Ouidium, aut Ouidium legiſſe Paulum: adeò dictis conſpirant. Alibi:

> *Odi, nec poſſum cupiens non eſſe quod odi,*
> *Heu, quam quod ſtudeas ponere, ferre graue eſt?*

Phædra in Hippolyto:

> ——*Quæ memoras, ſcio*
> *Vera eſſe, nutrix: ſed furor cogit ſequi*
> *Peiora: vadit animus in præceps ſciens,*
> *Remeátque, fruſtra ſana conſilia appetens.*

Cernis vtique expreſſa imitationis veſtigia. *Φιλοβίδιον* eſt Seneca, quod ſæpe iam dixi. Euripid. τὰ χρηστ' ἐπιστάμεσθα, καὶ γιγνώσκομεν, οὐκ ἐκπονοῦμεν δέ. *Bona ſcimus, & agnoſcimus, ſed ea non exſequimur.*

21. QVID IN HOSP. REGIA VIRGO VRERIS?] Verbum rationis. Turneb. lib. 19. Aduerſariorũ cap. 27. exponit, quid eius amore ſuccenſa es? Virgil. eclog 8. *Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.* vterque de induſtria affectauit locutionem Theocriti, ἐγὼ δ' ἐπὶ Δάφνιδι δάφναν αἴθω. Lib. 3. Metam. Narciſſus: *Vror amore mei.*

22. ET THALAM. ALIENI CONCVP. ORBIS, &c.] Alienus orbis, eſt pars orbis aliena, quia Iaſon peregrinus & hoſpes. Non deſunt in Colchis, quibus iungaris, externum noli expetere.

23. VIVAT, AN OCCIDAT IN DIIS EST] non in diis, ſed in Deo, iuxta illud Sapient. 16. *Tu es enim, Domine, qui vitæ & mortis poteſtatem habes. Qui mortificas, & viuificas*, 1. Reg. 2. Homerus: θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, *In deorum genibus poſitum eſt*, penes deos eſt. Liuius lib. 2. de bello Pun. 2. *Melior tutiorq; eſt certa pax, quàm ſperata victoria. Hæc in tua, illa in deorum manu eſt.* Terent. Andr. *Haud vereor, ſi in te ſitum ſit ſolo.*

** 72. ANTE OCVL. RECTVM, PIET.] Vicit ratio, vicit honeſtas, & erga patrios deos, erga parentem & ſenem, fratrem, ſororem pietas, ne illos tali coniugio offenderet. Vicit amor in patriam, ne externum & hoſpitem ſequendo, illam deſereret.

Oblatus Iaſonis aſpectus Medeam redaccendit. Auxilium eius expoſcenti, & coniugij fidem iureiurando obſtringenti, illa ſpondet, veneficium perdocet.

74. *IBat ad antiquas Hecates Perſeidos aras:* II.
Quas nemus vmbroſum, ſecretáque ſylua tegebat.
Et iam fractus erat, pulſúſque reſederat ardor:

gil. eclog. 8. *Frigidus in prato cantando rumpitur anguis.* Medeæ herbas dicit herbas veneficus, & carminibus magicis accommodatas. Tibull. lib. 1. eleg. 2. *Sola tenere malas Medea dicitur herbas.*

99. EDIDICITQ. VSVM] Docente Medea cognouit, quo pacto herbis illis salutariter vteretur.

Iaſon tauros igniuomos ad arationem adigit. Dentes ſerpentis ſerit. Inde mox enata armatorum turba mutuis vulneribus cōcidit. Spectatores, & Medea gratulantur. Draconem aurea poma ſeruantem ſucco ſparſum, & carminibus adhibitis conſopit. Ita ſpolio potitus, cum liberatrice & coniuge ſua Corinthum venit.

POSTERA depulerat ſtellas aurora micantes: III.
Conueniunt populi ſacrum Mauortis in aruum:
Conſiſtuntque iugis. medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus, ſceptróque inſignis eburno.
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Æripedes tauri, tactæque vaporibus herbæ
Ardent; vtque ſolent pleni reſonare camini:
Atque vbi terrena ſilices fornace ſoluti
Concipiunt ignem liquidarum aſpergine aquarum:
Pectora ſic intus clauſas voluentia flammas,
Gutturáque vſta ſonant. tamen illis Æſone natus
Obuius it. vertêre truces venientis ad ora
Terribiles vultus, præfixáque cornua ferro,
Puluereúmque ſolum pede pulſauere biſulco:
Fumificíſque locum mugitibus impleuere.
Diriguere metu Minyæ: ſubit ille, nec vllos
Senſit anhelatus (tantum medicamina poſſunt)
Penduláque audaci mulcet palearia dextra:
Suppoſitóſque iugo, pondus graue cogit aratri
Ducere, & inſuetum ferro proſcindere campum.
Mirantur Colchi; Minyæ clamoribus augent,
Adijciúntque animos. galea tum ſumit ahena
Vipereos dentes, & aratos ſpargit in agros.
Semina mollit humus valido prætincta veneno:
Et creſcunt, fiúntque ſati noua corpora dentes.
Vtque hominis ſpeciem materna ſumit in aluo,
Pérque ſuos intus numeros componitur infans,
Nec niſi maturus communes exit in auras:
Sic vbi viſceribus grauidæ telluris imago
Effecta eſt hominis, fœto conſurgit in aruo:
Quódque magis mirum eſt, ſimul edita concutit arma.
Quos vbi viderunt præacutæ cuſpidis haſtas
In caput Æmonij iuuenis torquere parantes,
Demiſere metu vultumque animúmque Pelaſgi:

Ipſi

Ipſa quoque extimuit, quæ tutum ſecerat illum:
Vtque peti vidit iuuenem tot ab hoſtibus vnum,
Palluit: & ſubitò ſine ſanguine frigida ſedit.
Neue parum valeant à ſe data gramina, carmen
Auxiliare canit, ſecretaſque aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes
A ſe depulſum Martem conuertit in ipſos.
Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres:
Ciuilique cadunt acie. gratantur Achiui,
Victorémque tenent; auidiſque amplexibus hærent.
Tu quoque victorem complecti barbara velles:
Obſtitit incœpto pudor. at complexa fuiſſes,
Sed te, ne faceres, tenuit reuerentia famæ.
Quod licet, affectu tacito lætaris; agiſque
Carminibus grates, & dijs auctoribus horum.
Peruigilem ſuperest herbis ſopire draconem:
Qui criſta linguiſque tribus præſignis, & vncis
Dentibus horrendus, cuſtos erat arboris aureæ.
Hunc poſtquam ſparſit Lethæi gramine ſucci:
Verbáque ter dixit, placidos facientia ſomnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina ſiſtunt:
Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro
Heros Aeſonius potitur, ſpolióque ſuperbus,
Muneris auctorem ſecum ſpolia altera portans
Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.

100. POSTERA DEPVL. STELLAS, &c.] Libr. 4. A Metam. *Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes.* 3. Æneid. *Iamq; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis.* Et 5. *Poſtera cùm primo ſtellas oriens fugarat Clara dies.*

101. SACRVM MAVORTIS IN ARVVM] in campum, qui Martis dicebatur, vbi tauri ſub iugum mitterentur, & dentes draconis ſeminarentur.

102. CONSISTVNT Q. IVGIS] eminentioribus locis campi illius.

REX PVRPVREVS] Sicut floreus pro floridus, frondeus pro frondoſus, & ſimilia: ita purpureus pro purpuratus, purpura indutus apud poëtas. Lib. 8 de Minoë: *Purpureuſq; albi ſtratis inſignia pictis Terga premébat equi.* Horat. ode 25. l. 1. *Purpurei tyranni.*

103. SCEPTROQ. INSIGNIS EBVRNO] Lib. 1. *Sceptroq; innixus eburno,* de Ioue. Purpura, & ſceptrum, præterea medius in tanta ſpectantium multitudine locus, regem à cæteris nobilibus, ignobilibus diſcernebant: Imperatores Romanos purpura tantùm.

104. ADAMANTEIS VVLCAN. NARIB. EFFLANT] Deſcriptio taurorum. Ignem ore, & naribus ſpirabant. Sic Apollon. lib. 3 ἐκ δὲ πυρὸς δεινὸν σέλας ἀμπνείεσκον, *horribilem ignis fulgorem ſpirabant.* Liban. Progym. ταύρων πῦρ ἀφιέντων. Lucret. *Et Diomedis equi ſpirantes naribus ignem.* Virgil. 12. de equis Solis: *Lucemq; elatis naribus efflant.* Adamantis durities nota eſt, quæ in prouerbium abijt, *Adamante durius.* Apollonius totum os fuiſſe æreum illis narrat.

A 105. ÆRIPEDES] χαλκόποδες Apollonio, æreos pedes habentes, quos illis Vulcanus fecerit. Quod quidā hîc citant illud è 6. Æneid. de cerua ab Hercule confecta: *Fixerit æripedem ceruam licet,* & exponunt, habentem pedes ſolidos & indefatigabiles, quo ſenſu & Homerus dixerit χαλκόποδας ἵππους, nos cum doctiſſimo Erythræo *æripedem* pro aëripedem ſcriptum à poëta cenſemus, per ſynæreſin, vel potiùs ſynecphoneſin, quaſi curſu cum ventis certantem.

TACTÆQ. VAPORIB. HERB. ARD.] halitus eorum calore ſuo herbas incendebat.

106. VTQ. SOLENT PLEN. RESON. CAMIN. &c.] Gemina comparatione ſtridorem pectoris, & B gutturis eorum inflammatorum declarat. Caminos fabriles intellige, in quibus follium ductu flamma irritatur; & calcis coctæ, dum ad glebas illas diſſoluendas frangendaſque aqua ſuperfuſa, qui ibi poteſtate eſt calor emicat, cum flammis nonnunquā.

110. TAMEN ILLIS ÆSONE NAT. OBVIVS IT] obuiam it, dixiſſet ἐν πεζῷ λόγῳ. Sic Virgil. 1. Æneid. *Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua.* Obuiam ire alicuius conatibus, metaphoricum eſt. In *tamen* vis quædam eſt, & amplior ſignificatio. Quanquam eſſent tauri illi tales, tam formidabiles, tamen magnanimus heros ſe obijcere tanto periculo non eſt cunctatus.

111. VERTERE TRVCES VEN. ADORA, &c.] Toruiùs etiam quàm ſolebant venientem aſpexerunt.

112. PRÆFIXAQ. CORNVA FERRO] ii pedes habebant

bebant æreos, adamantæas nares, an non par fuit A habere item cornua ferrea? ſic enim interpretari licet *cornua ferro*; quæ illis fortè Vulcanus quoque fabricarat, quomodo & pedes. Nam vno abſurdo conceſſo, ſequuntur plura. Sed poëtis libertatem ſuam ne inuideamus.

113. SOLVM PEDE PVLSAVERE BISVLCO] fiſſam habent vngulam boues. Quòd ſolum pede feriebant, iratorum erat indicium.

114 FVMIFICISQ. LOCVM MVGITIB. IMPLE.] vapores ſuptà nominabat. Omnia hæc ad indicandam belluarum contra Iaſonem tendentium iram dicuntur.

115. DIRIGVERE METV MINYÆ SVB.] Attoniti Iaſonis ſocij, duci ſuo magnopere timebant. Virgil. 3. Æneid. *At ſocijs ſubita gelidus formidine ſanguis* B *Diriguit*. Hic verſus, cum parte ſequentis ea editione Lipſienſi legendus eſt ſic, *Diriguere metu Minyæ: ſubit ille, nec vllos Senſit anhelatus*. Senſit quidem, ſed illum non læſerunt, eùm contactæ illis herbæ arderent. Quaſi igitur non ſenſit. Inconcinnè vulgati: *Diriguere metu ſubito Minyæ: ille nec vllos*.

116. TANTVM MEDICAMINA POSSVNT] ἐπιφώνημα. Quid non poſſunt veneficarum carmina & pharmaca? Eclog 8. Alpheſibæus in perſona Pharmaceutriæ, ſeu veneficæ anus:

Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyßis, &c.

Et poſt multa:

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipſa dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto.
His ego ſæpe lupum fieri, & ſe condere ſyluis
Mœrim, ſæpe animas imis excire ſepulchris,
Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes.

117. PENDVLAQ. AVD. M. PALEAR. O.] 3. Georg. *Et crurum tenus à mento palearia pendent.*

118. SVPPOSITOSQ. IVGO] coactos ſub iugum, impoſito illis iugo. Arationem, ſationem, frugem enatam, conflictum fraternum paucis perſtringit Hypſipyle ad Iaſonem:

Narrat, & æripedes Martis araſſe boues:
Vipereos dentes in humum pro ſemine iactos,
Et ſubitò natos arma tuliſſe viros:
Terrigenas populos ciuili Marte peremptos
Impleſſe ætatis fata diurna ſuæ.

INSVET. FERRO PROSCINDO CAMPVM] Inſuetum, qui ante id tempus nunquam aratus fuerat. Quod hoc ipſo, & antecedente verſu, idem 1. de D Remed. hoc diſticho complexus eſt:

Colla iube domitos oneri ſupponere tauros,
Sauciet vt duram vomer aduncus humum.

1. Georg. *Ac priùs ignotum ferro quàm ſcindimus æquor.* Et 2. *Et validis terram proſcinde iuuencis*. Lucret. l. 5. *Et terram preßis proſcindere aratris*.

120. MIRANTVR COLCHI] Quia ſuprà opinionem omnem, & fidem nouitas.

MINYÆ CLAMOR. AVO. ADIICIVNTQ. ANIM.] Clamor ille lætantium erat, voces ipſæ adhortantium & laudantium, quibus creſcebat Iaſoni animus. Virgil. 5. *Tum verò ingeminat clamor, cunctiq; ſequentem Inſtigant ſtudijs.*

122. ET ARATOS SPARGIT IN AGROS] Dentes hi fuerunt eius draconis, quem in ſpecu Bœotica necauit Cadmus lib. 3. partem eorum Mars & Pallas Cadmo, partem Æetæ Colchorum regi, patri Medeæ tradiderunt. Vtrique ſeminati, illi à Cadmo, hi ab Iaſone, armatos creauerunt, qui mutua cæde interierunt. De illius igitur, Cadmi inquam, ſatione ex præſcripto Palladis, ibi:

Paret, & impreſſo ſulcum patefecit aratro,
Spargit humi iuſſos mortalia ſemina dentes.

Rem eandem, arationem puta per tauros igniuomos, & ſationem dentium, & procreationem inde armatorum, tribus verſibus commodè incluſit Virgil. in laudibus Italiæ. Georg 2.

Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertêre, ſatis immanis dentibus hydri:
Nec galeis, denſiſq; virûm ſeges horruit haſtis.

123. SEMINA MOLLIT HVMVS] Mori vulgò dicuntur ſemina in terram iacta, cùm molleſcere & diffundi incipiunt; cùm comprehendunt, vt loquitur Columella.

125. VTQ. HOM. SPECIEM MAT. IVM. IN ALVO, &c.] Quanduquidem agit de hominibos è terra ex dentibus, velut è ſemine iniecto prodeuntibus, non ineptè hanc γένεσιν cum naturali noſtra geneſi è paterno ſemine, & materno ſanguine in aluo materna confert, docetque hanc ſimiliter, vt illam, gradatim per ſuos numeros contigiſſe. Locus in Pythagorea illa, & bene longa diſputatione ſimillimus extat lib. 15. Metam.

——— *Fuit illa dies, qua ſemina tantùm,*
Speſq; hominum prima matris habitauimus aluo.
Artifices natura manus admouit: & angi
Corpora viſceribus diſtenta condita matris
Noluit: eq; domo vacuas emiſit in auras.

C

126. PERQ. SVOS INT. NVM. COMP. INF.] Omnibus numeris fieri dicimus quod perfectè & cumulatè fit. A muſicis ductum. Alia ſimilitudine, à tapetibus ſuſpenſis & demiſſis ſumpta, originem & incrementum è terra procedentium armatorum expreſſit lib. 3. Transformat.

127. NEC NISI MATVR. COMMAN. &c.] vt plurimum, nam aliquando ἑπταμηνιαῖοι, ſeptimeſtres, aut octimeſtres, citiùs etiam exeunt, cùm decimum menſem natura partus definiuerit. Quales partus immaturos confieri neceſſe eſt, & plerumque parum diu ſuperſunt tales.

130. SIMVL EDITA CONCVTIT ARMA] haſtis ad clypeos, aut ad terram alliſis, minitabundi videlicet, & frementes.

131. QVOS VBI VIO. PRÆACVT. &c.] In iuuenem Æmonium, Iaſonem Theſſalum (Theſſalia etiam dicta Æmonia) haſtarum mucrones, velut ipſum petituri dirigebant. Qui aderant ad ſpectaculum Pelaſgi, hoc eſt *Theſſali* (ſic enim olim nuncupati) magnum in ſe metum ducis ſui cauſſa conceperunt.

134. QVÆ TVT. FECERAT ILLVM] Sic namque promiſerat, *ſeruabere munere noſtro*. Cantatas item herbas dederat.

136. SINE SANGVINE FRIGIDA SEDIT] Quòd omnes in vnius Iaſonis caput conuerſos videret, cœpit pharmacis ſuis diffidere & expalleſcere, & præ timore exanguis fieri.

137. CARMEN AVXILIARE CANIT] Reſeruare ſolebat ſibi Medea carmē magicum potentiſſimū, quod tanquam arietem, & machinam extremam adiuuandis veneficijs adhiberet. Hoc ab effectu Poëta *auxiliare*, & *ſecretas artes* idoneè nominat.

139. ILLE GRAVEM MEDIO. SIL. &c.] Quo pacto à ſe periculum auerteret, & in ipſos dentigenas conuer-

uerteret, ſilicis nempe aut lapidis iactu in turbam illam.

141. TERRIGEN. PEREVNT P. MVT. VVLN.] Lib. 3. Metam.

Exemploq́; pari furit omnis turba, ſuoq́;
Marte cadunt ſubitò per mutua vulnera fratres.

Seneca Med. *Terrigena miles mutua cæde occidit.* Vide ibi Delrii Commentar. Ita Lucan. pop. Roman. bellis ciuilibus in ſua viſcera victricem gentium dextram conuertiſſe canit, in exorſu Poëſeos ſuæ.

142. CIVILIQ. CAD. ACIE] Non omnes ciues ſunt fratres, omnes autem ciues inter ſe. Et quod inter fratres geritur bellum, idem inter ciues geri, & fraternum ac ciuile bellum dici verè poteſt. Sic vocanit & illam pugnam lib. 3.

GRATANT. ACHIVI, VICTOREM TEN.] Minyas antè Pelaſgos, nunc communiore item nomine Achiuos appellat, qui duci ſuo ſucceſſum gratulātes, ipſum certatim complectuntur. Virgil. 4. Æneid. *Iuueni germana, viam gratare ſorori.* Et 5. Æneid. *Veterum non immemor ille parentum Gratatur reduces.*

144. TV QVOQ. VICT. COMPLECT. BARB. &c.] Valuiſſe attes ſuas gaudebat Medea hæc aſpiciens, cupiebatque victorem & ipſa complecti: cui rei obſiſtebat pudor. Quale enim exemplum, accurrere virginem regiam, & coram tot hominum millibus amplexari adoleſcentem? Potuitne pudica credi, ſi hoc faceret? Veruntamē pudoris rationem nō duxiſſet ſi eam non mouiſſet fama, diuulganda per vicina oppida. Nimis enim proiecti hominis eſt, etiam famam, hominumque de ſe ſiniſtros ſermones paruipendere.

147. QVOD LICET AFFECT. TACITO. &c] Hoc nemo vituperare potuit; immò hoc laudare nemo non debuit, quòd apud ſe læta ta eſt, & diis, tanquam boni huius primariis auctoribus, & ſecundùm eos veneficiis ſuis gratias habuit.

148. PERVIGIL. SVPER. HERB. SOP. DRACON.] *Inſopitúmque draconem* ſuprà, vbi peractum iam laborem, & hunc peragendum his verbis memorat Medea:

At niſi opem tulero, taurorum afflabitur ore,
Concurretq́; ſua ſegeti, telluré creatis
Hoſtibus, aut auido dabitur fera præda draconi.

150. QVI CRIST. LINGVISQ. TRIB. PRÆSIG. &c.] Qualis fuerit, & cui rei adhibitus ille draco. quo-

A modo tribus linguis, aliàs oſtendimus. Cadmeus draco huncin modum deſcriptus eſt l. 3. Metam.

Martius anguis erat, criſtis præſignis & auro,
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
Treſq́; micant linguæ, triplici ſtant ordine dentes.

151. CVSTOS ERAT ARBORIS AVREÆ] ex qua arbore vellus illud aureum dependebat, & ab inſomni dracone noctes & dies cuſtodiebatur.

152. LETHÆI SVCCI] Qua ratione monſtrum ſopiuerit. Succo, ſeu humore de venenoſa herba, quales apud Lethen, ſeu inferos naſcuntur, expreſſo illum aſperſit, & adiecit verba magica, quibus audiendis ſomno captus eſt.

153. VERBAQ. TER DIXIT] Numerus ternarius
B in ſacris magicis vſitatus. Infra:

Ter ſecum vertit, ter ſumptis flumine circùm
Irrorauit aquis, ternis & ſtridibus ora
Soluit.

Vide eclog. 8. & ibid. Symbolas meas.

154. QVÆ MARS TVRBAT. QVÆ FLVM. &c.] Admiranda verborum magicorum vis variis locis & à poëta noſtro, & à Seneca potiſſimùm in Medea exponitur. Infrà: *Quid enim non carmina poſſunt?* Et paulò pòſt multis verſibus. Et 14. de Circe.

155. IN IGNOTOS OCVLOS] ſibi ignotos, vtpote quos nunquam priùs occupauit, erat enim peruigil.

ET AVRO POTIT. SPOLIOQ. SVPERBO] ἐν διὰ δυοῖν. Spolio aureo, & ideò ſuperbo, hoc eſt, magnifico, pretioſo, quod ſuperbos poſſit reddere.
C Infert pellem inauratam arietis, ſeu vellus illud aureum, quod variis nominibus pōëtæ affecerunt. Euripid πάγχρυσον δέρας. Orpheus, & Apollonius δέρας, & κῶας χρύσειον. Pindarus δέρμα κριοῦ βαθύμαλλον. Catullo *aurata pellis.* Ouid. *Phryxea vellera, ouis fuluo auro conſpicua.* Valer. Flacco *Pellis rutila, pellis villis ſidereis comans, vellera radiantia.* Obſeruauit Hieron. Columna in Fragm. Ennii.

157. SPOLIA ALTERA] Medeam, cuius ope ac beneficio hoc aureum ſpolium adeptus erat, in coniugium aſcitam, veluti alterum ſpolium ſecum auexit.

158. IOLCIACOS PORTVS] Theſſalicos. Oppidum enim Magneſiæ Iolcos, & illa pars Theſſaliæ.

TETIGIT PORTVS] Virg. 1. Georg. *Cum preſſa cùm iam portum tetigere carina.* Cicero: *Portum tenere, in portum venire, in portum euehi.*

Theſſali pro reducibus è Colchide filijs χαριστήρια, ſeu gratias referunt. Æſoni patri longæuo iuuentutem reparari Iaſon Medeam rogat. Promittit. E varijs locis noctu herbas conquirit, quibus efficientiam ritibus magicis, & precibus impetrat. Præterea facinora ſua magica percenſet.

IV. 159. *AEMONIÆ matres pro natis dona receptis,*
160. *Grandæuique ferunt patres, congeſtáque flamma*
Tura liquefaciunt: indutáque cornibus aurum
Victima vota facit. Sed abeſt gratantibus Æſon,

Jam

Iam propior letho, feſſúſque ſenilibus annis,
Tum ſic Æſonides: O cui debere ſalutem
Confiteor coniux, quanquam mihi cuncta dediſti,
Exceßitque fidem meritorum ſumma tuorum:
Si tamen hoc poſſunt (QVID ENIM NON CARMINA POSSVNT?)
Deme meis annis, & demptos adde parenti.
Nec tenuit lacrymas. mota eſt pietate rogantis,
Diſſimiléimque animum ſubijt pater Æta relictus.
Non tamen affectus tales confeſſa, Quod, inquit,
Excidit ore tuo, coniux, ſcelus? ergo ego cuiquam
Poſſe tuæ videor ſpatium tranſcribere vitæ?
Non ſinat hoc Hecate, nec tu petis æqua; ſed iſto,
Quod petis, experiar maius dare munus Iaſon
Arte mea ſoceri longum tentabimus æuum,
*Non annis * renouare tuis: modò diua triformis* *reuocare
Adiuuet, & præſens ingentibus annuat auſis.
Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent,
Efficerentque orbem. poſtquam pleniſſima fulſit,
Et ſolida terras ſpectauit imagine luna:
Egreditur tectis, veſtes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos;
Fertque vagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus. homines, volucréſque feráſque
Soluerat alta quies, nullo cum murmure ſerpens:
**Immotæque ſilent frondes: ſilet humidus aër;*
Sidera ſola micant. ad quæ ſic brachia tendens,
Ter ſe conuertit, ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis; ternis & hiatibus ora
Soluit, & in dura ſummiſſo poplite terra;
Nox, ait, arcanis fidiſſima, quæque diurnis,
Aurea cum luna ſucceditis ignibus aſtra:
Túque triceps Hecate, quæ cœptis conſcia noſtris,
Adiutrixque venis, cantúſque, artéſque magorum;
Quæque magos Tellus pollentibus inſtruis herbis,
Auræque, & venti, montéſque, amnéſque, lacúſque,
Diique omnes nemorum, diique omnes noctis adeſte.
Quorum ope, cùm volui, ripis mirantibus amnes
In fontes rediere ſuos; concuſſáque ſiſto,
Stantia concutio cantu freta: nubila pello,
Nubiláque induco: ventos abigóque, vocóque:
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces:
Viuáque ſaxa, ſua conuulſáque robora terra,
Et ſyluas moueo, iubeóque tremiſcere montes:
Et mugire ſolum, manéſque exire ſepulchris.
Te quoque, luna, traho, quamuis temerata labores
Æra tuos minuant: currus quoque carmine noſtro
Pallent, ac pallet noſtris Aurora venenis.

Aa Vos

Vos mihi taurorum flammas hebetaſtis, & vnco
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis,
Cuſtodémque rudem ſomni ſopiſtis, & aurum
Vindice decepto Graias miſiſtis in vrbes.
Nunc opus eſt ſuccis, per quos renouata ſenectus
In florem redeat, primóſque recolligat annos.
Et dabitis: neque enim micuerunt ſidera fruſtra:
Nec fruſtra volucrum tractus ceruice draconum
Currus adeſt. aderat demiſſus ab æthere currus.
Quò ſimul aſcendit; frænatáque colla draconum
Permulſit, manibúſque leues agitauit habenas:
Sublimis rapitur, ſubiectáque Theſſala Tempe
Deſpicit, & Cretis regionibus applicat angues,
Et quas Oſſa tulit, quáſque altus Pelion herbas,
Othryſque, & Pindus, & Pindo maior Olympus,
Perſpicit: & placidas partim radice reuellit,
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.
*Multa quoque * Apidani placuerunt gramina ripis,* *Eridani
Multa quoque Amphryſi. nec eras immunis Enipeu,
Nec non Peneus, nec non Sperchiades vndæ
Contribuêre aliquid, iuncoſáque littora Bæbes.
Carpſit & Euboica viuax Anthedone gramen,
Nondum vulgatum mutato corpore Glauci.

159. AEMON. MAT. PRO NAT. &c.] In epiſt. Penelopes: A

Argolici rediere duces, altaria fumant,
Ponitur ad patrios barbara præda deos.
Grata ferunt nymphæ pro ſaluis dona maritis.

160. CONGESTAQ. FLAMMA THVRA LIQVEFAC.] Copiam turis ignibus ingeſti notat vox *congeſta*. Nec mirandum; multę ſiquidem matres, multi patres Argonautarum multorum.

161. INDVCTAQ. CORNIB. AVR. VICT.] Sæpè didiciſti, ſolitos taurorum ſacrificandorum cornua inaurare. Libr. 10. Metam. *Et blandis induta cornibus aurum Conciderant icta niuea ceruice iuuenca.* Virgil. 9. *Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum.* Plin. lib. 33. cap 3. *Deorum honori in ſacris nihil aliud excogitatum eſt, quàm vt auratis cornibus hoſtiæ maiores duntaxat immolarentur.*

162. VOTA FACIT] vota ſoluit; victimas enim dijs pro filijs abeuntibus Theſſali vouerant, quibus votis damnati, tunc ea lætantes reddebāt.

ABEST GRATANT. ÆSON] Sacrificijs iſtis & communibus gaudijs atque gratulationibus intereſſe pater Iaſonis Æſon nequibat, quia decrepitus & capularis.

163. IAM PROP. LETH. FESSVSQ. SENIL. ANN.] *Aetate feſſum* Anchiſen dicit Virgil. 2. Æneid. Corpus feſſum, id eſt, debile & languidum, efficit ſenectus: & ſunt morti viciniores ſenes, quàm iuuenes; ſicut qui diutiùs ambularunt, citiùs ad metam perueniunt, quàm qui primæ adhuc metæ, vnde egreſſi, propiores viſuntur.

164. OCVLOR. SALVT. CONF.] Rogaturus beneficium Medeam Iaſon, priùs repetit & exaggerat eius in ſe merita: vt acceptorum memor, dignus videatur qui plura accipiat.

167. SI TAMEN HOC POSSVNT] quod dubitat, è veſtigio confirmat; nimirum poſſe hæc carmina, & cantiones magicas, quod impetratum velit. Locus deliberatiui generis, ſeu ſuaſionis eſt, vt doceamus fieri poſſe, quod ſuademus, aut petimus.

168. DEME MEIS ANNIS, ET DEMPT. ADDE PAR.] Optabant hæc inter ſe amici, optabant & amantes, poſſe detrahere de vitæ ſuæ ſpatijs, & addere ad vitam producendam alteri. Terent. And. *Quam ego ſi intelligam vita deficere, iam de meis annis ad tuos addam.* Propert. lib. 4. eleg. 12. *Quod mihi detractum eſt, veſtros accedat ad annos.* Vetus Epitaphium

B Romæ:

Quodq́ue mihi eripuit mors immatura iuuenta,
Id tibi victura proroget vlterius.

Albinouanus ad Liuiam: *Perq́ue annos diuturnus eas fratriſq́ue tuoſq́ue.* Plura exempla Paſſeratius in eundem Propertij locum.

169. NEC TEN. LACRYM.] Exemplum pietatis in filio erga parentem. Contrà in moribus ſæculi ferrei lib. 1. *Filius ante diem patrios inquirit in annos.* Filij nequam, quibus pater nimiùm diu videtur ſupereſſe, & eorum ἀνωμίαν impedire.

170. DISSIMILEMQ. ANIM. SVB. PAT. ÆTÆ] venit in mētem Medeæ patris ſui Æetæ, etiam veruli, cùm pro ſuo patre iam vetulo rogaret Iaſon. Sed mentem diſſimilem ei, qua fuit in patrem

ſuum

ſuum Iaſon, id eſt, non tam piam, & ſollicitam.

171. NON TAM. AFFECT. TALES CONFESSA]. Non confeſſa plus propendere in patrem Iaſonis, quàm in patrem ſuum, quia id ei honori haud fuiſſet, tantùm reſpondet ad id, quod Iaſon de ſuis annis minuendis petierat, & teſtatur nihil neceſſe fore vt id fiat: poſſe enim patri annos abſque hoc augeri.

QVOD EXCIDIT ORE TVO SCELVS?] Ex Virgil. 2. Æneid. *Tantumq́, nefas patrio excidit ore?* Indignatur ab ſe petitum, quod dare ſibi turpiſſimum ſit. Quis enim velit, quamuis poſſit, ſibi dilecto, vt petat Iaſon Medeæ coniux coniugi, de annis detrahere, & alteri apponere?

173. TRANSCRIBERE] eſt in alterius ius transferre. Sic *transſcripta prædia.* Plura Briſſon. de verbor. ſignif.

174. NON SINAT HOC HECATE] veneficiorum præſes, & veneficarum numen.

NEC TV PETIS ÆQVA] iniquum eſt velle alteri commodare cum incommodo ſuo: ſibi enim quiſque eſt proximus; iniquius autem ſi id poſſit fieri ſine vllo ſuo incommodo.

175. QVOD PETIS, EXPER. MAIVS DARE, &c.] O Iaſon, tu munus à me petis de patris ætate renouanda; conabor maius dare quàm petis: nam & illum ad iuuentutem traducam; & de tuis annis qui reſtant nihil decerpam.

177. MODO DIVA TRIFORMIS ADIVVET, &c.] Vt in bonis, ſic in malis quoque rebus deos ſuos ad auxilium inuocabant; quomodo & hodie Chriſtiani in illis Chriſtum ac Deum, in iſtis diabolum.

178. INGENTIB. AVSIS] arduum opus, & periculoſæ plenum aleæ de ſene non ſenem efficere, eo modo quem experta eſt Medea; ideo etiam eius auſus oportet eſſe ingentes, magniq́ue animi, & ſpei plenos. De Phaëthonte, & curru eius, vnde à Ioue excuſſus: *Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis,* lib. 2.

179. VT CORNVA TOTA COIRENT, &c.] ad plenilunium deerant tres noctes, & quod neceſſariò ſequitur, duo dies. Hoc plenilunium vocat mox *ſolidam Lunæ imaginem.* Infrà, περὶ Φερσινάτεγον,

Dumq́, quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna, quater plenis tenuata retexuit orbem.

182. VESTES INDVTA RECINCTAS] E ritu & conſuetudine nocturnorum ſacrorum, & veneficiorum. Apud Maronem quoque inferis ſacra magica ſe facturam ſimulans Dido, eſt *Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta.* Vide ibidem Symbol. & quid annotauerimus ex Turneb. lib. 6. cap. 10. Ex his, & quæ ſtatim ſequuntur, obſerua ſagæ, ſeu ſtrigis habitum & ceremonias. *Veneficium,* & magicas artes proprium eſſe vitium mulierum, ad quod præcipuè libidine, & zelotypia aut erga coniuges aut erga amatores adducantur, notauit Muret. Comment. in 3. Annal. Taciti. Martina quædam Tiberio in tollendo Germanico, Locuſta Neroni in Britannico nauat operam. Ex vltima illa antiquitate celebres ſunt venenis *Circe, Medea,* & totum genus *Aegyptiarum* mulierum. *Helena* quoq; ab Homero vt venenorum perita notatur. Et notæ ſunt Theocriti ac Virgilij *Pharmaceutriæ, Canidia* Horatij: & ferè vbicunque veneficiorum, aut ſuperſtitionum magicarum, ibi & mulierum mentio. Et apud Euripid. Hermione queritur, venenis Andro-

A machis fieri, vt ipſa ſterilis ſit, & minùs ametur à viro: vbi etiam vniuersè pronuntiat, Epiroticas omnes mulieres venenis graſſari ſolere. Hæc carpsim ex Mureto. Plura legas in eruditis Martini Delrij *de Magia* libris.

183. NVDA PEDEM] Sic Virg. 4. Æneid. *Vnum exuta pedem.* 1. Æneid. *Nuda genu, nodoq́, ſinus collecta fluentes.*

NVD. HVM. INFVSA CAPILLOS] Plus hoc eſt, quàm quod alioqui ſæpè de mulieribus, etiam lugentibus legimus, *ſparſis per colla capillis.* Nam veneficas iſtas humeris quoque nudas eſſe ſacris ſuis operantes oportuit. Atque ideò fortaſſe legendum *nuda humeris.*

184. MEDIÆ PER MVTA SILENTIA NOCT.] Et tempus neceſſe erat, ſeu horam obſeruare nocturnam, mediæ noctis ſcilicet, cùm eſt altiſſimum per
B terras ſilentium. Amat nox ſilentium, atque idcirco illi gallus immolabatur, vt animal ſilentio maximè aduerſarium.

185. INCOMITATA] ſine vllo ſocio, nemine conſcio.

HOMINES, VOLVCRESQ. FERASQ. &c.] Intempeſtæ noctis conticinium ex adiunctis deſcribit exactiſſimè Virgil. 4. Æneid.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluæq́, & ſæua quierant
Aequora, cùm medio voluuntur ſidera lapſu,
Cū tacet omnis ager, pecudes, pictæq́, volucres, &c.

C Et lib. 8.

Nox erat, & terras animalia feſſa per omnes
Alituum pecudumq́, genus ſopor altus habebat.

186. NVLLO CVM MVRM. SERP. SOPIT. SIMIL.] Pro *ſerpens* ex Fuluij Vrſini libro, & duobus Vatican. Cioſan. legit *ſepes, nullo cum murmure ſepes ſopitæ ſimilis.* In vulgatis eſt *ſopita.* Ego lectionem impreſſorum ſequor, & vulgatam relinquo. Ad illa enim Maroniana reſpicitur de 2. Æneid.

Tempus erat, cùm prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratiſſima ſerpit.

Quietem nocturnam *ſerpere* dicit; ita hîc noſter, niſi quod addit, *nullo cum murmure,* quæ ἐπεξήγησις quædam eſt. Qui ſequitur verſum, vt παρεγγεγραμμένον, & otioſum, ac ineptè ταυτολογοῦντα deleo. *Sopita ſimilis nullo cum murmure ſerpit.*

188 IMMOTÆQ. SIL. FRONDES] venti nulli, quem vel tenuiſſimum frondes coruſcantes, ſeu
D tremulæ nuntiant.

189. SIDERA SOLA MICANT] quaſi cætera omnia dormirent, ſolæ ſtellæ vigilarent, cuius rei argumentum micationes continuæ.

AD QVÆ S. BRACHIA TENO.] vt ſolent ſupplices.

190. TER SE CONVERTIT] in orbem puta; ac primùm à dextra in ſiniſtram, deinde à ſiniſtra in dextram.

TER SVMPT. FLVM. CRIN. IRROR. AQ.] hauſta aqua caua manu de fluuio præterfluente, ſuum caput aſperſit.

191. TERNIS SOLVIT ET HIATIB. ORA] quaſi ſpiritum hauſtura. Aut, ter oſcitat. Probabile eſt, Ouidium hæc ſcripturum, ad ſagam exquiſitum abijſſe.

192. ET IN DVRA SVMMISS. POPLI. TERRA] Hactenus magi ritus, & taciti, & tanquam prooemia quædam; nunc genua flectit, & ad preces incum-

bit, longaq́; & multiplici inuocatione vtitur, cum declaratione poteſtatis ſuæ multifariæ.

193. NOX ARCANIS FIDISSIMA] quia rum nulli teſtes, tota propemodum rerum natura quieſcente, & conticeſcente.

QVÆ QVI AVREA CVM LVN. &c.] & vos aſtra aurea, quæ cum luna ſucceditis diurnis ignibus, id eſt, ſoli. Hic enim diem moderatur, immò diem lumine ſuo efficit; illa noctem illuminant.

195. QVÆ COEPT. CONSCIA NOST. &c.] Vſitatius cum gignendi caſu, quæ cœptorum noſtrorum es conſcia.

196. CANTVSQ. ARTESQ. MAGOR.] & has implorat.

197. QVÆQ. MAG. TELL. POLLENT. INSTR. HERB.] Hæc quoque in dearum numero veteribus fuit, cuius munus hîc agnoſcitur. Pollentes, & efficaces herbæ quædam ſunt ad veneficium.

199. DIIQ. OMNES NEMORVM] Fauni, Satyri, Syluani, Panes.

DIIQ. OMNES NOCTIS] Credo equidem deos inferos intelligendos, ibi enim nox perpetua, quia caligo mera, & tenebræ. Sunt ergo Pluto, Proſerpina, Eumenides, &c.

200. QVOR. OPE CVM VOLVI, &c.] Gloriatione hac Medeæ de poteſtatibus ſuis magicis haud abludit illa Boreæ, de violentia ſua ſuper alios ventos, lib. ſuperiore, in fine: *Apta mihi vis eſt, hac triſtia nubila pello*, &c.

RIPIS MIRANT. AMNES IN FONT. &c.] quod alioqui inter impoſſibilia numeratur à poëtis, cùm per inductionem docent, quippiam nunquam futurum. Lib. 13. *Antè retro Simois fluet*. 4. de Ponto eleg. 5. *Flumináq́; in fontes curſu reditura ſupino*. Propert. l. 2. eleg. 15. *Fluminaq́; ad caput incipient reuocare liquores*. Oſtēdit Medea, quanta, & quā multa veneficijs ſuis poſſit. Similia de eadem Iaſoni in Epiſt. Hypſipyle:

Illa reluctantem curſu deducere lunam
Nititur, & tenebris abdere ſolis equos.
Illa refrænat aquas, obliquaq́; flumina ſiſtit.
Illa loco ſyluas, viuaq́; ſaxa mouet.
Per tumulos errat ſparſos diſcincta capillos,
Certaq́; de tepidis colligit oſſa rogis.

Vide inſuper de efficientia cantionum magicarum 1. Amor. eleg. 8. & 2. eleg. 1. Et Senecæ choros Medea.

202. STANTIA CONCVTIO FRETA] Eclog. 2. *Cùm placidum ventis ſtaret mare*. Stat mare, cùm eſt tranquillum, ſine fluctibus, ventis quieſcentibus penitus, quæ *malacia* dicitur: qua voce pro tranquillitate vſus Cæſar in Comm. Gall. & in epiſt. L. Seneca.

NVBILA PELLO] Tibullus eleg. 2. lib. 1. *Cùm libet, hæc triſti depellit nubila cælo*. Ibid. complura ſagæ cuiuſdam miniſteria refert. De hac, & proximè antegreſſa poteſtate ſe iactabat etiam ſuperiore libro Aquilo, *Apta mihi vis eſt, hac triſtia nubila pello, Hac freta concutio*.

204. VIPER. RVMP. VERB. ET CARM. FAVCES] Virgil. Pharmaceut. *Frigidus in prato cantando rumpitur anguis*. Vide ibid. Symbol. & Turneb. lib. 30. c. 39. Aduerſar.

207. ET MVGIRE SOLVM] Virg. 6. *Sub pedibus mugire ſolum*.

MANESQ. EXIRE SEPVLCHRIS] Eclog. 8. *Sæpè animas imis exire ſepulchris*. Tibull. lib. 1. eleg. 2. *Hæc*

A *cantu finditq́; ſolum, maneſq́; ſepulchris Elicit.*

208. TE QVOQ. LVNA TRAHO] Virgil. *Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam*. Hypſipyle in epiſtola, quos verſus & paulo antè produxi:

Illa reluctantem curru deducere lunam
Nititur, & tenebris abdere ſolis equos.

Tibull. *Hanc ego de cælo ducentem ſidera vidi*. Hoc inprimis mulieres Theſſalicæ credebantur poſſe. Inde nata fabula, quòd ſpecula quædam rotunda ita parabantur, vt in his Luna omnino appareret è cælo deducta. Plura Natalis lib. 3. Mythol. c. 17.

QVAMVIS TEMERATA LAB. ÆR. T. MIN.] Pulſabantur cymbala & crepitacula, ne cantiones magicas audiret luna, atque ita periret, cùm deficit. Habes de rebus iſtis multa in Symbol. meis. Dicuntur laborare ſol & luna cùm deficiunt, & B defectiones illæ labores. 1. Æneid. *Hic canit errantem lunam, ſoliſq́; labores*. Alij *Temeſæa* legunt, à Temeſi opido Brutiorum æris fodinis celebri.

209. CVRRVS QVOQ. CARM. N. PALLENT] currus lunæ; immò luna ipſa curru inſidens pallorem ducit ex cantionibus veneficarum.

211. VOS MIHI TAVROR. FLAMM. HEBET. &c.] Suprà in fabula Iaſonis.

214. RVDEM SOMNI] peruigilem, inſopitum. Enumerationem iſtam facultatum Medeæ, in tragœdia eiuſdem nominis mihi videtur pro archetypo aſpexiſſe Seneca.

216. NVNC OPVS EST SVCCIS, PER QVOS, &c.] Inuocauit hactenus: nunc petit, & petit ſuccos iuuentuti reſtituendæ ex ſenectute idoneos.

C 217. IN FLOREM REDEAT] Iuuentus eſt florens ætas, ſeu flos ætatis humanæ, in qua vigor, & ſpecies elegans, ſicut in flore.

PRIMOSQ. RECOLLIG. ANNOS] primos annos vitæ noſtræ Horat. ad Piſonem appellat *venientes*: vltimos, ſenectutis videlicet, *recedentes*. quod & aliàs lectori ſuggeſſi.

218. NEQ. ENIM MICVER. SID. FRVSTRA] voti cōpotem ſe futuram, daturoſque deos quod petiuit, duobus indicijs colligit; quia ſidera clarùm fulgeant (nam & illa vnà cum luna inuocauerat) & quia currus ſubiunctis draconibus ad eam perueheudam adſit.

221. FRÆNATAQ. COLLA DRACON. PERMVLS.] Poppyſmum, ſiue poppyſma capio, quod fit, quādo equi ferociores cum vocis quodam blandiore ſono, manu per tergum, aut ceruicem ducta demulcentur, aut leuiter pulſantur. Quale eſt quod D ait Virgil. de Turni equis lib. 12.

Circumſtant properi aurigæ, manibuſq́; laceſſunt
Pectora plauſa cauis, & colla comantia pectunt.

222. MANIBVSQ. LEVES AGITAVIT HABEN.] Lib. 2. de Phaëthonte, currum parentum conſcendente: *Manibuſq́; datas contingit habenas*.

223. SVBIECTAQ. THESSALA TEMPE DESPICIT] ſupra Tempe vehitur, Tempe infra ſe videt. Loca ſunt amœniſſima, de quibus actum lib. 1. in fabula Daphnes: & in Abr. Ortelij Theatrici Parergo Tabula eleganter delineata ſpectatur atque deſcribitur.

224. CRETIS REGION. APPLICAT ANGVES] Alij *Viſis reg.* Siſtit dracones quas videbat regionibus: à cerno enim venit cretus. Quod quia inuſitatum eſt, quidam repoſuerunt *oſis*, contra fidem librorum omnium antiquorum. Non ſit ſuſtatiſſis capi-

capitale reſcribere, *certis regionibus*, ſiquidem certas mox nominat, vnde herbas legerit, cum delectu tamen: nec enim quęuis placebant, montes quinque, vrbem vnam, fluuios ſex.

227. PARTIM RADICE REVELLIT] quòd & radix, aut ſola radix in quibuſdam vſui erat futura.

228. PARTIM SVCCIO. CVRVAM. FALCIS AHEN.] falce curua, & ænea reſecuit. Æri vim medicatam ineſſe credebant, vt ahenea potiùs falce, quàm ferrea à venefica deſecarentur herbæ. 4. Æneid. *Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis Pubentes herbæ.* Ad rem quoque diuinam pleraque ænea adhibebantur. Vide Rhodigin. lib. 19. Antiqu. lect. cap. 6.

229. MVLTA QVOQ. APIDANI, &c.] Fluuios hoſce etiam lib. 1. nominat, qui ad Peneum conſolandum venerunt. Sunt autem Theſſaliæ, vt montes quoque iam dicti. Iterum hîc legendum *Eridani*, pro *Apidani*.

234. NONDVM VVLGAT. MVTATO NOM GLAVCI] Nondum erat nota herba illa, qua poſtmodum guſtata Glaucus piſcator in mare deſiluit, & deus marinus euaſit. Metamorphoſis eius eſt libro 13.

Cærimoniæ, ſacra, preces, cocta medicamina ad Æſonem in iuueniles annos reuocandum. Viret ipſa rudicula; vireſcit ex eiecta ſpuma, & floreſcit ipſa terra. Succi noui per iugulum ſenis immittuntur. Pulſa ſenectute vltima, iuuentus redit.

NONA dies illam curru, penniſque draconum, V
Nonáque nox omnes luſtrantem viderat agros:
Cùm rediјt, nec erant tacti, niſi odore, dracones:
Et tamen annoſæ pellem poſuere ſenectæ.
Conſtitit adueniens citra liménque, foréſque:
Et tantùm cælo tegitur, refugitque viriles
Contactus, ſtatuitque aras è ceſpite binas,
Dexteriore Hecates, & læua parte Iuuentæ.
Has vbi verbenis, ſyluáque incinxit agreſti:
Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit; cultróſque in guttura velleris atri
Conijcit, & patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuperinuergens tepidi carcheſia lactis,
Alteráque inuergens liquidi carcheſia mellis,
Verba ſimul fundit, terrenáque numina poſcit,
Vmbrarúmque rogat rapta cum coniuge regem,
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Quos vbi placauit precibúſque & murmure longo:
Æſonis effœtum proferri corpus ad aras
Juſſit; & in plenos reſolutum carmine ſomnos,
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis.
Hinc procul Æſoniden, procul hinc iubet ire miniſtros:
Et monet arcanis oculos remouere profanos.
Diffugiunt iuſſi. ſparſis Medea capillis,
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras,
Multifidáſque faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit: & infectas geminis accendit in aris.

Térque ſenem flamma,ter aqua,ter ſulphure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet,& exultat,ſpumiſque tumentibus albet.
Illic Æmonia radices valle reſectas,
Semináque,& flores,& ſuccos incoquit atros.
Adijcit extremo lapides oriente petitos,
Et quas Oceani refluum mare lauit arenas.
Addidit exceptas lunæ de nocte pruinas,
Et Strygis infames,ipſis cum cornibus,alas,
Inque virum ſoliti vultus mutare ferinos
Ambigui proſecta lupi.nec defuit illi
Squamea Cinyphei tenuis membrana chelydri,
Viuaciſque iecur cerui:quibus inſuper addit
Ora,caputque nouem cornicis ſecula paſſæ.
His,& mille alijs poſtquam ſine nomine rebus
Propoſitum inſtruxit mortali barbara munus:
Arenti ramo iam pridem mitis oliuæ
Omnia confudit,ſummiſque immiſcuit ima.
Ecce vetus calido verſatus ſtipes aheno
Fit viridis primò,nec longo tempore frondes
Induit;& ſubitò grauidis oneratur oliuis.
At quacunque cauo ſpumas eiecit aheno
Ignis,& in terram guttæ cecidere calentes,
Vernat humus,floréſque,ac mollia pabula ſurgunt.
Quæ ſimul ac vidit,ſtricto Medea recludit
Enſe ſenis iugulum:veterémque exire cruorem
Paſſa,replet ſuccis.quos poſtquam combibit Æſon,
Aut ore exceptos,aut vulnere:barba comæque
Canicie poſita nigrum rapuere colorem.
Pulſa fugit macies:abeunt pallórque ſitúſque:
Adiectóque cauæ ſupplentur corpore rugæ.
Membráque luxuriant.Æſon miratur,& olim
Ante quater denos hunc ſe reminiſcitur annos,
** Diſſimilémque animum ſubijt,ætate relicta.*

235. NONA QVES ILLAM CVRRV,&c.] Nouem dies, totidemq; noctes in luſtrandis quæ nominata ſunt locis conſumpſit. Videtur etiam nouenarius, vt ternarius numerus, ad veneficium pertinere.

PENNISQ.DRACONVM]ſunt enim alati; alioqui quomodo per aëra currum traherent?

237. CVM REDIIT, NEC ERANT TACTI, &c.] Poſtquam rediit in locum Medea, vnde primùm abierat, ſtatim virtus collectarum herbarum ſe patefecit. Nam dracones, quanquam eas non tetigiſſent,nedum comediſſent, ſolo earum odore ſenilem ſpeciem depoſuere, ac refloruere quodammodo.

238. ANNOSÆ PELL.POSVERE SENECTÆ] viſi ſunt nouam ac recentem pellem pro veteri induiſſe. 2.Æneid. meminit poëta talis in ſerpente renouationis. *Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus*, &c. Tibull.eleg.4. lib.1. *Crudeles diui, ſerpens nouus exuit annos.*

239. CITRA LIMENQ.FORESQ.]non intrauit ædes,non ſubiit tectum, pernoctauit ſub dio, & foris peregit ſacra ſua.

240. REFVGITQ.VIRIL.CONTACT.]ad ſecubitum hoc forſitan referendum; & iſti contactus viriles ſunt Iaſonis maritales.

241. STATVITQ.ARAS E CESPITE BIN.] Virgil. 3.Æneid. de Andromache, apud Buthrotum Epiri vrbem:

——Maneſq; vocabat
Hectoreum ad tumulum,viridi quem ceſpite inanem,
Et geminas,cauſſam lacrymis, ſacrauerat aras.

Sine dubio etiam ceſpititias.

242. DEXTERIORE HECATES, &c.] dextram hono-

honoris cauſſa excitauit Hecatæ, communi veneficarum deæ, ſiniſtram *Iuuenta*. Quæ Græcis ἥβη dea iuuentutis, Latinis eſt Iuuenta, Iuuentus, Iuuentas: nam hæc ſingula etiam deam ætatis iuuenilis indicant. Cicer. 1. Tuſculan. *Non enim ambroſia deos, aut nectare, aut Iuuentute pocula miniſtrante lætari arbitror.* Ouid. in Triſt.

Nectar & ambroſiam latices epulaſq; deorum
Det mihi formoſa grata Iuuenta manu.

Liuius lib. 46. *Iuuentutis ædem in circo maximo Licinius Lucullus duumuir dedicauit. Iuuenilitas* autem eſt ὥρα, ſeu παῖς. Varro Tithono: *Quem dereliquit multicupida iuuenilitas.* Vox *multicupida* me admonet verſiculi Catulliani, vbi ſimile verbum. *Quantum præcipuè multiuola eſt mulier.*

243. SYLVA AGRESTI] frondibus agreſtium, ſeu ſyluestrium arborum.

244. HAVD PROCVL] ab ipſis aris.

245 CVLTROSQ. IN GVTT. VELL. ATRI CONICIT] ouem nigram iugulat, ſanguine in vtramque ſcrobem defluente. Diis inferis ſacrificabant nocturno tempore. Virgil. 6. *Tum regi Stygio nocturnas incohat aras.* Mactabantur iiſdem victimæ nigræ. Idem: *Huc caſta Sibylla Nigrarum pecudum multo te ſanguine ducet.* Sicut autem quæ ſuperis immolabantur, iugulum in ſupera vertere cogebantur; ita quæ inferis, caput ad terram deprimere, vt ſanguis in foueas, ſeu ſcrobes effoſſas deflueret; cui deinde lac & vinum cum precibus ſuperfundebant. Quos omnes ritus Naſo hîc attingit.

247. TVM SVPER INVERG. TEPID. CARCHES. LACT.] Hic, & qui adhæret verſus Maronem olet planè. Sic enim eſt lib. 5. vbi Æneas Anchiſæ manes ad tumulum eius veneratur:

Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho
Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro.

Carcheſium poculi genus. Aliàs ſumma pars mali, id eſt foramina, quæ in ſummo mali funes recipiunt, rudentes. Lucill. *Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſummi.* Catull. *Lucida quà ſplendent ſummi carcheſia mali.* Nonius.

249. TERRENAQ. NVM. POSCIT] numina ſubterranea, infera, καταχθονίους θεούς.

250. VMBRARVMQ. REG. RAPT. &c.] Separat Plutonem, & Proſerpinam ab alijs diis inferis, propter dignitatem eorum. Præſident quippe omnibus. *Regem ſilentûm* nominat lib. 5. Seneca Medea, *dominum regni triſtis.*

251. NE PROPER. ART. AN. FRAVD. SENILI] ne patiantur ſe fruſtrari ſpe ſua: ne fortè ipſis conniuentibus, quem cogitat & molitur viuaciorem reddere, mortuum reddat. Sinant animam adhuc verſari in ſuo corpore iam quidem ſenili. Ipſa enim anima non ſeneſcit: quamuis ob corporis languorem, & annoſitatem ipſa quoque languere, & induere quandam ſenectutem ſoleat.

252. QVOS VBI PLACAVIT] fauentes ac beneuolos ſibi effecit; non enim eos offenderat.

PRECIBVSQ. ET MVRMVRE LONGO] precibus clara voce; murmure, precibus ſummiſſa voce.

253. EFFOET. CORP.] *Effœta* dicitur mulier frequenti fœtu exhauſta. Partus enim frequens debilitat. Iſidor. lib. 10. & ſunt iam huiuſmodi fœminæ plerumque ſenes. *Effœtus* igitur pro ſene viro, & ob annorum, quibus vixit, magnum numerum corpore infirmo, ἄκυρος.

254. ET IN PLEN. RESOLVT. CARM. SOMN.] ad altiſſimum ei ſomnum conciliandum, præter carmen, verba ſcilicet quædam concepta, nihil adhibuit. Et dormienti neceſſe erat fieri, quod factum eſt; vt & nunc chirurgi, cùm membrum aliquod vitioſum ac putridum alicui deſecant, potionem priùs ſomnificam propinant. *Plenus ſomnus* eſt hîc κάρος. *Dulcis, & alta quies, placidaq; ſimillima morti,* vt eſt Deiphobi 6. Æneid. De cuius ἀκροτελευτῷ verſibus antegreſſis.

256. HINC PROCVL ÆSONID. &c.] Iaſonem cum famulis iuſſit abſiſtere, ne quid impedimenti afferrent in opere.

257. ET MONET ARCAN. OCVL. REM. PROFAN.] non tantùm eos iubet diſcedere; ſed inſuper myſteria peragenda, vt profanos, non aſpicere. Virgil. 6 *Procul ô procul eſte profani, Conclamat vates, totoq; abſiſtite luco.* Præconis, ſiue ſacrificantis voce à ſacris arcebantur profani, hoc eſt non initiati, ἀμύητοι. Catull.

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis,
Orgia, quæ fruſtra cupiunt audire profani.

259. BACCHANT. RITV] inſtar Mænadis. Catul. de nupt.

Sæpè vagus Liber Parnaſi è vertice ſummo
Thyades effuſis euantes crinibus egit.

260. MVLTIFID. FACES] Inſpicabantur faces, quò faciliùs ignem conciperent, & luculentiùs arderent. Et hic nocturnus per hyemem ruſticorum labor. Georg 1.

Et quidam ſeros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroq; faces inſpicat acuto.

261. ET INFECT. GEMIN. ACCEND. IN ARIS] alterutram in alteruttra, quarum vnam dextra, alteram ſiniſtra quatiebat. Sic & Tiſiphone lib. 4. *Madefactam ſanguine ſumit Importuna facem, fluidoq; cruore rubentem.*

263. CAVIS. POSIT. MEDICAM. AHENO FERVET, &c.] lib. 6. de Ityos pueri artubus: *Pars inde cauis exultat ahenis.* Virgil. 7. *Exuleantq; æſtu latices, furit intus aqua vis. Nec iam ſe capit vnda.* Quod hîc *ahenum,* infrà nominabit *æs cauum*, cùm de ariete cocto, & in agnum mutato loquetur.

265. ILLIC ÆMON. RADICES VALLE RESECT. &c.] Enumerat quas res illo in aheno coqueret.

267. ET HEM. LAPID. ORIENTE PETIT.] etiam lapidum nobilium poteſt eſſe vis in magicis. Quare nec illos neglexit. Dicitur autem *extremo Oriente,* ſicut *extrema platea, extremo digito, extrema oratione, epiſtola,* &c. Tironibus latinitatis hæc & ſimilia dicta volumus, ne nos exercitatiores τῆς μικρολογίας poſtulent.

270. ET STRYGIS INFAM. &c.] Genus nocturnarum & inauſpicatarum volucrum Stryges, quæ infantium ſanguinem in cunis putabantur exſugere: quo nomine & maleficæ fœminæ inſigniuntur.

271. INQ. VER. SOLITI VVLT. MVT. &c.] Incoquebantur & inteſtina lupi, mutantis ſe in hominem, & rurſum redeuntis in lupum, ac propterea ambigui. Tale quoddam genus reperiri luporum, falſum affirmat Plin. lib. 8. cap. 22. *Proſecta* quid fuerint, dicemus lib. 12 ad verſum 152. ibi: *Cui vt impoſuit Proſecta calentibus aris.*

273. SQVAM. CINYPHEIAE TEN. MEMB. CHELYDRI] Aquatica teſtudo *chelydrus,* in Cinyphe fluuio, ad fines Africæ. Videntur hoc carmine duo epitheta

adiungi vni ſubſtantiuo, citra coniunctionem, quod vitioſum eſt, *ſquamea tenuis membrana* Fortaſſis, vt placet Glareano, *tenuis* eſt determinatiuum Cinyphei chelydri, vt ſit ſenſus, non cuiuſlibet Cinyphei chelydri, ſed tenuis.

274. VIVACISQ. IECVR CERVI] lib. 3. in fabula Actæonis: *Dat ſparſo capiti viuacis cornua cerui.* Vbi quædam de eius longæuitate annotauimus.

275. NOVEM CORNICIS SÆCVLA PASSÆ] Extat quoddam carmen de ætatibus animalium, ibi *cornici* ſæcula nouem tribuuntur. Quotenuq; tandem annos *ſæculo* tribuamus (nondum enim inter ſcriptores conuenit) ſi ita eſt, longiſſimè cornix cuiuſcunque hominis, quamuis ſenectute prouecti, ætatem excedit.

276. HIS, ET MILLE ALIIS, &c.] Omittit plura nominare, vt moleſtiam lectori ne creet: quanquam hæc ipſa nimium multa fuerunt. Et omnino in hac ſum ſententia, narrationis huius multa ab aliqua ſaga, quam conſultum ierit, didiciſſe; multa item iure ſuo affinxiſſe Ouidium. Epiſtola ad Iaſonem Hypſipyle Medeám vocat *pellicem barbaram*, eamque vt inſignem veneficam accuſat:

Nec facie meritiſq; placet: ſed carmine mouit:
Diraq; cantata pabula falce metit, &c.

277. PROPOSIT. MVN. INSTRVXIT] poſtquam quæ neceſſaria viſa ſunt, ita comparauit, & coxit.

MORTALI] Æſoni, qui etiamſi tum iuueneſceret, aliquando tamen moriturus erat, quoniam homo natus fuerat.

278. ARENT. RAMO I. PRIO. MIT. OLIVÆ, &c.] Etiam ptidem arido oliuæ ramo rudicula cófecta, more cocorum, quæ in aheno erant tam varia, verſauit, & inter ſe commiſcuit, vt vnum quiddam è multis conficeretur.

280. ECCE VET. CALID. STIP. &c.] Quem iam pridem aridum ramum, nunc veterem ſtipitem nuncupat, & duo tanquam miracula, futuræque in Æſone rei præſagia ac portenta ponit. Rudicula quippe oleagina vireſcit, & ſenſim frondeſcit, fœtu etiam graueſcit; & ſpumæ coctionis, ſeu aquę bullientis feruore, guttis admiſtis eiectæ, humum virore inficiunt, & flores atque gramina mox producunt.

286. STRICTO MEO. RECLVD. ENSE] Non vltrà cunctandum putauit his conſpectis Medea. Bene iam temperatum eſſe pharmacum, propoſitæque rei idoneum ſtatuit; ac proinde vt emiſſo veteri & hebeti ſanguine nouo ex ſuccis nouis ſanguini re-

A parando locus eſſet, iugulum ſenis ſtertentis aperuit.

288. QVOS POSTQ. COMBIBIT ÆSON] Eleganter eodem verbo, ſed μεταφορικῶς vſus eſt Cic. 1. de Finib. *Sed inſici debet his artibus, quas ſi combiberit dum tener eſt, ad maiora veniet paratior.*

289. AVT ORE RECEPI. AVT VVLNERE] propter vulnus faciendum, ad ſanguinem priſcum eliciendum, ne horreret ſenex, & auerſaretur punctum, ſeu ictum ſicæ, illum conſopiri neceſſe fuit. Vulnere iam inflicto, & priore ſanguine detracto, potuerunt ſucci & per gulam apertam, & per os iam vigilantis & videntis infundi.

BARBA COMÆQ. CANIT. POSITA, &c.] Verſibus sex μεταμόρφωσιν ſenis in iuuenem feſtiuè admodum narat, κατὰ μέρος. Barba, & crines album

B colorem nigro mutant. Ex macilento fit habilior, pallor in colorem viuum, ſitus in vigorē migrat, & explentur in facie rugæ, quibus ipſa velut ſulcis impreſſis exaratur. Deniq; ea eſt mēbrorum omnium ſpecies, & aſpectus, vt exultare & luxuriare videantur. tam nitida & læta omnia. *Cum Æſone iuueneſcere* per parœmiam dicuntur, qui valetudine affecti emaciatique, vires priſtinas de integro recuperant: vel qui ſenecta inualidi, vires iuueniles, lectione auctoris eruditi recipere ſibi videntur. Veluti ſi quis in barbaris ſcriptoribus vitam aſſiduè conterens, bonarum litterarum lectione tædium illud leuet, & quæ ſequuntur Inn. in Cent.

293. ÆSON MIRATVR] Res magnæ, inſolitæ, inauditæ, qualis hæc, admirationem generant.

C 294. ANTE QVAT. OEN. H.SS REMINISC. ANNOS] Quem vigorem, quam ſanitatem, leuitatem, agilitatem, & quém denique ſtatum corporis ante annos quadraginta habuerat, eum nunc ſe beneficio Medeæ recepiſſe ſentiebat. Fecit ergo iuniorem annis 40. Ponamus fuiſſe octogenariū. Tum redegit eum ad annum velut quadrageſimum; & dimidium ei ademit. Faciamus fuiſſe ſeptuagenarium, tum fuerit poſt renouationem quaſi annorum triginta.

*DISSIMILEMQ. ANIM. SVB. ÆT. REL.] Hactenus de corpore Æſonis, nunc de animo, qui & ipſe mutatus eſt, poſitaque cum ſenectute etiam moroſitate & triſtitia, cogitationes lætas, nouitatique ſuæ idoneas ſuſcepit. Deeſſe hunc verſum in manuſcriptis monet Aldus. Mihi quoque temere inculcatus & adulterinus videtur, ex antecedente illo de Medea: *Diſſimilemq; animum ſubijt pater Aeta relictus*; παρῳδικῶς aliquantum immutatus.

Meritum hoc Medea etiam in nymphas Bacchi nutrices contulit. Poſtmodum ad Peliam, quò pœnas pro viro ſuo repoſceret, domeſticum diſſidium ſimulans confugit. Filias eius ad eandem patri grandæuo gratiám petendam mouet. In earum aſpectu vetulum arietem in agnum vertit. Senem in ſomnum arctiſſimum conijcit. Filiabus perſuadet, vti patrem, quaſi annoſo

ſanguine

ſanguine leuaturæ, conuulnerent. Euigilanti ipſa guttur præcidit, lacerum in ahenum mittit.

VIDERAT ex alto tanti miracula monſtri VI.
Liber, & admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi, capit hoc à Colchide munus.
Néue doli ceſſent, odium cum coniuge falſum
Phaſias aſſimulat: Peliǽque ad limina ſupplex
Confugit: atque illam (quoniam grauis ipſe ſenecta eſt)
Excipiunt natæ quas tempore callida paruo
Colchis amicitiæ *fallacis imagine cepit. *mendacis
Dúmque refert inter meritorum maxima, demptoſque
Æſonis eſſe ſitus, atque hac in parte moratur,
Spes eſt virginibus Pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem:
Idque petunt, pretiúmque iubent ſine fine paciſci.
Illa breui ſpatio ſilet, & dubitare videtur:
Suſpenditque animos, ficta grauitate, rogantum.
Mox vbi pollicita eſt, Quò ſit fiducia maior
Muneris huius, ait: qui veſtri maximus æuo eſt
Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur, flexo circum caua tempora cornu.
Cuius vt Æmonio marcentia guttura cultro
Fodit, & exiguo maculauit ſanguine ferrum:
Membra ſimul pecudis, validóſque venefica ſuccos
Mergit in ære cauo minuuntur corporis artus:
Cornuáque exuitur, nec non cum cornibus annos:
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora, balatum mirantibus, exilit agnus,
Laſciuitque fuga, lactantiáque vbera quærit.
Obſtupuere ſatæ Pelia: promiſſáque poſtquam
Exhibuere fidem, tum verò impenſiùs inſtant.
Ter iuga Phœbus equis in Ibero flumine merſis
Dempſerat; & quarta radiantia nocte micabant
Sidera: cùm rapido fallax Æëtias igni
Imponit purum laticem, & ſine viribus herbas.
Iámque neci ſimilis, reſoluto corpore regem,
Et cum rege ſuos cuſtodes ſomnus habebat:
Quem dederat cantus, magicæque potentia linguæ.
Intrarant iuſſæ cum Colchide limina natæ:
Ambiérántque torum. Quid nunc dubitatis inertes?
Stringite, ait, gladios, veterémque haurite cruorem:
Vt repleam vacuas iuuenili ſanguine venas.
In manibus veſtris vita eſt, ætáſque parentis.
Si pietas vlla eſt, nec ſpes agitatis inanes,
Officium præſtate patri: telíſque ſenectam

Exi-

Exigite: & ſaniem coniecto emittite ferro.
His, vt quæque pia eſt, hortatibus, impia prima eſt:
Et, ne ſit ſcelerata, facit ſcelus: haud tamen ictus
Vlla ſuos ſpectare poteſt: oculóſque reflectunt,
Cæcáque dant ſæuis auerſæ vulnera dextris.
*Ille cruore fluens * ſubitò tamen alleuat artus,* *cubito
Semilacérque toro tentat conſurgere: & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens,
Quid facitis natæ? quis vos in fata parentis
Armat? ait. cecidere illis animique, manúſque.
Plura locuturo, cum verbis guttura Colchis
Abſtulit, & calidis laniatum merſit in vndis.

295. VINERAT EX ALTO, &c.] *Ex alto loco* expone, non de cælo, quod crebrò *altum* poëtis, abſoluiè. Didicit autem hoc facto nutrices quoq; ſuas iam anus poſſe iuueneſcere, oratq; Medeam vt hoc illis præſtet, & ſtatim impetrat. Nota exemplum relatæ gratiæ nutricibus. Bacchi nutrices quidam ſcripſerunt fuiſſe Hyades. Teſtis Ouid. Faſt. 5.

Ora micant tauri ſeptem radiantia flammis,
Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.
Pars Bacchum nutriſſe putat.

Lucian. in Dialog. Cæleſt. Liberum natum ſtatim à Mercurio in Nyſam, Arabiæ vrbem, Ægypto finitimam deportatum, *Nymphis* ibidem educandum tradit. Noſter quidem educatrices, ſiue nutrices eius *Nyſeides* appellat lib. 3. quibus eum Ino matertera commiſerit:

Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat, inde datum Nymphæ Nyſeides antris
Occuluere ſuis, lactiſq; alimenta dedère.

Vide Natalem lib. 5. Mytholog. cap. 13.

298. NEVE DOLI CESSENT] Improbam & fallacem mulierem fuiſſe Medeam ſignificat, quæ ſemper aliquid machinaretur mali.

ODIVM CVM CONIVGE FALS.] Poſtea tamen verum odium interceſſit, cùm Iaſon fidem coniugij rupit, Glauce Creontis Corinthiorum regis filia ſuperinducta, vt narrabit loco ſuo.

299. PHASIAS] Phaſis Colchorum fluuius. Aliunde etiam, quàm à parentibus formantur patronymica.

PELIÆQ. AD LIM. SVPPLEX CONFVG.] Pelias erat patruus Iaſonis: apud eum igitur ſimulatrix, vt apud affinem ac neceſſarium, quærebat præſidium, cùm ei meditaretur exitium.

300. QVON. GRAVIS IPSA SENECTA EST] Cur Pelias illi non occurrit, cur non excepit, vt affinem, & rege prognatam? Excuſat hominem. Languebat ſenio, & alioqui nuſquam prodibat.

301. EXCIPIVNT NATÆ] quarum nomina Alceſtis, Pelopea, Meduſa, Iſodoce, Hippothoë. Higyn. cap. 34.

QVAS TEMP. CALLID. PARVO, &c.] breui tempore technis ſuis miſeras puellas ſibi conciliauit, ac deuinxit penitus.

303. DVMQ. REP. INT. MERIT. MAXIMA, &c.] Inter maxima ſua merita in Iaſonis domum ab ſe collata referebat etiam, quod Peliades adhuc

A ignorabant, depulſum artificio ſuo ab Æſone ipſarum patruo ſenium, cuius ætatis proprius eſt ſquallor & illuuies; hoc enim ſibi vult *ſitus*.

304. ATQ. HAC IN PARTE MORATVR.] Omnia ſigillatim diligentiùs exponendo, & amplificando, vt virgines ad petendum impelleret.

306. ARTE S. PARILI REVIRESC. &c.] Venerunt in ſpem certam, Peliam patrem ſuum ab eadem artifice, & eodem artificio poſſe annos ſeniles exuere, & ad virilem ætatem redire. Diogenes apud Stobæum docet, *Medeam* ſapientem, non veneficam fuiſſe; quæ acceptis mollibus & effæminatis hominum corporibus, confirmabat ipſa gymnaſijs & exercitationibus, & robuſta ingentiaque reddebat. Vnde fama vulgata, eam coquendis corporibus ſenes in iuuentutem reſtituere. Notatum
B à Mercuriali de arte Gymnaſt. lib. 1. cap. 2.

307. PRETIVMQ. IVBENT SINE FINE PACISCI] Iubent pretium infinitum, id eſt, quamuis magnum ſtipulari. Tanti erat ipſis patrem reuireſcentem videre.

308. ILLA BREVI SPATIO SILET, &c.] Quaſi deliberans, an faceret quod rogabatur, propter difficultatem; & an gratis, aut quanta mercede faceret, aliquandiu conticuit. Citò enim reſpondere ac polliceri, non fuiſſet grauitatis, cuius opinionem Medea affectabat.

310. MOX VBI POLLICITA EST] de patre curando: nam de pretio tacuit: quod ſi exigeret ingens, videbatur id auaræ; ſi modicum, haud ingenuæ, ſed operariæ.

C QVO SIT FID. MAIOR MVN. HVIVS] quò firmiùs credatis, me largiri vobis poſſe quod flagitatis.

311. MAXIMVS ÆVO] qui aries in grege ouium veſtro annis excedit omnes.

312. DVX GREGIS] Georg. 3. agens de equis Maro: *Quem legêre ducem, & pecoris dixere maritum.*

313. INNVMERIS ANNIS] hyperbole.

EFFOETVS LANIG.] vt effœtus de ſene viro, cùm fæminæ multiparæ propriè dicantur effœtæ. *Laniger.* Præter oues nullum animal habet lanam. Vnde poëtis *lanigerum pecus*.

314. FLEXO CIRCVM CAVA TEMP. CORNV] Circuitione expreſſit, quod primus dixit Labeo, *reciprocicornus*. Lege Crinit. l. 19. c. 9. Alibi: *Duxq; gregis cornu per tempora dura recuruo.*

Duxq; gregis dixit, fit Iuppiter: vnde recuruis
Hinc quoq; formatus Libys eſt cũ cornibus Ammon.

315. Æ-

315. ÆMONIO CVLTRO] Theſſalico.

316. EXIGVO SANGVINE] ſenectuiem, & in hominibus, & in animantibus deficit ſangnis.

318 MERGIT IN ÆRE CAVO] cacabum nos vocamus, *ahenum* Poëta ſuprà: & Virgil. 1. Æneid. *Littore ahena locant.*

MINVVNT EA CORPOR. ARTVS] Quęnam ſunt ea, quæ artus arietis minuunt? nam minui quæ coquuntur, aut extenuantur, certum eſt. Legendum certare auſim, *minuuntur corporis artus*, atque ita emendaui: & verſu ſequenti, *Cornuaq; exuitur*, ex manuſcripto, græca ſyntaxi, vt Lipſienſis editio annotat in ora libri.

320. TENER BALATVS] ouas balant, teneriùs agni. Lucretio *balantûm pecudes*

322. LASCIVIQ. FVGA] exiliendo & ſubſultando. Eclog. 2. *Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella.*

LACTANTIAQ. VBERA QVÆRIT] Virgil. eclog. 4. *Ipſa lacte domum referent diſtenta capellæ Vbera.* Horat. ode 2. Epod.

Claudenſq; textis cratibus lætum pecus
Diſtenta ſiccet vbera.

Flauius Caper Grammaticus, *mammas* eſſe hominis ſcito, at pecudis *vbera*. Dicta porrò *vbera* Iſidor. lib. 11. vel quia lacte vberta; vel quia vuida, humore ſcilicet lactis in morem vuarum plena. Feſtus. *Ruminalis* dicta eſt ficus, quòd ſub ea arbore lupa mammam dedit Remo & Rumulo; mamma autem *rumn* dicitur, vnde & ruſtici appellant hœdos *ſubrumos*, qui adhuc ſub mammis habentur.

324. TVM VERO IMPENSIVS INSTANT] Poſtquam promiſſa res ipſa exhibita confirmauit, id eſt, poſtquam præſenti exemplo doctæ ſunt, poſſe præſtare Medeam, quod promiſerat, vehementiùs eam rogarunt, vt præſtare vellet.

325. TER IVGA PHOEB. EQVIS IN IBER. &c.] Periphraſis 3. noctium. Tranſierant tres noctes, & agebatur iam quarta. Faſtor. 4. *Dempſerat emeritis iam iuga Phœbus equis* Silius lib. 10. *Donec anhelantes ſtagna in Tarteſſia Phœbus Merſit equos.* Statius 2. Thebaid. *Soluerat Heſperij deuexo in margine ponti Flagrantes ſol pronus equos.* Et lib. 12. *Iam pater Heſperio flagrantem gurgite currum Abdiderat Titan.* Cernis ab his poëtis nominari ſtagnum, pontum, gurgitem Heſperium, Tarteſſium (*Tarteſſus* oppidum Hiſpaniæ, ad littus Oceani ſitum) quod noſter per μετωνυμίαν flumen Iberum. Intelligendum verò æquor Atlanticum, ſeu Heſperium, quod illabitur Iberus fluuius.

327. FALLAX ÆETIAS] Suprà, *Néne doli creſcent.*

328 PVRVM LATICEM] aquam meram, ſicut & antè: ſed non herbas ſine viribus, vt modò. Fraudem virgines iſtam non videbant.

329. IAMQ. NECI SIMIL. RESOL. CORP. &c.] Somnus eſt imago mortis, & ὕπνος atq; θάνατος ſecundùm Homerum ſunt fratres. Vnde & à mortuis ſurgere, & reſurgere, ſicut à ſomno. Peliæ potionem ſoporiferam nullam præbuit Medea, quemadmodum Æſoni, ludebat enim cum hoc, & ſimulabat, vt eum perderet. Opus tamen erat ipſum & cuſtodes corporis ſopiri; hoc carmine, & murmure magico effecit.

332. INTRARANT IVSSÆ C. COLCHID. &c.] Pręcebant ſe virgines iſtæ patris amantiſſimæ promptas Medeæ iuſſis. Ingreſſæ cubiculum circumſtabant lectum, cuſtodibus ſomno ſepultis. Quid iam nunc mandat?

334. VETEREMQ. HAVRITE CRVOR.] Enſes, haſtæ, tela *haurire* & *bibere* dicuntur eorum ſanguinem, quos vulnerant. Æneid. 11. de Camilla:

Haſta ſub exertam donec perlata papillam
Hæſit, virgineumq; altè bibit acta cruorem.

335. IVVENILI SANGVINE] *nouos ſuccos* appellabat in fabula Æſonis, ex quibus ſcilicet euaderet iuuenilis ſanguis: nam ſanguinem pro ſanguine nec ibi infundebat.

336. IN MANIB. VEST. VITA EST, &c.] Difficile ac pugnans cum natura apparebat, vt filiæ parentem conſauciarent. Adhibet igitur illis ſtimulos, & quod habebat ſpeciem impietatis, pietatem & officium fore aſſeuerat.

B 337. NEC SPES AGITAT. INAN.] Gaudet hoc verbo Salluſtius, apud quem legas *agitare ætatem, lætitiam, metum, rempub. conſilia, vitam, imperium, gaudium, noctem, moras, præcepta, prædas.*

339. SANIEM CONIECTO, &c.] ſanioſum & veteraſcentem, quemque vocant medici *peccantem ſanguinem*, appellat *ſaniem*.

340 VT QVÆQ. PIA EST, IMPIA EST] ὀξύμωρον. lib. 8. de Althęa matre Meleagri: *impietate pia eſt.* Epiſtola Medeæ:

Quid referam Peliæ natas pietate nocentes,
Cæſaq; virginea membra paterna manu?

Apud Senecam Creon rex alloquens Medeam. *Cùm dolo capta tuo piæ ſorores impium auderent nefas.*

341 ET NE SIT SCELERATA, FACIT SCELVS] Idem dicit mutatis verbis quod antè: ſed expreſ-
C ſiùs, nempe, facto iſthoc piam impietatem, ſeu impiam pietatem perpetratam.

HAVD TAM. ICT. VLLA S. SPECT. P. &c.] Auerſis vultibus patrem vulnerabant, & hoc, vt rebantur, pium opus, natura vincente, non poterant intueri. Hinc contrà crudelitatem Prognes auget, quæ filium Ityn mactans *nec vultum vertit.* Oſtenduntur etiam in Romanis & Græcis hiſtorijs quidam tyranni, & homicidæ hoc ipſo crudeliores, quod ante oculos conſanguineorum trucidarint, trucidandóſve curarint quos oderant.

343 CÆCAQ. DANT AVERS. VVLN. DEXTRIS] Cæca quæ ipſæ non videbant, ſiquidem auerſę dabant. Etenim, quod & alibi, & in his ipſis Comment. libr. 1. docui, *cæcum* poëtis eſt quod latet, quod non videtur, quod ſenſui, aut intellectui non patet, quod ignotum eſt. Lucret. lib. 5. *Improba*
D *nauigij ratio tum cæca latebat.* Pluribus exemplis in re manifeſta, vel leuiter eruditis, nihil eſt opus.

344. ILLE CRVORE FLVENS SVBITO, &c.] Quid fecerit in hac tragœdia Pelias. Corpus cruentatum leuans conatur ſurgere; ſublatis manibus cum filiabus de immanitate expoſtulat, eas conſternat.

349. CVM VERB. GVTTVRA COLCH. ABSTVL.] adhuc loquenti guttur præſcidit, ne plura loquendo filias in Medeam vt impoſtricem concitaret.

350. ET CALID. LANIAT. MERSIT IN VND.] inſtar arietis illius, de quo paulò antè, recoctura illum, vt quidem ſimulabat mulier perfida. Qui dicantur Peliam recoquere (quem tamen non recoxit Medea, ſed ſpem filiarum eius deluſit) ex Iunij Centurijs diſcas. Ad hanc fabulam reſpexerunt auctores primi ordinis. Cato apud M. Tull. tanto

dete-

deſiderio ex hac vita diſcedendi, viroſque graues & ſapientes apud inferos conueniendi ſe teneri affirmat, vt ſi poſſit etiam alicuius beneficio ex itinere retrahi, & quod Medea Peliæ pollicita eſt ſe curaturam, in annos iuueniles redire, id beneficium ſit recuſaturus. Tetigit idem Plato in Euthydemo, Catullus, M. Varro apud Nonium. Plautus Pſeudolo, coquum cum Ballione lenone ſic fabulantem fingit: A

Quia ſorbitione faciam ego te hodie mea
Item vt Medea Peliam recoxit ſenem,
Quem medicamento, & ſuis venenis dicitur
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum.
Item ego te faciam.

Pleniùs iſta Petrus Victorius lib. 5. Var. lect. cap. 6. Perſpicis, lector, ſcriptores transferre ad Peliam, quod Æſoni præſtitum eſt. Diſertè hanc ſeu fabulam, ſeu hiſt[illegible] exponit Pauſanias in Arcadicis, addens, Peliæ [illegible] patrenę necis inuidiam fugientes, Arcadi[illegible] ibique ato[illegible] functas, ab [illegible]. Earum nom[illegible] poëtarum ne[illegible] ipſe leg[illegible] Miconem p[illegible] *[illegible]eropeam*, & *Antinoe*[illegible] illſe Ouidius docet [illegible]

Pœnas luiſſet meritas Medea, ni fugiſſet. Per quæ loca fugerit. Tanguntur ἐν παρόδῳ fabulæ complures. De Cerambo, qui in auem mutatus, eluuionem Deucalionæam euaſit. De ſerpente Lesbio, qui caput Orphei momordit, & ab Apolline in ſaxum eſt conuerſus. Item aliæ.

VII. *QVÆ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras,* *Quod niſi
Non exempta foret pœnæ. Fugit alta, ſupérque
Pelion vmbroſum, Philyreǎque tecta, ſupérque
Othryn, & euentu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope nympharum ſublatus in aëra pennis,
Cùm grauis infuſo tellus foret obruta ponto:
Deucalioneas effugit inobrutus vndas.
Æoliam Pitanen à læua parte reliquit,
Factáque de ſaxo longi ſimulacra draconis.
Idæúmque nemus, quo nati furta, iuuencum
Occuluit Liber falſi ſub imagine cerui:
Quáque pater Coryti parua tumulatus arena eſt,
Et quos Mera nouo latratu terruit agros.
*Euripylique vrbem, quæ * Coæ cornua matres* *Cææ
Geſſerunt, tunc cùm diſcederet Herculis agmen:
Phœbeámque Rhodon, & Ialyſios Telchinas,
*Quorum oculos ipſo * mutantes omnia viſu* *vitiantes
Iuppiter exoſus, fraternis ſubdidit vndis.
Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Ceæ,
Qua pater Alcidamas placidam de corpore natæ
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.
Inde lacus Hyries videt, & Cycneïa Tempe,
Quæ ſubitus celebrauit olor. Nam Phyllius illic,
Imperio pueri, volucréſque, ferúmque leonem
Tradiderat domitos: taurum quoque vincere iuſſus
Vicerat, & ſtricto toties iratus amori

Præmia

Præmia poſcenti taurum, ſuprema negauit.
Ille indignatus, cupies dare dixit, & alto
Deſilijt ſaxo. cuncti cecidiſſe putabant:
Factus olor niueis pendebat in aëre pennis.
At genitrix Hyrie, ſeruatum neſcia, flendo
Deliquit, ſtagnúmque ſuo de nomine fecit.
Adiacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arua,
In volucrem verſi cum coniuge conſcia regis.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidam Phocen ab Apolline verſi:
Eumelique domum lugentis in aëre natam.

351. QVÆ NISI PENNAT. SERPENT. &c.] Suprà A de his ſerpentibus, ſeu draconibus alatis, & curru:

Nec fruſtra volucrum tractus ceruice draconum
Currus adeſt; aderat demiſſus ab æthere currus.
Quò ſimul aſcendit, &c.

352. NON EXEMPTA FORET POENÆ] Theſſaliæ ſiquidem Pelias imperabat, eratque veriſimillimum, ſubiectum populum inultam regis ſui cædem non laturum. Capite igitur veneficam puniuiſſent.

FVGIT ALTA] in auras, verſu antecedente. Prætere a ſupra montes. ὁδοιπορικὸν quoddam eſt. Narrat per quę loca Corinthum Medea, & inde Athenas ad Ægeum Theſei patrem peruenerit.

353. PHILYRÆAQ. TECTA] Quæ ſint iſta tecta, B Raphaël non dicit. vt item alia ſæpiſſimè inexplicata præterit. Fortè Chironis centauri tecta, quem Philyra Oceani filia Saturno genuit. Quare & *Philyrēius heros* lib. 2.

354. ET EVENT. VET. LOCA NOT. CERAMBI] montes Theſſalię altiſſimos, in quos ope nympharum diluuij tempore euaſiſſe, atque ita vitam ſeruaſſe hunc Cerambum eſt in fabula, quam diſertè exponit auctor ipſe. Quoniam verò dicit ſublatum in aëra pennis, licet intelligere in volucrem eſſe mutatum ab iiſdem nymphis ſeruatricibus ſuis.

356 CVM GRAVIS INFVSO TELLVS, &c.] in eluuione illa terrarum, quæ deſcripta eſt lib. 1. cùm *omnia pontus erant, deerant quoq; littora ponto.* De grauitate autem elementi terræ ibid. ſic eſt: *Denſior his tellus, elementaq; grandia traxit, Et preſſa eſt grauitate ſui.* C

358. ÆOLIAM PITAN. A LÆVA P. REL.] loca quę prætererit à læua, recenſet. Pitane oppidum eſt Æolidis. Porrò Æolis Aſiæ regio.

359. FACTAQ. DE SAX. LONGI, &c.] De ſerpente Leſbio accipiendum, qui caput Orphei ad inſulam Leſbum delatum dentibus appetijt, de quo item lib. 12.

360. IDÆVMQ. NEMVS] Idam Phrygiæ montem. Eodem nomine alius eſt in Creta.

QVO NATI FVRT. IVVEN. &c.] Iuxta *Idam* montem fecit hoc Bacchus, cùm Thyoneus eius filius de arméto bouē abegit. Paſtores inſecuti ſunt abigeum: Bacchus filium in venatorem, bouem ipſum in ceruū mutauit. Ita illi ab inſequendo deſtiterūt.

362. QVÆQ. PATER CORYTI PARVA, &c.] Corytus hic Paridis ex Oenone nympha filius fuit, quem mater à Paride relicta, Græcis ad Troiam ducem dedit. Ita ex Lycophronis Scholiaſte Regius. Ipſe autem Paris in vrbe Troadis Cebrena eſt ſepultus.

363. ET QVOS MERA NOVO LATRAT. &c.] De Mera hac diſputat copioſè Micyllus in Additamentis ad Comment. Raphaëlis. Tu lege. Nihil certi habetur.

364. EVRYPYLIQ. VRBEM, QVA COÆ CORN. MAT.] In inſula Co regnauit Eurypylus. Ibi vrbem regiam propter Chalciopen filiam ſibi negatam obſedit Hercules, Regem cum filijs occidit, Chalciopen abduxit, obſidionem ſoluit: Coæ mulieres Iunoni neſcio quam ob cauſſam conuiciatę, in vaccas ab ea conuerſæ dicuntur. Fabula eſt reconditior & obſcurior. Mihi videtur totam inſulam Con, ſiue Cœam vocare vrbem, vt infrà inſulā Æginam Æacus, cum Cephalo ſermonem ſerē.

366. PHOEBEAMQ. RHODON] Phœbo ſacra e inſula Rhodos. Cur *clara* Horatio ode 7. l. 1. conſule Lambin. & Torrentium interpretes.

ET IALYSIOS TELCHIN. QVOR. OCVL. &c.] Telchines ex Creta primùm in Cyprum, hinc Rhodon venerunt, cuius inſulę oppidum Ialyſum, quod occuparunt. Ab ijs tota inſula aliquando Telchinis appellata. Faſcinatores & malefici fuerunt. Multa de ijs Gyrald. Syntag. 1.

369. CARTHEIA MOEN. CÆÆ, QVA PAT. ALCIDAM. &c.] Carthæa vna de quatuor inſulæ Ceæ vrbibus. Illic Alcidamantem mors anteuertit, ne filiam in columbam mutatam aſpiceret.

372. CYCNEIA TEMPE] non Theſſalica, ſed Bœotica, quæ aliàs à Teumeſo vicino monte Teumeſia. Ibi puer in cycnum transformatus eſt. Narrat deinde qua occaſione iſtuc.

381. AT GENITRIX HYRIE, &c.] Suprà: *Inde lacus Hyries videt.* Quomodo in ſtagnum reſoluta ſit Hyrie, nunc aperit, nimio fletu videlicet. Eadem ratione deliquit in ſtagnum Cyane nympha lib. 5.

383. ADIACET HIS PLEVRON, IN QVA, &c.] Brauron legit Micyllus. Scholia Glarean. conſule.

384. EFFVG. NATOR. VVLNERA COMBE] Ex patronymico Ophias filiam Ophij fuiſſe liquet. Liberos centum genuit. A quibus ne ob cauſſam neſcio quam vulneribus dilaniaretur, in auem conceſſit. Fertur in Eubœa inſula arma & tela ærea in-

uenisse, ex quo postea mutato vocabulo *Chalcis* dicta est. A

385. IVDE CALAVRE. LATOID. &c.] Calanrea, siue Calauria insula inter Cretam & Peloponnesum, Dianæ cultui addicta. Illic veneno hausto perijt Demosthenes, orator Græciæ clarissimus.

389. CEPHIS. PROCVL HIN DEFLEN &c.] Cephisus Bœotiæ fluuius, cuius filium Apollo in vitulum marinum conuertit.

391. EVMELI Q. DOM. LVG. &c.] Patras Achaiæ vrbem intelligit Micyll. quem vide. Primus ibi rex Eumelus.

Reuerſa Corinthum Medea, vbi olim homines exiſtebant è fungis, Creuſam Creontis regis filiam pellicem per donum trāſmiſſum, vnà cum regia exuſſit, genitóſque ex Iaſone liberos iugulauit, & Athenas deportata Ægæo nupſit, cui Medum peperit. Theſeo domum reueniente, ſibi & ſoboli metuens venenum priuigno miſcet. Origo aconiti è ſpuma Cerberi, & de eodem ad ſuperos ab Hercule tracto fabula. Pater filium agnoſcens, ſumere poculum vetat. Illa nubibus tecta profugit.

VIII. *TANDEM viperéis Ephyren Pirenida pennis*
Contigit. hîc veteres æuo mortalia primo
Corpora vulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed poſtquam Colchis arſit noua nupta venenis:
Flagrantémque domum regis malè vidit; vtroque
Sanguine natorum perfunditur impius enſis:
Vltáque ſe malè mater, Iaſonis effugit arma.
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces, quæ te, iuſtiſſime Phineu,
Téque ſenex Peripha pariter videre volantes,
Innexámque nouis neptem Polyphemonis alis.
Excipit hanc Ægeus facto damnandus in vno:
Nec ſatis hoſpitium eſt, thalami quoque fœdere iungit.
Iámque aderat Theſeus proles ignota parenti,* *ignara
Qui virtute ſua bimarem pacauerat Iſthmon.
Huius in exitium miſcet Medea, quod olim
Attulerat ſecum Scythicis aconiton ab oris.
Illud Echidnææ memorant è dentibus ortum
Eſſe canis. Specus eſt tenebroſo cæcus hiatu:
Et via decliuis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem contráque diem, radióſque micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis
Cerberon attraxit, rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras:
Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros.
Has concreſſe putant: nactáſque alimenta feracis
Fœcundique ſoli, vires cepiſſe nocendi.
Quæ quia naſcuntur, dura viuacia caute,
Agreſtes aconita vocant. ea coniugis aſtu

Ipſe

Ipſe parens Ægeus nato porrexit, vt hoſti.
Sumpſerat ignara Theſeus data pocula dextra:
Cùm pater in capulo gladij cognouit eburno
Signa ſui generis: facinúſque excuſſit ab ore.
Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

392. TANGEM VIPER. EPHYREN, &c.] Serpentes, dracones, angues, viperas, ſine diſcrimine vectatores illos alatos nominat, quibus vocabolis & Cadmi illum ſerpentem, de quo libr. 3. A affecit. *Ephyre* primùm dicta eſt *Corinthus*, à nympha Oceani filia, quæ ibidem loci habitauit. Pirene fons perſpicuus, & potu ſuauis ad radices Acrocorinthi, vt etiam ipſa vrbs Corinthus. Nobiliſſimam & copioſiſſimam vrbem Romani L. Mummio imperatore euerterunt. Cicero in Maniliana *lumen Græciæ* vocat, euerſioniſque cauſſam memorat quòd legati ſuperbiùs eſſent appellati. Sed 1. Off. opportunitatem loci, maximè: ne poſſet aliquando locus ipſe Corinthius ad bellum faciendum adhortari.

393. HIC VET. ÆVO MORT. PRIMO, &c.] Veteres vulgarunt, ab antiquo fama eſt, hîc primò mortalium corpora, ſeu homines è fungis, qui pluuia procreantur, prodijſſe. In Trinum. Plauti Charmides B ſenex de ſycophanta, qui cauſiam petaſúmve latiorem in capite geſtaret, facetè: *Pol, hic quidem fungino eſt genere, capite ſe totum tegit.*

395. SED POSTQ. COLCHIS A.N. NVPT. VEN. &c.] Iaſon Corinthi commorans, Creuſam, vt Seneca; Glaucam, vt Propert. Ouid. Euripid. Apollodorus, Athenæus, Libanius volunt, Creonte rege natam Medeæ ſuperinduxit (Obiiciebatur enim à Corinthiis, quòd vir adeò fortis, & minimè deformis barbaram & veneficã vxorem haberet, Hygin. fab. 25.) oblitus beneficiorum omnium, quæ ab illa multa & magna acceperat. Id illa vſq; adeò dolenter tulit, vt per filios Mermerum & Pheretem, quos ex Iaſone habebat, nouæ nuptæ dona nuptialia, tetro veneno imbuta mitteret, coronam & peplum ſcilicet, de quibus in Tragœdia ſæpiùs Euripides. Quæ cùm induiſſet, repentè arſit, & cum ea auxilio accurrens Creon pater: quin etiam eadem flamma tota regia incenſa & exuſta eſt. Me- C dea inſuper eoſdem filios ſuos, virum adulterum vlciſcens, obtruncauit. Hiſtoriam leges in eius epiſtola, & apud Diodor. lib. 5. Apollodor lib. 1. Iuſtin. lib. 24. Ac miror magnopere, in hac cæde commemoranda Ouidium tam reſtrictum & parcum eſſe, quam more ſuo, vt Itys libro 6. dilatare, ſuíſque ornare coloribus egregiè potuiſſet. Vnico verſu rem abſoluit, *Sanguine natorum perfunditur impius enſis.* Parœmiaca hyperbole, *Medea immanior*; nam & fratrem Abſyrtum occidit, & in fruſta diſcerpſit. Vide Iunium. Ex hac hiſtoria facilè diſcimus, quàm virorum adulteria bonas ac fidas coniuges exulcerent, atque ad vindictam inflamment. Lege extremum act. 3. apud Senecam Medea, & chorum. Eandem ſæuitiam Ouid. 2. de Arte tribus comparationibus en quo pacto declaret:

Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt,
Fulmineo rapidos cùm rotat ore canes.
Nec lea cum catulis lactantibus vbera præbet,
Nec breuis ignaro vipera læſa pede;
Fœmina quàm ſocij depreſſa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammaſq; ruit, poſitoq; decoro
Fertur vt Aonij cornibus icta dei.

Clytemneſtram non magis Iphigeniæ filiæ immolatæ, quàm adductæ pellicis Caſſandræ dolor ad maritum Agamemnonem reducem obtruncandum incendit. Omitto alias à Delrio noſtro recenſitas. Nec eſt quidquam, in quo vetus repetiatur, quod ab Eccleſiaſte ſcriptum legimus, cap. 25. *Non eſt ira ſuper irã mulieris.* Sed ad immane facinus Medeæ regrediamur. Verba trucidatricæ liberos ſunt apud Ennium in tragœdia: *Salvete optuma corpora.* Ex quibus liquet, in illa atrocitate adhuc non penitus maternum affectum exuiſſe, quandoquidem illis ſalutem & vitam optat, quibus iam iam eandẽ crudeli ferro ademptura erat. Imitatus eſt Seneca:

Huc chara proles, vnicum afflictæ domus
B *Solamen, huc vos ferte, & infuſos mihi*
Coniungite artus.

Vtrumque animi motum, furorem & commiſerationem ſuper filiis in eius ſigno, ſiue ſtatua diligenter expreſſum notauit Calliſtratus, cuius extat ſtatuarum liber. Et videre marmor licebat, inquit, modò furorem oculis exhibẽs, interdum mœrentis inſtar intuens, atque emollitum ad anguſtias, vt ſi apertè artifex fabricatus eſſet impetum, & compleſſet ad Euripidis tragici actus imitationem, &c. De ambabus affectionibus in eiuſdem ſimulacro ante oculos poſitis, venuſto Epigrãmate Antipater:

Μηδείης τύπος οὗτος, ἴδ' ὡς τὸ μὲν χόλον αἴρει
Ὄμμα, τὸ δ' εἰς παίδων ἔκλασε συμπαθίην.

Quo indicat alterum oculum fuiſſe iracundum & ſanguinarium: alterum ad miſericordiam fractum & inflexum. Eandem ſententiam complexus eſt Auſonius:

Medeam vellet cùm pingere Timomachi mens,
C *Voluentem in natos crudum animo facinus,*
Immanem exhauſit rerum in diuerſa laborem,
Fingeret affectum matris vt ambiguum.
Ira ſubeſt lacrymis, miſeratio non caret ira,
Alterutrum videas vt ſit in alterutro.
Cunctantem ſatis eſt, nam digna eſt ſanguine mater
Natorum tua non dextera Timomache.

Adde his ex Æliani hiſtoriis lib. 5. cap. 21. à quibuſdam rumorem diſſipatum, Medeam occidiſſe liberos, pro commentitio habendum. A Corinthiis potiùs fuiſſe necatos, ſeu lapidibus obrutos, teſtis Pauſan. in Corinth. qui Euripidem rogarint, vt hoc de illa confingeret. ac propter ingenium & artem poëtæ, veritatem à mendacio ſuperatam eſſe. Pro ſcelere autem hoc in pueros, Corinthios expiatoria illis ſacra offerre. Cæterum Carcinus, quod ex Ariſtotelis Rhetoricis odoratur Hieron. Columna, finxit eam filios in remotiſſimas regiones ablegantem, ne à nouerca illis quippiam accideret mali. Qui cùm poſtea nuſquam conſpicerentur, ſuſpicio mereburt, Medeam illos è medio ſuſtuliſſe. Il-

lam crimen hoc modo amoliram. Non eſſe credibile, filios ſuos, qui nihil in matrem admiſiſſent, interfeciſſe; periurum coniugem, à quo decepta ac deſtituta eſſet, inultum dimiſiſſe. Etiam hoc volo te non neſcire. Cũ Horatii ad Piſones præceptum ſit, quod à noſtræ ætatis Comicis notari velim:

———Non tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam, multaq́; tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet:
Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreus.
Quodcunq́; oſtendis mihi ſic, incredulus odi.

Cùm inquam Horatius ita præcipiat, nec id ſine ratione, Medea tamen apud Senecam liberos coram populo mactat, quem ſic Delrius noſter excuſat. Quia tantus furor, quem oportet multum aſſurgere, nuda commemoratione pro dignitate exprimi nequiuiſſet, ſpectandum facinus, non narrandum auditoribus fuit. Decorum ergo ſeruatum eſt. Tu videbis, lector, de iſta excuſatione quid ſtatuas. Ego infirmam, & ad reſpondendum Horatio haud ſatis aptam iudico.

395. Nova nvpta] quæ recèns nupſit. *Nuptiæ* propriè matrimonii celebritas, quæ coniugii teſtificationem præbet. Arnob. lib. 2. *Non matrimonia copulant nuptiarum ſollemnibus iuſtis.* *Nupta* interdum pro coniugata, ſeu vxore. Noſter alicubi: *Nupta ſororq́; Iouis.* Et 2. Faſt. *Et venit in thalamos nupta pudica tuos.* De Lucretia. Verba, quibus vti Medea poterat, Iaſone cum alia matrimonium ineunte excogitat in Progymnaſmatis Libanius. Extrema huc adſcribam. *Somnias thalamum, atq́; ignem nuptialem; ego verò enſem, atque coronam Vulcaniam. Properas facem accendere Cypridi: accendam quoq́; amore ſponſam tuam. Grates animi indicium pluribus dedi: vim quoque lacrymarum tibi fundo. Draconum currus eſt comparatus. Poſt tantum facinus in altum ſublata fugiam. Sic mulieres vnico gaudentes marito demerebor: legemq́; continentiæ in Græcia ſtatuam. At enim hiſtoria mea terrore maritos inſtituam, ne alias amicas habere velint, ſed legitimas & proprias vxores vſque ad poſtremum vitæ diem retinere, quarum virginitatis florem polluerint.*

397. Sangvine nator. perfvso. impivs ensis] Deteſtantur hanc immanitatem Virgil. eclog. 8. Ouid. 2. Triſt. Ac poteſt *Medea* dici quæuis crudelis fæmina. Apud eundem Liban. oratio affingitur Medeæ, qua vti potuerit mactatura liberos. Ergo vbi beneficia ſua in Iaſonem, & eius aduerſum ſe maleficia commemorauit, ita pergit: *Fers Medea filios, macta filios Iaſonis; viri ſcelerati, impij patris, hoſpitis mali. Ne quid te rerum omnium renocet, non natura, non geſtatio, non partus recordatio, non vox, non forma. Plectatur Iaſon in filijs: hi verò ab hoſtibus inferendam iniuriam effugiant. Non arripiant eos cognati Glaucæ, neque iram in illos euomant. Atrox quidem facinus: ſed ad prius illud cõſequens. Contra naturam impiè agemus? At iſtuc olim auſa ſumus. Fratris cædes ad liberorum cædem deducit. Eiuſdem eſt & hoc animi, & dextera. Accedite filij, ſub enſem venite, hunc in vos pater adigit per me. Enimuero ſi probus ille fuiſſet, nihil opus his fuiſſet. Bona forma, bona figura corporum: ſed patris imaginem referunt. Id facit vt occidam libentius. Hi quidem igitur mox iacebunt. Ego verò è ſublimi medioq́; aëre ſceleſtum inſpiciam. Ille gemens, ſegens, & nihil non faciens vociferabitur quidẽ, me verò nequaquam attinget. Eiuſmodi draconum bigis fretã vehar. Cumq́; Athenas venero, illic mœrorem deponam.* Quantus dolor

A ſtimulet fæminas in ſæuitiam, quarum mariti contra matrimonij fidem aliunde petitum eunt, ex Iuuenale, Euripide, Seneca, Naſone ipſo demonſtrat Bernard. Martini, Variat. lib. 4 c. 11.

399. Titaniacis ablata draconib.] dracones iſtos, Medeæ iugales, appellat Titaniacos, ſiue quòd ex Titanum ſanguine nati, ſiue quod à Titane, id eſt, ſolis auo currum illum cum draconibus alatis acceperat; vt Græci tradunt, nominatim Apollodorus lib. 1. Ita Micyllus.

400. Palladias arces] Athenas. Virgil ecloga 2. *Pallas quas condidit arces Ipſa colat.* Quanquam ibi *arces* generale eſt.

Qvæ te, ivſtissime Phineu, &c.] De horum mutatione in aues parum extat litteris.

403. Facto damnand. in vno] in hoc ipſo,
B quòd tam ſceleſtam mulierem intra ſuos parietes admiſerit: alioqui vir laudabilis.

404. Nec sat. hospit. e. thalami qvoq. &c.] Peccatum peccato cumulat, & maius addit minori. Quam nec domo dignari debebat, etiam lecti ſociam aſſciſcit, & matrem familias facit.

405. Proles ignota parenti] Legitur in quibuſdam *ignara parenti*. Rarum vſum verbi huius in hac notione obſerua. Valet enim ignota, ſeu ignorata, & eſt patiendi. Quomodo & M. Tullius contrà locutus reperitur ep. ad Lucceium, quæ eſt 12. libro 5. *Atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant.* Ibi *ignotis* poſuit actiuè, pro iis, qui non nouerant; quod notatum eſt à Paulo Manutio in Scholijs, adducente etiam Liuium li-
C bro 3. *Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat.* Curtium, *Ignoti iumenta agebant.* Plautus Pſeud. *Non, notis prædicas*, id eſt, iis, qui nouerunt. Ita Cic. in orat. pro M. Cælio, & in Verrem lib. 6.

406. Bimarem vacaverat Isthmon] Inter mare Ægeum & Ionium eſt Iſthmus, anguſta terra, quam à latrocinijs purgauit Theſeus, alter Hercules. Iſthmum porrò Helleſpontiacum deſcribit Ariſtid. Sophiſta tom. I. oratione Iſthmica.

407. Hvivs in exiti. miscet Med. &c.] Attulerat ſecum è Colchide aconitum herbam venenoſam, cuius ſuccum poculo admiſtum Theſeo bibendum porrexit, cupiens eum ſublatum è medio. Egit nouercam iniuſtiſſimam, & conſultum iuit ſuis, quos ſe ex Ægeo parituram ſperabat, liberis, quibus claritas Theſei nebulam offuſura videbatur. Plutarch. in Theſeo.

D 409. Illvd echidnææ memor. &c.] è dentibus Cerberi, id eſt, ex ore & ſpuma Cerberi, qui ex Echidna monſtro genitus, vt in Theogon. auctor eſt Heſiodus. Sed cur *Echidnææ canis* potiùs quàm *Echidnæi*, cùm de Cerbero loquatur? Quonam modo ex dentibus, ecce narrationem. *Eſt via declinis*, &c.

410. Specvs est tenebr. cæcvs hiatv] Prope Heracleam Ponticam, ibi enim Hercules ad inferos deſcendit.

411. Tirynthivs heros] à Tirynthe vrbe, patria ſua.

412. Restant. contraq. diem] Laborioſè Hercules canem illũ infernum à ſedibus ſuis abſtraxit, & ad ſuperos attraxit, inſuetum planè lucis, atque ideò obliquantem & detorquentem oculos, quos illius contuitus offendebat.

413. Nexis adamante catenis] adamantinis,

nis,id eſt,firmiſſimis catenis,ſeu vinculis. Et ſignatè *tatenis*. Tria enim colla habebat,quibus ſingulis catenam ſuam Hercules alligauit. Aut eſt enallage numeri.

415.IMPLEVIT PARIT.TERNIS LATRAT.AVRAS.] Tria capita,tria ora, ternos edebant latratus. Lib.4. *Et tres latratus ſimul edidit*. Plura de Cerbero libr.9.

416.ET SPARSIT VIRID.SPVM.ALB.AGROS] hoc eſt, quod aiebat, Echidnææ canis è dentibus ortum eſſe aconitum.

417.HAS CONCRESSE PVT.&c.] hæ ſpumæ feruntur viribus ſoli fœcundi in herbas coocreuiſſe, in herbas inquam noxias & peſtiferas.

419.QVÆ QVIA NASCVNT.DVRA,&c.] Rationem,ſeu etymon nominis declarat, à caute dici aconitum, græcè enim *ἀκόνη* cos, cautes, & cotes idem.Sed videtur ſecum pugnare Poëta.Iam enim dixerat per virides agros ſpargiſſe illas ſpumas, & ex iis enatas herbas haſce lethales: nunc dicit in cautibus naſci: quod & Plin.affirmat. *Naſcitur*,inquit,*in nudis cautibus,quas aconas vocant, & inde aconitum dixere, nullo iuxtà ne puluere quidem nutriente*. De eius efficacitate idem l.27. c.2. Lucan.l.4. *Naſcentia ſaxis Infundas aconita palàm*.

420.EA CONIVG.ASTV IPSE PAR.&c.] Sciebat Ægeus in poculo ineſſe venenum, & volebat vti calliditate vxoris in Theſeum, quem ſuſpicabatur hoſtem, & pro hoſpitali poculo ei peſtem porrigebat.

422.IGNARA N. EXTRA.] ipſe ignarus rei.Bona fide ſumpſerat iam lethiſerum craterem in manum Theſeus.

423.CVM PATER IN CAPVLO GLAD.&c.] Vidit Ægeus ſignum certum quoddam in capulo gladij, quo accinctus erat Theſeus, ex quo ſigno filium ſuum agnouit. ſignum illud quoddam certum in capulo eburneo erat inſigne ipſius aut Theſei, aut familiæ Theſei.Et ſolebant ſua aut parentum, maiorúmve decora in iis cælate,honoris cauſſa. Polynices apud Stat.4. Thebaid. *Sphingis* effigiem geſtat in capulo, quem pater Oedipus ſuſtulit. Argo nauis expreſſa in enſibus filiorum Iaſonis ex Hypſipyle, lib.5. Seneca Hippolyto:

Regale paruis aſperum ſignis ebur
Capulo refulget, gentis Actææ decus.

424.FACINVSQ.EXCVSSIT AB ORE] otiiam poculum admouentem bibere prohibuit. Verè facinus,& diriſſimum,filium enim innocẽtem, & tam bene de communi meritum peremiſſet. Metonymia eſt, inſtrumentum pro opere. *Venenatum poculum* excuſſit: *facinus* enim quî poterat?

425.EFFVG. ILLA NECEM NEB.P.CAR.MOT.] Necem,quam ei Theſeus vltor mox attuliſſet. Nebula magicis verbis excitata ſe circumfudit, vt inaſpectabilis eſſet.

Propter filium è præſenti mortis diſcrimine ſeruatum ac reducem, Ægeus cum ciuibus ſuis gaudio plenis, dijs victimas lætus offert. Præclara Theſei facinora decantantur.

IX.

At genitor quanquam lætatur ſoſpite nato,
Attonitus tamen eſt,lethi diſcrimine paruo
Committi potuiſſe nefas. fouet ignibus aram,
Muneribúſque deos implet: feriúntque ſecures
Colla toroſa boum,vinctorum cornua vittis.
Nullus Erechtidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies,agitant conuiuia patres,
*Et medium vulgus:nec non & carmina,*VINO
INGENIVM FACIENTE *canunt. Te maxime Theſeu*
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri.
Quódque ſuam ſecurus arat Cromyona colonus,
Munus opúſque tuum eſt: tellus Epidauria per te
Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem Cephiſias ora Procuſten.
Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleuſis.
Occidit ille Scinis,magnis malè viribus vſus:
Qui poterat curuare trabes,& agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoën Lelegeïa mœnia limes*

*Alcathoë

Com-

Compoſito Scirone patet: ſparsiſque latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus vnda:
Quæ iactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos ſcopulis nomen Scironis inhæret.
Si titulos, annóſque tuos numerare velimus,
Facta prement annos: pro te, fortiſſime, vota
Publica ſuſcipimus: Bacchi tibi ſumimus hauſtus.
Conſonat aſſenſu populi, precibúſque fauentúm
Regia: nec tota triſtis locus vllus in vrbe eſt.

427. ATTONIT. T. EST LETHI DISCRIMINE PARVO, &c.] Lætum efficiebat Ægeum filij reditus: attonitum, & ſtuporis plenum mors ipſa eiuſdem, à qua vix tantillum abfuerat. Bibiſſet, actum erat, ſuccurrere nemo potuiſſet.

428. FOVET IGNIBVS ARAM] focos accendi curat patrandis ſacrificijs.

429. MVNERIB. DEOS IMPLET] liberaliter diis offert munera. In diis muneribus colendis eſt largiſſimus.

FERIVNTQ. SECVRES COLLA TOROS. BOVM] mactantur boues pingues. Tori ſunt, quos medici vocant muſculos, pulpæ carnis, ſeu partes carnis craſſiores, in quibus plus eſt roboris & neruorum. Cic. ex antiquo poëta, 2. Tuſcul. *O pectora, ô lacertorum tori.* Toroſus idem quod muſculoſus. *Ceruix toroſa* Catullo.

430. VINCTOR. CORNVA VITTIS] In ſacris non modò ſacerdotes, aut ſacrificantes, & vaſa quibus vtebantur, ſed victimæ quoque coronabantur, coronis collo circumpoſitis. Earum quoque cornua inaurabantur, vt dictum multo antè, & vittis cum coloribus diis, quibus immolabantur, acceptis impediebantur.

431. ERECHTIDIS] Athenienſibus, apud quos regnauit Erechteus Pandionis ſucceſſor, vt vidimus ſub finem lib. 6.

NVLL. F. CALEB. ILLO ILLVX. DIES] omnium in vita lætiſſimum illum diem, & feſtum feſtorum viderunt.

432. AGITANT CONVIVIA PATRES, &c.] Optimates ac primates indulgebant epulationibus, quod pro ſua copia & plebeii faciebant. Ineſt enim in conuiuiis lætitiæ & iucunditatis quoddam ſeminarium. *Medium vulgus*, qui erant de medio vulgo, vulgatiſſimi, infimi. Schuſter vnd ſchneider/ bürtel vnd bader.

433. ET CARMINA VINO INGEN. F. CANVNT] Procedentibus poculis, vt fit plerumque in conuiuiis, venitur ad cantus: quanquam ferè ab ignobilioribus & minùs honoratis. Canebant ergo laudes Theſei; quod vt non malè præſtarent, vinum ipſis ingenium dabat. Vino enim ſpiritus excitantur, quibus animus agitatus incaleſcit, & ſpecies rerum iucundas ac delectabiles concipit. Certè poëtis quibuſdam vinum pro illo deo fuit, à quo ſe, diuinitus permoueri & inflammari gloriantur, cùm ad carmen componendum accedunt. In his Anacreon non poſtremus:

Ὅτ' ἐγὼ πίνω τὸν οἶνον,
Τότε μὲν ἦτορ ἰανθὲν
Λιγαίνειν ἄρχεται μούσας.
Vbi dulce poto vinum,

A *Animo repentè læto*
Celebro nouem Camænas.

Tibull. lib. .eleg. 7.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Mouit & ad certos neſcia membra modos.

434. TE MAXIME THESEV MIRAT. &c.] Ipſum carmen cantatum, ſeu facta Theſei in illis conuiuiis cantu celebrata proponit, de quibus Plutarch. Iſocrat. in laudat. Helenæ, Natal. lib. 7. cap. 9. Sic κατὰ μίμησιν Campani Annibalem imitatum, ex factis eius egregiis ſigillatim côcelebrant apud Silium libr. 11. *Ingentia facta Sidonij iuuenis celebrant: vt vicerit Alpes*, &c. Ergo primùm laudatur Theſeus à tauro proſtrato ad Marathonem. Marathon vrbs agri Attici, decem millibus paſſuum Athenis diſtans, cuius campi duabus rebus maximis nobilitati ſunt; quòd ibidem Miltiades Athenienſium dux B Darii regis Perſarum exercitum, centum millibus conſtantem profligauit: & Theſeus taurum Cretenſem, vt hîc dicitur, vaſtatorem interemit. Fabula tauri huius hæc eſt. Minos Cretenſium rex Neptuno rem diuinam facturus, victimam tanto deo dignam optauit. Neptunus ei ingentem & ſpecioſum taurum obtulit. Quem cùm ſibi reſeruare Minos vellet, Neptunus taurum efferauit adeò, vt toti penè inſulæ vaſtitatem inferret. Ad hunc domandum miſſus Hercules, cepit, vinctum ad Euryſtheum Mycenarum regem, qui ei pro Iunone labores imperabat, perduxit. Ab Euryſtheo dimiſſus, cùm Atticam vaſtaret, & cum eo congredi nec vniuerſi auderent, magnoque metu omnes trepidarent, Theſei virtute eſt interfectus. Conſule præterea Pauſaniam in Atticis.

C 436. QVODQ. S. SECVR. ARAT CROMYON. COLON.] Cromyon, ſiue Crenyon, oppidum Corintho vicinum. Vbi ſus magnæ molis circumiectos agros deuaſtans, à Theſeo eſt occiſus. Inde agricolæ rura ſua tutò exercuerunt.

437. TELLVS EPID. P. TE CLAVIGER. VID. &c.] Narrat Suidas, fuiſſe latronem notiſſimum Corynetam, Vulcani filium, prope Epidaurum, trucidantem aduenas claua, quæ Græcis κορύνη, vnde ipſi nomen poſteriùs, nam antea Periphetes audiebat. Et hunc Theſeus ad orcum miſit.

439. VID. ET IMMIT. CEPHIS. ORA PROCV[STÆ]] Cephiſus eſt ille quidem Bœotiæ fluuius: verum hoc loco Cephiſias ora eſt, vt notauit Micyllus, qua ille Eleuſin prope Athenas præterfluit, ibi enim Procuſten latronem mactauit Theſeus

440. CERCYON. LETH. VIDIT CEREA[LIS] ELEVSIS] *Eleuſis* eſt oppidum Atticæ, ibique templum Cereris, in quo *myſteria Eleuſinia* peraguntur Dictum ita διὰ τὴν ἀπὸ Δημήτρος ἔλευσιν; ἢ ὅτι πρὸς αὐτῆς κατ-

πλου

τῇ νεῖ ἐ Ἀη ... τῆς Θεᾶ ... τῶν περὶ ... τῆς θυγατρὸς αὐτῆς ... *Cereris in eà aduentu*; *ſeu quòd cùm filiam quæreret ...*. In eo loco *Cercyon* latro viatores ... bat, victos interimebat. Et hunc ... ſuſtulit.

441. ... IT ILLE SCINIS] Aliter *Sinis* Plu... *tron* Diodoro; cuius latronis crudelitatem deſcribit Naſo.

44[3]. AGEB. AB ... TO AD TERR. LATE, &c.] Ramos propinquarum arborum adducebat, ijs brachia viatorum alligabat, & ita adductos laxabat, vt diſcerpto corpore, partes in diuerſa caderent. Ob hoc dictus eſt πιτυοκάμπτης *incuruans pinus*. Erat alioqui tam robuſtus, vt trabes quoque incuruaret: ſed haſce vires ad maleficia conferebat. Item è ſaxis quæ accolebat, viatores in mare deturbabat. Hinc Stat. 1. Thebaid *Infames Scyrone petras*.

444. TVTVS AD ALCATHOEN LELEG. &c.] Megaram vrbem vocat *Alcathoën*, quia à Minoë Cretenſium rege direptam & euerſam, Alcathous reſtituit. & *Lelegeia mœnia*, quoniam ea à Lelego quodam rege ſunt condita. Ex Parrhaſio legit Obſeruat. lib. . c. 8. Schottus noſter *Alcathoi mœnia*, quæ nimirum Apollo in gratiam Alcathoi conſtruxit, vt ex Theognidis diſticho notatur, verſ. 771. Megaram enim *Alcathoën* nemo vocauit.

445. COMPOSITO SCIRONE] Reddebat & hic latro infeſta itinera iuxta Megaram. *Componi* dicuntur mortui, cùm ſepeliuntur. Ex conſequente intellige præcedens, occiſum nempe à Theſeo. De rupe in mare præcipitem egiſſe quidam ſcribunt. Vel interpretare *compoſito*, coërcito, eo modo quo dictum eſt.

SPARSISQ. LATRON. TERR. NEG. SED. &c.] Mira de oſſibus huius latronis commemorat, quę terra & vnda reſpuerunt, quæque tandem in ſcopulos vetuſtate indurruerunt.

448. SCOPVL. NOM. SCIRON. INHÆR.] dicuntur namque Scironij.

449. SI TITVL. ANNOSQ. TVOS &c.] A ſingularibus ad genus tranſit, & autumat, ſi anni eius, & facta inſignia numerentur, hęc illis longè plura inuentum iri. Enumeraturus facta memorabilia *Theſei*, in Encomio Helenæ Iſocrates, prius eum Herculi anteponit. Hunc enim celebriora, illum vtiliora, & Græcis coniunctiora certamina ſubijſſe. Nam huic, inquit, Euryſtheus imperabat vt boues ex Erythea abigeret; vt mala Heſperidum afferret; vt Cerberum adduceret; vt alios eius generis labores ſuſciperet, quibus nihil alijs commodaret: ſed ipſe in diſcrimen periculumque vocaretur. Ille verò cùm ſui iuris eſſet, ea certamina delegit, quibus vel Gręciã, vel patriam ſuã beneficiis ſibi obligaret.

450. PRO TE, FORTISSIME, VOT. PVB. SVSCEP.] dijs tua cauſſa gratias agimus, & tuam illis ſalutem commendamus. Indicat Theſeïa, quæ feſta Athenienſes in eius honorem inſtituerunt

451. BACCHI TIBI SVM. HAVSTVS] Suprà: *Agitant conuiuia patres, Et medium vulgus*. Edimus, bibimus, epulamur, & potamus in tuam gratiam.

452. CONSON. ACCENS. POPVL. &c.] Fauſtis populi acclamationibus & gratulationibus precationibuſque perſonat regia.

453. NEC TOT. TRISTIS LOCVS VLL. IN VRBE] omnis ætas, ſexus, ſummi, medij, infimi paſſim lætitias agitant.

Minos Cretenſium rex ob filij cædem in Athenienſes bellum molitur. Aliquot inſulas fœdereſibi adiungit. Arne proditrix in monedulam ceſſit. Nominantur loca ab eius partibus aliena. Ad Æginam delato, populus, Æacus rex cum tribus filijs obuiàm prodeunt. Negantur auxilia, & inceptum diſſuadetur.

NEC tamen (VSQVE ADEO NVLLA EST SINCERA VOLVPTAS, X.
SOLLICITVMQVE ALIQVID LÆTIS INTERVENIT) *Ægeus*
Gaudia percepit nato ſecura recepto.
Bella parat Minos: qui quanquam milite, quanquam
*Claſſe valet, patria tamen eſt *firmiſſimus ira,* *fortiſſimus
Androgeique necem iuſtis vlciſcitur armis.
Antè tamen bello vires acquirit amicas:
Quáque patent aditus volucri freta claſſe pererrat.
Hinc Anaphen ſibi iungit, & Aſtypaleïa regna:
Promiſſis Anaphen, regna Aſtypaleïa bello.
Hinc humilem Myconen, cretoſáque rura Cimoli,
Florentémque Cythnon, Scyron, planámque Seriphon,
Marmoreámque Paron, quámque impia prodidit Arne

Sithonis, accepto quod auara popoſcerat auro,
Mutata eſt in auem, quæ nunc quoque diligit aurum,
Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.
At non Oliaros, Didymæque, & Tenos, & Andros,
Et Gyaros, nitidæque ferax Peparethos oliuæ,
Gnoſſiacas iunxere rates. latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit, Æacideia regna.
Oenopiam veteres appellauere: ſed ipſe
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit, tantaque virum cognoſcere famæ
Expetit: occurrunt illi Telamonque, minórque
Quàm Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus.
Ipſe quoque egreditur tardus grauitate ſenili
Æacus, & quæ ſit veniendi cauſſa requirit.
Admonitus patrij luctus ſuſpirat, & illi
Victa refert rector populorum talia centum,
Arma iuues, oro, pro nato ſumpta, piæque
Pars ſis militiæ: tumulo ſolatia poſco.
Huic Aſopiades, Petis irrita, dixit, & vrbi
Non facienda meæ: neque enim coniunctior vlla
Cecropidis hac eſt tellus, ea fœdera nobis.
Triſtis abit; ſtabúntque tibi tua fœdera magno,
Dixit: & vtilius bellum putat eſſe minari,
Quàm gerere, atque ſuas ſibi præconſumere vires.

454. NEC TAMEN VSQVE ADEO NVLLA, &c.] Dicturus Ægeum Athenarum regem nō diu recepto filio fælicem fuiſſe, locum communem præmittit de inconſtantia & mobilitate fælicitatis humanæ, negatq; dari vllā ſinceram voluptatem, cui nihil interueniat moleſtiæ. Plaut. Amphit. *Ita dijs placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur.* Horat. ode 16. l. 2. *Nihil eſt ab omni parte beatum.* Vbi mel, ibi fel; vbi vber, ibi tuber. Chiliades adeundæ.

455. SOLLICITVMQ. ALIQVID] quod ſollicitos faciat, quod mordeat, pungat, moleſtet, cruciet. Lucret. lib. 4. *quod in ipſis floribus angat*; quod gaudia noſtra aliqua ægritudine contaminet.

457. BELLA PARAT MINOS] cauſſa Androgei filij mors. Nam cùm adoleſcens athleta eſſet egregius, & Athenis palmam obtinuiſſet, Ægeum præcipuè victoria illa contriſtauit, cuius inſidijs occubuit.

QVI QVANQ. MIL. QVANQ. CLASSE VAL. &c.] ita ingens & implacabilis potentem & ferocem reddebat eum, magis quàm & terreſtris & naualis exercitus.

459. IVSTIS ARMIS] patet quippe vlciſcitur filium, & filium inſontem.

460. ANTE TAMEN & VIRES ACQ. AMIC. &c.] Tametſi, vt dicebatur, milite & claſſe valeret, nihilominus niſi aſcitis aliunde quoque ſocijs, & ſubſidijs tentandum nil putauit. Quocirca cum aliquanta manu inſulas, amicitiam & auxilium petitum obiuit.

462. HINC ANAPHEN SIBI IVNGIT, &c.] Ana-
A phe inſula maris Cretici. Aſtypalæa vna de Cycladibus.

463. PROMISSIS ANAPHEN, &c.] Quanquam hic verſus nec in manuſcripto, nec in Mariangeli Accurſii, nec Ciofani & Vrſini exemplaribus reperiatur, tamen cùm idoneam, & cum præcedente cohærentem ſententiam contineat, cur eiiciendus ſit non diſpicio.

464. HVM. MYCONEM] Ita inſulam nominat Mela, Plinius, Antoninus, & Solinus; Strabo etiam *Myconum*. In veterib. tamen libris ſuis repperit idem Mariangelus *Myconon*, probatque. Sed cur *humilem* dixit, quam Maro 3. Aen. *celſam* nominat? Vt mox v. 465. pro *Planamq. Seriphon paruam* quidam reponere hîc tentarunt. Sed poëtis vett. eſſe perfamiliare, quod & Strabo non diſſimulat, à contrario plerú-
B que nominare, docet ex Homero aliiſq; Mariang. in Diatriba ad librum Ouidii 7. Metamorph.

466. MARMOREAMQ. PARON] niuea Virgil. 3. propter marmor candidiſſimum, quo abundat.

QVAMQ. IMPIA PROD. ARNE SITHONIS, &c.] Quæ ſit hæc inſula, quam *Arne* prodiderit, accepta à Minoë pecunia, incertum relinquitur. Sithonem, vt apparet, Poëta vult accipi, nam Sithonidem ipſam Arnen, à patria vtique cognominat. Alioqui & Sithones Thraciæ populi.

468. IN AVEM QVÆ N. QVOQ. DILIG. AVRVM] in monedulam, quæ à moneta rapienda nomen eſt ſortita.

470. AT NON OLIAROS] Inſulas percurrit, quas fruſtra adiit Minos: nam belli cum eo ſocie ate coire detrectarunt.

473. O-

475. OENOP. MIN. PET. ÆACIDEIA REGNA] olim Oenopia, poſtmodum ab Ægina matre Æginam dixit filius, quem Ioui illa genuerat. Huc ergo tandem Minos adnauigauit.

476. TVRBA RVIT, TANTÆQ. VIR. &c.] Ciues Æginetæ ſe confertim effundunt ad excipiendum virum, fama tam inclytum.

477. OCCVRR. ILLI TELAMONQ. MINORQ. &c.] Tres filii Æaci, Telamon, Peleus, Phocus, cum patre ſene, honoris cauſſa tanto hoſpiti ſe obuiam ferunt: & requirit ſenex cauſſam aduentus.

481. ADMONIT. PATRII LVCT. SVSPIRAT] Dum rogatur Minos, quam ob cauſſam adſit, admonetur eius rei, quæ ſibi, vtpote patri, luctuoſiſſima acciderat, chariſſimi & vnici filii per iniquam cædem amiſſi, Androgei ſcilicet.

482. RECTOR POPVLOR. CENTVM] quia Creta centum vrbes habuit, quod & Virgilius prodidit 3. Æneid. *Centum vrbes habitant magnas* Inde ab Homero ἑκατόμπολις. Lucan. lib 3. *Iam dilecta deo centenis venit in arma Creta vetus populis.*

483. ARMA IVVES ORO PRO NATO, &c.] Reſponſio, duobus verſibus cauſſam ſatis plenè & aptè referens.

484. TVMVLO SOLATIA POSCO] ſepulto, id eſt, manibus ſepulti ac tumulati.

485. HVIC ASOPIADES] Aſopus fluuius Bœotię, pater Æginæ, cuius nepos Æacus.

PETIS IRRITA, DIXIT, ET VRBI, &c.] Recenſet ſuppeditare auxiliares copias. Subiungit illico rationem. Quia Æginetæ Athenienſium fœderati ſint.

488. STAB. TIBI T. FOED. MAGNO DIXIT] magnolues, quòd fœdus cum Athenienſibus obiicis, meque fruſtratum voto dimittis. Liuius l. 13. *Multorumq. ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit.* Virgil. 10. *Haud illi ſtabunt Aeneia parua Hoſpitia.*

489. VTIL. BELL. P. ESSE MINAR. Q. GERERE] Verbis antecedentibus non quidem expreſsè, ſed tectè & occultè bellum minatur. Si quæris, cur non ſtatim intulit, quandoquidem non ſine milite adueniebat, reſpondet, noluiſſe vires ſuas ante tempus imminuere. Veriſimile enim fiebat, ſi pugnaret, nonneminem de ſuis amiſſurum.

Cephalus Athenienſium legatus Æginetarum opem expoſcit, quam ei ob antiquum fœdus, & amicitiam cum ea ciuitate facillimè promittunt. Miratur infrequentiam iuuentutis.

CLASSIS ab Oenopiis etiam nunc Lyctia muris XI.
Spectari poterat: cùm pleno concita velo
Attica puppis adeſt, & portus intrat amicos:
Quæ Cephalum, patriæque ſimul mandata ferebat.
Æacidæ longo iuuenes poſt tempore viſum
Agnouere tamen Cephalum, dextráſque dederunt,
Inque patris duxere domum. ſpectabilis heros,
Et veteris retinens etiamnunc pignora formæ
Ingreditur, ramúmque tenens popularis oliuæ,
Et dextra læuáque duos ætate minores
Maior habet, Clyton, & Buten Pallante creatos.
Poſtquam congreſſi, primi ſua verba tulerunt
Cecropidæ: Cephalus peragit mandata, rogátque
Auxilium: fœdúſque refert, & iura parentum:
Imperiúmque peti totius Achaidos addit.
SIC VBI MANDATAM IVVIT FACVNDIA CAVSSAM:
Æacus in capulo regni nitente ſiniſtra,
Ne petite auxilium, ſed ſumite, dixit, Athenæ,
Nec dubiè vires, quas hæc habet inſula, veſtras
**Ducite, & omnis eat rerum ſtatus iſte mearum.* *Dicite
Robora non deſunt: ſuperat mihi miles, & hoſti,
Gratia diis, fœlix & inexcuſabile tempus.
Immò ita ſit, Cephalus, creſcat tua ciuibus opto

Vrbs,

Vrbs, ait. adueniens equidem modò gaudia cepi:
Cùm tam pulchra mihi, tam par ætate iuuentus
Obuia proceſſit: multos tamen inde requiro,
Quos quondam vidi veſtra priùs vrbe receptus.

491. CLASSIS AB OENOP. ET N. LYCT. MVR.] Claſſis Creteoſis (Lyctia à Lycto, nobili vrbe, patria Idomenei 3. Æneid.) adhuc è mœnibus videri in alto poterat. *Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant*, &c. 1. Æneid.

492. CVM PLENO CONCIT. VELO ATTICA PVPPIS] Virg. 1. Æneid.

Haud aliter puppeſq́; tuæ, pubeſq́; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

494. QVÆ CEPHAL. PATRIÆQ. &c.] Cephalus princeps legationis, cui patria mandauerat, quę cum Æaco ageret.

495. LONGO POST TEMP. VIS. AGNOVERE TAMEN] Solent enim non agnoſci ſtatim, qui longo temporis interuallo denuo videntur. Vnde & ab iiſdem quærimus, ſintne ipſi. At hi iuuenes primo aſpectu agnouerunt, quem Athenis viderant iam pridem.

496. DEXTRASQ. DEDER. ENQ. PAT. &c.] Symbolum amicitiæ, & pignus fidei dextera. Lib. 6. *Vt pignus fidei dextras vtraſq́; popoſcit.* Seneca in Medea: *Fidemq́; ſupplex præſidis dextra petij.* Plin. lib. 11. cap. 45. *Dextra oſculis auerſa aperitur, in fide porrigitur.* Eã hoſpites hoſpitibus porrigebant. Romani, vt ex Tacito conſtat, cùm poſt ciuilia belli diſſidia reconciliarentur mutuò *dextras aureas argenteaſve* mittebant. Plura Mart. noſter Delrius Comment. in Medeam Senecæ pag. 34. & 35.

B ATHENÆ] κατ' ἐξοχὴν ἄστυ appellatas, vt Romam *Vrbem* plerique opinantur. Cecrops oppidum in Agro Attico extruxit Cecropiam. Id poſtea in arcem Athenarum tranſijt, quæ propterea ἀκρόπολις dicta.

498. VETER. RET. ETIAMN. PIGNORA FORMÆ] Pulcherrimus fuit iuuenis Cephalus, extabantque adhuc in viro prouectæ ætatis euidentia eius formæ veſtigia.

499. RAMVMQ. TEN. POPVLARIS OLIVÆ] *popularis*, quoniam Mineruæ ſacra oliua, vt inuentrici. Et ea Athenienſium tutelare numen. Oleaginum ramum præferebant, qui pacem & opem poſcebant. Virgil. 6. *Paciferæq́; manu ramum prætendit oliuæ.* Plura lib. 11. de hoc more, ibi: *Velamenta manu prætendunt ſupplice.*

C 500. ET DEXTRA LÆVAQ. N. ÆT. MIN. &c.] Stipabant Cephalum duo, annis ipſo minores, Pallantis filij, Pandionis regis Athenarum nepotes, vocabulis Clytus & Butes. Pandion Ægeum, Lycum, Pallantem, Niſum filios reliquit ſuperſtites.

502. PRIMI SVA VERBA TVLER. CECROPIDÆ] Cùm ventum eſt intra ædes regias ad colloquium, Athenienſes exorſi ſunt. Cephalus verba fecit, auxilium rogauit, fœderis & amicitiæ inde vſque à maioribus inſtitutæ & cultæ memoriam illis redintegrauit.

505. IMPERIVMQ. PETI TOT. ACHÆID. ADDIT] Velut Achillem, id eſt, firmiſſimum ad perſuadendum argumentum adhibet, hoc bello à Minoë non ſolas Athenas, ſed totius Græciæ imperium peti. Proinde aliis conſulendo, ſibi quoque conſulturos.

506. SIC VBI MANDATAM IVVIT FACVNDIA CAVSSAM] Cauſſam bonam fecit meliorem Cephali eloquentia. Eadem eloquentia etiam malam poteſt bonam efficere: ſed orator non erit vir bonus, à cuius moribus fraudem facere cuiquam alienum eſt. Ipſa nihilominus eloquentia erit eloquentia, nec magis vituperanda quàm gladius cum contra fas quempiam læſerit. Prudenter Fabius lib. 2. cap. 16. *Quare etiamſi in vtramque partem valent arma facundiæ, non tamen eſt æquum id haberi malum, quo bene vti licet.*

507. IN CAPVLO REGNI NITENTE SINISTRA] capulum regni vocat ſceptrum. Capulo ſe ſuſtinebat, quem ſiniſtra eius tenebat. Veterum regum ſceptra inſtar haſtulium erant oblonga, & clauiculis æreis, aureis argenteiſve ornata. Diximus Symbol. in 12. Æneid.

508. NE PETITE AVXIL. SED SVMITE] In reſponſione Æaci ſumma elucet humanitas, beneuolentia, & liberalitas. Armis Athenienſes & velle, & poſſe iuuare; nec petendum ab ſe, quod ipſorum æquè ſit ac ſuum: ſed ſumendum & vtendum.

509. NEC DVBIE VIRES,] Certò credite, vires inſulæ huius eſſe veſtras. Quod meum eſt, veſtrum eſt. Pro *ducite* reponit *dicite* Zinzerling. cap. 21. Firmandæ caſtigationi ſuæ affert libr. 11. reſponſum Peleo à Ceyce: *Quod petis, omne feres, tuaq́; hac pro parte vocato.*

510. ET OMNIS EAT RER. STAT. T. MEAR.] Omnis conditio mea, omneſque fortunæ meæ vobiſcum Athenas eant. Quid amicius, quid munificentius potuit? Omnia bona ſua illis optat, ac libens defert.

511. ROBORA NON DESVNT] non deſunt vires & potentia.

SVPERAT MIHI MILES, ET HOSTI] militum plus ſatis habeo, quibus & me tuear, & amicis contra hoſtes ſuccurram. Aut ita. plus habeo copiarum, quàm vel ego pro me tuendo egeam, vel hoſti placeat.

512. GRATIA DIIS, FÆLIX, ET INEXCVS. TEMP.] Cùm noſtra bona commemoramus, meminiſſe debemus, vnde ea accepertimus, nempe à Deo, qui bonorum omnium inuentor, auctor, parens, præbitor & largitor eſt, cui proinde in ipſa commemoratione gratias agere pium, & Chriſtianis decorum maximè. Tempus, & tempora ſæpè ſtatum, & res vel ſecundas, vel aduerſas indicant. Ait ergo, ſe beatum eſſe ac florentem, nec poſſe excuſare tempus, quod faceret, ſi aliqua calamitate premeretur, & oratores re infecta dimitteret. Eodem ſenſu prorſus legeretur, *& inaccuſabile tempus:* quin aliquanto clariore ſenſu.

513. IMMO ITA SIT, CEPHALVS, &c.] Legatus Cephalus viciſſim Æaco tam amanter & prolixè omnia ſua promittenti & offerenti, perpetuitatem

tem huius fœliciſſimi ſtatus exoptat. Etiam frequentiorem iuuentutem qualem alias in ea inſula viderit. Laudat verò præſentem ab honeſta ſpe- A cie, & ætatis æqualitate. Sic ad ſequentia, de peſtilentia, quæ iuuentutem magnopere imminuerit, percommodè tranſitur.

Cauſſam infrequentis populi Æacus in peſtilentiam ſæuiſsimam confert, quam Iuno, Æginæ pellici ſuæ infenſa immiſerit. Eſt porrò hæc hominum animantiúmque lues adeò diſertè & graphicè expoſita, vt Poëta ſecum certare voluiſſe videatur.

Æacvs ingemuit: triſtique ita voce locutus: XII.
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
Hanc vtinam vobis poſſem memorare: ſine vllo
Ordine nunc repetam: neu longa ambage morer vos:
Oſſa, ciniſque iacent, memori quos mente requiris:
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
Incidit, exoſæ dictas à pellice terras.
Dum viſum eſt mortale malum, tantæque latebat
Cauſſa nocens cladis, pugnatum eſt arte medendi.
Exitivm svperabat opem, quæ victa iacebat.
Principio cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſit: & ignauos incluſit nubibus æſtus.
Dúmque quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem,
Lethiferis calidi ſpirarunt flatibus Auſtri.
Conſtat & in fontes vitium veniſſe, lacúſque,
Milliáque incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe, atque ſuis fluuios temeraſſe venenis.
Strage canum primò, volucrúmque, ouiúmque, boúmque,
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.
Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medióque recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus, balatus dantibus ægros,
Sponte ſua lanæque cadunt, & corpora tabent.
Acer equus quondam, magnæque in puluere famæ
Degenerat, palmæ veterúmque oblitus honorum
Ad præſepe gemit, morbo moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit, nec fidere curſu
Cerua: nec armentis incurrere fortibus vrſi.
Omnia languor habet: ſyluis, agriſque, viiſque
Corpora fœda iacent: vitiantur odoribus auræ.
Mira loquar: non illa canes, auidæque volucres,

Non

Non cani tetigere lupi.dilapſa liqueſcunt?
Afflatuque nocent,& agunt contagia latè.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos
Peſtis,& in magnæ dominatur mœnibus vrbis.
Viſcera torrentur primò,flammiſque fatiſcunt.
Indicium rubor eſt,& ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet;tepidiſque arentia ventis
Ora patent:auræque graues captantur hiatu.
Non ſtratum,non vlla pati velamina poſſunt:
Dura ſed in terra ponunt præcordia;nec fit
Corpus humo gelidum;ſed humus de corpore feruet.
Nec moderator adeſt:inque ipſos ſæua medentes
Erumpit clades,obſuntque auctoribus artes.
Quo propior quiſque eſt,ſeruitque fidelius ægro;
In partem lethi citius venit:atque ſalutis
Spes abijt,finémque vident in funere morbi.
Indulgent animis:& nulla quid vtile,cura eſt.
Vtile enim nihil eſt.paſſim,poſitóque pudore,
Fontibus,& fluuijs, puteiſque capacibus hærent.
Nec ſitis eſt extincta priùs,quàm vita,bibendo.
Inde graues morbo nequeunt conſurgere;& ipſis
Immoriuntur aquis.aliquis tamen haurit & illas.
Tantáque ſunt miſeris inuiſi tædia lecti:
Proſiliunt:aut,ſi prohibent conſiſtere vires,
Corpora deuoluunt in humum:fugiúntque penates
Quiſque ſuos:ſua cuique domus funeſta videtur.
Et,quia cauſſa latet,locus eſt in crimine totus.
Semianimes errare vijs,dum ſtare valebant,
Aſpiceres: flentes alios,terráque iacentes,
Laſſáque verſantes ſupremo lumina motu.
Membráque pendentis tendunt ad ſidera cæli,
Hic,illic,vbi mors deprenderat exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit?aut quid debuit eſſe?
Vt vitam odiſſem,& cuperem pars eſſe meorum,
Quò ſe cunque acies oculorum flexerat,illic
Vulgus erat ſtratum,veluti cum putria motis
Poma cadunt ramis,agitatáque ilice glandes.
Templa vides contrà gradibus ſublimia longis:
Iuppiter illa tenet.quis non altaribus illis
Irrita thura dedit?quoties pro coniuge coniux,
Pro nato genitor dum verba precantia dixit,
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inque manu thuris pars inconſumpta reperta eſt?
Admoti quoties templis,dum vota ſacerdos
Concipit,& pandit purum inter cornua vinum,
Haud exſpectato ceciderunt vulnere tauri?
Ipſe ego ſacra Ioui pro me,patriáque,tribúſque

Cùm

Cùm ſac[illegible] em natu mu[illegible]us v[illegible] ma diros
Ed[illegible]it, & ſubitò c[illegible] us vllis
Exiguo tinxit ſubiect os ſanguine c[illegible]r s
Fib[r]a quoque æ[gr]a n[o]tas veri, monituſ[q]u[e] deorum
Perdiderat. triſtes penetrant ad viſcera morbi.
Ante ſacros v[ultus] di proiecta cadauera poſtes.
Ante ipſas, quo mors foret inuidioſior, aras.
Pars animam laqueo claudunt: mort[is]que timorem
Morte fugant: vltróque vocant venientia fata.
Corpora miſſa neci, nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos. & iam reuer[e]ntia nulla eſt.
Déque rogis pugnant, alieniſque ignibus ardent.
Qui lacryment, deſunt: indefletæque vagantur
Natorum, matrúmque animæ, iuuenúmque, ſenúmque.
Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.

513. AEACVS INGEMVIT, TRISTIQ. &c.] Sic A [illegible] ipſa Minos, cùm ab eo Æacus aduenerius cauſſam requireret, *Admonitus patriæ luctus ſuſpirat.* Præbuit ergo anſam Cephalus Æaco ingemiſcendi, & mœſta voce proloquendi, ex recordatione caſus grauiſſimi & funeſtiſſimi.

519. FLEBILE PRINCIP. MEL. FORT.] Primò magna hominum vis peſtifera contagione abſumpta eſt; deinde numerum ex formicis, in figuram humanam mutatis Iupiter refecit. Hæc fuit fortuna melior.

520. HANC VTIN. V[OBIS] P. NVMERARE] hanc meliorem fortunam vtinam vobis ordine, & vti res contigit, per omnia, & facundè ſatis memorare queam.

SI E VLLO ORD. NVNC REPET.] rationem ordinis & temporis non habebo. V[t] quodque primùm memoria ſuggeſſerit ita referam.

521. NEV [LO]NGA AMBAGE MORER VOS] ne vos diu ſuſpenſus teneam. 1. Æneid. *Longa eſt iniuria, longa Ambages, ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.* D[ic]am paucis, vbi ſint quos deſideras.

522. OSSA, CINISQ. IACENT MEM. &c.] *Multos* B *tamen inde requiro*, aiebat antè Cephalus. Reſpondet Æacus, mortem obiiſſe. nam qui moriuntur, oſſa & cinis fiunt. Habent hæc verba *oſſa ciniſq. iacent*, multa in receſſu, & in voluptatibus ac diuitiis ſuis luxuriantes, extremorum admonent Propert. lib. 2. eleg. 13. in Epitaphio ſuo: *Qui nunc iacet arida puluis Vnius hic quondam ſeruus Amoris erat.*

523. E[T] QV[O]TA PA[R]S ILLI RER. PER. MEAR.] Tam multa alia perdidi, vt hæc hominum iactura in minimo mihi ponenda ſit.

524. [D]IRA LVES P[OP]VL. ODIO IVN. &c.] Paucis cauſſam, & auctorem Æginenſis peſtilentiæ declarat [iram] videlicet Iunonis in pellicem Æginam, à qua toti inſulæ d[at]um nomen.

526. D[V]M VI[SVM] [MORTALE] MA[LVM] &c.] Incipit nunc ip[ſius] [pla]gæ, ſeu deſcriptio. Contendit cum hac Virgilianam ex [3]. Georg. & Lucretianam ex [li]br. 6. & præterea Siluanam ex libr. 14. Scalig. Poët. A libr. 5. cap. 11. cuius induſtria cur non ad fructum noſtrum vtamur fruamur? Quanquam Maro tantùm de gregibus, & armentis, lue correptis, ac intereuntibus egit, non de hominibus, de quibus etiam Lucretius, & Ouidius: & hic quidem quàm ille facundiùs & ingenioſiùs, [ſ]i non ornatius. Tu etiam Senecæ verè tragicam, Ouidianęque imitationis plenam, principio Oedipi conſidera, & compara. Lucanus lib. 6. cum vidiſſet locos hoſce communes occupatos, in materiæ ſumma percurrenda conſtitit. Hunc quaſi communem campum, ad ingenii & artis oſtentationem habuerunt poëtæ veteres, in quem excurrerent, vt rectè ſcripſit Scalig. Præter nominatos habes etiam Homer. Iliad. α Manil. lib. 1. Sophoclem Oedipo Tyranno. Hiſt[or]icos Capitolin. in M. Antonino, Herodian. lib. 7. Marcellin. libr. 19. & in[pri]mis Thucydidem, lib. 2. quem [imitat]us eſt in ſua de[ſcr]iptione Lucretius [illegible] quem pæne vt interpres reddidit. *Dum viſum eſt m[ortale] malum*, [in]quit noſter dum creditum eſt p[o]ſſe d[e]p[elli] à [cor]poribus hoc malum, dum viuum eſt ſanabile. Vulcu quo res ſuus ſuus quidam m[odus] eſt.

527. P[VG]NATVM EST ARTE M[EDENDI]] nullus morbus ſtatim afferre debet deſperationem ægrotantibus. E[x]periúdæ prius artes medicorum. Morbus corpus tanquam caſtellum aliquod hoſtis obſidet. Ars medica contrà [pu]gnat, eumque ſæpiùs fugat. Interdum autem *[vi]cta [ſu]is valet arte malum*. Et plerunque peſtilent[ia] [illegible] eſt au[xi]liis. Quare ſequitur it[a].

528. EXITIVM SV[PER]A[BAT] O[P]EM &c.] Libr. 2. *Et medicas exerces inaniter artes*. Lucret. *Muſſabat tacito medicina timore* Silius. *ſuccub[uit] medicina malis.* Non enim à vitio el[ementorum] tantum duntaxat, ſed etiam ab ira Iunonis oriebatur morbus iſte. [Hi]c non ſolùm, inquit Scalig. pro[illegible] pr[illegible]e temere medici. Nam in[illegible] eſt [illegible] *ſaeua medentes [ill]amnoſi clades, obſtupeſcunt artes.*

529. P[R]I[N]CIPIO C[ÆLVM] [SPISSA] [CALIGINE] &c.] De cælo infecto, &, vt loquitur Maro, de corru-

pro exſiccatu,ad quod valent nebulæ & æſtus.

530. IGNAVOS ÆSTVS ,ab effectu,vt *hyems ignaua*. Sed illa ignauum ac pigrum reddit corpus ex torpore,hic ex languore.

531. DVMQ. QVATER PLEN. EXPLE. CORNIB. &c.] Nonidem , ſed contrarium dicit verſu ſequenti, & tempus quadrimeſtre ſignificat, quibus totis ſpirauerunt Auſtri. Ventus tepidus Auſter,& morbis creandis opportunus.

534. CONSTAT ET IN F.VIT.VEN.LACVSQ.] Antea de corrupto aëre,nūc de aquis. Virg *Corrupitq; lacus.*

535. MILLIAQ. INCVLT. SERP.&c.] In agris ſerpentes vitiabant ſegetes. Inſuper fluuios totos venenis ſuis reddebant noxios.

537. STRAGE CAN.PRIMO,VOLVCRVMQ. &c.] Legendum potiùs *Ouiumq;* quàm *auium*. vidit Mariang. Accurſius in Diatriba,quia *volucrum* anteceſſit , tametſi Planudes vertit *πετεινῶν καὶ ὀρνίθων*. B Quadrupedes animátes, & aues ſenſerūt peſtem priùs quā homines. Sed quòd inter beſtias primo loco nominat canes, ὁμηρίζει. Narrans enim ille de peſtilentia ab Apolline propter ſacerdotem ſuum Chryſen contumelioſè habitū,in Græcorū exercitum iactis per dies nouem ſagittis immiſſi, inquit:

> *Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο, καὶ κύνας ἀργούς,*
> *Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς*
> *Βάλλ'.*
> *Principiò iumenta cadunt, & magna canum vis:*
> *Tabida mox ipſos homines in cauit arundo.*

Vtrumque æmulatus eſt Silius Italicus:

> *Vim primi ſenſere canes:mox nubibus atris*
> *Fluxit deficiens penna labente volucris.*
> *Inde feræ ſyluis ſtrati.*

Lucret. *Cùm primis fida canum vis Strata viis animam ponebat in omnibus ægram.* Cui primò inficiantur peſtifera lue bruta & canes præcipuè,ratio videri poteſt quam reddit in Palamede Philoſtratus. Quoniam illa magis ſenſitiua ſunt,præſertim canes,qui præterquam quòd vt reliqua animantia proni terram ſpectant , etiam veſtigia ſcrutantur & perſequuntur. Heraclides Ponticus hanc cauſſam ſtatuit ; quia deiecta in terram , & prona in paſtum *πολυειδεῖς ἀτμοὺς* hauriant. Homines autē, quorum ſurrectum eſt corpus,ſublimi reſpiratione puriſſimum trahētes aërem, tardiùs afficiuntur. Ammian. Marcellin. lib. 19 *Affirmant*,inquit, *aliqui terrarum halitu denſiore craſſatum aërem, emittendis corporis ſpiraminibus reſiſtentem necare nonnullos*: qua cauſſa animalia cætera proiecti homines iugiter prona Homero auctore . & experimentis deinceps multis, D quum talis inceſſerit labes, antè nouimus interire. Ex Andrea Tiraquello lib. de Nobilitate.

539. CONCID. INTER OPVS TAVROS, &c.] Plenius multo Virgilius,& comptiùs:

> *Ecce autem duro fumans ſub robore taurus*
> *Concidit,& mixtum ſpumis vomit ore cruorem,*
> *Extremoſq; ciet gemitus. It triſtis arator,*
> *Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,*
> *Atque opere in medio defixa relinquit aratra.*

540. LANIGERIS GREGIB. BALAT. &c] Non cadunt illis priùs lanæ, deinde corpora tabeſcunt, hoc eſt , maciem contrahunt , vix oſſibus hærent: ſed tabeſcentibus lanæ decidunt , & glabræ fiunt. *ὕστερον πρότερον* eſt in ſenſu.

541. ACER EQVVS QVONDAM.&c.] equus conſuetus currere in ſtadio olympico , & alijs præcurrere, A palmamque obtinere cum omnium plauſu, ſtans ad præſepe, ex dolore morbi dat gemitum, vtpote emoriturus nō in puluere tam glorioſo , aut in ipſa acie,medioque in certamine,ſed in ſtabulo, inſtar pecudis alicuius inertis ; Triſt eleg. vlt.

> *Acer,& ad palmæ per ſe curſurus honores,*
> *Si tamen horteris,fortiùs ibit equus.*

Virgilius:

> *Labitur infelix,ſtudiorum atque immemor herbæ*
> *Victor equus,fonteſq; auertitur, & pede terram*
> *Crebrà ferit,demiſſæ aures,&c.*

Silius:

> *Heu dolor,inſignis notis bellator in armis*
> *Ignauo rapitur letho.*

546 NON APER IRASCI MEMINIT,&c.] Virgil.

> *Non lupus inſidias meditatur ouilia circum,*
> *Nec gregibus nocturnus obambulat,acrior illum*
> *Cura domat:timidi damæ,ceruiq; fugaces*
> *Nunc interq; canes,& circum tecta vagantur.*

548. SYLVIS,AGRIS,VIIS CORP.FOEDA IACENT] Hominum & animantium corpora in ſyluis,agris, itineribus, vbi quemque , aut vnumquodq; ex lue procedens mors deprehenderat,iacebant inſepulta & putreſcentia, fœdo ſpectaculo.

549. VITIANTVR ODORIB. AVRÆ] Odoris nomen vt plurimum in laude eſt:cum epitheto in reprehenſione ; vt, grauis , teter odor. Hic *odores*, quibus aër inquinatur , ſunt fœtores, ſeu exhalationes graueolentes.

550. NON ILLA CANES, AVIDÆQ. VOLVCRES] Mira res,corpora peſtilentiæ morbo extincta, non C canes,non aues,non lupi attingunt.

551. DILAPSA LIQVESCVNT] ſitu ipſo reſoluta paulatim vaneſcunt. Penitus tabefacta diffluunt.

552. AFFLATVQ. NOCENT] exſpirant enim odoris fœditatem intolerabilem.

ET AGVNT CONTAG. LATE] Cadauerum illorum exhalationes implebant aërem , qui latè à multis hauriebatur.

553. PERVEN. AD MISER. DAMNO,&c.] Inuadit ruſticos peſtis,qui ſuorum dāno grauiore moriuntur, quandoquidē agricultura, vnde familiolam alunt, omnino iacet,& agri ſquallēt,deſerti à cultoribus.

554. ET IN MAGN. DOMINAT. MOENIB. VRBIS] vtrobique, in oppidis & in pagis lues graſſabatur.

555. VISCERA TORRENT. P. FLAMMISQ. FATIS. &c.] Exprimit diſtinctè quid paterentur correpti Primùm ingentem ardorem viſcerum , quo liqueD ſcerent,& quaſi diffluerent. Lucretius:

> *Principiò caput incenſum feruore gerebant,*
> *Et duplices oculos ſuffuſa luce rubentes.*
> *Sudabant etiam fauces intrinſecus atro*
> *Sanguine,& vlceribus vocis via ſepta coibat,*
> *Atque animi interpres manabat lingua cruore.*

556. ET DVCT. ANHEL. IGNI] igneum ſpirare videbantur,adeò feruebant inteſtina.

557. TEPIDISQ. ARENT. VENT. ORA PATENT] ore aperto refrigerandis præcordijs captabant auras : ſed illæ tepebant, quoniam, vt dictum ſuprà, quatuor ipſis menſibus Auſter ſolus ſtabat , qui eſt ventus tepidus.

558. AVRÆQ. GRAVES CAPT. HIATV] ipſam mortem captabant miſeri,dum auras captarent

559. NON STRAT. NON VLLA PATI VELAM. &c.] nullo in lecto cubare , nullum operimentum pati queunt,ſic æſtuant. Quòd ſi vel humi cubent quia

alio-

[illegible], eam ipſam non me- A [illegible] ciebant

[illegible] DEST] in dicus, [illegible] [illegible] or [illegible]

[illegible] A [illegible] D. [illegible] AD. &c. [illegible] eccent conta[illegible] at [illegible], [illegible] dum ſui art[illegible] us alios [illegible] [illegible] ſi ſe vita priuatu[illegible] rent.

[illegible] VO [illegible] Q. E. SERVIT Q. FIO[illegible] Qu[illegible] quirunt [illegible] volunt, abæg is illis long us rece[illegible] &, [illegible] poſſunt, totas vrbes deſerunt, & in agros, aut alias vrbes demigrant.

565. IN PARTEM LETHI CITIVS VENIT] citius inficitur, & ſimul extinguitur. In partem l[illegible] borum venire, eſt participem fieri laborum, capeſſere partem labor[illegible] Simi[illegible] ter hic Poëta dixit, in partem lethi venire, non quod lethum diuidatur; ſed quod commu[illegible] cetur per cauſſam eius, & participe[illegible] ac ſo[illegible] monentium euadant longè citiùs, qui à lab[illegible] ran[illegible] b[illegible] is peſtilentia adeundis atque tractandis [illegible] bi [illegible] on [illegible] aucnt.

AT [illegible] S[illegible] VT. SPES A[illegible] [illegible] &c. Propter ver[illegible] m v[illegible] is eſt e[illegible] lag[illegible] nporis, *abyt*, pro abit: alioqui d[illegible] ura[illegible] at [illegible] abi. De[illegible] perabant vitam, quoſcun[illegible] ue [illegible] des iſta te[illegible] ebat: nec vllum [illegible] ent morbi, ni[illegible] mo tem exſpect[illegible] ba[illegible]. Hæc & morborum, & [illegible] m[illegible] mnium certiſſimus terminus.

5[illegible] [illegible] NEMQ. V[illegible] D. IN FVNE[illegible] M[illegible] [illegible] Vident an[illegible] s, ſib[illegible] q[illegible] perſuadent, non priùs morbi, quàm vi[illegible] æ finem futurum.

567. [illegible] DVLG. ANIM. ET NVLL. Q. VTILE [illegible] EST, &c.] Cernentes nihil ſe proficere aduerſus hoc malum, quidquid agerent, non quærebant am- C pliùs, quid eſſet vtile (quoniam reuera nihil erat vtile) ſed quid iucundum, & faciebant genio ſuo ben[illegible] to deſiderio.

568 [illegible] AS [illegible] POSIT Q. PVOORE] diſcurrentes per vrbem & rura, nobiles ignobiles, virgines & matronæ aquas ad bibendum indagabant.

[illegible] ONTIB. ET FLVVIIS, PVTEISQ. &c.] [illegible] u-cret us:

In fluuios partim gelidos ardentia morbo
M[illegible] mbra dabant, nudum iacientes corpus in vndas.
Multi pr[illegible] ite [illegible] ympli[illegible] putealibus alte
Incide[illegible] unt [illegible] cun[illegible] tes ore [illegible] te.
In[illegible] edabi [illegible] ter ſitis arida corpora [illegible] ſans
Aequabat m[illegible] tum paruis humoribus imbrem.

Verba Thucydid[illegible], vnde [illegible] deduxit Lucret. ecce tibi. [illegible] &c. & mox, [illegible] Libent[illegible] ime ſe in aquam frigidam conijcie- D *bant, & in puteos multi ſe præcipites egerunt, inexplebili ſiti cruciati.* Recitat Crotan[illegible] Totam verò de[illegible] ptionem Thu[illegible] dideam græc[illegible] proponit conferendi cauſſa in ſuo Lucretio Obertus Gifanius, numeris in m[illegible] ne poſitis, ad paginas, & verſus Lucreti[illegible] n[illegible] s[illegible] bus [illegible] ex[illegible] mittu[illegible], lectorem mittens. Nec [illegible] fi[illegible] [illegible] a eſt homini eruditoi lla collatio.

5[illegible] O N[illegible] CSITISE T[illegible] X[illegible] IN[illegible] T PRIVS, &c.] ſie haben ſich zu todt geſoffen.

5[illegible] 1. [illegible] AVEN MVLTI NEQ. [illegible] ONSV[illegible] G] non m[illegible] bo tantum [illegible] d ventribus graues, qu[illegible] s plurimo & auid[illegible] [illegible] hauſtu aquarũ re[illegible] uerunt.

ET [illegible] IS [illegible] MMO [illegible] V[illegible] QV[illegible] S] Lucret.

M[illegible] lta ſitis pro[illegible] rata v[illegible] au per, proq. voluta
Corpora; ſic omnes ad aquarum ſtrata iacebant,
Interclusa anima nimia dulcedine aquarum.

572. ALIQV[illegible] TAMEN HAVRIT ET [illegible] AS Dicebat quo[illegible] a n[illegible] u[illegible] ortios aqu[illegible] Itaque ex cadau[illegible] ous [illegible] & [illegible] tem [illegible] & [illegible] lorem ingratum ac no[illegible] um aquæ [illegible] a[illegible] bant. Et ta[illegible] nei tuerunt, qui & h[illegible] aqu[illegible] non cunctanter b[illegible] berent.

5[illegible] MIN[illegible] INV S T[illegible] D. LECTI] Adeò abhorr[illegible] bant à lectulis, vt inde nun[illegible] urgerent, [illegible] dexilirent, quaſi eos vrerent.

[illegible] COR[illegible] O VOL[illegible] VN[illegible] IN H[illegible] M.] qui præ imbec[illegible] tat[illegible] conſiſtere ped[illegible] ous non valebant, humi ſe abiiciebant à qua ta nen, vt paulo antè audiſti, non ref[illegible] igerabantur ipſi, ſed eam potius inflammantiſſimis membris calidam, immò feruentem efficiebant.

FVG VNT Q. [illegible] NAT. QVISQ. SVOS] Accedebat B & hoc ad ærumnam, quòd nemo ſe domi ſuæ continere poterat, quaſi impurata & funeſta ac peſtifera; foris omnes vagabantur, & plateas concurſabant.

5[illegible] E[illegible] QVIA [illegible] AVS LAT. LOCVS, &c. Ignorantes cauſſam [illegible] huius, adſcribebant eam loco, & accuſabant locum.

578. SEMIANIME[illegible] ERRARE VIIS, &c.] quibus adhuc tantum virium ſuppetebat, vt ſtare & ambulare poſſent, ſemimortui ingredi[illegible] bantur.

57[illegible] FLEN[illegible] ES A[illegible] TOS] & ob dolorem quem ſuſtinebant, & ob mortem chariſſimorum. Hi potiſſimum erant pueri, & fœminæ.

580. LASSAQ. VERSANT. SVPREM. E. MOTV] De filiis Niobes lib. 6.

Membra ſolo poſuere: ſimul ſuprema iacentes
Lumina verſarant, animam ſimul exhalarunt.

Recole à me dicta lib. 5. ſuper eo verſu, non longè à principio: *Et moriens, oculis ſub nocte natantibus atra.*

581. MEMB[illegible] AQ. P[illegible] ND. T[illegible] O SID. CALI, &c.] Manus, & oculos ad cælum dirigentes, & quaſi deos aut inuocantes, aut arguentes, hic illic paſſim exſpirabant animas. Pendens vocat cælum, quod ſupra nos quaſi ſuſpenſum eſt, nobiſque imminet.

583. Q[illegible] ID MIHI TVNC ANIMI FVIT?] l. 1. Deucalion P[illegible] hæ *Quis tibi [illegible] ine me fatis erepta fuiſſes, Nunc animus m[illegible] anda [illegible] eſt* [illegible] annotata ibic.

5[illegible] V[illegible] T [illegible] T [illegible] P [illegible] ESSE MERORVM [illegible] interrogationi, *aut quid debuit* [illegible] a[illegible] n [illegible] ebut nolle ſupereſſe tantæ [illegible] mortuorum morientibus.

585. Q[illegible] V[illegible] Q[illegible] AC[illegible] O[illegible] V[illegible] IL X. &c.] Quocun[illegible] que a p[illegible] n, per vias [illegible] c[illegible] ma vulgarium cadauera [illegible] debant. [illegible] adrat hoc quod eſt 2. Æneid. de [illegible] ne[illegible] I[illegible] tum. que per vrbem ed[illegible] bint[illegible]. *Plurima per[illegible] vias ſternuntur inertia paſſim Corpora*: pauciſq[illegible] e inte[illegible] ctis, *& plurima mortis imago.*

58[illegible] V[illegible] VTI CVM P[illegible] MOT[illegible] P[illegible] A[illegible] AD. RAM. &c.] Ex freq[illegible] entia [illegible] nouum, & glandium arboribus agitatis dec[illegible] n[illegible] quaſi o[illegible] mo[illegible] ientium, & [illegible] in [illegible] rte ſucc[illegible] e[illegible] n num[illegible] us ſuerit [illegible] indicat apertiſſi ne.

588. TEMPL[illegible] V[illegible] O[illegible] T. G[illegible] DIB. &c.] Ecce è regione templum [illegible] is

589. Q[illegible] NAL[illegible] A[illegible] R[illegible] L[illegible] RRI[illegible] A [illegible] VIA[illegible] D.] P[illegible] clade lo[illegible] p[illegible] m & facti[illegible] catum [illegible] oxit ſanguis. Se[illegible] o[illegible] ut[illegible] nit ille deus. *Aut forſitan colloq[illegible] atur, aut eras in diuerſo-*

 rio,

no, aut in itinere, aut certè dormiebat, vt in meridie. Voces ſunt Eliæ Prophetæ, ſacrificulos Baal iure ſubſannantis, 3. Regum cap. 18.

590. QVOTIES PRO CONIVGE CONIVX, &c.] ϖαῖϑ. Dum preces fundit aut prò marito vxor, aut pro vxore maritus, & pro filio pater, in medijs precibus ad aras, non exorato Ioue mortuus concidit; ita vt adhuc pars thuris in ignem conijcienda remaneret in manu.

594. ADMOTI QVOTIES TEMPLIS, &c.] Ab hominibus ad animalia reuertitur. Tauri antequam ferirentur à popa, dum precatur, & vinum hoſtiæ capiti affundit, procubuerunt mortui. Virgil.

Sæpe in honore deûm medio ſtans hoſtia ad aram,
Lanea dum niuea circundatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros.

Solitos autem vinum victimæ infundere non ſolum ſacerdotem, ſed illos quoque, quorum, aut pro quibus ſacra fiebant, docet Virgil. Æneid. 4.

Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

597. IPSE EGO SACRA IOVI PRO ME, &c.] Confirmat dicta ſuo ipſius exemplo, & ſimul pietatem ſuam latenter commendat.

599. ET SVBIT. COLI APS. SINE ICTIB. VILIS] non exſpectato vulnere, vt ſuprà. Hoc loco Scaliger vitioſum Naſonis morem eadē repetendi perſtringit: hoc enim ipſum iam dixerat. Defendit Poëtam in Diſſertatione de Criticis Hen. Steph. non eſſe adiunctos hoſce verſus abſque vllo interuallo, cùm interiecta ſint hæc: *Ipſe ego ſacra Ioui pro me, patriaq́; tribusq́; Cùm facerem natis.* Quibus verbis exemplum eius quod dixit, incipit proponere. Cur autem in proponendo exemplo non idem alijs verbis dicat? & cur, dum id facit, tanquam malæ vſus repetitione, accuſetur? Sic & alij plerique loci reprehenduntur, quorum defenſionem apud quemuis æquum iudicem ſuſcipere minimè dubitarem. Et ſunt tamen, fateor, nonnulli, in quos fortaſſe illa reprehenſio cadere dici poſſit: ſed ita, vt non minùs quoſdam Virgilianos ei eſſe obnoxios auſim contendere. Inter quos, &c. Hæc Stephanus.

600. EXIGVO TINX. SVBIECT. SANG. CVLTROS] Cùm victimarius iugulat pecudem, dicunt hoc poëtæ ſubijcere, ſeu ſupponere cultros. Virgil. 6. *Supponunt alij cultros, tepidumq́; cruorem Suſcipiunt pateris.* Exiguo autem ſanguine, quoniam tabe illa mortifera iam imminutus & concretus.

601. FIBRA QVOQ. ÆGRA NOT. VERI, &c.] Eatis, & fibris victimarum rimandis & inſpiciendis quid futurum eſſet, & quid vellent dij, cognoſcere ſe putabant. Virgil.

Aut ſi quam ferro mactauerat antè ſacerdos,
Inde neque impoſitis ardent altaria fibris,
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates.

602. TRISTES PENET. AD VISCERA MORBI] Quare fibra notas veri, & monitus deorum perdiderit. Quia morbus hic, ſanè triſtis, in ima viſcera penetrans, ea corrumpebat.

603. ANTE SACROS VIDI PROIECT. CAD. POST.] Ex ſequenti carmine patet, cur cadauera ante ianuas templorum, & ante ipſas aras proiecerint, vt dijs tot precibus & ſacrificijs nihil ad ferendam opem commotis, inuidiam crearent.

605. PARS ANIM. LAQVEO CLAVD.] intercludunt ſibi ſpiritum laqueo. Suſpendunt ſe. Lib. 6. de Arachne: *Laqueo animoſa ligauit Guttura.*

MORTISQ. TIMO[illegible] FVGANT moriuntur vltrò ne morte [illegible]antur. Qui timor ipſa morte interdum [illegible].

606. VLTR[illegible]ATA Fata veniunt. Qui vita[illegible] aut alia ratione extor[illegible] properare compellunt [illegible] 18 de Charonte, quem ſatellitem O[illegible]at.

——— *Hic leuare functum*
Pauperem laboribus
Vocatus atque non vocatus audit.

Vocata ergo mors eſt ea, qua ſemel quis afficit, de qua & Plinius libro 28. capite 1. *Ex omnibus bonis, quæ homini natura tribuit, nullum melius eſt tempeſtiua morte, in eaq́; id optimum, quòd illam ſibi quiſque præſtare poterit.* Αὐτοχειρίαν tacitè laudat Plinius, qui ſibimet manus ſcilicet crudeles afferunt, ſuimet carnifices. Quod item faciunt Seneca, & M. Tullius.

607 CORPORA MISSA NECI] corpora mortuorum. Obſerua, de morte non vi allata dictum. Alioqui Virg. 2. Æneid de Palamede:

——— *Quem falſa ſub proditione Pelaſgi*
Inſontem infando indicio, quia bella vetabat,
Demiſere neci.

NVLLIVS DI MORS FERVNT. FVNERIB.] Non efferuntur exequiali pompa, quam funus ſignificat: dictum à funalibus, quòd noctu cum facibus ad ſepulturam extra vrbem exportabantur.

608. NEQ. ENIM CAPIEB. FVNERA PORTÆ] Non ſatis erat portarum ad exportanda tot cadauerum millia. Extra vrbem, vt iam dixi, ſepeliebātur iuxta vias mortui. Solon etiam intra vrbem ſepeliri vetuit. Seruius Sulpit. ep. 12. lib. 4. de ſepulto ab ſe Athenis M. Marcello. Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra vrbem vt darent impetrare non potui, quod religione ſe impediri dicerent: neq; tamen id antea cuiquam conceſſerant. Quod proximum fuit, vt in quo vellemus gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academiæ (erat extra vrbem) locum delegimus, ibique eum combuſſimus. Et Cicero 3. Tuſculan. *Eſt ad portas Agragianas* (in Sicilia) *magna frequentia ſepulchrorum.* De ſepulchris in ipſa vrbe Roma, legatur Kirchmannus de Funerib. Roman. lib. 2. cap. 26.

609. AVT INHVMATA PREM. TERRAS, &c.] Partim inſepulta relinquebantur cadauera, partim rogis exurebantur indotata. Animata enim, & inanima, quæ defunctis chara cum primis fuiſſent, ſimul in rogum cremanda conijciebantur, eaq́; munera dicebantur. Stat. 3. Syluar.

——— *Nos non arſura feremus*
Munera, venturoſq́; tuus durabit in annos
Me monſtrante dolor.

Tibullus lib. 2. eleg. 4.

Seu veniet tibi mors, neque erit qui lugeat vllus,
Nec qui det mæſtas munus in exequias.

Græcis δῶρα, & ἐντάφια. Pyræ autem, ſeu rogi, ratione perſonarum habita, modò altiores, modò humiliores extruebantur. Hi tenuioribus & pauperibus; illi diuitibus & illuſtribus.

610. ETIAM REVERENTIA NVLLA EST] multitudo mortuorum confundebat omne diſcrimen,

mē nec patiebatur ordinis, aut rogi ratione doci. A

611. DE Q. ROOIS PVGNANT, &c.] qui altiorem, aut priorem haberet. Et præterea exurebatur, cui rogus proprius non erat extructus.

612. QVI LACRYMENT, DESVNT] extinctis omnibus propinquis, ac neceſſarijs: illorum enim eſt flere ſuos.

INDEFLETÆQVE VAGANT. NAT. MAT. &c.] Virg. 11. *Nos animæ viles, inhumata, infletaq́; turba Sternamur campis.* Corpore inſepulto, & iuſtis, in quibus lacrymæ propinquorum, nondum ſolutis, credebant animas defunctorum errare vagarique, nec poſſe ad loca deſtinata peruenire, & conquieſcere Hinc illa querimonia adhuc viuentium, ἄταφοι, ἄκλαυστοι.

614. NEC LOCVS IN TVMVL. NEC SVFF. ARA. IN IGN.] ὕστερον πρότερον: priùs enim cremantur corpora, inde cineres humi reconduntur. Sed nec illis cremandis arbores, nec his condendis terra ſufficiebat. Hic verſus longam & præclaram ſæuiſſimæ peſtilentiæ narrationem abſoluit. Extat item lib. 4. Ioannis Cantacuzeni, quem nos in Latinum operâ noſtrâ conuerſum annis ſuperioribus edidimus, cap. 8 generalis cuiuſdam & horribilis peſtilentiæ deſcriptio admodum luculenta, quam quia volumen illud paucis adhuc notum eſt; & quia libenter lectum iri propter admirabilitatem confido: poſtremò, quia ſimul docet, quantopere ad morum emendationem profuerit, huc ad verbum tranſſcribam.

Ex Hiſtoria Joannis Cantacuzeni de Andronicis Impp. auo, & nepote, peſtilentiæ atrociſſimæ, & latiſſimè graſſantis accuratiſſima ecphraſis.

A Scythis Hyperboreis incipiens, ferme omnes oras maritimas peruaſit, magnamq́; indigenarum partem abſumpſit. Nec enim Pontum tantummodo, Thraciam, Macedoniam, ſed etiam Helladem, Italiam, inſulas omnes, Aegyptum, Libyam, Iudæam, Syriam, & orbem propè vniuerſum in circuitu permenſa ac peruagata eſt. Sic autem erat incurabile malum, vt neque vlla diæta, neque robur corporis poſſet reſiſtere, cùm omnia æquè valida, vt imbecilla corpora proſterneret: quiq́; maxima impenſa curabantur, non ſecùs ac pauperrimi moriebantur. Et vacabat quidem à morbis cæteris annus ille. Quòd ſi quis etiam antè aliquantum ægrotaret, omnia in illud morbi genus ſe exonerabant. Muſſabat ars medicorum tota. Nec ſimiliter omnes occupabat: ſed alij quidem continuò nec paulùm durantes, ipſo die, quidam ipſa hora ponebant animas. Quotquot autem biduum triduúmve reſtitiſſent, primùm quidem febrim habebant acutiſſimam, & morbo caput inuadente, elingues, & ad omnia quæ fierent ſtupidi reddebantur: ac velut ſomno profundo abſorbebantur. Sin fortè ad ſe redirent, loqui nitebantur illi quidem: ſed hæreſcente lingua, multa inarticulata, nerui in occipitio emortuis promebant, exſpirabantq́; celerrimè. Alijs non in caput, verùm in pulmones malum incidens, mox præcordia inflammabat, & dolores acutos circum pectus afferebat, & ſputa ſanguine contacta eijciebant; atque è viſceribus ſpiritum tetrum foras odorem voluebat. Fauces, & lingua calore exarueránt, nigra, & ſuffuſa ſanguine: nec plus proficiebāt ſi multum, quàm ſi parum biberent. Somno vti nullo poterant, & vndequaque angebantur. In brachijs ſupra & infra, non pauci item in maxillis, & quibuſdam in alijs corporis partibus abſceſſus, ſiue vlcera, his maiora, illis minora exiſtebant, & nigra papula enaſcebantur. Quibuſdam velut atra ſtigmata per totum corpus erumpebant; alijs rariora, ma- B *giſq́; conſpicua, alijs denſiora, & obſcuriora: & omnes perinde ex his omnibus moriebantur. Nonnullis enim cuncta hæc, alijs plura aut pauciora contingebant. Compluribus vnicum tantummodò ex iſtis omnibus mortiferum erat. Quicunque verò de multis pauci euaſerant, non ampliùs eo malo corripiebantur ſic, vt etiam interirent: quamobrem rurſus correpti, bene confidebant. Fiebant porrò magni abſceſſus in femoribus, aut in brachijs: quibus ſectis, multa & fœtida ſanies effluebat, & morbus turbante materia ſic emiſſa leuabatur. Complures his vniuerſis obſeſſi, præter opinionem conualeſcebant. Nec vllum vndecunque certum auxilium inueniebatur. Quod enim vni ſalutare, alteri idem patienti venenum erat: alterq́; ab alterius curatione morbum indipiſcebatur; & aceruabantur funera, quibus multæ domus vacuabantur; cùm & incolæ, & bruta animantes vnà cum dominis vitam redderent. Sed nihil erat deſperationis miſerabilius. Cùm enim quis iam ægrum ſe ſentie-* C *bat, ſpes nulla incolumitatis relinquebatur; ac deſperabundi ſemetipſos abijciebant, morbumq́; non mediocriter iſta deiectione triſtitiaq́; augentes, repentè animas efflabant. Species igitur iſta luis ſatis exprimi verbis non poteſt. Vnde maximè intellectum eſt, non naturæ humanæ quiddam agnatum & conueniens, ſed diuinitus immiſſam caſtigationem fuiſſe: multiq́; inde ad ſanitatem mentis reuerſi, meliores euaſerunt; non illi modò, qui ea peſte morte occubuerunt: ſed quotquot eâ liberati vitam retinuerunt. Tunc enim vitijs omnibus deſertis, virtuti ſtudebant; & multi facultates ſuas in pauperes diſtribuebant, etiam priuſquam à morbo illo inuaderentur. Quòd ſi affectos ſe deprehenderent, nemo tam lapideus erat, animoq́; planè immedicabili atque inſanabili, vt non pœnitentiam de peccatis ſuis præſeferret, Deo apud tribunal illud ſui ſaluandi aliquam occaſionem daret.*

Iuppiter Æacum filium tantam cladem deplorantem, & inſtaurando populo tot ciues, quot in quercu formicæ, optantem exaudit. Tranſeunt illæ in homines: inde Myrmidonas nominat Æacus. Atque hinc gens illa tam parca, laborioſa, quæſitique tenax, quoniam formicarum progenies.

XIII. ATTONITVS tanto miſerarum turbine rerum,
Iuppiter ô,dixi,ſi te non falſa loquuntur
Æginæ amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe:
Nec te,magne pater,noſtri pudet eſſe parentem:
Aut mihi redde meos:aut me quoque conde ſepulchro.
Ille notam fulgore dedit,tonitrúque ſecundo.
Accipio, ſintque iſta precor fælicia mentis
Signa tuæ,dixi,quæ das mihi pignoris omen.
Fortè fuit iuxtà patulis rariſſima ramis
Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonæo.
Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugoſóque ſuum ſeruantes cortice callem.
Dum numerum miror,Totidem, pater optime,dixi
Tu mihi da ciues,& inania mœnia ſupple.
Intremuit,ramiſque ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus. pauido mihi membra timore
Horruerant: ſtabántque comæ:tamen oſcula terræ,
Roboribúſque dedi:nec me ſperare fatebar,
Sperabam tamen,atque animo mea vota fouebam.
Nox ſubit:& curis exercita corpora ſomnus
Occupat.ante oculos eadem mihi quercus adeſſe,
Et rami totidem,totidémque animalia ramis
Ferre ſuis viſa eſt,paritérque tremiſcere motu:
Graniferúmque agmen ſubiectis ſpargere in aruis:
Creſcere quod ſubitò maius maiúſque videtur,
Ac ſe tollere humo,rectóque aſſiſtere trunco,
Et maciem,numerúmque pedum,nigrúmque colorem
Ponere,& humanam membris inducere formam.
Somnus abit damno vigilans mea viſa:querórque
In ſuperis opis eſſe nihil ſed in ædibus ingens
Murmur erat, vocéſque hominum exaudire videbar
Iam mihi deſuetas.dum ſuſpicor has quoque ſomni
Eſſe,venit Telamon properus, foribúſque recluſis
Spéque fidéque pater, dixit, maiora videbis.
Egredere.egredior: qualéſque in imagine ſomni
Viſus eram vidiſſe viros,ex ordine tales
Aſpicio,noſcóque.adeunt,regémque ſalutant.
Vota Ioui ſoluo: populiſque recentibus vrbem
Partior,& vacuos priſcis cultoribus agros:
Myrmidonáſque voco:nec origine nomina fraudo.
Corpora vidiſti,mores,quos antè gerebant,
*Nunc quoque habent.*PARCVM GENVS EST,PATIENSQVE LABORVM,
QVÆSITIQVE TENAX,ET QVOD QVÆSITA RESERVET.
Hi te ad bella pares annis animiſque ſequentur.
Cùm primùm,qui te fæliciter attulit Eurus
(Eurus enim attulerat)fuerit mutatus in Auſtros.

615. ATTONIT.T. MISER.TVRA.RER.] Perculſus & obſtupefactus tanta rerum perturbatione & miſeria. Cic. 1. de Orat. *Maxima moleſtiarum, & turbulentiſſima tempeſtates.*

616. SI TE NON FALSA LOQ. &c.] ſi verum eſt quod perhibent de te, & Ægina: &, ſi verè es pater ex illa meus, nec te mei pudet. *Falſa* pro falſò, vt Græcis adiectiua numero multitudinis ſumuntur pro aduerbijs etiam cum articulo: *πολλὰ multùm, μεγάλα magnificè, τὰ τελευταῖα poſtremò*, &c.

617. ASOPIDOS ÆGINÆ] Mariang. Accurſius ſic in Diatriba verſum conſtituit: *Iſſe ſub amplexus Æginæ Aſopidos ignem.* Iupiter enim vt notum, in ignem mutatus virginem, compreſſit. Hinc priore libro dictum: *Aſopida Inſerit ignis.*

619. AVT MIHI REDDE MEOS, AVT ME QVOQ. &c.] Non poteſt viuere Æacus, populo tantopere diminuto. Proinde rogat Iouem, vt numerum amiſſorum ſibi vndecunque reparet: aut ſe quoque ad illos aggreget. Suprà:

Quid mihi tunc animi fuit, aut quid debuit eſſe?
Vt vitam odiſſem, & cuperem pars eſſe meorum.

620. ILLE NOT. FVLG. DEO. TONITRVQ. SECVNDO] Signum proſperum & precibus & votis annuentis. Id plerumque à ſiniſtris mundi partibus dabatur. Apud Virgil. 2. Æneid. ſecundùm preces Anchiſæ ſuper Aſcanio nepote: *Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoq́, fragore Intonuit læuum.* Vide ibidem Symbol. meas.

622. QVÆ DAS MIHI PIGNORIS OMEN] quę das mihi pignus, & omen.

623. PATVLIS RARISS. RAMIS] quia de ſemine *Dodonæo* erat illa quercus, è ſurculo nimirum quercus cuiuſpiam *Dodonei* nemoris, cui nulla reperiebatur origine ſimilis in ea inſula, ideò rariſſima. Non enim ad ramos referendum eſt hoc epitheton, vt ſignificet quercum pauciſſimos & minimè denſos habuiſſe ramos.

624. SACRA IOVI QVERCVS] Oſtendimus libr. 1. quæ arbores, quibus dijs ſacræ. Ioui quidem dicara eſt quercus.

DE SEMINE DODONÆO] *Dodona* vrbs Epiri, & iuxta eam nemus, ſiue ſylua quercubus refertiſſima. In eadem ſylua Iouis templum, cum oraculo celeberrimo. Huius nemoris arbores ipſas vocales fuiſſe, & conſulentibus reſponſa dediſſe prodiderunt. Virgil. 2. Georg. *Atq; habita quondam Graijs oracula quercus* Sophocles Trachinijs quercum Dodonæam *πολύγλωσσον* dixit; vel de oraculorum multitudine: vel quia vnicuique ederentur idiomate proprio. Rhodigin. lib. 13. Antiqu. Lect. c. 4.

625. HIC NOS FRVGILEG. ASPEXI. AGMINE LONO. &c.] Riuulus hic de fluuio Maroniano deductus eſt, nihil certiùs Sicille 4. Æneid.

Ac velut ingentem formica farris aceruum
Cùm populant, hyemis memores, tectoq́, reponunt:
It nigrum campis agmen, prædamq́, per herbas
Conuectant calle anguſto: pars grandia trudunt
Obnixa frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Caſtigantq́, moras: opere omnis ſemita feruet.

Conſiderat hoc inſectum Plinius libr. 11. cap. 30. quod totum ad Ouidianum locum mirè facit. *Si quis*, inquit, *compararet onera corporibus earum. fateatur nullis portione vires eſſe maiores*, &c.

627. RVGOSOQ. S. SERVANT. CORT. CALLEM] Per arborem & corticem eius aſperum, permitum A eſt eadem ſemper via formiculas aſcendere, & deſcendere, cùm oculis careant.

628. DVM NVMER. MIROR.] longum quippe erat agmen.

629. TOTIO. TV MIHI DA CIVES] quot ſint enim, tu ipſe noſti. Ego tantummodo parem ciuium numerum peto, & maximum quidem, quò inanitates vrbis & inſulæ meæ expleantur.

630. INTREM. RAMISQ. SON. SINE FLAM. &c.] Indicium hoc Iupiter dedit aſſenſus ſui, & precis exauditæ.

631. PAVIDO MIHI MEMB. TIMOR. HORR.] Virgilius 3. Æneid. *Mihi frigidus horror Membra quatit.* Plaut. Amphitr. *Nam mihi horror membra percipit dictis tuis.*

632. STABANTQ. COMÆ] 3. Æneid. *Obſtupui, ſteteruntq́, coma.* Ibid. *Arrectaq́, horrore coma.*

B TAMEN OSCVLA TERRÆ, ROBORIBVSQ. DEDI] Exoſculatus eſt terram, vnde exiſtebat arbor illa, & ipſam arborem, propter myſterium à Ioue inſinuatum, & mox te ipſa complendum.

633. NEC ME SPERARE FATEB.] fatebar me non ſperare. Fatebatur autem ſibi, nam ſecum muſſabat.

634. SPERAB. TAMEN, ATQ. ANIMO, &c.] non ſperabam & ſperabam, & quod cupiebam, animo mecum reuoluebam.

635. CVRIS EXERCITA CORP. SOMN. OCCVPAT] non ſomno & quieti, dies curis & laboribus à Deo deſtinatus eſt. Georg. 4. *Feſſoſq́, ſopor ſuus occupat artus.* Et 2. Æneid. *Sopor feſſos complectitur artus.* Quo

C autem pacto curis exercita corpora, cùm animum potiùs exerceant curæ (vnde & *θυμοβόροι, animum exedentes, vaſtantes, mordentes*) ſicut labores corpus? *συμπάσχουσι* hæc duo, & vtriuſuis bona ac mala in alterum redundant. Itaque curæ & ſollicitudines mentis, etiam corpus defatigant ac macerant.

636. ANTE OCVLOS EAD. MIHI QVERCVS] ſomnium admirabile.

639. GRANIFERVMQ. AGMEN] *frugilegas* paulo antè vocabat.

640. CRESCERE QVOD SVBITO, &c.] *μεταμόρφωσις* formicarum in homines.

641. RECTOQ. ASSISTERE TRVNCO] Truncus media pars corporis, à collo vſque ad inguina, de quo Nigid. Caput collo vehitur, truncus ſuſtinetur coxis, & genibus, cruribuſque. *Recto trunco* *ὀρθοδίχῃ*, erecto corpore.

D 644. DAMNO VIGILANS MEA VISA] non placent mihi iſthæc ſomnia mea.

QVERORQ. IN SVP. OPIS ESSE NIHIL] fruſtra ſe Iouem inuocaſſe exiſtimabat.

647. IAM MIHI DESVETAS] quales antè non audieram. *Deſuetas* dixit pro inſuetas.

DVM SVSP. HAS QVOQ. SOMNI ESSE] eſſe non veras, ſed quales per ſomnium audieram.

648. VENIT TELAMON PROPERVS] curſu venit ad me filius natu maximus: tres enim habebat.

649. SPEQ. FIDEQ. MAIORA VIDER.] Quæ maiora ſunt fide, etiam ſpe maiora ſunt: nemo enim quæ non credit poſſe fieri, ea futura ſperat. Contrà creduntur, quæ tamen non ſperantur. Ad rem igitur exaggerandam addit *ſpe maiora.*

650 IN IMAGINE SOMNI] in ſomnis, vbi rerum imagines facultas imaginatrix, Græcis *φαντασία*, menti obijcit.

651. Ex ordine tales aspicio] vſque à primo ad vltimum, nullo diſcrimine.

652. Adsvnt, regemq. salvtant] quaſi auctorem ſuum agnoſcentes: illique quòd nati erant, acceptum referentes, & gratias agentes.

653. Vota Iovi solvo] Ioui pro re impetrata gratias ago, & ſacrifico: nihil enim voto concepto promiſerat.

Popvlisq. recent. vrb. part. &c.] loca vrbis cuique ad habitandum, & partes agri ad colendum deſigno.

655. Myrmidon. voco, nec orig. &c.] Impono illis nomen, quod eorum originem, ex formicis nimirum (μύρμηξ enim formica) declaret. Hypallage *Nomina non fraudo*, non priuo origine, pro, originem non fraudo ſuo ac proprio nomine. Quoniam prodierunt ex formicis, *ἐκ μυρμήκων*, *Myrmidonas* appello.

656. Corpora vidisti] Tu, Cephale, aſpexiſti iam, quo corporis habitu ſint iſti Myrmidones.

Mores qvos ante gereb. &c.] retinent mores ſuos etiamnunc, in homines conuerſi. Quinam Amores illi?

657. Parcvm gen. est, pat. lab. &c.] Prædicantur Myrmidonês formicarum laudibus. Sunt enim parcæ, laborioſę, partorum tenaces, & cuſtodes diligentes. Quę ad duo capita reuocantur, parſimoniam, & laborem. Eorum contraria ad otium, & effuſionem Olet hîc locus Horatium, cuius ſunt hi verſus lib. 1. ſat. 1.

> *Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris,*
> *Ore trahit quodcunq; poteſt, atque addit aceruo,*
> *Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.*
> *Quæ ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum,*
> *Non vſquam prorepit, & illis vtitur antè*
> *Quæſitis patiens.*

659. Pars annis, animisq.] ſimul oriebantur, ac pares præferebant animos.

661. Fverit mvtat. in Avstros] E regione reſpondet *Euro Zephyrus*: à latere autem *Auſter*, vapore ſpirans à meridie. Videndum igitur, quo pacto per Auſtrum redire domum potuerit Cephalus, & rediiſſe affirmat initio libri ſequentis: *Dant placidi curſum redeuntibus Auſtri.*

Æacum manè ſalutatum acceſſurus Cephalus, à Phoco retinetur, & de iaculo pulcherrimo interrogatur. Reſponſionis ſumma eſt. Procrin ſibi coniugem fuiſſe chariſsimã. Illam in montes ab ſe aufugiſſe; venatibus operatam eſſe. Victam tandem precibus reuerſam, hoc iaculum ſibi cum celeri cane donaſſe.

XIV.

Talibvs, atque aliis longum ſermonibus illi
**Impleuere diem. lucis pars vltima menſæ* *Detinuere
Eſt data, nox ſomno. iubar aureus extulerat ſol:
Flabat adhuc Eurus, rediturâque vela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus, ſimul & Pallante creati
Conueniunt: ſed adhuc regem ſopor altus habebat.
Excipit Æacides illos in limine Phocus:
Nam Telamon, fraterque viros ad bella legebant.
Phocus in interius ſpatium, pulchróſque receſſus
Cecropidas duxit: cum queis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit Æoliden ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum, cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca priùs mediis ſermonibus ille locutus,
Sum nemorum ſtudioſus, ait, cædiſque ferinæ:
Qua tamen è ſylua teneas haſtile reciſum,
Iamdudum dubito. certè ſi fraxinus eſſet,
Fulua colore foret: ſi cornus, nodus ineſſet.
Vnde ſit, ignoro: ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit Actæis è fratribus alter, & vſum

Maio-

Maiorem ſpecie mirabere, dixit, in iſto.
Conſequitur quodcunque petit; fortunáque miſſum
685. *Non regit: & reuolat nullo referente cruentum.*
Tum verò iuuenis Nereius omnia quærit:
Cur ſit, & vnde datum, quis tanti muneris auctor.
688. *Quæ petit, ille refert, &c.*
754.** *Dat mihi præterea (*coniux*) tanquam ſi parua dediſſet*
Dona, canem munus: quem cùm ſua traderet illi
Cynthia, Currendo ſuperabit, dixerat, omnes.
757. *Dat ſimul & iaculum, manibus quod cernis habere.*

663 IMPLEVERE DIEM] conſumpſerunt. Totum diem quàm longus eſt in his & ſimilibus ſermonibus tranſegerunt. Gebhardus reſcribit *Detinuere diem*, cuius explanationem lege ſis Crepund. lib. 1. cap 9.

LVCIS PARS VLT. M. EST DATA] Si legas *vltima* cum Mariang. Accurſio, reſpondebit antegreſſis de toto die varijs ſermonibus tranſacto, & ſequentibus de nocte, cœnam conſecuta. Si verò *pars optima*, partem optimam lucis, hoc eſt diei, intellige maiorem partem. Acceptus eſt namque Cephalus regali conuiuio, quod in horas aliquot produci potuit.

664. NOX SOMNO] hoc natura vult. Sed ſunt qui totam noctem epulis, & poculis, & ſaltationibus impendunt, deinde in meridiem vſque ſtertunt, ſanitatis cauſſa, vt opinor, noctem in diem, & diem in noctem vertentes. λυχνόβιοι. *Somno* ſcripſiſſe poëtam arbitror, non *ſomnis*. Itaque correxi. *Menſa & ſomno* iunguntur meliùs, quàm *menſa, & ſomnis.*

IVBAR AVREVS EXTVLERAT SOL] Lib. 15. *Nitidum caput extulerat ſol.*

665. FLABAT ADHVC EVRVS, &c.] Aduerſo flumine nauigari tamen ratibus & nauigijs poteſt per helciarios: at non aduerſo vento in mari. Exſpectandi igitur venti ſecundi.

666. AD CEPHAL. PALLANTE NATI, &c.] Pallantis Athenienſis filij duo, Clytus & Butes, Pandionis regis nepotes, vt dictum antea, legationis ſocij Cephalum, natu vtroque grandiorem manè accedunt. Ille cum iis dem regem ſalutatum vadit.

668. SED ADHVC REG. SOPOR ALTIVS HABEB.] Somnolentiam regis notat, cùm Homerus ne totam quidem noctem reges dormire velit.

669. EXCIPIT ÆACID. PHOCVS] vnus de tribus Æaci filijs, natu minimus, ante cubiculum, ſeu conclaue regis occurrens, illos ſermone ſuo detinet.

670. NAM TELAM. FRATERQ. VIR. &c.] Cur hic potiſſimùm? quia Peleus, & Telamon ſeniores delectum agebant, militem conſcribebant, qui cum Cephalo Athenas pro ſuppetiis diſcederet.

671. IN INTERIVS SPAT. PVLCHROSQVE RECESS. &c.] Non conueniebat ſtantes diutiùs detineri: ſeſſum ergo eos ad ſermonem cum iis habendum in locum abditiorem & elegantem deduxit.

673. ASPICIT ÆOLID. IGNOT. EX ARB. &c.] Deioneus, Salmoneus, & Cretheus fuerunt Æoli filij, Cephalus Deionei. Ergo nepos Æoli, à quo Æolides dicitur πατρωνυμικῶς. Commendatio iaculi ex

A materia. Lignum erat minimè vulgare, & cuſpis inaurata.

675. PAVCA PRIVS MED. SERMON. &c.] pauca præfatus, antequam de iaculo reſponderet, de quo Phocus audire geſtiebat, quoniam in eo defixos tenebat oculos.

676. SVM NEMOR. STVDIOS. CÆDISQ. FERINÆ] Per ambages, & paulatim ad extremum venitur, eſſe ſcilicet donum vxoris, & ſpargitur in perſonas narratio δραματικῶς. Primùm itaq; reſpondet Cephalus, gerere ſe iaculum vt venatorem. Venatores verſantur in ſyluis & nemoribus, portantes iacula & tela, feris quas inuenerint, perimendis.

677. QVA TAMEN SYLVA TEN &c.] Verba ſunt
B Phoci, quærentis, cùm ſe dicat ſtudioſum nemorum, è quo nemore, ſeu ſylua illud iaculum reciderit, vt inde eius nobilitatem æſtimare poſſit. Non præmittit autem *at, inquit, tum Phocus*, aut ſimile. Sic enim fit aliquando in dialogis, cùm ex ipſa ſententia quis loquatur ſatis apertum eſt.

678 SI FRAXIN. ESSET, FVLVA COLOR. FORET] non eſſe à qualicunque ſylua, colligit; quia nec ex qualicunque arbore. Si enim è fraxino, lignum fuluum: ſi è corno, eſſet nodoſum. At neutrū eſt, ergo.

680 SED NON FORMOSIVS ISTO VID &c.] Elegantiſſimum iaculum, cui ſimile nunquam vidi.

682 EXCIP. ACTÆIS FRATRIB. ALTER] Vel Clytus, vel Butes Athenienſis auget in Phoco admirationem iaculi.

VSVM MAIOR. INSPICIE MIRABERE] vtilius
C eſt quàm pulcrius. Magis ex vſu, quàm ex viſu mirabetis.

684. CONSEQVITVR] Ex aquifolia confectum hoc iaculum apparet, ſi vera de eo C. Plinius libr. 24. cap. 13. narrat: *Baculum* (emendat Mariang. Accurſius *iaculum*) *ex aquifolia factum, in quoduis animal miſſum, etiam ſi citra ceciderit defectu mittentis, ipſum per ſeſe recubitu propius allabi. Tam præcipuam naturam in eſſe arbori.*

CONSEQVITVR QVODCVNQVE PETIT, &c.] Duas huius iaculi virtutes affert. Tangit quidquid petit iaculator ſi fortis: nunquam incaſſum mittitur. Redit ad eundem per ſe, vt ſi eſſet animatum & intelligens. Gratianus Auguſtus, Valentiniani I. filius iam peritus & fœlix ſagittando fuiſſe ſcribitur, vt tangeret quidquid peteret, quaſi tela ſenſu prædita mitteret. Libr. 5. haud ita procul ab initio de quodam & iaculandi & ſagittandi peritiſſimo:

Ille quidem iaculo quamuis diſtantia miſſo
Figere doctus erat: ſeu tendere doctior arcus.

686. Iv-

686. IVVEN[illegible]S NEREIVS] Phocum Æacus ex Pſamathe Nerei filia procreauit. Ergo Nerei nepos. Alios duos ex Endeide Chironis, aut Scironis filia. Non igitur erant vterini.

OMNIA QVÆRIT, CVR SIT, &c] T[illegible] videtur quærere. Sed vnde datum, quis tant[illegible] muneris auctor, non niſi vnum eſt. Cauſſam ergo do[illegible]i dati, & ipſum datorem vult cognoſcere. Animaduerte de ſylua non reſponderi.

688. QVÆ PETIT, ILLE REFERT] ad rogata reſpondet.

754. DAT MIHI PRÆTEREA TANQ[VAM] SI, &c.] Tanquam parua dediſſet, ſe mihi reddendo, cùm eo A maius nihil dar[e] potuerit, dat præterea [illegible] canem, ſibi donatum a Diana, & [illegible] ce[l]eritate ſumma commendatum.

757. DAT [illegible] VI MANIB. [illegible] CER &c.] De cane nihildum [illegible] bat Phocus de iaculo ſci[illegible] itabatur, [illegible]ur, & à [q]uo donatum eſſet. Docuit ab vxore donatum, & occaſionem ip[ſ]am donationis copi[o]s[e] demonſtrauit. Vnde etiam liquet cur donauerit [illegible] nempe ad reconciliatæ gratiæ fidem maiorem, & ad vſum venaticum Hemiſtichium poſtremi verſus Andr. Naugerius ita legit: *quod nos, vt cernis, habemus*: cui ſub[ſc]ribo.

Agit Cephalus de canis ſui Lælapis virtute in fera inſectanda, pecori & agreſtibus ſummopere infeſta. Eam Themis in agrum Thebanum immiſerat, quòd Thebani eius fanum propter reſponſorum obſcuritatem euerterant. Ambo denique, & canis, & bellua in ſaxa transformati ſunt.

XV.

MVNERIS alterius quæ ſit fortuna requiris?
Accipe mirandum: nouitate mouebere fac[t]i.
Carmina Naiades non intellecta priorum
Soluunt ingenijs: & præcipitata iacebat
Immemor ambagum vates obſcura ſuarum,
Scilicet alma Themis: nec talia liquit inulta,
Protinus Aonijs immiſſa eſt bellua Thebis:
Ceſſit & exitio multis, pecorique, ſibique.
Ruricolæ pauere feram. vicina iuuentus
Venimus, & latos indagine cinximus agros.
Illa leui velox ſuperabat retia ſaltu,
Summáque tranſ[il]bat poſitarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus: quos illa frequentes
Effugit: & cœtum non ſegnior alite ludit.
Poſcor & ipſe meum conſ[e]nſu Lelapa m[a]gno.
(Muneris hoc nomen iam dudum vincula pugnat
Exuere ipſe [ſu]i, col[l]ique morantia tendit.
Vix bene miſſus erat: nec iam poteramus, vbi eſſet
Scire: pedum calidus veſtigia puluis habebat.
Ipſe oculis ereptus erat, non ocyor illo
Haſta, nec excuſſæ contorto verbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medij ſubiectis imminet aruis.
Tollor in hunc: capióque noui ſpectacula curſus:
Quo mod[ò] d[e]pr[e]ndi, modò ſe [ſ]ubducere ab ipſo
Vulnere viſa fera eſt: nec limite callida recto,
In ſpatiumque fugit: ſ[e]d decipit ora ſequentis,

Et

Et redit in gyrum, ne ſit ſuus impetus hoſti.
Imminet hic, ſequitúrque parem: ſimiliſque tenenti
*Non tenet: & * vanos exercet in aere morſus.* *vacuos
Ad iaculi vertebar opem; quod dextera librat
Dum mea, dum digitos amentis addere tento,
Lumina deflexi: reuocatáque rurſus eôdem
Rettuleram, & medio (mirum) duo marmora campo
Aſpicio: fugere hoc, illud latrare putares.
Scilicet inuictos ambos certamine curſus
Eſſe deus voluit, ſi quis deus affuit illis.

758. MVN. ALTER. QVÆ SIT FORT. &c.] Si A noſſe cupis, quæ conditio fuerit, & qualem mun[us] alterum, canis videlicet, accipe rem admiratione dignam.

760 CARMIN NAIAD. NON INTELL. &c.] Naiades nymphæ *ſoluunt carmine* (ſic enim puto emendandum. Quænam enim *carmina ſ[o]luerent*? An illis ænigmata carminibus comprehenſa proponebantur, quæ ſoluerent à non intellecta priorum ingenijs. Futura carmine prædicunt, quæ antea non fuerunt ſcita & cognita. Sin probamus *carmina*, tum ſententia ſit fortaſſe hæc. Naiades Themidis oracula obſcuritatibus inuoluta, quæ carmine dabat, & ob eam cauſſam iam negligebatur, vt ænigmata ſoluunt & explanant.

761. ET PRÆCIPIT. IACEB. IMMEM. ARBO. &c. Deiectum & deſtructum iacebat almæ Themidis ſacellum: quæ cùm ſe flocci fieri videret, de B reſponſis reddendis, quæ tenebris implicita ſolebat reddere, ampliùs non cogitabat. De oraculo Themidis l. 1. quod ad reparandum genus humanum eluuione deletum Deucalion & Pyrrha coniuges conſuluerunt. Ibid de obſcuritate:

Interea repetunt caeca obſcura latebris
Verba datæ ſortis ſecum, inter ſeq; volutant.

763. NEC TA[MEN] IA LIQUIT INVLTA] Iam grauem iniuriam templi ſui pecoris diruti, & contemptus perſecuta eſt.

764 P[ESTEM] OTIN AON. IMMISS E. BE[L]L. TH[E]B.] Aonia eſt pars Bœotiæ, & quia plures ſunt Thebæ, diſtinguit hoc epitheto ab alijs. Belluam porrò hanc cui non nominat, vtrùm ne, an aper, an taurus? Vulpes fuit, quod teſtatur Pauſan. in Bœoticis.

765. CESSIT ET EXITIO MVLT. PECOR. &c.] fuit C multis hominibus & pecudibus pernicioſa, & ſibi tandem, quia in ſaxum abijt.

766. RVRICOLÆ PAVERE FERAM] inuadebat enim illos, & dilaniabat. Meritò itaque illam timebant.

767. ET LATOS INDAG. CINXIM. AGROS] Virg. 4. Æneid. *Dum trepidant alæ, ſaltuſq; indagine cingunt.* Vbi *indago* eſt plagarum ſeries, in varros arrectarum, id eſt, in furcas venatorias. Vide Symbola pag. 135.

768. ILLA LEVI VEL. SVPERAB. RET. SALT.] Vnde apparet, non fuiſſe vaſtam aliquam, ſed minorem & agilem beſtiam.

769. P[ER] SITAR. LINA PLAGARVM] Virgil. 4. Æneid. *Retia rara plagæ.*

770. COPVLA DETRAH. CANIB.] 5. Triſt. elegia 10.

A *Vtq; canem pauidæ naſum veſtigia ceruæ*
Latrantem fruſtra copula dura tenet.

Funiculum, ſeu habenas intellige, quibus venatores canes ſuos venarum profecturi inter ſe coniungunt & copulant. Qua notione apud alium neminem hoc verbi reperiri credit Ciofan. Quod mox ſubdit de cane ſuo Lælape Cephalus: *Iam dudum vincula pugnat Exuere ipſe ſibi, colloq; morantia tendit*, non poteſt dici *copula*, cùm non copularit, propriè quidem; ſed ἀκύρως tamen habenæ illæ, quibus vel vnus aſtrictus ducitur venaticus, ſic dici poſſunt.

QVOS ILLA FREQ. EFFVG. &c] in multitudine canum non fuit qui eam aſſequeretur. Turbam autem iouenum, vt auis è nido euolans, eluſit.

772. POSCOR ET IPSE MEVM C. LÆLAP. &c.] Omnes vno ore me rogabant, vt Lælapem meum dimitterem: erat enim cæteris omnibus præſtantior, & conabatur ipſe ſibi vinculum quo teneba- B tur detrahere dentibus, & per collum illud collate trahendo diſtendebat.

775. VIX BENE MISSVS ERAT, &c.] Compluſculis verſibus, & comparationibus canis huius incredibilem velocitatem declarat.

779. G[O]RTYNIACO AB ARCV] Cretenſi, *Gortyna* enim Cretæ oppidum: Cretes optimi ſagittarij.

780. COLLIS APEX MEDII, &c.] in medijs agris eſt collis, in cuius verticē aſcendo vt nouū curſum (propter inuſitatam canis velocitatem) conſpiciam.

782. QVI MODO DEPRENSI, &c.] iam roſtro premebat feram Lælaps; iam dentibus eius elabebatur rurſum.

783. NEC LIMITE CALLID. RECTO, &c.] Fatigabat enim canem in gyrum, non in ſpatium di- C rectum currendo. Et *callida*, quia vulpes, vt dictum, cuius animalis aſtutia prouerbio celebratur.

785 NE SIT SVVS IMPET. HOSTI] neceſſe erat imminui & retardari canis impetum conficiendis illis orbibus.

786. IMMINET HIC, SEQVIT. PAREM, &c.] nunc imminet, & aſſequitur; nunc ſequitur ſibi parem in curſu, tenens non tenet, & latratus fruſtra exercet.

788. AD IACVLI VERTEBAR OPEM] Quod à cane non habebam, à iaculo petendum ratus ſum, de cuius virtute ſuprà.

789. DVM DIGIT. AMENTIS ADDERE TENTO] De amentis, & amentatis haſtis, atque iaculis dicendum aliquid. Ex veteri Onomaſtico exponit Turnebus l. 18. Aduerſar. cap. 5 corrigiam lanceæ, quæ etiam anſula eſt ad iactum, quę, vt idem notat lib. 30. cap. 2. Virgil. *lenta, agella* vocatur, cùm ita ſcripſit,

ſcripſit, *tereteſ ſunt aclides illi Tela: ſed hac lento mos eſt aptare flagello*, loreo amento. Cum enim loro flagella nunc, per Tranſnominationem lorum videtur *flagellum* dixiſſe, &c. Sic Turneb. Idem poëta l. 9. *Intendunt acres arcus, amentaq; torquent.* Eo quem locum ex Lipſij Poliorcet. lib. 4. dialog 4. ſymbolam confecimus. In ea eſt his ipſis verbis. Amentum non aliud fuit, quàm lorum reuinctum in haſta, medio circiter, quod manu deinde, & primoribus digitis illigabant leuiter, in emiſſu cum impetu ſoluendum. Lege auctorem illum copioſius & explicatiùs multa inſuper huc pertinentia diſſerentem. Vſus eſt & M. Tullius μεταφορικῶς 1. de Orat. pro argumentis, & probationibus firmioribus: *Vt ſi quis, cùm haſtas amentatas ab aliquo acceperit,* A *eas ipſe oratorijs lacertis viribusq; torſerit.* Hic autem *inderi* quàm *addere* aptius legendum videri monuit in Diatriba Mar. at g. A. cu. tus.

790. LVMINA D[illegible] FLEXI circumſpexi.

R[illegible]O AIAQ[illegible] IOD. RE[illegible]V[illegible] ad priorem proſpectum.

791. ET MEDI[illegible] DVO MARM. CV[illegible] SVAS I[illegible] IO[illegible] Sæpè in his libris ma mo pro [illegible]pide ſpecies pro genere.

792. FVGERE HO[illegible] L[illegible]SO LATRARE PVT. fugere vulpem, ſequi canem: a[illegible] e[illegible]s faucibus, vt in latratu.

793. S[illegible]ILIC TINVIC [illegible]AMB. &c. Si diuinitus hoc geſtum eſt, deus ille, quicunq; fuit, [illegible] bos voluit inuictos manere, ideoq; in lapides conuertit.

Caſus miſerabilis. Cephalus, & Procris in coniugio viuebant amantiſsimè. Ille venationi deditus, & feris perſequendis ad ſudorem vſq; aliquando delaſſatus, refrigerando corpori identidem auram vocare. Procris falſo decepta nuntio, & rata nympham quampiam huius nominis a marito accerſiri, inter virgulta delitens, quid fieret obſeruare. Cephalus ex virgultorum motu, feram aliquam latitare ibi opinatus, vxorem optimam iaculo transfigit. Morientis vltimæ preces, & erroris agnitio. Figmentum ſanè παθητικώτερον.

XVI. *HACTENVS, & tacuit: iaculo quod crimen in ipſo eſt?*
Phocus ait. Iaculi ſic crimina reddidit ille.
GAVDIA PRINCIPIVM NOSTRI SVNT, PHOCE, DOLORIS.
Illa priùs referam. iuuat ô meminiſſe beati
Temporis, Æacide, quo primos rite per annos
Coniuge eram fœlix, fœlix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat:
Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori:
Nec me quæ caperet, non ſi Venus ipſa veniret,
Vlla erat: æquales vrebant pectora flammæ.
Sole ferè radijs feriente cacumina primis
Venatum in ſyluas iuueniliter ire ſolebam;
Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſolebant.
Tutus eram iaculo ſed cùm ſatiata ferinæ
Dextera cædis erat, repetebam frigus & vmbras,
Et, quæ de gelidis exibat vallibus, auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in æſtu:
Auram expectabam, requies erat illa labori,
Aura, (recordor enim) venias, cantare ſolebam:
Meque iuues, intreſque ſinus gratiſſima noſtros:
Vtque facis, releuare velis, quibus vrimur, æſtus.

Fo-

Forſitan addideram (ſic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: & tu mihi magna voluptas,
Dicere ſum ſolitus: tu me reficiſque, fouéſque:
Tu facis, vt ſyluas, vt amem loca ſola; meóque
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Neſcio quis, nomenque auræ tam ſæpe vocatum
Eſſe putat nymphæ: nympham mihi credit amari.
Criminis extemplò ficti temerarius index
Procrin adit; linguaque refert audita ſuſurra.
CREDVLA RES AMOR EST. ſubito collapſa dolore,
Vt mihi narratur, cecidit, longóque refecta
Tempore, ſe miſeram, ſe fati dixit iniqui.
Deque fide queſta eſt: &, crimine concita vano,
Quod nihil eſt metuit: metuit ſine corpore nomen:
Et dolet infælix veluti de pellice vera.
Sæpe tamen dubitat, ſperátque miſerrima falli,
Indicioque fidem negat &, niſi viderit ipſa,
Damnatura ſui non eſt delicta mariti.
Poſtera depulerant Auroræ lumina noctem:
Egredior, ſyluáſque peto, victórque per herbas
Aura veni, dixi, noſtróque medere labori.
Et ſubitò gemitus inter mea verba videbar
Neſcio quos audiſſe. Veni tamen optima, dicens,
Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca,
Sum ratus eſſe feram, telúmque volatile miſi.
Procris erat, medióque tenens in pectore vulnus,
Hei mihi, conclamat. vox eſt vbi cognita fidæ
Coniugis; ad vocem præceps amenſque cucurri.
Semianimem, & ſparſas fœdantem ſanguine veſtes,
Et ſua (me miſerum) de vulnere dona trahentem
Inuenio: corpúſque meo mihi carius, vlnis
Mollibus attollo: ſciſſáque à pectore veſte
Vulnera ſæua ligo, conórque inhibere cruorem:
Neu me morte ſua ſceleratum deſerat, oro.
Viribus illa carens, & iam moribunda, coëgit
Hæc ſe pauca loqui. Per noſtri fœdera lecti,
Perque deos ſupplex oro, ſuperóſque, meóſque,
Per ſi quid merui de te bene, pérque manentem
Nunc quoque cùm pereo, cauſſam mihi mortis, amorem,
*Ne thalamis Auram patiare * incumbere noſtris.* *innubere
Dixit: & errorem tum denique nominis eſſe
Et ſenſi, & docui. ſed quid docuiſſe iuuabat?
Labitur. & paruæ fugiunt cum ſanguine vires.
Dumque aliquid ſpectare poteſt, me ſpectat: & in me
Infœlicem animam, noſtróque exhalat in ore:
Sed vultu meliore mori ſecura videtur.

Flentibus hæc lacrymans heros memorabat, & ecce
855. *Æacus ingreditur duplici cum prole, nouóque*
Milite, quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

7 HACTENVS, ET TACVIT] Hactenus diſſeruit Cephalus, & tacuit, vt Phoco interroganti, & ſibi vxoriæ necis explicandæ occaſio præberetur.

IACVI- QVOD CRIMEN IN IPSO EST?] De cane audiuit Phocus, nd iaculum redit. Quærens enim ſuprà, vnde haberet, vidit flentem, cum huiuſmodi querimonia:

Hoc me nate dea (quis poſſet credere?) telum
Flere facit facietq; diu, ſi viuere nobis
Fata diu dederint: hoc me cum coniuge chara
Perdidit, hoc vtinam caruiſſem munere ſemper.

Nunc ſibi culpam iſtam iaculi, quodque malum inde prouenerit, narrari cupit.

797. GAVDIA PRINCIP. N. SVNT P. DOLOR.] Ex gaudio natus eſt mihi dolor: *Extrema gaudij luctus occupat*, vt eſt in diuinis litteris. Generalis γνώμη, cuius veritatem multi mortales experiuntur.

798. I LAPRIVS REFERAM] Quam lætum & fælix habuerit coniugium, prius: deinde triſtiſſimum eius exitum memorat.

IVVAT O MEMINISS. BEAT. TEMP.] O Æacide, filî Æaci Phoce, iuuat meminiſſe, &c. Virg. 1. Æneid. *Et hæc olim meminiſſe iuuabit.* B

799. QVO [illegible] RIM. RITE P. ANN. CONIVGE, &c.] Fælicitatem connubij præcipuam & maximam deſcribit, in amore mutuo poſitam. Addit prudenter, *primos per annos*: plerumque enim in longo connubio [illegible] ini, quæ illud infælicitent. Nec tu hinc collige, poſterioribus annis Cephalum coniuge ſua non fælicem fuiſſe, cum primis annis eam perdiderit.

80[illegible]. MVTVA CVRA DVOS, ET AMOR, &c.] Cùm alter coniux de altero eſt ſollicitus, amantque inter ſe ardentiſſimè.

802. NEC IOVIS ILLAM FOTHAL. &c.] Catullus:

Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle
Quam mihi, non ſi ſe Iuppiter ipſe petat.

Iterum:

Dicebas quondam ſolum te noſſe Catullum
Lesbia, nec præ me velle tenere Iouem.

803. NEC ME QVÆ CAPER. [illegible] N SI VEN. &c.] Reſpondent hæc ſuperioribus. Procris neminem, ne deum quidem mihi ad thalamum præponeret: cont[illegible] à, me nulla caperet, nec Venus ipſa. Omnes præ mea diſplicebant.

8[illegible]4 Æ[illegible] VAL. VRI B. P[illegible] CT. FLAMMÆ] Tam diligebam, quàm diligebar. Eſt & hæc perfecta amicitia, cum in amore par [illegible]ccipitur, & redditur. Catullus de nuptijs. *Quam toto concepit pectore flammam.*

806. V[illegible] NAT. [illegible] SYL. [illegible] EN. ERE SOLEB.] Inter iuuenum ſtudia & occupationes Terent. And. venationem quoque conſtituit.

807. N[illegible] MECV[illegible] FAMVLI, &c. Enumerat quatuor res, quibus ad venandum opus, & affirmat, nulla earum fe[illegible]um, ſolo iaculo contentum. Non famulos duxit ſecum, quemadmodum Actæon l. 3. non equos, quia nec famulos. Nec de Actæonis equis verbum facit Poëta. Non canes, qui viſam ab A feram inſequerentur. Non demum retia. [illegible] quæſo. Quia iaculum illud quodcunque peteret, feriebat, & ad dominum per ſe redibat. Sunt etiam hæc προπαρασκευὴ ad ſequentia, quæ ſolitudine Cephali fiunt veriſimilia. Hic Mariangelus de vetere cod. legi etiam poſſe monet: *Nec mecum famulos, nec equos.* Et inſequenti verſu, *fincbam*, pro quo editur, *ſolebam*.

809. SED CVM SATIAT. FERINA DEXTER. &c.] ſatiata cædis. Helleniſmus. Cu[illegible] [illegible]endis [illegible]s eſſem laſſus. Hæc & conſequentia, [illegible] que ad [illegible]nem libri repetuntur 3. de Arte, ab hoc principio: *Eſt prope purpureos collis*, &c.

8[illegible]. REPETEB. FRIGVS, ET VM[illegible]RA] frigidas vmbras, frigus opacum, 2. eclog. Ibid. *Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant.* [illegible]

811. E[illegible] QVÆ [illegible] SPI ID. AXIB. VA[illegible] IB. AVRAM] valles ſunt [illegible]mbroſæ plerumque, inde aſp[illegible] [illegible] is aura & frigidula, ſeu ventulus refrigerans, æſtuanti & ſudanti gratiſſimus.

812. AVRA PETEB. [illegible] M. LEN &c.] au[illegible] [illegible]ram, aura πολύ[illegible], La[illegible] C[illegible] [illegible] *Tradu*[illegible], cùm idem verbum diuerſ[illegible] caſu iteratur.

814. AVRA VENI CANT. [illegible] Verba ipſa cantus, quibus [illegible] [illegible] vel [illegible] matam per ludum inuitabat. Proſopopœia ſiue ἐμψυχοποίησις.

815. INTRESQ. SIN. GRATISS. NOSTR.] Qui æſtuant, pectus captandæ auræ aperiunt; ibi enim potiſſimùm calores ſentiuntur. De Syluia Veſt. li. 3. libr. Faſt. *Feſſa reſedit humo; ventoſq; accepit aperto Pectore.*

8[illegible]. F[illegible] IT. ADDID. [illegible] ANDI[illegible]. P[illegible] VRES] non [illegible] recordatur, ſed tamen eas quas a[illegible]didiſſe potuerit recenſet, quæ ita ſonant, quaſi ad amaſiam proferantur.

SIC MEMEA FATA TRAHEB.] In fatum conſerebant, cuius cauſſam non videbant, & quod [illegible] us acciderat, quàm aut ipſi voluiſſent, aut res poſtulaſſet.

C 822. VOCIB. AMBIG. D[illegible] EPT. PRÆ[illegible]. AV[illegible] &c.] Per ſe erant ambiguæ: ſed [illegible] [illegible] pel[illegible] ice aliqua, nympha tamen ſyluestri cum [illegible] putàuit, & hoc ei nomen eſſe, Auræ in[illegible]uam. [illegible]cundus error; ſed malè euenit eius au[illegible] Cephalo.

82[illegible]. CRIMEN. F[illegible] T[illegible] MER[illegible] [illegible] qu[illegible] [illegible]ſum erat crimen, quamuis non prorſus im[illegible] [illegible]le, vocat fictum & excogitatum.

8[illegible]6. AVDITA SV[illegible] VRRA] ſubmiſſiorem cantum, ſeu murmura illa dicit *ſuſurra*. Vſitatius *ſuſurrus*, quàm *ſuſurrum*.

827. CREDVLA [illegible] ES AMOR EST] Cred[illegible] [illegible] iudici Procris. Amantes enim facilè credunt, quod amorem videtur lædere. Sæpè [illegible]men q[illegible] an[illegible] *ipſi ſibi ſomnia fingunt* & eſſe putant quod nuſquam eſt. Fruſtra timent, fruſtra ſperant, fruſtra ſuſpicatur, fruſtra credunt, &c. quia ſapere, & amare vix deo conceditur. Non facilè ſuſpicandum, credendumque, in matrimonio præſertim, monet [illegible] Arte, & Procrin pro exemplo adducit:

Vs

Ne citò credideris: quantum citò credere lædat,
Exemplum vobis non leue Procris erit.

SVBITO COLLAPSA DOL. DECIDIT] Animus eam illico reliquit præ dolore ex tali nuntio, prorſus inopinatiſſimo.

828. LONGOQ. REFECTA TEMPORE] Sic Andromache 3. Æneid. viſo Ænea apud Buthrotum in Epiro, cùm ſe ſpectrum putaret & vmbras videre:

Diriguit viſu in medio, calor oſſa reliquit:
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur.

829. SE MISER. SE PATI DIXIT INIQVI, &c.] Querela de perfidia Cephali, vt putabat.

830. CRIMINE VANO] ficto & ementito. Ineſt huic verbo interdum falſitatis & mendacij notio. 2. Æneid. *Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacemq́; improba finget.* Cic. pro Quinctio: *Qui amicum prodit, vanum ſe fateatur neceſſe eſt.*

831. QVOD NIHIL EST METVIT, &c.] Aura nihil eſt, corpus humanum non eſt. Hanc metuendo nihil metuit, fruſtra dolet.

833. SED TAMEN DVBIT. &c.] incerta erat animi, nunc credebat, nunc diffidebat.

834. ET NISI VID. IPSA DAMNAT SVI, &c.] Oculi, quàm autes plus fidei merentur.

836. POSTERA DEPVL. AVROR. TVM. NOCT.] Lucret. libr 1. *Primùm aurora nouo cùm ſpargit lumine terras.* Gebhard. Crepund. 3. c. 23. ex Palatin. membran. legit *deplerant*. Aurora enim minuit denſitatem tenebrarum noctis, ſed non totam exonerat, quod opus ac labor ſolis. *Deplere* ergo hic paulatim minuere, atque euacuare. Iudicet Lector.

837. VICTORQ.] voti compos, feris nimirum aliquot interemptis, & ita denuo feſſus, iterum auram, vt antea, ad me afflandum & recreandum vocaui.

838. NOSTROQ. MODERE LABORI] Suprà: *Requies erat illa labori.*

839. ET SVBITO GEMIT. INTER MEA VERB. &c.] Hi erant gemitus Procridis, inter virgulta ſe occultantis, ad exploratandum, verane ſibi nuntiata eſſent de marito.

840. VENI TAMEN OPTIMA DICENS] cùm iterato, & his verbis eam vocarem.

841. FRONDE LEVEM RVRS. STREPIT.] cùm iterum mouerentur virgulta.

842. SVM RAT. ESSE FERAM] Quid enim putarem eſſe aliud?

843. MEDIOQ. TEN. IN PECT. VVLNVS] & ideo lethale.

844. HEI MIHI CONCLAM.] Doloris vox, & quidem duplicis, corporis, & animi, quòd ſcilicet à chariſſimo vulnerata, & tam grauiter.

845. PRÆCEPS, AMENSQ. CVCVRRI] citato curſu, & mentis pænè inops, præ ſtupore.

846. SEMIANIM. ET SPARSAS FOED. &c.] quo in ſtatu eam inuenerit, & quid illi fecerit.

849. MOLLIBVS VLNIS] ipſius Procridis vlnis vt delicatæ ac teneræ mulieris.

851. NEV ME MORTE S. SCELER. DES. ORO] Sceleratum ſe nominat, quia fecit quod ſceleratus faceret, quamuis inuitus & neſcius fecerit. Et quaſi in eius poteſtate ſit non mori; ita rogat eam ne moriatur, & ſe deſerat.

852. COEGIT HÆC SE PAVCA LOQVI] Quia viribus deſtituta, & moribunda, ſanguine pænè omni iam profuſo, cogere ſemet ad pauca etiam verba debuit.

853. PER NOSTRI FOED. LECTI, PERQ. DEOS, &c.] Supplex oratio, ne Auram (pellicem rebatur) ſibi iungeret, & in torum admitteret.

854. MEOSQ.] per deos inferos, qui iam ſunt dij mei, vtpote ad quos moriens demigro & concedo.

855. PER SI QVID MERVI DE TE BENE] ſi tibi morem geſſi in omnibus. Dido in 4. Æneid. *Si bene quid de te merui.*

PERQ. MANENT. NVNC QVOQ. &c.] per amorem erga te, quem mecum ad inferos defero, & qui mihi cauſſa eſt mortis. Niſi enim te tantopere amaſſem, tam zelotypa non fuiſſem. Zelotypia me huc adegit, vbi mortem inueni.

857. THALAMIS INCVMB. NOSTRIS] iacere, cubare in lecto noſtro. Profertur ex manuſcriptis *inubere* pro *incumbere*. aptiùs, vt opinor, de coniugio enim non iterando loquitur.

858. ET ERROR. TVM DENIQ. NOM. &c.] Cùm rogaret me de Aura à toto excludenda, intellexi ipſam erraſſe in nomine, eamq́ue docui, qualem Auram vocaſſem; ſed ſerum erat.

860. LABITVR] Suprà: *Corpuſq́; meo mihi charius vlnis Excipio.*

PARVÆ FVG. CVM SANGVIN. VIR.] Quod reſtabat virium, perijt cum vltimo ſanguine: vulnus enim obligari non potuit.

861. ME SPECTAT, ET IN ME INFÆL. ANIM. &c.] me continenter intuetur, quamdiu poteſt intueri. Et ego ſpiritum illius, atque vltimum halitum ore meo excepi, vt faciebãt propinqui & cõſanguinei.

863. SED VVLTV MEL. MORI SECVRA VIDET.] hilari vultu, & ſecuro animo, quaſi potita re quam petiuit, videtur mori. *Bonus vultus* eſt lætus vultus. Sic lib. 8. *Super omnia vultus Acceſſere boni.*

864. FLENTIB. HÆC LACRVM.] Cephalus, quia doluit & fleuit, mouit etiam Phoco & alijs præſentibus lacrymas. Et erat profectò res commiſeratione & comploratione digna.

865. ET ECCE ÆACVS INGRED. DVPL. CVM PROLE] Interea lecto ſurrexit Æacus, quem progredientem Telamon & Peleus filij deducunt. Phocus enim erat cum Cephalo. Sequitur etiam delectus miles, & Cephalo traditur abducendus.

ELECTORVM LIBER OCTAVVS.

Victis Athenienſibus in Cretam reuerſus Minos rex, Minotaurum monſtrum, & familiæ opprobrium de medio remouet, atque in labyrinthum, Dædali opus includit. Athenienſibus mulctam de nobilium puerorum, puellarumq; corporibus huic portento ad deuorandum nono quoque anno mittendis indicit. Tertia miſſione Theſeus vltro ſe adiungit, & ope Ariadnes filiæ Minois, Minotauro interempto, è flexibus illis euadit. Virginem data coniugij fide ſecum abductam in littore Diæ inſulæ perfidioſè deſtituit, quam Bacchus ſibi deſpondet, eiuſque coronam inter ſidera collocat.

SECTIO I.

VOTA Ioui Minos taurorum ſanguine centum
Soluit: & egreſſus ratibus Curetida terram
Contigit: & ſpolijs decorata eſt regia fixis.
Creuerat opprobrium generis: fœdúmque patebat
Matris adulterium monſtri nouitate biformis.
Deſtinat hunc Minos thalami remouere pudorem:
Multiplicique domo cæcis includere tectis.
Dædalus ingenio fabricæ celeberrimus artis
Ponit opus: turbátque notas, & limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non ſecùs ac liquidis Phrygius Mæander in vndis
Ludit: & ambiguo lapſu refluitque fluitque,
Occurrénſque ſibi venturas aſpicit vndas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare verſus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore vias: vixque ipſe reuerti
Ad limen potuit. tanta eſt fallacia tecti.
Quo poſtquam geminam tauri, iuueniſque figuram
Clauſit: & Actæo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis:
Vtque ope virginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo eſt inuenta relecto:* *relecto.
Protinus Ægides rapta Minoide Diam

Vela

Vela dedit: comitémque ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit. deſertæ, & multa querenti
Amplexus & opem Liber tulit: vtque perenni
Sidere clara foret, ſumptam de fronte coronam
Immiſit cælo. tenues volat illa per auras:
Dúmque volat, gemmæ nitidos vertuntur in ignes:
Conſiſtúntque loco, ſpecie remanente coronæ.
Qui medius, nixique genu eſt, anguémque tenentis.

152. VOTA TAVR. CENT.] ἑκατόμβην. Non conuenit inter Grammaticos de notatione huius vocis, nec inter auctores de vſu. Quidam interpretantur victimam centum pedum, quaſi vox ab ἑκατὸν, & βαίνω, ſeu βάσις *gradior*, *greſſus* compoſita ſit. Alij ſacrificium minimè vulgare, ſed ſplendidum ac ſumptuoſum, quod ex centum victimis, ſiue illæ boues, ſiue oues, ſiue capræ, ſiue ſues, ſiue ex his omnibus miſtæ ſint. Sed κυρίως, καὶ τῷ ὄντι ἐξ ἑκατὸν βοῶν, ψευδωνύμως ex alijs, vt ſcriptum eſt ab Athenæo. Ita quoque χιλιόμβη ex mille bobus, ſeu victimis. Sunt qui κατὰ χρῆσιν putant, poſitumq́; numerum finitum pro infinito, vt videmus ἑκατόνζυγα νῶν appellari *iugorum multorum nauim*. De hoc genere ſacrificij, de hecatombe, inquã, Iulius Capitolin. in Balbino his verbis: *Tanta ſanè lætitia in Balbino, qui plus timebat, vt hecatomben faceret, quod tale ſacrificium eſt. Centum aræ vno loco conſtituuntur ceſpititiæ: ad eas centum ſues, centum oues mactabãtur*. Inde ſi Imperatoris ſacrificiũ fieret, centum boues, cẽtum leones, centum aquilę, & cętera huiuſmodi animalia centena feriebantur: quod quidem etiam Græci feciſſe dicuntur, cùm peſtilentia laborarent, & à multis Imperatoribus id celebratum conſtat.

153. CVRETIDA TERRAM CONTIGIT] Cretam, quæ Curetis à vetuſtiſſimis incolis Curetibus.

154. ET SPOLIIS DECORATA EST REG. FIXIS] Hoſtium ſpolijs poſtes, ædium limina, atria, vt enſibus, clypeis, galeis, curribus, nauium roſtris Romani condecorare conſueuerunt, quibus antiquitas venerationem & maieſtatem augebat. Nec ea conſumpta refici, nec fracta redintegrari mos erat. Eorum aſpectus ad ſimilia facinora optanda intuentes hortabatur. Hoc voluit Virgil. in 7. Æneid. in deſcriptione regiæ Latini, ad quem Æneas pro auxilijs centum oratores mittebat:

Multaq́; præterea ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus, ſæuaq́; ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaq́; clypeiq́; ereptaq́; roſtra carinis.

Plura in Symbolis noſtris ibidem.

155. CREVERAT OPPROB. GEN. &c.] De *Minotauro*, qui partim hominem, partim bouem referret, nato ex Paſiphaë Minois vxore, & quid ſibi velit cùm hiſtoricè, tum ethicè illa fabula, lege Natalem lib. 6. Mytholog. cap. 5. multis verſibus de Paſiphaë Virgil. eclog. 6. Et 6. Æneid. *Miſtum genus, biformemq́;* nominat. Suprà noſter: *Diſcordemq́; vtero fœtum tulit*.

157. THALAMI PVDOREM] Portentum iſtuc, vnde coniugio ſuo dedecus & infamia conflabatur, ſtatuit è conſpectu hominum remouere, multiſque ambagibus, ac vijs tortuoſis impedito carceri includere, qualem iuſſus ædificauit faber ſcientiſſimus Dædalus.

159. DÆDAL. INGEN. FAB. CELEB. ARTIS] Ipſum eius nomen declarat, ingenio valuiſſe, deductũ à δαιδάλλω, *artificiosè* quippiam *conficio*, elaboro, artificio vario, & diſtinguo: qualia opera δαιδάλματα. Eius ſtatuas nõ ſolùm ambulaſſe, verùm etiam vocales fuiſſe traditum eſt. Meminit Gr. Nazianzenus orat. 2. de Theolog. Vbi videnda Scholia Billij, ad num. 14. *Dædali opera*, inquit in Corinthiacis Pauſan. *rudia ſunt, neque aſpectu decora: attamen veluti numen quoddam præ ſe ferunt*. A varietate rerum & artificiorum à Lucretio *terram*, ab Ennio *Mineruam*, à Virgilio *Circen Dædalam* dictam notauit Feſtus. Nec verò ob ingenium tantummodò, ſed errores quoque, varioſque caſus apud gentes inclaruit. Porrò à *Mineruа*, vt fabulantur, architecturam, vniuerſamque ædificandi artem, & ligna formandi edoctus eſt. Et cùm capitis iudicium propter Perdicem ſororis filium ex inuidia ab ſe interfectũm fugiens, in Cretam ad Minoëm regem veniſſet, ſummo apud eum loco, ob inſignia opera fuit. Labyrinthum autem ad formam Ægyptij labyrinthi, eius ratione tantùm audita conſtruxit: quamquam centeſimam eius tantùm portionem eſt imitatus.

161. TVRBATQ. NOTAS, ET LIM. FLEXV, &c.] Viarum adeò tortuoſarum & implexarum ſigna & indicia confundit. Duobus verſiculis totum opus labyrinthi comprehenditur, quam deſcriptionem mox ſequens de Mæandri flexibus, curſibus & recurſibus comparatio mirificè illuſtrat.

162. DVCIT IN ERROREM VAR. AMB. VIAR.] Nazianzen. *Quis Cretenſis labyrinthus, difficiles exitus & anfractus habens, identidemq́; in ſeſe artis impoſturis incurrens?* Virgil. *Hic labor ille domus, & inextricabilis error*. De quatuor labyrinthis, *Ægyptio, Cretico, Lemnio* & *Italico*, Plin. lib. 36. cap. 13. vbi de Cretico: *Itinerum ambages, occurſusq́; ac recurſus inexplicabiles continet: non (vt in pauimentis, puerorúmve ludicris campeſtribus videmus) breui lacinia millia paſſuum plura ambulationis continentem: ſed crebris foribus inditis ad fallendos occurſus, redeundúmque in errores eoſdem*. Oratio, aut res aliqua vehementer impedita & inexplicabilis prouerbio *Labyrinthus* dicitur. Chiliad.

163. PHRYG. MÆAND. IN VNO. LVDIT, &c.] Deianira Herculi:

Mæander, toties qui terris errat in iiſdem,
Qui lapſas in ſe ſæpe retorquet aquas.

Parœmia, *Mæandri*, de vafris, obliquis, implicitis conſiliis. Et eſt picturæ genus, flexuoſum, & ambagibus varium. Virgil. lib. 5.

Victori auratam chlamydem, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

169. GEMIN. TAVRI, IVVENISQ. FIGVR.] Suprà: *monſtri nouitate biformis.*

170. ET ACTÆO BIS PAST. S. MONST. &c.] *Minos* Minotauro in labyrintho abdito, Athenienſes ab ſe circumſeſſos, & victos (de qua tamen victoria, quod poſt Megaram occupatam exſpectabatur, Athenas enim oppugnatum ex inſtituto venerat, nullum verbum feciſſe Ouid. demiror equidem) coëgit tributi nomine ſeptena puerorum, totidémque virginum ſorte delecta corpora in Cretam ab eo deuoranda mittere idque in annos ſingulos, vt Virg. vt autem noſter, & Plutarch. in Theſeo, poſt nouennium. Hyginus & in ſeptenario, & in anno à Matone ſtat cap. 41. Tertio ſtipendio, ſiue ſortitione tertia, extra ſortem pueris ſe Theſeus, ictus
B patriæ charitate, ſponte adiunxit, & adiuuante Ariadna Minois filia, prodigium necauit, filóque ab ea ſibi dato, quod in labyrinthi introitu alligauit, veſtigia regens, ex illis flexibus euaſit. Quamquam Virgilius ipſum *Dædalum* inuentorem & artificem, vt Ariadnæ ſatisfaceret, eas fallacias reſoluiſſe dicit lib. 6.

Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem
Dædalus, ipſe dolos tecti ambageſq; reſoluit,
Cæca regens filo veſtigia.

In foribus templi Apollinis hanc quoq; hiſtoriam à Dædalo cælatam narrat:

In foribus lethum Androgeo. Tum pendere pœnas
Cecropidæ iuſſi (miſerùm!) ſeptena quotannis
Corpora natorum. Stat ductis ſortibus vrna.

C Et Catull. de nupt.

Nam perhibent olim crudeli peſte coactam
Androgeoneæ pœnas exſoluere cædis,
Electos iuuenes, ſimul & decem innuptarum
Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare Minotauro.
Queis anguſta malis cùm mœnia vexarentur,
Ipſe ſuum Theſeus pro caris corpus Athenis
Proiicere optauit potiùs, quàm talia Cretam
Funera Cecropiæ nec funera portarentur.
Atque ita naue leui nitens, ac lenibus auris,
Magnanimum ad Minoa venit, ſedeſq; ſuperbas.

Germana Catullianis ſunt Iſocratea, in laudat. Helenæ, vbi Theſeus à factis illuſtribus decoratur. Cùm videret eos duci (ſeptenos pueros) toto populo comitante, ad necem indignam, certumque
D interitum, & viuentes adhuc lugeri pro mortuis, tanta indignatione exarſit, vt potius eſſe duxerit emori, quàm viuere turpiter: & imperare ciuitati, quæ tam miſerabile tributum hoſtibus pendere cogeretur. Conſcenſo igitur vnà cum illis nauigio, & ea natura ſuperata, quæ quidem è viro & tauro conflata eſſet, tantoque robore polleret, quanto par eſt eam, quæ talibus corporibus conſtat, non pueros ſolùm parentibus incolumes reſtituit; ſed vrbem etiam tam iniuſto, tamque acerbo & ineuitabili edicto liberauit.

171. TERTIA SORS ANNIS DOM. REPET. NOVEN.] eſſet anno 27. Si hîc etiam diſtributiua numeralia pro cardinalibus ponuntur, vt fieri ſolet apud poë-
A tas, & Glarean. obſeruauit, tum exponendum erit anno nono, ita vt tertio ſemper anno ſortitionem factam intelligamus.

172. VTQ. OPE VIRGIN. NVLLIS, &c.] De Theſeo vnà profecto tacet. Ex conſequentes tamen intelligitur, quia ſubiungit, rapta Minoide Diam dediſſe vela Et cæſum quidem Minotaurum inſinuat vnico verbo, *domuit*, ſed non ab ipſo Theſeo. Expreſſiùs & apertiùs de cæde monſtri, & regreſſu Theſei per filum Catullus:

Sic domito ſæuum proſtrauit corpore Theſeus
Nequicquam vanis iactantem cornua ventis.
Inde pedem victor multa cum laude reflexit,
Errabunda regens tenui veſtigia filo,
Ne labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.

B Quomodo poſtea dulci deuinctam lumina ſomno in littore deſeruerit Theſeus, & quos illa queſtus ediderit: quomodo prætetea Bacchus eam miſeratus vxorem ceperit, de quibus ἐδῶ ποιητὴς noſter (non ſine euidenti indicio lecti ab ſe Catulli) habes apud eundem Catullū, modò legere ne pigear, & docuimus in antegreſſis. Eadem leguntur 3. Faſt. Porrò Athenienſes cùm hac tertia ſorte quatuordecim iuuenes, Theſeo adiuncto mitterent, votum nuncuparant, ſe quotannis in Delo Apollini ſacra celebraturos, ſi incolumes redirent, eadem naui eôdem ſemper miſſa. Interea vrbs expiabatur, nec quiſquam capite mulctabatur. Atque hanc ob cauſſam Socrates morte iam damnatus non occidebatur. Plato in Phædone.

C NVLLIS ITERATA PRIOR.] Ianuam illam labyrinthi nemo eorum, qui Athenis antea miſſi fuerant, inuenire potuit.

177. AMPLEX. ET OPEM LIB. TVLIT] Gaudet in Faſt. Ariadna de periurio deſertoris ſui Theſei: ſiquidem iſta ratione Bacchi coniugium nacta eſt, dei pro hominis:

Iam bene mutarat periuro coniuge Bacchum,
Quæ dedit ingrato fila regenda viro.
Sorte tori gaudens, Quid flebam, ruſtica? dixit:
Vtilior nobis perfidus ille fuit.

178. SVMPT. DE FRONTE CORON. IMMIS. CÆLO] Conſolans flentem Bacchus, ob violatum à ſe connubij fœdus:

Tu mihi iuncta toro, mihi iuncta vocabula ſumes:
Nam tibi mutata Libera nomen erit.
D *Siniq; tua tecum faciam monumenta coronæ:*
Vulcanus Veneri quam dedit, illa tibi.
Dicta facit: gemmaſq; nouem transformat in ignes:
Aurea per ſtellas nunc micat illa nouem.

De hac corona Hygin. lib. 2. poët. Aſtronom. Horat. ode 19 lib. 2. *Fas eſt* (cantare) *beatæ coniugis additum Stellis honorem*. Ibidem Lambin & Torrentium legito. Inprimis autem Carolum Paſchalium *Coronarum* l. 1 cap. 9. qui, quàm variè de corona Ariadnæa poëtæ locuti ſint, & quomodo in ea laſciuierint, liquidiſſimè patefacit.

182. QVI MED. NIXIQ. GENV, &c.] inter Engonaſin, & Ophiuchum. Hyginus poët. Aſtronomiæ lib. 2.

Dæda-

Dædalus amore patrij ſoli è carcere, in quem Minos eum, quòd Paſiphaë ſubſeruijſſet, & Ariadna Theſeum eius operâ ſeruaſſet, compegerat, euadendi conſilium capit. Sibi,& filio Icaro pennis cera coniunctis alas compônit. Mari ſuperuolant. Puer curioſus contra præcepta patris altiùs aſcendens, in vndas decidit, & ſummergitur. Sepelitur. Terra & mare ab Icaro nomen obtinent, Icaria dicta illa, hæc Icarium.

DÆDALVS interea Creten, longúmque peroſus II.
Exilium, tactúſque loci natalis amore,
Clauſus erat pelago. Terras licet, inquit, & vndas
Obſtruat, at cælum certè patet: ibimus illac:
Omnia poſſideat, non poſſidet aëra Minos.
Dixit, & ignotas animum demittit in artes:
Naturámque nouat. nam ponit in ordine pennas
A minima cœptas, longam breuiore ſequente,
Vt cliuo creuiſſe putes. ſic ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis,
Tunc lino medias, & ceris alligat imas,
Atque ita compoſitas paruo curuamine flectit,
Vt veras imitetur aues. puer Icarus vnà
Stabat, & ignarus ſua ſe tractare pericla,
Ore renidenti, modò quas vaga mouerat aura,
Captabat plumas, flauam modò pollice ceram
Mollibat, luſúque ſuo mirabile patris
Impediebat opus. poſtquam manus vltima cœpto
Impoſita eſt, geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus, motáque pependit in aura.
Inſtruit & natum: medióque vt limite curras,
Icare, ait, moneo: ne, ſi demiſſior ibis,
Vnda grauet pennas: ſi celſior, ignis adurat.
INTER VTRVMQVE VOLA. nec te ſpectare Booten,
Aut Helicen iubeo, ſtrictúmque Orionis enſem:
ME DVCE CARPE VIAM. pariter præcepta volandi
Tradit, & ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus, monitúſque genæ maduere ſeniles:
Et patriæ tremuere manus. dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo: penniſque leuatus
Antè volat, comitique timet, velut ales, ab alto
Quæ teneram prolem produxit in aëra nido,
Hortatúrque ſequi, damnoſáſque erudit artes:
Et mouet ipſe ſuas, & nati reſpicit alas.
Hos aliquis tremula dum captat arundine piſces:

Aut paſtor baculo, ſtiuáque innixus arator
Vidit, & obſtupuit: quique æthera carpere poſſent,
Credidit eſſe deos. Et iam Iunonia læua
Parte Samos ſuerat, Delóſque, Paróſque relicta:
Dextra Lebynthos erat, fœcundáque melle Calydna
Cùm puer audaci cœpit gaudere volatu,
Deſeruitque ducem: cælique cupidine tactus
Altiùs egit iter. rapidi vicinia ſolis
Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos:
Remigióque carens non vllas concipit auras:
Oráque cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec iam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, vbi es? qua te regione requiram?
Icare, dicebat: pennas conſpexit in vndis:
Deuouitque ſuas artes, corpúſque ſepulchro
Condidit: & tellus à nomine dicta ſepulti eſt.

183. CRETEN, LONGVMQ. PEROS. EXIL.] Dædalus Athenienſis, necato ex inuidia ſororis filio, quòd is rotam figuli, tornum, vt alij prodiderunt, circinum, & ſerram, quod Ouid. refert, excogitaſſet, iudicium & damnationem timens, in Cretam exulatum abijt. Quomodo à Minoë dimiſſionem petiuerit, nec obtinuerit, ſic tradit 2. de Arte, initio ſtatim:

Dædalus vt clauſit conceptum ſemine matris
Semibouemq́; virum, ſemiuirumq́; bouem:
Sit modus exilio dixit, iuſtiſſime Minos;
Accipiat cineres terra petita meos.
Et quoniam in patria fatis agitatus iniquis
Viuere non potui, da mihi poſſe mori.
Da reditum puero, ſenis eſt ſi gratia vilis:
Si non vis puero parcere, parce ſeni.
Dixerat hæc: ſed & hæc, & multo plura licebat
Dicere, & egreſſus non dabat ille viro.

184. TACTVSQ. LOCI NAT. AMORE] quem natura cuiq; noſtrûm, & animantibus quoq; ingenerauit. Diximus alibi, & ſæpiùs de amore patriæ.

185. CLAVSVS ERAT PEL.] non pelago tantùm, ſed inſuper carcere, ſimul cum filio.

TERRAS LICET, INQ. ET VNO. OBSTRV. &c.] etſi me nec terra, nec aquis hinc dimittat: cælum apertum eſt; hoc me prohibere Minos non poteſt. Si nobis nec ambulare, nec nauigare licet, volare licebit. Totam fabulam fusè exſequitur principio ſecundi de Arte. Eandem ergo ſententiam ſic ibidem eloquitur:

Poſſidet & terras, & poſſidet æquora Minos:
Nec tellus noſtra, nec patet vnda fugæ.
Reſtat iter cæli, cælo tentabimus ire.

188. IGNOTAS IN ARTES] quas ante id tẽpus nemo viderat, nemo audierat, & de quibus nec ipſe cogitauerat, hominẽ volare, quod auium eſt. Et eſt hoc ſanè inſuetũ iter homini, vt Maro in 6. vocat.

189. NATVRAMQ. NOVAT] nouam naturã, ſeu nouitatem quandam in naturam inducit: *Sunt mihi naturæ iura nouanda meæ. quis crederet vnquam Aërias*

A *hominem carpere poſſe vias?*

NAM PON. IN O. PENN. &c.] De confectione alarum. Pennam pennæ connectit, incipiens à minima, ſeu breuiſſima, & procedens à longiore ad longiorem. In verbis iſtis, *Longam breuiore ſequente*, eſt hypallage, vt ibi: *Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbram*, pro, ibant ſoli ſub obſcura nocte, apud Virg. Percipitur hoc ex comparatione ſubiuncta.

191. VT CLIVO CREVISSE PVTES] Per cliuum adſcenditur; ſic in alis illis factitijs erat quidam pennarum aſcenſus, & gradus quidam, breuiores ſequentibus longioribus. Quod manifeſtè apparet item in fiſtula diſparibus ſeptem compacta cicutis, de qua Corydon eclog. 2. & noſter lib. 1. in fabula Syringis: *Atque ita diſparibus calamis compagine ceræ Inter ſe iunctis*. Tibull. lib. 2. eleg. 5.

Fiſtula cui ſemper decreſcit arundinis ordo:
Nam calamus cera iungitur vſque minor.

193. TVNC LINO MED. IT CER. &c.] mediæ, quia robuſtiores, ceræ non cohærebant; quare filo eas colligari oportuit:

B

Et leue per lini vincula nectit opus.
Imaq́; pars ceris aſtringitur igne ſolutis.

194. PARVO CVRVAM FLECTIT] paulùm contorquet, vt veræ auium alæ videantur.

196. ET IGNAR. SVA SE TRACT. PERICLA] Icarus, vt puer, ſe labori huic ingerebat: ſed patrem impediebat magis quàm adiuuabat; & tractando captandoq́ue pennas, dum aura eas propter leuitatem huc illuc iactaret, ac cera digitis verſanda id tractabat, vnde periturus erat:

Tractabat ceramq́; puer, pennaſq́; renidens,
Neſcius hæc humeris arma parata ſuis.

197. ORE RENIDENTI] ſubridente vultu, ore hilari: quippe inſtar auis in ſublimi volaturus. Renidere ad animata, & homines transfertur. Dicuntur enim renidere, cùm ſubrident, cùm diffuſo vultu quendam riſum præſeferunt: vt contrà quæ renident, ridere dicuntur per metaphoram.

200. POSTQ. MAN. VLT. COEPT. IMPOSITA] Lib. 13.

13 *Poſtquã manus vltima bellis Impoſita eſt.* Extremam, A ſupremam, vltimam manum addere, imponere à fabris cęmentarijs, & ædificatoribus ſumptum, pro laborem, opus finire, abſoluere.

201. GENIN. OPIF. LIB. INAL. IVSES. COR.] Experientiam cepit artificij ſui. Alligaris namq; ſibi alis illis factitijs, ſe agitatu illarum in aërem ſuſtulit, ijſque expaoſis aliquandiu pependit:

Inde ſibi factas humeris accommodat alas,
Perq; nouum timidè corpora librat iter.

203. INSTRVIT ET NATVM] Vbi & filio ſuas alligauit, monet ac præcipit eidem quid faciat.

MEDIOQ. VT LIMITE CVRRAS] medio cæli tractu voles. *Inter vtrumque vola.* Reciprocę tranſlationes à curſu ad volatum, & viciſſim à volatu ad curſum. Currentes dicimus volare, volantes interdum currere, vt hîc.

204. NE, SI DEMISS. IBIS, VNDA, &c.] propter humidam aſpirationem. Sic 2 de Arte:

Nam ſiue ætherias vicino ſole per auras
Ibimus, impatiens cera caloris erit.
Siue humiles propiore freto iactabimus alas,
Mobilis æquoreis penna madeſcet aquis.

Sic monebat Phaëthontē ſuum Phœbus l. 2. ſuprà:

Altiùs egreſſus, cæleſtia ſigna cremabis:
Inferiùs terras; medio tutiſsimus ibis.
Neu te dexterior tortum rota ducat ad anguem:
Neue ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram.
Inter vtrumq; tene.

206. NEC TE SPECT. BOOTEN, AVT HELICEN, &c.]

Sed tibi non virgo Tegæa, comeſq; Bootes,
Enſifer Orion aſpiciendus erit.

208. ME DVCE CARPE VIAM.]

Me pennis ſectare datis: ego prauius ibo:
Sit tibi cura ſequi, me duce tutus eris.

PARIT. PRÆCEPT. VOL. T. ET IGNOT.]

Dum monet, aptat opus puero monſtratq; moueri;
Erudit infirmas vt ſua mater aues.

209. IGNOTAS ALAS] ſicut ſuprà: *Ignotas animum demittit in artes.* Inſuetas, haudquaquam ante id tempus ab vllo mortalium vſurpatas.

210. GENÆ MADVERE SENILES]

Iamq; volaturus paruo dedit oſcula nato
Nec patriæ lacrymas continuere genæ.

213. ANTE VOL. COMITIQ. TIM.]

Et mouet ipſe ſuas, & nati reſpicit alas
Dædalus, & curſus ſuſtinet vſque ſuos.

VELVT ALES AB ALTO QVÆ TEN. PROL. &c.] Aptiſſimum inſtituto huic illud Moſis, in Cantico ſuo ſub mortem, Deuteron. cap. 32. de amore Dei in populum Iſraëliticum: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, & portauit in humeris ſuis.*

215. DAMNOSASQ. ERVDIT ARTES] Docet eum quod miſero damno & exitio futurum eſt.

216. ET MOVET IPSE SVAS, ET NATI, &c.] Verſus ad verbum poſitus in Arte, vt item qui continenter ſequitur: *Hos aliquis tremula* &c.

218. AVT PAST. BACVL. STIVAQ. INNIX. ARAT.] In Arte vnicum piſcatorē, volantes homines duos per cælum videntem, & obſtupeſcentem inducit: hîc per diſiunctionem etiam paſtorē, & colonum. Ab aliquo horum cum ſtupore viſos fit credibile.

219. QVIQ. ÆTHERA CARP. POSSVNT] *aëra alis carpere* dixit libro 4. Et 2. de Arte *aërias carpere* A *vias.* Virgil. 4. Georg. *Miſcentur, tenuemq; magis magis aëra carpunt.* Statius 1. Thebaid. *volatum carpere.*

220. CREDIDIT ESSE DEOS] diuinum quiddam, & maius omnino quàm pro natura hominis credidit qui vidit.

ET IAM IVNON. LÆVA P. SAMOS. &c.]

Iam Samos à læua fuerat, Naxoſq; relicta:
Et Paros, & Clario Delos amata deo.
Dextra Lebynthos erat, ſyluiſq; vmbroſa Calydna,
Cinctaq; piſcoſis Aſtypalæa vadis.

223. CVM PVER AVDACI C. GAV. VOL. &c.]

Cùm puer incautus nimiùm temeratius annis,
Altiùs egit iter, deſeruitq; patrem,
Vincla labant, & cera deo propiore liqueſcit,
Nec tenues ventos brachia mota tenent.

227. TABVERANT CERÆ, NVO. &c.] verſus idem B prorſus in Arte.

228. REMIGIOQ. CARENS] *Remigium alarū* 1. & 6. Æneid. Virg. ſimilē enim vſum habent alæ in aëre.

NON VLLAS CONCIPIT AVRAS] præ æſtu ſpiritum nequit ducere; omnis enim aliè aſcenderat, cæli cupidine tactus, hoc eſt, ſolis & ſtellarum propinquiùs intuendarum cupidior.

229. PATRIVM CLAMANTIA NOMEN]

Decidit, atq; cadens, Pater, ô pater, auferor, inquit:
Clauſerunt virides ora loquentis aquæ.

230. QVÆ NOMEN TRAXIT AB ILLO] Ab Icaro dictum mare Icarium. eleg. 1. l. 1. Triſt.

Dum petit infirmis nimiùm ſublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

Triſt. 3. eleg. 4.

Quid fuit vt tutas agitaret Dædalus alas?
C *Icarus immenſas nomine ſignet aquas?*

Faſt. lib. 5.

Tranſit & Icarium, laxas vbi perdidit alas
Icarus, & vaſtæ nomina fecit aquæ.

231. NEC IAM PATER] Pater, & filius ſunt τῶν πρός τι, ſeu quæ inter ſe referuntur, relata, ſeu relatiua, quorum alterum ſi pereat, ſtatim interimit alterum, parumque verè Ioannem, verbi gratia, Bartholomæi defuncti patrem nomines.

234. DEVOVITQ. SVAS ARTES] harum artium iam eum pœnitebat. Iam ingenioſus fuiſſe nollet.

CORPVSQ. SEPVLCHRO CONDIDIT] *Oſſa tegit tellus.*

235. ET TELL. A NOM. D. SEPVLTI EST] Mare quidem nuncupatum eſt Icarium: ſed in eo ipſo mari inſula eſt, Icaria ab eodem Icaro, ibi tumulato nomen adepta. Fabula Icari ad auream nos me- D diocritatem incitat, quam rebus quibuſcunque agendis adhibeamus: ne videlicet nimis ſemper altum vrgeamus: neque dum procellas horreſcimus, nimiùm littus premamus. Idem eſt conſilium Senecæ choro 4. in Oedipo, vbi & hoc exemplum Icari proponitur:

Fata ſi liceat mihi
Fingere arbitrio meo:
Temperem Zephyro leui
Vela, ne preſſa graui
Spiritu antennæ tremant:
Lenis ſed modicum fluens
Aura, nec vergens latus
Ducat intrepidam ratem:
Tuta me media vehat
Vita, decurrens via, &c.

Gaudet

Gaudet Perdix hac calamitate Dædali. Erat hic filius ſororis eius, quem fratri docendum ipſa commiſerat. Sed ob quædam ingenioſè inuenta, de quibus antè, magiſter inuidens, illum de muro deturbauit. Cui fautrix ingeniorum Minerua ſuccurrens, in auem ipſi cognominem transformauit. Natura perdicis.

III. *HVnc miſeri tumulo ponentem corpora nati*
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix;
Et plauſit pennis, teſtatáque gaudia cantu eſt;
Vnicatum volucris, nec viſa prioribus annis,
Factáque nuper auis, longum tibi, Dædale, crimen.
Namque huic tradiderat fatorum ignara docendam
Progeniem germana ſuam, natalibus actis
Bis puerum ſenis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum: ferróque incidit acuto
Perpetuos dentes, & ſerræ repperit vſum
Primus: & ex vno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, vt æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit: ſacráque ex arce Mineruæ
Præcipitem miſit, lapſum mentitus. at illum
Quæ fauet ingenijs, excepit Pallas, auémque
Reddidit, & medio velauit in aëre pennis:
Sed vigor ingenij quondam velocis, in alas,
Inque pedes abijt, nomen, quod & antè, remanſit.
Non tamen hæc altè volucris ſua corpora tollit:
Nec facit in ramis, altóque cacumine nidos:
Propter humum volitat, ponitque in ſepibus oua,
Antiquique memor metuit ſublimia caſus.

236. TVMVLO PON. CORP. NATI] Suprà: *Corpuſq́; ſepulchro condidit.* Lib. 2. *Corpora dant tumulis.* Lib. 4. *Componi tumulo non inuideatis eodem.*

237. GARRVLA PERDIX] Multa de perdice Rhodigin. libro 29. cap. 26. Et in eo de garrulitate ipſius, & an ſermonem humanum doceri poſſit.

238. ET PLAVSIT PENN. TESTATA Q. &c.] Duo ſigna edidit lætitiæ (ponit enim in hac quoque, vt in Actæone, Calliſto, & alijs mutatis ſuperfuiſſe vſum rationis) plauſum per alas, quia manibus non poterat, quas non habebat; & cantum, quem tamen non alium, quàm κακκαβισμὸν, & quandam crocitationem debemus intelligere: ſiquidem inter canoras & cantatrices aues haud numeratur perdix.

A 239. VNICATVM VOLVCR. NEC VISA, &c.] In ſuo genere adhuc vnica, & quæ tum primùm cœperat exiſtere.

240. LONGVM TIBI, DÆDALE, CRIMEN] crimē hîc eſt infamia, opprobrium, ignominia propter perpetratum crimen. Ait ergo Dædalum laboraturum immortali infamia, ob ſcelus in Perdicem admiſſum.

241. FATORVM IGNARA] nam ſi gnara fuiſſet, aut ſi ſaltem præcipere tale quippiam ſuſpicione potuiſſet, nunquam fratri filium docendum commendaſſet.

242. NATAL. ACT. BIS PVER. SEN.] duodenum.

243. ANIMI AD PRÆCEPTA CAPACIS] docile nactus erat ingenium.

244. Il-

[illegible] ET IAM MED. SPIN. IN PISCE, &c.] Ex [illegible] ſpinæ dorſi in piſcibus, ſerram fer- [illegible] excogitauit.

147. E[illegible] EX VNO DVO FERR. O. NODO] pulcher- [illegible] circini periphraſis: fuitque hoc alterum inuentum.

[illegible]45. ÆQVALI SPATIO DISTANT. ILLI E] per *περιφέρειαν*, & ex omni parte, vnum circini brachium ab altero, ſtante in centro æqualiter diſtat.

[illegible]. DÆDALVS INVIDIT] Quanquam erat *ingenio fabræ celeberrimus artis*, vt antea dixit Poëta, n[illegible]inus vrebat miſerum aliena gloria. Diſſe[illegible] de vitio inuidiæ l. 2. vbi & à Poëta eius elega[illegible]tem *συναπτικόν* habemus.

EX A[illegible]C[illegible] MINERVÆ] Athenis, vbi arx Mineruę ſacra, ſicut & vrbs, de muro præcipitē egit puerum hunc, & homicidium mendacio cumulauit. Ita ſolent [illegible] qui grandibus ſe ſceleribus contaminarunt, quaſi appendices, & corollaria quædam minora adiungere.

252. QVÆ FAVET INGEN. PALLAS] *Palladis*, & *Mineruæ* vocabulis indiſcriminatim vti videmus auctores, cū de artibus & ingenijs ſermo eſt. Alioqui *Pallas* à *πάλλειν*, ab haſta nimirum vibranda nomen ducit, & magis in eam quæ belli præſes, conuenit.

254. SED VIGOR INGENII Q. VELOCIS] De aſtu *perdicis* Ariſtot. 9. l. Hiſt. animal. c. 8 Plutarch. Plin. Ælian. Athenæus. Longè plurima de eadem Vlyſſes Aldrouandus, *in Ornithologia* tom. II. pag. 46.

IN ALAS, INQ. PEO. ABIIT] celerem admodum & agillimam auem euaſiſſe indicat, vt ſit perdix quaſi pernix, in curſu ſuo.

255. NOMEN, QVOD ET ANTE, REMANSIT] vt in plurimis, quos lib. 2. in fab. Cycni maiorem partem enumerauimus.

256. NON TAMEN HÆC ALTE VOLVCRIS, &c.] Naturam perdicis deſcribit. Negat eſſe altiuolantem; volare propter humum; non nidificare in arboribus, ſed in ſepibus, quaſi memorem præcipitij ſui.

Appoſite à laudibus Theſei ad aprum Calydonium deſcendit. Eius vrbis rex Oeneus in ſacrificio primitiarum Dianam ſciens prætererat. Quæ terribilem aprum agro, & gregibus vaſtandis immiſit. Iuſſu patris Meleager ad eum conficiendum nobiliſſimos & ſtrenuiſſimos Græciæ viros euocat. Aduenit etiam Atalanta virgo, & virago. Eius habitus & forma.

IAMQVE fatigatum tellus Ætnæa tenebat IV.
Dædalon: & ſumptis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur. iam lamentabile Athenæ
Pendere deſierant Theſeia laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemque Mineruam
Cum Ioue, diſque vocant alijs, quos ſanguine voto,
Muneribúſque datis, & acerris thuris honorant.
Sparſerat Argolicas nomen vaga fama per vrbes
Theſeos: & populi quos diues Achaia cepit,
Huius opem magnis implorauere periclis.
Huius opem Calydon, quamuis Meleagron haberet,
Sollicita ſupplex petijt prece. cauſſa petendi
Sus erat, infeſtæ famulus vindexque Dianæ.
Oenea namque ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primi[illegible]ias frugum Cereri, ſua vina Lyæo,
Palladios flauæ latices libaſſe Mineruæ.
Cœptus ab agricolis ſuperos peruenit ad omnes
Amb[illegible]tioſus honos: [illegible]as ſine thure relictas
Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.
TANGIT ET IRA DEOS. At non impunè feremus,

Quæ-

Quæque inhonoratæ, non & dicemur inultæ,
Inquit, & Oeneios vltorem ſpreta per agros
Miſit aprum: quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus: ſed habent Sicula arua mi[illegible]s.
Sanguine & igne micant oculi: riget horrida ceruix
Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent.
** Stántque velut vallum, velut alta haſtilia ſetæ,*
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit: dentes æquantur dentibus Indis:
Fulmen ab ore venit: frondes afflatibus ardent.
Is modò cr[illegible]ſcentes ſegetes proculcat in herba:
Nunc matura metit fleturi vota coloni,
Et Cererem in ſpicis intercipit. area fruſtra,
Et fruſtra exſpectant promiſſas horrea meſſes.
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus
Baccáque cum ramis ſemper frondentis oliuæ.
Sæuit & in pecudes. non has paſtor ve, canis ve,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi. nec ſeſe in mœnibus vrbis
Eſſe putant tutos: donec Meleager, & vnà
Lecta manus iuuenum coiere cupidine laudis.
*Tyndaridæ gemini, * præſtantes, cæſtibus alter,*
Alter equo, primǽque ratis molitor Iaſon,
Et cum Pirithoo fælix concordia Theſeus,
Et duo Theſtiadæ, & proles Aphareia Lynceus,
Et velox Idas, & iam non fæmina Cæneus,
Leucippuſque ferox, iaculoque inſignis Acaſtus,
Hippothoúſque, Dryáſque, & cretus Amyntore Phœnix,
Actoridæque pares, & miſſus ab Elide Phyleus.
Nec Telamon aberat. magnique creator Achillis,
Cúmque Pherethiade, & Hyantæo Iolao
Impiger Eurytion, curſuque inuictus Echion,
Neritiúſque Lelex, Panopeus, H[illegible]leuſque, feróxque
Hippaſus, & primis etiam nunc N[illegible]ſtor in annis,
Et quos H[illegible]on antiquis miſit Amyclis,
Penelopeſque [illegible]r, cum Parrhaſio Ar[illegible]cæo,
Ampycide[illegible]que ſagax, & adhuc a coniuge tutus
Oeclides, nemoriſque decus Te[illegible]eæa Lycæi
Venit Atalante Schœnei, pulcherrima virgo.
Raſ[illegible]lis huic ſummam mordebat fibula veſtem:
Crinis erat ſimplex, nodum collectus in vnum:
Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo
Tel[illegible]rum cuſtos: arcum quoque læua tenebat.
Ta[illegible]is erat cul[illegible]u facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſe.
Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros,
Optauit renuente deo; flammáſque latentes

*Aut hi [illegible] aut antecedens verſus inducendus.

*ſpe[illegible]tatus

Hau-

…t, & ,ó, ælix, ſi quem dignabitur, inquit,
Iſta virum: nec pl… finit tempúſque pudórque
Dicere; maius opus magni certaminis vrget.

260 T… Æneas … quam mons … celeberrimus … ceden… petolum fui … longum in … exilium, & in … ciam redire non … do in Siciliam tranſuola… Præterea Virg. … Chalcidem deueniſſe narrat. An pru… præadium apud Cocalum comparare voluit.

261 S… Cocal. … aduerſus Minoëm pro Dædalo, quem pro hoſpite … qui … animi humani officium fuit. Fama ſola, qu… Cocalo innotuerat.

261. Lan… miſcetum, inquit…

263 … virtute, quæ laudem pa… endum antecede… *Primam meruit qui … coronam.* Verba ſunt … Athenienſi… tributum pendere deſinerent.

264. … Quanta lætitia exceptus fuerit a Creta redux … Lætis & feſtis diebus templa … ornabantur. 1. Æneid.

Nos delubra deûm … quibus vltimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem.

Bellatricem … Min. … Iove, &c. Tutelare numen Mineruâ, Iouemque, atque alios cæleſtes p… illis per annum. Quam hic bellatricem, alibi bello metuendam viraginem, bellicam Palladem nominauit. Pentheſileam quoque *bellatricem*, Virg. 1. Æneid.

265. Qvos san… voto, mvnerib. et acerris, &c. … victimas promiſſas cædunt, & præter aliadona affatim thura … quemadmodum ſe facturos vouerant, ſi Theſeum ſaluum reciperent.

267. Sparsa … hoſtiam … late … per … tat. 4. Æneid. *Fama malum quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget.*

268 P… vrbes Græciæ vt ἀλεξίκακον, malorum depulſorem, & vindicem deſiderabant.

270. Calydon] vrbs Ætoliæ.

Qvamvis Meleagron haberet] iuuenem ingentis animi, periculorumque contemptorem.

271 Cavssa petendi svs erat. &c.] Exponit cauſſam, cur Calydonij eius opem flagitarint.

272. Infest. famvl. vindexq. Dianæ] quo Diana in vlciſcenda iniuria ſua tanquam famulo & carnifice vſa eſt. Vide Natal. lib. 7. cap. 3.

273. P… vccessib. anni] ob maximam frugum & fructuum illius anni vbertatem.

274. Primit. frvg Cereri, &c.] *Frugum* nomine ſæpe ponitur … leguminibus, interdum in … Proprie autem frumenta quæ ariſtam habent vt triticum, a…, hordeum, & … quæ … demeſſa, appellantur ſegetes. Vlpian. D. … & hab. 12. *Neque ſolus, neque olio, neque frumento, neque frugibus vſurum.* Primitias igitur frumen-

A ti Oeneus obtulit Cereri, quandoquidem, vt canit … *Prima dediſt fruges alimentaq, mitia terris.* Vini Baccho, … vt eſt 2. Georg *Pampineo grauidus autūno Floret ager, plenis ſpumat vindemia labris.* Mineruæ olei, cum oleæ ſit inuentrix, 1. Georg.

2… Coept. ab … icol. svper. p. …] Agricolæ dij ſunt qui præſunt rebus in agro prouenientibus, vt ſunt fruges, vinum, oleum: eus … Georg. Virgil. Ab his igitur dijs tacto initio, Oene… quoque & alius coluit, nullus eorum neglectus eſt.

277. Ambitiosvs honos] quoniam ambitioſos facit.

278. Solas Latoidos aras] vni Dianæ Latonæ filiæ cultus eſt negatus.

B 279. Tangit et ira deos] Duplex ſententia. Vel, præter alios humanos affectus, quibus etiam dij ſubijciuntur, nec ira vacant. Vel, & dij iraſcuntur, quod eorum naturæ & maieſtate indignum videtur, maximè ſi impotentius iraſcantur, vt 1. Æneid. Iuno, & hic Diana, quarum vtraque iniurias ſuas vlciſcitur atrociſſimè. Stat. 5. Thebaid *monet & caleſtia quondā Corda dolor, lentoq, irrumpunt agmine pœnæ.*

At non i… pvne ferimvr] Notabis modum loquendi aliter, quam Ciceroni aliiſque ſcriptoribus vſurpatum, quibus non impunè ſerre, qui non impunitus abit. Epiſt. 77. lib. 13. *Dionyſius tum multos libros ſurripuiſſet, nec ſe impunè laturum putaret, aufugit.* Hic Diana dicit, ſe non paſſuram rem

C ſic abire. pœnas ſumpturam. In actione hic, inquam, non in perpeſſione dicitur; ſeu agentis eſt, non patientis hoc aduerbium. Hanc iram deæ, & pœnas ab ea Calydonijs inflictas tangit Virgil. in 7. *Conceſſit in iras Ipſe Deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.*

281. Vltorem aprvm] Suprà famulum, ac vindicem infeſtæ Dianæ appellabat.

282. Qvanto maior … epid. tavr. &c.] Aprum immiſit, parem magnitudine tauro Epirotico, maiórem Siculo, quamuis & in Sicilia tauri non ad… parui repetiantur.

284. Sangvine, et igne micant ocvli] Accepiſti de granditate corporis: nunc de reliquo eius habitu. De dracone à Cadmo occiſo lib. 3. *Igne micant oculi.* De Laocoontæis ſerpentibus 2. Æneid.

D *Ardentéſq, oculos ſuffecti ſanguine, & igni.*

Riget horrida cervix] Alioqui flexibiles ſunt ceruices animalium.

285. Et setæ … similes hastilib. &c.] Virg. l. 10. Mezentium apro comparans, inter alia de eo, *Poſtquam inter retia ventum eſt, Subſiſtit, infremuitq, ferox, & inhorruit armos.* Verſus ſubſequens ne ſit adulterinus, valdè vereor. Voluit quiſpiam ſciolus hyperbolen augere, & quo munitior eſſet, illam vallo circundare. Quanquam Aldina editio hunc eiicit, & ſequentem retinet.

287. Fervida spvma] Non ſimpliciter ſpuma, ſed feruida, nam calida & ignea apris natura, vt eerteris … quare hi in fuga præſidium quærunt, illi in inuadentes contrà irruunt. A ſpuma epitheton illis dat Virgil. 1. Aeneid. *Aut ſpumantis apri curſum*

E e *clamore*

clamore prementem. Et 4. *Spumantemq; dari pecora inter inertia votis Optat aprum.*

28. RAVCO ST... IDORE] circuitione gannitum ſignat.

288. DENTES ÆQVANT. DENTIB. INDIS] elephanti enim dentibus. Controuerſum eſt tamen inter doctos, dentes ne ſint, an cornua in elephanto. Nam & alioqui *dente timetur aper*, vt ait Martial. lib. 14. Indicus quidem apros Plin. autumat dentium flexus cubitales habere.

289. FVLMEN AB ORE VEN. FROND. &c. 11. Faſt. *Fulmineo celeres diſſipat ore canes.* Fulmineus poëtis aper, propter afflatum oris calidum, quo ceu igne fulminis adurere videtur omnia, vt ait Turneb lib. 1. cap. 27. Vnde ſtatim ſequitur, *frondes afflatibus ardent.* Fulmineum appellant aprum Silius quoque, & Statius, & dentem eius fulmineum Martial. *Fulmineo ſpumantis apri ſum dente perempta.* Et Ouid. 10. *Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.* Mirifica huius apri Calydonii, & planè eximia deſcriptio fuit hæc Naſonis. Eiuſdem ἄγαλμα æneum, iiſdem pænè coloribus depictū extat Anthol. 4. Tit. 7. εἰς ἀγάλματα ζώων, in ſimulacra animalium, quod adſcribo:

Χάλκε@, ἀλλ' ἄθρησον ὅσον θράσ@ ἔνυος κάπρου
Ο' πλάσας. ἐμπνοῦν θῆρα πεποιημέν@,
Χαῖτας αὐχενίους πεφρικότα, θηκτὸν ὀδόντα
Βρύχοντα, γλήναις φρικτὸν ἰέντα σέλας.
Α'φρῷ χείλεα πάντα δεδευμένα· οὐκ ἔτι θάμβ@,
Εἰ λαγάδα ςρατιὴν ὤλεσεν ἡμιθέων.

Æneum ait eſſe quidem, ſed artificem ei addidiſſe audaciam, & quaſi viuum efformaſſe, ſetis horridū, frendentem dentibus, terribili fulgore oculorum, ſpumas eiectantem. Nec mirum, ſi vnus ipſe electorum ducum manum perdiderit. Vide & Statium Papinium 2. Thebaid. vbi Tydeus ſe è conuentu regis & optimatum ita fremens proripit; cum hoc eum apro illum comparat.

290. MODO CRESCENT. SEG. PROCVL. IN HERBA] Quantum detrimenti hic aper Calydoniis intulerit. Meſſis adhuc in herba, dicitur adagio de immatura ſpe, cùm res etiamnum longè abeſt. Metaphora à ſegetibus adhuc teneris & herbeſcentibus, de quibus agricola nihil certi ſibi polliceri queat, propter improuiſas calamitates, quæ ipſum votis potiri non ſinunt.

291. NVNC MAT. METIT FLET. VOT. COL.] Dentes apri falcis inſtar ſunt incurui & inflexi, habentque aciem ſuam. Inde rectè tradixit verbum *metit*. Lib. 1. *& deplorata colonis Vota iacent*; cùm ſcilicet omnia pontus fierent.

292. ET CARER. IN SPICIS INTERCIPIT] quia frumenta adhuc in ſpicis, nondum demeſſa & excuſſa depaſcitur, & culmis confractis diſſipat. *Spica* dicitur a ſpe. *Culmus* ſeu calamus ſpicam, ſpica granum, granum ariſtam ſuſtinet. qua ſi careant grana, *ſpica mutica*, quaſi mutila nominatur.

293. PROMISSAS HORREA MESSES] promiſſas à bona tempeſtate, & temperie cæli. Virgil. 1. Georg. *Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.*

294. STERNVNT. GRAVID. L. CVM PAL. FOET.] Vineta dilacerauit. Grauidi fœtus palmitum, quid ſunt niſi vuæ, vino granis tumentibus?

295. SEMPER-FROND. OLIVÆ] Talia καθ' ὕφεν dici mos eſt, vt in Obſeruationibus humanis notat Schottus noſter lib. 1. cap. 9. & 11. cap. 42. & 54. in Nodis Ciceronianis lib. 1. cap. 16. & 17. Virgil. 1 Georg. *Et baccas ſemper-frondentis ...* Æn. *O ſocii, neque enim ignari ſumus ante malorum.* ... Et de matre Dei *ſemper-virgo*, ἀει-παρθένο...

296. SAVIT IT ... H... quomodo ſæuierit in ſegetes, in vineta & oliueta; ... qui modo in pecora graſſatus ...

NON HA... PASTORVE, CANESVE, &c.] ... cris ... ſeu tripl... Paſtorem, is eſt vel opilio ... diceretur pecoris ... ſtas belluas metetur.

298. DIFFVG. POPVLI, NEC SESE IN MOENIB...] Hinc maxime colligas quàm formidabilis h... fuerit, quòd nec intra mœnia quidem ſecuri erant incolæ.

300. LECTA MANVS IVVEN. COIERE] Spe reportandæ ex domito & ſublato hoc portento gloriæ, nobiliſſimi iuuenes ad ineundam ſocietatem expeditionis excitantur. Catull. de nupt. *Cùm lecti iuuenes, Argiuæ robora pubis* & Cicero 1. Verr. *Frater tuus lectiſſimus & ornatiſſimus adoleſcens.*

301. TYNDARIDÆ GEMI. PRÆST.] Enumerare incipit viros inſignes & fortiſſimos, qui partim à Meleagro, Oenei regis Ætoliæ filio acceſſiti, partim ſua ſponte venerunt ad venatum & cædem apri Calydonii, laudis videlicet conciliandæ. Eoſdem enim erat Hygin. fab. LXXI ... & imitatione præterea, quæ Oeneo auxilia miſerunt. Item Apollonius libri totam fabul. m plenè differens. Loquitur autem Ouid. de Caſtore & Polluce, qui vno nomine Tyndaridæ, quòd Tyndarei Leda filii putarentur, cum haberet Pollux patrem Iouem. Atque hunc cæſtibus & pugilatu, illum equo valuiſſe teſtatur Horat. ode 12. lib. 1. *Hunc* (Caſtorem) *equis; illum* (Pollucem) *ſuperare pugnis Nobilem.* Et ſat. 1. lib. 2. *Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem Pugnis.*

302. PRIMÆQ. RATIS MOLIT. IASON] Prima omnium nauis fuit *Argo*, quam conſtruendam curauit Iaſon. Vide initium libri ſuperioris. Virgil. 3. Aeneid. *Claſſemq; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.* Quinam primi omnium Therva ranibus tentarint, nauigareque inſtituerint, variæ ſunt auctorum ſententiæ. Longa naue ante alios Iaſon nauigauit. Et quoniam longiùs quàm alij prouectus, inde etiam princeps vela dediſſe creditus eſt.

303. ET CVM PIRITH. FEL. CONCORD. THESEVS] fœliciter concordes *Pirithous* & *Theſeus*: quorum in eo præcipuè amicitia eluxit, quòd ſimul inferos ad Proſerpinam Plutoni eripiendam petiuerunt. Vnde eleg. 4. lib. 1. Triſtium:

Theſea Pirithous non tam ſenſiſſet amicum,
Si non infernas viuus adiſſet aquas.

Per eoſdem libros crebra eſt eorundem fidi... æ ſocietatis mentio.

304. ET DVO THESTIADÆ] Toxeus & Plexippus Theſtii filii, auunculi Meleagri.

305. ET IAM NON FEM. CÆNEVS] De hoc lib. 12. Beneficio Neptuni in virum mutata eſt Cænis, & fœmina eſſe deſiit.

308. ACTORIDÆQ. PARENS &c.] Quinam heroës iſti fuerint, de quibus hoc verſu, docebit te Ianus Parrhaſius de reb. per epiſtol. quæſit. Epiſtola 41.

309. NEC TELAMON ABERAT] frater Pelei. MAGNIQ. CREAT. ACHILLIS] Peleus. Virg eclog.

A ... *terű ad Troiam magnus mittetur Achil-* ... dem Symb noſtras. *Creare* de matre ... legitur. Virgilius lib. 12. *Quos fida crearat* ... *na tot Arcadia coniux Tyrrhena Gilippo.* Natura rerum creatrix, Lucret. lib. 5.

31... L... PRIM. ETIAMNVM NESTOR IN AN- ... ominat quoſdam ex his ipſe Neſtor. 1. Iliad. ... ulcum belluas monticolas oppugnant, Dryantem, Cæneum, Pirithoum. Erat ergo tum iuuenis Neſtor, cùm ad hunc venatum veniret. Nam apud Homerum tertiam hominis ætatem ag...

315. PENELOPESQ. SOCER] Laërtes, pater Vlyſſis.

31... ET ADHVC A CONIVGE TVT. OECLIDES] B Amphiaraus, Oeclei filius, quem Eriphyle coniux, accepto monili ab Argia Adraſti Argiuorum regis filia, prodidit, atque ad bellum Thebanum, vnde ſe nunquam rediturum, vt vates, præſciebat, proficiſci coëgit.

317. NEMORISQ. DECVS TEGEÆA, &c.] Duæ ſunt Atalantæ. Arcadica, de qua hic, & Bœotica, de qua lib. 10. Illa Schœnei, hæc Iaſij filia. Arcadicam fuiſſe venatricem monent illa verba, *nemoriſq. decus.* Bœotica cum Hippomene curſu decertabit.

VENIT ATALANTE SCHOEN. &c.] Duplex C difficultas obijcitur nobis in hoc carmine. Nam & ſecunda ſyllaba in voce *Atalante* malè tenditur: & Schœnei filia etiam altera illa Atalanta li. 10. dicitur, cùm diſtent magno terrarum & temporum interuallo. Quamobrem à quibuſdam vt nothum, & aliunde inculcatum exploditur, cùm præſertim & à manuſcriptis abſit. *Tegeæa* enim eſt iſta Atalanta, à Tegea oppido Arcadiæ. Et cohærent verba vltima præcedentis verſus cum ſequentibus, *Raſilis huic,* &c. Præterea confirmat hanc coniecturam, quòd infra legitur, *celerem Tegeæa ſagittam Impoſuit neruo,* vbi Atalantam neceſſariò intelligimus. Hæc Ciofan. Noſter Lælius Biſciola in Subſeciuis horis, li. 16. c. 5. multa de tribus Atalantis producit in me- D dium. Huius quidem pater Iaſion fuit, de qua profuerit legere apud Aelian. c. 1. li. 3. Nupſit tandem Milanioni, vt teſtatur Propert. l. 1. eleg. 1. cui Parthenopæum enixa eſt.

318. RASILIS H. SVMM. MORDET. FIB. VEST.] De cultu, armis & forma virginis. Virgil. in 4. de Didone ſe ad venationem inſtruente, *Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.* lib. 12.

Horum vnum ad medium, teritur quà ſutilis aluo
Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet.

A Magnus quondam luxus in fibula. Solis tribunis aureas fibulas, gregariis, aut manipularibus tantummodo baltheos aut ... leras argento decoras geſtare permittebatur. Aurelianus gregariis dedit, vt per omne tempus militiæ aureas haberent. Item ... eo militibus generatim conceſſit, vti in chlamydibus fibulis, quæ tamen ſolo auro & arte pretioſæ eſſent. Lipſ. de milit. Roman.

319. CRIN. ERAT SIMP. NODVM] Capillus Atalantæ non erat cultus, non comptus, ſed neglectus, in nodum duntaxat collectus. Qualis Daphnes lib. 1. & Calliſtus lib. 2. *Sed fibula veſtem, Vitta coërcuerat neglectos alba capillos.*

B NODVM COLLECT. IN VNVM] Virgil. de Didone lib. 4. Aeneid. *Crines nodantur in aurum.* Horat. ode 19. lib. 2. Carm.

Tu ſeparatis vuidus in iugis
Nodo coërces viperino
Biſtonidum ſine fraude crines.

Rurſum ode 14. lib. 13.

Myrrheum nodo cohibere crinem.

320. EX HVMERO PEND. RESONAB. &c.] A ſiniſtro humero ſuſpenſam pharetram eburneam, telis refertam gerebat, quæ motu ingredientis cõplodebãtur. De Apolline 9. Aeneid. Maro:

C *Agnouere deum proceres, diuinaq; tela*
Dardanida pharetramq; fuga ſenſere ſonantem.

322. QVAM DICERE VERE VIRGIN. IN PVERO, &c.] Lib. ſequenti:

Cultus erat pueri: facies quam ſiue puella,
Siue dares puero, fieret formoſus vterque.

Neceſſe erat in virgine, ſeu potiùs in virgine aliquid maſculum etiam in vultu conſpici. In Catalect. Virgilianis de Narciſſo:

Dum dubitat natura, marem, faceretne puellam,
Factus es ô pulcher penè puella puer.

324. HANC PARITER VIDIT, PARIT. OPT.] D ſimul aſpexit, & amauit, & coniugẽ ſibi optauit.

325. RENVENTE DEO] Quo deo? An Ioue? an Iunone? an Venere? nullo horum: ſed numine, quod aliàs, fatis renuentibus.

FLAMMASQVE LATEN. HAVSIT] Lib. 2. *Et acceptos caluere ſub oſſibus ignes.* Virgil. 4. Aeneid. *Et cæco carpitur igni.*

326. SI QVEM DIGNAB. ISTA VIRVM] Lib. 1. *Et ô virgo, Ioue digna, tuoq; beatũ Neſcio quem factura toro.*

327. NEC PLVRA SINIT TEMP. PVD. &c.] Nec decebat eo & loco & tempore plura dicere ad deſiderium Meleagri pertinentia, cùm certamen in belluam inſtaret & vrgeret.

Pugna tot heroum, cum apro illo ferociſsimo abſolutè deſcribitur. Victoriæ laus penes Meleagrum.

329. *SYlua frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas,* V.
330. *Incipit à plano, deuexáque proſpicit arua.*
Quò poſtquam venêre viri, pars retia tendunt:
Vincula pars adimunt canibus: pars preſſa ſequuntur
Signa pedum, cupiúntque ſuum reperire periclum.
Concaua vallis erat: quò ſe demittere riui

Aſſuerant pluuialis aquæ: tenet ima lacunæ
Lenta ſalix, vluæque leues, iuncique paluſtres,
Viminaque, & longæ parua ſub arundine cannæ.
Hinc aper excitus medios violentus in hoſtes
Fertur, vt excuſſis eliſus nubibus ignis.
Sternitur incurſu nemus, & propulſa fragorem
Sylua dat. exclamant iuuenes: protentaque forti
Tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
Ille ruit, ſpargitque canes, vt quiſque furenti
Obſtat, & obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis Echionio primùm contorta lacerto
Vana fuit, truncóque dedit leue vulnus acerno.
Proxima ſi nimiis mittentis viribus vſa
Non foret, in tergo viſa eſt hæſura petito:
Longiùs it. auctor teli Pagaſæus Iaſon.
Phœbe, ait Ampycides, ſi te coluique colóque,
Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
Quà potuit, precibus Deus annuit. ictus ab illo eſt,
Sed ſine vulnere. aper: ferrúmque Diana volanti
Abſtulerat iaculo: lignum ſine acumine venit.
Ira feri mota eſt: nec fulmine lenius arſit.
Emicat ex oculis, ſpirat quoque pectore flammas.
Vtque volat moles adducto concita neruo,
Cùm petit aut muros, aut plenas milite turres,
In iuuenes certo ſic impete vulnificus ſus
Fertur: & Eupalamon, Pelagonáque dextra tuentes
Cornua proſternit: ſocij rapuere iacentes.
At non letiferos effugit Enæſimus ictus,
Hippocoonte ſatus. trepidantem, & terga parantem
Vertere, ſucciſo liquerunt poplite nerui.
Forſitan & Pylius citra Troiana periſſet
Tempora: ſed, ſumpto poſita conamine ab haſta,
Arboris inſiluit, quæ ſtabat proxima, ramis:
Deſpexitque loco tutus, quem fugerat, hoſtem.
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis
Imminet exitio, fidenſque recentibus armis
Orithiæ magni roſtro femur hauſit adunco.
At gemini, nondum cæleſtia ſidera, fratres,
Ambo conſpicui, niue candidioribus ambo
Vectabantur equis, ambo vibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent, niſi ſetiger inter opacas,
Nec iaculis [illegible]ſſet, nec equo loca peruia, ſyluas:
Perſequitur Telamon, ſtudioque incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radic[illegible] retentus.
Dum leuat hunc Peleus, celerem Tegeæa ſagittam
Impoſuit neruo, ſinuatoque expulit arcu.

Fixa

Fixa ſub aure feri ſummum diſtrinxit arundo
Corpus, & exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus,
Quàm Meleagrus erat. Primus vidiſſe putatur,
Et primus ſocijs viſum oſtendiſſe cruorem:
Et, meritum dixiſſe feres virtutis honorem.
Erubuere viri, ſeque exhortantur, & addunt
Cum clamore animos, iactántque ſine ordine tela.
Turba nocet iactis: &, quos petit, impedit ictus.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer Anceus
Diſcite, fœmineis quid tela virilia præſtent,
O iuuenes, operique meo concedite, dixit.
Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis:
Inuitâ tamen hunc perimet mea dextra Dianâ.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore,
Ancipitémque manu tollens vtraque ſecurim,
Inſliterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentem, quaque eſt via proxima letho,
Summa ferus geminos direxit ad inguina dentes.
Concidit Ancæus, glomeratáque ſanguine multo
Viſcera lapſa fluunt: madefactáque terra cruore eſt.
Ibat in aduerſum proles Ixionis hoſtem
Pirithous, valida quatiens venabula dextra.
Cui procul Ægides, O me mihi charior, inquit,
Pars animæ conſiſte meæ: licet eminus eſſe
Fortibus. Ancæo nocuit temeraria virtus.
Dixit: & ærata torſit graue cuſpide cornu:
Quo bene librato, votique potente futuro
Obſtitit æſculea frondoſus ab arbore ramus.
Miſit & Æſonides iaculum; quod caſus ab illo
Vertit, & in mentum figit latrantis, & inter
Ilia coniectum, tellure per ilia fixum eſt.
At manus Oenidæ variat: miſſiſque duabus
Haſta prior terra, medio ſtetit altera tergo.
Nec mora, dum ſæuit, dum corpora verſat in orbem,
Stridentemque nouo ſpumam cum ſanguine fundit,
Vulneris auctor adeſt, hoſtemque irritat ad iram,
Splendidáque aduerſos venabula condit in armos.

329. SYLVA FREQ. TRABIB.] Topographia ſyluæ, partim planæ & humilis, partim altæ, vnde deſpectus in ſubiectos agros. *Trabes* vocat arbores, quia inde trabes fiunt. A

QVAM NVLLA CECIO. ÆTAS] incædua. Lib. 1. *Cùm ſubit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.* Lib. 3. *Sylua vetus ſtabat, nulla violata ſecuri.*

330. DEVEXAQ. PROSPICIT ARVA] Aſſurgit paulatim ſylua illa ex plano, cui ſubiacent campi depreſſi. 8. Æneid. *Deuexo interea propior fit veſper olympo.* 3. Georg. *Ad terrámque fluit deuexo pondere ceruix.* Et 1. lib.

Mundus vt ad Scythiam, Riphæaſq. arduus arces
Conſurgit, premitur Libyæ deuexus in Auſtros.

331. QVO POSTQ. VENERE VIRI, PARS, &c.] Diſtribuuntur partes & labores in hac venatione. Alij ergo retia expandebant, quæ admodum firma tali beſtiæ retinendæ fuiſſe oportet, cui ſetæ tanquam haſtilia, &c. Alij canibus copulam demebant; aut ſuis quemque vinculis ad curſum expediebant. Alij (canibus vtique comitati) per veſtigia feram indagabant, cum præſenti ſuo diſcrimine.

334. CONCAVA VALLIS ERAT, &c.] Latibulum apri ponitur ob oculos. In vallem decurrebant riui

cælo pluuio, vnde in imo vallis lacuna efficiebatur, quam ſalices, vluæ, iunci, vimina, arundines cingebant.

337. LONGÆ PARVA SVB ARVND. CANNÆ] Cannas longas ſub parua arúdine, accipio longas, & minimè craſſas, tenues. Aut arundinis nomine intelligenda vagina ipſa cannæ, qua nihil arduum aut leuius.

339. VT EXCVSSIS ELISVS NVBIB. IGNIS] ad impetum apri validum ac repentinum exprimendum, idonea ſimilitudo fulguris.

340. STERNITVR INCVRSV NEMVS, &c.] incurſu apri arbores, & totum pænè nemus proſternitur, non ſine magno fragore ac ſonitu.

341. EXCLAMANT IVVENES] ſe clamoribus mutuò ad audendum cohortantur.

PROTENTAQ. FORT. TEL. TEN. DEXTRA] non cedunt loco, venabula in aprum dirigentes.

342. LATO VIBRANTIA FERRO] I. Aeneid. *Bina manu lato criſpãs haſtilia ferro.* Ein ſpeerm ſpieſſ. Vibrantia, quæ vibrantur, vt 2. Aeneid. *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.* 1. Georg. *Tardaq. Eleuſinæ matris voluentia plauſtra*, quæ tardè gradatimque voluuntur.

343. ILLE RVIT, SPARGITQ. CANES] 2. Faſt.

Sicut aper longè ſyluis latratibus actus
Fulmineo celeres diſſipat ore canes.

Eodem verbo ſtatim vtitur, *& obliquo latrantes diſſipat ictu.*

346. VANA FVIT, &c.] Aberrauit Echion, haſtamque in arborem impegit. Obſerua, lector, varietatem in oppugnantibus feram.

LEVE VVLNVS] Leue, & quia lignum durius, & quia Echion non ita potens viribus.

347. PROXIMA SI NIMIIS MITTENT. VIRIB.] Secundum telum iecit Iaſon, ſed impulſu immoderato. Itaque longiùs ſupra feram euolauit.

349. LONGIVS IT] producitur, quia ſynæreſis, pro *iuit*.

350. PHOEBE, &C. SI TE COLVI Q. COLOQ. DA MIHI, &c.] Iſtiuſmodi precatiunculæ ad deos tela in hoſtes mittere parantium, aut in eos iam irruentium, aut denique aliquid arduum aggrediẽtium, cum conditione ſcilicet *ſi*, reperiuntur apud poëtas non paucæ.

352. QVA POTVIT PRECIB. DEVS ANNVIT, &c.] Non enim penitus & omnino potuit, nempe vt etiam vulneraretur aper. Potentior enim fuit Diana, & telo volanti ferrum abſtulit. Itaque arundo ſola, exarmata tetigit. Fictio miranda.

354. SINE ACVMINE] ſine cuſpide.

355. IRA FERI MOTA EST.] Ferus pro fera, ſeu beſtia. Virgil. 2. Aeneid. de equo ligneo: *In latus, inq; feri curuam compagibus aluum Contorſit.* Ibidem lege Symbola.

NEC FVLMINE LEN.] Quamuis natura ſemper caleat aper, tamen quo magis iraſcitur, eo calet & ardet vehementiùs.

356. EMICAT EX OCVL. SPIR. Q. PECT. FLAM.] Verbo *emicare* dat actionem, quomodo Cicero ad Attic. epiſt. 3. lib. 16 verbo *erumpere*, *Ne in me ſtomachum erumpant, cùm ſint tibi irati.* Et quis fuit, qui dixit, *erumpat terra liquores?* Idem fit in verbo *emanare.* Plin. lib. 33. c. 3. de olea diſputans, *vitiis & saniem emanantibus.* Vbi tamen in margine à Dalechampio notatur alia lectio, *ſanie manantibus.* Sic Iacobi 3. vbi græcè eſt, *μή τι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρόν;* interpres reddidit, *nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?*

357. VTQVE VOLAT MOLES ADDVCTO, &c.] Molem ſaxeam balliſta exploſam cape. Nũnc æneis tormentis grandes globos in muros & turres eiaculantur. 1. Triſt. eleg. 2.

Nec leuiùs laterum tabulæ feriuntur ab vndis,
Quàm graue balliſta mœnia pulſat onus.

Virg. 12. — *muralis concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt.*

359. IMPETE] Pro *impetu*, metri cauſſa mutauit vocalem.

VVLNIFICVS SVS] alibi, *fulmineus ſus.* Et Virgil. *Procumbit humi bos.* Et Horat. *Naſcetur ridiculus mus.* Non licere autem ponere monoſyllabum in fine hexametri, niſi ſit nomen animalis, falſum: bene cadere monoſyllabum, ſi ſit animalis, verum.

360. DEXTRA TVENTES CORNVA PROSTERNIT] Aciem aduerſus aprum inſtruxerant heróes, cuius cornua Eupalamus & Pelagon tenebant. Hos proſtrauit quidem aper, non tamen occidit. Iacentes, & pænè exanimatos ſocij ſuſtulerunt.

362. AT NON LETIF. EFFVG. ENÆS. ICT. &c.] Crus huic reciſum eſſe colligimus.

365. FORSITAN ET PYLIVS CITRA TROIANA, &c.] Forſitan Pylius Neſtor (à Pylo vrbe Meſſeniæ, cui præfuit, vnde & Pylius ſenex) periiſſet, antequam ad Troiam veniret, niſi in arborẽ, haſta humi defixa, & per eam capto impetu ſubſiluiſſet.

368. DESPEX. LOCO TVT. Q. FVO. HOST.] quaſi verò non & hanc arborem ſternere potuiſſet aper, qui excitus luſtro, vt eſt ſuprà, ſtrauerat incurſu nemus.

369. DENTIB. IN QVERNO STIPITE TRITIS] exacutis. Virgil. 3. Georg. loquens de apro ad pugnam ſe aduerſus riualem comparante, *denteſq; Sabellicum exacuit ſus.* Quidam Ouidio & Plin. lib. 18. diem dicunt, affirmantes, apros dentes non ad ſaxa, aut arbores, ſed atterẽdo illos inter ſe, nimirum ſuperiores cum inferioribus, acuere, idque ex Euripide, Homero, & aliis probant. Deorum porrò inter ſe colliſorum ſonum plerumque à venatoribus auditum. Brod. lib. 8. cap. 5.

370. IMMINET EXITIO] exitio Neſtoris, animis inſidens. Quomodo ergo tutus hoſtem deſpiciebat? Tutum ſe magis putabat, quàm erat.

FIDENSQ. RECENTIB. ARMIS] recenter reparatis, & per crebram inſpirationem exacutis.

371. ORITHIÆ MAGNI] Super lectione verſus huius adi Iac. Micyllum. *Orithyiæ* legi qui poteſt, cùm habeat omnes longas, hîc autem exigantur ab initio duæ breues? Tres codices Croſani legunt *Orithia.*

ROSTRO FEMVR HAVSIT] Infrà de Meleagro, *Hauſitq; nefando Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.* 10. Aeneid. *Per tunicam ſqualentem auro latus hauſit apertum.* Et lib. 2. *Immiens & hauſerit enſis.*

372. GEMIN. NOND. CÆLESTIA SID. FRATRES] Catull. ad eoſdem, *Gemello Caſtor, & gemella Caſtoris.* Horat. ode 3. lib. 1. *Sic fratres Helenæ lucida ſidera.* Et rurſum ode 8. lib. 4. Carm.

Clarum Tyndaridæ ſidus ab infimis
Quaſſas eripiunt æquoribus rates.

Quam ob cauſſam dij, & nauigantium præſides facti,

facti, docet Natalis lib. 8. Mytholog. cap. 9. Cùm A
appareent geminæ hæ flammæ, ſiue ignes, bene o-
minantur nautæ: ſi vnus tantùm, timent pericu-
lum: maximè, ſi Helenæ ſidus ſuperueniens, vtroſ-
que fugauerit.

373. NIVE CANDID. AMBO VECTAB. EQVIS] Hos in candidis equis bello Latino interfuiſſe ſcribit Florus li. 1. c. 11. Virg. 12. de equis Turni, *qui candore niues anteirent*. Vnde Adagium, *niue candidius*.

374. AMBO VIBRATA PER AVRAS, &c.] Fruſtra & hi vibrarunt haſtas condente ſe apro loco imperuio, propter denſitatem arborum.

378. STVDIO INCAVT. FVNDI PRON. &c.] Quàm veriſimile hoc? vt nihil magis.

380. SAGITT. IMPOSVIT NERVO, SINVATOQ. &c.] Suprà de Niobe: *Impoſito calamo patulos ſinuauerat arcus*. Sic enim mauult è codicib. antiquis Ciofan. quàm numero multitudinis, *Impoſitu calamis*. Philoſtrat iunior de Atalanta, in icone Meleagri: Cùm ſagittam neruo paratam impoſuiſſet, iaculari cogitat; accincta verò eſt veſte ad genu (nempe vt illa, *Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluentes*) ſoleis pedibus annexis: ac manus & brachia ad humerum vſque nuda, quò ſic ad agendum prompta, veſte ibi ad fibulas contracta.

382. SVMMVM DISTRINX. ARVNO. CORP.] raſit, leuiter vulnerauit. Æneid. 10. *Magnumq; femur perſtrinxit Achata*. Lib. 12. ducit metaphoram ab animato ad lanceam, qua Turnus Phegeum perſtrinxit: ——*Hunc lata retectum*

Lancea conſequitur, rumpitq; infixa bilicem
Loricam, & ſummum degustat vulnere corpus.

383. EXIGVO SANGVINE] non enim altum vulnus, ideo nec multus manauit ſanguis. C

384. NEC TAM. ILLA S. SVCCESSV, &c.] Atalanta non magis gaudebat feram tetigiſſe qualicumque vulnere, quod adhuc nemo de viris tam ſtrenuis fecerat, quàm Meleager ipſe, qui honori grauiſſimæ virginis fauebat impenſiùs.

385. PRIM. VIDISS. PVT. ET PRIM. SOCIIS, &c.] Argumentum eius, quod dicebam, cupiiſſe honorari virginem. Quamuis modico ſanguine rubefactas ſetas, primus notauit, nec tacuit, & præmium iaculatrici promiſit.

388. ERVBESC. VIR. SEQ. EXHORTANT. &c.] Cùm mollities mulierum ſit, vnde & illis vocabulum, vis autem & virtus virorum, à quibus appellationem habent, meritò erubeſcant viri, ſi à fæminis ſua ſibi & propria laus præcipiatur.

389. IAC. TANTQ. SINE ORDINE TELA] Antea iactabant ſigillatim, nunc iſte nunc ille: modò confuſè & ſimul, cogitantes fieri non poſſe, quin magno in numero plures tangant belluam, & tot vulneribus caſuram. D

390. TVRBA NOCET IACTIS, &c.] Secùs res euenit. ἀταξία fruſtrata eſt illos voto.

391. FVRENS CONTR. SVA FAT.] Furor malè ceſſit, non enim erat ei in fatis ἀπολεμεῖν. Non habebat deos ſecundos, & hoc propter confidentiam, & inflationem animi, voceſq; ſuperbiſſimas.

392. DISCITE FÆMIN. QVID TELA VIRIL.] Perſtrinxit tantùm ſagittæ iactu aprum Atalanta. Ancæus ſecuri ſua eundem ſe mox diffiſſurum arbitratur, Diana etiam nolente, cuius iræ inſeruiebat aper.

393. OPERIQ. MEO CONCEDITE] concedite mihi palmam, patiamini æquis animis me primas ferre, & ne inuidete mihi hanc victoriam. Aut ita, date mihi locum aggrediendi, & feriendi delendique monſtrum hoc.

394. IPSA SVIS L. H. LAT. PROTEG. &c.] Inter exempla ſibi, ſuæque virtuti ac viribus cum aperto deorum contemptu fidentium, hoc etiam notabis. Mezentius apud Maronem lib. 10. *Nec mortem horremus, nec diuum parcemus vlli*. Deorum auxilio in pugna ſe non egere, & victurum hoſtes diis volentibus nolentibus reſpondit patri Telamoni Aiax, vt initio Αἴαντος μαστιγοφόρου Minerua Vlyſſi narrat apud Sophoclem. Tales fuerunt Ipitius & Capaneus, vnius è vii. ducibus ad Thebas, de quo Statius 10. Thebaid.

396. MAGNILOQVO ORE] Non quo de grandibus magniſq; rebus loquebatur, ſeu vocali ore, μεγαλοφώνως: ſed quo de ſe magna & magnificè ac ſuperbiſſimè prædicabat, ſeſeque impudentiſſimè aliis præferebat. Adagium, *magna loqui*, μεγάλα εἰπεῖν, λέγειν. Repete quæ dixi lib. 1. ſub finem, ibi, *Quem quondam magna loquentem Non tulit Inachides*.

397. ANCIPITEM SECVRIM] bipennem. Sic anceps gladius, quem quidam bis acutũ nominãt.

398. INSTIT. DIGIT. PRIM. SVSP. IN ART.] Ita ſolent, qui quàm validiſſimos ictus incutere nituntur. Primi artus ſunt ipſi pedum digiti.

399. QVAQ. EST VIA PROXIMA LETHO, &c.] quà facillimum eſt interfici, propter loci teneritudinem, & veſicam. Intelligendum, ei virilitatem mordicus abſtuliſſe, vt ille alius aper Adonidi in venatione, lib. 10.

Protinus excuſſit pando venabula roſtro,
Sanguine tincta ſuo: trepidumq; & tuta petentem
Trux aper inſequitur: totóſque ſub inguine dentes
Abdidit, & fulua moribundum ſtrauit arena.

401. GLOMERATAQVE SANG. M. VISCERA L. FLVVNT] non glomerata ſanguine, ſed glomerata & conuoluta, ſeu glomeratim cum multo ſanguine è ventre lacerato effluant.

403. IA. IN ADVERS. HOSTEM] Vnicus aper, & talis aper, qualis hactenus propoſitus eſt, pro cohorte aut phalange negotium heroibus ipſis faceſſebat.

405. O ME MIHI CARIOR, &c.] Meminit & ſuprà amicitiæ Theſei & Pirithoi, *Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus*. Nunc de ſalute amici ſollicitus Theſeus, monet, caueat propiùs accedere, memor Ancæi. Ad loquendi genus quod attinet, vnuſquiſque noſtrûm ſibi proximus eſt, ac neminem ſe magis diligit. Ad vim igitur eximij alicuius amoris exprimendam & hoc, & quod mox ſequitur, *pars animæ meæ*, vſurpatum eſt. Eleg. 9. lib. 1. de Ponto:

A tibi dilecta miſſam Naſone ſalutem
Accipe, pars animæ magna, Seuere, meæ.

Horat. ode 17. lib. 2.

Ah te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior vis, quid moror altera? &c.

Ode autem 3. lib. 1. Virgilium vocat *animæ dimidium ſuæ*.

406. LICET EMIN. ESSE FORTIB.] Ambiguum. Licet iis qui fortes & generoſi ſunt etiam eminus pugnare, vt maneant, & habeantur fortes. Aliter, licitũ eſt, & pugnari poteſt fortiter, quamuis eminus, ſi non cominus. Paruum eſt diſcrimen. Senſum hunc alteri præfero.

408. ET ÆRATÆ TORS. ORAVE CVSPIO. CORNV] Cornus arbor eſt, vnde fiunt haſtæ. Virgil. 2 Æneid. *& bona bello Cornus*. Et 9. Æneid. *volat Itala cornus*. Hic tamen genere neutro, & quarta inflexione maluit *cornu*. Ridiculum foret ex boum aut ceruorum cornibus haſtam confectam putare, quod putauit Raphaël.

409. VOTIQ. POTENTE FVTVRO] certo telo contigiſſet, quod petebat, vt ſuprà de Ampycide. Collimaſſet, aut vt quidam docti emendant hoc verbi, *collineaſſet*.

410. OBSTIT. ÆSCVLI. FRONO. &c.] Ramus æſculi prominens, iaculum excepit. Sic ſuprà:

Cuſpis Echionio primùm contorta lacerto
Vana fuit, truncoq; dedit leue vulnus acerno.

Quanquam Echion telum ſuum non tam bene librauerat.

411. MISIT ET AESONID. IACVL. &c.] Iactus ſecundus. De primo, & eius euentu ſuprà:

Proxima ſi nimijs mittentis viribus vſa
Non foret, in tergo viſa eſt hæſura petito:
Longiùs it: auctor teli Pagaſæus Iaſon.

A Sed huius mirabilior, telum quippe ab apro aberrans, & cani latranti, per medium, id eſt, per partem oris inferiorem, ingrediens, per viſcera & ventrem exit, & humi defigitur.

414. AT MAN. OENIDÆ VARIAT, &c.] Duplex iactus Meleagri Oenei filij, ſed non vnius modi: nam haſta altera, vana fuit; altera in apri tergum delata hæſit.

416. DVM SÆVIT, DVM CORP. VERS. &c.] Præ doloris morſu mirè ſe contorſit verſauitque.

417. STRIDENT. SPVMAM] ex calore igneo, quo velut coquebatur.

B 418. HOSTEMQVE IRRIT. AD IRAM] maiorem, nam antea ſatis erat irritatus & iratus.

419. SPLENDIDAQVE ADVERS. VENAB. &c.] Philoſtrat. iunior in eius imagine, Meleagri puta. Siniſtro pedi innixus in progreſſu, & greſſu obfirmato, ſecurè impetū apri excipit, lanceam in eum defigens. Mox corpus eius repræſentans, inquit: Calloſus ac rigidus eſt iuuenis, & corpore toto vegetus: ſuræ ipſi benè compactæ ac rectæ, &c.

Lætitia, gratulatio, inſultatio in aprum cæſum.

Meleager victor, Atalantæ pro ἀριστείῳ pellem & caput donat. Honorem inuident cæteri. Toxeus & Plexippus auunculi Meleagri præmia ſua virgini adimunt: quos ipſe ambos nil moratus confodit.

VI.

GAVDIA teſtantur ſocij clamore ſecundo,
Victricémque petunt dextræ coniungere dextram.
Immanémque feram multa tellure iacentem
Mirantes ſpectant, neque adhuc contingere tutum
Eſſe putant: ſed tela tamen ſua quiſque cruentant.
Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit:
Atque ita, Sume mei ſpolium Nonacria iuris,
Dixit: & in partem veniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat, & magnis inſignia dentibus ora.
Illi lętitiæ eſt cum munere muneris auctor.
Inuidêre alij: totóque erat agmine murmur.
E quibus ingenti tendentes brachia voce,
Pone age, nec titulos intercipe fœmina noſtros,
Theſtiadæ clamant: nec te fiducia formæ
Decipiat: ne ſit longè tibi captus amore
Auctor: & huic adimunt munus, ius muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira,
Diſcite raptores alieni, dixit, honoris,
Facta minis quantum diſtent. hauſitque nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea, quid faciat, dubium, paritérque volentem
Vlciſci fratrem, fraternáque fata timentem
Non patitur dubitare diu: calidúmque prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.

420. GAVDENT EST SOCII [illegible] LAM.] clamores exorti ſunt à ſociis, gaudio, exultatione & gratulatione pleni.

421. VICTRICEMQVE PET. DEXT. CONIVNG. DEXT. Dextræ non tantùm copulantur in danda & accipienda fide, cuius ſymbolum ſunt: ſed etiam in ſalutatione & gratulatione. 1 Aeneid. Æneas Veneri: *Cur dextræ iungere dextram Non datur?* Plaut. Am. *Adeunt, conſiſtunt copulantur dexteras.*

422. MVLTA TELLVRE IACENT.] Quod ait, *multa tellure*, id eſt, magno terræ ſpatio, vaſtitatem beluæ declarat. Sic Polyphemus quanta corporis mole fuerit, inde coniicias, quòd inquit vates Latinus 3. Æneid. *iacuitq; per antrum immenſum.*

423. MIRANTES SPECTANT] De Caco ab Hercule interempto ſuſius & feſtiuius Maro in 8.

Pedibuſq; informe cadauer
Protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo,
Terribiles oculos, vultum, villoſaq; ſetis
Pectora ſemiferi, atque extinctos faucibus ignes.

NEQVE ADHVC CONTING. TVT.] ne fortè recollectis viribus improuiſò exurgens, in ſpectatores inuadat.

424. SED TAMEN T. SVA QVISQVE CRVENT.] in moribundum longè animoſiores erant iſti bellatores quàm in ſæuientem ac valentem. Sic Homerus Iliad. χ. narrat Græcos Hectorem ab Achille cæſum circumſtetiſſe, exanimi inſultaſſe, pro ſe vnumquemque vulnus inflixiſſe.

425. PEDE IMPOSITO CAP. EXITIAB. PRESSIT] Exitiabile caput vocat, quia multis exitio fuit, & futurum erat, hominibus & animalibus. Hoc caput pede preſſit, vt faciunt qui de iacente humi materia quippiam amputant.

426. SVME MEI SPOL. NONACRIA IVRIS] Hæc dicta accipiamus oportet capite iam reſecto, & in manus ſumpto. Nonacria virgo eſt Arcadica virgo, à Nonacri monte Arcadiæ. Virginem Nonacriam nominat Calliſtonem lib. 2. κατ' ἐξοχήν. Sui iuris hoc ſpolium pronuntiat, victoribus enim in victos poteſtas & arbitrium eſt.

427. ET IN PART. VEN. MEA GLOR. TECVM] eſto particeps gloriæ meæ. Aeneid. 9. [illegible] Euryalo amico, *Nulla meis ſine te tribuetur gloria rebus.*

428. PROTIN. EXVVIAS RIG. D. &c.] Cùm de capite priùs loquatur [illegible] dicatque *ſume ſpolium*, &c. probabile fit etiam prius dediſſe, quamuis in narratione ſit ὕστερον πρότερον.

RIGID. HORRENT. A SETIS] Suprà:

——— *Riget horrida ceruix:*
Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent.

Sed quorſum terga huius apri, ſeu pellem virgini? Quoniam ferarum nobilium pelles geſtare conſueuerant heroës, ad prodendum hoſti [illegible] omnibus virtutem & fortitudinem ſuam. Donat igitur heroinem fortiſſimam dono & geſtamine ſimili; quandoquidem corpore ſolo mulier, animo & cogitatione planè vir erat.

429. MAGN. [illegible] N. DENTIB. [illegible]] Suprà: *Dentes æquantur dentibus Indis.*

4[illegible] [illegible] C. MVN. MVN. AVCTOR] Atalantam & donum [illegible] donatorem [illegible] hilarat. Quadrant huc verba Plauti [illegible] Am [illegible] Pſeudoamphitruone [illegible] Alcumenæ. *Et caſtor, condignum donum, qualis eſt qui dono dedit.* Subiicit illico, quamuis ſupparaſitans Mercurius: *Immo ſic condignum donum, qualis eſt cui dono datum eſt.*

431. INVIDERE ALII] inuidiſſent honorem hunc fortaſſe etiam viro. mouet enim inuidiam, quidquid eminet: fæminam ſic inſigniri, cui poſtponi viderentur omnes, hoc miſeros vehementius torquebat.

TOTOQVE ERAT AGMINE MVRMVR] murmur hoc erant ſubmiſſæ voces, virgini obtrectantium, & ex inuidentia laudem eius eleuantium.

432. E QVIB. INGENT. TEND. BRACHIA, &c.] Plexippus & Toxeus Theſtio patre nati, Althææ matris Meleagri fratres, in hoc murmure primas obtinebant, doloremque ſuum geſtu etiam & clara voce, cum conuitiis in Atalantam, & rapina demum ipſa conteſtabantur.

433. NEC TIT INTERCIP. FÆM. NOST.] cum magna contemptione dictum *fæmina*; & magna cum ſuperbia *titulos noſtros.*

434. NEC TE FIDVCIA F. DECIPIAT] Quia non habent aliud quod ei obiiciant, hoc ſaltem obiiciunt, & loquuntur, atque obloquuntur ne taceant.

435. NE SIT LONGE T. CAPT. AMOR. AVCTOR] Nos hæc dona depoſuetis, nobiſque quibus potiùs debentur ceſſeris, interficiemus te, nec te defendere poterit Meleager, qui te bis affecit, non vt dignam, ſed vt amatam. Erit tibi Meleager quaſi longè abſit. Simili ratione locutum cernimus Virgil. 12. Aeneidos:

Longè illa dea mater erit, quæ nube fugacem
Fæminea tegat, & vanis ſeſe occulat vmbris.

Cæſar 1. Gall. com. vbi Arioviſtus Cæſaris legatis reſpondet: *Aeduis ſe obſides redditurum non eſſe, neque iis, neque eorum ſociis iniuriâ bellum illaturum, ſi in eo manerent, quod conueniſſet, ſtipendiumq; quotannis penderent; ſi id non feciſſent, longè illis fraternum populi Rom. nomen abfuturum.* Vidiſti *abfuturam* hîc legi, quomodo & noſter lib. 4 Metam.

Huic quoque, vade procul, ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Iuppiter abſit.

Obſeruauit hæc Muret. lib. 10. cap. 4. vbi & Ouidium ipſum quoque optimum Latinitatis auctorem nuncupat, vt merito in illum, quicunque tandem is, & [illegible]nque ſit, exſpuas, qui ſibi Metamorphoſin [illegible] in [illegible] linguam conuertendam curauit, ne homo [illegible] lautiſſimus & munditiſſimus, Ouidiana, vt ſtultiſſimè iudicabat, illuuie ſe quoquomodo ſordidaret.

436. HVIC ADIM. MVN. IVS MVN. [illegible]] Eripiendis Atalantæ donis ſimul conantur oſtendere, Meleagrum ius donandi non habuiſſe, & iniuſtè donaſſe.

438. RAPTORES ALIENI HONORIS] Rapit alienum honorē, qui rapit alteri, quod ei eſt honori.

439. FACTA MINIS Q. DISTENT] Certè non longè abfuit virgini iniuriam paſſæ vindex. Facta dictis potiora in rebus omnibus. Sæpe autem ad minas, & terrores verborum confugiunt, qui re ipſa nocere, quod magnopere vellent, non poſſunt. Lepidè Germani, Es geben vil wort in einen ſack.

HAVSITQ. NEF. P. PLEXIP. FERRO] tranſuerberauit, gladio transfixit auunculum, ideo nefando ferro.

441. TOXEA, QVID FACIAT, DVBIVM, &c.] Plex-

Plexippum fratrem Toxeus cupiebat vlciſci, metuebat tamen, ne idem ſibi quod fratri Meleager faceret. Ergo inter ſacrum ſaxumque ſtabat.

443. HAVD PATIT. DVBIT. DIV. tacitam eius dubitationem ſtatim diſſoluit.

CALID. PRIOR. CAEDE RECALFECIT, & 9. Æneid. *It haſta Tago per tempus vtrumq, Stridens, traiectoq, haſit tepefacta cerebro.* Alibi noſter: *Sanguine Tlepolemus [illegible] iam tepefecerat haſtam.* Horat. in lib. 2. *In matris iugulo ferrum tepefecit acutum.* Poëticus hic color eſt, admonente Erythræo, vt vulnerato aliquo *terram, haſtam, enſem calefieri,* aut *tepefieri* ex profluente cruore calido dicant. [illegible] cus ſatis habet in ingenti cæde facta, abund[illegible] fu[illegible]ang[illegible] copiam enarrare, nullo epitheto caloris appoſito.

Althæa Meleagri mater, chariores habens fratres duos, quàm filium, occiſos luget. Torrem illi fatalem profert, & concremat. Ita Meleager vita exuitur, a Calydoniis defletur, in primiſque a ſororibus, quæ in aues Meleagrides tranſmutantur. Licet in hac muliere ceu in ſpeculo cernere duos affectus amoris, inuicem pugnantes in qua pugna explicanda, vt aliis quibuſdam locis, ingenij ſui magnitudinem & copiam inimitabilem exhibet Ouidius. Vicit tamen affectus amoris prior, erga fratres inquam, illum erga filium, φιλαδελφια φιλοτεκνιαν.

VII. *DONA deûm templis nato victore ferebat,*
Cùm videt extinctos fratres Althæa referri.
Quæ, plangore dato, mœſtis clamoribus vrbem
Implet, & auratas mutauit veſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus, excidit omnis
Luctus, & à lacrymis in pœnæ verſus amorem eſt.
Stipes erat: quem, cùm partus enixa iaceret
Theſtias, in flammam triplices poſuere ſorores:
Staminaque impreſſo fatalia pollice nentes,
Tempora, dixerunt, eadem lignóque tibique,
O modò nate damus. quo poſtquam carmine dicto
Exceſſere deæ. flagrantem mater ab igne
*Eripuit *ramum, ſparſitq, liquentibus vndis.* * torrem,
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis,
Seruatúſque tuos, iuuenis, ſeruauerat annos:
Protulit hunc genitrix, tædáſque & fragmina poni
Imperat, & poſitis inimicos admouet ignes.
*Tum conata quater flammis imponere *ramum,* * torrem,
Cœpta quater tenuit. pugnant materque ſorórque,
Et diuerſa trahunt vnum duo nomina pectus.
Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri:
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem.
Et modò neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat: modò quem miſereri credere poſſes.
Cùmque feras lacrymas animi ſiccauerat ardor:
Inueniebantur lacrymæ tamen: vtque carina,
Quam ventus, ventóque rapit contrarius æſtus,
Vim geminam ſentit, parétque incerta duobus:
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat,
Inque vices ponit, poſitamque reſuſcitat iram.

In-

Incipit eſſe tamen melior germana parente:
Et conſanguineas vt ſanguine leniat vmbras,
IMPIETATE PIA EST. *nam poſtquam peſtifer ignis*
Conualuit: Rogus iſte cremet mea viſcera, dixit.
Vtque manu dira lignum fatale tenebat,
Ante ſepulchrales infœlix aſtitit aras:
Pœnarumque deæ triplices, furialibus, inquit,
Eumenides ſacris vultus aduertite veſtros.
Vlciſcor, facioque nefas. MORS MORTE PIANDA EST:
IN SCELVS ADDENDVM SCELVS EST, IN FVNERA FVNVS:
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
An fœlix Oeneus nato victore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modò fraterni manes, animæque recentes
Officium ſentite meum: magnoque paratas
Accipite inferias, vteri mala pignora noſtri.
Heu mihi, quò rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cœpta manus: meruiſſe, fatemur
Illum cur pereat: mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impune feret: viuuſque, & victor, & ipſo
Succeſſu tumidus, regnum Calydonis habebit?
Vos cinis exiguus, gelidæque iacebitis vmbræ?
Haud equidem patiar, pereat ſceleratus; & ille
Spemque patris, regnumque trahat, patriæque ruinam.
Mens vbi materna eſt? vbi ſunt pia vota parentum?
Et quos ſuſtinui bis menſum quinque labores?
O vtinam primis arſiſſes ignibus infans:
Idque ego paſſa forem. vixiſti munere noſtro:
Nunc merito moriere tuo. cape præmia facti:
Biſque datam, primùm partu, mox ſtipite rapto
Redde animam, vel me fraternis adde ſepulchris.
Et cupio, & nequeo. quid agam? modò vulnera fratrum
Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago:
Nunc animum pietas, maternaque nomina frangunt.
Me miſeram: malè vincetis, ſed vincite, fratres,
Dummodo quæ dedero vobis ſolatia, vóſque
Ipſa ſequar. dixit: dextráque auerſa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit, aut viſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes, & inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius atque abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur, & cæcis torreri viſcera ſentit
Ignibus; ac magnos ſuperat virtute dolores.
Quòd tamen ignauus cadat, & ſine ſanguine, letho,
Mœret: & Ancæi fœlicia funera dicit.
Grandæuumque patrem, fratréſque piáſque ſorores
Cum gemitu, ſociamque tori vocat ore ſupremo;

Forſi-

Forſitan & matrem. creſcunt ignîſque, dolórque,
Langueſcuntque iterum. ſimul eſt extinctus vterque:
Inque leues abiit paulatim ſpiritus auras,
Paulatim cana prunam velante fauilla,
Alta iacet Calydon, lugent iuuenéſque ſeneſque:
Et vulgus procerēſque gemunt: ſciſſæque capillos
Plangunt ora ſimul matres Calydonides, eheu.
Puluere canitiem genitor, vultúſque ſeniles
Fœdat humi fuſus, ſpatioſúmque increpat æuum.
Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas acto per viſcera ferro.
NON MIHI SI CENTVM DEVS ORA SONANTIA LINGVIS,
INGENIVMQVE CAPAX, TOTVMQVE HELICONA DEDISSET,
*Triſtia perſequerer miſerarum * vota ſororum.* * dicta
Immemores decoris liuentia brachia tundunt:
Dúmque manet corpus, corpus refouentque, fouentque,
Oſcula dant ipſi: poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem, cineres hauſtos ad pectora preſſant,
Affuſæque iacent tumulo: ſignataque ſaxo
Nomina complexæ lacrymas in nomina fundunt.
Quas, poſtquam Oeneiæ tandem Latonia clade
Eſt ſatiata domus, præter Gorgenque, nurúmque
Nobilis Alcmenæ, natis in corpore pennis
Alleuat, & longas per brachia porrigit alas:
Corneáque ora facit, verſáſque per aëra mittit.

445. DONA DEVM [illegible] EMPLIS,&c.] Dijs,ſeu Deo potiùs omnia bona ſua in acceptis ferre, & illi in teſtimonium grati animi offerre munera, mos pius eſt, quam magiſtra natura homines docuit. Gaudebat igitur audiens victorem filium mater: ſed hoc gaudium mox in triſtitiam vertit. A

447. MOEST. [illegible] LAMOR. VRB. IMPLET] non impleſſet, niſi vias vlulando percurriſſet.

448 ET AVRATAS MVT. VES [illegible] IB. ATRII] Siue ſic legas, ſiue mutatis caſibus, *& auratis mutauit veſtibus atras*, idem eſt intellectus, & vtroque modo ſcriptores loquuntur. Ergo atras in locum auratarum induit, vt tempus poſtulabat. Aureas autem vt regina geſtabat. Sic in epiſt. Seruij Sulpicij ad Cic. conſolatoria lib. 4. epiſt. legitur *Quibus ſine dolore licitum eſt mortem cum vita commutare*. Plaut. B Captiu. *Hoc illum me mutare confido fore Hoc, quem domi habeo, emptum de præda, de quæſtoribus Philocrate, mutabo illum, Philopolemum filium meum, qui captus tenetur in Aulide. Pro hoc dimiſſo, recipiam illum.*

449. SIMVL EST AVCTOR NECIS EDITVS] vt à filio cæſos didicit.

EXCIDIT OMNIS LVCT. &c.] ita ſubitò concepta fugauit luctum & triſtitiam. Steterunt lacrymæ, & in pœna à filio repoſcēda poſita omnis cogitatio.

453 IN FLAMMAM [illegible] IPL. POSVER. SOROR.] Parcæ, Lacheſis, Clotho, Atropos.

454 STAMINAQ. IMPRESSO FATAL.] Cuiq; noſtrū naſcēti, Parcas ſua fata nere & canere fabulātur, quę nullus deorū immutare poſſit. Tibull. eleg. 7. lib. 1.

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non vlli diſſoluenda deo.

Ouidius 5. [illegible]triſt. eleg. 4.

Scilicet hanc legem Parcæ fatalia nentes
Stamina bis genito bis cecinere tibi.

De Baccho ſermo eſt, qui & *ignigena*, *& femorigena*. Quemadmodū neant, & futura canāt naſcituro ex Peleo & Thetide Achilli, apud Catull. eſt videre.

455. TEMP. EAD. LIGNOQ. T[illegible]BIQ] Quamdiu hic ſtipes ſupererit, quem nunc in ignem mittimus, tamdiu vita tibi, ô puer modo nate, ſuppetet.

456. FLAGRANT. MAT. AB IGNE E[illegible]IP. RAMVM] Stipitem iam dixit. Et accelerandum erat, ne flammis breui tempore abſumeretur.

458. PEN[illegible]RALIB. ADDIT. IMI] Conueniebat rem tanti momenti tutiſſimè aſſeruari & cuſtodiri.

459. S[illegible]RVA[illegible]VSQ. T. SERVAVERAT ANNOS] 2. Æneid *ſeruataq; ſerues Troia fidem.*

460. TÆDASQ. ET F[illegible] A[illegible]MINA PONI [illegible]MP.] Focum iubet excitari, ex materia facili ad concipiendum ignem, vt ſunt ſarmenta & ramenta, & quæ Virgilio 1. Æneid *arida nutrimenta*. *Atq; arida circùm Nutrimenta dedit rapuitq; in fomite flammā* Noſter infrà in fabula Philemonis & Baucidis, *ramalia arida.*

462. T[illegible]M[illegible]ONA A[illegible] Q[illegible] ER F[illegible]AN.[illegible]] Ominoſum quiddam, infœlix incon[illegible] & fatium committi poëtæ latenter [illegible] di[illegible] cū[illegible] ter, quater tentatum non proceſſiſſe au[illegible] ſe dicunt Lib. 10

Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata, ter omen
Funereus bubo lethali carmine fecit.

Si-

Sici. Æneid. cùm fatalis ille equus ligneus in vrbem induceretur, *quater ipſo in limine portæ Subſtitit, atque vtero ſonitum quater arma dedere.*

464. Et divsks. trah. vn. u. nom. pect.] Propoſitio quędam eſt declarationis ſecuturę, quo pacto duo affectus, maternus & ſororius, in Althęa conflixerint, conflictu ſanè acertimu. Æneid. 12. *Diverſaq́; vocant animum in contraria curæ.*

465. Sæpe metv scel. palleu. &c.] ad matrem huc referendum.

466. Sæpe svvm fervans, &c.] ad ſororem huc. Pallebat, & metuebat lædere Meleagrum, vt mater filium. Rurſum eidem, vt ſoror pro fratribus ab eodem obtruncatis iraſcebatur. Iraſcentium oculi ſuffunduntur ſanguine, inde rubur ille.

467. Et modo nescio qvid simil. &c.] Ex oculis Althęæ nunc crudelitas, nunc miſericordia, & pietas emicabat. Et cùm iratus in filium furor ſæpe ſiccaſſet lacrymas, eaſdem tamen maternitas iterum eliciebat.

470. Vtq. carina, qvam vent. vsntoqve, &c.] Fluctuátem inter geminos affectus animum, naui vento & æſtu maris vento contrario excitato huc illuc rapiatæ comparat. Adumbrauit hanc comparationem, vt alia ex Ouidio trecenta, Seneca in Agamemnone:

> ——— *Fluctibus varijs agor,*
> *Vt cùm hinc profundum ventus, hinc æſtus rapit,*
> *Incerta dubitat vnda, cui cedat malo.*

Et in Medea:

> *Vt ſæua rapidi bella cùm venti gerunt,*
> *Vtrimq́; fluctus maria diſcordes alunt,*
> *Dubiumq́; pelagus feruet: haud aliter meum*
> *Cor fluctuatur: ira pietatem fugat,*
> *Iramq́; pietas.*

472. Paretq. incerta dvobvs] 1. Triſt. eleg. 2. qua tempeſtas ὑποτυποῦται.

> *Inter vtrumq́; fremunt immani murmure venti,*
> *Neſcit cui domino pareat vnda maris.*
> *Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu,*
> *Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt, &c.*

473. Dvabvs affectib. errat] agitatur & diſtrahitur ancipiti cogitatione ac voluntate, & vtrum eligat neſcit: geratne ſe vt matrem, & parcat filio; an vt ſororem, & vlciſcatur fratres.

475. Melior germana parente] Superat pietatem crudelitas, ſoror matrem. 1. Triſt. eleg. 6.

> *Vtq́; cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum*
> *Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror.*

476. Et consangvin. vmbras] Conſanguineorum vmbras, fraternas vmbras. ὅμαιμος frater Homero; vt cùm ſomnum mortis ὅμαιμον dicit: quod imitatus eſt Maro in 6. *Et conſanguineus lethi ſopor.*

477. Impietate pia est] ὀξύμωρον. Lib. 7. de filiabus Peliæ: *His vt quæq́; pia eſt hortatibus, impia prima eſt, Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus.*

Nam postq. pastif. ign. conval.] de quo ſupra: *Tædaſq́; & fragmina poni Imperat, & poſitis inimicos admouet ignes.*

478. Rogvs iste crem. mea viscera] filij dicuntur viſcera matrum, intra quæ latuerunt, & de quarum viſceribus quodammodo concreti videntur.

479. Lignvm fatale] Fata Meleagri, hoc eſt, vita & mors illius cum torre continebantur.

A 480. Ante sepvlchral. astit. aras] In aris eſt ignis, quibus thura & victimæ cremantur. Quoniam igitur in hoc igne, dum ſtipitem exurit, Althæa filium occidit, & ipſius quaſi corpus exurit, venuſtè ſepulchrales aras nominat.

481. Poenarvmq. deæ triplices, &c.] Accommodatè in tali ſacrificio, quod conuenienter furiale vocat, Eumenidas inuocat, ipſumq́ue diabolum, quem iuuant huiuſmodi ſcelera. Pœnarum deas, commodè; reis quippe apud inferos puniendis occupantur.

482. Vlciscor, facioq. nefas] dum vlciſcor nefas, homicidium puta, facio eodem tempore & facto nefas, parricidium ſcilicet.

Mors morte piānda est, &c.] nec Deum, nec homines, nec ſuperos, nec inferos, nec conſci- B entiam ſuam timentis hîc ſermo eſt. *Mors morte, ſcelus ſcelus, funera funus* πολύπτωτον, ſeu *Traductio* figura.

485. Per coacervat. lvctvs] per coaceruata funera, quorum cauſſa coaceruantur luctus, pereat domus impiorum.

486. An fælix Oenevs n. victor. &c.] Si viuat Meleager, habebit Oeneus filium incolumem & victorem, quo ſe gaudebit: Theſtius pater meus manebit orbus, & inultus. Præſtat lugere ambus, quàm lætari vnum, lugere alterum.

488. Vos modo fraterni manes, &c.] tota nunc eſt in fratribus; fratres ei ſunt omnia, quibus dedicat filium vt victimam.

Animaeq. recentes] quæ recèns à corporibus euolaſtis.

C 489. Officivm sentite mevm] ſit gratum quod præſto vobis officium.

Magnoq. parat. accip. infer.] Si nihil eſt parentibus, ac matri pręſertim, charius liberis, non poteſt ijs inferijs quidquam dari ac ſolui maius, in quibus occiduntur etiam liberi.

490. Vteri mala pignora nostri] Si mala pignora, & ſi vidit Meleagrum filium, quomodo ergo magno paratæ inferiæ? Memineris nunc matrem, nunc ſororem loqui, etiam in eodem carmine nonnunquam.

491. Hev mihi, qvo rapior?] à dulci ſenſu & affectu in filium iterum ad affectum ſororium declinauerat, ad quem ſe recipiens, ſubiungit:

Fratres ignoscite matri] Sicut maior eſt coniunctio ſanguinis matris & filiorum, quàm fratrum & ſororum: ita maior ſit inter eos amor neD ceſſe eſt. Iure igitur ſibi petit ignoſci à fratribus, ſi cunctetur ſtipitem filij funereum in ignem conijcere, quam cunctationem ſuprà egregiè ſatis declarauit: *Tum conata quater flammis, &c.*

492. Mervisse fatem. ill. cvr per.] Tam propinquos ſibi, leui de cauſſa, & duos occidit. Meruit igitur viciſſim occidi. Sororium hoc eſt.

493. Mortis mihi dispiciet avctor] Si occidendus eſt, vt eſt, à me tamen nolim occidi. Quid enim tam naturæ contrarium & inimicum, quàm occidi à matre filium? maternum iſtuc.

494. Ergo impvne feret, &c.] vox ſororia. Quinque verſus, referentes imaginem Æneæ libr. 2. ſtatuentis, Helenam caput & cauſſam malorum omnium, quam Veſtæ aris aſſidentem in regia fortè offenderat, iugulandam eſſe. tute iudicabis:

> *Scilicet hæc Spartam incolumis, patriaſq́; Mycenas*

Aſpiciet? partoq́; ibit regina triumpho?
Coniugiumq́; domumq́; patres, natoſq́; videbit,
Iliadum turba & Phrygijs comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arſerit igni?
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?
Non ita namq́; etſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem,
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas animumq́; expleſſe iuuabit
Vltricis flamma, & cineres ſatiaſſe meorum.

496. VOS CINIS EXIGVVS] Sæpiùs antiqui poëtæ de mortuis ita loquuntur, quaſi præter cinerem & oſſa nihil ſint, immemores animæ ſemper viuentis & vigentis. Interdum animam coniungunt, ſub vmbrarum nomine, vt hîc, aut de ea ſola loquuntur.

GELIDAEQ. IACEBIT. VMBRAE] Vmbra nec calida, nec gelida, nec anima quidem, vmbræ vocabulo ſignificata. Sed ad mortem reſpicitur, quæ enim frigore venit, & corpus priuatum anima frigidum relinquit. 4. Æneid. *Et cùm frigida mors anima ſeduxerit artus.* Verbum *iacebitis*, neglectum indicat: quæ enim non curantur & negliguntur, iacere dicuntur, vt docuimus alibi.

498. SPEMQ. PATRIS, REGNVMQ. TRAH. &c.] Pereat ſceleſtus, & cum eo ſpes Oenei, quam totam in filio repoſuerat; & regnum, carens rege; & patria, cui deſit rector, idoneus ſubaudi: nam de fratribus eius, de quibus infrà, nec mater multum ſibi promittebat.

499. MENS VBI MATERNA EST] ad partes meliores ſe reuocat, auditurque rurſum materna στοργή.

VBI SVNT PIA VOTA PARENT.] Vota parentum pro liberis ſunt, vt diutiſſimè ſint ſuperſtites, & floreant omnibus fœlicitatibus. Ab his votis diſtat longiſſimè mater filio necem moliens.

500. ET QVOS SVSTIN. BIS MENS. Q. LABOR.] Quod laborioſè acquiritur, iucundè retinetur, & ægrè amittitur. Sarcina & onus ſunt matribus liberi in vtero, curæ & ſollicitudini extra vterum, & infantes adhuc. Sunt præterea ſanguis ipſorum. Ob hæc diliguntur vt qui maximè. Priſcianus hunc locum citans, legit *menſum* pro *menſium*, nec enim aliter poterat Poëta citra συγκοπὴν, quãuis teſte Ciofano Vrſini liber habeat *menſes bis quinque*, & Vatican. *bis menſes quinque*. 1. Faſt. reddens rationem, cur Romulus annum voluerit contineri 10. menſibus:

Quod ſatis eſt, vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

Quanquam non ſunt decem pleni, ſed initium, ſeu pars decimi pro toto accipitur. Tertullian. *Legitima natiuitas ferme decimi menſis ingreſſus eſt.*

501. O VTIN. PRIM. ARSISSES, &c.] vtinam ne ſuſtuliſſem ſtipitem illum, quem Parcæ in ignem iecerant, tamdiu te victurum ſpondentes, quamdiu ille extaret. Ita cum eodem ſtipite ardente tu quoque infans adhuc perijſſes; nec ego huc neceſſitatis compulſa forem.

502. VIXISTI MVN. M. NVNC MOR. &c.] quòd vixiſti huc vſque, gratia & munus meum fuit, quæ ſtipitem, ſeu torrem in hunc vſque diem ſeruaui. Quòd moreris, tibi propter ſcelus tuum debes; tua culpa eſt, non mea.

503. CAPE PRAEMIA FACTI] ſceleris tui mercedem. Hæc quaſi titionem tandem in ignem coniectura.

505. VEL ME FRATERN. ADDE SEPVLCHRIS] Non libet inultis fratribus viuere. Aut tu quoque moriaris opus eſt: aut me inſuper occidendo, illis ſociam addas.

506. ET CVPIO, ET NEQVEO. QVID AGAM?] Cupio inijcere ſtipitem hunc in flammam, & id ſuadet affectus ſororius: & nequeo tamen, quia reſiſtit & diſſuadet affectus maternus. Hæreo, & miſera ſum, quia vtrumuis fecero, impietatis coarguar; ſi illud, in fratres; ſi hoc, in filium.

509. SED VINCITE FRATRES, &c.] Concludit deliberationem, ſtatuitq́; filium perdere, ad ipſorum ſolatium, ac ſibi quoque vitam extorquere, & ipſos iam mortuos ſequi.

511. DEXTRAQ. AVERS. TREMENT. FVNER. &c.] Quod faciebat, dolens & inuita faciebat, tantumque facinus intueri non poterat; idcirco auerſo vultu torrem in ignem conijciebat. Propinqui olim pyram cadaueri comburendo face ſubiecta, ſed auerſi incendebant, propter pellendum doloris argumentum, vt inquit Donatus. Philoctetes in Hercule Oetæo apud Senecam, exponens quo pacto Hercules in rogo mortalitatem exuerit, de ſemet, *Tremente pinum dextera ardentem impuli.* Ritum hunc tetigit Virgil. in 6. de Miſeni tubicinis ſepultura agens:

———Pars ingenti ſubiere pheretro,
Triſte miniſterium, & ſubiectam more parentum
Auerſi tenuere facem.

512. AVT DEDIT, AVT VISVS GEMIT.] vt indignitatem rei exaggeret, fingit ipſum lignum velut συμπάθειαν ingemuiſſe. Lumen poëticum, quale & lib. 11. de ſaxis & telis, quibus à Bacchis petebatur Orpheus:

Alterius telum lapis eſt: qui miſſus, in ipſo
Aëre concentu victus vociſq́; lyræq́; eſt:
Ac veluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit.

515. INSCIVS, ATQ. ABSENS FLAMMA MELEAG. &c.] Nunc, quid Meleager paſſus ſit, cognoſcamus. Inaſpectabili quodam igne, ſeu calore ingenti ſenſit ſibi viſcera torreri, & corpus magis magis abſumi.

517. AC MAGN. SVPERAT VIRT. DOLORES] De Hercule in Neſſæa tunica æſtuante mirum in modum, lib. 9. *Dum potuit, ſolita gemitum virtute repreſſit.* Non cedere dolori, nec muliebriter vociferari, & eiulare, fortis & magnanimi eſt. De eo tamen ſentiendo nimis ſuperbè ac ſtultè μεγαληγοροῦσι Stoici, & inprimis Seneca, cuius hæc eſt oratio de Prouidentia: *Ac multa incidunt triſtia, horrenda, dura toleratu. Quia non poteram vos iſtis ſubducere, animos veſtros aduerſus omnia armaui. Ferte fortiter: hoc eſt quo deum antecedatis. Ille extra patientiam malorum eſt, vos ſupra patientiam. Contemnite paupertatem: nemo tam pauper viuit, quàm natus eſt. Contemnite dolorem: aut ſoluetur, aut ſoluet*, &c. Si diſcerni nos à Deo ita dixiſſet, patientia doloris ſcilicet, rectè, inquit Lipſius: at *illum anteiri*, impiè.

518. QVOD TAM. IGNAVO CAD. &c.] Vir generoſus & gloriæ cupidus non horret mortem, ſed genus mortis, in quo nullus honos, nullum decus, nulla gloria. Ignauum lethum, ac ſine ſanguine, vt hîc appellatur, timet. Quare & Æneas l. 1. ſe naufragio

fragio periturum dolet, & in acie apud Troiam pugnando cum alijs heroibus cecidiſſe mallet: *O terq; quaterq́; beati. Queis ante ora patrum Troia ſub mœnibus altis*, &c. Memorabile eſt, quod de Alexand. Seuero prodidit memoriæ Lamprid. Cùm à mathematico audiſſet, ſe gladio barbarico interiturum, lætatus eſt, quòd ſibi bellicam, & imperatoriam mortem imminere crederet, tantumque animi habuit, vt putaret ſe dijs comparandum, ſi in bello periret. Notaui in Symb. meis.

519. ET ANCÆI FELICIA VVLN. D.] Ancęus ſuprà vtraque manu ſecurim in aprum vibraturus, ab eo anteuertitur, & demorſis partibus neceſſarijs miſerè occiditur: hanc mortem velut ab hoſte, & in certamine illatam, Meleager præ ſua honorificam ducit.

520. GRANDÆVVMQ. PATR. FRATRESQ. &c.] Moribundus aduocat patrem ſenem Oeneum, fratres, ſorores, vxoré, & matrem fortaſſe, ſi, quid illa ſibi feciſſet ignorabat. De ſtipite etiá, quo fata ſua continerentur, videtur nunquá cogitaſſe, adeò arcanum habuit mater. *Ore ſupremo*, inquit, quoniam vltima ad eos verba hæc fecit Qualia fuerint, tute coniecta. An hi quoque nihil de ſtipite didicerant, vt huius cæci ignis & æſtus lethalis in Meleagro cauſſam edicerent? An, *vocat ore ſupremo* ſic explanandum, appellaſſe eos tantùm, vt iam iam efflaturum animam? Non enim multum temporis ei concedebatur, cùm vita eius ſpatio torris ardentis definita eſſet.

522. CRESCVNT IGNISQ. DOLORQ. LANGVESC. ITER.] Inteſtinus dolor ad modum flammæ in titione & creſcentis & decreſcentis intendebatur & remittebatur.

523. SIMVL EST EXTINCT. VTERQ.] & torris conſumptus eſt, & Meleagrum vſura huius lucis reliquit.

524. INQ. LEVES ABIIT PAVL. SPIRIT. AVR.] Ex falſa opinione, & tamen Philoſophorum, ſed ſtultorum, animam eſſe quiddam aëreum. Vnde illi modi loquendi, *Exhalare, efflare ſpiritum, vitam; animam exſpirare*. Diximus antea.

525. PAVLATIM CANA PRVN. VEL. FAVILLA] quod fiebat in titione, qui in cineres conſidebat, & prunis vaneſcentibus nihil niſi cinis remanebat, ſed paulatim, hoc in Meleagri membris intermorientibus fieri cernebatur. Stat. 6. Thebaid. *Finis erat, lapſuſq́; putres iam Mulciber ibat In cineres.*

526. ALTA IACET CALYDON, &c.] *Alta* ad ædificia, vel ad nobilitatem pertinet. 1. Æneid. *Atq; altæ mœnia Romæ.* Verbum *iacet* mœſtitiam vrbis, & rerum deſperationem ex Meleagri obitu ſignificat. Omnis ætas, vterq; ſexus, omnis ordo eum lamentis & lacrymis proſecutus eſt.

528. PLANGVNT ORA] non lacertos modò & pectora, ſed & facies percutiunt, & lacerant vnguibus.

529. PVLVERE CANITIEM GENITOR, &c.] Humi ſe abiicit ſenex pater, puluere caput & vultũ aſperſus. De rege Latino lugente vxorem, ſuſpendio voluntario emortuam, & vrbem captam, Æneid. 12. *Canitiem immundo perfuſam puluere turbans*. Vide Symb. ibid. Mentio moris huius etiam in Scripturis ſacris: *In cinere & ſacco*.

530. SPATIOSVMQ. INCREPAT ÆVVM] Optat multò ante hoc malum vita exceſſiſſe. Philto ſenex in Trinummo Planti, poſtquam accuſauit mores ſæculi ſui corruptiſſimi:

——Lacrumas hac mihi cùm video
Eliciunt, quia ego ad hoc genus hominũ duraui; quin priùs
Me ad plures penetraui?

Ad plures, id eſt, ad mortuos: plures enim mortui ſunt quàm viui. Sic *ad plures abire*, eſt mori.

531. NAM DE MATRE MAN. DIRI, &c.] Tacitæ interrogationi reſpondet. In tanto & communi omniũ luctu quid egit mater? an & ipſa luxit? Quî potuit? Semet ſua manu, conſcientia diriſſimi facti cruciata confodit, quod ſuprà ſibimet prædicere viſa eſt.

533. NON MIHI SI CENT. DEVS ORA, &c.] Ex Homeri fontibus hauriunt hoc genus loquendi poëtę, cùm quippiam narratu & explicatu propter rei varietatem, multitudinem, præſtantiam difficillimum volunt oſtendere. Virg. 2. Georg. *Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq́; centum, Ferrea vox*. Quem verſum iterat in 6. Æneid. Quod expreſſum ex illo Hoſtij l. 11. belli Hiſtrici notat Macrobius in Saturn. *Non ſi mihi lingua Centum, atque ora ſient totidem, voceſq́; liquatæ.* Vel ex illis Homericis Iliad β'.

Οὐδ᾽ εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ᾽ εἶεν,
Φωνὴ δ᾽ ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

534. INGENIVMQ. CAPAX, TOTVMQ. HELICON.] Ingenio capaci, hoc eſt, magno & præſtanti, omnique facultate poëtica, & linguis ſexcentis opus eſſet, ad ſororum vota & queſtus explicandos: nec tamen hæc ſatis eſſent. Hyperbole hyperbolarum.

535. MISERAR. VOTA SOROR.] ex manuſcripto placet magis, *dicta ſororum*, vt ſe earum queſtus aſſequi nõ poſſe profiteatur. Apud Antoninum Liberalem in fabulis nominantur fratres Meleagri *Phereus, Ageliua, Toxeus, Clym*[illegible]*, Periphanes*. Filiæ, *Gorge, Eurimeda, Deianira, Mel*[illegible]*a*: quarũ primam & tertiam ſorores facit Hyginus. Vxor Alcyone.

IMMEMORES DECORIS LIVENT. PECT. T.] Virgines verecundia poſthabita, nudata pectora verberabant, & ipſa verberatione liuida reddebant.

537. DVMQ. MANET CORPVS, CORP. &c.] Ante ſepulturá verſum eſt in cineres. Sed quamdiu adhuc corpus manſit, ſorores id fouere & complecti & oſculari, vti etiam lectum in quo iacebat, nõ deſierant. Cinerem ex eo redactum pectoribus appreſſerunt. Tumulo item incubuerunt, eumque lacrymis perfuderunt. Quid ampliùs debuerunt?

540. SIGNATAQ. SAXO NOM. COMPLEXÆ] Non quibant nomen ipſum in ſaxo ſculptum complecti: complexę ſunt ſaxum, cui nomen inciſum, cum paucis verbis pro epitaphio, & ea lacrymis tinxerunt. Lib. 2. de ſororibus Phaëthontis: *Corpora dant tumulo, ſignant quoque carmine ſaxum.*

542. QVAS POSTQ. OENEIÆ. &c.] Diana Latonæ filia vbi ſaturata eſt pœnis Oeneiæ domui per aprum & cædes inflictis, ſorores Meleagri, exceptis duabus, Gorge, & Deianira (quæ erat nupta cum Hercule Alcmenes filio) in aues commutauit. Dictæ ſunt *Meleagrides*, de quibus Plin. l. 10. c. 26.

546. PER AERA MITTIT] Qui locus auium proprius, vt aqua piſcium, terra quadrupedum & hominum. Inde *aerinaga*.

Theſeum Athenas regrediētem, auctus imbribus & ſupra ripas effuſus Achelous amnis intercipit: periculum narrat: domum ſuam inuitat, dum aquæ ſubſidant. Theſeus ſublatis menſis de V. inſulis, quas cernebat, percunctatus, de earum metamorphoſi fit certior.

VIII. *INTEREA Theſeus ſociati parte laboris*
Functus, Erechtheias Tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter, fecitque moras Achelous eunti,
Imbre tumens. Succede meis, ait, inclyte tectis
Cecropida: nec te committe rapacibus vndis:
Ferre trabes ſolidas, obliquáque voluere magno
Murmure ſaxa ſolent. vidi contermina ripæ
Cum gregibus ſtabula alta trahi: nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus eſſe.
Multa quoque hic torrens niuibus de monte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia vortice merſit.
Tutior eſt requies, ſolito dum flumina currant
Limite: dum tenues capiat ſuus alueus vndas.
Annuit Ægides: Vtórque, Acheloe, domóque,
Conſilióque tuo, reſpondit: & vſus vtroque eſt.
Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis
Structa ſubit: mollis tellus erat humida muſco,
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iámque duas lucis partes Hyperione menſo,
Diſcubuere toris Theſeus, comitéſque laborum,
Hâc Ixionides, illa Trœzenius heros
Parte Lelex, raris iam ſparſus tempora canis:
Quóſque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum, lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ veſtigia Nymphæ
Inſtruxere epulis menſas, dapibúſque remotis
In gemma poſuere merum. tum maximus heros
Æquora proſpiciens oculis ſubiecta, Quis, inquit,
Ille locus: digitóque oſtendit: &, inſula nomen
Quod gerat illa, doce: quanquam non vna videtur.
Amnis ad hæc, Non eſt, inquit, quod cernimus, vnum.
Quinque iacent terræ, ſpacij diſcrimina fallunt.
Quóque minùs ſpretæ factum mirere Dianæ:
Naiades hæ fuerant: quæ cùm bis quinque iuuencos
Mactaſſent, ruriſque deos ad ſacra vocaſſent;

Imme-

Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui: quantúſque feror, cùm plurimus, vnquam:
Tantus eram: paritérque animis immanis, & vndis,
A ſyluis ſyluas, & ab aruis arua reuulſi:
Cumque loco Nymphas memores tum denique noſtri,
In freta prouolui. fluctus noſtérque, mariſque
Continuam diduxit humum, paritérque reuellit
In totidem, medijs, quot cernis Echinadas vndis.
Vt tamen ipſe vides, procul, en procul vna receſſit
Inſula, grata mihi, Perimelen nauita dicit.

547 INTEREA THESEVS SOCIAT. &c.] Dum hæc aguntur, Theſeus, peracto labore in apro tollendo, cuius ſe ſocium Meleagro præbuerat, Athenas reuertitur, quarum quondam rex Erechtheus, & quæ vrbs Tritonidi, ſeu Mineruæ ſacra eſt. Cum Pirithoo amico aduenisse Theſeum Calydonem, ſuprà memorauit.

549. FECIT Q. MORAS ACHELOVS EVNTI] Hic fluuius Ætoliam ab Acarnania diſcriminat, Nicopolímque ab Auguſto poſt deuictum Antonium, ad perpetuæ eius victoriæ monumentum ædificatam alluit, cuius filias finguut Sirenas. Acheloum in mora fuiſſe Theſeo Calydone Athenas proficiſcenti, quomodo dicat poëta, & an id negligentia quadam factum, an ludere voluerit, cùm Achelous ad occaſum ſit Calydoni, & Theſeo iter eſſet ad ortum, miratur Glareanus. Cui occurrendum, vt aliis alia in hoc opere deſiderantibus, ſupremam ei deeſſe manum.

B

550. IMBRE TVMENS] Ecce quàm ornatè hoc Liuius lib. 1. ab V. C. *Sorte quadam diuinitus ſuper ripas Tiberis effuſus lenibus ſtagnis, nec adiri vnquam ad iuſti curſum poterat amnis.* &c. Idem aſſiduitate pluuiarum Achelon contigerat.

551. INCLYTA CECROPIDA] inclyte Athenienſis. Recurre ad eius geſta, quæ canuntur lib. 7. *Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri,* &c. *Cecropida* autem vt *Aeacida, Anchiſa,* &c.

NEC TE COMMITTE RAPACIB. VNDIS] Lucret. libr. 5. *Aut ex imbribus aſſiduis exiſſe rapaces Per terras amnes.* Virgil. 3. Æneid. *Carpere prata fuga fluuioſq́; innare rapaces.*

552. FERRE TRAB. SOLID. OBLIQ. VOLVER. &c.] quanto magis te abripient?

C

554. CVM GREGIB. STABVLA ALTA TRAHI, &c.] Lib. 1. in deſcriptione diluuii, de fluminibus, non intermiſſis imbribus increſcentibus:

Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cumq́; ſatis arbuſta ſimul, pecudeſq́; viroſq́;,
Tectaq́;, cumq́; ſuis rapiunt penetralia ſacris.

Vterque locus expreſſus eſt ex illo Maronis 2. Æneid. de Græcis occupata vrbe in regiam confertim irruentibus:

Non ſic aggeribus ruptis cùm ſpumeus amnis
Exijt, oppoſitaſq́; euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, campoſq́; per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.

STABVLA ALTA] Quoniam feræ beſtiæ in locis editioribus latitant plerumque, videor poſſe rationem huius adiuncti expedire. Hîc de gregibus loquitur, quorum ſtabula in plano ſunt. Quo

A

pacto igitur *ſtabula alta trahit?*

556. MVLTA QVOQ. HIC TORRENS, &c.] *ἀνωφόρητον* torrés de fluuio, niſi tanquam adiectinum, & epitheton accipias. Niues editiora loca, vt montes, denſiùs tegunt. Reſolutæ augent vicina flumina, & rapidiora efficiunt, quibus corpora iuniorum, & natatus imperitorum faciliùs abripiuntur.

557. TVRBINEO VORTICE MERSIS] *Rapidus vorat æquore vortex,* de naui quæ Lycios, fidúmque vehebat Orontem, quam & ipſam ceu turbinem priùs in gyrum egit fluctus: *Torquet agens circum,* inquit.

558. SOLITO DVM LIMITE CVRRANT] dū intra ripas aquis imminutis ſeſe recipiant. Quod ſequitur: *Dū tenues capiat ſuus aluem amnis,* ἐπεξήγησις eſt.

560. VTORQ. ACHELE, DOMOQ. HOSPIT. TVO] Inuitas me domum tuam hoſpitaliter, ingredior hoſpitium. Suades ne me flumini exundanti committam, audio conſilium.

562. PVMICE MVLTICAVO, NEC LEVIB. &c.] Topographia domus, ſiue antri, ſiue ſpeluncæ Acheloi. E pumicibus & tophis ſtructum erat. Pumex non æquè aſper, immò leuis, vterque tamen cauernoſus lapis.

563. MOLLI MVSCO] Tenera herba *muſcus,* quæ corticibus arborum, & locis humidis innaſcitur. Virgil. eclog. 6. *Tum Phaethontiadas muſco circundat amaræ Corticis.* Eclog. 7. *Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba.* 4. Georg *Et ſtagna virentia muſco.*

564. SVMMA LACVNAB. ALTER. MVRICE CONCHÆ] Lacunaria ſpeluncæ muricibus & conchis variabantur. *Murex* ſpecies cochleæ, vnde color purpureus.

565. DVAS LVCIS PARTES HYPER. MENSO, &c.] Appetente veſpera, ſole iam ad occaſum vergente diſcubuiſſe Acheloum cū ſuo hoſpite, eiuſq́; duobus comitibus, Pirithoo & Lelege ſignificat. Ea quippe eſt tertia pars lucis, ſi primam ſtatuamus à mane ad meridiem; alterā à meridie in veſperam; poſtremā à veſpera ad occaſum. Nec refert vnam alia eſſe longiorem. Mos Romanus hîc ſublucet. Solebant priſci Romani totum propè diem negotiis rebuſq́; gerendis impendere, tempore veſpertino, aut certè poſt meridiem corpora curare, epuliſq́ue & conuiuijs vacare. Atq; hic eſt Horatio *dies ſolidus* & integer ode 1. lib. 1. cui corporis cibo aut potione reficiendi nihil detractum ſit; cui *fractus* opponitur, dicunturq́; *diem frangere,* qui tempus id, de quo diximus, edendo ac bibendo antecapiunt. Quod quo quiſque erat intemperantior, eo citiùs faciebat. Vnde & lautiora conuiuia nonnunquam à meridie inchoabantur. Catull.

Vos conniuia ſumptuoſiora
De die facitis: mei ſodales
Quærunt in triuijs vocationes.

569. QVOSQ. AL. PARILI F. DIGN. HON.] quos Achelous præterea inuitauerat honoris cauſſa.

570. AMNIS ACARNAN.] Quomodo Acarnanum, ſuprà diximus, à finitimis videlicet.

LÆTISS. HOSPITE TANTO] Sic lætiſſimus eſt 8. Æneid. Euander rex Ænea hoſpite: *Vt te fortiſſime Teucrûm Accipio, agnoſcoq́; libens!* Non minùs honorat quàm honoratur illuſtris hoſpes.

571. NVDÆ VESTIG. NYMPH. INSTRVX. EP.] Fluuio, quem potiùs miniſtrare quàm *nymphas* (quę dictæ quaſi *lympha*) decebat. nec eas vtique calceatas potiùs, quàm nudipedes.

572. INSTRVXERE EPVL. MENSAS] 1. Æneid. *Qui dapibus menſas onerent.*

DAPIB. REMOT. IN GEMM. POSVERE MER.] Geminum Maroniano 1. Æneid.

Poſtquam prima quies epulis, menſæq́; remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Intelligenda eſt autem prima menſa: nam de ſecunda non dicuntur *dapes*, ſed *bellaria*, de quibus hîc parum opportunè meminiſſet, cùm interdum quaſdam fabulas breuiores, & conglobatas longioribus, ad Lectorem ex varietate recreandum, ſoleat interijcere. *Gemmam* pro poculo gemmato, aut verè ex gemma confecto ſumpſit ex Propert. lib. 3. eleg. 4. (nonnulli quintam faciunt) *Nec bibit è gemma diuite noſtra ſitis.* Vaſis potorijs vtriuſque generis Romanum luxum fuiſſe vſum, oſtendit ex auctoribus Meurſius cap. 8.

573. TVM MAXIM. HEROS] Suprà: *Inclyte Cecropida.* Omnes heroës magni, quia heroës; non tamen omnes maximi; ſiquidem alius alium factis gloria dignis antecellit, vt Theſeus multos, Hercules multos.

574. ÆQVORA PROSPICIENS OCVL. &c.] Congruenter ſummarum & nobilium moribus, qui ſecundùm epulas, quo paſcant oculos, requirunt.

577. NON EST VNQ. QVOD CERNIM. VNVM] Confirmat Achelous, quod Theſeo videbatur, non vnam eſſe inſulam, ſed plures.

578. QVINQ. IACENT TERRÆ] quinque ſunt inſulæ.

SPATII DISCRIMINA FALLVNT] Spatia & in-

A terualla inter ipſas inſulas quia breuia ſunt, ideo nulla procul intuentibus apparent. Idem ſignificabitur, ſi legamus, *ſpatium diſcrimina fallit.*

579. QVOQ. MIN. SPRET. F. MIR. DIAN.] Spretæ ab Oeneo. Factum, cùm mutauit eius filias in aues Meleagrides. Hoc non tam mirum eſt, quàm Naiades euaſiſſe inſulas.

580. QVÆ CVM BIS Q. IVVENCOS MACT. &c.] Quomodo Oeneus Dianam in primitijs, ita Naiades in ſacrificio decem boum, quos dijs ruſticis mactarunt, ex contemptu Acheloum prætererūt, & inuocatum reliquerunt. Quam contumeliam quomodo vltus ſit, exponitur.

583. INTVMVI, QVANTVSQ. FEROR. &c.] Diffudi me, ſi vnquam aliàs, cùm excreui plurimum, immanitatemque & furorem, cùm animi, tum vn-
B darum præ me tuli.

585. A SYLVIS SYLVAS, ET AB ARVIS, &c.] Plus hîc dicit, maioremque fluminis inundantis vim demonſtrat, quàm in antecedētibus. Ibi enim ait, ſolere flumina exundantia ferre trabes ſolidas, voluere ſaxa, contermina ripæ ſtabula alta trahere cum gregibus, armenta etiam; ſe autem ſyluas & agros abrupiſſe.

586. CVMQ. LOCO NYMPH. &c.] Locum in quo ſacrificabant nymphæ, & choros agitabant, abruptum, vndarum mearum impetu in mare deuolui.

MEMORES TVM DENIQ. NOSTRI] tum demum intellexerunt, quem per ludibrium de diis agreſtibus inhonorum prætetiiſſent.

C 587. FLVCT. NOSTERQ. MARISQ. &c.] & quæ erat terra continua, mea vi, & marinis fluctibus facta eſt diſcreta, & conuulſa in totidem quot cernis inſulas, quinque nimirum. Adiacent *Acarnaniæ*, è regione reſpicientes oſtium Acheloi, extiteruntque ex arena & limo, Acheloi fluminis curſu conuectato, vnde fabula nata: & dicuntur communi nomine *Echinades*, vel ab *echinis* quibus abundant, vel ab *Echino* quodam vate, vt notauit Raphaël.

590. PROCVL, EN PROCVL VN. RECESS. INSVLA, &c.] Diſtat ab Echinadibus Perimele, nec fuit de numero Naiadum, quæ, qua occaſione & ratione conuerſa ſit in inſulam, narrat. Statim 595. *O proxima terra Regna vaga*, pro *terra cælo*, in aliis membranis etiam *mundo* legi annotat Mariang. Accurſius in Diatriba.

Pirithous Ixionis filius, Theſei comes hęc vt ementita irridet. A ſocio caſtigatur, memorante quomodo Philemon & Baucis ruſticani coniuges & pauperes Iouem & Mercurium humana tectos figura Phrygiam peragrantes, & à nemine hoſpitio ſuſceptos, ſoli receperint, & pro re ſua tenuiſſima benignè tractauerint.

IX. 613. *AMnis ab his tacuit: factum mirabile cunctos*
Mouerat: irridet credentes, vtque deorum
615. *Spretor erat, mentiſque ferox Ixione natus,*

Ficta

Ficta refers, nimiúmque putas, Acheloe, potentes
Eſſe deos, dixit, ſi dant, adimúntque figuras.
Obſtupuere omnes: nec talia dicta probarunt:
Ante omnéſque Lelex animo maturus & æuo,
Sic ait: IMMENSA EST, FINEMQVE POTENTIA CÆLI
NON HABET: ET QVIDQVID SVPERI VOLVERE, PERACTVM EST.
Quóque minùs dubites, tiliæ contermina quercus
*Collibus eſt Phrygijs * modico circundata muro.* *medio
Ipſe locum vidi. nam me Pelopeia Pittheus
Miſit in arua, ſuo quondam regnata parenti.
Haud procul hinc ſtagnum eſt, tellus habitabilis olim,
Nunc celebres mergis fulicíſque paluſtribus vndæ.
Iuppiter huc ſpecie mortalis, cúmque parente
Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere, locum requiémque petentes:
Mille domos clauſere ſeræ: tamen vna recepit,
Parua quidem, ſtipulis & canna tecta paluſtri:
Sed pia Baucis anus, parilíque ætate Philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus: illa
Conſenuere caſa: PAVPERTATEMQVE FERENDO
EFFECERE LEVEM, NEC INIQVA MENTE FERENDAM.
Nec refert dominos illic famulóſve requiras.
Tota domus duo ſunt: ijdem paréntque iubéntque.
Ergo vbi cælicolæ paruos tetigere penates,
Summiſſóque humiles intrarunt vertice poſtes;
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
Quod ſuperiniecit textum rude ſedula Baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
Suſcitat heſternos, foliiſque & cortice ſicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili.
Multifidáſque faces, ramaliáque arida tecto
Detulit, & minuit, paruóque admouit aheno.
Quódque ſuus coniux riguo collegerat horto,
Truncat olus folijs: furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis, nigro pendentia tigno:
Seruatóque diu reſecat de tergore partem
Exiguam, ſectámque domat feruentibus vndis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas:
Sentirique moram prohibent. erat alueus illic
Fagineus, dura clauo ſuſpenſus ab anſa:
Is tepidis impletur aquis, artuſque fouendos
Accipit. in medio torus eſt de mollibus vluis
Impoſitus lecto, ſponda pedibuſque ſalignis.
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant: ſed & hæc viliſque vetuſque
Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere dei: menſam ſuccincta, treménſque

 Ponit

Ponit anus: menſæ ſed erat pes tertius impar;
Teſta parem fecit. quæ poſtquam ſubdita cliuum
Suſtulit; æquatam menta exterſere virenti.
Ponitur hîc bicolor ſinceræ bacca Mineruæ,
Conditáque in liquida corna autumnalia fæce,
Intybáque, & radix, & lactis maſſa coacti,
Ouáque, non acri leuiter verſata fauilla:
Omnia fictilibus. poſt hæc cælatus eodem
Siſtitur argento crater, fabricatáque fago
Pocula, quà caua ſunt flauentibus illita ceris.
Parua mora eſt: epuláſque foci miſere calentes:
Nec longæ rurſus referuntur vina ſenectæ,
Dántque locum menſis paulùm ſeducta ſecundis.
Hic nux, hîc miſta eſt rugoſis carica palmis,
Prunáque, & in patulis redolentia mala caniſtris,
Et de purpureis collectæ vitibus vuæ.
Candidus in medio fauus eſt. SVPER OMNIA VVLTVS
ACCESSERE BONI, nec iners, paupérque voluntas.
Interea quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſua, per ſéque vident ſuccreſcere vina,
Attoniti nouitate pauent: manibúſque ſupinis
Concipiunt Baucíſque preces timidúſque Philemon;
Et veniam dapibus, nulliſque paratibus orant.

614. DEORVM SPRETOR] Lib. 3. *Contemptor ſuperûm Pentheus.* Talis infrà Eriſichthon: *Qui numina diuûm Sperneret, & nullos aris adoleret honores.*

615. MENTISQ. FEROX IXIONE NATVS] Bene, *ferox*, quia pater Ixion Centaurus, Pirithoi puta. Helleniſmus verò eſt: *Ferox mentis, vt ſceleris purus, animi dubius*, & ſimilia.

616. FICTA REFERS] mera commenta ſunt quę retuliſti; tute excogitaſti hæc.

NIMIVMQ. PVTAS A. POTENT. ESSE DEOS, &c.] Dare, & adimere figuras, mutare corpora aliis corporibus, maius eſt, quàm vt cadat in deos. Hoc diis tribuit in veſtibulo totius voluminis:

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora: dij cœptis (nam vos mutaſtis & illas)
Aſpirate meis.

B Vbi docuimus aduerſus Scalig. particulam *Et* non copulatiuę, ſed cauſalis vim habere, & eſſe anaſtrophen pro, *nam & vos mutaſtis illas.*

618. OBSTVPVERE OMNES, NEC TAL. D. PROB.] Quotquot accumbebant, tam audaci & impio ſermone offenſi ſunt, credentes deos poſſe omnia.

619. ANIMO MATVR. ET ÆVO] Præ cæteris offenſus eſt vir prudentia & ſenio venerabilis Lelex: cuius indicium, quòd aliis tacentibus ipſe deos à calumnia vindicat. Virgil. 5 *Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Aceſtes.* Et lib. 9. *Hîc annis grauis, atque animi maturus Alethes.*

620. IMMENS. E. FINEMQ. POTENT. CÆL. N. HABET] *Cælum* pro cælitibus, continens pro contento. tropus notiſſimus. Virg. de Tibri lib. 8. *Cælo gratiſſimus amnis*, cælitibus. Sententia horum duorum

A carminum manifeſta, deos poſſe omnia, eſſe omnipotentes. Ita equidem credo, ſi veri dii eſſent. Quanquam ſi veri, non dii, ſed vnus eſſet Deus, ſicut eſt. Plures enim eſſe non poſſunt, nedum xxx. millia, quot Romæ habuiſſe ſcriptum legimus.

622. QVOQ. MIN. DVBITES, TILIÆ, &c.] Exemplo firmat dicta ſua.

624. IPSE LOCVM VIDI] Teſtibus oculatis ſumma fides habenda.

NAM ME PELOPEIA PITTHEVS MIS. IN ARVA] Pater meus Pittheus miſit me in Phrygiam, vbi quondam regnauit Tantalus pater Pelopis, & regnauit etiam auus meus. Incerta & obſcura narratio de hoc Lelege.

626. TELLVS HABITABILIS OLIM] Antequam eò Iupiter & Mercurius diuerterent, ipſi enim in ſtagnum verterunt.

B 628 IVPITER HVC SPECIE MORTAL.] humana ſpecie velati eò venerunt Iupiter & Atlantis ex Maia nepos Mercurius, eiuſdem Iouis filius. *Mortalis* quaſi κατ' ἐξοχὴν de ſolo homine vſurpatur, quo apud nos Chriſtianos amiſſa eius in paradiſo immortalitas ſubnotatur. Sic lib. 1. *Et deus humana luſtro ſub imagine terras.* At enim, ſi dii ſpeciem humanam non gerunt, cùm tamen à poëtis facere omnia humana inducantur, quam ergo gerunt? Maiores corpore, & habitu auguſtiores deos deaſque credebant, quod & Virg. docuit 2. Æneid. vbi Æneas de matre ſibi apparente:

Cùm mihi ſe non antè oculis tam clara videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit
Alma parens, confeſſa deam, qualiſque videri
Cælicolis, & quanta ſolet.

Vbi

Vbi lege quæ in Symb. ex T. Liuio, Suetonio, Tacito, Turnebo & Lipſio petiuimus.

629. POSITIS CADVCIFER ALIS] *Caduceum* virga & ſceptrũ Mercurii, κηρύκειον. *Alæ* ſunt talaria. Legationis inſigne *caduceum* venerabile. Caduceatorem ad Lotophagos noſcendos, & loca illa luſtranda ſecuritatis cauſſa cum ſociis mittit Vlyſſes Odyſſ. 9. Lege c. 5. Caroli Paſchalii de legato, vbi & de virga Mercurii, cui *caduceo* nomen.

630. MILLE DOMOS ADIERE, &c. MILLE DOMOS CLAVSERE] Vt hominum liberalitatem & hoſpitalitatem explorarent, oſtiatim circumierunt. Hoc autem genus ornamenti, in varia vocum earundem iteratione poſitum notauimus, & exempla ex hoc eodem opere lib. 4. aggregauimus.

632. STIPVLIS, ET CANNA TECTA PALVSTRI] *Tectum* de ſtraminibus & arundinibus, non de ſcãdulis aut tegulis fuit. Ex tecti vilitate licet æſtimare reliquam elegantiam. Eclog. 1. Melibœus paſtor de ſua domuncula: *Pauperis & tiguri congeſtum ceſpite culmen*. Et tamen ibid. *ſua regna* vocat.

633. SED PIA BAVCIS ANVS, &c.] iam grandæui Baucis & Philemon, ex quo in adoleſcentia ſua connubio iuncti fuerant, eam habitarunt.

635. PAVPERTATEMQ. FERENDO EFFECERE LEVEM] Euclio in Aulul. *Pauper ſum, fateor: quod dij dant, fero*. Noſter poëta ni fallor, *leue fit quod bene fertur onus*. Et *paupertatẽ*, & quoduis aliud malum atque incommodum æquus, hoc eſt, placidus & tranquillus animus, qui eſt ærumnæ condimentum, ſiue ipſa *patientia*, vt dixit Horat. ode 24. lib. 1. leuius reddit. Quem locum ad paupertatis tolerantiam videtur tranſtuliſſe Ouid. cùm audiendorum carminum Horatianorum ſitientem ſe fuiſſe, & ipſe eleg. vlt. 4. Triſt. affirmet, & ſententiæ inde plures ab eodem deſumptæ teſtentur, quod obſeruat Ioſeph. Caſtalio Decad. 8. cap. 2. Clariſſimos viros, quos ſua paupertas delectauit etiam, enumerat Ælian. l. 2. cap. 43. Inter multa præclarè dicta de *paupertate* Apuleius in Apologia: *Eadem eſt apud Græcos in Ariſtide iuſta, in Phocione benigna, in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta*.

637. NEC REFER. DOM. ILLIC FAMVL. &c.] iidem domini, iidem famuli ſunt, ſibimet imperant, ſibimet ſeruiunt.

640. SVMMISSOQ. HVMIL. INTRAR. V. POSTES] parui penates & caſæ aliam ianuam haud poſtulabant, nec ad neceſſitatem, nec ad decorum. Et incolas ipſos ſenectus incuruarat, vt ingredientes ſubmittere ſe minùs etiam cogerentur. Dii autem ſtatura celſiores inclinare verticem debuerunt.

641. MEMBR. SENEX POSITO, &c.] Enucleatè docet, quàm ſe officioſos duo hi coniuges in deos præſtiterint. Primùm ergo ſedem illis apponit communem Philemon.

642. QVOD SVPER INIECIT TEXT. &c.] Exſequitur ſeparatim laborem & ſtudium aniculæ. Super quod ſedile iniecit ſtragulum rude, vt honoratiùs & molliùs ſederent.

643. ET IGNES SVSCIT. HESTER.] De carbunculis viuis, adhuc ſub cinere ex heſterno foco latentibus, ignem ſtruit, oluſculis & ſuillæ coquendis.

644. FOLIISQ. ET CORTICE SICCO NVTRIT] rapiunt enim flammam. Suprà, vbi Althea fatalem ramum profert, vt eum igni conſumat, *Tædaſq; & fragmina poni Imperat, & poſitis inimicos admouet ignes*.

645. ET AD FLAMM. ANIMA PERD. ANILI] ſufflando flammam in illa arida nutrimenta induxit. Sed *ſenilis anima* ſignatè, quantum ſufflare anilitas potuit. *Anima* pro ſpiritu, vento, flatu, halitu dixerunt boni auctores. Senem Euclionem vſque adeò auarum eſſe autumat in Aulular. Strobilus ſeruus, vt cùm it dormitum, follem obſtringat ob gulam, *ne quid animæ fortè amittat dormiens*. In Mercatore:

Iam plenus ætatis, animaq́; fœtida,
Senex hircoſus.

Aurarum leues animæ eſt apud Lucret. l. 5. Et Horat. ode 12. l. 4. *Impellant animæ lintea Thraciæ*.

646. MVLTIFIDASQ. FACES] tædas inſpicatas.
RAMALIAQ. ARIDA] ſolida quippe ligna, &
B trunculos (ſchettet) non habebant. Repete è ſuperioribus in fab. Altheę, ſect. 9. *Tædaſq;, & fragmina poni Imperat*.

647. PARVOQ. ADMOVIT AHENO] duobus duntaxat quod ederent coctura; ideo paruo aheno.

649. TRVNCAT OLVS FOLIIS] reſecat folia de olere, truncos, ſeu thyrſos, ſeu caules relinquens.

FVRCA LEVAT ILLE BICORNI] non decebat virum ſtare otioſum, ergo adiuuat vxorculam in miniſterio.

650. SORDIDA TERGA SVIS, NIG. &c.] propter fumum, qui denigrauerat & ſordidauerat in anguſtiis illis omnia. *Succidia* Ciceroni in Catone eſt latus porci ſalitum, & ad vſum familiæ in cibum de ligno ſuſpenſum, vnde patres ſuccidunt.

C 651. SERVATOQ. DIV RESECAT, &c.] ipſa Baucis, non Philemon. Diu ſeruato, quia oleribus quamdiu poterant victitabant, ſerò, & non niſi feſtis diebus tergus illud guſtaturi.

652. PARTEM EXIGVAM] & quia, vt ſuprà monui, tantùm duobus parabat prandium, ideo & paruum ahenum aſtituit; & quia parſimoniæ ſtudebant.

SECTAMQ. DOMAT FERVENTIB. VND.] elixat, lib. 1. *Atque ita ſemineces partim feruentibus artus Mollit aquis*.

653. INTEREA] dum ſuilla elixatur.

MEDIIS FALLVNT SERMONIB. HORAS, &c.] Colloquendo faciunt, ne mora, dum cibus decoquitur, videatur lõgior: non ipſi dij inter ſe, ſed dii cum hoſpitibus ſuis, potiſſimùm cum Philemone,
D Baucis enim curabat in culina. Colloquium ita circumſcripſit 1. Faſt.

Preſſerat ora deus: tum ſic ego noſtra reſolui,
Voce mea voces eliciente dei.

654. ERAT ALVEVS ILLIC FAGIN. &c.] Calida, ſeu tepida hoſpitibus pedes abluere mos olim fuit, etiam apud Iudæos. Hinc Saluator Simoni Phariſæo, à quo vocatus erat: *Intrans in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti*, Lucæ 7. c. v. 44.

657. IN MED. TOR. E DE MOLLIB. VLVIS, &c.] torus ab intortis herbis. *Toral* inuolucrum, ſeu operimentum tori, quod elegantiore rurſus ſtragulo obducebatur, conuiuii cauſſa, aut feriarum. Adeundus Turneb. l. 1. Aduerſat. c. 24.

658. IMPOSIT. LECTO SPONO. PED. SALIG.] *Lectus* ſuſtinet torum, Hic apud tenuiores abiectior & vilior, apud diuites pretioſior.

659. VESTIB. HVNC VELANT, &c.] torum velãt, & ita lectum quoque. Iam dicebamus de toralibus.

bus. Verùm hæc veſtis, ſeu ſtragulum iſtue, vetus, & minimi pretij erat, lectoque ſaligno reſpondens: quo tamen non niſi feſto die boni coniuges vtebantur. In eo lecto accumbebant ipſi dúo. Poterant alioqui in vno diſcumbere quatuor. Horat. ſat. 4. lib. 1. *Sæpe tribus lectis videas cænare quaternos.*

661. LECTO NON INDIGNANO. SALIGNO] vt 8. Æneid. *Et pontem indignatus Araxes.* Senſum non ſentientibus tribuere μιμητικώτερον eſt. Viliſſimus lectus vile ſtragulum iniuſtè indignaretur.

662. MENS. SVCCINCT. TREMENSQ. PON. ANVS] Succinguntur feminæ, quò expeditiùs labores ſuos exſequantur, venatrices, lotrices, textrices, coquæ, &c. 1. Faſtor. *Illa ſuper ſuras tunicam collecta miniſtrat.* Trementem frigida ſenectus reddebat.

664. TESTA PAREM FECIT] fragmentum ollæ, ſuppoſitum.

CLIVVM SVSTVLIT] dorſum, ſeu eminentiam ex vna parte ad æqualitatem & planitiem cæterarum redegit.

665. MENTA EXTERSERE VIRENTI] Honoris cauſſa & odoris.

666. PONITVR HIC BICOLOR, &c.] Sequuntur dapes appoſitæ. Oliua bicolor eſt, quia viridis, & nigra, vt exponit Raphaël. Nõ multo aliam cænam appoſiturus erat Plin. iun. Septitio Claro, qui cùm promiſiſſet, non venerat. Totam epiſt. 15. de libr. 1. quoniam breuicula & feſtiua, tranſcribemus. *Heus tu, promittis ad cænam, nec venis. Dicitur ius, ad aſſem impendium reddes, nec id modicum. Parata erant lactucæ ſingulæ, cochleæ ternæ, oua bina, alica cũ mulſo & niue (nam hanc quoque computabis, immò hanc in primis, quæ perit in ferculo) oliuæ Bæticæ, cucurbitæ, bulbi, alia mille, non minùs lauta. Audiſſes comœdum, vel lectorẽ, vel lyriſtẽ, vel, quæ mea liberalitas, omnes. At tu apud neſcio quem oſtrea, vuluas, echinos, Gaditanas maluiſti. Dabis pœnas, non dico quas. Durè feciſti. Inuidiſti neſcio an tibi, certè mihi, ſed tamen & tibi. Quantum nos luſiſſemus, riſiſſemus, ſtuduiſſemus? Potes apparatiùs cænare apud multos: nuſquam hilariùs, ſimpliciùs, incautiùs: in ſumma, experire. Et niſi poſtea te alijs potiùs excuſaueris, mihi ſemper excuſa. Vale.*

SINCERÆ MINERVÆ] illibatæ, integræ, intactæ, virginis denique.

667. CONDITAQ. IN LIQVID. CORN. &c.] *Cornus* arbor, ramis duris ac rigidis, inſtar cornuum, cuius fructus *cornum*, neutro genere. *Autumnalia*, tum enim ad maturitatem perueniunt. Virgilio *lapidoſa*, Horat. *rubicunda*, epiſt. 16. lib. 1. *Quòd ſi rubicunda benignè Corna vepres, & pruna ferant.*

IN LIQVIDA FÆCE] in qua macerantur. Muriam intellige, vt ſit periphraſis.

668. INTYBAQ.] *Intybum*, & *intubum* ſcribitur. Græcis κιχώριον. Horatius numero multitudinis vſus, poëtica licentia penultimam extendit, ſecundam corripuit, ode 31. lib. 1. *Me paſcunt oliuæ Me cichorea, leueſq; maluæ.* Vulgus appellat endiuiam.

ET RADIX] raphanus.

ET LACT. MASSA COACTI] Periphraſis caſei, vt eclog. 1. *Et preſſi copia lactis.* Varro 4. de ling. lat. *caſeus* à coacto lacte, quaſi *coaxeus*.

669. OVAQ. NON ACRI LEVIT. VER. FAVILL.] oua ſorbilia, in cinere nõ admodum calido cocta. Martial. hunc verſum pænè totum mutuatur. lib. 11. epig. 53. *Altera non deerunt* (oua) *tenui verſata fauilla.* Proditum litteris inuenio, Americæ populos teneri incredibili odio τῆς ᾠοφαγίας, nunquam oua in cibum adhibent, & vt venena fugiunt. Si quis exterous illis præſentibus ouum ſorbeat, & demirantur, & inuehuntur: vt qui gallinam in ouo deuorans, pullationem anteuertat, quod pro indigniſſimo ducunt.

670. OMNIA FICTILIA.] Conuenienter paupertati ſuæ, omnia in patinis fictilibus appoſita.

671. CÆLAT. SISTIT. ARGENTO CRAT.] tanquam κεραμήλιον, conſtabat hic crater luto, ſeu, erat fictilis; veruntamen argento ornatus & cælatus.

FABRICATAQ. FAGO POCVLA] 3. Eclog. *Pocula ponam Fagina.* Pauperum eſt vti poculis, & alijs vaſis eſcarijs atque potorijs è ligno, quorum vita nolentibus volentibus frugalior, & omnis luxus neſcia. Seneca Octauia:

Pectora pauper ſecura gerit,
Tenet e patula pocula fago.

Legimus tamen aliquando *ligneis* etiam principes magnos delectatos. Et Plin. auctor eſt, lib. 16. cap. 38. apud antiquos & faginis honorem fuiſſe. *Manius Curius iurauit, ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum faginum, quo ſacrificaret*: ait C. Plinius lib. 16. cap. 38. Et Scriptor de Viris illuſtrib. cap. 33. refert, edente Schotto noſtro atque emendante ſic pro *cado*, *ligneum guttum*: *Cùm interuerſa pecunia argueretur, guttum ligneum, quo vti ad ſacrificia conſueuerat, in medium protulit, iurauitq; ſe nihil amplius de præda hoſtili in domum ſuam conuertiſſe.* Val. Maximus lib. 4. Memorabil. *ligneo catino* vel *catillo* potiùs cænantem inducit.

672. FLAVENTIB. ILLITA CERIS] cauum poculorum fuiſſe illitum cera flaua dicit.

673. PARVA MORA EST] Parum interceſſit temporis, & frigidis iam nominatis ſucceſſere cibi calidi, ſuilla, inquam, de tergore deſecta.

674. NEC LONGÆ VINA SENECTÆ] *vinum* recentius: vetuſtiora ſiquidem, vt ſalubriora, carius veneunt, bibunturq; diuitibus. Pindarus Olymp. 9. vinum vetus, & hymnorum recentium flores commendat. Idem *vinum*, vt ſcriptum extat apud Athenæum lib. 1. non ad voluptatem ſolùm, ſed ad bonam valetudinem conducibilius eſt, quia cibum magis concoquit, & ob tenuitatem facilè digeritur, vires corporis auget, ſanguinem puriorem gignit, placidum ſomnum conciliat.

675. DANTQ. LOCVM MENS. P. SVBO. SECVNDIS] paulùm intermiſſa & ſepoſita dant locum bellarijs, quæ *ſecunda menſa* dicuntur. Cænæ apud Romanos olim tres erant partes ſiue miſſus. Primum vocabant *Antecænam*, ſiue guſtationem, ſiue guſtum. Secundum, in quo præcipui & lautiſſimi cibi, propriè *cænam*. Tertium, in quo *bellaria*, menſam pomorum, ſiue menſas ſecundas. Caput cænæ, ſecundi miſſus præcipua fercula. Lipſ. Antiq. lib. 3.

676. HIC NVX, HIC MISTA EST, &c.] Septem genera fructuum recenſet, quos appoſuerunt, nuces, caricas (ſpecies ficorum eſt) dactylos (is enim palmarum fructus) pruna, poma, vuas, fauum. Atque his tum epulis acceptus eſt magnus Iupiter, cui ſolebant menſam delicatiſſimam & opiparam maximè tribuere, & optimum caſeum *Iouis lac* appellabant. Perſæ item lautiſſimas dapes Διὸς, ἢ βασιλέως ἐγκέφαλον, *Iouis & regis cerebrum*.

679. SVPER OMN. VVLT ACCESSER. BONI, &c.] Non qui hoſpitem accipit lautiſſimè, is gratiam & laudem meretur; ſed qui cum hilaritate & voluntate

tate maxima, tametſi tenuiculo apparatu. Hanc hilaritatem nunciat vultus. Bonus, aut melior vultus, eſt non triſtis, blandus, amicus vultus. Sallust. in Catilin. *Magiſq; vultum, quàm ingenium bonum habere.*

680. NEC INERS, PAVPERQ. VOLVNT.] Poſſe quidem negatum eſt multis, velle licet omnibus. Beneficium quamuis modicum mirè commendat propenſa & iucunda voluntas. Seneca libr. 6. de benef. c. 11. *Voluntas eſt, quæ apud nos ponit beneficium.*

681. INTEREA QVOT. HAVST. CRATER. REPLE. A &c.] Craterem illum argento cęlatum, quoties exhauriretur, cernebant nullo infundente repleri vino, quo miraculo obſtupeſcebant, & vt dijs præſentibus (quod nondum apertè cognouerant) pauebant.

683. MANIB. SVP. CONCIP. BAVCISQ. PRECES, &c.] Preces iſtæ venerantium, &, quod ſequitur, veniam frugalitati orantium erant. Epulis enim regalibus dignos fuiſſe tantos deos.

685. NVLLISQ. PARATIBVS] apparatui nimis tenui, qui pro nullo haberi potuit in tã magnis dijs.

Anſerem, quem poſsidebant vnicum, mactari, & ſibi apponi dij vetuerunt. In montem vicinum ambobus abductis, vicũm præter eorum caſam totum ſummerſerunt. Eam in templum ornatiſſimum conuerterunt: cuius ſeſe Baucis & Philemon ſacerdotes, data quiduis optandi poteſtate conſtitui voluerunt, & ſimul mori optarunt. Impetratum. Nam ad gradus ſacelli in arbores conuerſi ſunt.

VNICVS anſer erat, minimæ cuſtodia villæ: X.
Quem dijs hoſpitibus domini mactare parabant.
Ille celer penna tardos ætate fatigat,
Eluditque diu: tandémque eſt viſus ad ipſos
Confugiſſe deos. ſuperi vetuere necari:
Diique ſumus, meritáſque luet vicinia pœnas
Impia, dixerunt, vobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur: modò veſtra relinquite tecta,
Ac noſtros comitate gradus, & in ardua montis
Ite ſimul. parent, & dijs præeuntibus, ambo
Membra leuant baculis, tardique ſenilibus annis
Nituntur longo veſtigia ponere cliuo
Tantum aberant ſummo, quantum ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt: flexere oculos, & merſa palude
Cætera proſpiciunt: tantùm ſua tecta manere.
Dúmque ea mirantur: dum deflent fata ſuorum,
Verſa vident, quærúntque ſuæ pia culmina villæ.
Illa vetus dominis etiam caſa parua duobus
Vertitur in templum: furcas ſubiere columnæ,
Stramina flaueſcunt, auratáque tecta videntur,
Cælatæque fores, adopertáque marmore tellus.
Talia cùm placido Saturnius edidit ore:
Dicite, iuſte ſenex, & fœmina coniuge iuſto
Digna, quid optetis. cum Baucide pauca locutus,
**Conſilium ſuperis aperit commune Philemon.* *Iudicium
Eſſe ſacerdotes, delubráque veſtra tueri

cælo pluuio, vnde in imo vallis lacuna efficiebatur, quam ſalices, vluæ, iunci, vimina, arundines cingebant. A

337. LONGÆ PARVA SVB ARVND. CANNÆ] Cannas longas ſub parua arūdine, accipio longas, & minimè craſſas, tenues. Aut arundinis nomine intelligenda vagina ipſa cannæ, qua nihil aridiua aut leuius.

339. VT EXCVSSIS ELISVS NVBIB. IGNIS] ad impetum apri validum ac repentinum exprimendum, idonea ſimilitudo fulguris.

340. STERNITVR INCVRSV NEMVS, &c.] incurſu apri arbores, & totum pænè nemus proſternitur, non ſine magno fragore ac ſonitu.

341. EXCLAMANT IVVENES] ſe clamoribus mutuò ad audendum cohortantur.

PROTENTAQ. FORT. TEL. TEN. DEXTRA] non cedunt loco, venabula in aptum dirigentes. B

342. LATO VIBRANTIA FERRO] 1. Aeneid. *Bina manu lato criſpās haſtilia ferro*. Ein ſpeerm ſpitſſ. Vibrantia, quæ vibrantur, vt 2. Aeneid. *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora*. 1. Georg. *Tardaq. Eleuſinæ matris voluentia plauſtra*, quæ tardè gradatimque voluuntur.

343. ILLA RVIT, SPARGITQ. CANES] 2. Faſt.

Sicut aper longè ſyluis latratibus actus
Fulmineo celeres diſſipat ore canes.

Eodem verbo ſtatim vtitur, *& obliquo latrantes diſſipat ictu*.

346. VANA FVIT, &c.] Aberrauit Echion, haſtamque in arborem impegit. Obſerua, lector, varietatem in oppugnantibus feram.

LEVE VVLNVS] Lene, & quia lignum durius, & quia Echion non ita potens viribus.

347. PROXIMA SI NIMIIS MITTENT. VIRIB.] C Secundum telum iecit Iaſon, ſed impulſu immoderato. Itaque longiùs ſupra feram euolauit.

349. LONGIVS IT] producitur, quia ſynæreſis, prohibit.

350. PHOEBE, &C. SI TE COLVI Q. COLOQ. DA MIHI, &c.] Iſtiusmodi precatiunculæ ad deos tela in hoſtes mittere parantium, aut in eos iam irruentium, aut denique aliquid arduum aggredientium, cum conditione ſcilicet *ſi*, reperiuntur apud poëtas non paucæ.

352. QVA POTVIT PRECIS. DEVS ANNVIT, &c.] Non enim penitus & omnino potuit, nempe vt etiam vulneraretur aper. Potentior enim fuit Diana, & telo volanti ferrum abſtulit. Itaque arundo ſola, exarmata tetigit. Fictio miranda.

354. SINE ACVMINE] ſine cuſpide.

355. IRA FERI MOTA EST] Ferus pro fera, ſeu beſtia. Virgil. 2. Aeneid. de equo ligneo: *In latus, inq. feri curuam compagibus aluum Contorſit*. Ibidem lege Symbola. D

NEC FVLMINE LEN.] Quamuis natura ſemper caleat aper, tamen quo magis iraſcitur, eo caleſt & ardet vehementiùs.

356. EMICAT EX OCVL. SPIR. Q. PECT. FLAM.] Verbo *emicare* dat actionem, quomodo Cicero ad Attic. epiſt. 3. lib. 16 verbo *erumpere*, *Ne in me ſtomachum erumpant, cùm ſint tibi irati*. Et quis fuit, qui dixit, *erumpat terra liquores*? Idem fit in verbo *emanare*. Plin. lib. 33. c. 3. de olea diſputans, *vlulis & ſaniem emanantibus*. Vbi tamen in margine à Dalechampio notatur alia lectio, *ſanie manan-*

A *tibus*. Sic Iacobi 3. vbi græcè eſt, *μή τι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρόν*; interpres reddidit, *nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam*?

357. VIQVE VOLAT MOLES ADDVCTO, &c.] Molem ſaxeam balliſta exploſam cape. Nūnc æneis tormentis grandes globos in muros & turres eiaculamur. 1. Triſt. eleg. 2.

Nec leuiùs laterum tabulæ feriuntur ab vndis,
Quàm graue balliſta mœnia pulſat onus.

Virg. 12. — *muralı concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt.*

359. IMPETE] Pro *impetu*, metri cauſſa mutauit vocalem.

VVLNIFICVS SVS] alibi, *fulmineus ſus* Et Virgil. *Procumbit humi bos*. Et Horat. *Naſcetur ridiculus mus*. Non licere autem ponere monoſyllabum in fine B hexametri, niſi ſit nomen animalis, falſum: bene cadere monoſyllabum, ſi ſit animalis, verum.

360. DEXTRA TVENTES CORNVA PROSTERNIT] Aciem aduerſus aprum inſtruxerant heröes, cuius cornua Eupalamus & Pelagon tenebant. Hos proſtrauit quidem aper, non tamen occidit. Iacentes, & pænè exanimatos ſocij ſuſtulerunt.

362. AT NON LETIF. EFFVG. ENÆS. ICT. &c.] Crus huic reciſum eſſe colligimus.

365. FORSITAN ET PYLIVS CITRA TROIANA, &c.] Forſitan Pylius Neſtor (à Pylo vrbe Meſſeniæ, cui præfuit, vnde & Pylius dicta) periiſſet, antequam ad Troiam veniret, niſi in arborē, haſta humi defixa, & per eam capto impetu ſubſiluiſſet.

368. DESPEX. LOCO TVT. Q. FVG. NOST.] quaſi verò non & hanc arborem ſternere potuiſſet aper, qui excitus luſtro, vt eſt ſuprà, ſtrauerat C incurſu nemus.

369. DENTIB. IN QVERNO STIPITE TRITIS] exacutis. Virgil. 3. Georg. loquens de apro ad pugnam ſe aduerſus riualem comparante, *denteſq. Sabellicus exacuit ſus*. Quidam Ouidio & Plin. lib. 18. diem dicunt, affirmantes, apros dentes non ad ſaxa, aut arbores, ſed atterēdo illos inter ſe, nimirum ſuperiores cum inferioribus, acuere, idque ex Euripide, Homero, & aliis probant. Dentium porrò inter ſe colliſorum ſonum plerumque à venatoribus auditum. Brod. lib. 8. cap. 5.

370. IMMINET EXITIO] exitio Neſtoris, ramis inſidentis. Quomodo ergo tutus hoſtem deſpiciebat? Tutum ſe magis putabat, quàm erat.

FRENDENSQ. RECENTIB. ARMIS] recenter reparatis, & per crebram infixionem exacutis.

D 371. ORITHYIÆ MAGNI] Super lectione verſus huius adi Iac. Micyllum. *Orithyia* legi qui poteſt, cùm habeat omnes longas, hîc autem exigantur ab initio duæ breues? Tres codices Ciofani legunt *Orithia*.

ROSTRO FEMVR HAVSIT] Infrà de Meleagro, *Hauſitq. nefando Pectora Plexippi nil tale timentia ferro*. 10. Aeneid. *Per tunicam ſqualentem auro latus hauſit apertum*. Et lib. 2. *Inimicus & hauſerit enſis*.

372. GEMIN. NOND. CÆLESTIA SYD. FRATRES] Catull. ad eoſdem, *Gemelle Caſtor, & gemelle Caſtoris*. Horat. ode 3. lib. 1. *Sic fratres Helenæ lucida ſidera*. Et rurſum ode 8. lib. 4. Carm.

Clarum Tyndaridæ ſidus ab infimis
Quaſſas eripiunt æquoribus rates.

Quam ob cauſſam dij, & nauigantium præſides facti,

facti, docet Natalis lib. 8. Mytholog.cap. 9. Cùm A apparent geminæ hæ flammæ, ſiue ignes, bene ominantur nautæ: ſi vnus tantùm, timent periculum: maximè, ſi Helenæ ſidus ſuperueniens, vtroſque fugauerit.

373. NIVE CANDID. AMBO VECTAB. EQVIS] Hos in candidis equis bello Latino interfuiſſe ſcribit Florus li.1.c.11. Virg.12. de equis Turni, *qui candore niues anteirent.* Vide Adagium, *niue candidius.*

374. AMBO VIBRATA PER AVRAS, &c.] Fruſtra & hi vibrarunt haſtas condente ſe apro loco imperuio, propter denſitatem arborum.

378. STVDIO INCAVT. EVNOS PRON. &c.] Quàm veriſimile hoc? vt nihil magis.

380. SAGITT. IMPOSVIT NERVO, SINVATOQ. &c.] Suprà de Minoë: *Impoſitis calamis patulos ſinuauerat artus.* Sic enim mauult è codicib. antiquis Ciofan. quàm numero multitudinis, *Impoſitis calamis.* Philoſtrat iunior de Atalanta, in icone Me- B leagri: Cùm ſagittam neruo paratam impoſuiſſet, iaculari cogitat; accincta verò eſt veſte ad genu (nempe vt illa, *Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluentes*) ſoleis pedibus annexis: ac manus & brachia ad humerum vſque nuda, quò ſic ad agendum prompta, veſte ibi ad fibulas contracta.

382. SVMMVM DISTRINX. ARVND. CORP.] raſit, leuiter vulnerauit. Æneid.10. *Magnúmq; femur perſtrinxit Achata.* Lib. 12. ducit metaphoram ab animato ad lanceam, qua Turnus Phegeum perſtrinxit: ——*Hunc lata retectum*

Lancea conſequitur, rumpitq; infixa bilicem
Loricam, & ſummum degustat vulnere corpus.

383. EXIGVO SANGVINE] non enim altum C vulnus, ideo nec multus manauit ſanguis.

384. NEC TAM. ILIAS. SVCCESSV, &c.] Atalanta non magis gaudebat feram tetigiſſe qualicumque vulnere, quod adhuc nemo de viris tam ſtrenuis fecerat, quàm Meleager ipſe, qui honori gratiſſimæ virginis fauebat impenſiùs.

385. PRIM. VIDISS. PVT. ET PRIM. SOCIIS, &c.] Argumentum eius, quod dicebam, cupiiſſe honorari virginem. Quamuis modico ſanguine rubefactas ſetas, primus notauit, nec tacuit, & præmium iaculatrici promiſit.

388. ERVBVER. VIR. SEQ. EXHORTANT. &c.] Cùm mollities mulierum ſit, vnde & illis vocabulum, vis autem & virtus virorum, à quibus appellationem habent, meritò erubeſcant viri, ſi à fæminis ſua ſibi & propria laus præripiatur.

389. IA. TANTQ. SINE ORDINE TELA] An- D tea iactabant ſigillatim, nunc iſte nunc ille: modò confusè & ſimul, cogitantes fieri non poſſe, quin magno in numero plures tangant belluam, & tot vulneribus caſuram.

390. TVRBA NOCET IACTIS, &c.] Secùs res euenit. ἀταξίᾳ fruſtrata eſt illos voto.

391. FVRENS CONTR. SVA FAT.] Furor malè ceſſit, non enim erat ei in fatis ἀποπλεμεῖν. Non habebat deos ſecundos, & hoc propter confidentiam, & inflationem animi, voceſq; ſuperbiſſimas.

392. DISCITE FÆMIN. QVID TELA VIRIL.] Perſtrinxit tantùm ſagittæ tactu aprum Atalanta. Ancæus ſecuri ſua eundem ſe mox diffiſſurum arbitratur, Diana etiam nolente, cuius iræ inſeruiebat aper.

393. OPERIQ. MEO CONCEDITE] concedite A mihi palmam, patiamini æquis animis me primas ferre, & ne inuidete mihi hanc victoriam. Aut ita, date mihi locum aggrediendi, & feriendi delendique monſtrum hoc.

394. IPSA SVIS L. H. LAT. PROTEG. &c.] Inter exempla ſibi, ſuæque virtuti ac viribus cum aperto deorum contemptu fidentium, hoc etiam notabis. Mezentius apud Maronem lib. 10. *Nec mortem horremus, nec diuûm parcimus vlli.* Deorum auxilio in pugna ſe non egere, & victurum hoſtes diis volentibus nolentibus reſpondit patri Telamoni Aiax, vt initio αἴαντος μαστιγοφόρου Minerua Vlyſſi narrat apud Sophoclem. Tales fuerunt ſpiritus & Capanei, vnius è vii. ducibus ad Thebas, de quo Statius 10. Thebaid.

396. MAGNILOQVO ORE] Non quo de grandibus magniſq; rebus loquebatur, ſeu vocali ore, B μεγαλοφώνως: ſed quo de ſe magna & magnificè ac ſuperbiſſimè prædicabat, ſeſeque impudentiſſimè aliis præferebat. Adagium, *magna loqui*, μεγάλα εἰπεῖν, λέγειν. Repete quæ dixi lib. 1. ſub finem, ibi, *Quem quondam magna loquentem Non tulit Inachides.*

397. ANCIPITEM SECVRIM] bipennem. Sic anceps gladius, quem quidam bis acutū nominãt.

398. INSTIT. DIGIT. PRIM. SVSP. IN ART.] ita ſolent, qui quàm validiſſimos ictus incutere nituntur. Primi artus ſunt ipſi pedum digiti.

399. QVAQ. EST VIA PROXIMA LETHO, &c.] quà facillimum eſt interfici, propter loci teneritudinem, & veſicam. Intelligendum, ei virilia arem mordicus abstuliſſe, vt ille alius aper Adonidi in venatione, lib. 10. C

Protinus excuſſit pando venabula roſtro,
Sanguine tincta ſuo: trepidumq; & tuta petentem
Trux aper inſequitur: totóſque ſub inguine dentes
Abdidit, & fulua moribundum ſtrauit arena.

401. GLOMERATAQVE SANG. H. VISCERA L. BVNT] non glomerata ſanguine, ſed glomerata & conuoluta, ſeu glomeratim cum multo ſanguine è ventre lacerato effluant.

403. IA. IN ADVERS. HOSTEM] Vnicus aper, & talis aper, qualis hactenus propoſitus eſt, pro cohorte aut phalange negotium heroibus ipſis faceſſebat.

405. O ME MIHI CARIOR, &c.] Meminit & ſuprà amicitiæ Theſei & Pirithoi, *Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus.* Nunc de ſalute amici ſollicitus Theſeus, monet, caueat propiùs accedere, memor Ancæi. Ad loquendi genus quod attinet, vnuſquiſ- D que noſtrùm ſibi proximus eſt, ac neminem ſe magis diligit. Ad vim igitur eximij alicuius amoris exprimendam & hoc, & quod mox ſequitur, *pars animæ meæ*, vſurpatum eſt. Eleg. 9. lib. 1. de Ponto:

A tibi dilecto miſſam Naſone ſalutem
Accipe, pars animæ magna, Seuere, meæ.

Horat. ode 17. lib. 2.

Ah te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior vis, quid moror altera? &c.

Ode autem 3: lib. 1. Virgilium vocat *animæ dimidium ſuæ.*

406. LICET EMIN. ESSE FORTIA.] Ambiguum. Licet iis qui fortes & generoſi ſunt etiam eminus pugnare, vt maneant, & habeantur fortes. Aliter, licitū eſt, & pugnari poteſt fortiter, quamuis eminus, ſi non cominus. Paruum eſt diſcrimen. Senſum hunc alteri præfero.

408. Et ærata tors. orava cuspid. cornu] Cornus arbor eſt, vnde fiunt haſtæ. Virgil. 2 Æneid. *& bona bello Cornus*. Et 9. Æneid. *volat Itala cornus*. Hîc tamen genere neutro, & quarta inflexione maluit *cornu*. Ridiculum foret ex boum aut ceruorum cornibus haſtam confectam putare, quod putauit Raphaël.

409. Votiq. potanta futuro] certo telo contigiſſet, quod petebat, vt ſuprà de Ampycide. Collimaſſet, aut vt quidam docti emendant hoc verbi, *collineaſſet*.

410. Obstit. æscvi. frono. &c.] Ramus æſculi prominens, iaculum excepit. Sic ſuprà:

Cuſpis Echionio primùm contorta lacerto
Vana fuit, truncumq; dedit leue vulnus acerno.

Quanquam Echion telum ſuum non tam bene librauerat.

411. Misit et Aesonio. iacvl. &c.] Iactus ſecundus. De primo, & eius euentu ſuprà:

Proxima ſi nimijs mittentis viribus vſa
Non foret, in tergo viſa eſt hæſura petitum:
Longiùs it: auctor teli Pagaſæus Iaſon.

A Sed huius mirabilior, telum quippe ab apro aberrans, & cani latranti, per mentum, id eſt, per partem oris inferiorem, ingrediens, per viſcera & ventrem exit, & humi defigitur.

414. At man. Oenidæ variat, &c.] Duplex iactus Meleagri Oenei filij, ſed non vnius modi: nam haſta altera, vana fuit; altera in apri tergum delata hæſit.

416. Dum sævit, dum corp. vers. &c.] Præ doloris motu mirè ſe contorſit verſauitque.

417. Strident. spumam] ex calore igneo, quo velut coquebatur.

B 418. Hostemque irrit. ad iram] maiorem, nam antea ſatis erat irritatus & iratus.

419. Splendidaque advers. venab. &c.] Philoſtrat. iunior in eius imagine, Meleagri puta. Siniſtro pedi innixus in progreſſu, & greſſu obfirmato, ſecurè impetú apri excipit, lanceam in eum defigens. Mox corpus eius repræſentans, loquit: Calloſus ac rigidus eſt iuuenis, & corpore toto vegetus: ſuræ ipſi benè compactæ ac rectæ, &c.

Lætitia, gratulatio, inſultatio in aprum cæſum.

Meleager victor, Atalantæ pro ἀριςεὶῳ pellem & caput donat. Honorem inuident cæteri. Toxeus & Plexippus auunculi Meleagri præmia ſua virgini adimunt: quos ipſe ambos nil moratus confodit.

VI.

Gaudia teſtantur ſocij clamore ſecundo,
Victricémque petunt dextræ coniungere dextram.
Immanemque feram multâ tellure iacentem
Mirantes ſpectant, neque adhuc contingere tutum
Eſſe putant: ſed tela tamen ſua quiſque cruentant.
Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit:
Atque ita, Sume mei ſpolium Nonacria iuris,
Dixit: & in partem veniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat, & magnis inſignia dentibus ora.
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris auctor.
Inuidêre alij: totóque erat agmine murmur.
E quibus ingenti tendentes brachia voce,
Pone age, nec titulos intercipe fœmina noſtros,
Theſtiadæ clamant: nec te fiducia formæ
Decipiat: ne ſit longè tibi captus amore
Auctor: & huic adimunt munus, ius muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira,
Diſcite raptores alieni, dixit, honoris,
Facta minis quantum diſtent. hauſitque nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea, quid faciat, dubium, paritérque volentem
Vlciſci fratrem, fraternáque fata timentem
Non patitur dubitare diu: calidúmque prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.

420 GAVD. EST SOCII CLAM.] clamores A exorti ſunt à ſocijs, gaudio, exultatione & gratulatione pleni.

421 VENERIS EMVS PET. DEXT. CONIVNG. DEXT.] Dextræ non tantùm copulantur in danda & accipienda fide, cuius ſymbolum ſunt: ſed etiam in ſalutatione & gratulatione. 1. Aeneid. Æneas Veneri: *Cur dextræ iungere dextram Non datur?* Plaut. Am. *Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras.*

422 MVLTA TERRAE IACENS] Quod ait, *multa iacere*, id eſt, magno terræ ſpatio, vaſtitatem beluæ declarat. Sic Polyphemus quanta corporis mole fuerit, inde conijcias, quòd inquit vates Latinus 3. Æneid. *iacuitq; per antrum Immenſum.*

423 MIRANTES SPECTANT] De Caco ab Hercule interempto fuſiùs & feſtiuius Maro in 8. B

Pedibuſq; informe cadauer
Protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo,
Terribiles oculos, vultum, villoſaq; ſetis
Pectora ſemiferi, atque extinctos faucibus ignes.

NEQVE ADHVC CONTING. TVT.] ne fortè recollectis viribus improuisò exſurgens, in ſpectatores inuaderet.

424. SVDERIA T. SVA QVISQVE CRVENT.] In moribundum longè animoſiores erant iſti bellatores quàm in ſæuientem ac valentem. Sic Homerus Iliad. χ. narrat Græcos Hectorem ab Achille cæſum circumſtetiſſe, exanimi inſultaſſe, pro ſe vnumquemque vulnus inflixiſſe.

425 PEDE IMPOSITO CAP. EXITIAB. PRESSIT] Exitiabile caput vocat, quia multis exitio fuit, & futurum erat, hominibus & animalibus. Hoc caput pede preſſit, vt faciunt qui de iacente C humi materia quippiam amputant.

426. SVME MEI SPOL. NONACRIA IVRIS] Hæc dicta accipiamus oportet capite iam reſecto, & in manus ſumpto. Nonacria virgo eſt Arcadica virgo, à Nonacri monte Arcadiæ. Virginem Nonacriam nominat Calliſtonem lib. 2. κατ' ἐξοχὴν. Sui iuris hoc ſpolium pronuntiat, victoribus enim in victos poteſtas & arbitrium eſt.

427. ET IN PART. VEN. MEA GLOR. TECVM] eſto particeps gloriæ meæ. Aeneid. 9. Niſus Euryalo amico, *Nulla meis ſine te tribuetur gloria rebus.*

428 PROTIN. EXVVIAS RIG. D. &c.] Cùm de capite priùs loquatur, dicatque *ſume ſpolium*, &c. probabile ſit etiam priùs dediſſe, quamuis in narratione ſit ὕστερον πρότερον.

RIGID. HORRENTIA SETIS] Suprà:

——— *Riget horrida ceruix:* D
Et ſeta denſis ſimiles haſtilibus horrent.

Sed quorſum terga huius apri, ſeu pellem virgini? Quoniam ferarum nobilium pelles geſtare conſueuerant heroës, ad prodendam hoc ſigno omnibus virtutem & fortitudinem ſuam. Donat igitur heroinem fortiſſimam dono & geſtamine ſimili; quandoquidem corpore ſolo mulier, animo & cogitatione planè vir erat.

429. MAGN. INSIGN. DENTIB. OR.] Suprà: *Dentes æquantur dentibus Indis.*

430. ILLA LÆTITIA ET C. MVN. MVN. AVCTOR] Atalantam & donum, & donator exhilarat. Quadrant huc verba Plauti ex Amphit. vbi accepta à Pſeudoamphitruone patera ſic ait Alcumena. *Ecaſtor, condignum donum, qualis eſt qui dono dedit.* Subijcit illico, quamuis ſupparaſitans Mercurius: *Immo ſic condignum donum, qualis eſt cui dono datum eſt.*

431. INVIDERE ALII] inuidiſſent honorem hunc forraſſe etiam viro. mouet enim inuidiam, quidquid eminet: fœminam ſic inſigniri, cui poſtponi videbantur omnes, hoc miſeros vehementius torquebat.

TOTOQVE FRAT AGMINE MVRMVR] murmur hoc erant ſubmiſſæ voces, virgini obtrectantium, & ex inuidentia laudem eius elevantium.

432. E QVIB. INGENT. TEND. BRACHIA, &c.] Plexippus & Toxeus Theſtio patre nati, Althææ matris Meleagri fratres, in hoc murmure primas obtinebant, doloremque ſuum geſtu etiam & clara voce, cum conuitiis in Atalantam, & rapina demum ipſa conteſtabantur.

B 433. NEC TIT. INTERCIP. FÆM. NOST.] cum magna contemptione dictum *fæmina*; & magna cum ſuperbia, *titulos noſtros*.

434 NEV TE FIDVCIA F. DECIPIAT] Quia non habent aliud quod ei obijciant, hoc illi rem obijciunt, & loquuntur, atque obloquuntur ac taceant.

435. NE SIT LONGE T. CAPT. AMOR. AVCTOR] Niſi hæc dona depoſueris, nobiſque quibus potiùs debentur ceſſeris, interficiemus te, nec te defendere poterit Meleager, qui te bis affecit, non vt dominam, ſed vt amatam. Erit tibi Meleager quaſi longè abſit. Simili ratione locutum cernimus Virg. l. 12. Aeneidos:

Longe illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Fæminea tegat, & vanis ſeſe occulat vmbris.

Cæſar 1. Gallicor. vbi Arioviſtus Cæſaris legatis C reſpondet: *Aeduis ſe obſides redditurum non eſſe, neque iis, neque eorum ſociis iniuriâ bellum illaturum, ſi in eo manerent, quod conueniſſet, ſtipendiumq; quotannis penderent; ſi id non feciſſent, longe illis fraternum populi Rom. nomen abfuturum.* Vidiſti *abfuturum* hîc legi, quomodo & apud lib. 4 Metam.

Huic quoque, vade procul, ne longè gloria rerum,
Quas mentiris, ait, longè tibi Iuppiter abſit.

Obſeruauit hæc Muret. lib. 10. cap. 4. vbi & Ouidium ipſum quoque optimum Latinitatis auctorem nuncupat, vt meritò in illum, quicunque tandem is, & quiſquis tandem ſit, exſpuas, qui ſibi Metamorphoſin, in patriam linguam conuertendam curauit, ne homo delicatiſſimus & mundiſſimus, Ouidiana, vt ſtultiſſimè iudicabat, illuuie ſe quoquomodo ſordidaret.

436. HVIC ADIM. MVN. IVS MVN. ILLI] Eripiendis Atalantæ donis ſimul conantur oſtendere, D Meleagrum ius donandi non habuiſſe, & iniuſtè donaſſe.

438. RAPTORES ALIENI HONORIS] Rapit alienum honorè, qui rapit alteri, quod ei eſt honori.

439. FACTA MINIS Q. OBSTE.] Certè non longè abfuit virgini iniuriam paſſæ vindex. Facta dictis potiora in rebus omnibus. Sæpe autem ad minas, & terrores verborum confugiunt, qui re ipſa nocere, quod magnopere vellent, non poſſunt. Lepidè Germani, Es gehen vil wort in einen ſack.

HAVSIT Q. NEF. P. PLEXIP. FERRO] transverberauit, gladio transfixit auunculum, ideo neſando facto.

441. TOXEA, QVID FACIAT, DVBIVM, &c.]

Plex-

Plexippum fratrem Toxeus cupiebat vlciſci, metuebat tamen, ne idem ſibi quod fratri Meleager faceret. Ergo inter ſacrum ſaxumque ſtabat.

443. HAVD PATIT. DVBIT. DIV] tacitam eius dubitationem ſtatim diſſoluit.

CALID. PRIOR. CÆDE RECALFECIT, &c.] 9. Æneid. *It haſta Tago per tempus vtrumque, Stridens, traiectoque hæſit tepefacta cerebro.* Alibi noſter: *Sangui-* A *ne Tlepolemus Lyciam tepefecerat haſtam.* [illegible] lib. 2. *In matris iugulo ferrum tepefecit acutum.* Poeticus hic color eſt, admonente Erythræo, vt vulnerato aliquo *terram, haſtam, enſem cal fieri,* aut *tepefieri* ex profluente cruore calido dicant [illegible] cus ſatis habet in ingenti cæde facta, abundantiſſimi ſanguinis copiam enarrare, nullo epitheto calidi appoſito.

Althæa Meleagri mater, chariores habens fratres duos, quam filium, occiſos luget. Tortem illi fatalem profert, & concremat. Ita Meleager vita exuitur, a Calydoniis defletur, in primiſque a ſororibus, quæ in aues Meleagrides tranſmutantur. Licet in hac muliere ceu in ſpeculo cernere duos affectus amoris, inuicem pugnantes, in qua pugna explicanda, vt aliis quibusdam locis, ingenij ſui magnitudinem & copiam inimitabilem exhibet Ouidius. Vicit tamen affectus amoris prior, erga fratres inquam, illum erga filium, φιλαδελφία φιλοτεκνίαν.

VII.

DONA deûm templis nato victore ferebat,
Cum videt extinctos fratres Althæa referri.
Quæ, plangore dato, mœſtis clamoribus vrbem
Implet, & auratas mutauit veſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus, excidit omnis
Luctus, & à lacrymis in pœnæ verſus amorem eſt.
Stipes erat: quem, cùm partus enixa iaceret
Theſtias, in flammam triplices poſuere ſorores:
Staminaque impreſſo fatalia pollice nentes,
Tempora, dixerunt, eadem lignóque tibique,
O modò nate damus. quo poſtquam carmine dicto
Exceſſere deæ, flagrantem mater ab igne
*Eripuit *ramum, ſparſitque liquentibus vndis.* * tortem,
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis,
Seruatuſque tuos, iuuenis, ſeruauerat annos:
Protulit hunc genitrix, tædáſque & fragmina poni
Imperat, & poſitis inimicos admouet ignes.
*Tum conata quater flammis imponere *ramum,* * torrem,
Cœpta quater tenuit. pugnant materque ſorórque,
Et diuerſa trahunt vnum duo nomina pectus.
Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri:
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem.
Et modò neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat: modò quem miſereri credere poſſes.
Cùmque feras lacrymas animi ſiccauerat ardor:
Inueniebantur lacrymæ tamen: vtque carina,
Quam ventus, ventóque rapit contrarius æſtus,
Vim geminam ſentit, parétque incerta duobus:
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat,
Inque vices ponit, poſitámque reſuſcitat iram.

In-

Incipit eſſe tamen melior germana parente:
Et conſanguineas vt ſanguine leniat vmbras,
IMPIETATE PIA EST. *nam poſtquam peſtifer ignis*
Conualuit: Rogus iſte cremet mea viſcera, dixit.
Vtque manu dira lignum fatale tenebat,
Ante ſepulcrales infælix aſtitit aras:
Pœnarumque deæ triplices, furialibus, inquit,
Eumenides ſacris vultus aduertite veſtros.
Vlciſcor, facioque nefas. MORS MORTE PIANDA EST:
IN SCELVS ADDENDVM SCELVS EST, IN FVNERA FVNVS:
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
An fælix Oeneus nato victore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modò fraterni manes, animæque recentes
Officium ſentite meum: magnoque paratas
Accipite inferias, vteri mala pignora noſtri.
Heu mihi, quò rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cœpta manus: meruiße, fatemur
Illum cur pereat: mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impunè feret: viuuſque, & victor, & ipſo
Succeſſu tumidus, regnum Calydonis habebit?
Vos cinis exiguus, gelidæque iacebitis vmbræ?
Haud equidem patiar, pereat ſceleratus; & ille
Spemque patris, regnumque trahat, patriæque ruinam.
Mens vbi materna eſt? vbi ſunt pia vota parentum?
Et quos ſuſtinui bis menſum quinque labores?
O vtinam primis arſiſſes ignibus infans:
Idq; ego paſſa forem. vixiſti munere noſtro:
Nunc merito moriere tuo. cape præmia facti:
Biſque datam, primùm partu, mox ſtipite rapto
Redde animam, vel me fraternis adde ſepulchris.
Et cupio, & nequeo. quid agam? modò vulnera fratrum
Ante oculos mihi ſunt, & tantæ cædis imago:
Nunc animum pietas, maternáque nomina frangunt.
Me miſeram: malè vincetis, ſed vincite, fratres,
Dummodo quæ dedero vobis ſolatia, vóſque
Ipſa ſequar. dixit: dextráque auerſa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit, aut viſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes, & inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius atque abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur, & cæcis torreri viſcera ſentit
Ignibus; ac magnos ſuperat virtute dolores.
Quòd tamen ignauus cadat, & ſine ſanguine, letho,
Mæret: & Ancæi fælicia funera dicit.
Grandæuúmque patrem, fratréſque piáſque ſorores
Cum gemitu, ſociamque tori vocat ore ſupremo;

Forſi-

Forſitan & matrem. creſcunt ignı́ſque, dolórque,
Langueſcuntque iterum. ſimul eſt extinctus vterque:
Inque leues abijt paulatim ſpiritus auras,
Paulatim cara prunam velante fauilla,
Alta iacet Calydon, lugent iuueneſque ſeneſque:
Et vulgus proceréſque gemunt. ſciſſæque capillos
Plangunt ora ſimul matres Calydonides, eheu.
Puluere canitiem genitor, vultúſque ſeniles
Fædat humi fuſus, ſpatioſúmque increpat æuum.
Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas acto per viſcera ferro.
NON MIHI SI CENTVM DEVS ORA SONANTIA LINGVIS,
INGENIVMQVE CAPAX, TOTVMQVE HELICONA DEDISSET,
*Triſtia perſequerer miſerarum * vota ſororum.* * dicta
Immemores decoris liuentia brachia tundunt:
Dúmque manet corpus, corpus refouentque, fouentque,
Oſcula dant ipſi, poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem, cineres hauſtos ad pectora preſſant,
Affuſæque iacent tumulo: ſignatáque ſaxo
Nomina complexæ lacrymas in nomina fundunt.
Quas, poſtquam Oeneiæ tandem Latonia clade
Eſt ſatiata domus, præter Gorgénque, nurúmque
Nobilis Alcmenæ, natis in corpore pennis
Alleuat, & longas per brachia porrigit alas:
Corneáque ora facit, verſáſque per aëra mittit.

445. DONA DEVM TEMPLIS, &c.] Dijs, ſeu Deo potiùs omnia bona ſua in acceptis ferre, & illis in teſtimonium grati animi offerre munera, mos pius eſt, quam magiſtra natura homines docuit. Gaudebat igitur audiens victorem filium mater: ſed hoc gaudium mox in triſtitiam vertit.

447. MOEST. CLAMOR. VRB. IMPLET] non impleſſet, niſi vias vlulando percurſaſſet.

448 ET AVRATAS MVT. VESTIB. ATRIS] Siue ſic legas, ſiue mutatis caſibus, *& auratis mutauit veſtibus atras*, idem eſt intellectus, & vtroque modo ſcriptores loquuntur. Ergo atras in locum auratarum induit, vt tempus poſtulabat. Aureas autem vt regina geſtabat. Sic in epiſt. Seruij Sulpicij ad Cic. conſolatoria lib. 4. epiſt. legitur *Quibus ſine dolore licitum eſt mortem cum vita commutare*. Plaut. Captiu. *Hoc illum me mutare confido fore. Hoc, quem domi habeo, emptum de præda, at quæſtoribus Philocrati, mutabo illum, Philopolemum filium meum, qui captus tenetur in Anlide. Pro hoc dimiſſo, recipiam illum.*

449. SIMVL EST AVCTOR NECIS COGNITVS] vt à filio cæſos didicit.

EXCIDIT OMNIS LVCT. &c.] ira ſubitò concepta fugauit luctum & triſtitiam. Steterunt lacrymæ, & in pœna à filio repoſcēda poſita omnis cogitatio.

453 IN FLAMMAM TRIPL. POSVER. SOROR.] Parcæ, Lacheſis, Clotho, Atropos.

454. STAMINAQ. IMPRESSO FATAL.] Cuiq; noſtrū naſcēti, Parcas ſua fata nere & canere fabulātur, quę nullus deorū immutare poſſit. Tibull. eleg. 7. lib. 1,

Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes
Stamina, non vlli diſſoluenda deo.

Ouidius 5. Triſt. eleg. 4.

Scilicet hanc legem Parca fatalia nentes
Stamina bis genito bis cecinere tibi.

De Baccho ſermo eſt, qui & *ignigena*, *& femorigena*. Quemadmodū neant, & futura canāt oaſcituro ex Peleo & Thetide Achilli, apud Catull. eſt videre.

455. TEMP. EAD. LIGNOQ. TIBIQ. Quamdiu hic ſtipes ſupererit, quem nunc in ignem mittimus, tamdiu vita tibi, ô puer modo nate, ſuperet.

456. FLAGRANT. MAT. AB IGNE ERIPVIT RAMVM] Stipitem iam dixit. Et accelerandum erat, ne flammis breui tempore abſumeretur.

458. PENETRALIB. ABDIT. IMIS] Conueniebat rem tanti momenti tutiſſimè aſſeruari & cuſtodiri.

459. SERVATVSQ. T. SERVAVERAT ANNOS] 2. Æneid *ſeruataq; ſerues Troia fidem*.

460. TÆDASQ. ET FRAGMINA PONI IMP.] Focum iubet excitari, ex materia facili ad concipiendum ignem, vt ſunt ſarmenta & ramenta, & quæ Virgilio 1. Æneid *arida nutrimenta*. *Atq; arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammā*. Noſter infrà in fabula Philemonis & Baucidis, *ramalia arida*.

462. TVM CONATA QVATER FLAMM. &c.] Ominoſum quiddam, infælix, iḿconceſſum & nefarium committi poëtæ latenter indicant, cùm ter, quater tentatum non proceſſiſſe, [illegible] ſe dicunt. Lib. 1.

Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata, ter omen
Funereus bubo lethalis carmine fecit.

Sici. Æneid. cùm fatalis ille equus ligneus in vrbem induceretur, *quater ipſo in limine porta Subſtitit, atque vtero ſonitum quater arma dedere.*

464. ET DIVERS. TRAH. VN. D. NOM. PECT.] Propoſitio quędam eſt declarationis ſecuturę, quo pacto duo affectus, maternus & ſororius, in Althęa conflixerint, conflictu ſanè acerrimo. Æneid. 12. *Diuerſaq́, vocant animum in contraria iura.*

465. SÆPE METV SCEL. PALLEB. &c.] ad matrem hoc referendum.

466. SÆPE SVVM FERVENS, &c.] ad ſororem hoc. Pallebat, & metuebat lædere Meleagrum, vt mater filium. Rurſum eidem, vt ſoror pro fratribus ab eodem obtruncatis iraſcebatur. Iraſcentium oculi ſuffunduntur ſanguine, inde rubor ille.

467. ET MODO NESCIO QVID SIMIL. &c.] Ex oculis Althęæ nunc crudelitas, nunc miſericordia, B & pietas emicabat. Et cùm incitatus in filium furor ſæpe ſiccaſſet lacrymas, eaſdem tamen materni tas iterum eliciebat.

470. VTQ. CARINA, QVAM VENT. VENTOQVE, &c.] Fluctuātem inter geminos affectus animum, naui vento & æſtu maris vento contrario excitato huc illuc raptatæ comparat. Adumbrauit hanc comparationem, vt alia ex Ouidio trecenta, Seneca in Agamemnone:

> ——— *Fluctibus varijs agor,*
> *Vt cùm hinc profundum ventus, hinc æſtus rapit,*
> *Incerta dubitat vnda, cui cedat malo.*

Et in Medea:

> *Vt ſæua rapidi bella cùm venti gerunt,*
> *Vtrimq́, fluctus maria diſcordes alunt,*
> *Dubiumq́, pelagus feruet: haud aliter meum*
> *Cor fluctuatur: ira pietatem fugat,*
> *Iramq́, pietas.*

472. PARETQ. INCERTA DVOBVS] 1. Triſt. eleg. 2. qua tempeſtas ἀντιπνοίας.

> *Inter vtrumq́, fremunt immani murmure venti,*
> *Neſcit cui domino pareat vnda maris.*
> *Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu,*
> *Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt, &c.*

473. DVAITE AFFECTIB. ERRAT] agitatur & diſtrahitur ancipiti cogitatione ac voluntate, & vtrum eligat neſcit: geratne ſe vt matrem, & parcat filio; an vt ſororem, & vlciſcatur fratres.

475. MELIOR GERMANA PARENTE] Superat pietatem crudelitas, ſoror matrem. 1. Triſt. eleg. 6.

> *Vtq́, cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum*
> *Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror.*

476. ET CONSANGVIN. VMBRAS] Conſanguineorum D vmbras, fraternas vmbras. ὅμαιμος frater Homero; vt cùm ſomnum mortis ὅμαιμον dicit: quod imitatus eſt Maro in 6. *Et conſanguineus lethi ſopor.*

477. IMPIETATE PIA EST] ὀξύμωρον. Lib. 7. de filiabus Peliæ: *His vt quæq́, pia eſt hortatibus, impia prima eſt, Et ne ſit ſcelerata, facit ſcelus.*

NAM POSTQ. PESTIF. IGN. CONVAL.] de quo ſupra: *Tædaſq́, & fragmina poni Imperat, & poſitis inimicos admouet ignes.*

478. ROGVS ISTE CREM. MEA VISCERA] filij dicuntur viſcera matrum, intra quæ latuerunt, & de quarum viſceribus quodammodo concreti videntur.

479. LIGNVM FATALE] Fata Meleagri, hoc eſt, vita & mors illius eo torre continebantur.

A 480. ANTE SEPVLCHRAL. ASTIT. ARAS] In atis eſt ignis, quibus thura & victimæ cremantur. Quoniam igitur in hoc igne, dum ſtipitem exurit, Althæa filium occidit, & ipſius quaſi corpus exurit, venuſtè ſepulchrales aras nominat.

481. POENARVMQ. DEÆ TRIPLICES, &c.] Accommodatè in tali ſacrificio, quod conuenienter furiale vocat, Eumenidas inuocat, ipſumque diabolum, quem iuuant huiuſmodi ſcelera. Pœnarum deas, commodè; reis quippe apud inferos puniendis occupantur.

482. VLCISCOR, FACIOQ. NEFAS] dum vlciſcor nefas, homicidium puta, facio eodem tempore & facto nefas, parricidium ſcilicet.

MORS MORTE PIANDA EST, &c.] nec Deum, nec homines, nec ſuperos, nec inferos, nec conſcientiam ſuam timentis hîc ſermo eſt. *Mors morte, ſcelus ſcelus, funera funus* πολύπτωτον, ſeu *Traductio* figura.

485. PER COACERVAT. LVCTVS] pet coaceruata funera, quorum cauſſa coaceruantur luctus, pereat domus impiorum.

486. AN FELIX OENEVS N. VICTOR. &c.] Si viuat Meleager, habebit Oeneus filium incolumem & victorem, qua re gaudebit: Theſtius pater meus manebit orbus, & multus. Præſtat lugere ambos, quàm lætari vnum, lugere alterum.

488. VOS MODO FRATERNI MANES, &c.] tota nunc eſt in fratribus; fratres ei ſunt omnia, quibus dedicat filium vt victimam.

ANIMAEQ. RECENTES] quæ recèns à corporibus euolaſtis.

C 489. OFFICIVM SENTITE MEVM] ſit gratum quod præſto vobis officium.

MAGNOQ. PARAT. ACCIP. INFER.] Si nihil eſt parentibus, ac matri pręſertim, charius liberis, non poteſt ijs inferijs quidquam dari ac ſoloi maius, in quibus occiduntur etiam liberi.

490. VTERI MALA PIGNORA NOSTRI] Si mala pignora, & ſi odit Meleagrum filium, quomodo ergo magno paratæ inferiæ? Memineris nunc matrem, nunc ſororem loqui, etiam in eodem carmine nonnunquam.

491. HEV MIHI, QVO RAPIOR?] à dulci ſenſu & affectu in filium iterum ad affectum ſororium declinauerat, ad quem ſe recipiens, ſubiungit:

FRATRES IGNOSCITE MATRI] Sicut maior eſt coniunctio ſanguinis matris & filiorum, quàm fratrum & ſororum: ita maior ſit inter eos amor neceſſe eſt. Iure igitur ſibi petit ignoſci à fratribus, ſi cunctetur ſtipitem filij funereum in ignem conijcere, quam cunctationem ſuprà egregiè ſatis declarauit: *Tum conata quater flammis, &c.*

492. MERVISSE FATEM. ILL. CVR PER.] Tam propinquos ſibi, leui de cauſſa, & duos occidit. Meruit igitur viciſſim occidi. Sororium hoc eſt.

493. MORTIS MIHI VISVIICET AVCTOR] Si occidendus eſt, vt eſt, à me tamen nolim occidi. Quid enim tam naturæ contrarium & inimicum, quàm occidi à matre filium? maternum iſtuc.

494. ERGO IMPVNE FERET, &c.] vox ſororia. Quinque verſus, referentes imaginem Æneæ libr. 2. ſtatuentis, Helenam caput & cauſſam malorum omnium, quam Veſtæ atis aſſideutem in regia furtè offenderat, iugulandam eſſe. tute iudicabis:

> *Scilicet hæc Spartam incolumis, patriaſq́, Mycenas*

 Aſpi-

Aſpiciet? partoq́ue ibit regina triumpho?
Coniugiumq́ue, domumq́ue, patres, natoſq́ue videbit,
Iliadum turba & Phrygiis comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arſerit igni?
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?
Non ita namque, etſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem,
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas animumq́ue explêſſe iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres ſatiaſſe meorum.

496. VOS CINIS EXIGVVS] Sæpiùs antiqui poëtæ de mortuis ita loquuntur, quaſi præter cinerem & oſſa nihil ſint, immemores animæ ſemper viuentis & vigentis. Interdum animam coniungunt, ſub vmbrarum nomine, vt hîc, aut de ea ſola loquuntur.

GELIDAEQ IACEBIT. VMBRAE] Vmbra nec calida, nec gelida, nec anima quidem, vmbræ vocabulo ſignificata. Sed ad mortem reſpicitur, quæ cum frigore venit, & corpus priuatum anima frigidum relinquit. 4. Æneid. *Et cùm frigida mors anima ſeduxerit artus.* Verbum *iacebitis*, neglectum indicat: quæ enim non curantur & negliguntur, iacere dicuntur, vt docuimus alibi.

498. SPEMQ PATRIS, REGNVMQ. TRAH. &c.] Pereat ſceleſtus, & cum eo ſpes Oenei, quam totam in filio repoſuerat; & regnum, carens rege; & patria, cui deſit rector, idoneus ſubaudi: nam de fratribus eius, de quibus infrà, nec mater multum ſibi promittebat.

499. MENS VBI MATERNA EST] ad partes meliores ſe reuocat, auditurque rurſum materna στοργή.

VBI SVNT PIA VOTA PARENT.] Vota parentum pro liberis ſunt, vt diutiſſimè ſint ſuperſtites, & floreant omnibus fœlicitatibus. Ab his votis diſtat longiſſimè mater filio necem moliens.

500. ET QVOS SVSTIN. BIS MENS. Q. LABOR.] Quod laborioſè acquiritur, iucundè retinetur, & ægrè amittitur. Sarcina & onus ſunt matribus liberi in vtero, curæ & ſollicitudini extra vterum, & infantes adhuc. Sunt præterea ſanguis ipſorum. Ob hæc diliguntur vt qui maximè. Priſcianus hunc locum citans, legit *menſum* pro *menſium*, nec enim aliter poterat Poëta citra συγκοπὴν, quamuis teſte Ciofano Vrſini liber habeat, *menſes bis quinque*, & Vatican. *bis menſes quinque*. 1. Faſt. reddens rationem, cur Romulus annum voluerit contineri 10. menſibus:

Quod ſatis eſt, vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

Quanquam non ſunt decem pleni, ſed initium, ſeu pars decimi pro toto accipitur. Tertullian. *Legitima natiuitas ferme decimi menſis ingreſſus eſt.*

501. O VTIN. PRIM. ARSISSES, &c.] vtinam ne ſuſtuliſſem ſtipitem illum, quem Parcæ in ignem iecerant, tamdiu te victurum ſpondentes, quamdiu ille extaret. Ita cum eodem ſtipite ardente tu quoque infans adhuc periiſſes; nec ego huc neceſſitatis compulſa forem.

502. VIXISTI MVN. N. NVNC MOR. &c.] quòd vixiſti huc vſque, gratia & munus meum fuit, quæ ſtipitem, ſeu torrem in hunc vſque diem ſeruaui. Quòd morieris, tibi propter ſcelus tuum debes; tua culpa eſt, non mea.

503. CAPE PRAEMIA FACTI] ſceleris tui mer-
A cedem. Hæc quaſi titionem tandem in ignem coniectura.

505. VEL ME FRATERN. ADDE SEPVLCHRIS] Non libet mihi ſine fratribus viuere. Aut tu quoque moriaris opus eſt: aut me inſuper occidendo, illis ſociam addas.

506. ET CVPIO, ET NEQVEO. QVID AGAM?] Cupio inijcere ſtipitem hunc in flammam, & id ſuadet affectus ſororius: & nequeo tamen, quia reſiſtit & diſſuadet affectus maternus. Hæreo, & miſera ſum, quia vtrumuis fecero, impietatis coarguar; ſi illud, in fratres; ſi hoc, in filium.

509. SED VINCITE FRATRES, &c.] Concludit deliberationem, ſtatuitq́; filium perdere, ad ipſorum ſolatium, ac ſibi quoque vitam extorquere, &
B ipſos iam mortuos ſequi.

511. DEXTRAQ. AVERS. TREMENT. FVNER. &c.] Quod faciebat, dolens & inuita faciebat, tantumque facinus intueri non poterat; idcirco auerſo vultu torrem in ignem coniiciebat. Propinqui olim pyram cadaueri comburendo face ſubiecta, ſed auerſi incendebant, propter pellendum doloris argumentum, vt inquit Donatus. Philoctetes in Hercule Oetæo apud Senecam, exponens quo pacto Hercules in rogo mortalitatem exuerit, de ſe- mer, *Tremente pinum dextera ardentem impuli.* Ritum hunc tetigit Virgil. in 6. de Miſeni tubicinis ſepultura agens:

——— Pars ingenti ſubiere pheretro,
Triſte miniſterium, & ſubiectam more parentum
Auerſi tenuere facem.

512. AVT DEDIT, AVT VISVS GEMIT.] vt indignitatem rei exaggeret, fingit ipſum lignum velut
C συμπάσχον ingemuiſſe. Lumen poëticum, quale & lib. 11. de ſaxis & telis, quibus à Bacchis petebatur Orpheus:

Alterius telum lapis eſt: qui miſſus, in ipſo
Aere concentu victus vocisq́ue lyræque eſt:
Ac veluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit.

515. INSCIVS, ATQ. ABSENS FLAMMA MELEAG. &c.] Nunc, quid Meleager paſſus ſit, cognoſcamus. Inaſpectabili quodam igne, ſeu calore ingenti ſenſit ſibi viſcera torreri, & corpus magis magis abſumi.

517 AC MAGN. SVPERAT VIRT. DOLORES] De Hercule in Neſſæa tunica æſtuante mirum in modum, lib. 9. *Dum potuit, ſolita gemitum virtute repreßit.* Non cedere dolori, nec muliebriter vociferari, &
D eiulare, fortis & magnanimi eſt. De eo tamen ferendo nimis ſuperbè ac ſtultè μεγαληγοροῦσι Stoici, & inprimis Seneca, cuius hæc eſt oratio de Prouidentia: *Ac multa incidunt triſtia, horrenda, dura toleratu. Quia non poteram vos iſtis ſubducere, animos veſtros aduerſus omnia armaui. Ferte fortiter: hoc eſt quo deum antecedatis. Ille extra patientiam malorum eſt, vos ſupra patientiam. Contemnite paupertatem: nemo tam pauper viuit, quàm natus eſt. Contemnite dolorem: aut ſoluetur, aut ſoluet*, &c. Si diſcerni nos à Deo ita dixiſſet, patientia doloris ſcilicet, rectè, inquit Lipſius: at *illum anteiri*, impiè.

518. QVOD TAM. IGNAVO CAD. &c.] Vir generoſus & gloriæ cupidus non horret mortem, ſed genus mortis, in quo nullus honos, nullum decus, nulla gloria. Ignauum lethum, ac ſine ſanguine, vt hîc appellatur, timet. Quare & Æneas l. 1. ſe naufragio

fragio petiturum doler, & in acie apud Troiam pugnando cum alijs heroibus cecidiſſe mallet: *O terq; quaterq; beati. Queis ante ora patrum Troia ſub mœnibus altis*, &c. Memorabile eſt, quod de Alexand. Seuero prodidit memoriæ Lamprid. Cùm à mathematico audiſſet, ſe gladio barbarico interiturum, lætatus eſt, quòd ſibi bellicam, & imperatoriam mortem imminere crederet, tantumque animi habuit, vt putaret ſe dijs comparandum, ſi in bello periret. Notaui in Symb. meis.

519. ET ANCÆI FELICIA VVLN. D.] Ancæus ſirpà vtraque manu ſecurim in aprum vibraturus, ab eo anteuertitur, & demorſis partibus neceſſariis miſerè occiditur: hanc mortem velut ab hoſte, & in certamine illatam, Meleager præ ſua honorificam ducit.

520. GRANDÆVVMQ. PATR. FRATRESQ. &c.] Moribundus aduocat patrem ſenem Oeneum, fratres, ſorores, vxorẽ, & matrem fortaſſe, ſi, quid illa ſibi feciſſet ignorabat. De ſtipite etiã, quo fata ſua contineri erant, videtur nunquã cogitaſſe, adeò arcanum habuit mater. *Ore ſupremo*, inquit, quoniam vltima ad eos verba hæc fecit. Qualia fuerint, tute coniecta. An hi quoque nihil de ſtipite didicerant, vt huius cæci ignis & æſtus lethalis in Meleagro cauſſam edicerent? An, *vocat ore ſupremo* ſic explanandum, appellaſſe eos tantùm, vt iam iam efflaturum animam? Non enim multum temporis ei concedebatur, cùm vita eius ſpatio torris ardentis definita eſſet.

522. CRESCVNT IGNISQ. DOLORQ. LANGVESC. ITER.] Inteſtinus dolor ad modum flammæ in titione & creſcentis & decreſcentis intendebatur & remittebatur.

523. SIMVL EST EXTINCT. VTERQ.] & torris conſumptus eſt, & Meleagrum vſura huius lucis reliquit.

524. INQ. LEVES ABIIT PAVL. SPIRIT. AVR.] Ex falſa opinione, & tamen Philoſophorum, ſed ſtultorum, animam eſſe quiddam aëreum. Vnde illi modi loquendi, *Exhalare, efflare ſpiritum, vitam, animam exſpirare*. Diximus antea.

525. PAVLATIM CANA PRVN. VEL. FAVILLA] quod fiebat in titione, qui in cineres conſidebat, & prunis vaneſcentibus nihil niſi cinis remanebat, ſed paulatim, hoc in Meleagri membris intermorientibus fieri cernebatur. Stat. 6. Thebaid. *Finis erat, lapſuſq; putres iam Mulciber ibat In cineres.*

526. ALTA IACET CALYDON, &c.] *Alta* ad ædificia, vel ad nobilitatem pertinet. 1. Æneid. *Atq; altæ mœnia Romæ*. Verbum *iacet* mœſtitiam vrbis, & rerum deſperationem ex Meleagri obitu ſignificat. Omnis ætas, vterq; ſexus, omnis ordo eum lamentis & lacrymis proſecutus eſt.

528. PLANGVNT ORA] non lacertos modò & pectora, ſed & facies percutiunt, & lacerant vnguibus.

529. PVLVERE CANITIEM GENITOR, &c.] Humi ſe abijcit ſenex pater, puluere caput & vultũ aſperſus. De rege Latino lugente vxorem, ſuſpendio voluntario emortuam, & vrbem captam, Æneid. 12. *Canitiem immundo perfuſam puluere turbans*. Vide Symb. ibid. Mentio moris huius etiam in Scripturis ſacris: *In cinere & ſacco*.

530. SPATIOSVMQ. INCREPAT ÆVVM] Optat multò ante hoc malum vita exceſſiſſe. Philto ſe-
A nex in Trinummo Plauti, poſtquam accuſauit mores ſæculi ſui corruptiſſimi:

——*Lacrumas hæc mihi cùm video*
Eliciũt, quia ego ad hoc genus hominũ duraui; quin priùs
Me ad plures penetraui?

Ad plures, id eſt, ad mortuos: plures enim mortui ſunt quàm viui. Sic *ad plures abire*, eſt mori.

531. NAM DE MATRE MAN. DIRI, &c.] Tacitæ interrogationi reſpondet. In tanto & communi omniũ luctu quid egit mater? an & ipſa luxit? Qui potuit? Semet ſua manu, conſcientia diriſſimi facti cruciata confodit, quod ſuprà ſibimet prædicere viſa eſt.

533. NON MIHI SI CENT. DEVS ORA, &c.] Ex Homeri fontibus hauriunt hoc genus loquendi poëtæ, cùm quippiam narratu & explicatu propter rei varietatem, multitudinem, præſtantiam difficillimum volunt oſtendere. Virg. 2. Georg. *Non mi-*
B *hi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum, Ferrea vox*. Quem verſum iterat in 6. Æneid. Quod expreſſum ex illo Hoſtij l. 11. belli Hiſtrici notat Macrobius in Saturn. *Non ſi mihi linguæ Centum, atque ora ſient totidem, voceſq; liquatæ*. Vel ex illis Homericis Iliad β'.

Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

534. INGENIVMQ. CAPAX, TOTVMQ. HELICON.] Ingenio capaci, hoc eſt, magno & præſtanti, omnique facultate poëtica, & linguis ſexcentis opus eſſet, ad ſororum vota & queſtus explicandus: nec tamen hæc ſatis eſſent. Hyperbole hyperbolarum.

535. MISERAB. VOTA SOROR.] ex manuſcripto placet magis, *dicta ſororum*, vt ſe earum queſtus aſſequi nõ poſſe profiteatur. Apud Antoninum Li-
C beralem in fabulis nominantur fratres Meleagri *Phereus, Agelaus, Toxeus, Clymen*[illegible], *Periphanes*. Filiæ, *Gorge, Eurimeda, Deianira, Mel*[illegible]*a*: quarũ primam & tertiam ſorores facit Hyginus. Vxor Alcyone.

IMMEMORES DECORIS LIVENT. PECT. T.] Virgines verecundia poſthabita, nudata pectora verberabant, & ipſa verberatione liuida reddebant.

537. DVMQ. MANET CORPVS, CORP. &c.] Ante ſepulturã verſum eſt in cineres. Sed quamdiu adhuc corpus manſit, ſorores id fouere & complecti & oſculari, vt etiam lectum in quo iacebat, nõ deſierant. Cinerem ex eo redactum pectoribus appreſſerunt. Tumulo item incubuerunt, eumque lacrymis perfuderunt. Quid ampliùs debuerunt?

540. SIGNATAQ. SAXO NOM. COMPLEXÆ] Non quibant nomen ipſum in ſaxo ſculptum comple-
D cti: complexæ ſunt ſaxum, cui nomen inciſum, cum paucis verbis pro epitaphio. & ea lacrymis tinxerunt. Lib. 2. de ſororibus Phaëthontis: *Corpora dant tumulo, ſignant quoque carmine ſaxum.*

542. QVAS POSTQ. OENEIÆ, &c.] Diana Latonæ filia vbi ſaturata eſt pœnis Oeneiæ domui per aprum & cædes inflictis, ſorores Meleagri, exceptis duabus, Gorge, & Deianira (quæ erat nupta cum Hercule Alcmenes filio) in aues commutauit. Dictæ ſunt *Meleagrides*, de quibus Plin. l. 10. c. 26.

546. PER AERA MITTIT] Qui locus auium proprius, vt aqua piſcium, terra quadrupedum & hominum. Inde *aerinaga*.

Theſeum Athenas regredientem, auctus imbribus & ſupra ripas effuſus Achelous amnis intercipit: periculum narrat: domum ſuam inuitat, dum aquæ ſubſidant. Theſeus ſublatis menſis de V. inſulis, quas cernebat, percunctatus, de earum metamorphoſi fit certior.

VIII.

INTEREA Theſeus ſociati parte laboris
Functus, Erechtheias Tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter, fecitque moras Achelous eunti,
Imbre tumens. Succede meis, ait, inclyte tectis
Cecropida: nec te committe rapacibus vndis:
Ferre trabes ſolidas, obliquáque voluere magno
Murmure ſaxa ſolent. vidi contermina ripæ
Cum gregibus ſtabula alta trahi: nec fortibus illic
Profuit armentis, nec equis velocibus eſſe.
Multa quoque hic torrens niuibus de monte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia vortice merſit.
Tutior eſt requies, ſolito dum flumina currant
Limite: dum tenues capiat ſuus alueus vndas.
Annuit Ægides: Vtórque, Acheloe, domóque,
Conſilióque tuo, reſpondit: & vſus vtroque eſt.
Pumice multicauo, nec leuibus atria tophis
Structa ſubit: molli tellus erat humida muſco,
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iámque duas lucis partes Hyperione menſo,
Diſcubuere toris Theſeus, comitéſque laborum,
Hâc Ixionides, illa Trœzenius heros
Parte Lelex, raris iam ſparſus tempora canis:
Quóſque alios pari li fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum, lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ veſtigia Nymphæ
Inſtruxere epulis menſas, dapibúſque remotis
In gemma poſuere merum. tum maximus heros
Æquora proſpiciens oculis ſubiecta, Quis, inquit,
Ille locus: digitóque oſtendit: &, inſula nomen
Quod gerat illa, doce: quanquam non vna videtur.
Amnis ad hæc, Non eſt, inquit, quod cernimus, vnum.
Quinque iacent terræ, ſpacij diſcrimina fallunt.
Quóque minùs ſpretæ factum mirere Dianæ:
Naiades hæ fuerant: quæ cùm bis quinque iuuencos
Mactaſſent, ruriſque deos ad ſacra vocaſſent;

Imme-

Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui: quantúſque feror, cùm plurimus, vnquam:
Tantus eram: paritérque animis immanis, & vndis,
A ſyluis ſyluas, & ab aruis arua reuulſi:
Cúmque loco Nymphas memores tum denique noſtri,
In freta prouolui. fluctus noſtérque, mariſque
Continuam diduxit humum, paritérque reuellit
In totidem, medijs, quot cernis Echinadas vndis.
Vt tamen ipſe vides, procul, en procul vna receſſit
Inſula, grata mihi, Perimelen nauita dicit.

547 INTEREA THESEVS SOCIAT. &c.] Dum hæc aguntur, Theſeus, peracto labore in apro tollendo, cuius ſe ſocium Meleagro præbuerat, Athenas reuertitur, quarum quondam rex Erechtheus, & quæ vrbs Tritonidi, ſeu Mineruæ ſacra eſt. Cum Pirithoo amico aduenisse Theſeum Calydonem, ſuprà memorauit.

549. FECITQ. MORAS ACHELOVS EVNTI] Hic fluuius Ætoliam ab Acarnania diſcriminat, Nicopolimque ab Auguſto poſt deuictum Antonium, ad perpetuæ eius victoriæ monumentum ædificatam alluit, cuius filias fingunt Sirenas. Acheloum in mora fuiſſe Theſeo Calydone Athenas proficiſcenti, quomodo dicat poëta, & an id negligentia quadam factum, an ludere voluerit, cùm Achelous ad occaſum ſit Calydoni, & Theſeo iter eſſet ad ortum, miratur Glareanus. Cui occurrendum, vt alijs alia in hoc opere deſiderantibus, ſupremam ei deeſſe manum.

550. IMBRE TVMENS] Ecce quàm ornatè hoc Liuius lib. 1. ab V.C. *Sorte quadam diuinitus ſuper ripas Tiberis effuſus lenibus ſtagnis, nec adiri vnquam ad iuſti curſum poterat amnis*, &c. Idem aſſiduitate pluuiarum Acheloo contigerat.

551. INCLYTE CECROPIDA] inclyte Athenienſis. Recurre ad eius geſta, quæ canuntur lib. 7. *Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri*, &c. *Cecropida* autem vt *Aeacida*, *Anchiſa*, &c.

NEC TE COMMITTE RAPACIB. VNDIS] Lucret. libr. 5. *Aut ex imbribus aſſiduis exiſſe rapaces Per terras amnes.* Virgil 3. Æneid. *Carpere prata fuga fluuioſq; innare rapaces.*

552. FERRE TRAB. SOLID. OBLIQ. VOLVER. &c.] quanto magis te abripient?

554. CVM GREGIB. STABVLA ALTA TRAHI, &c.] Lib. 1. in deſcriptione diluuij, de fluminibus, non intermiſſis imbribus increſcentibus:

Exſpatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cumq; ſatis arbuſta ſimul, pecudeſq; viroſq;,
Tectaq; cumq; ſuis rapiunt penetralia ſacris.

Vterque locus expreſſus eſt ex illo Maronis 2. Æneid. de Græcis occupata vrbe in regiam confertim irruentibus:

Non ſic aggeribus ruptis cùm ſpumeus amnis
Exijt, oppoſitaſq; euicit gurgite moles;
Fertur in arua furens cumulo, campoſq; per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.

STABVLA ALTA] Quoniam feræ beſtiæ in locis editioribus latitant plerumque, videor poſſe rationem huius adiuncti expedire. Hîc de gregibus loquitur, quorum ſtabula in plano ſunt. Quo

A pacto igitur *ſtabula alta trahit?*

556. MVLTA QVOQ. HIC TORRENS, &c.] ἀντὶ ῥήτορος torrés de fluuio, niſi tanquam adiectiuum, & epitheton accipias. Niues editiora loca, vt montes, denſiùs tegunt. Reſolutæ augent vicina flumina, & rapidiora efficiunt, quibus corpora iuniorum, & natatus imperitorum faciliùs abripiuntur.

557. TVRBINEO VORTICE MERSIS] *Rapidus vorat æquore vertex*, de naui quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem, quam & ipſam ceu turbinem priùs in gyrum egit fluctus: *Torquet agens circum*, inquit.

558. SOLITO DVM LIMITE CVRRANT] dũ intra ripas aquis imminutis ſeſe recipiant. Quod ſequitur: *Dũ tenues capiat ſuus alueus amnes*, ἐπεξήγησις eſt.

560. VTOR Q. ACHEL. DOMOQ. HOSPIT. TVO] Inuitas me domum tuam hoſpitaliter, ingredior hoſpitium. Suades ne me flumini exundanti com-

B mittam, audio conſilium.

562. PVMICE MVLTICAVO, NEC LEVIB. &c.] Topographia domus, ſiue antri, ſiue ſpeluncæ Acheloi. E pumicibus & tophis ſtructum erat. Pumex non æquè aſper, immò leuis, vterque tamen cauernoſus lapis.

563. MOLLI MVSCO] Tenera herba *muſcus*, quæ corticibus arborum, & locis humidis innaſcitur. Virgil. eclog. 6. *Tum Phaethontiadas muſco circundat amaræ Corticis.* Eclog. 7. *Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba.* 4. Georg *Et ſtagna virentia muſco.*

564. SVMMA LACVNAB. ALTER. MVRICE CONCHA.] Lacunaria ſpeluncæ muricibus & conchis variabantur. *Murex* ſpecies cochleæ, vnde color purpureus.

565. DVAS LVCIS PARTES HYPAR. MENSO, &c.] Appetente veſpera, ſole iam ad occaſum vergente

C diſcubuiſſe Acheloum cũ ſuo hoſpite, eiuſq; duobus comitibus, Pirithoo & Lelege ſignificat. Ea quippe eſt tertia pars lucis, ſi primam ſtatuamus à mane ad meridiem; alterã à meridie in veſperam; poſtremã à veſpera ad occaſum. Nec refert vnam alia eſſe longiorem. Mos Romanus hîc ſublucet. Solebant priſci Romani totum propè diem negotiis rebuſq; gerendis impendere, tempore veſpertino, aut certè poſt meridiem corpora curare, epuliſque & conuiuijs vacare. Atq; hic eſt Horatio *dies ſolidus* & integer ode 1. lib. 1. cui corporis cibo aut potione reficiendi nihil detractum ſit; cui *fractus* opponitur, dicunturq; *diem frangere*, qui tempus id, de quo diximus, edendo ac bibendo ante recapiunt. Quod quo quiſque erat intemperantior, eo citiùs faciebat. Vnde & lautiora conuiuia nonnunquam à meridie inchoabantur. Catull.

Vos conuiuia ſumptuoſiora
De die facitis: mei ſodales
Quærunt in triuijs vocationes.

569. QVOSQ. AL. PARILI P. DIGN. HON.] quos Achelous prætereà inuitauerat honoris cauſſa.

570. AMNIS ACARNAN.] Quomodo Acarnanum, ſuprà diximus, à finitimis videlicet.

LÆTISS. HOSPITE TANTO] Sic lætiſſimus eſt 8. Æneid. Euander rex Ænea hoſpite: *Vt te fortiſſime Teucrûm Accipio, agnoſcoq́, libens?* Non minùs honorat quàm honoratur illuſtris hoſpes.

571. NVDÆ VESTIG. NYMPH. INSTRVX. EP.] Fluuio, quem potiùs miniſtrare quàm *nymphas* (quę dictæ quaſi *lympha*) decebat. nec eas vtique calceatas potiùs, quàm nudipedes.

572. INSTRVXERE EPVL. MENSAS] 1. Æneid. *Qui dapibus menſas onerent.*

DAPIB. REMOT. IN GEMM. POSVERE MER.] Geminum Maroniano 1. Æneid.

Poſtquam prima quies epulis, menſæq́, remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Intelligenda eſt autem prima menſa: nam de ſecunda non dicuntur *dapes*, ſed *bellaria*, de quibus hîc parum opportunè meminiſſet, cùm interdum quaſdam fabulas breuiores, & conglobatas longioribus, ad Lectorem ex varietate recreandum, ſoleat interijcere. *Gemmam* pro poculo gemmato, aut verè ex gemma confecto ſumpſit ex Propert. lib. 3. eleg. 4. (nonnulli quintam faciunt) *Nec bibit è gemma diuite noſtra ſitis.* Vaſis potorijs vtriuſque generis Romanum luxum fuiſſe vſum, oſtendit ex auctoribus Meurſius cap. 8.

573. TVM MAXIM. HEROS] Suprà: *Inclyte Cecropida.* Omnes heroës magni, quia heroës; non tamen omnes maximi; ſiquidem alius alium factis gloria dignis antecellit, vt Theſeus multos; Hercules multos.

574. ÆQVORA PROSPICIENS OCVL. &c.] Congruenter ſummatum & nobilium moribus, qui ſecundùm epulas, quo paſcant oculos, requirunt.

577. NON EST VNQ. QVOD CERNIM. VNVM] Confirmat Achelous, quod Theſeo videbatur, non vnam eſſe inſulam, ſed plures.

578. QVINQ. IACENT TERRÆ] quinque ſunt inſulæ.

SPATII DISCRIMINA FALLVNT] Spatia & interualla inter ipſas inſulas quia breuia ſunt, ideo nulla procul intuentibus apparent. Idem ſignificabitur, ſi legamus, *ſpatium diſcrimina fallit.*

579. QVOQ. MIN. SPRET. P. MIR. DIAN.] Spretæ ab Oeneo. Factum, cùm mutauit eius filias in aues Meleagrides. Hoc non iam mirum eſt, quàm Naiades euaſiſſe inſulas.

580. QVÆ CVM BIS Q. IVVENCOS MACT. &c.] Quomodo Oeneus Dianam in primitijs, ita Naiades in ſacrificio decem boum, quos dijs ruſticis mactarunt, ex contemptu Acheloum prætererũt, & inuocatum reliquerunt. Quam contumeliam quomodo vltus ſit, exponitur.

583. INTVMVI, QVANTVSQ. FVROR. &c.] Diffudi me, ſi vnquam aliàs, cùm excreui plurimum, immanitatemque & furorem, cùm animi, tum vndarum præ me tuli.

585. A SYLVIS SYLVAS, ET AB ARVIS, &c.] Plus hîc dicit, maioremque fluminis inundantis vim demonſtrat, quàm in antecedẽtibus. Ibi enim ait, ſolere flumina exundantia ferre trabes ſolidas, voluere ſaxa, contermina ripæ ſtabula alta trahere cum gregibus, armenta etiam; ſe autem ſyluas & agros abrupiſſe.

586. CVMQ. LO. ON. NYMPH. &c.] Locum in quo ſacrificabant nymphæ, & choros agitabant, abruptum, vndarum mearum impetu in mare deuolui.

MEMORES TVM DENIQ. NOSTRI] tum demum intellexerunt, quem per ludibrium de dijs agreſtibus inhonorum præteriiſſent.

587. FLVCT. NOSTERQ. MARISQ. &c.] & quæ erat terra continua, mea vi, & marinis fluctibus facta eſt diſcreta, & conuulſa in totidem quot cernis inſulas, quinque nimirum. Adiacent *Acarnaniæ*, è regione reſpicientes oſtium Acheloi, extiteruntque ex arena & limo, Acheloi fluminis curſu conuectato, vnde fabula nata: & dicuntur communi nomine *Echinades*, vel ab *echinis* quibus abundant, vel ab *Echino* quodam vate, vt notauit Raphaël.

590. PROCVL, EN PROCVL VN. RECESS. INSVLA, &c.] Diſtat ab Echinadibus Perimele, nec fuit de numero Naiadum, quæ, qua occaſione & ratione conuerſa ſit in inſulam, narrat. Statim 595. *O proxima terra Regna vaga*, pro *terra cælo*, in alijs membranis etiam *mundo* legi annotat Mariang. Accurſius in Diatriba.

Pirithoüs Ixionis filius, Theſei comes hęc vt ementita irridet. A ſocio caſtigatur, memorante quomodo Philemon & Baucis ruſticani coniuges & pauperes Iouem & Mercurium humana tectos figura Phrygiam peragrantes, & à nemine hoſpitio ſuſceptos, ſoli receperint, & pro re ſua tenuiſſima benignè tractauerint.

IX. 613. *AMnis ab his tacuit: factum mirabile cunctos*
Mouerat: irridet credentes, vtque deorum
615. *Spretor erat, mentiſque ferox Ixione natus,*

Ficta refers, nimiúmque putas, Acheloe, potentes
Eſſe deos, dixit, ſi dant, adimúntque figuras.
Obſtupuere omnes: nec talia dicta probarunt:
Ante omnéſque Lelex animo maturus & æuo,
Sic ait: IMMENSA EST, FINEMQVE POTENTIA CÆLI
NON HABET: ET QVIDQVID SVPERI VOLVERE, PERACTVM EST.
Quóque minùs dubites, tiliæ contermina quercus
Collibus eſt Phrygijs * modico circundata muro. *medio
Ipſe locum vidi. nam me Pelopeia Pittheus
Miſit in arua, ſuo quondam regnata parenti.
Haud procul hinc ſtagnum eſt, tellus habitabilis olim,
Nunc celebres mergis fulicíſque paluſtribus vnda.
Iuppiter huc ſpecie mortalis, cúmque parente
Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere, locum requiémque petentes:
Mille domos clauſere ſeræ: tamen vna recepit,
Parua quidem, ſtipulis & canna tecta paluſtri:
Sed pia Baucis anus, parilíque ætate Philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus: illa
Conſenuere caſa: PAVPERTATEMQVE FERENDO
EFFECERE LEVEM, NEC INIQVA MENTE FERENDAM.
Nec refert dominos illic famulóſve requiras.
Tota domus duo ſunt: ijdem paréntque iubéntque.
Ergo vbi cælicolæ paruos tetigere penates,
Summiſſóque humiles intrarunt vertice poſtes;
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
Quod ſuperiniecit textum rude ſedula Baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
Suſcitat heſternos, foliíſque & cortice ſicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili.
Multifidáſque faces, ramaliáque arida tecto
Detulit, & minuit, paruóque admouit aheno.
Quódque ſuus coniux riguo collegerat horto,
Truncat olus folijs: furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis, nigro pendentia tigno:
Seruatóque diu reſecat de tergore partem
Exiguam, ſectámque domat feruentibus vndis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas:
Sentirique moram prohibent. erat alueus illic
Fagineus, dura clauo ſuſpenſus ab anſa:
Is tepidis impletur aquis, artuſque fouendos
Accipit. in medio torus eſt de mollibus vluis
Impoſitus lecto, ſponda pedibuſque ſalignis.
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant: ſed & hæc viliſque vetuſque
Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere dei: menſam ſuccincta, tremenſque

Ponit anus: menſæ ſed erat pes tertius impar;
Teſta parem fecit. quæ poſtquam ſubdita cliuum
Suſtulit; æquatam menta exterſere virenti.
Ponitur hic bicolor ſinceræ bacca Mineruæ,
Conditáque in liquida corna auctumnalia fæce,
Intybáque, & radix, & lactis maſſa coacti,
Ouáque, non acri leuiter verſata fauilla:
Omnia fictilibus. poſt hæc cælatus eodem
Siſtitur argento crater, fabricatáque fago
Pocula, quà caua ſunt flauentibus illita ceris.
Parua mora eſt: epuláſque foci miſere calentes:
Nec longæ rurſus referuntur vina ſenectæ,
Dántque locum menſis paulùm ſeducta ſecundis.
Hic nux, hic mista eſt rugoſis carica palmis,
Prunáque, & in patulis redolentia mala caniſtris,
Et de purpureis collectæ vitibus vuæ.
Candidus in medio fauus eſt. SVPER OMNIA VVLTVS
ACCESSERE BONI, nec iners, pauperque voluntas.
Interea quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſua, per ſéque vident ſuccreſcere vina,
Attoniti nouitate pauent: manibúſque ſupinis
Concipiunt Baucíſque preces timidúſque Philemon;
Et veniam dapibus, nulliſque paratibus orant.

614. DEORVM SPRETOR] Lib. 3. *Contemptor ſuperûm Pentheus.* Talis infrà Eriſichthon: *Qui numina diuûm Sperneret, & nullos aris adoleret honores.*

615. MENTISQ. FEROX IXIONE NATVS] Bene, *ferox*, quia pater Ixion Centaurus, Pirithoi puta. Helleniſmus verò eſt: *Ferox mentis, vt ſcelerus purus, animi dubius*, & ſimilia.

616. FICTA REFERS] mera commenta ſunt quę retuliſti; tute excogitaſti hæc.

NIMIVMQ. PVTAS A. POTENT. ESSE DEOS, &c.] Dare, & adimere figuras, mutare corpora aliis corporibus, maius eſt, quàm vt cadat in deos. Hoc diis tribuit in veſtibulo totius voluminis:

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora: dij cœptis (nam vos mutaſtis & illas)
Aſpirate meis.

Vbi docuimus aduerſus Scalig. particulam *Et* non copulatiuę, ſed cauſalis vim habere, & eſſe anaſtrophen pro, *nam & vos mutaſtis illas.*

618. OBSTVPVERE OMNES, NECTAL. D. PROB.] Quotquot accumbebant, tam audaci & impio ſermone offenſi ſunt, credentes deos poſſe omnia.

619. ANIMO MATVR. ET ÆVO] Præcæteris offenſus eſt vir prudentia & ſenio venerabilis Lelex; cuius indicium, quòd aliis tacentibus ipſe deos à calumnia vindicat. Virgil. 5. *Hos Helymus facit, hos animo maturus Aceſtes.* Et lib. 9. *Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.*

620. IMMENS. EST FINEMQ. POTENT. CÆL. N. HABET] *Cælum* pro cælitibus, continens pro contento. tropus notiſſimus. Virg. de Tibri lib. 8. *Cælo gratiſſimus amnis*, cælitibus. Sententia horum duorum carminum manifeſta, deos poſſe omnia, eſſe omnipotentes. Ita equidem credo, ſi veri dii eſſent. Quanquam ſi veri, non dii, ſed vnus eſſet Deus, ſicut eſt. Plures enim eſſe non poſſunt, nedum xxx. millia, quot Romæ habuiſſe ſcriptum legimus.

622. QVO Q. MIN. DVBITES, TILIÆ, &c.] Exemplo firmat dicta ſua.

624. IPSE LOCVM VIDI] Teſtibus oculatis ſumma fides habenda.

NAM ME PELOPEIA PITTHEVS MIS. IN ARVA] Pater meus Pittheus miſit me in Phrygiam, vbi quondam regnauit Tantalus pater Pelopis, & regnauit etiam auus meus. Incerta & obſcura narratio de hoc Lelege.

626. TELLVS HABITABILIS OLIM] Antequam eò Iupiter & Mercurius diuerterent, ipſi enim in ſtagnum verterunt.

628 IVPITER HVC SPECIE MORTAL.] humana ſpecie velati eò venerunt Iupiter & Atlantis ex Maia nepos Mercurius, eiuſdem Iouis filius. *Mortalis* quaſi καθ' ἐξοχὴν de ſolo homine vſurpatur, quo apud nos Chriſtianos amiſſa eius in paradiſo immortalitas ſubnotatur. Sic lib. 1. *Et deus humana luſtro ſub imagine terras.* At enim, ſi dii ſpeciem humanam non gerunt, cùm tamen à poëtis facere omnia humana inducantur, quam ergo gerunt? Maiores corpore, & habitu auguſtiores deos deaſque credebant, quod & Virg. docuit 2. Æneid. vbi Æneas de matre ſibi apparente:

Cùm mihi ſe non antè oculis tam clara videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit
Alma parens, confeſſa deam, qualiſq; videri
Cælicolis, & quanta ſolet.

Vbi lege quæ in Symb. ex T. Liuio, Suetonio, Tacito, Turnebo & Lipſio petiuimus.

629. POSITIS CADVCIFER ALIS] *Caduceum* virga & ſceptrum Mercurii, *κηρύκειον*. *Ala* ſunt talaria. Legationis inſigne *caduceum* venerabile. Caduceatorem ad Lotophagos noſcendos, & loca illa luſtranda ſecuritatis cauſſa cum ſociis mittit Vlyſſes Odyſſ. 9. Lege c. 5. Caroli Paſchalii de legato, vbi & de virga Mercurii, cui *caduceo* nomen.

630. MILLE DOMOS ADIERE, &c. MILLE DOMOS CLAVSERE] Vt hominum liberalitatem & hoſpitalitatem explorarent, oſtiatim circumierunt. Hoc autem genus ornamenti, in varia vocum earundem iteratione poſitum notauimus, & exempla ex hoc eodem opere lib. 4. aggregauimus.

632. STIPVLIS, ET CANNA TECTA PALVSTRI] *Tectum* de ſtraminibus & arundinibus, non de ſcandulis aut regulis fuit. Et recti viliiate licet æſtimare reliquam elegantiam. Eclog. 1. Melibœus paſtor de ſua domuncula: *Pauperis & tiguri congeſtum ceſpite culmen*. Et tamen ibid. *ſua regna* vocat.

633. SED PIA BAVCIS ANVS, &c.] iam grandæui Baucis & Philemon, ex quo in adoleſcentia ſua connubio iuncti fuerant, eam habitarunt.

635. PAVPERTATEMQ. FERAND. EFFECERE LEVEM] Euclio in Aulul. *Pauper ſum, fateor: quod dij dant, fero.* Noſter poëta ni fallor, *leue fit quod bene fertur onus*. Et *paupertatē*, & quod uis aliud malum atque incommodum æquus, hoc eſt, placidus & tranquillus animus, qui eſt ærumnæ condimentum, ſiue ipſa *patientia*, vt dixit Horat. ode 24. lib. 1. leuius reddit. Quem locum ad paupertatis tolerantiam videtur tranſtuliſſe Ouid. cùm audiendorum carminum Horatianorum ſitientem ſe fuiſſe, & ipſe eleg. vlt. 4. Triſt. affirmet, & ſententiæ inde plures ab eodem deſumptæ teſtentur, quod obſeruat Ioſeph. Caſtalio Decad. 8. cap. 2. Clariſſimos viros, quos ſua paupertas delectauit etiam, enumerat Ælian. l. 2. cap. 43. Inter multa præclarè dicta de *paupertate* Apuleius in Apologia: *Eadem eſt apud Græcos in Ariſtide iuſta, in Phocione benigna, in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta*.

637. NEC REFER. DOM. ILLIC FAMVL. &c.] iidem domini, iidem famuli ſunt, ſibimet imperant, ſibimet ſeruiunt.

640. SVMMISSOQ. HVMIL. INTRAR. V. POSTES] parui penates & caſæ altam ianuam haud poſtulabant, nec ad neceſſitatem, nec ad decorum. Et incolas ipſos ſenectus incuruarat, vt ingredientes ſubmittere ſe minùs etiam cogerentur. Dii autem ſtatura celſiores inclinare vertícem debuerunt.

641. MEMBR. SENEX POSITO, &c.] Enucleatè docet, quàm ſe officioſos duo hi coniuges in deos præſtiterint. Primùm ergo ſedem illis appouit communem Philemon.

642. QVOD SVPER INIECIT TEXT. &c.] Es ſequitur ſeparatim laborem & ſtudium aniculæ. Super quod ſedile iniecit ſtragulum rude, vt honoratiùs & molliùs ſederent.

643. ET IGNES SVSCIT. HESTER.] De carbunculis vmis, adhuc ſub cinere ex heſterno foco latentibus, ignem ſtruit, oluſculis & ſuillæ coquendis.

644. FOLIISQ. ET CORTICE SICCO NVTRIT] rapiunt enim flammam. Suprà, vbi Althea fatalem ramum profert, vt eum igni conſumat, *Tadaſq. & fragmina poni imperat, & poſitis inimicos admouet ignes*.

A

645. ET AD FLAMM. ANIMA PERD. ANILI] ſufflando flammam in illa arida nutrimenta inducit. Sed *ſenili anima* ſignatè, quantum ſufflare anilitas potuit. *Anima* pro ſpiritu, vento, flatu, halitu dixerunt boni auctores. Senem Euclionem vſque adeò auarum eſſe autumat in Aulular. Strobilus ſeruus, vt cùm it dormitum, follem obſtringat ob gulam, *ne quid animæ fortè amittat dormiens*. In Mercatore:

Iam plenus ætatis, animaq. fœtida,
Senex hircoſus.

Aurarum leues anima eſt apud Lucret. l. 5. Et Horat. ode 12. l. 4. *Impellunt animæ lintea Thraciæ*.

646. MVLTIFIDASQ. FACES] tædas ſciſſas.

B

RAMALIAQ. ARIDA] ſolida quippe ligna, & trunculos (ſcheitter) non habebant. Repete è ſuperioribus in fab. Altheę, ſect. 9. *Tadaſq. & fragmina poni Imperat.*

647. PARVOQ. ADMOVIT AHENO] duobus duntaxat quod ederent coctura; ideo paruo aheno.

649. TRVNCAT OLVS FOLIIS] reſecat folia de olere, truncos, ſeu thyrſos, ſeu caules relinquens.

FVRCA LAVAT ILLE BICORNI] non decebat virum ſtare otioſum, ergo adiuuat vxorculam in miniſterio.

650. SORDIDA TERGA SVIS, NIG. &c.] propter fumum, qui denigrauerat & ſordidauerat in anguſtiis illis omnia. *Succidia* Ciceroni in Catone eſt latus porci ſalitum, & ad vſum familiæ in cibum de ligno ſuſpenſum, vnde partes ſucciduntur.

C

651. SERVATOQ. DIV RESECAT, &c.] ipſa Baucis, non Philemon. Diu ſeruato, quia oleribus quamdiu poterant victitabant, ſerò, & non niſi feſtis diebus tergus illud guſtaturi.

652. PARTEM EXIGVAM] & quia, vt ſuprà monui, tantùm duobus parabat prandium, ideo & paruum ahenum aſtiuit; & quia parſimoniæ ſtudebant.

SECTAMQ. DOMAT FERVENTIB. VND.] elixat. lib. 1. *Atque ita ſemineces partim feruentibus artus Mollit aquis.*

653. INTEREA] dum ſuilla elixatur.

MEDIIS FALLVNT SERMONIB. HORAS, &c.] Colloquendo faciunt, ne mora, dum cibus decoquitur, videatur lógior: non ipſi dij inter ſe, ſed dii cum hoſpitibus ſuis, potiſſimùm cum Philemone, Baucis enim curabat in culina. Colloquium ita circumſcripſit 1. Faſt.

D

Preſſerat ora deus: tum ſic ego noſtra reſolui,
Voce mea voces eliciente dei.

654. ERAT ALVEVS ILLIC FAGIN. &c.] Calida, ſeu tepida hoſpitibus pedes abluere mos olim fuit, etiam apud Iudæos. Hinc Saluator Simoni Phariſæo, à quo vocatus erat: *Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti*, Lucæ 7. c. v. 44.

657. IN MEDIO. TOR. E. DE MOLLIB. VLVIS, &c.] totus ab intortis berbis. *Toral* inuolucrum, ſeu operimentum tori, quod elegantiore rurſus ſtragulo obducebatur, conuiuii cauſſa, aut feriarum. Adeundus Turneb. l. 1. Aduerſar. c. 24.

658. IMPOSIT. LECTO SPONO. PED. SALIG.] *Lectus* ſuſtinet torum. Hic apud tenuiores abiectior & vilior, apud diuites pretioſior.

659. VESTIB. HVNC VELANT, &c.] torum velant, & ita lectum quoque. Iam dicebamus de toralibus.

bus. Verùm hæc veſtis, ſeu ſtragulum iſtuc, vetus, & minimi pretii erat, lectoque ſaligno reſpondens: quo tamen non niſi feſto die boni coniuges vtebantur. Io eo lecto accumbebant ipſi duo. Poterant alioqui in vno diſcumbere quatuor. Horat. ſat. 4. lib. 1. *Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.*

661. LECTO NON INDIGNANO. SALIGNO] vt 8. Æneid. *Et pontem indignatus Araxes.* Senſum non ſentientibus tribuere *προσωποποιΐα* eſt. Viliſſimus lectus vile ſtragulum iniuſtè indignaretur.

662. MENS. SVCCINCT. TREMENSQ. PON. ANVS] Succinguntur fœminæ, quò expeditiùs labores ſuos exſequantur, venatrices, lotrices, textrices, coquæ, &c. 1. Faſtor. *Illa ſuper ſuras tunicam collecta miniſtrat.* Trementem frigida ſenectus reddebat.

664. TESTA PAREM FECIT] fragmentum ollæ, ſuppoſitum.

CLIVVM SVSTVLIT] dorſum, ſeu eminentiam ea vna parte ad æqualitatem & planitiem cæterarum redegit.

665. MANTA EXTERSERE VIRENTI] Honoris cauſſa & odoris.

666. PONITVR HIC BICOLOR, &c.] Sequuntur dapes appoſitæ. Oliua bicolor eſt, quia viridis, & nigra, vt exponit Raphaël. Nõ multo aliam cœnam appoſiturus erat Plin. iun. Septitio Claro, qui cùm promiſiſſet, non venerat. Totam epiſt. 15. de libr. 1. quoniam breuicula & feſtiua, tranſcribemus. *Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis. Dicitur ius, ad aſſem impendium reddes, nec id modicum. Parata erant lactuca ſingula, cochlea terna, oua bina, alica cũ mulſo & niue (nam hanc quoque computabis, immò hanc in primis, quæ perit in ferculo) oliua Bætica, cucurbita, bulbi, alia mille, non minùs lauta. Audiſſes comœdum, vel lectorẽ, vel lyriſtẽ, vel, quæ mea liberalitas, omnes. At tu apud neſcio quem oſtrea, vuluas, echinos, Gaditanas maluiſti. Dabis pœnas, non dico quas. Durè feciſti. Inuidiſti neſcio an tibi, certè mihi, ſed tamen & tibi. Quantum nos luſiſſemus, riſiſſemus, ſtuduiſſemus? Potes apparatiùs cœnare apud multos: nuſquam hilariùs, ſimpliciùs, incautiùs: in ſumma, experire. Et niſi poſtea te alijs potiùs excuſaueris, mihi ſemper excuſa. Vale.*

SINCERÆ MINERVÆ] illibatæ, integræ, intactæ, virginis denique.

667. CONDITAQ. IN LIQVID. CORN. &c.] *Cornus* arbor, ramis duris ac rigidis, inſtar cornuum, cuius fructus *cornum*, neutro genere. *Autumnalia*, tum enim ad maturitatem perueniunt. Virgilio *lapidoſa*, Horat. *rubicunda*, epiſt. 16. lib. 1. *Quòd ſi rubicunda benignè Corna vepres, & pruna ferant.*

IN LIQVIDA FÆCE] in qua macerantur. Muriam intellige, vt ſit periphraſis.

668. INTYBAQ.] *Intybum*, & *intubum* ſcribitur. Græcis *κιχώριον*. Horatius numero multitudinis vſus, poëtica licentia penultimam extendit, ſecundam corripuit, ode 31. lib. 1. *Me paſcunt oliuæ Me cichorea, leueſq; maluæ.* Vulgus appellat endiuiam.

ET RADIX] raphanus.

ET LACT. MASSA COACTI] Periphraſis caſei, vt eclog. 1. *Et preſſi copia lactis.* Varro 4. de ling. lat. *caſeum* à coacto lacte, quaſi *coaxeum*.

669. OVAQ. NON ACRI LEVIT. VER. FAVILL.] oua ſorbilia, in cinere nõ admodum calido cocta. Martial. hunc verſum pænè totum mutuatur. lib. 11. epig. 53. *Altera non deerunt* (oua) *tenui verſata fauilla.* Proditum litteris inuenio, Americæ populos teneri incredibili odio τῆς ᾠοφαγίας, nunquam oua in cibum adhibent, & vt venena fugiunt. Si quis externus illis præſentibus ouum ſorbeat, & demirantur, & inuehuntur: vt qui gallinam in ouo deuorans, pullationem anteuertat, quod pro indigniſſimo ducunt.

670. OMNIA FICTILIB.] Conuenienter paupertati ſuæ, omnia in patinis fictilibus appoſita.

671. CÆLAT. SISTIT. ARGENTO CRAT.] tanquam *κεραμεῖον*, conſtabat hic crater luto, ſeu, erat fictilis; veruntamen argento ornatus & cælatus.

FABRICATAQ. FAGO POCVLA] 3. Eclog. *Pocula ponam Fagina.* Pauperum eſt vti poculis, & alijs vaſis eſcarijs atque potorijs è ligno, quorum vita nolentibus volentibus frugalior, & omnis luxus neſcia. Seneca Octauia:

Pectora pauper ſecura gerit,
Tenet e patula pocula fago.

Legimus tamen aliquando *ligneis* etiam principes magnos delectatos. Et Plin. auctor eſt, lib. 16. cap. 38. apud antiquos & faginis honorem fuiſſe. *Manius Curius iurauit, ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum faginum, quo ſacrificaret*: ait C. Plinius lib. 16. cap. 38. Et Scriptor de Viris illuſtrib. cap. 33. refert, edente Schotto noſtro atque emendante ſic pro *eado*, *ligneum guttum*: *Cùm interuerſa pecunia argueretur, guttum ligneum, quo vti ad ſacrificia conſueuerat, in medium protulit, iurauitq; ſe nihil amplius de præda hoſtili in domum ſuam conuertiſſe.* Val. Maximus lib. 4. Memorabil. *ligneo catino* vel *catillo* potiùs cœnantem inducit.

672. FLAVENTIB. ILLITA CERIS] cauum poculorum fuiſſe illitum cera flaua dicit.

673. PARVA MORA EST] Parum interceſſit temporis, & frigidis iam nominatis ſucceſſere cibi calidi, ſuilla, inquam, de tergore deſecta.

674. NEC LONGÆ VINA SENECTÆ] *vinum* recentius: vetuſtiora ſiquidem, vt ſalubriora, carius veneunt, bibunturq; diuitibus. Pindarus Olymp. θ. vinum vetus, & hymnorum recentium flores commendat. Idem *vinum*, vt ſcriptum extat apud Athenæum lib. 1. non ad voluptatem ſolùm, ſed ad bonam valetudinem conducibilius eſt, quia cibum magis concoquit, & ob tenuitatem facilè digeritur, vires corporis auget, ſanguinem puriorem gignit, placidum ſomnum conciliat.

675. DANTQ. LOCVM MENS. P. SVBO. SECVNDIS] paulùm intermiſſa & ſepoſita dant locum bellarijs, quæ *ſecunda menſa* dicuntur. Cœnæ apud Romanos olim tres erant partes ſiue miſſus. Primum vocabant *Antecœnam*, ſiue guſtationem, ſiue guſtum. Secundum, in quo præcipui & lautiſſimi cibi, propriè *cœnam*. Tertium, in quo *bellaria*, menſam pomorum, ſiue menſas ſecundas. Caput cœnæ, ſecundi miſſus præcipua fercula. Lipſ. Antiq. lib. 3.

676. HIC NVX, HIC MISTA EST, &c.] Septem genera fructuum recenſet, quos appoſuerunt, nuces, caricas (ſpecies ficorum eſt) dactylos (is enim palmarum fructus) pruna, poma, vuas, fauum. Atque his cum epulis acceptus eſt magnus Iupiter, cui ſolebant menſam delicatiſſimam & opiparam maximè tribuere, & optimum caſeum *Iouis lac* appellabant. Perſæ item lautiſſimas dapes Διὸς, ϗ βασιλέως ἐγκέφαλον, *Iouis & regis cerebrum.*

679. SVPERIMN. VVLT ACCESSER. BONI, &c.] Non qui hoſpitem accipit lautiſſimè, is gratiam & laudem meretur; ſed qui cum hilaritate & voluntate

tate maxima, tametſi tenuiculo apparatu. Hanc hilaritatem nuntiat vultus. Bonus, aut melior vultus, eſt non triſtis, blandus, amicus vultus. Salluſt. in Catilin. *Magiſq́, vultum, quàm ingenium bonum habere.*

680. NEC INERS, PAVPERQ. VOLVNT.] Poſſe quidem negatum eſt multis, velle licet omnibus. Beneficium quamuis modicum mirè commendat propenſa & iucunda voluntas. Seneca libr. 6. de benef. c. 1. *Voluntas eſt, quæ apud nos ponit beneficium.*

681. INTEREA QVOT. HAVST. CRATER. REPLE. A &c.] Craterem illum argento cælatum, quoties exhauriretur, cernebant nullo infundente repleri vino, quo miraculo obſtupeſcebant, & vt dijs præſentibus (quod nondum apertè cognouerant) pauebant.

683. MANIB. SVP. CONCIP. BAVCISQ. PRECES, &c.] Preces iſtæ venerantium, &, quod ſequitur, veniam frugalitati orantium erant. Epulis enim regalibus dignos fuiſſe tantos deos.

685. NVLLISQ. PARATIBVS] apparatui nimis tenui, qui pro nullo haberi potuit in tá magnis dijs.

Anſerem, quem poſsidebant vnicum, mactari, & ſibi apponi dij vetuerunt. In montem vicinum ambobus abductis, vicũm præter eorum caſam totum ſummerſerunt. Eam in templum ornatiſſimum conuerterunt: cuius ſeſe Baucis & Philemon ſacerdotes, data quiduis optandi poteſtate conſtitui voluerunt, & ſimul mori optarunt. Impetratum. Nam ad gradus ſacelli in arbores conuerſi ſunt.

VNICVS anſer erat, minimæ cuſtodia villæ: X.
Quem dijs hoſpitibus domini mactare parabant.
Ille celer penna tardos ætate fatigat,
Eluditque diu: tandémque eſt viſus ad ipſos
Confugiſſe deos. ſuperi vetuere necari:
Diique ſumus, meritáſque luet vicinia pœnas
Impia, dixerunt, vobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur: modò veſtra relinquite tecta,
Ac noſtros comitate gradus, & in ardua montis
Ite ſimul. parent, & dijs præeuntibus, ambo
Membra leuant baculis, tardique ſenilibus annis
Nituntur longo veſtigia ponere cliuo.
Tantum aberant ſummo, quantum ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt: flexere oculos, & merſa palude
Cætera proſpiciunt: tantùm ſua tecta manere.
Dúmque ea mirantur: dum deflent fata ſuorum,
Verſa vident, quærúntque ſuæ pia culmina villæ.
Illa vetus dominis etiam caſa parua duobus
Vertitur in templum: furcas ſubiere columnæ,
Stramina flaueſcunt, auratáque tecta videntur,
Calatæque fores, adopertáque marmore tellus.
Talia cum placido Saturnius edidit ore:
Dicite, iuſte ſenex, & fœmina coniuge iuſto
Digna, quid optetis. cum Baucide pauca locutus,
**Conſilium ſuperis aperit commune Philemon.* *Iudicium
Eſſe ſacerdotes, delubráque veſtra tueri

Poſci-

Poſcimus: &, quoniam concordes egimus annos,
Auferat hora duos eadem: nec coniugis vnquam
Buſta meæ videam: neu ſim tumulandus ab illa.
Vota fides ſequitur. templi tutela fuere,
Donec vita data eſt. annis æuóque ſoluti
Ante gradus templi cùm ſtarent fortè, locique
Narrarent caſus, frondere Philemona Baucis,
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.
Iámque ſuper geminos creſcente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta: valéque
O coniux, dixere ſimul: ſimul abdita texit
Ora frutex: oſtendit adhuc Tyanëius illic
Incola de gemino vicinos corpore truncos.
Hæc mihi non vani (nec erat cur fallere vellent)
Narrauere ſenes. equidem pendentia vidi
Serta ſuper ramos: ponénſque recentia, dixi,
Cura deûm dij ſint, &, qui coluere, colantur.

686. MINIMÆ CVSTODIA VILLÆ] parua domus, parui penates, caſa dixit antea. Villa eſt domus. aut domuncula ruri, ein paurenhoff/ ein mayrhoff non quod imperiti putant, ein dorff. Tacitè admonet nos anſerum cuſtodum Capitolii, quorum ſtrepitu excitati Romani, Gallos murum conantes aſcendere depulerunt. Dictum de hoc in Symb. Virgilianis ad l. 8. Æneid.

687. QVEM DIIS HOSPITIB. DOM. MACT.] Adeò liberalis voluntas erat, vt quidquid haberent, diis honorandis impendendum ducerent, etiamſi eſuriendum ſibi foret.

688. ILLE CELER PENNA TARD. ÆT. &c.] Ludit aliquantum, narrans, ambos ſenes ab eo huc illuc curſitante, ne caperetur, defatigatos.

689. TANDEMQ. E. VIS. AD IPS. CONFVG. DEOS] quaſi eorum maieſtatem ſentiret, & quæreret ſeruatores.

690. SVPERI VETVERE NECARI] ſupplicem vel ab hoſte in fidem par eſt recipi; & clementia ac miſericordia inprimis decet deum, à quo exempla petere homines conuenit.

691. DIIQ. SVMVS, &c.] quod hactenus tacuerunt, nunc apertè profitentur, viciniſque ob inhoſpitalitatem mala, ipſis bona pollicentur.

694. AC NOSTR. COMITATE GRADVS] ſequimini nos. Verbum priſcum *comito, comitas*, quod aliquoties in Triſtibus & apud Propertium inuenitur.

IN ARDVA MONTIS ITE SIMVL] *ardua montis* helleniſmus, vt, *ſtrata viarum, plana camporum*. In arduum, ſeu altum montem.

696. MEMBRA LEVANT BACVLIS, &c.] quàm ἐναργῶς, quàm euidenter, quàm manifeſtè? non hæc legimus & audimus, ſed oculis ipſis videmus propemodum.

698. QVANT. SEMEL IRE SAGIT. MISSA POT.] quantum ſpatium traiectu ſagittæ conficitur.

699. FLEXERE OCVLOS] retro aſpexerunt.

ET MERSA PALVDE CÆTERA PROSPIC.] Suprà: *Meritaſq. luet vicinia pœnas impia.*

A 700. TANTVM SVA TECTA MANERE] tanquam piorum, & de diis bene meritorum.

701. DVM DEFLENT FATA SVORVM] quamquam impiorum, tamen ſuorum. Humanitas neganda eſt nemini, propter naturæ conſortium, vnde etiam beſtiæ mutuum diligunt. Hoc hemiſtichium cum ſequenti verſu: *Merſa vident, quarumq; ſua pia culmina villa*, à gloſſa eſſe docet Mariangelus Accurſius in Diatriba ad librum Ouidii Metamor. ſeptimum.

705. ILLA VETVS DOMINIS, &c.] Metamorphoſis caſæ, quam cùm iteratò oculis requirerent, in templum, ſiue ſacellum conuerſam aſpexerunt. Præmium pietatis.

706. ADOPERTAQ. MARMORE TELLVS] mar-
B moreum pauimentum. Qui ſubeſt verſus: *Concipiunt Baucisq. preces, &c.* νοθεύει.

708. ET FÆM. CONIVG. IVSTO DIGNA] Deucalionem & Pyrrham lib. 1. ſimillimè laudat:

Innocuos ambos, cultores numinis ambos,
Non illo quiſquam melior, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illa reuerentior vlla deorum.

709. CVM BAVCIDE PAVCA LOCVT.] communicandi conſilii.

711. ESSE SACERD. DELVBRAQ. V. TVERI] votum conſentaneum eorum pietati. Sequitur alterum.

712. ET QVON. CONCORD. EGIM. ANN.] quos vita ſemper & mentibus & corporibus coniunctiſſi-
C mos habuit, mors quoque ne ſeparet. Viximus ſimul, moriamur ſimul, neuter alteri ſuperſtes relinquatur. Simul hac luce defungi, ſimul efferri, eodem tumulo condi conſueuerunt optare concordiſſimi & inuicem amantiſſimi coniuges. Quorum honeſtiſſima deſideria imitantur qui parum honeſtè amant. Thiſbe ſemet ferro induens propter exanimatum Pyramum lib. 4.

Vt quos certus amor, quos hora nouiſſima iunxit
Componi tumulo non inuideatis eodem.

Vide iconem Pantheæ Suſorum reginæ apud Philoſtrat. lib. 2.

715. VOTA FIDES SEQVITVR] Lib. 3. *Dicta fides ſequitur.*

TEMPLI TVTELA FVERE] æditui manſerunt, quoad vita manſit.

716. ANNIS ÆVOQ. SOLVTI, ANTE GRAD. &c.] metamorphoſis vtriuſque in arborem, Philemonis in quercum, Baucidis in tiliam, vt ſignificatum initio.

719. SENIOR PHILEM.] non, ſenior Baucide, ſed ſenex: comparatiuus loco poſitiui, ἐναλλαγμός. 2. Æneid. *Sic fatus ſenior*, Priamus.

720. SVPER GEMIN. CRESCENT. CACVM. VVLT.] geminos vultus cacumine arboris operiente.

721. MVT. DVM L. REDDEBA. DICTA] ſermones amoris plenos miſcebant, quamdiu loquendi facultas ſupererat.

722. TEXIT ORA FRVTEX] cortex arborum quas induebant. Synecdoche.

723. TYANEIVS INCOLA] Si Tyana iuxta Stephanum vrbs eſt inter Ciliciam & Cappadociam, ad radices Tauri montis, quomodo quod in Phrygia geſtum eſt, Tyaneïus incola oſtendere potuit, nempe de *gemino vicino corpore truncos*? An alta Tyana in Phrygia, aut prope Phrygiam?

725. HÆC MIHI NON VANI, &c.] Tota hæc narratio fuit inſtituta à Lelege, ad redarguendum Pirithoum, qui deorum ſummam potentiam inficiabatur. Teſtificatur ergo, ſe hæc à ſenibus fide dignis accepiſſe, quibus mentiendi cauſſa nulla fuerit. Rei confirmandæ & ſuum oculari teſtimonium addit, vidiſſe ſe locum, & ſerta ramis arborum illarum honoris ergô ſuſpenſa. Se quoque recentia ſuſpendiſſe, & bene illis precatum eſſe.

728. CVRA DEVM DII SINT] Satis impropriè, *cura deûm* pro iis, quibus curæ dii fuerunt. Alioqui propriè, qui diis curæ fuerunt, quorum curam dii geſſerunt.

ET QVI COLVERE COLANT.] colantur ſanè qui coluerunt deos. Sed ſi etiam vt dii, quæ regio tot deos capiat? Imitatur Silius hoſpitalitatem hanc Philemonis & Baucidis ruſticorum aduerſus Iouem & Mercurium in Falerno item ruſtico Campano, qui Bacchum in Hiſpaniam tranſeuntem, ſimilibus epulis accepit, & ab eo vites Falerni feraces in præmium retulit. Vide lib. 7. *Maſſica ſulcabat meliore Falernus in æuo*, &c.

Transformationes Protei, Metræ Eriſichthonis filię, & ipſius Acheloi. Sed priùs de Eriſichthonis impietate ſacrilega, qui deorum omnium irriſor, quercum annoſam & celebrem, Cererique ſacram auſus eſt ſuccidere. Quem Dryades apud ipſam deam accuſant. Ea virum fame inexplebili vt eradicet, Oreadem ad Famem cum mandatis mittit: cuius locus & habitus ſeu perſona dexterrimè deſcribuntur.

DESIERAT; cunctóſque & res & mouerat auctor: XI.
Theſea præcipuè: quem facta audire volentem
*Mira deûm, nixus cubito Calydonius * amnis* *heros
Talibus alloquitur: Sunt, ô fortiſſime, quorum
Forma ſemel mota eſt, & in hoc renouamine manſit.
Sunt quibus in plures ius eſt tranſire figuras:
Vt tibi complexi terram maris incola Proteu.
Nam modò te iuuenem, modò te vidêre leonem:
Nunc violentus aper, nunc quem tetigiſſe timerent,
Anguis eras: modò te faciebant cornua taurum.
Sæpè lapis poteras, arbor quoque ſæpè videri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras: interdum vndis contrarius ignis.
Nec minùs Autolyci coniux Eriſichthone nata
Iuris habet. pater huius erat, qui numina diuûm
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam Cereale nemus violaſſe ſecuri
Dicitur: & lucos ferro temeraſſe vetuſtos.

Stabat in his ingens annoſo robore quercus,
Vna nemus: vittæ mediam memoréſque tabellæ,
Sertáque cingebant, voti argumenta potentiſ.
Sæpè ſub hac Dryades feſtas duxere choreas:
Sæpè etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiere modum: menſuráque roboris vlnas
Quinque ter implebat: nec non & cætera tantum.
Sylua ſub hac omnis, quantum fuit herba ſub illa.
Nec tamen idcirco ferrum Triopeïus illa
Abſtinuit; famulóſque iubet ſuccidere ſacrum
Robur. &, vt iuſſos cunctari vidit, ab vno
Edidit hæc rapta ſceleratus verba ſecuri:
Non dilecta deæ ſolùm, ſed & ipſa, licebit,
Sit dea, iam tanget frondente cacumine terram.
Dixit, & obliquos dum telum librat in ictus,
Contremuit, gemitúmque dedit decidua quercus:
Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes
Cæpere; ac longi pallorem ducere rami.
Cuius vt in trunco fecit manus impia vulnus:
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis,
Quàm ſolet ante aras, ingens vbi victima taurus
Concidit, abrupta cruor è ceruice profundi.
Obſtupuere omnes: aliquiſque ex omnibus audet
Deterrere nefas, ſæuámque inhibere bipennem.
Aſpicit hunc, mentiſque piæ cape præmia, dixit
Theſſalus: inque virum conuertit ab arbore ferrum,
Detruncátque caput, repetitáque robora cædit.
Editus è medio ſonus eſt cum robore talis,
Nympha ſub hoc ego ſum, Cereri gratiſſima, lignos
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia lethi.
Proſequitur ſcelus ipſe ſuum, labefactáque tandem
Ictibus innumeris, adductáque funibus arbor
Corruit, & multam proſtrauit pondere ſyluam.
Attonitæ Dryades damno nemorúmque, ſuóque,
Omnes germanæ Cererem cum veſtibus atris
Mærentes adeunt, pœnámque Eriſichthonis orant.
Annuit his, capitiſque ſui pulcherrima motu
Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros,
Molitúrque genus pœnæ miſerabile, ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis,
Peſtifera lacerare fame: quæ, quatenus ipſi
Non adeunda deæ (neque enim Cererémque, Famémque
Fata coire ſinunt) montani numinis vnam
Talibus agreſtem compellat Oreada dictis.
Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triſte ſolum, ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus;

Frigus

Frigus iners: illic habitant Pallórque, Tremórque,
Et ieiuna Fames: ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata, iube: nec copia rerum
Vincat eam: ſuperétque meas certamine vires.
Neue viæ ſpatium te terreat: accipe currus:
*Accipe, quos frænis * altè moderere dracones:*
Et dedit. illa dato ſubuecta per aëra curru,
Deuenit in Scythiam, rigidique cacumine montis
(Caucaſon appellant) ſerpentum colla leuauit,
Quæſitámque Famem lapidoſo vidit in agro,
Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, caua lumina, pallor in ore,
Labra incana ſitu, ſcabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent:
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis:
Ventris erat pro ventre locus, pendere putares
Pectus, & à ſpinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuúmque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul vt vidit, (neque enim eſt accedere iuxtà
Auſa) refert mandata deæ, paulúmque morata,
Quanquam aberat longè, quanquam modò venerat illuc;
Viſa tamen ſenſiſſe famem, retróque dracones
Egit in Æmoniam verſis ſublimis habenis.

*alites, *ſic, vt tertia vocalis euaneſcat. Intelligit* πτερωτούς.

729. DESIERAT, CVNCTOSQ. ET RES, &c.] finem dicendi fecerat Lelex, mouitq́; audientes & rei narratæ admirabilitas, & dicentis grauitas atque auctoritas.

730. QVEM FACTA AVO. VOLENT. MIRA OE. &c.] Theſeum his auditis cupidũ cepit plura deorum miracula cognoſcendi. Inde, & ex proxima duorum coniugum transformatione Achelous arrepta occaſione alias, & primùm Protei commemorat.

731. SVNT QVORVM FORMA SEMEL MOTA EST, &c.] Duo genera μεταμορφωμένων ponit. Quidam enim ſemel aliam formam ſubierunt, & in ea permanſerunt. Quidã in alias atq; alias tranſierũt.

735 VT TIBI COMPLEXI TERR. &c.] Prioris generis exempla non adducit, quorum magna copia & nota ſatis: poſterioris, πολυμορφίας videlicet, Proteum, Metram, & ſemet.

COMPLEXI TERR. MARIS INCOLA PROTEV] Proteus Oceano & Thety natus, dijs marinis annumeratur. Mare autem complectitur terram, eóque ſuperius eſt, vt aër ipſis aquis, & aëre ignis, & igni cælum.

736. NAM MODO TE IVVEN. MODO TE VID. LEON. &c.] De mutabilitate *Protei*, quam nemo copioſiùs noſtro Poëta tractauit, Virgil. 4. Georg. ex Homeri Odyſſ λ.

Fiet enim ſubitò ſus horridus, atraq́; tigris,
Squammoſúsq́; draco, & fulua ceruice leæna:
Aut acrem flammæ ſonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapſus abibit, &c.

A Horat. ſat. 3. lib. 2. *Fiet aper, modò auis, modò ſaxum, & cùm volet, arbor.* Idem epiſt. 1. lib. 1. *Quo teneam vultus mutantem Protea nodo.* Vide Prouerb. *Proteo mutabilior.* Et Lucian. in marinis, & Natalis lib. 8. Mytholog. cap. 8.

737. QVEM TETIGISSE TIM. ANGVIS] Venenoſa periculosè, vel potiùs perniciosè tangi quis neſcit? Mutationes Protei recenſentur hę, iſto quidem loco. In iuuenem, in leonem, in aprum, in anguem, in taurum, in lapidem, in arborem, in flumen, in ignem.

742. NEC MIN. AVTOLYCI CONIVX, &c.] Metra Eriſichthonis filia nupſit Autolyco, patri Anticleæ, quæ Vlyſſis mater fuit. Priùs docet qualis Metræ huius parens.

B 743. QVI NVM. DIVVM SPERNER. &c.] Deos omnes deſpectum ibat, nec cuiquam ſacrificare dignabatur.

745. ILLE ST. CEREALE NEM. VIOL. SECVRI] Totum nemus Cereri ſacrum fuit, quod violare auſus eſt impius, cæſis inde arboribus.

746. ET LVCOS FERRO TEMERASSE VETVST.] Lucos vocat, quod antea nemus. Lib. 3. *Sylua vetus ſtabat, nulla violata ſecuri.* Illos ergo ſuccidendis temerè arboribus violare ac profanare non eſt veritus.

747. INGENS ANNOSO ROB. QVERC. VNA NEMVS] Et vetus, & ampla adeò, vt ramis denſis, lateque diffuſis ſola paruum quoddam nemus efficere videretur. Infrà nominabit ſyluam.

748. VITTÆ MEDIAM, MEMORESQ. TABELL. &c.]

&c.] Anathematis, vittis, ſertis erat ornatiſſima. *Memores tabellæ*, quæ aſpicientes voti impetrati reddebant memores, ſeu quæ votis damnatorum gratam memoriam teſtarentur.

750. SÆPE SVB HAC DRYAD. &c.] Dryades ſyluarum & nemorum deæ, ad iam eximiam quercum ludere honoris cauſſa conſueuerant.

752. MENSVRAQ. ROB. VLN. QVINQ. TER] craſſitudo cubitos XV. continebat.

753. ET CÆTERA T. SYLVA SVB. &c.] tanto reliquas arbores hæc quercus altitudine excedebat, quanto herbas excedebant arbores. Eclog. 1. oſtendens quanto illuſtrior & maior eſſet Roma cæteris vrbibus, comparatione ruſtica ſic ait:

Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

755. NEC FERRVM ABSTINVIT TRIOP.] Quamuis eſſet eiuſmodi, tam ingens, tam ornata, tam ſacra. *Triopeius* à patre Triope.

756. FAMVLOSQ. IVBET SVCCID. S. ROBOR.] Aliquid religionis fortè obijciebatur ei, vt non auderet ſua manu nefas patrare. Proinde famulis dat negotium, quaſi non pari crimine tenerentur iuſſor & patrator. Aut laborem hunc ſeruilem fugiebat, quem tamen ſuſcepit audaciſſimè illis detrectantibus.

757. ET VT IVSSOS CVNCT. VIDET] formidabant enim malum diuinitus, propter ſacrilegium.

759. NON DILECTA DEÆ S. M. &c.] Hamadryades nymphæ dicuntur cum arboribus naſci, & decidere. Contemnit igitur & ipſam nympham incolam, & Cererem, cui nec ipſi, ſi in ea quercu ineſſet, parſurum confirmat.

761. DVM TELVM LIBRAT] ſecurim, ſeu bipennem. latè enim patet nomen teli.

762. CONTREM. GEMIT. O. DIT. &c.] Hoc prodigio moueri par fuit, & cœpto deſiſtere. Oſtendens Virgil. 2. Æneid. quo pacto concidiſſet Troia Græcis vaſtantibus & diruentibus, ſimilitudinem ducit ab arbore vetuſta, ex Homero Iliad. δ. deſumptam. Eandem hoc loco Ouidius adumbrat:

At veluti ſummis antiquam in montibus ornum,
Cùm ferro acciſam, crebriſq. bipennibus inſtant
Eruere agricolæ certatim illa vſque minatur,
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim euicta, ſupremùm
Congemuit, traxitq. iugis auulſa ruinam.

DECIDVA QVERCVS] Propter modulum ſyllabæ ſecundæ, quam ſciunt omnes contractam eſſe, ſunt qui ex manuſcriptis, & aliquot excuſis legant *Dodonia quercus*. Afferuntur & aliæ lectiones à Ciofano. Quid ſi à *cado*, non à *cædo* nouauit vocem *decidua* Ouidius?

766. HAVD ALITER FLVX. D. CORT. SANGVIS, &c.] Oportet vtique amputatis tauri ceruicibus multum ſanguinem profluere. Auget igitur rem, cùm de nympha non minùs profluxiſſe ait. Lege 3. Æneid. principio hiſtoriam de Polydoro, è cuius corpore Æneas ignarus virgulta vellit: *Quibus atro liquuntur ſanguine guttæ.*

769. OBSTVPVERE OMNES] Famuli hæc videntes in ſtuporem dati ſunt re inexſpectatiſſima. Horrendum, & dictu mirabile monſtrum.

ALIQVISQ. EX OMNIB. AVD. DETERRER. NEFAS] A tanto ſcelere erat qui verbis grauibus ſacrilegum deterrere conaretur, diceretque: *Parce*
A *pias ſcelerare manus*, vt ſcriptum eſt 3. Æneid.

771. MENTISQ. PIÆ CAPE PRÆM. DIXIT] Ironia, ſeu ſarcaſmus.

773. REPETITAQVE ROB. CÆDIT] Multis enim ictibus ad proſternendam tantam molem opus fuit.

776. QVÆ TIBI F. POEN. &c. VATICIN. MORIENS] Vaticinari vicinos morti, eorumque vaticinia habere exitum, ad illud Caſſandræ morientis in Agamemnone apud Senecam: *Veniet & vobis furor*, ex Homero Iliad χ. vbi Achilli mortem prædicit Hector, ex Sophoclis Aiace Flagellifero, vbi ille heros Agamemnoni & Vlyſſi imprecatur vt occidantur à chariſſimis, ex Virgil. 10. vbi Orodes Mezentio victnam mortem prænuntiat, & ex alijs, atque etiam ex hoc ipſo loco Delrius noſter
B demonſtrat. Gregor. Mag. Dialog. lib. 4. cap. 26. in hunc modum ſcribit: *Ipſa aliquando animorum vis ſubtilitate ſua aliquid prævidet. Aliquando autem exitura de corpore anima per reuelationem ventura cognoſcunt. Aliquando verò iam, dum iuxtà ſunt, vt corpus deſerant, diuinitus afflata, ſecreta cæleſtia in incorporeum mentis oculum mittunt.* Mox quoddam exemplum de quodam aduocato, biduo antè ex lateris dolore Romę defuncto producit, qui in templo B. Sixti, quò ſe poſtolatis veſtibus indutus iturum dixerat, contra mentem & voluntatem ſe efferentium (alio quippe in loco eum ſepeliendum deferebant, & quod ille dixiſſet penitus ignorabant) ſepulturā accepit.

777. NOSTRI SOLATIA LETHI] quo æquiore animo extinguor, quia tibi malè futurum ſcio &
C prædico.

778 PERSEQ. SCEL. ILLE SVVM] quia contemptor deorum, ideo ſurdus ad monita.

779. ADDVCTAQ. FVNIB.] attracta, ſeu detracta alligatis funibus.

780. ET MVLT. PROSTRAVIT POND. SYLVAM] ſuo caſu multas arbores humi deiecit. 2. Æneid. *Traxitq. iugis auulſa ruinam*, vicinarum ſcilicet arborum.

781. ATTONITÆ] conſternatæ.

NEMORVMQ. SVIQ.] nemoris, propter exciſas arbores; ſui propter nympham occiſam.

782. CVM VESTIB. ATRIS MOERENT. ADEVNT] luctui conueniunt atræ, ſeu pullæ veſtes, vt albę & candidæ lætitiis.

783. PŒNAMQ. ERISICHTH. ORANT] indicato
D ſubandi priùs eius facto nefario.

784. CAPITISQ. SVI MOTV CONCVSSIT GRAVID. &c.] non minus ei poteſtatis & auctoritatis eſſe debet in ſuo regno, in agris & ſegetibus inquam, quàm Neptuno in ſuo, in vndis nimirum. Vt ergo Acheloo pro Perimele roganti ſuprà: *Mouit caput æquoreus rex, Concuſſitq. ſuis omnes aſſenſibus vndas*: ita hîc Ceres annuens precibus Dryadum, & ſe pœnas de ſceleſto ſumpturam ſignificans, agros cum ſegetibus tremefacit.

786. GENVS POENÆ MISERABILE] Fame emori, vt ille fame debuit, genus mortis diriſſimum.

SI NON ILLE S. ESSET NVLLI MISER. ACTIS] Atrocitas ſcelerum, & obfirmatus, ac nunquam pœnitens animus nullam meretur miſericordiam.

788. QVÆ QVATEN. IPSE NON ADEVNO. DEÆ] Iuno, vt vexaret tempeſtate Troianos, magna dea minorem deum adiit, Æolum ventorum regem,

ab

ab coque petinit, vt naues vel ſummergeret, vel diſſiparet. 1. Æneid. Sed hæc tam pugnantia & contraria non fuerunt, vt Cererem copiæ & ſaturitatis deam adire Famem, deam inopiæ & inanitatis, illique ſupplicare.

790. MONTANI NVMINIS VNAM OREADA] ab ὄρος mons dicuntur Oreades, nympharum genus.

792. EST LOCVS EXTREMIS SCYTHIÆ GLACIALIS, &c.] Topographia loci, vbi habitat Fames, ipſius naturæ conuenientis. Sic lib. 2. antequam mittatur à Pallade ad Aglauron Inuidia, domus eius deſcribitur: *Domus eſt imis in vallibus antri*, &c.

793. TRISTE SOLVM, &c.] De Scythia Aſiatica ſermo eſt, non de Europęa, in quam ipſe exul profectus: cui tamen omnia hæc conueniunt, vt ex libris Triſt. & de Ponto liquet.

795. ET IEIVNA FAMES] Perpetuum epitheton *ieiuna*. Quando enim famelici non ſunt ieiuni?

EA SE IN PRÆCORDIA COND. SACRILEG.] Sic mandatu Iunonis Tiſiphone in ædes Athamantis Thebarum regis veniens lib. 4. quod coxerat venenum, *vertit pectus in amborum* (ipſius ſcilicet, & vxoris Inûs) *præcordiaq́; intima mouit*. Facetiſſimè apud patrem facetiarum ac leporum in Sticho Geluſimus Paraſitus *Famis* ſeſe filium coniectat, matrique ſuæ miro modo gratias agit. Auſculta:

Famem fuiſſe ſuſpicor matrem mihi,
Nam poſtquam natus ſum, ſatur numquam fui.
Sed quam ego matri mea refero inuitiſſimus,
Eam neq; refert quiſquam omniū hominum gratiā,
Neque retulit, quam ego refero meæ matri fami.
Nam me illa in aluo geſtauit menſes decem,
Aſt ego illam in aluo geſto plus annos decem.
Atque illa puerum me geſtauit paruulum,
Quo minus laboris cepiſſe illam exiſtimo.
At ego non pauxillulam in vtero geſto famem:
Verùm hercle multo maximam & grauiſſimam.
Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie,
Sed matrem parere nequeo, neſcio quomodo.

796. NEC COPIA RERVM VINCAT EAM, &c.] nihil fami eius ſedandæ ſufficiat, eſuriat infinitè.

798. NEVE VIÆ SPATIVM TE TERREAT, &c.] Scythia enim vltimus orbis, ſeu in finibus orbis poſita, terrarum remotiſſima, ad quam pedibus ambulare nimium quantum moleſtum & oneroſum, præſertim teneræ virgini. Commodat igitur illi currum ſuum cum draconibus.

799. ALTE MODERERE] per aërem moderere in ſublimi, vt ſequitur. Alati erant hi dracones. Proinde *altes* pro *alites* ſcribendum cenſet Gebhardus. Vide Crepund. 2. cap. 14.

801. RIGIDIQVE CACVMINE MONTIS, CAVCASON APPELLANT] montium omnium altiſſimum eſſe tradit Herodot. In exprobranda animi duritie, contumacia & immanitate habet locum etiam Caucaſus, vt ſaxa, ferrum, ſcopuli, tigres, adamantes, &c. Virgil. 4. Æneid.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus.

A *Inhoſpitalis* Horat. ode 22. lib. 1. Et ode 1. Epod. Græcis ἄξενος, ἀπάνθρωπος, ἄβατος.

802. SERPENT. COLLA LEVAVIT] Serpentes, dracones, angues in curru Medeæ pro eodem dixit. Leuauit eorum colla, ademit iis iugum. Die hat außgeſpant.

803. LAPIDOSO VIDIT IN AGRO, &c.] Confer ὑποτύπωσιν, & εἰδωλοποιΐαν hanc cum Inuidiæ lib. 2. & non minùs hîc, quàm ibi admirare omni admiratione maius Poëtæ ingenium, facundiamque incredibilem. Lapidoſus ager aptus eſt triſti ſolo, ſterili, ſine fruge, ſine arbore.

804. VNGVIBVS ET RARIS VELLENT. D. HERB.] Cùm panis deeſt, non herbæ modò, ſed alia quoque ab eſu noſtro aliena eſitantur. Quæ accidunt fame intoleranda laborantibus, ex iis eam pulchrè
B componit, & ornat, & τὸ πρέπον feſtiuiſſimè οὐωνομάζει.

805. HIRTVS ERAT CRIN. CAVA LVMINA, &c.] En tibi picturam loquentem.

806. LABRA INCANA SITV] ex ſqualore & illuuie quendam ſitum præſeferentia, & ſubalbida.

SCABRI RVBIGINE DENTES] Quibus ſordidi ſunt ex oris illuuie dentes, *ſcabrones* dicuntur, & ipſum vitium *ſcabies*. Cæl. Aurelian. lib. 3. Chronicorum cap. 3. *Oris pedor, quibuſdam etiam gingiuarum putredo, cum ſcabro dentium detrimento*. Veteres emundabant dentes puluiſculo. Plinius libro 7. cap. 16. Tertullianus de pœnitent. *Cedo puluerem dentibus elimandis*. Sauaro in epiſt. Sidonij lib. 3. De Inuidia libr. 2.

C *Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto,*
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes.

807. DVRA CVTIS, PER QVAM SPECTARI VISCERA POSSENT] Durities, & rigor cutis diaphaniæ non obſtabat. Nam & vitrum eſt durum, & tamen perſpicuum. Craſſities obſtat, quæ in Fame nulla erat, qua nihil extenuatius. Euclio ſenex in Aulularia, de agno macilentiſſimo, quem ſe miſiſſe in eius ædes ad coquendam cœnam nuptialem dicit Megadorus.

Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet.
Quin exta inſpicere in ſole etiam viuo licet,
Ita is pellucet, quaſi laterna Punica.

808. OSSA SVB INCVRVIS EXTAB. &c.] oſſium eminentia defectionem carnis arguit. Vbi nihil carnium, ſumma vtrique macies.

D 809. VENTRIS ERAT PRO VENTRE LOCVS] venter ſine ventre. ἄκοιλος κοιλία.

PENDERE PVTARES PECTVS ET A SPIN. &c.] ſpinam dorſi, vnde coſtæ vtrinque prodeunt, à ſimilitudine cratem nominat. Ab hoc crate, ſeu cratibus pectus, quod nihil niſi pellis erat, ſuſpenſum videbatur.

811. AVXERAT ARTICVLOS MACIES, &c.] propter nimiam maciem, ſeu macritudinem articuli extabant altiùs. Idem cernebatur in iunctura genuum, & talis.

813. NEQ. ENIM EST ACCED. IVXTA AVSA] ne famem in corpus attraheret ex propinquitate. De Iride à Iunone ad Somnum cum mandatis miſſa lib. 11. ſimile omnino:

——— *Poſtquam mandata peregit*
Iris, abit: neque enim vlteriùs tolerare ſoporis

Vim

Vim poterat;labiq́, vt ſomnum ſenſit in artus,
Effugit.

814. Refert mandata deæ] quę quidem his verbis concepta fuer[illegible].

——— Ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube: nec copia rerum, &c.

Paruumq. morat quanq. aber. longe, &c.] Tanta vis Famis erat, vt vel primùm venien- A tem, & procul ſtantem afficeret, & eſurire cogeret. Sic Iris lib. 11. vbi mandata Iunonis Somno expoſuit paucis verbis, abit:

——— Neque enim vlteriùs tolerare ſoporis
Vim poterat: labiq́, vt ſomnum ſenſit in artus,
Effugit.

817. Egit in Æmoniam] in Theſſaliam, vnde venerat.

Obſtupeſcendi effectus famis inſaturabilis in Eriſichthone Vendit omnia, & filiam. Quæ ſeruitutem deprecans, à Neptuno in piſcatorem ſenem mutatur. Illudit emptori ſuo. Variorum

animantium formas induit, patrem alit, qui tandem ſuos ipſius artus deuorat. Addit Achelous de ſuis mutationibus, & de vno duntaxat cornu. Sternitur via narrationi inſequenti.

XII.

Dicta Fames Cereris (quamuis contraria ſemper
Illius eſt operi) peragit, perque aëra vento
Adiuſſam delata domum eſt: & protinus intrat
Sacrilegi thalamos: altóque ſopore ſolutum
(Noctis enim tempus geminis amplectitur vlnis)
Séque viro inſpirat, faucéſque, & pectus, & ora
Afflat: & in vacuis peragit ieiunia venis.
Functáque mandato fœcundum deſerit orbem,
Inque domos inopes, aſſuetáque vertitur antra.
Lenis adhuc ſomnus placidis Eriſichthona pennis
Mulcebat. petit ille dapes ſub imagine ſomni,
Oráque vana mouet, dentémque in dente fatigat,
Exercétque cibo deluſum guttur inani,
Próque epulis tenues nequicquam deuorat auras.
Vt verò eſt expulſa quies, furit ardor edendi:
Pérque auidas fauces, immenſáque viſcera regnat.
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aër,
Poſcit: & appoſitis queritur ieiunia menſis,
Inque epulis epulas quærit: quódque vrbibus eſſe,
Quódque ſatis poterat populo, non ſufficit vni:
Pluſque cupit, quò plura ſuam demittit in aluum.
Vtque fretum recipit de tota flumina terra,
Nec ſatiatur aquis, peregrinóſque ebibit amnes:
Vtque rapax ignis non vnquam alimenta recuſat,
Innumeráſque faces capit, &, quo copia maior
Eſt data, plura cupit, turbáque voracior ipſa eſt;
Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani
Accipiunt, poſcúntque ſimul: cibus omnis in illo
Cauſſa cibi eſt, ſemperque locus fit inanis edendo.

Iámque ſame patrias, altique voragine ventris
Attenuarat opes: ſed inattenuata manebat
Tum quoque dira ſames: implacatáque vigebat
** Summa gulæ. tandem demiſſo in viſcera cenſu,* *Summa
Filia reſtabat, non illo digna parente.
Hanc quoque vendit inops. dominum generoſa recuſat.
Et vicina ſuas tendens ſuper æquora palmas,
Eripe me domino, qui raptæ præmia nobis
Virginitatis habes, ait. Hæc Neptunus habebat.
Qui prece non ſpreta, quamuis modò viſa ſequenti
Eſſet hero: formámque nouat, cultúmque virilem
Induit, & cultus piſces capientibus aptos.
Hanc dominus ſpectans, ô qui pendentia paruo
Æra cibo celas, moderator arundinis, inquit,
Sic mare compoſitum, ſic ſit tibi piſcis in vnda
Credulus, & nullos niſi fixos ſentiat hamos:
Quæ modò cum vili turbatis veſte capillis
Littore in hoc ſteterat (nam ſtantem in littore vidi)
Dic vbi ſit. neque enim veſtigia longiùs extant.
Illa dei munus bene cedere ſenſit: & à ſe
Se quæri gaudens, his eſt reſecuta rogantem.
Quiſquis es, ignoſcas; in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi, ſtudióque oneratus inhæſi.
Quóque minùs dubites, ſic has deus æquoris artes
Adiuuet, vt nemo iamdudum littore in iſto
(Me tamen excepto) nec fœmina conſtitit vlla.
Credidit, & verſo dominus pede preſſit arenam:
Eluſúſque abijt. illi ſua reddita forma eſt.
Aſt vbi habere ſuam transformia corpora ſenſit:
Sæpe pater dominis Triopeïda tradit. at illa
Nunc equa, nunc ales, modò bos, modò ceruus abibat,
Præbebátque auido non iuſta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali poſtquam conſumpſerat omnem
Materiam, dederátque graui noua pabula morbo,
Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cœpit: & infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi ſæpè nouandi
Corporis, ô iuuenes, numero finita poteſtas.
Nam modò, qui nunc ſum, videor: modò flector in anguem:
Armenti modò dux, vires in cornua ſumo:
Cornua dum ſumpſi, nunc pars caret altera telo
Frontis, vt ipſe vides. gemitus ſunt verba ſecuti.

818. DICTA FAM. CER. PERAGIT] Obtemperat iuſſis Cereris, tametſi poterat non obtemperare, quandoquidem inter eas maxima eſt diſcordia, aduerſanturq; inuicem Fames & Ceres.

819. PER QVE AERA VENTO AD IVSS. DELAT. DOM.] ob ſummam leuitatem, quia potiùs idolum corporis, quàm corpus erat, facilè vento portabatur; curru non egebat.

820. ET PROTIN. INTRAT SACRI EG. THAL. &c.] Oſtenditur quid egerit Fames apud Eriſichthonem, quid illi fecerit. Dormientem complexa eſt.

821. ALTOQ. SOP. SOLVT.] ne ſentiret. *Nec nunquam ſoluitur in ſomnos.* Virgil. 4. Æneid. de Didone. Citra præpoſitionem eum ſexto caſu in Somn. Scip. *Ego ſomno ſtatim ſolutus ſum, ego euigilaui,* ſenſu contrario.

823. SEQ. VIRO INSPIRAT] Hoc eſt quod volebat Ceres, *ea ſe in præcordia condat Sacrilegi.* Totam pænè ſe in eius viſcera immiſit.

FAVCESQ. AT P. AT ORA AFFLAT] Hæc ſunt exteriora in corpore, in quibus etiam ſigna ſua & veſtigia relinquere voluit.

824. ET IN VACVIS PER AG. IEIVN. VANIS] inſerit ipſis venis inediam, hoc eſt, intima corporis exinanit, inanitate, ſi dici poteſt, replet medullas & venas ipſas: nec enim multum ſanguinis fieri queat, quando cibus non eſt alibilis, vt loquitur Varro, τρόφιμος.

825. FOECVND. DESARIT ORBEM] Eius enim orbis, Scythicus inquam, ſterilis eſt totus & infœcundus, vt audiſti.

826. INQ. NOM. INOP. VARTIT.] ἀκολούθως, vbi enim talis ager, ſine fruge, ſine arbore, quomodo domus non ſint inopes? Aut quis meritò dicatur diues, cui non ſuppeditat panis?

ASSVETAQ. VARTIT. ANTRA] Nympha à Cerere miſſa, eam in agro lapidoſo herbas vellicantem repetit, alioqui antrum incolit. Quod quale ſit, tu ex habitatrice poteris ſuſpicari. Nam & Inuidiæ domum parum ſpecioſam dedit lib. 2.

827. LENIS ADHVC SOM. PLACID. E. PANN. MVLCEB.] Somno alas tribuunt poëtæ, qui orbem vniuerſum peragrat celerrimè, taciteque & placidiſſimè nec-opinantium oculos claudit. Tibull. eleg. 1. lib. 2.

Poſtq́; venit tacitus fuluis circundatus alis
Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.

828. PETIT ILLE DAP. SVB IMAGINE SOMNI] Somnus non eſt imago, ſed ſomnium. Somniabat autem ſe comedere, & dentes fruſtra fatigabat. Lege itaque ſomnî per ſynæreſin, vt, *pauperis hoc tuguri*, &, *nec cura peculî*, eclog 2. Legimus tamen & eleg. 5. lib. 1. de P. *Aut vbi decipior meliorum imagine ſomni.* Quia imagines illæ, ſeu ſomnia ſunt ſomni, veniunt in ſomnis. Niſi & ibi dicamus fieri ſynæreſin. Quæ ſequuntur, Scalig. Poët. lib. 5. vbi deſcriptionem Famis Ouidianam cum Callimachi componit, argutè acuteque, ac plus quàm humano ingenio proſecutum candidè affirmat. In quibus ea ût vis ſententiarum, quam nemo Græcorum ſit perſecutus. Nam qualia illa? *Inq́; epulis epulas quærit.* Et de igne, copia fieri voraciorem. Et, *Accipiunt, poſcuntque ſimul.* Et: *Cibus omnis in illo Cauſſa cibi eſt.* Et: *Semperq́; locus fit inanis edendo.*

829. ORAQ. VANA MOVET] vanè mouet, nihil quippe mandebat.

831. PROQ. EPVL. TEN. NACQVIDQ. DAVOR. AVRAS] Verè inanis cibus, & quo nunquam ſatiari queas, auræ. Chamæleontem ferunt ſola aura, ſeu aëre paſci: at tamen non ſolo, vt aduerſus Plinium docet Brodæus lib. 6. c. 21. Et hæc quidem nondum experrectus. Quid poſtquam eum ſomnus defecit? miranda audies.

832. FVRIT ARDOR EDENDI] Definitio, ſeu periphraſis famis, & quidem acrioris. Virg. 8. *Poſtquam exempta fames, & amor compreſſus edendi.* De crudelitate famis ſubijciã theorema S. Ioannis Chry-

A ſoſtomi ex panegyrico in S. Lucian. martyrem, qui hoc ſupplicio cõſumptus eſt: *Etenim tanquam viſceribus inſidens carnifex quiſpiam, omnia membra dilaniat, quouis igne feraq́; ſæuius corpus ex omni parte corrodit. Etiam liberos ſæpe deuorarunt matres, cum iſtius mali violentiam ferre non poſſent. Et hanc deplorans calamitatem Propheta dicebat* (Thren. 4.) *Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos. Quos pepererant comedebant, & naturam infantium, venter, qui ipſos pepererat, ſepulcrum eſt factus, & naturam fames ſuperauit.*

833. PERQ. AVIDAS FAVCAS REG.] afflauerat enim & illas Fames.

IMMENSAQ. VISCERA, &c.] immenſa, non magnitudine, ſed quia immenſa capiebant, & expleri nunquam poterant. Patet ex ſequentibus. Siqui-
B dem nullum alimentum ei alendo ſatis ſuppeditare valebat.

835. ET APPOSIT. QVERIT. IEIVN. MENSIS] queritur nimis parcè apponi, quantumuis menſa dapibus conſtructa ſit affatim.

836. INQ. EPVLIS EPVLAS QVÆRIT] Sicuti de Tantalo idem alibi: *Quærit aquas in aquis.* Sed ille iacens in aquis ore tenus demerſus, illis, quoties bibere conatur, refugientibus ſiti cruciatur. Hic edit, & tamẽ quærit quod edat, idq́; toties, quoties edit.

QVODQ. VRBIB. ESSE, QVODQ. SAT. &c.] Grandis hyperbole.

838. PLVSQ. CVP. QVO PL. SVAM DAMITT. IN ALVVM] Contra naturam, vt quo plus accipias, eo minus habeas. Si auarum ſpectes, non eſt incredibile; immò credibile, ac planè certum eſt tam deeſſe illi quod habet, quàm quod non habet, & eum quo plus argenti & auri per fas & nefas colligit,
C hoc plus ſtudere colligere.

839. VTQVE FRAT. RECIP. DAT. FLVM. T. &c.] Gemina comparatione Eriſichthonis ἀπληστίαν & ἀκορεσίαν illuſtrat: maris, quod omnia flumina recipiens, non exundat; & ignis, qui cremat, quamdiu quod crcmetur adeſt, nec quieſcit vnquam. Supra Achelous de Neptuno: *In quo deſinimus, quo ſacri carminis amnes.* Et l. 4 de Tartaro: *Vtq́; fretum de tota flumina terra, Sic omnes animas locus accipit ille.* Diximus de hoc item l. 1. ibi: *Quæ* (flumina) *diuerſa locis, partim ſorbentur ab ipſa, In mare deueniunt partim.*

841. VTQ RAPAX IGNIS, &c.] Rapacitatẽ ignis diſertiſſimè expreſſit, cuius alimenta propriè ligna: multa enim alia eo conficiuntur. lib. 1. vapores humidos vocauit alimenta nubium.

844. ERISICHTHON. PROFANI] ſacrilegi, homi-
D nis nefarij, odio & execratione proſequendi.

845. CIB. OMNIS IN ILLO C. CIBI EST] Manil. lib. 4. de auaro:

Tanta fames, animusq́; illi, tam dira cupido
Corripit, vt rapiat ſemet, neq́; compleat vnquam,
Inq́; epulas funus reuocet, pretiumq́; ſepulcri.

846. SEMPERQ. LOCVS FIT INANIS EDENDO] Et hoc, & plura antecedentia eandem ſententiam continent; nempe, Eriſichthoni pellenda fame creuiſſe famem, fuiſſeque eſuriem eius inexplebilem. Laudanda & prædicanda eſt Naſonis beata & ingenioſa copia.

847. ALTIQ. VORAG. VENTRIS] In Capti. Plauti paraſitus à ſene ad cœnam vocari cupiens: *Quaſi fundum vendens meis me addicam legibus.* Senex reſpõdet: *Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi,* id eſt, vẽtrem tuum inexplebilem, & quandam quaſi

vo-

voraginem. *παρονομασία* non illepida in *fundum* & *profundum*. Vide Lambin. & alios.

848. SED INATTENVAT. MANET. T. Q. DIRA FAM.] Nihilo placarior fiebat, non minuebatur, manebat edendi ardor irreſtinctus, quem ſcitè *flammam gulæ* nominat.

850. DEMISSO IN VISCERA CENSV] conſumpto in epulas patrimonio, ſeu facultatibus totis. Cenſus pro totis poſſeſſionibus & diuitijs. 1. Faſt. *Dat cenſus honores, Cenſus amicitias: pauper vbiq; iacet.*

851. NON ILLO DIGNA PARENTE] ſed meliore digna. Illa enim pia, pater impius, quem nihilominus in calamitate ſua non deſerebat & alebat bona filia, quod in ſe erat.

852. HANC QVOQ. VENDIT INOPS] ex quo ſupremam eius inopiam & neceſſitatem perſpicias.

DOMIN. GENEROSA RECVS.] quia generoſa, & nata atque educata in libertate, ideo ſeruitutem à ſe amolitur. Seruitus erat ei extremum malorum.

853. ET VICINA S. TENO. S. ÆQ. PALM. &c.] per Neptunum effugit ſeruitutem.

854. QVI RAPTÆ P. NOM. VIRGIN. HABES] Et huic Neptunus virgineum nomen ademit, vt Achelous Perimelæ.

856. QVAMVIS MODO VISA SEQ. ESSET HERO] etſi eam iam iam herus à ſe emptam viderat, cùm ſequeretur antecedentem.

858. CVLT. PISCES CAPIENTIS. APTOS] Conuertit eam in virum, & quidem in virum piſcatorem. *Vultus*, quod extat in vulgatis, accipit pro ſpecie piſcatoria: nam in ſolo vultu, ſeu facie nihil habet piſcator peculiare, vnde piſcator agnoſcatur. Verùm nobis probatur magis *cultus*.

859. HANC DOMIN. SPECTANS] hanc iam mutatam, quæ nunc quidem hic erat, non hæc.

O QVI PENDENTIA PARVO ÆRA CIBO CEL. &c.] Periphraſis piſcatoris Lib 15. *Ne celate cibis vncos fallentibus hamos.* Alibi: *Quiq; tegunt paruis æra recurua cibis.* Noſter lib. 8. *Dum captat arundine piſces.* Repentè ex oculis amiſſa, quærit à piſcatore qui eam emerat herus vbi nam ſit.

861. SIC MARIS COMPOSIT. SIC SIT T. &c.] Lumen poëticum eſt, rogantes quippiam à dijs, aut hominibus, vicissim boni aliquid, quodq́ue ipſis gratum & acceptum ſit, optare. Faſt. 4.

Sic tibi quam raptam quæris ſit filia ſoſpes.
Surge, nec exigua deſpice tecta caſa.

Vide Symbolas in eclog. 9. *Sic tibi cum fluctus ſubterlabere Sicanos, Doris amara ſuam*, &c. Mari commoro, & fluminibus quoque agnatis piſcatio non procedit.

862. NVLLOS NISI FIXVS SENT. HAMOS] non ſentiat hamum, niſi vbi eam deuorauerit, vt euadere iam non poſſit.

863. QVA MODO C. VILI TVRB. V. CAPILL.] veſtem ſumptuoſam neceſſariò vili & famulari mutauerat, cùm pater omnia, & mundum quoque ipſios vendidiſſet. Capillis autem incomptis erat, vtpote in mœrore, & triſti fortuna.

865. NEQ. ENIM VESTIG. LONG. EXTANT] Longiùs progreſſam ex veſtigijs in arena litturali impreſſis, quia nulla viſuntur, non deprehendô.

866. ILLA D. MVN. B. C. FOERE SENS.] Senſit ſe feliciter à Neptuno exauditam, & putari quod non erat.

ET A SE SE QVÆRI GAVD.] Erat eadē, quæ fuerat: niſi quòd Neptunus dominum, ſeu emptorem faſcinabat, & præſtigijs homini illudebat. Lib. 2. Mercurius Batto: *Me mihi prodis?* Item de Ioue in fabula Calliſtus l 2. *Et ſibi præferri ſe gaudet.*

868. QVISQVIS ES, IGNOSCAS, &c.] Quàm callidum reſponſum, etiam iureiurando confirmatum? non falſum tamen.

869. STVDIOQ. ONERAT. INHÆSI] ſemper intentus fui meo ſtudio, meæ occupationi, quæ eſt piſcatio.

873. VERSO PEDE PRESSIT AREN.] in diuerſum abijt.

874. ILLI SVA REDDITA FORMA EST] quod ad intuentes attinet; nam fæmina eſſe non deſierat.

875. AST VBI H. S. TRANSFORM. CORP. S. &c.] vbi transformatum corpus filiæ ſuæ priſtinā formam recuperaſſe ſenſit & vidit pater Eriſichthon. Aut B expone *transformia*, quæ mutari in aliam formam potuiſſent, quod res ipſa docuerat.

876. SÆPE DOMIN. TRIOPEIDA TRADIT] diuerſis dominis vendit Triopæ neptem.

AT ILLA NVNC EQVA, NVNC ALES, &c.] diuerſas formas animalium præſeferendo à dominis dimittebatur.

878 PRÆBEB. A N. IVST. ALIM. PARENTI] immensùm eſurientem parentem conquiſita pecunia cibo comparando ſuſtentabat; quanquam illi hoc debere deſierat, quòd in ipſam tam iniquus extitiſſet, & ad ſeruitutem toties redegiſſet. Editio Lipſienſis exponit, *non iuſta alimenta*, id eſt, dolo quæſita, & impoſtura procorum deceptorum. Sed recedit à vero.

879. POSTQVAM CONSVMPS. OMN. MATER. &c.] poſtquam exhauſerat & abſumpſerat, quidquid C habere poterat.

880. DEDERAT Q. GRAVI NOVA PAB. MORBO, &c.] Ex morbo vno natus eſt morbus alter, quem etiam aluit & fouit prior, nempe rabies: vnde laniare ſua membra & inde ſe paſcere occœpit.

883. QVID MOROR EXTERNIS?] ſimplex pro *immoror*. Cùm habeam exemplum planè domeſticum variæ transformationis in eodem, cur tamdiu hæreo in alienis, Protei ſcilicet & Metræ, enarrandis?

ET TAM MIHI SAEPE NOVANDI, &c.] mihi quoq; conceſſa eſt poteſtas in varias figuras abeundi, ſed certo numero, nimirum in tres tantùm, in humanam, taurinam, anguineam.

886. ARMENTI MODO DVX] taurus, qui, vt caper, D ſeu hircus eſt vir gregis caprarum, & aries dux ouium, ſic ille vaccarum.

VIRES IN CORNVA SVMO] Valent cornibus tauri, quemadmodum dētibus apri. Virg. 12. de tauro certamini proludente: *Atq; iraſci in cornua tentat.*

887. NVNC PARS CARET ALTERA TELO FRONT.] Quia cornua ſumpſi, quia me in taurum transformaui, ideo nunc altera pars frontis meæ caret cornu, quod erat alterum telum meum, vt ipſe vides, ô Theſeu.

888. GEMITVS SVNT VERBA SECVTI] Ecce quàm idoneè ad librum ſequentem in vno tantùm cornu Acheloi deſinit. Mouet enim Theſeum ipſo etiam gemitu Achelous, ad ſciſcitandum, vnde hæc illi *μονοκερία*, quod eſt libri noni principium.

ELE-

ELECTORVM
LIBER NONVS.

Quibus argumentis Hercules & Achelous Deianiram à patre ipſius Oeneo rege Calydonis in connubium contenderint. Certaminis, in quo victor Hercules, hypotypoſis ſplendidiſsima. Cornucopiæ origo.

SECTIO I.

QVÆ gemitus, truncæque deo Neptunius heros
Cauſſa rogat frontis: cùm ſic Calydonius amnis
Cœpit, inornatos redimitus arundine crines.
Triſte petis munus: quis enim ſua prælia victus
Commemorare velit? referam tamen ordine: nec tam
Turpe fuit vinci, quàm contendiſſe decorum eſt:
MAGNAQVE DAT NOBIS TANTVS SOLATIA VICTOR.
Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas: quondam pulcherrima virgo,
Multorúmque fuit ſpes inuidioſa procorum.
Cum quibus vt soceri domus eſt intrata petiti:
Accipe me generum, dixi, Parthaone nate.
Dixit & Alcides. alij ceſſere duobus.
Ille Iouem ſocerum dare ſe, famámque laborum,
Et ſuperata ſuæ referebat iuſſa nouercæ.
Contrà ego turpe deum mortali cedere dixi:
(Nondum erat ille deus) dominum me cernis aquarum
Curſibus obliquis inter tua regna fluentem.
Nec gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris;
Sed popularis ero, & rerum pars vna tuarum.
Tantùm ne noceat, quòd me nec regia Iuno
Odit. & omnis abeſt iuſſorum pœna laborum.
Nam quòd te iactas Alcmena matre creatum:
Iuppiter aut falſus pater eſt, aut crimine verus.
Matris adulterio patrem petis: elige fictum
Eſſe Iouem malis, an te per dedecus ortum?
Talia dicentem iamdudum lumine toruo
Spectat, & accenſæ non fortiter imperat iræ,
Verbáque tot reddit: Melior mihi dextera lingua:
Dummodo pugnando ſuperem: tu vince loquendo.

Congreditúrque ferox. Puduit modò magna locutum
Cedere. reieci viridem de corpore veſtem:
Brachiáque oppoſui, tenuique à pectore varas
In ſtatione manus, & pugnæ membra paraui.
Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis:
Inque vicem fuluæ tactu flaueſcit arenæ.
Et modò ceruicem, modò crura micantia captat:
Aut captare putes: omniqueà parte laceſſit.
Me mea defendit grauitas: fruſtráque petebar:
Haud ſecùs ac moles, magno quam murmure fluctus
Oppugnat: manet illa, ſuóque eſt pondere tuta.
Digredimur paulùm: rurſúſque ad bella coimus,
Inque gradu ſtetimus, certi non cedere: erátque
Cum pede pes iunctus: totóque ego pectore pronus,
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,
Cùm pretium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur coniux. ſpectant armenta, pauéntque,
Neſcia quem maneat tanti victoria regni.
Ter ſine profectu voluit nitentia contrà
Reijcere Alcides à ſe mea pectora: quartò
Excutit amplexus, adductáque brachia ſoluit.
Impulſúmque manu (certum eſt mihi vera fateri)
Protinus auertit: tergóque oneroſus inhæſit.
Si qua fides (neque enim ficta mihi gloria voce
Quæritur) impoſito preſſus mihi monte videbar.
Vix tamen inſerui ſudore fluentia multo
Brachia, vix ſolui duros à pectore nexus.
Inſtat anhelanti, prohibétque reſumere vires:
Et ceruice mea potitur. tum denique tellus
Preſſa genu noſtro eſt: & arenas ore momordi.
Inferior virtute, meas diuertor ad artes,
Elabórque viro, longum formatus in anguem.
Qui poſtquam flexos ſinuaui corpus in orbes,
Cúmque fero moui linguam ſtridore biſulcam:
Riſit, & illudens noſtras Tirynthius artes,
Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum
Dixit: & vt vincas alios, Acheloe, dracones,
Pars quota Lernææ ſerpens eris vnus Echidnæ?
Vulneribus fœcunda ſuis erat illa, nec vllum
*De centum numero caput eſt impunè * reciſum,* *reſectum,
Quin gemino ceruix hærede valentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis è cæde colubris,
Creſcentémque malo domui, domitámque reduxi.
Quid fore te credis? falſum qui verſus in anguem
Arma aliena moues? quem forma precaria celat?
Dixerat: & ſummo digitorum vincula collo

In-

Inijcit. angebar,ceu guttura forcipe preſſus,
Pollicibúſque meis pugnabam euellere fauces.
Sic quoque deuicto reſtabat tertia tauri
Forma trucis.tauro mutatus membra,rebello.
Induit ille toris à læua parte lacertos:
Admiſſúmque trahens ſequitur,depreſſáque dura
Cornua figit humo,méque alta ſternit arena.
Nec ſatis hoc fuerat:rigidum fera dextera cornu
Dum tenet,infregit:truncáque à fronte reuellit.
Naiades hoc pomis,& odoro flore repletum
Sacrarunt;diueſque meo bona copia cornu eſt.
Dixerat:& nymphæ ritu ſuccincta Dianæ
Vna miniſtrarum fuſis vtrinque capillis* *per colla capillis
Inceſſit,totúmque tulit prædiuite cornu
Auctumnum,& menſas fælicia poma ſecundas.
Lux ſubit:& primo feriente cacumina ſole,
Diſcedunt iuuenes.neque enim dum flumina pacem,
Et placidos habeant lapſus,totæque reſidant
Opperiuntur aquæ.vultus Achelous agreſtes,
Et lacerum cornu medijs caput abdidit vndis.
*Hunc * tamen ablati domuit iactura decoris:* *tantùm
Cætera ſoſpes habet.capitis quoque fronde ſaligna,
Aut ſuperimpoſita celatur arundine damnum.

1. QVÆ GEMIT. TRVNCÆ QVE, &c.] *Trunca*, ideſt, altero cornu mutilata frons Acheloo gemitus cauſſa fuit. De hoc priùs, deinde de altero quæſiuit Theſeus, quamquam ſimul,& eodem tempore.

NEPTVNIVS HEROS]Ægeus enim Athenarum rex. pater Theſei, filius Neptuni; mater eiuſdem Æthra,Pithei regis filia.

2 CVM SIC CALYDON. AMNIS] ſubaudimos reſpondit,ait, retulit. Virg.9.Æneid. *Tum ſic Hyrtacides.* Et 12. *Sic prior Aeneas, ſequitur ſic deinde Latinus.* Tres ſunt amnes hoc nomine,Acheloi puta. Vnus in Phrygia apud Homerum, à Sipylo defluens. Alius Arcadiæ,pone Lycæum montem. Tertius hic, à quo omnes aquæ Acheloides: vnde & Acheloia pocula Maroni 1.Georgicor. Deſcribitur à Thucydide lib.2. Hic fluuius primus omnium è terra fertur erupiſſe,hinc priſci *Acheloum* pro aqua dixerunt. Plura Lud. Cerda in 1.Georg.

3. INORNAT. REDIMIT. ARVND. CRINES] ad ripas fluminum enaſcuntur arundines,ſeu arundinibus & arundinetis prætexuntur flumina, quibus fluuiorum ipſorum deos velut è proprio,& proximo coronari fingunt poëtæ. Virgil.8.

Huc deus ipſe loci fluuio Tiberinus amœno
Populeas inter ſenior ſe attollere frondes
Viſus.eum tenuis glauco velabat amictu
Carbaſus,& crines vmbroſa tegebat arundo.

Et lib.10.

Quos patre Benaco velatus arundine glauca,
Mincius infeſta ducebat in æquora pinu.

A Habebat nempe nauis illa depictum in prora Mincium, præſidem Mincij fluminis Venetiæ, qui ex lacu Benaco oritur: ideo hunc eius patrem nominat. Homines quoq; arundine coronari ſolitos,ex Athenæo & Ariſtophane docet Paſchalius de Coronis l.4 c.1.

INORNATOS]incompoſitos,neglectos,incomptos. Lib. 1. *Spectat inornatos collo pendere capillos. Et quid,ſi comantur? ait.*

4. TRISTE PETIS MVNVS] vt tibi reſpondeam, neceſſe habeo narrare luctam meam cum Hercule, qua victus ſum. Narrare autem vt victus ſis ab alio, triſtitiam, quemadmodum narratio victoriæ lætitiam habet.

5. REFERAM TAMEN ORDINE] Promiſſio ordinis attentum facit auditorem, & beneuolum. Ni-
B hil enim confuſione odioſius, quæ obſcuritatem parit. Lucidum vocat Horat. ad Piſonem eiuſque virtutem & Venerem eſſe pronuntiat:

Vt iam nunc dicat,iam nunc debentia dici:
Pleraq; differat,& præſens in tempus omittat.

6. NEC TAM TVRP. F. VINCI Q. CONT. &c.] & contendere,ſeu certare cum illuſtribus,& vinci ab illuſtribus,vtrumque honorificum eſt,quod alibi, & in Symbol.noſtris,cùm occaſio fuit,demonſtrauimus. Magis tamen prius, quoniam in eo virtus, & voluntas generoſa cernitur. Lib.5. Perſeus Nileo: *Magna feres tacitas ſolatia mortis ad vmbras A tanto cecidiſſe viro.* Vide annotata. Hactenus velut exordium quoddam, & præludium narrationis, quæ ſequitur.

8. NOMINE SI QVA SVO TANDEM, &c.] ſi quando

quando auditum eſt tibi nomen Deianiræ. Virg. 1. Æneid. *Si veſtras fortè per aures Troiæ nomen iit.*

10 MVLTOR. E. SPES INVIDIOSA PROCOR.] quia pulcherrima virgo: pulchritudo enim eſt in fæminis procorũ conciliatrix, quos frequentiſſimos habuit Penelope. multos etiã Helena, Menelao poſtmodũ data cõiux. Et Lauinia rege Latino prognata, vt eſt in 7. Æneid. Coronis lib. 2 *Diuitibuſq; procis (ne me contemne) petebar.* De Daphne l. 1. *Multi illã petiere.* Qui ambiunt puellã, aut mulierem, & petunt eius nuptias, dicuntur *proci. Procare* enim eſt petere. Ipſi autem proci & competitores, inter ſe dicũtur *riuales.* Dicuntur ita teſte Nonio, quòd quaſi *in vnũ riuum amorem deriuant.* Quo tranſlatè vſus eſt Horat. ad Piſonem: *Quin ſine riuali teq; & tua ſolus amares.* De ſcriptione loquitur, eiuſque correctione.

SPES INVIDIOSA] ſperabant eam multi, & mutuo ſibi ſponſam inuidebant.

11. ET ... DOM. E. INTRATA PETITI] Oenei regis Calydonis, quem patrem habuit Deianira. *Soceri*, non qui tum erat ſocer, ſed quem ſibi Achelous ſocerum optabat. Sic *ſponſi Penelopes* apud Horatium.

12. ACCIPE ME GENERVM] Breuis petitio vtriuſque Acheloi & Herculis, quam tamen æquam mox vterque probat eſſe.

13. DIXIT ET ALCIDES] Hoc nominis tulit vel ab auo Alcæo, materno, inquã, vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, à *fortitudine.* Hercules autem ab ἥρα *Iunone*, & κλέος *gloria*, quòd ex eius imperijs magna vi animi & corporis exhauſtis, immenſam gloriam ſit adeptus. Proferuntur & aliæ huius nominis origines à Gyraldo, quas hîc ponere nihil attinet.

ALII CESSERE DVOBVS] Quoniam alter horum, Achelous, iã deus: alter Iouis filius, & facinoribus ſuis nobilitatus. Mirũ ni cederent talibus ac tantis.

14. FAMAMQ. LABORVM] quos ipſemet in Oeta monte ſuper rogo moriens, & Iunoni exprobrans recenſebit hoc ipſo libro, non multo pòſt.

15 SVPERATAQVE IVSSA NOVERCÆ] Mater fuit Alcmena, ex qua illum Iupiter procreauit. Iuno igitur Iouis vxor, nouerca Herculis, eidem vt è pellice nato, infenſiſſima. Quẽ vt perderet, multis eum caſibus & periculis per Euryſtheum Mycenarum regem obiectauit. Quibus tamen aliud nihil conſecuta eſt, niſi vt immortale numẽ eius efficeret, vt iam diximus. Infrà: *Defeſſa iubendo eſt Sæua Iouis cõniux, ego ſum indefeſſus agendo.* Deianira in epiſt. *Quem nunquam Iuno ſerieſq; immenſa laborum Fregerit.*

16. TVRPE DEVM MOR. ALI CEDERE] vnde enim probabitur eſſe deus, ſi nihil ſupra hominẽ poſſit?

17. NONDVM ERAT ILLE DEVS] Exponitur eius ἀμφιβολία infrà. Cùm Hercules fuerint plures ſecũdùm Varronem, Seruio teſte 44 (immò omnes qui ſtrenuè & fortiter ſe geſſiſſent, *Herculei* cognominati ſunt. vt & Tacit. 2. Annal. & Xenophon in Æquiuocis prodiderunt) Thebanus ille ſummam eſt claritatem adeptus, & propter merita cælo donatus. Nam claris viris & fæminis mortem in cælum eſſe ducem ſolere ſcripſit 1. Tuſcul. Cicero. Hinc apud Græcos, indeq; prolapſus ad nos, & vſq; ad Oceanũ Hercules tantus, & tam præſens habetur deus. Quòd ſi tum deus fuiſſet Hercules, maior vtiq; Acheloo, quamuis deo, fuiſſet, ſicut poſtea factus eſt.

DOS IN ME CERNIS AQVAR.] Rector & dominus aquarum eſt Neptunus: ſed Achelous tantùm A inter Ætoliam, vbi Calydon regnum Oenei & Acarnaniam labentium: quarum dominum Theſeus non antea viſum iam videbat.

18. CVRVATA OBLIQVIS] Lib. 1. *Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.* Ob iſtam obliquitatẽ dijs fluuiorum cornua affinguntur. Dictum l. 1. ibi: *Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.*

19. NEC GENER EXTER. &c.] vt Hercules, qui Thebanus fuit.

20. ET RERVM PARS VNA TVAR.] Quis nõ malit, ſi ſapiat, habere generos domeſticos, quàm externos? ſuos quàm alienos? immò deum (quem ſe eſſe dixit antea) quàm merum hominem, vt tum erat Hercules?

21. TANT. NE NOCEAT, QVOD ME NEC. &c.] In odium rapit Herculem, quem ſimul irridet & contemnit: quippe qui Iunoni deatum maximè exoſus ſit, & ab ea quot laboribus obijcitur, tot quaſi ſup-

B plicijs puniri videatur: quiq; aut Iouem ſuum eſſe patrem mentiatur: aut ſe ex adulterio natum confiteri cogatur. διλημματικῶς. Vide confeſſionem Amphitruonis in calce Comœdiæ apud Plautum.

27. TALIA DICENT. IAMDVD. IVM. TORVO SPECT.] Ex 4. Æneid *Talia dicentem Æneam Dido) iamdudum auerſa tuetur, Huc illuc voluens oculos.*

28. ET ACCENSÆ NON FERT IMP. IRÆ] non ſe tenet. 2. Æneid. de Priamo: *Non tamen abſtinuit, nec voci iræq; pepercit.*

29. VERBAQVE TOT REDDIT] Immò non tot, quot audiuit. An tot quot ſequuntur?

MELIOR MIHI DEXTERA LINGVA] lib. 13. Aiax contra Vlyſtem: *Sed nec mihi dicere promptum. Nec facit huic.* Significat Acheloum verboſum fuiſſe, & lingua quàm manu promptiorem. Locum Maro-

C nis concipiebat Ouid. hæc ſcribens, lib. 11. vbi in concilio Turnus muehens in Drancem:

Larga quidem ſemper, Drances, tibi copia fandi,
Tunc cùm bella manus poſcunt, patribuſq; vocatis, &c.

Et poſt pauca:

—— Quid ceſſas? an tibi Mauors
Ventoſa in lingua, pedibuſq; fugacibus iſtis
Semper erit?

31. PVDVIT MODO MAGNA LOQVT. ...] De furma ſermonis, *magna loqui*, egimus in his Commentarijs, lib. 1. Puduit Acheloum, rebus fidem verbis non addere. Ergo veſtẽ ponit, & pugnæ accingitur.

32. VIRIDEM VESTEM] Vt aliquando cæruleos, & virides deos aquarum, & maris præcipuè, nominat, propter colorem illius, ita hîc viridem veſtem Acheloo tribuit. Ait ſe de corpore reiecíſſe, nudi

D enim, oleo peruncti luctabantur palæſtritæ. Cauſas ex auctoribus diuerſas adducit Mercurial. de arte Gymnaſt lib. 1. cap 9 pag. 33.

33. TENVIQ. A PECT. VARAS IN STAT. MAN.] *Varis*, quibus obtorta introrſum ſunt crura. Brachia ſgitur, ſeu manus (nã pro brachijs ſæpe legas manus, vt apud Græcos χεῖρες. pro βραχίονες) ad complectendum & deijciendũ colluctatorẽ inflexas & paratas ἀκινήτως (hoc enim eſt in ſtatione) tenebat.

35. ILLE CAVIS H. SPARGIT ME PVLVERE] Puluerem in vnctione adhibebant luctatores, ne oleo manus laberentur, ſed faciliùs ſe cõprehenderent; néue ſudore defluerent; aut venti corpora aperta ingrederentur. Atq; hac de cauſſa à Martiale puluis ille ἁφὴ dictus, vt ibi (*flaueſcit aphe*) vnde ſi qui aduerſarios perunctos, & ſine puluere certantes

vincebant, maiore gloria digni habebãtur. Ea Mercuriali hæc. Apparet autem Acheloũ & Herculem mutuũ aſperiiſſe. Ad clariorem & vberiorẽ moris huius cognitionem, verba Budæi ex Anoot. in Pandect. attexam. Luctatores antiqui oleo cerato perfundebantur. Qui eos vngebãt, ceromatiſtæ dicti. *Aphe* puluis, quo poſt vnctionem inſpergebantur; vt corpora ceromate & ſudore lubrica, mutuas luctantium prehenſiones admitterẽt. Inde prouerb. *Citra puluerũ tactum*, Græcis ἀκονιτὶ, id eſt, ἄνευ ἀγῶνος, de iis, qui facilè aliquid, & citra ſudorem aſſecuti ſunt. Quod &, *Citra puluerem* dici poteſt, & *In puluis*, ἀκονιτί. A

37. ET MODO CERVICEM, &c.] Herculis ad Acheloum proſternendum nixus atque labor.

CRVRA MICANTIA CAPTAT] crura ex oleo nitentia comprehẽdit, aut videtur comprehendere. B

38. OMNIQ. A PARTE LACESSIT] vbicunq; poteſt, illum apprehendere nititur.

39. ME MEA DEFEND. GRAVIT.] mihi prodeſſet vaſtitas, & pondus corporis mei ad conſiſtendum.

40. HAVD SECVS AC MOLES, QVAM, &c.] Calcat Virgilianum veſtigium. Æneid. 7. ver. 586. ex Homeri Iliad. ό. Latinus rex ſeditioſis, & arma poſcentibus acriter reſiſtens, cum rupe, ſeu ſcopulo alto in mari fluctibus hinc inde impulſo confertur, etiam à Iunio Emblemate LIX.

Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit:
Vt pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quæ ſeſe multis circùm latrantibus vndis
Mole tenet: ſcopuli nequicquam, & ſpumea circum
Saxa fremunt, lateriq; illiſa refunditur alga. C

Similiter Mezẽtius, cùm ab hoſtibus aceruatim in eum irruentibus crebris telorum ictibus peteretur, tantam vim paruifecit 10. Æneid. v. 694.

Ille velut rupes vaſtum quæ prodit in æquor,
Obuia ventorum furiis, expoſtaq; ponto
Vim cunctam atque minas perfert cæliq; mariſq;:
Ipſa immota manens.

42. RVRSVSQ. AD BELLA COIMVS] Digredi paulùm, & regredi, rurſumque, & de integro inuadere aduerſarium in huiuſcemodi ludis, more fit.

43. INQ. GRADV STETIMVS] firmauimus pedem in veſtigio, animo nihil cedendi, ne punctum quidem. Eleganter, quæ ſequuntur, vt nihil ſuprà.

44. CVM PEDE PES IVNCTVS, &c.] Virg. 10. Æn.

Haud aliter Troianæ acies, aciesq; Latinæ
Concurrunt: hæret pede pes, denſuſq; viro vir.

Plura huius ſchematis exempla lectiſſima in Symbol. ex Homero, Tyrtæo, poëtis Latinis, & Q. Curtio attulimus. Loco omnium vnius Statii accipe 8. Thebaid. D

Iam clypeus clypeis, vmbone repellitur vmbo,
Enſe minax enſis, pede pes, & cuſpide cuſpis.

46. NON ALIT. VIDI FOR. CONCVRRERE TAVR. &c.] Comparationem iſtam pro Deianira ſponſa concertantium, cum duobus tauris, pro cõiuge, vt inquit, in montanis concurrentibus, duxit ex l. 12. Æneid. vbi pro Lauinia Æneas & Turnus congrediuntur. contraxit autem in 4. verſus:

Ac velut ingenti Sila, ſummóve Taburno,
Cùm duo conuerſis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi ceſſere magiſtri:
Stat pecus omne metu mutum, muſſantq; iuuencæ,
Illi inter ſeſe multa vi prælia miſcent,
Cornuaq; obnixi infigunt, & ſanguine largo

Colla armoſq; lauant: gemitu nemus omne remugit.
Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera complet.

50. SINE PROFECTV] fruſtra, ſine effectu.

NITENTIA PECTORA] ſuprà dicebat, *micantia crura*.

52. EXCVTIT AMPLEXVS] circumiecta ſibi brachia, vt ſequitur, implicata eius corpori: ſic enim explicandum *adducta*.

53. CERT. EST MIHI VERA FATERI] Ingenuitatem ſuam declarat Achelous, qui verum tacere, quamuis cum aliquo ſuo dedecore, & mentiendo gloriam quærere non vult. Plaut. Milite: *Certum eſt id facere*.

55. SI QVA FIDES] Si eſt verbis meis fides apud te Infrà Dryope: *Si qua fides miſeris*.

56. IMPOSITO PRESS. M. MONTE VIDER.] cùm inhæreret tergo meo Hercules, Ætnam, aut alium eiuſmodi montem mihi videbar ſuſtinere. Ingenti corpore fuiſſe traditum eſt ab Heraclide, quatuor cubitorum, & vnius pedis. Quæ tamen non magna proceritas æſtimanda.

57. VIX TAM. INSERVI SVD. &c.] vix eum ſtringere brachiis meis ſudantibus potui: vix eius brachia excutere quiui.

59. INSTAT ANHELANTI] reſpirare me non ſiniit, vrget me continenter.

60. ET CERVICE MEA POTITVR] Suprà: *Et modò crura micantia captat*. Non poteram elabi. Elapſus ſum tamen mutata forma, vt mox ſubiicitur.

TVM DENIQ. TELL. PRESS. GEN. N. EST] collo conſtrictum ad terram detraxit.

61. ET ARENA ORE MOMORDI] *Procubuit moriens & humum ſemel ore momordit*. Virgil. 11. Modo loquẽdi, ab conatus, quod neceſſariò vſu venit, cum quis aut vulneribus confoſſus, aut alioqui proſtratus concidit, vt ore humum contingat, & id puluere commaculet. Adeas ſuper hoc Victorium l. 19. c. 17. & Symbol. noſtras.

62. ME AD DIVERTOR AD ARTES] ad præſtigias, & metamorphoſes. *Ars & artes* ſæpius in vitio ſunt. Soſia ſeruus in Andria: *Quid eſt, quòd tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?* mea calliditas, verſutia, vafrities. In Trinum. Philto ſenex Lyſiteli frugi filio: *Hiſce ego te artibus gratiam facio neu colas, neu imbuas ingenium*, vbi mores malus intelligit, quos ibidem recenſet.

63. ELABOR Q. VIRO] quia lubricus & volubilis.

64. POSTQ. FLEX. SINVAVI C. IN ORBES] Lib. 3. de ſerpente Cadmæo: *Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes Torquet*.

65. LINGVAS INOVI RISVL. AM] duas, immò tres credas habere linguas ſerpentes, adeò celeriter eas mouent. lib. 3. *Treſq; micant linguæ*.

66. TIRYNTHIVS] Tiryns vrbs Peloponneſi, patria Herculis, ſecundùm quoſdam.

67. CVNAR. LABORE. ANG. SVPER. MEAR.] angues puſio adhuc, cunis etiam tum cubare ſolitus cõpreſſi & eliſi. Quid vir? Lege Herculem in cunis, inter icones Philoſtrati iunioris. Deianira in epiſt.

Tene ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues,
Cùm tener in cunis iam Ioue dignus erat?

Rem totam ad amuſſim Amphitruoni dominum tenerſo Bromia ancilla enuntiat:

— Poſtquam in cunas conditus eſt,
Deuolant angues iubati deorſum in impluuium duo

Maximo

[illegible] mi continuò extollunt ambo capita. A [illegible] mihi.
[illegible] S [illegible] ne [illegible]
[illegible] impuerus [illegible], & Ip[illegible] conſpi-
[illegible] at [illegible] as [illegible].
[illegible] m [illegible] im p [illegible] trab [illegible] du ere,
[illegible] peri mi [illegible] an, tanto [illegible] acrius
[illegible] Pol q iam c [illegible] angues ille al [illegible] puer,
[illegible] sexit [illegible] in anguestum erunt.
[illegible] altera, ex [illegible] end [illegible] eos manu [illegible]
A [illegible] oras nimis formidoloſū pr[illegible] nus.
[illegible] horror membra m[illegible] per[illegible] d[illegible]:
[illegible] deinde [illegible] porrò [illegible]. B Pu[illegible] angues
[illegible] ae.

A[illegible] rus, vt notauit N[illegible] al. l. 7 [illegible] mo[illegible] atu [illegible] lem [illegible] os ang[illegible] a [illegible] sc[illegible] ad. Al[illegible] verò, [illegible] s a [illegible] n a Iunone [illegible] b A[illegible] trad[illegible] de [illegible], vt ex[illegible] n ter [illegible] lat[illegible] m illos compreh[illegible] suf-f[illegible].

[illegible] Æ [illegible] Æ Ex St[illegible] S te-f[illegible] *Lernam* [illegible] im fu[illegible] A[illegible] & [illegible] munem in qu[illegible] pal[illegible] ab[illegible] bus p[illegible]rga[illegible] nta d[illegible], vulg[illegible] *κακ[illegible] rna malo-rum*. In[illegible] hy[illegible] dam[illegible], q[illegible] H[illegible] signi[illegible] fe[illegible]. Eam Heſiodus n[illegible] E[illegible]dna & T[illegible] [illegible] pr[illegible], a [illegible] one [illegible] [illegible] itam.

[illegible] .V[illegible] RIB FO[illegible] VS. ERAT [illegible] am v-n[illegible] duo d[illegible] nie ren[illegible] ntur. E[illegible] Græc[illegible] *ipsi* [illegible] *φαλα-μ*[illegible] bat [illegible] *φαλ[illegible]*.

[illegible] D[illegible] Vulgo [illegible] prem ei dantu[illegible], [illegible] od [illegible] no[illegible] m, ab H[illegible] e quin-qua[illegible] a *B[illegible] triuceps* Horatio, ode 3 [illegible].

[illegible] INO [illegible] EDE VALENTIO[illegible]] Lepida *κατα[illegible]*.

[illegible] RAM. [illegible] AT. [illegible] Æ [illegible] OL[illegible]] Hæredes v[illegible] [illegible] d[illegible] p[illegible] vno mox [illegible] entia capi[illegible] nūc a[illegible] tot colla reſp[illegible], ab [illegible] n[illegible] ve[illegible] e pro[illegible] & tan-quam a b[illegible] re[illegible] de[illegible].

74. CR[illegible] S[illegible] ENT MAL[illegible] D[illegible] V[illegible] X[illegible] mal[illegible] ao-geſcentem domui Man[illegible] quip[illegible] l[illegible] lao m[illegible]i-ſtro ſuo, vt recisis [illegible] apitibus [illegible], quo facto deficiunt ſucceſ[illegible].

D[illegible] MITAMQ. REDVXI] *remo* legi[illegible] in manu ſcriptis, vt ſit plus qua[illegible] domui.

[illegible]. QVID FORE TE CRED[illegible] &c. [illegible] d ma[illegible] rum comparat. ad minora. F[illegible] ſum a[illegible] gi[illegible] d[illegible] it. & ar-ma aliena, quia ludibrium ætat, & forma[illegible] lata.

76 QV[illegible] M PO[illegible] M[illegible] A[illegible] Preca-rium [illegible] ſt, quod pre[illegible] bus acqui[illegible] ad B[illegible] *Petere ab aliquo ſalutem precariam*. Val[illegible] on-tem[illegible] ctum, q[illegible] Achelous a [illegible] e[illegible] liquo figuram illam ad tempus vt eodam em[illegible] ſſet.

[illegible] D[illegible] GITO[illegible] V[illegible] LA[illegible] digi-tis, ſ[illegible] manu comprimit, & conſtringit [illegible] um col[illegible] um quaſi forcipe.

[illegible]9 PVGN[illegible] RE[illegible]] non euel[illegible] it tamen. Quare ad [illegible] iam venire metam[illegible] rphoſin & tauri-nam [illegible] uere ſpeciem coactus ſe miſer.

8[illegible]. TAVRI FO[illegible] MAT[illegible] V[illegible]] non ſimpl[illegible] ter tau-ri, ſe[illegible] trucis, ſeu torui, ad terrendum Herculem.

82 INOV[illegible] I[illegible] ACERTOS] tanquam veſti[illegible] mpl cat[illegible], manus totis meis, à l[illegible] a [illegible] c[illegible].

8[illegible] [illegible] S S[illegible] V[illegible] *καὶ τὰ λο-για* [illegible] omo[illegible] ſt, c[illegible] ere ta-cit[illegible] ic ex[illegible] ne: [illegible] en em tenuet, & euadere [illegible] do[illegible] q[illegible] itur

8[illegible] [illegible] a.

[illegible] T[illegible] Q. A [illegible] ONTE REV[illegible] ELLIT] Stat. 4. The[illegible].

——— *Et H[illegible] cul a turpat[illegible] gymnade vultus*
Amnis, a[illegible] ue [illegible] truncam attollere frontem
Auſus a[illegible].

Vocat *gymna[illegible] em* [illegible] an[illegible] Herculis cum Ache-loo [illegible] ba[illegible]tur. In hunc locum no[illegible] L[illegible] Achelo[illegible] duobus alueis flu-xiſſe, cu[illegible] H[illegible] es vnum clauſent. Ideo dicit al-terum ei cornu [illegible] incaſſe fr[illegible] nte quam reoellendo cornu truncam re[illegible] lit. Sup[illegible] *Qua trunca, gemituſq; deo Neptunius heros Cauſſa rogat frontis*. Philoſtrat. Iu-[illegible] r. Læua correpto cornu dextero, alterum claua [illegible] emporibus radicitu[illegible] auul[illegible] it, atque inde ille ſan-[illegible] po[illegible] is, quàn[illegible] ca[illegible] tatu[illegible] es em[illegible] a-nimū d[illegible] pondens [illegible] s v[illegible] o facinore exhila-ratos in Deiani[illegible] ocul[illegible] & claua quid[illegible] m [illegible] co in terra[illegible] de[illegible] a c[illegible] top[illegible] nit an[illegible] A-chel[illegible] cornu, tanq[illegible] am [illegible] n[illegible] nup[illegible] iarum dona.

[illegible] D[illegible] V E[illegible] PIA [illegible] R V [illegible]] Vi[illegible] ep[illegible] œmi[illegible] C[illegible] *ac i nu* S[illegible] fu[illegible] u [illegible] l[illegible] Had. lu[illegible] A[illegible] N[illegible] præter-[illegible] l[illegible] leg[illegible] pu[illegible] [illegible] b. [illegible] 8. *Bona copia* eſt a[illegible] d[illegible] dea, [illegible] Amalt[illegible] eæ, vel A[illegible] ie-l[illegible], dic[illegible] one, vt *bonus euentus*. & a-l[illegible] & [illegible] *bona alia*, quæ [illegible] uphe-mi[illegible] ſic[illegible] at N[illegible] & [illegible] co[illegible] hitur ſat. 2 l[illegible] *Mala [illegible] ia quando [illegible] m[illegible] ducta ſtomachum*. [illegible] quam & [illegible] di[illegible] nt, vt *cornucopia* S[illegible] *quam* [illegible] iam q[illegible] ē[illegible] non erant olebant n[illegible] c[illegible] ndo alli[illegible] nab[illegible] ne, b[illegible] vnd. æ al[illegible] num [illegible] u[illegible] e[illegible] *hæ* [illegible] x [illegible] uod [illegible] ter Corn[illegible] e[illegible] mbuit, vt quidq[illegible] uæ hu[illegible] c ho-no[illegible] ſt. [illegible] ide Claudinm Mi-n[illegible] emblema Al[illegible] XV[illegible].

87 [illegible] T NYMPH[illegible] ETY [illegible] V[illegible] INCT DIAN. &c.] L br[illegible] uper ore a[illegible] u[illegible] en[illegible] bus Ach[illegible] & The-ſeo c[illegible], [illegible] ſe[illegible] xii[illegible] n[illegible] ph[illegible]. Hoc re-petens ad[illegible] rum [illegible] od deſider[illegible] b[illegible] he-ſeus, ſpe[illegible] and[illegible] at [illegible] le hoc [illegible] um cornu, ab Hercule d[illegible] fra[illegible] un, & in eo [illegible] m nom, *ὑπερβολικῶς*, m[illegible] ltos & vari[illegible] s[illegible] u[illegible] quales au-ctumno colliguntur pro menti[illegible] ſecundis, de qui-bus nihil adhu[illegible] m.

93. L[illegible] X[illegible] V[illegible] ET P[illegible] T[illegible] O, &c.] D[illegible] biterunt ſub n[illegible] ctem q[illegible] otam in epu[illegible] & audiendis narrat[illegible] bus Ach[illegible] exegerunt l. 8.

Iamq; duas l[illegible] cis par[illegible] te m[illegible] nſo,
Ibi[illegible] uere tori [illegible] m tom[illegible] al[illegible] orum.

P[illegible] IM[illegible] F[illegible] ERENT[illegible] CA[illegible] VM. S[illegible] TE] *Primum ſol*, eſt primum a[illegible] ſol[illegible] q[illegible] in iugis mon-ti[illegible] a[illegible] num qu[illegible] radiis primùm col-luſtratur, & hac primam colluſtrationem appellat primum ſolē, eo modo, quo dicimus primo dilu-culo, primo mane, prima, extrema nocte, &c. Virg. 12. *Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine mõtes Orta dies.*

94. NEQ ENIM D. FLVM. PACEM, &c.] Monuerat Theſeum Achelous, ne ſe in tanta inundatione & illuuie aquarũ periculo obiiceret, exſpectaret, ad ſe in hoſpitium diuertens: *Solito dum flumina currant Limite: dum tenues capiat ſuus alueus amnes*. Verum hęc mora dierum plurium, neque ex re hoſpitum fuiſſet. Igitur antequam ſubſiderent aquæ, quò tendebant, orta luce proficiſci perrexerunt. A

96. VVLT. ACH[illegible]LO. ABEST. &c.] Caput eum altero cornu lacero ſub vndas retulit in domicilium videlicet ſuum. *Agreſtis* autem, quia cornutus, ſeu μονόκερως, & ipſe alioqui deus ruſticus & agreſtis. Deianira in epiſt.

Cornua flens legit medijs Achelous in vndis,
Truncaq; limoſa tempora merſit aqua.

Claudian. de laudibus Serenæ, victoriam Herculis iſtam celebrans:

Herculeas vidit fluuio luctante palæſtras
Mænibus ex altis Calydon, pretiumq; laboris
Deianira fuit, cùm pectore victor anhelo
Alcides ſ[illegible] emeret, retroq; Achelous iret
Decolor: attonitæ ſtringebant vulnera nymphæ,
Sauciaque truncato pallebant flumina cornu.

98. HV[illegible] M[illegible] N[illegible] B[illegible] ATI, &c. Deformitas illata [illegible], [illegible]s audaciam & ſuperbiam aliqua[illegible].

99 [illegible] nih[illegible] in corpore præte[illegible]ea deerat.

CAPIT. [illegible] FRONDE SA[illegible]IG[illegible], &[illegible]] Fœditatem capi[illegible] ex ablato cornu, corona ſaligna, aut arundinea o[illegible]ultabat. Si[illegible] caluitium ſuum Iu[illegible]us Cæſar laurea geſtanda tegebat. Ita enim Sueton. cap. 45 *[illegible]rca [illegible]porum curam morſior, vt non ſolum tonderetur diligenter ac raderetur, ſed vellereretur etiam [illegible] vt quidam exprobrauerunt. caluitiq; verò deformitatem iniquiſsimè ferret, ſ[illegible]pe obtrectatorum iocis obnoxium expertus. Ideoq; & deficientem capi[illegible]um reuocare à vertice aſſueuerat, & ex omnibus decretis ſibi à ſenatu populoq; honoribus, non aliud aut recepit aut vſurpauit libentius, quam ius laureæ perpetuò geſtandæ.*

Suſpectum habens Herculem Deianira coniux de pellicatu, ſacrificaturo Neſſi centauri veſtem, ſanguine illius, & Lernæo imbutam veneno, quam ab eo pro antidoto aduerſus hoc genus amores acceperat, per Licham famulum tranſmittit. Quam vbi induit & ſanguis venenatus ex corpore incaluit, exardeſcens ignis miſerum ſenſim depaſtus eſt. In Iunonem, vt malo ſuo lætantem inuehitur, cui ſe penitus etiam perdendũ offert.

II. *LONGA fuit medij mora temporis: actaque magni*
Herculis implerant terras, odiumque nouercæ:
Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat
Vota Ioui, cùm fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas: QVÆ VERIS ADDERE FALSA
GAVDET: ET E MINIMO SVA PER MENDACIA CRESCIT,
Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.
Credit amans, Venerisque nouæ perterrita fama,
Indulſit primò lacrymis, flendóque dolorem
Diffudit miſeranda ſuum. mox deinde, Quid autem
Flemus? ait. pellex lacrymis lætabitur iſtis.
Quæ quoniam adueniet, properandum aliquidque nouandum eſt,
Dum licet: & thalamos nondum tenet altera noſtros.
Conquerar, an ſileam? repetam Calydona, morérne?
Excedam tectis? ac ſic nihil ampliùs obſtem?
Quid ſi me, Meleagre, tuam memorem eſſe ſororem?
(Forte paro facinus: quantúmque iniuria poſſit,
Fœmineúſque dolor, iugulata pellice teſter?
In curſus animus varios abit. omnibus illis
Prætulit imbutam Neſſæo ſanguine veſtem

Mittere,

Mittere, quæ vires deſecto reddat amori:
Ignaróque Lichæ, quid tradat neſcia, luctus
Ipſa ſuos tradit: blandiſque miſerrima verbis
Dona det illa viro, mandat. capit inſcius heros,
Induitúrque humeris Lernææ virus Echidnæ.
Thura dabat primis & verba precantia flammis,
Vináque marmoreas patera fundebat in aras:
Incaluit vis illa mali: reſolutáque flammis
Herculeos abijt latè diffuſa per artus.
Dum potuit, ſolita gemitum virtute repreſſit.
Victa malis poſtquam eſt patientia: reppulit aras,
Impleuitque ſuis nemoroſam vocibus Oeten.
Nec mora, letiferam conatur ſcindere veſtem.
Quà trahitur, trahit illa cutem (fœdúmque relatu)
Aut hæret membris fruſtra tentata reuelli:
Aut laceros artus, & grandia detegit oſſa.
Ipſe cruor, gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu, ſtridet, coquitúrque ardente veneno.
Nec modus eſt: ſorbent auidæ præcordia flammæ,
Cæruleúſque fluit toto de corpore ſudor,
Ambuſtique ſonant nerui: cæcáque medullis
Tabe liquefactis, tollens ad ſidera palmas,
Cladibus, exclamat, Saturnia paſcere noſtris:
Paſcere, & hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto,
Córque ferum ſatia: vel, ſi miſerandus & hoſti,
(Hoſtis enim tibi ſum) diris cruciatibus ægram,
Inuiſámque animam, noctémque laboribus aufer.
Mors mihi munus erit: decet hæc dare dona nouercam.

134 LONGA P. MEOII MORA TEMP.] multum temporis intereeſſit inter hane luctam Herculis & Acheloi, de qua iam audiuimus, & quę deinceps narrabuntur.

ACTAQ. M. HERCVL. IMPLER. TERRAS, &c.] Deianira in epiſtola:

Plus tibi quàm Iuno nocuit Venus: illa premendo
Suſtulit: hæc humili ſub pede colla tenet.
Reſpice vindicibus pacatum viribus orbem,
Quà latam Nereus cæruleus ambit humum.
Se tibi pax terræ, tibi ſe tota æquora debent:
Impleſti meritis Solis vtramq; domum.

Acta illa quæ fuerint, ex Mythologis auctoribus, Natali præſertim l.7.cap.1. & Gyrald. Syntagm.10. cognoſcas. Ex iiſdem quanta gloria apud omnes gentes floruerit. Non implerunt orbem terrarum ipſa acta, ſed actorum illorum fama omnes angulos peruaſit. Philipp.1. *Illi eam gloriam conſecuti ſunt, quæ vix cælo capi videatur.* Nónne videtur dicere, eam gloriam cælum impleuiſſe? hoc eſt, totum mundum, quem cælum ambit.

136 VICTOR AB OECHAL. CÆN. S. PARAB.] *Oechalia* vrbs Eubœæ, meminit Strabo l.10. cuius rex Eurytus. Ob filiam Iolen ſibi negatam Hercules eiuſdem filiis bellum intulit, captóque oppido Iolen abduxit, & in Cænæum promontorium abiit, vt ibi Ioui ſacra faceret. Cùm porrò in Oeta monte ſacrificans vitam finiuerit Hercules, & is mõs in Eubœa non ſit, quomodo Cænæo Ioui in Eubœa ſacrificauit? Famam hanc de ſuperinductu hoc loco falſam fuiſſe videtur dicere: quam tamen pro vera habuit, atque etiam in epiſtula vt veram illi obiicit Deianira, & vt mœchum reprehendit:

Gratulor Oechaliam titulis accedere noſtris,
Victorem victa ſuccubuiſſe queror.
Fama Pelaſgiadas ſubitò peruenit in vrbes
Decolor, & factis inficianda tuis.
Quem nunquam Iuno, ſerieſq; immenſa laborum
Fregerit, huic Iolen impoſuiſſe iugum.

138. QVÆ VERIS ADD. FALSA, &c.] l.12. vbi domus Famæ deſcribitur: *Miſtaq; cum veris paſſim commenta vagantur.* Æneid.4. *Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuntia veri.* Ibid. *Vireſq; acquirit eundo.* Silius l.6. *Vera ac ficta ſimul ſpargebat fama per vrbes.*

141. CREDIT AMANS] lib.7. *Credula res amor eſt.*

142. INDVLSIT PRIMO LACRYMIS] Vt iniuriam paſſa grauiſſimam. ſicut verè eſt, dolorem concepit ingentem, & in lacrymas eruptit.

FLENDOQ. DOL. R. DIFFVD. SVVM] leniuit, conſolata eſt, minuit, iuxta illud 4. Triſt. eleg.3. *Expletur lacrymis, egeriturq; dolor.* Hermione Oreſti: *Flere licet, flendo certè diffundimus iram.*

 144. PEL-

144. Pellax lacrym. lætab. istis] Qui inuident, aut alioqui parum amici ſunt, ſicut ex commodis alienis mœrent, ita ex incommodis gaudẽt. Quocirca diſſimulandus eſt ſæpe dolor, & cohibendæ lacrymæ, ne illis exultandi materia præbeatur. Neſtor ille ſuauiloquus Iliad. *α*. Achillem & Agamemnonem ſummos duces in concordiam reducere ſatagens, hoc argumento vtitur, quòd eorum diſcordia & inimicitiæ hoſtibus Troianis lætitiam paritura ſit. Verſus appono:

Ὦ πόποι, ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει.
Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες,
Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ,
Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν,
Οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ᾽ ἐστὲ μάχεσθαι.
Heu mihi, qui fletus, qui mœror Achaida terram
Afficiet, quàm res Priamo feret iſta ſuauem
Lætitiam, Priamoq́; ſatis? quàm Troes, & omnis
Troia gaudebit tellus, animoſq́; ſuperbè
Efferet hoſtiles, vbi vos decernere pugna
Verborum audierint, ſtudijſq́; ardere nefandis
Irarum atque odij, qui cunctis rebus Achiuis
Præſtatis, ſeu conſilio, ſeu bella gerendo
Rem tenuiſſe opus eſt?

Reprehendit hanc *ἐπιχαιρεκακίαν* Terent. Andr.

Hoccine eſt credibile, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet,
E malis vt gaudeat alienis?

145. Properand. aliquioq. novand. &c.] quippiam noui & inexſpectati, & properatò audendum eſt, quod vtriq; doleat, & me vlciſcatur, antequam in thalamum noſtrum penetret, quam
C adducit. Nam Tiryntha, vbi tum ipſa manebat, venturam arbitratur.

147. Conqverar, an sileam, &c.] Iſtiuſmodi deliberationes, & animi ſe in vtramque partem verſantis exempla ſunt crebra in hoc opere. Medeæ in 7. Scyllæ, Althææ in 8. Byblidis in hoc ipſo, Myrrhæ & Atalantę in 10. Quęrit ergo ſecum Deianira, quid agat potiſſimùm in hac calamitate ſua, lamẽtetúrne, an diſſimulet; domúmne ad ſuos redeat, an maneat quidem, ſed non in iiſdem ędibus: an occidat pellicem. Tandem decernit melius fore, ſi Herculi veſtem Centauri mittat, qua indutus animum ſibi, & fidem coniugalem deſerta Iole reſtituat: etſi Hercules pro alia, qua in ſacris vti ſolitus erat, Licham ſeruum miſerat. Futurum autem, quod factum poſtea cognouit, de exitio mariti
D per veſtem illam, non eſt ſuſpicata.

Repetam Calydona] patriam meam, Ætoliæ vrbem, vnde nuptum Herculi data ſum.

148. Ac sic nihil amplivs obstam?] contenta exceſſiſſe his ædibus, adulteros nihil impediam.

149. Meleagri t. mem. esse sororem, &c.] Quid ſi palàm fatear, me vt natura & genere, ita quoq; generoſitate animi ſororem eſſe Meleagri, incipiam, audeamque magnum facinus, quo doceam, quantum ob matrimonium violatum fæmineus dolor poſſit, & ita interficiam pellicẽ meam, cum dolore pſeudomariti, mei autem legitimi; ſicut ille auunculos ſuos, matre quamuis præ dolore tabeſcente, trucidauit?

150. Qvant. injvr. p. fæmin. dolor] quantum poſſit, ſeu quantum ſæuiat fœmina dolens ob irrogatam ſibi thalami iniuriam. Virgil. 5. de rogo, quem in diſceſſu Carthaginem reſpiciens videbat
A Æneas, & Didone, eius diſceſſu vehementiſſimè commota:

——— Quæ tantum accenderit ignem,
Cauſſa latet: duri magno ſed amore dolores
Polluto, notumq́; furens quid fœmina poſſit,
Triſte per augurium Teucrorum pectora ducunt.

152. In cvrsvs anim. varios abit] venuſtè, pro, ancipiti cogitatione huc illuc diſtrahitur. Virgil. eandem ſententiam ſic extulit:

Atq́; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In parteſq́; rapit varias, perq́; omnia verſat.

Iſtos curſus animi *διανοίας* dicunt Græci, Cic. *Agitationes mentis, ratiocinationes*. Barbari *diſcurſus*.

154. Qvæ vires defecto reddat amori] Cùm Hercules, Neſſum Centaurum ſagitta tuendæ ab eo vxoris pudicitiæ traieciſſet, moriens ille donauit mulieri tunicam, quam huic vſui futuram
B pollicitus eſt. Sic enim narrat poëta:

Haud tamen effugies, quamuis ope fidis equina;
Vulnere, non pedibus te conſequar. Vltima dicta
Re probat, & miſſa fugientia terga ſagitta
Traijcit. exſtabat ferrum de pectore aduncum,
Quod ſimul euulſum eſt, ſanguis per vtrumq́; foramẽ
Emicuit, miſtus Lernæi tabe veneni.
Excipit hunc Neſſus: neque enim moriemur inulti,
Secum ait, & calido velamina tincta cruore
Dat munus raptæ, velut irritamen amoris.

Vbi Deianiram vocat raptam, non quòd Centaurus illam rapuiſſet; offerenti enim ſe Hercules per flumen traducendam commiſerat: ſed quòd eam Hercules certamine & vi acquiſierat.

155. Ignaroq. Lichæ, qvid trad. nescia] Lichas neſciebat ſe apportare domino ſuo peſtem in tunica illa, & idipſum quoque domina ignorabat, credula Centauro, qui miſeram feſellit, & necem ſuam per illam vlciſci, & Herculem viciſſim perdere voluit: & proceſſit res ex ſententia.

Lvctvs ipsa svos tradit] Quod in tempus opportunum ſeruauerat, tradidit ei ferendum, vnde materiam luctus nacta eſt, viro miſerabiliter & crudeliter extincto.

157. Capit inscivs heros, &c.] nihil mali de vxore ſuſpicans, tametſi quã petiuerat, quaq́; aliàs ſacris operãs vtebatur, veſtẽ non mitteret, ſed aliã.

158. Lernææ virvs Echidnæ] tunicam hydræ in Lernęa palude latitantis veneno perfuſam. Sagittæ namque Herculis eô veneno tinctæ fuerunt; ex ſagitta autem qua illum fixit, Neſſi veſtis peſtem contraxit.

159. Thvra dabat, et verba, &c.] cum precibus, ſeu cum gratiarum actione, pro re fœliciter geſta, & reditu fauſto, thura primo foco, ſeu primis, non medijs inijciebat ignibus.

160. Vinaq. marmor. pater. f. in aras] in arã de lapide conſtructam & thura & vinum ſpargebat. Ad pleraq; ſacrificia vinum adhibebatur, & illa *θυσίαι οἰνόσπονδοι*, quę autem vino carebant, *ἄοινα*, & *νηφάλια*, *vino carentia*, & *ſobria* dicebantur. Quanquam lege Numæ Pompilij ex imputata vite vinum libare nefas erat.

161. In cal. vis illa mali, &c.] Sophocles Tragœdiam fecit *Trachinias*, in qua inducitur Hercules ardere in illa veſte, ac proinde lamentatur multis verſibus, quos Cic. 2. Tuſcul. latinè reddidit, cum hac præfatiuncula: *Sed videmus Herculem ipſum, qui tum dolore frangebatur, cùm immortalitatem ipſam*

ipſam mortẽ quæreba. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachinijs edidit? cui cùm Deianira ſanguine Centauri tinctam tunicam induiſſet, inhæſiſſetq́, illa viſceribus, ait ille:

O multa dictu grauia, perpeſſa aſpera,

Quæ corpore exanilato, atque animo pertuli, &c.

Et Ciceroniana cum Sophocleis, & vtraq; cum Ouidianis comparet, cui tantum eſt otij; nos ſpicas legimus, meſſem non facimus: ſed & laborem nobis ademit Schottus noſter, qui libro 4. Tullianar. Quæſtion. c. 11. diligenter loca commiſit, contenditq; fide cum M. Tullio in interpretando τῷ πάνυ.

Resolvta q. flammis, &c.] Cõcreuerat cruor ille virulẽtus, quem ex[?]iſtens à membris Herculeis calor reſoluit, qui ſolutus incaluit magis, calore intolerabili, ſeque per corpus diffudit. Vide adagium *Ardens tunica*, Cent. 5. nu. 33. apud Zenobium, ſeu Zenodotũ, ab eodem Schotto noſtro editum, vbi tota fabula de Neſſo Centauro & Deianira Herculis nupta dilucidè exponitur. B

163. Dvm pot. solit. gemit. virtvte repressit] Sic Meleager l. 8. dum fatalem illum titionem vreret Althęa mater, quamuis & ipſe cęcis ignibus torreri viſcera ſentiret, magnos ſuperabat virtute dolores. Simile Mutius Scæuola, dum dexteram, quòd ictu à rege Porſena, quem obtruncatum venerat, aberrauerat, in foculũ, quaſi pœnas exacturus, ingeſſit. Fecerunt idem multi & Romani, & Barbari, vt in acri dolore gemitum continerent: nec viri modò, ſed fœminæ quoque. Vide Valer. l. 3. cap. 3. Lege item Emblema Alciati xxis. de Leæna meretrice torta fidiculis, & in id Claudium Minoëm. De Chriſtianis ſuperuacuum eſt dicere.

164. Victa mal. est patientia] non enim è ſcopulis, aut è chalybe nati ſumus, vt qualemcunque & quantumcunq; cruciatum ſilentio perferre poſſimus, etiam pei diu. C

165. Impleuitq. nemoros. vocib. Oeten] Diodorus lib. 5. Herculem affirmat poſt veſtem indutam, & venenum intra acceptum Licham primò occidiſſe; tum demiſſo exercitu Trachiniá veniſſe, morboq; in dies aggraueſcente, miſſis ad Apollinem Delphicũ Iolao & Lycimnio remedium ſciſcitatum, atque ita demum Oetam conſcendiſſe. Affert hæc ea eodem, & argumento Trachiniarum, in Additionibus ad Raphaëlis Commẽt. Iac. Micyllus quęrens, quo pacto Hercules, cùm in Eubœa ſacrificaret, ſubitò in continentem venerit, ibique eiulatu ſuo montem Oetam impleuerit, de quo & ſuprà nonnihil. Clamorem iſtum, ecce quã egregiè amplificet Seneca in Hercule Oetæo: D

—— Sic calam horrido

Clamore replet: quale impreſſa fugax

Taurus bipenni, vulnus & telam ferens,

Delubra vaſto trepida mugitu replet,

Aut quale mundo fulmen emiſſum tonat:

Sic ille gemitu ſidera & pontum ferit.

Et vaſta Chalcis ſonat, & voces Cyclas

Excepit omnes. Hinc petra Caphareides,

Hinc omne voces reddit Herculeas nemus.

166. Lætiferam conat. scind. vestem] abrumpere à corpore, cuius membris adeò tenacius inhærebat, vt vel neutiquam, vel niſi cum carne ipſa fruſtulatim poſſet auelli.

170. Ips. crvor gelido, &c.] A fabris ferrariis ſimilitudo, ad exprimendum ſtridorem bullientis vt veneni ſanguinis. Candens adhuc ferrum in aqua frigida intingunt & reſtinguunt. A

172. Sorbent avidæ præcord. flammæ] non exteriora tãtummodo, ſed interiora quoque, & ipſa viſcera malũ illud exurebat & abſumebat.

173. Cærvlevsq. f. &c. svdor] colorem liuidum ſudori humor venenatus admiſtus reddebat.

174. Cæca tabe] quippe in præcordijs, & intra corpus. *Cæcam* poëtis quod latet, quod non manifeſtum eſt ſenſui, quod non apparet.

175. Tollens ad æth. palmas] 1. Æneid. *Ingemuit, & duplices tendens ad ſidera palmas.*

176. Cladib. Satvrn. pascare mostris] Inſultatio, qua dum Iunoni ſe innixum & exoſum eſſe demonſtrat, ipſam in ſummum odium, vt immanem proſus rapit: Niobe inter filiorum ſuorum tot funera l. 6.

Paſcere crudelis noſtro, Latona, dolore,

Paſcere, ait, ſatiaq́, meo tua pectora luctu,

Corq́, ferum ſatia.

177. Et h. fest. specta crvd. ab alto] Oblecta te hac peſte mea, tanquam iucundo quodam, & pridem deſiderato tibi ſpectaculo.

178. Corq. fervm satia] ſpecta vſque ad ſatietatẽ. Exple mentem tuam crudeliſſimam intuẽdo cum voluptate dolorem meum acerbiſſimum.

Vel si miserand. et hosti] ſi ſum miſerandus hoſti, tibi ſcilicet hoſti meæ, ſi potes miſereri mei quamuis hoſtis; miſeretenim hoſtes hoſtium in miſeria ipſorum & calamitate atrociſſima, niſi omnem humanitatis ſenſum penitus proiecerint. Quòd addit, *Hoſtis enim tibi ſum*, per anaſtrophen eſt pro, tu enim mihi hoſtis es, tu me odiſti, non ego te. 1. Æneid.

—— Quis talia fando

Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyſſi

Temperet à lacrymis?

Et Anchiſes ſub extremum:

Sic ô, ſic poſitum affati diſcedite corpus:

Ipſe manu mortem inueniam, miſerebitur hoſtis,

Exuuiaſq́, petet.

Hinc prouerbium: *Vel hoſti miſerandus*, quo vtitur de Niobe lib. 6.

180. Natamq. laborsavs] Ob infinitas pæne ærumnas, quibus iactatus eſt, videri poteſt tantùm ad hoc natus, vt ita pateretur. Valdè idoneos tractandis quibuſdam rebus, aut certis ſtudiis dediſſimos ſolemus dicere ad eadem natos. Triſt. 4. eleg. 10. de ſuo fratre, eloquentiæ cupidiſſimo:

Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo,

Fortia verboſi natus ad arma fori.

Cic. in Piſon. *Ille gurges, natus abdomini ſuo, non laudi atq, gloriæ*. In Bruto: *Cn. Pompeius vir ad omnia ſumma natus.* Verrin. 4. *Reperiebam hunc ad iſtas flagitioſas libidines natum atque aptum eſſe.*

181. Mors mihi mvnvs erit] 1. Triſt. eleg. 2. in tempeſtate turbidiſſima, dũ nauigaret in exilium:

Nec letham timeo: genus eſt miſerabile lethi:

Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Horret natura humana diſſolutionẽ ſui, & interitũ vehemẽter: at longè tamen vehementiùs diutiſſimorũ caſuũ diuturnitatem, quæ mortẽ optabilẽ facit.

Decet hæc dare dona novercam] Nouercæ ſunt iniuſtæ plerũque, & inſenſę ea alia vxore natis marito liberis. Sicut igitur amantes decet dare dona amabilia, ita odientes odioſa & horribilia, quæ ſunt δῶρα ἄδωρα.

Ad indignitatem rei exaggerandam labores ſuos tam glorioſos recenſet Hercules. Cruciamentum ſuum iterum deplorat. Oetam gemens, ac dolore furens concurſat. Licham, vt exitiabilis huius muneris miniſtrum in Euboicum pelagus iacit. Is in ſcopulum verſus, hominis figuram præ ſe fert.

III.

ERGO ego fœdantem peregrino templa cruore
Buſirim domui? ſæuóque alimenta parentis
Antæo eripui? nec me paſtoris Iberi
Forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, mouit?
Vóſne manus validi preſſiſtis cornua tauri?
Veſtrum opus Elis habet, veſtrum Stymphalides vndæ,
Partheniúmque nemus: veſtra virtute relatus,
Thermodontiaco cælatus baltheus auro,
*Pomáque ab inſomni * non cuſtodita dracone.* *malè cuſtodita
Nec mihi Centauri potuere reſiſtere, nec mi
Arcadiæ vaſtator aper: nec profuit hydræ
Creſcere per damnum, gemináſque reſumere vires.
Quid? quòd Thracis equos humano ſanguine pingues,
Plenáque corporibus laceris præſepia vidi,
Viſáque deieci, dominúmque, ipſóſque peremi.
His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis;
[His Cacus, horrendum Tiberino in littore monſtrum.]
Hac cælum ceruice tuli defeſſa iubendo eſt
Sæua Iouis coniux. ego ſum indefeſſus agendo.
Sed noua peſtis adeſt: cui nec virtute reſiſti,
Nec telis, armíſque poteſt. pulmonibus errat
Ignis edax imis, pérque omnes paſcitur artus.
At valet Euryſtheus: & ſunt, qui credere poſſint
Eſſe deos, dixit: pérque altam ſaucius Oeten
Haud aliter graditur, quàm ſi venabula taurus
Corpore fixa gerat, factíque refugerit auctor.
Sæpe illum gemitus edentem, ſæpe trementem,
Sæpe retentantem totas infringere veſtes,
Sternentémque trabes, iraſcentémque videres
Montibus, aut patrio tendentem brachia cælo.
Ecce Licham trepidum, & latitantem rupe cauata,
*Aſpicit: vtque dolor rabiem collegerat * omnem,* *ingens,
*Túne, Licha, dixit, * feralia dona dediſti?* *funalia
Túne meæ necis auctor eris? tremit ille, pauétque
Pallidus: & timidè verba excuſantia dicit.
Dicentem, genibúſque manus adhibere parantem
Corripit Alcides: & térque quatérque rotatum
Mittit in Euboicas tormento fortiùs vndas.

Ille

Ille per aëreas pendens induruit auras.
Vtque ferunt imbres gelidis concreſcere ventis:
*Inde niues fieri: niuibus quoque * molle rotatis* *mole
Aſtringi, & ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum validis iactum per inane lacertis,
Exanguemque metu, nec quidquam humoris habentem
In rigidos verſum ſilices prior edidit ætas.
Nunc quoque in Euboico ſcopulus breuis eminet alte
Gurgite, & humanæ ſeruat veſtigia formæ:
Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare verentur,
Appellántque Lichan.

181 ERGO EO FOEDANTEM, &c.] Labor I. Res indigniſſima, de humano genere tam eximie meritum, & præmijs dignum ampliſſimis, immò cælo ipſo, tantopere vnius ob iră excruciati. Quid præſtiterit, quos labores exhauſerit cum admiratione hominum, & magna ſua gloria, commemorat Poëta, & præcipuos tantũ, numero 17. quos & Virg. percurrit l. 8. Æneid. ſed 12. dũtaxat, vbi nos in Symb. eoſdem à poëtis diuerſis decãtatos lectori quaſi ſub aſpectum ſubiecimus. Inuenies eoſdem apud Apollodor. l. 2. & apud Scholiaſten Apollonij l. 4. Natal. lib. 7. c. . Silius, in foribus templi eius Gaditani cælatos, ſed non plus decem, quorum vltimus conflagratio in monte Oeta. Fertur item de laboribus & laudibus Herculeis oratio Ariſtidis l. 1. Proponuntur ijdem in 4. Antholog. ab incerto auctore, vbi falsò adijcitur in fine laborem eius decimum tertium, eumq; iure prædicandũ fuiſſe, quòd Theſtij, ſeu Theſpij filias quinquaginta, vna nocte iniuerit. Id quod & D. Nazianzenus, aut ex Protreptico Clem. Alexãdrini, aut ex hiſtoria Herculis, quæ ſanctiſſimo & noſtrarum quoq; litterarum ſcientiſſimo viro, vt alia mythica, minimè incognita fuit, his verbis teſtatur, non ſine riſu vtriq; ſuo: *καὶ ἆθλον τρισκαιδέκατον, τὰς πεντήκοντα, ἐν μιᾷ νυκτὶ τὰς Θεστίου πεντήκοντα θυγατέρας.* Hoc tamẽ alij 7. diebus factum ſcribunt; quamuis alioqui 50. fœminas vna nocte, vt 100. virgines ſacratas Proclus Imp. diebus 15 compreſſerit. Fuit enim magnus ille mõſtrorum domitor, latronumque & maleficiorum vindex in amores pronior: nec ſibi imperare potuit, quominùs fœminis ſeruiret ſeruitutẽ effœminatiſſimã & turpiſſimam. Quam mollitiem ei cõiux Deianira exprobrat in epiſtola. Extat denique poëmatium ſeparatum de laudibus Herculis Claudiani. De eodem præfat. in 2. de Raptu. De eo iudiciũ Lactantij Firmiani placet adſcribere ex c. 9. l. 1. *Hercules, qui ob virtutem clariſſimus, & quaſi Africanus inter deos habetur, nonne orbem terræ, quem peragraſſe & expurgaſſe narratur, ſtupris, libidinibus, adulterijs inquinauit? Quid tandem potuit in eo eſſe diuini, qui ſuis ipſe vitijs mancipatus, mares & fœminas, contra omnes leges infamia, dedecore, flagitio affecit? Sed ne illa quidẽ quæ magna & mirabilia geſſit, talia iudicanda ſunt, vt virtutibus diuinis tribuenda viderẽtur. Quid enim tam magnificum, ſi leonem aprumq; ſuperauit? ſi aues ſagittis deiecit? ſi regium ſtabulum egeſſit? ſi viraginem vicit, cingulumq; detraxit? ſi equos feroces cum domino interemit? Opera ſunt iſta fortis viri, hominis tamen. Illa enim quæ vicit fragilia & mortalia fuerunt. At animum vincere, iracundiam cohibere, fortiſſimi eſt: quæ ille nec fecit vnquam, nec potuit.* Lege quæ ſequuntur. Occurrit adhuc de labore illius XIII. quiddam ridiculum Diagoras Melios ille *ἄθεος*, cùm ad cœnam coquendam nihil penitus lignorum ſuppeteret, præter idolum Herculis ligneum. *Age, Hercules,* inquit, *certamen nobis obito decimum tertium, & lentem iſtam excoque.* Nunc ſingulos conſiderare aggrediamur. De *Buſiride Ægypti rege*, eiuſq; crudelitate vide Gyrald. Quare *illaudatum* vocet Virg. 3. Georg. dictum à me in Symb. Ad ingenij & eloquentiæ oſtentationem admirabilia & inſana argumenta tractabant nonnunquam Sophiſtæ. Talis laudatio *Buſiridis* apud Iſocratem. *Peregrino templa cruore fœdabat*, quoniam Ioui hoſpites mactabat.

183. SÆVOQ. ALIMENT. PARENT. ANTÆO ERIP.] *Antæus* Neptuni & Terræ filius, in peregrinos ſæuus & immanis, quos ſecum luctari coactos ſtrangulabat. Miranda illius proceritas, cubitorum ſexaginta, auctor Plutarch. in Sertorio. Quid phyſicè ſibi velit, *Antæum* valentius pugnaſſe, quoties proſtratus terram contigiſſet, vnde illi vires & robur à matre ſemper nouum addebatur, docet ex Ammonio & Ariſtotele Chriſtoph. Rufus in Antexegemat. Vide Theſauri Critic. tn. II. *Terra filium* ideo dictum prodidit Procop. 4 de bello Vand. quia Tingitani, quorum rex Antæus, ſeſe veros *αὐτόχθονας* & indigenas gloriabantur. In certamen hoc extat elegans epigramma Diotimi l. 1. Anthol. tit. 1. *εἰς ἀγῶνας καὶ ἀγωνιστάς* *in certamina & certatores.* Facit Herculem Argiuum de quo alij viderint, niſi, vt ſæpe, *Argiui* nomine Græcus intelligatur:

Τὰν ἥβαν ἐς ἄεθλα πάλας ἤγαγον κραταιᾶς
Ἀντ' Ποσειδᾶνος, χὠ Διὸς αἱ γενεά.
Κεῖται δ' ἐ σφιν ἀγὼν ὁ χαλκέος ἀντὶ λέβητος,
Ἀλλ' ὅστις ζωὰν οἴσεται ἢ θάνατον.
Ἀνταῖος τὸ πέσημα πρέπει δ' Ἡρακλέα νικᾶν
Τὸν Διὸς Ἀργεῖον ἀ πάλα, οὐ Λιβύων.

Conuertit Politianus:

Incaluere animis dura certare palæſtra,
Neptuni quondam filius atque Iouis.
Nec certamen erant operoſo ex ære lebetes:
Sed quod vel vitam, vel ferat interitum.
Occidit Antæus Ioue natum vincere fas eſt,
Eſtq; magiſtra pales Græcia, non Libya.

Herculis lucta cum Antæo pugnam rationis cum appetitu *ἱερογλυφικῶς* ſignificat, de qua vide Cælij Aug. Cur. hieroglyphicõn libr. priorem in Hercule. CHRISTO à terra, vt prædixerat, ſublato Antæi fabulam applicat Euſebius Gallicanus (qui malè

mal; E[illegible] eſt habitus) ſermone quodam ad populu[illegible]

184. N[illegible] PASTOR IBERI FOR. T[illegible] II. Ger[illegible] boues a[illegible] Hercules [illegible] mum. F[illegible] hic [illegible] th[illegible] Fingitur [illegible] ſp[illegible] ra res, tanta euco[illegible] ba, v[illegible] nan m[illegible] viderentur. Hic iſtoc abigeam P[illegible] eg. 10. l. 4.

Amphitryoniade qua [illegible] iuuencos
Egerat a ſtabulis ô Erythea tuis,
Venit ad inuictos [illegible] montes,
Et ſtatuit [illegible]

Liuius lib. 1. ab V. C. *Sacra [illegible] ritu [illegible] Herculi, vt ab [illegible] fuit [illegible] ea loca [illegible] ne interrempto boue [illegible] memorant, ac pr[illegible] eum [illegible] agens nando traiecerat, [illegible] vt quiete, [illegible] pabulo læto reficeret boues* &c.

18[illegible] TRIPLEX T. CERB[illegible] MO VI. [illegible] propter tria capita, vnd[illegible] & tri[illegible], triſaux [illegible] T[illegible] ll. eleg. 4. [illegible]

Nec canis anguinea redimitus terga caterua,
Cui tres [illegible] linguæ, [illegible] caput.

Et tartareus cuſtos. Idem el[illegible] 1.

Tum niger in porta [illegible] Cerberus ore
Stridet, & aratas excubat ante fores.

De eodem ab Hercu[illegible] abſtr[illegible] ac ad ſuperos deducto Sophocles apud Ci[illegible]. 2. Tuſculan.

Hic e tartarea tenebrica abſtractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem.

Multo autem luculentius noſter Natal. l. 7.

—— Specus eſt tenebroſo cæcus hiatu,
Et via declinis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraq́; diem, radioſq́; mi[illegible] antes
Obliquantem oculos nexis adamante catenis
Cerberon attraxit: rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.

186. V[illegible] MAN. VALID. PRES[illegible] C. TAV[illegible] V. Cùm M[illegible]nos toti mari, quod Græciam al[illegible], imperaret, nihilo maiorem honorem N[illegible]ptuno, quàm diis cæteris impertiuit. Quare i[illegible]tus Neptunus, taurum hunc ign[illegible]em efflante[illegible] in eius regi[illegible] immiſit. Alii dixe[illegible]nt vouiſ[illegible] quod prim[illegible] ſe obtuliſſet, atque hunc taurum in ſua arm[illegible]ta ſeruaſſe: quare Neptunum [illegible]em im[illegible], vt omnia deuaſtaret. Hunc [illegible] Hercules viuum in P[illegible] [illegible] Ex N[illegible].

187. VE[illegible] E[illegible] VI. *Augiæ* re[illegible] fl[illegible] hab[illegible] [illegible]geſ[illegible] quan[illegible] b[illegible] an[illegible] redd[illegible] H[illegible] pu[illegible] auit, qui Alpheo fluuio [illegible] p[illegible] Prouerbium, *Augiæ ſtabulum repurgare.*

V[illegible] STYMPH[illegible] VII. Cùm aud[illegible] *Stymphalum* Arcadiæ l[illegible]cum aues eſſ[illegible] quæ hum[illegible]ibus veſcerentur [illegible]d has cæd[illegible] ſtuſſus [illegible] eceſſit. Plura de his [illegible] ſcribantur fuiſſe ſimi[illegible] gruum magnitud[illegible]e, [illegible]ſtro val[illegible]re, nec adun[illegible], inuaſiſſe venatores, & pleruumq[illegible] ſſ[illegible], per[illegible], etiam æneis & [illegible]cis. [illegible] Rh[illegible]di[illegible] l. 6[illegible]

188 P[illegible] Q[illegible] VII. *Parthenius* mons Arca[illegible] mont[illegible]um, à virgi[illegible]ibus ſic dictus, quæ in eo [illegible]equenter venatibus daret operam [illegible] os æneis, & aureis [illegible]ibus ceruā cepit & [illegible]. Aliter rem narrat Natalis.

189. [illegible] IX. [illegible] Th[illegible] [illegible] tum [illegible] l. 2. [illegible] Amaz[illegible] reginæ [illegible] aud[illegible] tur C[illegible] H[illegible] A mazun[illegible] c[illegible] ribus, re[illegible] lyteu[illegible] ex[illegible] co[illegible]

[illegible] IN. V[illegible] N[illegible] *Hesperides* fu[illegible] 3. fecu[illegible] qu[illegible] H[illegible] Atlantis, in q[illegible] in[illegible] Africa poma aurea à pe[illegible] Typho[illegible] na, q[illegible] pr[illegible] habe[illegible] cuſto[illegible] Fum p[illegible]rd[illegible] & poma [illegible] At hæc [illegible] fu[illegible] [illegible] ad[illegible] que. Vi[illegible] Gyrald[illegible] C[illegible] ex[illegible]

Hic interemit tortu[illegible]
Draconem, auriferam obtutu [illegible] eruans [illegible].

[illegible] N[illegible] C[illegible] pug[illegible] iſta, & qui inſig[illegible] ge[illegible] lem. Cic. ex S[illegible]ph[illegible] *Nam [illegible] Centaurus iſtis corporis inſ[illegible] bis corporeis afflixit [illegible] Vir[illegible] 8 [illegible] ctæ bimembres H[illegible] [illegible] manu [illegible] Elas Prodes sa Bi[illegible] bimembr[illegible], q[illegible]* homi[illegible] c[illegible]mpoſiti. [illegible] be[illegible] p[illegible] Iunoni ob[illegible] p[illegible]ge[illegible]

192. ARCADIA [illegible] manthus Arcadiæ mons [illegible] qui [illegible] m[illegible] vaſt[illegible] humeris ad Euryſth[illegible] oc[illegible] vt videtur di[illegible] *Eryman[illegible] ſtiſſ[illegible]am abiecit belluam:* [illegible] in occ[illegible] [illegible] ſcribus[illegible] mium.

N[illegible] FVIT HY[illegible] SCEBE P.O[illegible] VIII *Hydra* [illegible] mo animal, & [illegible] hom[illegible] omnia d[illegible] pe[illegible] ti[illegible] itimos crud[illegible] h[illegible] amputato [illegible] ex[illegible] b[illegible] di[illegible] ere Ouid. *Gem[illegible] mere* [illegible] cum Acheloo luctatu[illegible] boie[illegible] explic[illegible] vbi duo cap[illegible] tena[illegible], *geminos heredes* nominauit.

194. THRACIS Q[illegible] med[illegible] Thraciæ rex [illegible] ciſſimo [illegible] & ſpi[illegible]es, captiorum h[illegible] d[illegible] ni[illegible] bat. Quos [illegible] ad [illegible] Eury[illegible]eus profectus [illegible] ipſum pri[illegible] equis ſuis [illegible] bie[illegible] d[illegible] duxit, ſiue, vt al[illegible] d[illegible] Ouid *Dar[illegible]* [illegible] n[illegible] A[illegible] q[illegible] eru[illegible] omnes eq[illegible] ct ba[illegible] quien[illegible]d [illegible]

[illegible]

Latinè [illegible] reddidi

Omnem Aſiam metu quidam dum perculit hoſtes,

... ſæuire hominum in corpora ſueuit, equus,
Quadrupedes animum ſubeunt Diomedis atroces:
Herculeas igitur nunc peto ſuppetias.

... MOLES NEMEÆA] XV. *Leo*, qui in ſylua Nemea vagabatur. Cuius pellis nullo erat ferro penetrabilis: ita enim Iuno inſtituerat. Cùm enim Hercules ſagittas multas fruſtra iecisset, vbi ad clauam ventum eſſet, quæ multo ferro erat grauis, ſeu potius tota ferrea, crebris verberibus comminuta eſt. Mox leonem nudis manibus apprehenſum, vnguibus diſſecuit. Sic laborem hunc quidam explicarunt. Cicero verò:

Vt iſtrone preſſu quondam Nemeæus leo
Frendens efflauit grauiter extremum halitum?

Signatè, *eliſa moles.* Non enim diuulſis malis interfectus eſt, à fortiſſimo viro, quomodo Samſonem noſtri pictores leonem dilacerantem pingunt: ſed faucium preſſu ſtrangulatus, vt Apollodorus narrat, & Euripides in Hercule Furente, & Cic. 2. Tuſculan. In numiſmate præterea argenteo imago eſt hominis leonem ſuffocantis, quem Herculem eſſe, ex claua antepoſita intelligere licet, nec non ex pharetra. Fuluius hæc Petrus Victorius lib. 4. Variar. lect. c. 22.

B * HIS CACVS HORREND. &c.] XVI. De *Caco*, eiuſq; nece propter boues Herculi furto ſubductas, luculẽtis carminibus Maro l. 8. Æneid. *Iam primùm ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice molem*, &c. Idem Proper. l. 4. eleg. 10. & Liuius l. 1. Ouid. 1. Faſt. In plurimis antiquis exemplaribus non inueniri hunc verſum teſtatur Aldus. Si retines, corrige aut, *Hic iacet horrendum*: aut, *Cacus & horrendum*, &c.

C TIBERINO GVRGITE] Melius arbitror, *Tiberino in littore*, vt emendaui à Ciofani caſtigatione admonitus.

198. HAC CÆLVM CERVICE TVLI] XVII. Feſſum Atlantem cælum aliquandiu Herculi ſuſtentandum dediſſe ideò fabulantur poëtæ, quia res Aſtronomicas, & ſtellarum motus ab Atlante didicit. Philoſtratus Iconum l. 2. in Atlante: *Cum Atlante quoque*, inquit, *minimè iubẽte Euryſtheo, certauit Hercules, vt cælum ipſe faciliùs laturus. Eum namque incuruatum & oppreſſum, genuumq; alteri innixum, ac vix conſiſtentem cernebat. Se verò & poſſe cælum tollere, impoſitumque ſibi diu ſuſtinere animaduertebat. Hanc tamen ambitionem nuſquam indicat: ſed Atlanti ſe laborem dolere, partemq; oneris poſſe ſubire oſtendit. Ipſe verò adeò libenter* D *Herculis pollicitationem admittit, vt hoc eum ſuſtinere deprecetur. Pictus autem eſt hic quidem defatigatus ac deſicienti, vt & ex manante ſudore colligere, & ex tremente brachio perſpicere licet*, &c.

200. CVI NEC VIRTVTE RESISTI] Suprà: *Dum potuit, ſolita gemitum virtute repreſſit.*

201. PVLMONIB. ERRAT IGNIS, &c.] *Sorbent auida præcordia flamma.* Cic.

Hæc (Deianira) *me irretiuit veſte furiali inſcium,*
Quæ lateri inhærens morſu lacerat viſcera,
Vrgensq; grauiter pulmonum haurit ſpiritus, &c.

203. AT VALET EVRYSTHEVS, ET SVNT, &c.] Indignatio. Ego monſtrorum domitor hæc tormenta ſuſtineo. Ego qui mundo tantum profui; *Euryſtheus* homo ignauus & iniquus, vacat delicijs.

A Hic Mycenãrum rex, iuſſu Iunonis Herculi labores imperauit, cui etiam Iupiter obedire iuſſit. Reſpondit & oraculum Delphicum, perfunctum laboribus illis immortalitatem adepturum.

208. SÆPE REPENT. TOTAS INFRING. V.] Suprà:

Nec mora, lethiferam conatur ſcindere veſtem.
Quà trahitur, trahit illa cutem: fœdumq; relatu)
Aut hæret membris fruſtra tentata reuelli:
Aut laceros artus, & grandia detegit oſſa.

Cicero: *Ipſe illigatus peſte interimor textili.*

211. ECCE LICHAN TREPID.] Quàm maleficus in ſeruum immerentem? Sed nimio dolore inſaniit; alioqui trabes & arbores non ſterneret, nec vt taurus venabulo fixus per montem curſaret.

216. GENIB. MAN. ADHIB. PARANT.] Supplices tangebant & amplectebantur genua eorum, quibus ſupplicabant. *Genua* enim dicata miſericordiæ, vt aliæ corporis partes rebus, & dijs alijs. Vnde Græcis γονάζεσθαι, idem propè quod ſupplicare. Virgil. 10. *Et genua amplectens effatur talia ſupplex.* In Iphigenia Aulidenſi Clytæmneſtra apud Euripid. non aliam ſe habere aram ait, niſi Achillis genu οὐκ ἔχω βωμὸν καταφυγεῖν ἄλλον ἢ τὸ σὸν γόνυ. Plura notauit Hieron. Columna ad Fragm. Ennii. Nec genua ſolùm, verùm etiam mentum, dextram. Vide Alex. ab Alex. l. 11. c. 19. & ibid. Tiraquell.

217. TERQ. QVATER ROTATVM] in orbem conuerſatum, quo validius & longius eum iactaret, vnde mox ſubdit, *tormento fortius.*

219. ILLE PER AERIAS ... VR. AVR.] De C Progne & Philomela mutatis in volucres, & per aërem ſe ferentibus, lib. 6. *Corpora Cecropidûm pennis pendere putares, Pendebant pennis.* Dum ergo fertur Lichas, per aërem indureſcit & lapideſcit. *Aerias auras* vocauit & Lucret. lib. 5.

Et leuiora alijs alia, & liquidiſſimus æther,
Atque leuiſſimus aërias interfluit auras,
Nec liquidum corpus turbantibus aëris auris
Miſcet.

220. VT Q. FERVNT IMBRES GELIDO, &c.] Quemadmodum flante frigidiore vento aquatica pluuia denſatur in niualem, & deinde flocculis illis in rotundum molliter aſtrictis fit denſa grando: ſic Lichas impetu magno per cælum iactatus, amiſſo metu ſanguine, & humore omni deſtitutus, in ſilicem, vt à vetuſtate accepimus, obriguit, &, vbi in D Euboicum mare decidit, paruus ſcopulus euaſit, ex vndis extans, cum humanæ formæ veſtigiis: quem prætereunauigantes nautæ, quaſi viuum & animatum verentur attingere.

226. IN EVBOICO GVRGITE] Ταπεινῶς. Virg. 1. Æneid. *Apparent rari nantes in gurgite vaſto.* Et rurſum 3. *Iactamur gurgite vaſto.* Epitheto verbi humilitas nonnihil attollitur. Verùm ſi legas *alto*, erunt duo attributa, ſeu epitheta vnius ſubſtãtiui, ἀσυνδέτως, ſeu citra coniunctionem: quod rarum eſt. Sin autem *altè*, dubitat Glarean. quomodo breuis ſcopulus altè emicet, præſertim, cùm tertio deinde verſu nautæ eum calcare vereantur. Studioſis perquirendum relinquit.

229. APPELLANT Q. LICHAN] ab eo quod fuit antea.

Structis in pyram arboribus, arcum, pharetram cum ſagittis Philoctetę tradit Hercules, & ſtratæ Nemeæi leonis pelli incubat, claua ceruici ſuppoſita. Flammam Philoctetes ſubdit. Iupiter dijs primùm, adeoque Iunoni factum ſuum probans, filium in deos transfert. Euryſtheus etiam ſtirpem Herculis eſt perſecutus. Alcmene filij caſum lamentans, Iolæ pronurui ſuæ partum facilem precatur. Qua impoſtura Herculem Iunone inuita ediderit,& de Galanthide famula in muſtelam commutata.

IV. —— *AT tu Iouis inclyta proles,*
Arboribus cæſis, quas ardua geſſerat Oete,
Inque pyram ſtructis, arcum pharetrámque capacem,
Regnáque viſuras iterum Troiana ſagittas
Ferre iubes Pæante ſatum, quo flamma miniſtro eſt
Subdita: dúmque auidis comprenditur ignibus agger,
Congeriem ſyluæ Nemeæo vellere ſummam
Sternis, & impoſita clauæ ceruice recumbis:
Haud alio vultu, quàm ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iámque valens, & in omne latus diffuſa ſonabat,
Securóſque artus, contemptorémque petebat
Flamma ſuum. timuere Dei pro vindice mundi,
Quos ita (ſenſit enim) læto Saturnius ore
Iuppiter alloquitur: Noſtra eſt, timor iſte, voluptas
O ſuperi, totóque libens mihi pectore grator,
Quòd memoris populi dicor rectórque patérque,
Et mea progenies veſtro quoque tuta fauore eſt.
Nam quanquam ipſius datis hoc immanibus actis,
Obligor ipſe tamen. ſed enim ne pectora vano
Fida metu paueant, Oetæas ſpernite flammas.
Omnia qui vicit, vincet quos cernitis ignes,
Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet. ÆTERNVM EST A ME QVOD TRAXIT, ET EXPERS
ATQVE IMMVNE NECIS, NVLLAQVE DOMABILE FLAMMA.
Idque ego defunctum terra, cæleſtibus oris
Accipiam, cunctíſque meum lætabile factum
Dijs fore confido. ſi quis tamen Hercule, ſi quis
Fortè Deo doliturus erit, data præmia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet, inuitúſque probabit.
Aſſenſere Dei. coniux quoque regia viſa eſt
Cætera non duro, duro tamen vltima vultu
Dicta tuliſſe Iouis, ſeque indoluiſſe notatam.

Im-

Interea quodcunque fuit populabile flamma,
Mulciber abſtulerat: nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies: nec quidquam ab imagine ductum
Matris habet; tantúmque Iouis veſtigia ſeruat.
Vtque nouus ſerpens, poſita cum pelle ſenecta
Luxuriare ſolet, ſquamáque nitere recenti:
Sic vbi mortales Tirynthius exuit artus,
Parte ſui meliore viget, maiorque videri
Cœpit, & auguſta fieri grauitate verendus.
Quem pater omnipotens inter caua nubila raptum
Quadrijugo curru radiantibus intulit aſtris.
Senſit Atlas pondus, nec adhuc Stheneleius iras
Soluerat Euryſtheus, odiumque in prole paternum
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmene, queſtus vbi ponat aniles,
Cui referat nati teſtatos orbe labores,
Cuiue ſuos caſus, Iolen habet. Herculis illam
Imperio, thalamóque animóque receperat Hyllus,
Impleuitque vterum generoſo ſemine, cùm ſic
Incipit Alcmene: Faueant tibi numina ſaltem,
Corripiántque moras tunc, cùm matura vocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyiam:
Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.
Namq́ laboriferi cùm iam natalis adeſſet
Herculis, & decimum premeretur ſidere ſignum;
Tendebat grauitas vterum: nec ferre labores
Vlteriùs poteram: quin nunc quoque frigidus artus,
Dum loquor, horror habet: parſq́ eſt meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
Feſſa malis, tendénſque ad cælum brachia, magno
Lucinam ad nexos partus clamore vocabam.
Illa quidem venit; ſed præcorrupta, meúmque
Quæ donare caput Iunoni vellet iniquæ.
Vtque meos audit gemitus, ſubſedit in illa
Ante fores ara, dextróque eſt poplite læuum
Preſſa genu, digitiſque inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus, tacita quoque carmina voce
Dixit; & inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor, & ingrato facio conuicia demens
Vana Ioui, cupióque mori: moturáque duros
Verba queror ſilices. matres Cadmeïdes adſunt,
Votáque ſuſcipiunt, exhortantúrque dolentem.
Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis,
Flaua comas aderat, faciendis ſtrenua iuſſis,
Officijs dilecta ſuis. ea ſenſit iniqua
Neſcio quid Iunone geri: dúmque exit, & intrat
Sæpe fores, diuam reſidentem vidit in ara,

Brachiáque in genibus digitis connexa tenentem.
Et quæcunque es, ait, dominæ gratare, leuata eſt
Argolis Alcmene, potitúrque puerpera voto.
Exiluit: iunctáſque manus pauefacta remiſit
Diua potens vteri. vinclis leuor ipſa remiſſis.
Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt.
Ridentem, prenſámque ipſis dea ſæua capillis
Traxit: & è terra corpus releuare volentem
Arcuit, inq́; pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem
Amiſere ſuum: forma eſt diuerſa priori.
Quæ, quia mendaci parientem iuuerat ore,
Ore parit: noſtráſque domos, velut antè, frequentat.

229. AT TV IOVIS INCLYTA PROLES] Inclyti dicuntur, qui famæ veluti lucem quandam & ſplendorem fundunt, qualem virtute & factis ſuis per terras celebratus Hercules, de quo Iſocrat. ad Demonicum: Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Τάνταλον γεννήσας (ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι) τὸν μὲν διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον ἐποίησε· τὸν δὲ διὰ τὴν κακίαν ταῖς μεγίσταις τιμωρίαις ἐκόλασεν. *Nam cùm Iupiter (vt arcana littera tradunt, & omnes credunt) Herculem Tantalumq́; genuiſſet: alterum ob virtutem immortalitate donauit: alterum propter improbitatem maximis ſupplicijs affecit.*

231. INQ. PYRAM STRVCTIS] Cùm & *rogus*, & *pyra*, vtraque vox inquam ſtruem, ſeu congeriem lignorum cremandis cadaueribus ſignificet, illa à *rogandis* manibus, hæc ab *igne*, qui Græcè πῦρ, facta eſt. B

PHARETRAMQ. CAPACEM] vt maiorem arcum, ſic & pharetram capaciorem habuiſſe Herculem eſt credibile.

232. REGNAQ. VISVRAS ITER. TROIAN. SAGIT.] *Troiana regna* viderant primùm Herculis ſagittæ, quando cum Argonautis nauigans, Troiam ſub Laomedonte expugnauit. Poſtea, cùm ducibus Agamemnone & Menelao ob raptam Helenam Græci ad eandem oppugnandam & diruendam profecti ſunt. Cùm enim in fatis eſſet, abſque ſagittis Herculis vrbem capi non poſſe, Vlyſſes ad Philoctetem, Pœantis filium (cui Hercules moriturus in Oeta, vt hîc narratur, eaſdem tradiderat) cum iiſdem adducendum miſſus eſt in Lemnon inſulam, & adduxit. Sic enim eſt lib. 13.

Victor (Vlyſſes) *ad Hypſipyles patriam, clariq́; Thoantis,* C
Et veterum terras infames cæde virorum
Vela dat, vt referat, Tirynthia tela ſagittas.
Quæ poſtquam ad Graios domino comitante reuexit,
Impoſita eſt ſero tandem manus vltima bello, &c.

Seneca Hercule Oetæo:

——— Læto venit ecce vultu
Quem tulit Pœas, humeriſq́; tela
Geſtat, & notas populis pharetras
Herculis hæres.

Meminit arcus & ſagittarum Philoſtratus quoque in Philoctete. Fallitur multum Petrus Victorius, cùm lib. 2. Variar. Lect. cap. 15. ſcribit, Pœanti ſagittas ab Hercule donatas, & Ciceronem, vt memoria lapſum notat. Longiuſculam ſuper hoc diſputatio- A nem Here. Ciofani lege, ſi videtur, & Benedict. Aegij in Bibliothecã Artemidori de Dijs Gentiũ.

233. QVO FLAMMA MINISTRO SVBDITA] quia facem rogo ſubiecit: aliud eius meritum nõ video.

234. AVIDIS IGNIBVS] *rapacem* non ſemel vocauit ignem.

AGGER] ἄχυρον. *Agger* enim terræ eſt, non lignorum. Sed ſpectauit etymon: *agger* enim ab aggerendo: & *pyra* ex aggeſtis inſtruēm lignis. Vnde & mox *congeriem* dicit à congerendo.

235. CONGER. SYLVÆ SVMMAM] ſummam pyram, ſeu ſummum pyræ, congeſtæ ex cæſis in ſylua arboribus, non ex tota ſylua.

NEMEÆO VELLERE] *Leonis Nemeæi* pelle. *Vellus* propriè eſt ouium. 3. Georg.

Nec tondere quidem morbo, illuuieq́; pereſa
B *Vellera, nec telas poſſunt attingere putres.*

Et inter illos quatuor pentametros valuis palatij à Virgilio affixos, vnus eſt: *Sic vos non vobis vellera fertis oues.*

236. IMPOSITA CLAVÆ CERVICE] *Claua* Herculis inſigne, vt fulmen Iouis, caduceum Mercurij, tridens Neptuni, thyrſus Bacchi, ſpica Cereris.

237. HAVD ALIO VVLT. Q. SI CONVIVA IACER.] Hoc nimiopere diuerſum eſt ab antecedentibus. Ibi nihil eo mœſtius, hîc nihil lætius. An hoc immineens immortalitas facit, quam prægustabat? Huic porrò, & adhærenti verſui bellè reſpondent Lucretiani duo, ex lib. 3. de rer. natura:

Hoc etiam faciunt vbi diſcubuere, tenentq́;
Pocula ſæpe homines, & inumbrãt ora coronis, &c.

239. IAMQ. VALENS ET IN OMNE LATVS, &c.] C Plenus ardor rogi, totum corpus ambiens corripitur.

240. SECVROSQ. ARTVS CONTEMPT. PETEB.] ſecuri artus, flammam nimirum non curantis, immò & contemnentis, &, vt proximè aiebat, quaſi in conuiuio accubantis.

241. TIMVERE DEI PRO VINDICE MVNDI] Ipſo Hercule tam læto quid timuerunt dij? an hoc ipſum ignorabant? Non ignorabant: ſed ne iſta hilaritas in dolorem & eiulatum verteret, & extrema principiis haud conſentirent, quæſitamque facinoribus tantis gloriam amitteret, hoc timebant. *Tò vindex mundi*, diceretur Græcè non incommodè ἀλεξίκακος, *depulſor malorum.* Ex Sophocle inquit Ariſtides, celebri inclamatione in comœdijs ac tragœ-

ragœdijs, omniq́ue adeò ſermone, omnes in quauis neceſſitate *Herculem* inuocare.

243. NOSTRA EST TIMOR ISTE VOLVPT.] Fungitur officio Iupiter, & hunc pro filio deorum timorem ſibi gratum accidere confitetur, vt ſignum ſcilicet beneuolentiæ in illum, & in ſe vt patrem illius.

245. QVOD MEMOR. POP. D. RECT. PAT.] *Populum* cæleſtes vocat per auxeſin. Eius ſe rectorem dicit, propter ſummam poteſtatem: patrem dupliciter, & propter generationem (ſunt enim fere omnes eius filij & filiæ) & propter affectum, quem in eos paternum gerit, quemadmodum facere principes & reges omnes debent, *Superûm rectorem* appellat lib. 1. Rurſum lib. 2. *Ille pater, rectorq́ue deûm*. Gratulatur ergo ſibi imperium in talem populum, qui de omnibus bene merito viciſſim bene eſſe deſideret, & de eius ſalute ſit ſollicitus.

247. NAM QVANQ. IPSIVS DAT. &c.] *Immania ſecta* Herculis, ſunt labores eius inimitabiles. Hi potiſſimùm tantum ei fauorem apud deos conciliarunt. Tamen quia in filijs etiam ipſi parentes honorantur, autumat Iupiter, ſe & ſua cauſſa dijs debere. *Obligor ipſe tamen*. Vobis me ipſum quoque iſto fauore obligatis.

248. SED ENIM NE PECT. VANO, &c.] Conſolatur eos, pollicetur q́ue victorem fore etiam nunc, & flammis illis nihil eſſe niſi mortalitatem eius petiturum. Præterea cælo ſe animam recepturum.

250. OMNIA QVI VICIT] quæcunque & quantumcunque difficilia & laborioſa aggreſſus eſt, ea ſuperauit.

251. MATERNA PARTE] corpore, in quo plus eſt maternæ ſubſtantiæ, & id mortale eſt.

252. ÆTERN. E. A ME QVOD TRAX. &c.] Significat Iupiter, animam & virtutem Herculis, ab ſe profectam, ſibi deberi. Et ſunt de æternitate animorum noſtrorum duo hi præclari verſus, quos verus rerum omnium conditor veriſſimè nobis obiiciat.

254. DEFVNCT. TERR.] terreſtri vita abſolutũ. Vinculis corporis, cuius ſedes terra, expeditum.

CÆLESTIB. ORIS ACCIPIAM] 1. Aeneid. Iupiter Veneri de Iulio Cæſare: *Hunc tu olim cælo, ſpolijs Orientis onuſtum Accipies*. De horto Lucretij eſt fructus iſte. Sic enim ille de morte:

Cedit item retro, de terra quod fuit antè,
In terras: & quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Id rurſus cæli rellatum templa receptant.

Quibus verſibus cõplexus eſt præclarũ Epicharmi locum διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν, γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω. *Diſcretum eſt, & eò rediit vnde venerat, terra quidem in terram, ſpiritus autem ſurſum.*

255. CVNCTISQ. M. LÆTAB. F. &c.] Cùm iam pauore ſuo declararint dii ſe bene cupere Herculi, cur dubitat Iupiter, quin eundem ipſis gratulantibus & applaudentibus in cælũ tranſlaturus ſit? Verùm hoc ait, vt pungat Iunonem, Herculi ſemper infenſam. Liquet iſtuc clariùs è mox ſequentibus.

256. SI QVIS TAMEN HERCVLE, AT QVIS, &c.] Virgil. eclog. 6. *Si quis tamen hæc quoque, ſi quis Captus amore leget*. Perſtringitur Iuno, ſuppreſſo nomine, notaturq́ue illius odium implacabile, quod ne tum quidem fortaſſe poſitura ſit. Sed velit nòlit, deum futurum, meritis eius id poſtulantibus.

259. ASSENSERE DEI] nutu potiùs, quã verbis.

A CONIVX Q. REGIA VISA EST CÆT. &c.] Virgilio ſemper *regia Iuno*, lib. 1. Aeneid. 4. 7. 10. Contrà quàm putabat Iupiter, Iunoni non diſplicuit Herculem diuinitatem adipiſci. Aculeatam orationis clauſulam in ſe contortam indignè tulit. Cui enim ſtomachum non faciant obiecta & exprobrata vitia?

262. INTEREA QVODCVNQ. F. POPVLAB] Exponit quo pacto per ignem ab humanis & terreſtribus leuatus, ac cælo præparatus fuerit.

266. VTQ. NOVVS SERPENS, &c.] Placuit Nasoni collatio Virgiliana lib. 2. vbi Pyrrhum Achillis filium, iuuenem ſtrenuiſſimum cum ſerpente, veteri pelle depoſita exultantem contendit:

Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exuuijs, nitidusq́ue iuuenta
B *Lubrica conuoluit ſublato pectore terga,*
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.

269. PARTE SVI MELIORE VIGET] Pars noſtri melior eſt animus, quo vigebimus, & viuemus meliùs, cùm è corpore exceſſerimus. Lib. 15. *Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis Aſtra ferar*. Et Martial. de Salonino defuncto: *Viuit qua voluit viuere parte magis*. Conueniunt his quæ ſcripta legimus 1. Tuſcul. apud M. Tullium: *Cumq́ue corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes fere cupiditates, eoq́ue magis incendi, quod iis æmulemur, qui ea habeant, quæ nos habere cupiamus: profectò tunc erimus beati, cùm corporibus relictis, & cupiditatum & æmulationum erimus expertes: quodq́ue nunc facimus, cùm laxati curis ſumus, vt ſpectare aliquid velimus, & viſere; id multo tum faciemus liberiùs, totosq́ue nos in contemplandis rebus perſpiciendisq́ue ponemus: propterea quòd & naturâ ineſt in mentibus no-*
C *ſtris inſatiabilis quædam cupiditas veri videndi: & ora ipſa locorum illorum, quò peruenerimus, quo faciliorem nobis cognitionem rerum cæleſtium, eo maiorem cognoſcendi cupiditatem dabunt.*

MAIORQ. VIDERI COEPIT] Ad ſtaturam referendum. Deos enim non ſolùm habitu & forma corporis, ſed etiam granditate, auguſtiores credebant eſſe. Plin. in Epiſt. *Offertur ei muliebris figura, humana grandior pulchriorq́ue*. Tacit. lib. 1. Annal. *Erupiſſe è cella Iunonis maiorem humana ſpeciem*. Similiter Virgil. 2. Aeneid. de Venere: *Qualisq́ue videri Cælicolis, & quanta ſolet*. Et de Creuſa poſt mortem ad deos iam tranſlata: *Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago*.

270. ET AVGVST. F. GRAVITATE VEREND.] Grauitas etiam hominum eſt; ſed auguſta grauitas
D deorum tantùm, qui ſunt auguſtiſſimi.

272. QVADRIIVGO CVRR. R. INT. AST.] Ad currum triumphantium Imperatorum alludit, qui à quatuor equis candidis trahebatur. Herculem igitur, tanquam triumphatorem de monſtris & tyrannis cælo inuexit. Anthol. 1. Iuno Herculi tanquam è pellice ſua nato, quandiu vixit infeſta, ſic eum prædicare iam conſecratum inducitur, Tit. 8. εἰς ἀρετήν,

Σῆς ἀρετῆς ἱδρῶτι καλὴν ἀπέδωκεν ἀμοιβὴν
Σὸς γενέτης, Ἡρακλες. ἐπεὶ πόνος ἄσπετος ἔυχος
Ἀνθρώποις οὐδὲν ἄγειν μετ' ἀπείρονα κύκλον ἀέθλων.

Interpretatio hæc eſt: *Virtutem ſeu facinora tua egregia, ſudorisq́ue plena, Hercules, præclarè remuneratus eſt pater tuus Iupiter. Nam labor innumerabilium, ac velut ſemper in orbem ſuccedentium certaminum, gloriam hominibus immenſam parere conſueuit*. De Herculis apotheoſi hactenus.

hactenus. Clemens Alexand. Exhortat. ad Gentes A ex Homero, & habito corporis eius, quem deſcribit, & ex ipſa demum morte, Herculem fuiſſe hominem demonſtrans, ſic ait: *Et qui prater* (Homerus) *Herculem arguit eſſe hominem. Namque virum Alcidem qui inſignia facta ſciebat. Hieronymus autem philoſophus ipſius quoque corporis habitum narrat. Fuiſſe paruum, criſpo capillo, nigrum, naſo aquilino, ſubbilaribus oculis, fuſis promiſſiſq; capillis.* Vixit duos & quinquaginta annos. Addit Delrius in Hercul. Fur. ex Ioanne Chio, Apollodoro, Dicæarcho, Hieronymo philoſopho, habuiſſe tres ordines dentium, ſplendorem ex oculis emicuiſſe, quos habuit raoſtellos, capillos longos, hirſutos, & in modum ſetarum erectos.

273. SENSIT ATLAS PONDVS] Ad maieſtatem honoris, & diuinitatis adeptæ iodicandam hoc dicit: B vt Virgil. in 6. de Ænea, viro præſtantiſſimo, ac ſemideo, cùm Sibylla duce ad inferos nauigaturus conſcendit, *gemuit ſub pondere cymba.* Lucan. lib. 3. ad Neronem, quàm adulatoriè? *Aetheris immenſi partem ſi preſſeris vnam, Sentiet orbis onus.* Dijs ad Æthiopas pro more conuiuatum abeuntibus, cæliferum Atlantem paulùm reſpirare dicit Stat. 5. Thebaid.

NEQ. ADHVC STHENEL. IRAS SOLVERAT, &c.] Hercule in deos relato, vexator eius Euryſtheus, Stheneli filius nondom quieuit: ſed Hyllum & alios eiuſdem filios perſequi inſtitit, veritus, ne aliqoando patrem vlciſcerentur, ac ſe regno exigerent. Qui cùm Athenas tanqoam ad aram confugiſſent (quod & ab Iſocrate in Panegyrico relatum eſt) miſſa legatione illos expetiuit, arma minatus, niſi redderent.

275. AT LONG. ANXIA CVRIS ARGOL. ALCMEN. C &c.] Superſtes Herculi Alcmena mater, & iam anus, anxia ſæpe fuerat, audiens filio tot tantaque pericula intendi. Habebat autem neminem tam fidum, & cui fidentiùs Herculis ſui, & ſuos caſus narraret, quàm Iolen, Oechalia adductam ſcilicet, quam Hyllus à patre vxorem ſibi donatam, libenter accepit, & grauidam fecit.

281. FAVEANT TIBI NVMINA SALTEM, &c.] tibi ſaltem parituræ faueant; nam mihi non fauerunt, cui mendacium famulæ ſubuenit. Lib. 4. *Faueant modò numina cœptis.*

282. CORRIPIANT Q. MORAS TVNC] præſtò adſint. Virgil. 12. *Præcipitate moras.*

283. PRÆPOSIT. TIMID. PARIENT. ILITHYIAM] Infrà, *Diua potens vteri.* Lucina, Diana, Ilithyia parientium præſes, idem numen nominibus tribus. Horat. ode 22. lib. 3. ad Dianam: D

Quæ laborantes vtero puellas
Ter vocata audis, adimiſq; letho
Diua triformis.

Vbi videndus Lamb. Idem poëta in carmine ſæculari:

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithyia, tuere matres,
Siue tu Lucina probas vocari,
Seu Genitalis.
Diua producas ſobolem, &c.

Pari modo Catull. *Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis.* Quamobrem obſtetricandi munus ei commiſſum, cùm ſit virgo Diana, in hymno ad eam hanc cauſſam affert Callimachus, quòd eam Latona mater citra dolorem, & geſtarit in vtero, & pepererit. Sed hic vt poëta. Cauſſam aliam, & veriorem quam Plato ſtatuunt Phyſici, vt monet Lævinus Torrent. potentiam *Lunæ* videlicet, quæ eadem eſt cum *Diana.* Eius quippe ſideris humiditas, & occolta quædam ratio (infloentias vocant in ſcholis) plurimùm adiuuare parientes ſolita eſt.

284. QVAM MIHI OFFICEL. IVNON. G. FECIT] Quæ iuuare me debuit Ilithyia, ea aduerſata eſt, dum potentiam Iunonis pertimeſcens, eidem gratificari ſtudet.

285. NAMQ. LABORIF. CVM IAM, &c.] Dilucidè enuntiat, quantopere cruciata ſit, antequam Herculem enixa eſſet. *Laboriferum* dicit, quomodo ipſemet ſuprà Iunonem compellans, *Inuiſam.q; animam, natamq; laboribus aufer.* Studia litterarum Auſonio in Epigramm. *Laborifera Muſa.* De partu tempeſtiuo alijs verbis lib. 11. *Vt ſua maturus compleuit tempora venter.*

286. ET DECIM. PREMERET. SIO. SIGN.] cùm ſol ſubiret decimum ſignum Zodiaci: ſunt autem duodecim, quibus emenſis, finitur annus. Non eſſe verò certum pariendi tempus in hominibus, & alios ſeptimo, alios octauo, & vſque ad initia decimi vndecimique generare, exemplis probatis docet Plin. 7. cap. 5. Ibidem refert, matrem qoandam affirmaſſe, ſe partum XIII. menſiom tuliſſe. Solem κατ᾽ ἐξοχὴν nominat *ſidus,* vt lib. 1. *Aetheréq; nocens exarſit ſidere limus.*

287. TENDEB. GRAVIT. VTERVM] Lib. 10. *Vixq; vteri portabat onus.*

NEC FERRE LAB. VLT. POT] *Laborare* dicuntur fœminę poëtis, cùm ferunt vterum, aut cùm parturiunt, & moleſtiæ atque cruciatus illi *labores.* Stat. 5. Thebaid. *Cuius vidit Lucina labores?*

291. PARS E. MEMINISSE DOLORIS] aliquid doloris habet nunc etiam ipſa tanti & tam diuturni doloris memoria. Animus meminiſſe horret.

292. SEPTEM EGO P. NOCT. TOTIO. &c.] Cõtrariũ Plautus, apud quē Bromia ancilla Amphitruoni ſic:

Dum hæc geruntur, interea vxorem tuam,
Neque gementē, neque plorantē noſtrũ quiſquã audiuimus.
Ita profectò ſine dolore peperit.

294. LVCIN. AD NEXOS PARTVS CLAMOR. &c.] *Nexos partus* cape difficiles, & quaſi illigatos, implicitos, qui ope *Lucinæ* ſoluendi eſſent: eam enim in parturitione inuocabant. Vt in And. *Iuno Lucina fer opem.* Sed Turnebus lib. 6. cap. 8. ita legendum cenſet hunc verſum, *Lucinam, nixuſq; pares clamore vocabam.* Nixus enim pares partui inuocaſſe videtur: vel Nixios deos implorans: vel ab eis nixus ad puerperium precibus petens. *Lucina* autem, ſeu *Iuno Lucina* à producendo in lucem fœtus, & *Opigenia,* quòd opem parientibus afferret. Eadem *Ilithyia,* & ἐλευθὼ, &c. Torrentius in oden 22. lib. 3.

295. MEVMQ. Q. DON. CAP. IVN. &c.] Eo animo venit inuocata à me Lucina, vt impediret potiùs partum, & me in illis doloribus emori ſineret, quò gratum faceret Iunoni, quæ eam corruperat. *Caput* pro vita, tritum ſcriptoribus.

297. SVBSED. IN ILLA ANTE FOR. ARA] *in illa,* δεικτικῶς, manu enim monſtrat hanc aram.

298. DEXTROQ. EST POPLITE LÆVVM, &c.] Triplicem, & veneficam quidem, vſurpauit cærimoniã, ad partũ cõtinendum. Dextrum genu læuo impoſuit. Digitos pectinatim iunxit. Carmina admurmurauit. De prioribus duobus generibus Plin.

Aſſidere

aſſidere grauidis, vel cùm remedium alicui adhibetur digitis pectinatim inter ſeſe amplexu, veneficium eſt, idq́ comperium tradunt, Alcmena Herculem pariente: circa vnum ambòue genua item poplites genibus alternis impoſitis. Ideoq́ hæc in conſilijs ducum poteſtatumue fieri vetuere maiores, velut omnem actum impedientia. Vetuere verò etiam ſacris votiſue ſimili modo intereſſe. De hac ſuperſtitione & Pierius in Manu, lib. 35.

303. MOTVRAQ. DVROS V. QVAR. SILICAS] Germani Es hette megen ein ſtein erbarmen. Eadem audacia dictum hoc qua illa, fleuiſſe aut ingemuiſſe cautes, leones, flumina, &c.

304. MATRES CADMEIDES ADSVNT] vt ſolent fœminæ, vicinæ præſertim & cognatæ, adeſſe, & ſolari parturientes. *Cadmeides*, Thebanæ, à Cadmo, qui Thebas condidit, lib. 3. Facit ergo Herculem Thebanum, vt vides.

305. EXHORTANTVRQ. DOLANT.] vt fortiter ferat dolorem, naſciturum enim magni aliquid. Aptius fortaſſe dixiſſet, *conſolanturq́ dolentem*, dolori enim qui maximus Alcmenam inuadebat, debetur conſolatio: diffidentibus & puſillanimis exhortatio.

306. MEDIA DE PLEBE, FLAVA COM.] puella ignobilis, & vel infima de miniſtris; ſed tamen callida, impigra, & dominæ ſuæ ex officiis ac miniſteriis, quæ ſedulò præſtabat, dilecta, Galanthis nomine. Apud Liberalem dicitur *Galanthias*, Prœti filia, ſodalis Alcumenæ, non ancilla. Nec temerè dictum, *flaua comas*, cùm paulo pòſt in muſtelam abiiſſe dicturus ſit, cuius color flauus.

308. OFFICIIS DILECTA SVIS] Ob nauitatem in fungendo munere ſuo, multum diligebatur à domina ſua Galanthis.

EA SENSIT INIQ. N. QVID IVNONE GERI] vt erat ſollers, bene coniecit, Iunonem hîc agere partes ſuas: quippe quæ ab Alcmena ſe læſam grauiter ferret.

309. DVMQ. INTRAT, AT EXIT] prout iuſſa dominæ, & eius in munere ſedulitas ſtrenuitasq́; expoſcebant.

312. QVÆCVNQ. ES, DOMINÆ GRATARE, &c.] Noluit eam venerari vt deam, indignata ſcilicet,

A vt Iunonis malignitati ſubſeruienti. Fingit ſe dubitare quæ ſit, & vt eam loco & veneficio depellat, Alcmenam iam puerperam factam falsò nunciat, cui proinde gratulari debeat.

314. IVNCTASQ. MAN. PAVEF. REMISIT, &c.] Credidit Lucina, remiſit manus iunctas, quibus dextrum genu ſiniſtro impoſitum complectebatur, non ſine ſtupore; nec enim rebatur quidquam ſe inuita fieri poſſe. Qua remiſſione ſimul vincula partus reſoluta ſunt.

315. DIVA POTENS VTERI] dea parientium. Horat. ode 22. lib. 3. *Quæ laborantes vtero puellas Ter vocata audis.*

316. NVMINA DECEPT. RISISS. GALANTHIDO.]
B quia pulchrè euenerat illi hæc machina, riſum tenere non potuit. Ab ancillula media de plebe deā irrideri, nonne res ridicula eſt? Veruntamen magno iſtam irriſionem luit bona Galanthis.

317. PRENSAMQ. IPSIS D. SÆVA CAPILL. &c.] Metamorphoſis. Sic li. 1. Iuno ludit cum Calliſto, quam in vrſam conuertit. *Dixit, & arreptam prenſis à fronte capillis Strauit humi pronam.*

320. STRENVIT. ANTIQ. MANET] Suprà, *faciendis ſtrenua iuſſis*. Nunc etiā beſtiola ſtrenua eſt, curſibus & recurſibus ſcilicet. Fertur item inſidiari domeſticis animalibus, ac præſertim auibus, tam altilibus, quàm ſub tecto nidificantibus, eaſque ad internecionem vſque perſequi. Auctor Æ-
C lianus eam à Thebanis coli, quoniam Alcmenæ è partu laboranti opem opportuniſſimam tulerit.

NEC FORMA COLOR. AMISERE S.] *Flaua comas*, ſuprà.

322. QVÆ QVIA MENDACI PARIENT. &c.] quia ore peccauit in deam, ore ſuos catulos, haud dubiè cum cruciatu, non per corporis partem procreationi factam neceſſe habet edere. Liberalis variat. Parcæ Galanthiadi, quòd mortalis deas decepiſſet, virginitatem ademerunt, inq́ue fraudulentam mutauerunt felem, vitamq́ue in penetralibus attribuerunt, &c.

323. NOSTRASQ. DOMVS VALVTANTE] Alcmenæ domum. In ea ſæpe viſitur, vt ante mutationem.

Dryope Andræmonis coniux, cum donis ad lacum nymphis dicatum veniens, ex arbore loto (in quam Lotos nympha, hortorum deum fugiens, ſe induerat, quod neſciebat) flores infanti, quem geſtabat, decerpſerat. Ex arbore ſacra viſus manare ſanguis, adhæſitq́ue ibidem, & in pœnam ſacrilegij abijt in arborem Dryope. Pater, & maritus ſpectatum triſtes adueniunt. Illa innocentiam ſuam teſtata, valedicit, puſionemq́ue & arborem ſuam illorum tutelæ prædulci oratione commendat.

324. *DIXIT; & admonitu veteris commota miniſtræ* V.
Ingemuit: quam ſic nurus eſt affata dolentem.
Te tamen ô genitrix aliena à ſanguine veſtro
Rapta mouet facies. quid ſi tibi mira ſororis
Fata meæ referam? quanquam lacrymæq́ doloŕq;

Impediunt, prohibéntque loqui. fuit vnica matri,
(Me pater ex alia genuit) notiſſima forma
Oechalidum Dryope; quam virginitate carentem,
Vimque dei paſſam Delphos Delónque tenentis
Excipit Andræmon, & habetur coniuge fœlix.
Eſt lacus accliuis deuexo margine formam
Littoris efficiens; ſummum myrteta coronant.
Venerat huc Dryope fatorum neſcia; quòque
Indiguere magis, nymphis latura coronas;
Inque ſinu puerum, qui nondum impleuerat annum,
Dulce ferebat onus, tepidique ope lactis alebat.
Haud procul à ſtagno Tyrios imitata colores,
In ſpem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpſerat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret flores, & idem factura videbar:
(Namque aderam) vidi guttas è flore cruentas
Decidere, & tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet, vt referunt tardi nunc denique agreſtes,
Lotos in hanc Nymphe fugiens obſcœna Priapi,
Contulerat verſos ſeruato nomine vultus.
Neſcierat ſoror hoc, quæ cùm perterrita retro
Iret, & oratis vellet diſcedere nymphis,
Hæſerunt radice pedes. conuellere pugnat:
Nec quidquam, niſi ſumma mouet: ſuccreſcit ab imo,
Totáque paulatim lentus premit inguina cortex.
Vt vidit; conata manu laniare capillos,
Fronde manum impleuit; frondes caput omne tenebant.* * tegebant.
At puer Amphiſus (namque hoc auus Eurytus illi
Addiderat nomen) materna rigeſcere ſentit
Vbera, nec ſequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis, opémque
Non poteram tibi ferre, ſoror: quantúmque valebam
Creſcentem truncum, ramóſque amplexa morabar.
*Et, fateor, volui ſub eodem * cortice condi.* * robore
Ecce vir Andræmon, genitórque miſerrimus adſunt,
Et quærunt Dryopen; Dryopen quærentibus illis
Oſtendi Loton. tepido dant oſcula ligno,
Affuſique ſuæ radicibus arboris hærent.
Nil, niſi iam faciem, quod non foret arbor, habebas,
Chara ſoror. lacrymæ miſero de corpore factis
Irrorant folijs: ac, dum licet, oráque præſtant
Vocis iter, tales effundis in aëra queſtus:
Si qua fides miſeris, hoc me, per numina iuro,
Non meruiſſe nefas: patior ſine crimine pœnam.
Viximus innocuæ: ſi mentior, arida perdam,
Quas habeo frondes, & cæſa ſecuribus, vrar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis,

Et date nutrici: noſtráque ſub arbore ſæpe
Lac facitote bibat, noſtráque ſub arbore ludat.
Cúmque loqui poterit, matrem facitote ſalutet,
*Et triſtis dicat, Latet hoc * in ſtipite mater.* * ſub
Stagna tamen timeat, nec carpat ab arbore flores.
Et frutices omnes corpus putet eſſe dearum.
Chare vale coniux, & tu germana, patérque,
Et, ſi qua eſt pietas, ab acutæ vulnere falcis,
A pecoris morſu frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non eſt,
Erigite huc artus, & ad oſcula noſtra venite,
Dum tangi poſſum, paruumq́; attollite natum.
Plura loqui nequeo: nam iam per candida mollis
Colla liber ſerpit, ſummóque cacumine condor.
Ex oculis remouete manus: ſine munere veſtro
Conteget inductus morientia lumina cortex.
Deſierat ſimul ore loqui, ſimul eſſe: diúque
Corpore mutato rami caluere recentes.

324. ADMONITV VET. COMMOT. MINISTRÆ INGEM.] Seruum fidelẽ & ſenſatum, diligendum vt animam, & vt fratrem tractandum, præcipit Scriptura ſancta. Idem de fideli & ſenſata ſerua, ſeu famula intelligendum. Talibus igitur amiſſis, heri & heræ non iniuria ingemiſcunt.

326. ALIENA A SANG. V. RAPTA MOV. FACIES] mutata facies, ſeu forma non cognatæ te mouet: quanto magis ego commoueri debeo mutatione ſororis meæ Dryopes? quæ in rem inanimam conceſſit, arborem puta. Vocat autem Alcmenam *genitricem*, id eſt matrem, honoris cauſſa, & pro conſuetudine per nuptias affinitate deuinctorum, inter quos patrum, matrum, filiorum, filiarum vocabula teruntur.

327. QVID SI TIBI MIRA SOR. FAT. &c.] propoſitio eſt per interrogationem. Sororis caſum ſe relaturam ait; & quod addit de dolore & lacrymis, quibus impediatur, ad parandam attentionem pertinet.

329. FVIT VNICA MATRI] Dryopem ipſius mater ſolam genuit: non enim vterinæ fuimus.

331. QVAM VIRGINIT. CARENT. &c.] circuitio longior. Vno verbo, compreſſam ab Apolline, vt item aliæ & ab hoc & ab aliis diis, quæ tamen poſtea viros honeſtos & nobiles iouenerunt. Ita Dryope nupſit Andræmoni.

332. DELPHOS DELONQ. COLENTIS] Laudat ſe Daphnæ fugienti Delphicus, & Delius à locis ſibi conſecratis lib. 1. *Mihi Delphica tellus, Et Claros, & Tenedos, Pataraáq; regia ſeruit.*

333. ET HABET. CONIVGE FELIX] Fuit enim notiſſima forma inter Oechalidas, & Eurytorege prognata.

334. EST LACVS ACCLIVIS, &c.] Topographia lacus, nonnihil aſſurgentis, cui in ſummo quaſi littus cum myrteto prætexitur. Nam vt eſt 2. Georg. *Littora myrtetis latiſſima.*

336. FATORVM NESCIA] ignara prorſus eorum, quæ paſſura erat.

A QVOQ. INDIG. MAGIS NYMPH. &c.] lacus ille, & myrtetum erant nymphis ſacra. His coronas moneri ferebat Dryope, quod munus potiſſimùm illæ requirebant, tanquam virgines ſcilicet, quibus ſerta ſunt in deliciis: illis ſiquidem ornantur: ornari autem geſtiunt.

339. DVLCE FEREBAT ONVS] nihil enim dedit natura dulcius, quàm ſuos cuique liberos. Cicero poſt redit. ad Quirites. Anna Didoni lib. 4. *Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?*

TEPIDIQ. OPE LACTIS ALEBAT] Quia nondum impleuerat annum, ideo adhoc vlnis geſtabatur, & lactabatur. Hoc poſterius matres quibuſdam in regionibus etiam in tertium annum B liberis ſuis faciunt. Lib. 8. *Lactiſq; alimenta dedêre.* 2. Faſt. *Et ſibi permiſſa lactis aluntur ope.*

340. A STAGNO] antè vocabat lacum.

341. AQVATICA LOTOS] iuxta aquas fæliciùs proueniens. Habet parem cum pyro magnitudinem, pomum fabæ ſimile, quod matureſcens variat colores, vuæ inſtar, vt ſcribit Theophraſt. 4. de plant. Hæc igitur lotos prope lacum purpureos tum flores emiſerat, è quibus poſtmodum baccæ fierent. Baccæ ſunt minorum arborum fructus, vt lauri, oliuæ, &c. Cùm folioſa omnia Athenienſes vocare conſueuerint *ſτφανώματα, coronamenta*, Cratinus poëta peculiari ratione loton *ſτφάνωμα* dixit, quod admonuit Athenæus li. 15. Adi Carolum C Paſchalium de Coronis li. 3. cap. 13.

342. QVOS OBLECTAM. NATO PORRIG. FLORES] ramuſculum florentem. Solet enim infantibus aliquid ludicrum in manus dari, ſeu pomum, ſeu crepitaculum, ſeu tale quid.

344. VIDI GVTTAS E FLORE CRVENT. DECID. &c.] portentum, quod ſtatim explicatur. De Clymene, & filiabus in populos transformatis l. 2.

Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
Sanguineæ manant tanquam de corpore guttæ.

346. TVNC NVNC DENIQVE AGRESTEs, &c.] tunc demum, poſtquam amiſſa eſt ſoror, narrant ſtu-

A ſtupidi ruſtici, Lotidem nympham, dum pudicitiæ ſuæ conſulens obſcænum deum fugit, ſeruato nomine priſtino in eam arborem migraſſe. Sed ſi mutata tam ſeruauit nomen priſtinum, arbor autem lotos dicitur, non lotis, ergo pro nympha ſcribendum Lotos, vt Rhodos, non Lotis, Lotidis; quam ſcripturam quidam afferunt ex ingenio. Quæ ſcriptura etſi queat ſeruari in verſu ſequenti, *Lotis in hanc nymphe*, &c. in eo qui eſt ab illo XIX. *Oſtendit Loton. tepido dant oſcula ligno*, ſeruari nequit. Haud enim legemus *Oſtendit Lotida*.

349. NESCIERAT SOROR HOC, &c.] Dryope nihil tale ſuſpicabatur, & tremefacta monſtro, petitaque à nymphis venia, retro parabat abire.

351. HÆSER. RAD. PEDES, &c.] pedes verſi ſunt in radices, quos humo conuellere incaſſum laborauit. Etiam in lignum diriguerat, vt nihil niſi manus & caput adhuc moueret. Lib. 1. *Pes modò tam* B *velox pigris radicibus hæret.*

352. SVCCRESCIT AB IMO, TOTAQ. &c] non igitur ſimul cum ligno exiſtebat: ſed ſenſim ab imo cortex aſcendebat. *Dumq; ea mirantur, complectitur inguina cortex*, lib 2.

354. CONATA MAN. LANIA. CAPILLOS] ſollemne dolentium. Crebra exempla ſuggerunt hi libri.

355. FRONDES CAPVT OMNE TANEB.] Etiam alibi in metamorphoſibus hominum in arbores, crines facit in frondes conuerti. Lib. 1. in mutatione Daphnes: *In frondem crines, in ramos brachia creſcunt.* Lib. 2 de ſorore Phaëthontis: *Tertia cùm crinem manibus laniare pararet, Auellit frondes.*

357. MATER. RIGES. SENS. VBERA] Cùm fugere vellet, ſentiebat ligneam duritiem, nec puerum trahentem ſequebatur, quod ſolebat, lac. C

359. SPECTATRIX ADERAM FATI CRVDEL.] Quia maior & promptior fides ocularis, quàm auritis teſtibus, etiã ſuprà affirmauit, ſe affuiſſe corãm.

360. QVANT. VALEB. CRESCENT. TRVN. &c.] Quod poteram, præſtiti, complexa truncum & ramos, accretionem impediebam, vel potiùs impedire nitebar, ſed fruſtra.

362. VOLVI SVB EOD. CORT. CONDI] ex ſororia charitate libenter cum ea fuiſſem mortua.

363. ECCE VIR ANDRÆMON, GENITORQ.] κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus quempiam prætereuntem hæc vidiſſe, & curriculò in vrbem atque in regiam nuntiaſſe.

365. TEPIDO LIGNO] nondum enim calor omnis dilapſus erat.

366. SVÆ RADICIB. ARBORIS] Fuerat enim vnius filia, Euryti puta, alterius vxor, Andræmonis. D Rectè igitur, *ſuæ arboris*.

367. NIL NISI IAM FACIEM, QVOD NON, &c.] Immò & collum, vocis iter. Poſtremo loco faciem perdidit.

368. LACRYMÆ MISERO DE CORP. &c.] Quid ad extremum fecerit ac dixerit Dryope. Fudit lacrymas in recentia folia (quod non poteſt ſatis intelligi, niſi ſtipes ipſe habuit folia, non ramos tantùm, qui à lateribus extabant) & iureiurando teſtata, ſe nil tale meruiſſe, infantẽ ſuis commendat, iis valedicit, ſui defenſionem & oſcula extrema petit.

370. TALES EFFVND. IN AERA QVESTVS] De matre Euryali 9. Æneid. *Et cælum queſtibus implet.* Et 5. *Taleſq; effundit pectore queſtus.*

371. SI QVA FIDES MISERIS] ſi creditur miſeris, vt creditur: fidem enim illis impetrat ipſa eorum, quæ cernitur miſeria.

PER NVMINA IVRO, NON MERVISS. NEFAS] Quò magis ſit fides, ſacramentum adhibet. *Nefas* ponit pro pœna, antecedens pro conſequenti: vt contrà Virgil. 5. Aeneid. *Primam merui qui laude coronam*, id eſt, virtute, quam conſequitur laus.

373. VIXIMVS INNOCVÆ] neminem vnquam hominum, nedum deos offendimus.

SI MENTIOR, ARID. PERD. QVAS, &c.] Maius aliquod malum ſibi imprecatur, quàm habet, ſi falſum dicat: nempe vt & hanc vitam, animæ vegetantis tantummodo (de qua tamen, quaſi de ſentiente loquitur) exareſcens perdat, & ſecuribus excisa, igni alimentum fiat. Sic Clymene lib. 1. vbi cum iuramento Phaëthonti filio de patre ipſius Phœbo reſpondit, hæc addit: *Si ficta loquor, neget ille* B *videndum Se mihi, ſitq; oculis lux iſta nouiſſima noſtris.*

375. HVNC TAMEN INFANT. MATERN. &c.] Mandata ſuper infante dat priùs, quàm ſtipes ſit. Non poteſt mulier obliuiſci infantem vteri ſui.

376. ET DATE NVTRICI] Nutricum tum tantus vſus non erat, quantus hodie. Matres ipſæ quamuis nobiles, reginæ etiam, fœtibus ſuis ipſæ mammam dabant, ſi poterant.

378. NOSTRAQ. SVB ARBORE LVDAT, &c.] Cùm paulùm creuerit, vt ambulare poſſit, eum huc adducite. Quid amplius? narrate illi, cùm loqui poterit, infortunium meum: hanc arborem fuiſſe quondam matrem ipſius; vt me ſalutet, & id ipſum mœſtus aliis prodat.

380. STAGNA TAM. TIME. NEC CARP. &c.] ne accedat, vt ego, ad ſtagna ſeu lacus: flores arborum C propè naſcẽtium intactos relinquat: frutices quoque vbicunque repertos ne tangat, ne illic iacentis cuiuſpiã nymphæ corpus laceret, & dira patiatur.

383. SI QVA EST PIETAS] ſi eſtis pii. Si ſum vobis adhuc curæ, quod eſt pietatis.

AB ACVTÆ VVLNERA FALCIS] ne patiamini me putari. Abſit à me omnis frondator. Georg. 2. *Et ſonitu terrebis aues, & ruris opaci Falce premes vmbras.*

384. A PECORIS MORSV] Frondibus iucundè paſcuntur præſertim capræ. Georg. 3. *Poſt hinc digreſſus iubeo frondentia capris Arbuta ſufficere.*

386. ERIGITE HVC ARTVS] ſummis pedum digitis inſiſtite, vt os meum queatis contingere.

387. PARVVMQ. ATTOLLITE NATVM] vt eum nunc vltimùm oſculer, oſculata toties.

388. PER CANDID. COLLA LIB. SERPIT] Lib. 1. in fabula Daphnes: *Mollia cinguntur tenui præcordia libro.*

389. SVMMOQ. CACVMINE CONDOR] Lib. 1. *Ora cacumẽ habet.* Et infrà: *Factis modò laurea ramis Annuit, vtq; caput viſa eſt agitaſſe cacumen.*

390. EX OCVLIS REMOVETE MANVS, &c.] nolite mihi, vt morientibus ſolet, claudere oculos. Cauſſa ſubnectitur. De iſto more copioſè diſſerit ex Græcis & Latinis Ioann. Kirchmannus de funerib. Roman. lib. 1. cap. 6. Illi vocant καθαιρεῖν, συναρμόττειν, συγκλείειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἢ βλέφαρα: hi *condere, formare, operire, premere, ſignare, componere oculos*, ſeu *lumina*.

392. SIMVL ESSE] ſimul viuere. Cum voce deſiit vita.

393. DIVQ. RAMI CALVERE RECENTES] Lib. 1. *Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus.*

Iolaus fuit Iphicli, Herculis fratris filius, ex grandæuo adoleſcens, beneficio Hebes, & rogatu patrui. Parantem iurare Heben, nulli amplius in hoc gratificaturam, vetuit Themis. Callirrhoë ſiquidem idem ab ea filijs ſuis paruulis adhuc impetratura erat, quò patrem Alcmæonem interemptum iuuenes vindicare poſſent.

DVMQVE refert Iole factum miſerabile, dumque VI.
Eurytidos lacrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene: flet & ipſa tamen: compeſcuit omnem
Res noua triſtitiam. nam limine conſtitit alto
Penè puer, dubiáque tegens lanugine malas,
Ore reformatus primos Iolaus in annos.
Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe,
Victa viri precibus. quæ cùm iurare pararet
Dona tributuram ſe poſthac talia nulli;
Non eſt paſſa Themis. nam iam diſcordia Thebæ
Bella mouent, dixit, Capaneuſque niſi ab Ioue vinci
Haud poterit: fientque pares in vulnera fratres,
Subductáque ſuos manes tellure videbit
Viuus adhuc vates, vltuſque parente parentem
Natus, erit facto pius & ſceleratus eodem:
Attonituſq; malis, exul mentiſque domuſq;,
Vultibus Eumenidum, matriſque agitabitur vmbris,
Donec eum coniux fatale popoſcerit aurum,
Cognatumq; latus Phegeïus hauſerit enſis.
Tum demum magno petet hoc Acheloia ſupplex
Ab Ioue Callirhoë, natis infantibus annos
Addat, néue necem ſinat eſſe vltoris inultam.
Iuppiter his motus, priuignæ dona, nuruſq;
Præcipiet, faciétque viros impubibus annis.

395. LACRYM. ADMOTO POLL. SICCAT ALCMEN.] In ipſa narratione, & poſt, lacrymas fudit Iole, quas ei abſterſit Alcmene, humanitatis & maternitatis ſecuta officium. Quanquam mater non erat. Quod *pollice* dicit, manum cape, *συνεκδοχικῶς*.

396. FLET ET IPSA TAMEN] In conſolando valet plurimum ἡ *συμπάθεια*, & conſenſus, eſtque primùm præceptum, dandum conſolantibus, vt ſibi malum alienum aut valdè, aut æquè dolere ſignificent: ſic enim cætera faciliùs conſequentur. Quare genus hoc conſolationis, declarare ſcilicet primùm dolorem ſuum, & oſtendere, ſe pari moleſtia affici, cum multis lacrymis, vt magis videare aliorum conſolatione indigere, quàm alijs poſſe tuum officium præſtare, etſi miſerum atque acerbum eſt conſolanti, vt ait Seruius Sulpitius epiſt. 5. lib. 4. dulce tamen & optatum eſt, malis circumuento.

A COMPESCVIT OMNEM RES NOVA TRIST.] Quod minùs potuit Alcmenæ conſolatio, effectum dedit rei cuiuſdam nouitas, plena gaudio, facta in Iolao Alcmenæ nepote, qui neceſſitudine & ipſam Iolen Herculis nurum attingebat. Quid ergo fuit?

398. PÆNE PVER, DVB. TEG. LANVG. MALAS] *Dubia*, quæ vix apparebat. Lucret. lib. 5.

Tum demum pueris æuo florente iuuentus
Occipit, & molli veſtit lanugine malas.

Idem vocat *barbulam primam*.

399. ORA REFORMAT. PRIMOS IN ANNOS] cùm iam eſſet ſenex. Quomodo autem poterat ſenex eſſe, Alcmena auia adhuc viuente?

400. HOC ILLI DEDER. IVNON. MVN. HEBE] Aptè *Iunonia* Hebe. Nam vt eſt in fabulis, ſolius Iunonis, non etiam Iouis filia fuit; ab eo autem iuuentuti præfecta, Herculique, poſtquam confectis certaminibus in cælum aſcendit, data vxor. Natal. lib. 2. cap. 5.

403. NON

403. Non est passa Themis] De Themide A Gytald. Syntagm. 15. Præeſt pactis & conuentionibus inter nos faciendis & ſeruandis. Alij dicunt Themin deorum eſſe, Iuſtitiam, hoc eſt, δίκην, hominum.

Nam iam discord. Thebæ bella, &c.] Cauſſa cur iurare Heben Themis non ſiuerit, quia bellum Thebanum iam cœptum eſt, in quo interfectus Callirrhoës maritus Alcmæon matricida, vindicandus erit à duobus filiis ſuis, rogante Callirrhoë, & Ioue ſuam auctoritatem interponente: ſed ex pueritia in iuuentutem, ſeu virilem ætatem ab Hebe reductis. Bellum hoc inter duos fratres Polynicem & Eteoclem pro regno Thebarum excitatum & geſtum eſt, de quo Statius, Euripides, Seneca.

404. Capaneusq. nisi ab Iove vinci havd poter.] Vnus fuit ex ſeptem ducibus ad Thebas, B quem ſui & deorum contemptorem Iupiter fulmine extinxit. Dictũ à me in Commentariis Triſt.

405. Flentq. pares in vvlnera fratres] mutuis vulneribus occubuerunt; quorum impietatem deteſtans Statius in 11. Thebaid. ſic ait:

> *Ite truces animæ, funeſtaq; tartara letho*
> *Polluite, & cunctas Erebi conſumite pœnas.*

Propert. lib. 1, eleg. 7. vocat arma fraternæ triſtia militiæ.

406. Svbdvctaq. s. manes tellvre, &c.] Amphiaraum vatem & maritum Eriphyle monili ſibi donato prodidit. Qui coactus ſimul ac Thebas peruenit, terra dehiſcente abſorptus eſt viuus. Præuiderat verò, ſe, ſi iret, non rediturum. Mandauit igitur Alcmæoni filio, vt matrem interficeret. Quod cùm præſtitiſſet, non ſecùs atque Oreſtes furiis eſt exagitatus; qui etiam, vt ſequitur, facto pius & ſceleratus eodem fuit, dum matrem propter necatum ab ea patrem iugulauit.

408. Facto pivs et sceleratvs eodem] ἐξύμωρον. Idem protulit de Agenore Phœnicum rege, principio lib. 3. qui Cadmum filium Europam ſororem quæſitum mittens, vetuit ea non inuenta domum redire. Non diſparia de filiabus Peliæ lib. 7. quæ patrem ſuaſu Medeæ certatim vulnerarunt, vt effluente ſanguine vetulo locus eſſet nouo, quem promittebat. Sed tamen ſenex, ſaga fidem fallente, periit: *Hic vt quæque pia eſt hortatibus impia prima eſt, Et, ne ſit ſcelerata, facit ſcelus.*

409. Attonitvsq. malis exvl mentisq. A &c.] Adumbrauit locum, vti exiſtimo ex 4. Æneid. de inſano Didonis amore, qui mentem illi pænè ademit:

> *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,*
> *Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas:*
> *Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes*
> *Armatam facibus matrem, & ſerpentibus atris*
> *Cùm fugit, vltriceſq; ſedent in limine Diræ.*

411. Donec evm conivx f. popos. avrvm, &c.] Expiari cupiens ob Eriphylem matrem iuſſu parentis Amphiarai trucidatam Alcmæon, ad Phegeum Alpheſibœæ patrem venit, eique monile illud ſuæ matris, ipſi à Polynice donatum, vt maritum latentem, & bellum Thebanum fugientem proderet, donauit, & vxorem duxit. Poſtmodum, B quia apud Phegeum non purgabatur, oraculi monitu ad Acheloum profectus, Callirrhoën filiam eius adamauit, à qua idem monile (quod hîc *fatale aurum* dicit Ouidius) rogatus, ad Alpheſibœam id ipſum repetitum rediit, & ab eiuſdem fratribus Themeno & Axione cæſus eſt. Sed ipſos Alpheſibœa, maritum, quanquam coniugii proditorem vindicans, occidit. Hinc Propert. lib. 1. eleg. 15.

> *Alpheſibœa ſuos vlta eſt pro coniuge fratres,*
> *Sanguinis & chari vincula rupit amor.*

Phegeius igitur enſis cognatũ latus hauſit, quando Phegeo nati Alcmæonẽ affinem ſuum occiderunt.

413. Tvm demvm magn. hoc Acheloia, &c.] Poſtquam euenerit quæ narrata eſt tragœdia, Callirrhoë per Iouẽ paruis liberis ex Alcmæone genitis iuuentam flagitabit, quo illius paterni vindicis, C & ſui patris necem vlciſci queant. Non videtur agnoſcere Ouid. quod de Alpheſibœæ fratribus, à ſorore propter Alcmæonẽ interfectis dicebamus.

416. Privignæ dona, nvrvsq. præcip.] Dona Hebes, quæ eſt priuigna eius (quia ſolius Iunonis filia: & eadem nurus, quia vxor Herculis filii ſui) ex liberalitate anteuertet, præoccupabit. Non igitur pendet ab Hebe Iupiter: pendet tamen à fatis, vt dicetur.

417. Facietq. viros impvbib. annis] Impubes anni ſunt, quibus nondum ſumus puberes. Pubertas autem anno decimoquarto incipit. Feſtus. pubes puer, qui iam generare poteſt. Is incipit eſſe ab annis quatuordecim, fœmina viripotens à duodecim.

Plures dij iuuentæ munus ſuis conferri cupiebant:

Iupiter fatis non repugnandum monet, quibus parere ipſi quoque dij, & ipſemet adeò cogatur. Miletus frater Paſiphaës Cretæ regnum affectans, à Ioue abſterretur. In Aſia Miletum condit: ibi ex Cyane Byblidem & Caunum generat.

VII.

418. *Hæc vbi faticano venturi præſcia dixit*
Ore Themis; vario ſuperi ſermone fremebant.
420. *Et, cur non alijs eadem dare dona liceret*
Murmur erat: queritur veteres Pallantias annos
Coniugis eſſe ſui: queritur caneſcere mitem

Iaſiona

Iaſiona Ceres: repetitum Mulciber æuum
Poſcit Eri bthonio: Venerem quoque cura futuri
Tangit, & Anchiſæ reuocare paciſcitur annos.
Cui ſtudeat deus omnis habet: creſcitque fauore
Turbida ſeditio: donec ſua Iuppiter ora
Soluit: &, ô noſtri ſi qua eſt reuerentia, dixit,
Quò ruitis? tantumne aliquis ſibi poſſe videtur,
Fata quoque vt ſuperet? fatis Iolaus in annos
Quos egit, rediit. fatis iuueneſcere debent
Callirhoe geniti, non ambitione, nec armis.
Vos etiam (quóque hoc animo meliore feratis)
Me quoque fata regunt: quæ ſi mutare valerem,
Non noſtrum ſeri curuarent Æacon anni:
Perpetuúmque æui florem Rhadamanthus haberet
Cum Minoë meo, qui propter amara ſenectæ
Pondera deſpicitur: nec, quo prius, ordine, regnat.
Dicta Iouis mouere deos, nec ſuſtinet vllus,
Cùm videat feſſos, Rhadamanthon & Æacon annis
Et Minoa, queri. qui dum fuit integer æui,
Terruerat magnas ipſo quoque nomine gentes:
Tunc erat inualidus, Deionidémque iuuentæ
Robore Miletum, Phœbóque parente ſuperbum
Pertimuit: credénſque ſuis inſurgere regnis,
Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis, Milete, tua: celerique carina
Ægeas metiris aquas, & in Aſide terra
Mœnia conſtituis, poſitoris habentia nomen.
Hic tibi, dum ſequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eódem
Cognita Cyanee præſtanti corpore nympha,
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.

418 HÆC VBI FATICANO V. PRÆSCIA, &c.] Conſulitur à Deucalione & Pyrrha poſt eluuionem terrarum lib. 1. Putabant veteres hanc eſſe deam, quæ hominibus præciperet id petere quod fas eſſet, & eſſe non aliud quàm fas ipſum, hoc enim Græcis ſonat Θέμις; & ex ea natas, Δίκην, εὐνομίαν, εἰρήνην, Iuſtitiam, Legem, Pacem, &c. Gyrald. Syntagm. 15.

419. VARIO SVPERI SERMONE FREMEB.] 5. Aeneid. *Cuncti ſimul ore fremebant Dardanidæ.* Dii deæque paſſi ſunt ægrè hoc datum Callirrhoës filiis, nullo vel matris, vel ipſorum merito. Fremebant item quidam aduerſus Themidos vaticinium, quidam contra Heben.

420. CVR NON ALIIS EAD. DONA, &c.] Murmur illud aduerſum Iouem erat magis quàm aduerſus Heben. Ille enim pro auctoritate ſua puberes fecerat, Hebe non appellata. Arbitrabantur itaque poſſe hoc & aliis dari, & diis potiſſimùm pro coniugibus, filiis, amicis orantibus. Videamus nunc nominatim quæ deæ conquerantur.

421. QVERIT. VETER. PALLANT. ANN. CONIVG.] A Aurora Pallantis Titanis, ſeu gigantis ſoror patruelis queritur Tithonum maritum ſuum nimis eſſe vetulum. Laomedontis filius fuit, Priamo ὁμοπάτριος, cui Aurora immortalitatem à Parcis impetrauit. Sed oblita eſt eidem ἀγηρασίαν, id eſt, vitam non ſeneſcentem, perpetuamque iuuentutem petere. Quocirca adeò ſenuit, vt ceu infantulus in cunis quieſceret: ſeu etiam (quod optaſſe dicitur) in cicadam mutaretur, inſectum aridiſſimum & garrulum, quod ſenectuti conuenit, quæ eſt natura B loquacior, vt apud Ciceronem ait Cato. Horat. ode 16. lib. 2. *Longa Tithonum minuit ſenectus.* Et prouerbium, *Tithoni ſenectus.* Plura Natal. lib. 6. cap. 4.

422. QVERIT. CANESCERE MIT. IASION. CERES] Iaſion filius Iouis & Electræ, ex quo Ceres Plutum genuit *Mitem*, vel ingenio ſuo, vel ob ætatem grandem. Cic. in Catone: *Aetatis quietè & purè & eleganter actæ placida ac lenis eſt ſenectus.* Ibid. *Epulabar igitur cum ſodalibus, omnino modicè: ſed erat tamen quidam feruor ætatis, quo progrediente, omnia fiunt etiam in dies meliora.*

423. REPE-

423.REPETIT.MVLCIB.ÆVVM P.ERICTHON.] A
poſcit iuuenes annos reddi, vt de Bacchi nutricibus loquitur lib. 7. poſcit annos iuueniles Vulcanus ſuo Erichthonio, de quo lib. 2.

Pallas Erichthonium, prolem ſine matre creatam
Clauſerat Actæo texta de vimine ciſta,
Virginibuſq; tribus gemino de Cecrope natis
Seruandum dederat.

Quo pacto natus & vnde illi nomen, docebit Hygin. fab. CLXVS. Natalis in Pallade, lib. 4. cap. 5.

425.ET ANCHISÆ RENOVARE PACISCIT. ANNOS] 3. Aeneid. *Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.* Voluit etiam Venus Anchiſæ ſuo renouari ætatem, & ſuper hoc paciſci cum Ioue cœpit. Sanè feſſum ætate vocat 2. Æneid.

426.CVI STVDEAT, DEVS OMNIS HABET] Ne longum faciat, ad generalitatem tranſit, affirmans, B
nullum fuiſſe deum, qui non haberet cui iuuentutem peteret.

CRESCITQ. FAVORE TVRBIDA SEDITIO] Dum hic iſti, ille alteri fauet, & ſibi quiſque priùs gratiam ſtudet conſequi, & ſuos annos referre, naſcitur ſeditio.

427.DONEC SVA IVP. ORA SOLVIT] Lib. 1. *Talibus inde modis ora indignantia ſoluit.* Et lib. 13. *Exſpectatoq; reſoluit Ora ſono.* Ventum fortè etiam ad manus fuiſſet, niſi Iupiter finem rixis impoſuiſſet.

429.QVO RVITIS?] non corporibus, ſed animis ruebant, id eſt, impetu inconſiderato ferebantur. Raptabat & agitabat vnumquemque libido ſua.

428.O NOSTRI SI QVA E. REVERENTIA] ſi me agnoſcitis, & reueremini rectorem & patrem veſtrum.

430.FATA QVOQ. VT SVPERET?] nimium videtur ſibi poſſe, qui putat hoc ſe poſſe, & arrogans C
valdè eſt: fata enim ſunt inſuperabilia.

FATIS IOLAVS IN A. Q. EGIT REDIIT, &c.] reuirtuit, recepit iuuentutem Iolaus, fatis volentibus. Eſt item ſimiliter in fatis Callirrhoë procreatis iuueneſcere. Fabulantur Iolaum Iphicli filium, cùm audiſſet apud inferos, Euryſtheum Mycenarum regem Heraclidas adhuc vexare & perſequi, & ab Athenienſibus, ad quos ſupplices confugerant, repoſcere, facultatem reuiuiſcendi ad vltionem à Plutone exoraſſe, Euryſtheum obtruncaſſe, ſtatimque rurſus mortuum eſſe.

432.NON AMBIT. NEC ARMIS] ſolis fatis, non gratiæ, aut potentiæ adſcribendam iuuentam, quam impuberes filij Callirrhoës repentè ingreſſuri ſint.

433.VOS ETIAM, QVOQ. VT HOC ANIMO MEL. &c.] D
Quin & vos, deos licet, fata habent in poteſtate. Atque hoc quo æquiore mente patiamini, & me ſcitote ſubiectum fatis. Verba, *quoq; hoc animo meliore feratis,* includenda ſunt parentheſi, & continent cauſſam confeſſionis ſuæ contra fata imbecillitatis: nempe vt erigantur ipſi minores dij, & quod mutari non poteſt, patienter ferendo reddant leuius ſibi, ac tolerabilius.

434.ME QVOQ. FATA REGVNT] Iliad. 16. ingemiſcit, quòd per fata ſibi conceſſum non ſit necem defendere à Sarpedone filio, quam ei Patroclus inferebat. Et eſt argumentatio à maiore: ſicut mox in Æaco, Rhadamātho & Minoë, collatis cum iis, quibus ab Aurora, Cerere, Vulcano, Venere ex ſenectute ſumma, ætas viridis petebatur. Porrò & deos teneri fatorum legibus, indicat idem Triſt. 5. eleg. 4. ad Bacchum.

An domina fati quidquid cecinere ſorores
Omne ſub arbitrio deſinit eſſe dei?

Et interiectis paucis:

Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcæ
Stamina bis genito bis cecinere tibi.

Et lib. 15. huius operis:

Talia nequidquam toto Venus anxia cælo
Verba iacit, ſuperoſq; mouet. qui rumpere quāquam
Ferrea non poſſunt veterum decreta ſororum,
Signa tamen luctus dant, &c.

Et paulo pòſt iterum: *Sola inſuperabile fatum Nata pauas, &c.* Seneca de Prouident. cap. 5. *Quidquid eſt, quod nos ſic viuere iuſſit, ſic mori, eadem neceſſitate & deos alligat. Irreuocabilis humana pariter ac diuina curſus vehit. Ille ipſe omnium conditor ac rector ſcripſit quidem fata, ſed ſequitur: ſemper paret, ſemel iuſſit.*

435.NEC NOST. SERI CVRVAR. ÆACON ANNI] Tres filios ſuos nominat, ſenes omnes, quibus reparare priſtinos annos vellet, ſi poſſet. Aeacum ex Ægina Aſopi filia ſuſceptum dicit curuari annis: ſenectus enim corpus minuit & incuruat. De eo multa Natal. lib. 3. cap. 9.

436.PERPET. ÆVI FLOR. RHADAMANT. HABER.] Eadem eſt ſententia verſus huius quæ prioris. Qui enim nunquam curuatur annis, videtur habere perpetuum æui florem, ſeu floridum æuum. Europa huic mater ex Ioue, vt & Minoi. Natal. lib. 3. cap. 8.

437.CVM MINOE N. Q. PROPT. AMAR. SEN. P. &c.] Verè magnum & amarum pondus ſenecta. Minoëm ſignificat ex annorum multitudine cœpiſſe repueraſcere ac deſpici, nec ampliùs poſſe regnare, defectum ſcilicet animi vigore & ſapientia. Aut certè non tanta cum ſubditorum voluntate & obedientia regnare, quanta iunior, cùm ingenio & prudentia valeret, regnabat. De eo Natal. lib. 3. cap. 7.

439.NEC SVSTINET VLLVS CVM VIGEAT, &c.] Vt Iupiter maior eſt diis omnibus; ſic filii eius maiores cæterorum deorum filiis. Quod igitur ille in ſuis emendare non poteſt, & neceſſitatem fati tolerat æquanimiter, multò magis illi in ſuis ferre patienter ea eadem neceſſitate debent, nec fruſtra conqueri.

441.QVI DVM F. INTEGER ÆVI, &c.] Magnum fuit nomen Minois in ætate validiore, vt eſſet terrori etiam finitimis. Megaram capit, Athenis tributum imponit li. 8. Ad genus loquendi quod attinet, helleniſmus eſt. 2. Aeneid. *Vos ô quibus integer æui ſanguis,* ait. Sic *integer vitæ, integer animi,* quemadmodū *æui maturus, ſanus mentis, fortunatus laborū,* &c.

443.DEIONIDESQ. IVVENTÆ ROB. MIL. &c.] Miletus parentes habuit Solem, ſiue Apollinem, & Deionen. Fretus igitur nobilitate & viribus, & videns Minoëm vt pænè delirum ſenem vilipendi, Cretæ regnum inuadere moliebatur.

446.HAVD T. EST PATRIIS A. PEN. AVS.] quia vxoris frater Miletus, & quia apertè vim non adhibebat, & adhuc coquebat conſilia ſua, non eſt auſus eum finibus ſuis pellere Minos.

447.SPONTE FVGIS, MILETE, TVA] non iniuſtè occupatum regnum calamitati potiùs, quàm fælicitati eſſet, & malè parta malè dilaberentur, vt eſt verbum Salluſtii in Catilin.

ÆGÆAS

448. ÆGRAS METIRIS AQVAS] tranſmittis. Sic & Virgil. 4. Georg. *Magnum qui piſcibus æquor, Et iuncto bipedum curſu metitur equorum.* Et 3. Æneid. *Nos tumidum per te permenſi claſſibus æquor.* Emetiri iter, ſpatium trita ſunt.

ET IN ASIDE TERRA MOEN. CONSTIT. &c.] Miletus Aſię vrbs clariſſima, à conditore ſuo nomen obtinuit. Huius vrbis colonia Tomi, ſeu Tomus in Scythia, vbi Naſo exulauit. 3. Triſt. eleg. 9.

Hæc quoque Mileto miſſi venere coloni,
Inq; Getis Graias conſtituêre domos.

450. DVM SEQVIT. PATRIÆ CVRVAM. RIPÆ] dum iuxta ripas patris ſui Mæandri obliquas ambulat. Signatè *curuamina*. Nam cùm omnium flu- A uiorum ripæ curuæ & obliquæ, præcipuè tamen Mæandri, quo nullus flexuoſior.

451. TOTIES REDEVNTIS EODEM] Lib. 2. *Quiq; recurvatis ludit Mæander in vndis.* Lib. 8. *Occurrenſq; ſibi venturas aſpicit vndas.* Ibidem labyrinthum cum eo comparat.

452. PRÆSTANTI CORP. NYMPHA] ipſiſſima verba Maronis, ex 1. Æneid. vbi Iuno Æolo vxorem promittit: *Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ.* De tauris quoque 4. Georg. *Quattuor eximios præſtanti corpore tauros.* Vbi emendant quidam, *eximio præſtantes corpore tauros.* Iterum lib. 8. *Quattuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros.*

Lyctus quidam Cretenſis, Telethuſæ vxori iam pariturę mandauit, vt ſi marem genuiſſet, ſeruaret: ſi fæminam, necaret. Parit puellam. Anxiæ, & à cæde fœtus penitus abhorrenti, Iſis, dijs Ægyptijs comitata apparet: pro puero educari iubet, opem ſuam in tempore affuturam ſpondet. Pater vxori credens, aui nomen illi imponit. Conſcia doli ſola nutrix.

PROXIMA Gnoſſiaco nam quondam Phæſtia regno VIII.
Progenuit tellus ignotum nomine Lyctum,
Ingenua de plebe virum: nec cenſus in illo
Nobilitate ſua maior: ſed vita, fidéſque
Inculpata fuit: grauidæ qui coniugis aures
Vocibus his monuit, cùm iam propè partus adeſſet;
Quæ voueam, duo ſunt: minimo vt releuere dolore:
Vtque marem parias. oneroſior altera ſors eſt,
Et vires fortuna negat. quod abominor ergo,
Edita fortè tuo fuerit ſi fæmina partu,
(Inuitus mando, pietas ignoſce) necetur.
Dixerat: & lacrymis vultum lauere profuſis
Tam qui mandabat, quàm cui mandata dabantur.
Sed tamen vſque ſuum vanis Telethuſa maritum
Sollicitat precibus, ne ſpem ſibi ponat in arcto.
Certa ſua eſt Lycto ſententia. iámque ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere ventrem:
Cùm medio noctis ſpatio ſub imagine ſomni
Inachis ante torum pompa comitata ſacrorum
Aut ſtetit, aut viſa eſt. inerant lunaria fronti
Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro,
Et regale decus, cum qua latrator Anubis,
Sanctáque Bubaſtis, variiſque coloribus Apis,
Quique premit vocem, digitóque ſilentia ſuadet:
Siſtráque erant, nunquámque ſatis quæſitus Oſiris,

Plenáque ſomniferis ſerpens peregrina venenis.
Tum velut excuſſam ſomno, & manifeſta videntem
Sic affata dea eſt: Pars, ô Telethuſa, meárum,
Pone graues curas, mandatáque falle mariti:
Nec dubita, cùm te partu Lucina leuarit,
Tollere quidquid erit. Dea ſum auxiliaris, opémque
Exorata fero: nec te coluiſſe quereris
Ingratum numen monuit, thalamóque receſſit.
Læta toro ſurgit, puráſque ad ſidera ſupplex
Creſſa manus tollens, rata ſint ſua viſa precatur.
Vt dolor increuit, ſeque ipſum pondus in auras
Expulit, & nata eſt ignaro fœmina patri:
Iuſſit ali mater, puerum mentita: fidémque
Res habuit. neque erat facti niſi conſcia nutrix.
Vota pater ſoluit, noménque imponit auitum:
Iphis auus fuerat. gauiſa eſt nomine mater,
Quod commune foret, nec quenquam falleret illo.
Impercepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri: facies quam ſiue puellæ,
Siue dares puero, fieret formoſus vterque.

669. PROXIM. GNOSSIACO NAM QVOND. &c.] *Phaſtos* oppidum Cretæ, vicinum *Gnoſſo*, vni de nobilioribus Cretæ vrbibus, quam hic tegnum nuncupat. Ibi ortus eſt quidam Lyctus, nominis quidem obſcuri, & plebeius: ſed ingenuus tamen & honeſtus. Cenſus eidem modicus, vita & mores inculpati. Antoninus Liberalis fab. 16. aliter rem totam narrans, maritum vocat Lampram, vxorem Galatiam, puellam Leucippum, deam cui ſupplex fit Telethuſa, Latonam.

674. CVM IAM PROPE PARTVS ADESSET] exactis menſibus parturitudini præfinitis. De Alcmena Plaut. Amphit. *Propinqua partitudo cui appetebat.*

675. QVÆ VOVEAM, DVO SVNT, &c.] Duo illi precatur, vt in partu quàm minimùm doleat (quædam enim non ſine magno cruciatu, quod ſcimus, fœtum deponunt) & vt maſculam prolem edat: ſemper enim patres ſexum ſuum meliorem, quàm muliebrem ac deteriorem, in ſobole deſiderant.

676. ONEROSIOR ALT. SORS EST, &c.] Difficilius eſt educare fœminas, quàm mares. Præterea cùm elocantur, dos illis danda; noſtræ autem fortunæ in anguſto ſunt. Ergo, quod horreo, ſi fœmellam ediderit (quamuis hoc nolens, & natura repugnante, & impiè mando, tamen mando) interficito.

680. ET LACRYM. VVLT. LAVER. PROFVS. &c.] Vbertim vt flerent, faciebat ἡ στοργὴ φυσικὴ affectuſque ille naturalis erga liberos, tametſi nondum ſibi natos: & dolor ſubeundæ neceſſitatis huius.

682. SED TAMEN VSQ. S. VANIS, &c.] Nitebatur mulier viro perſuadere fiduciam rerum meliorum, vtpote dijs auxilio ſuo non defuturis, & impellere illum ad mutandam ſententiam: ſed nihil agebat, obduruerat.

684. IAMQ. FEREND. VEX. ILLA GRAVEM, &c.] Siue legas *vixerat*, ſiue *vexerat*, obſcurius eſt. Si illo A modo, tum accuſandi caſus *grauem ventrem*, ad gerundium *ferendo* pertinebit. Si iſto, ad verbum *vexerat*.

685. MATVRO PONDERE] alibi vocat *onus*, *ſarcinam*.

687. INACHIS ANTE TOR. POMPA, &c.] Inachis Inachi fluminis filia, de qua ad finem lib. 1. dicta eſt Iſis, culta ab Ægyptijs, quorum deos ſecum ad Telethuſam adduxit. De eadem dea agit Plutarch. peculiari libello.

688. AVT STETIT, AVT VISA EST] ſubaudi *ſtetiſſe*. Si imago ſomni fuit, non ſtetit. Si ſtetit, ſomnium non fuit, ſed apparitio. Sic Æneæ 3. Æneid.

Effigies ſacra diuûm, Phrygijq; penates,
Quos ſecum à Troia, medijſq; ex ignibus vrbis
Extulerat, viſi ante oculos aſtare iacentis,
In ſomnis multo manifeſti lumine.

INERANT LVNAR. F. CORN. CVM SPICIS] Cornicula eius picturæ B addebantur, quòd eandem cum luna putarent. Primi homines in Ægypto, vt ex Diodoro narrat Raphaël, mundi hunc ornatum admirantes, duos eſſe deos, eoſque æternos ſunt opinati, ſolem & lunam, & illum Oſirin, hanc Iſidem appellauerunt. Adijcit ibidem Micyll. ex Herodoto, per *Iſidem* intelligi Cererem ab Ægyptijs, per *Oſirin* Dionyſum, quod & alio loco ſcriptum eſt à Diodoro.

690. ET REGALE DECVS] Diadema, ſeu corona erat in eius capite, vt reginæ: nihilominus duo cornua in ſumma frõte, velut ipſi diademati prætexta.

CVM QVA LATRAT. ANVB. S. BVBAST.] Sub forma canis hunc deum colebant Aegyptii, inde *latratorem* cognominat. Cùm autem nomen habeat à fele, & Aegyptij inter ſuos prodigioſos deos feles etiam colerent, haud equidem cunctabor Aelurum deum intelligere, quem ab Aegyptiis cultum ex Herodoto lib. 2. & Iuuenale ſat. 5.

licet

licet intelligere. Turneb. libr.7. Aduerſar. cap.8. apud quem lege cætera. *Sancta Bubaſtis*, inquit poë-ta, non vt marem deum, ſed fęminam accipere oe-ceſſe ſit. Gyrald. Syntagm.12. *Bubaſtin* ab Aegyptiis Dianam vocatam notat, & congruenter ſanè loco. Nam parturientium deam, ad parturientem veni-re, æquum & pium fuit. *Bubaſtia ſacra* apud Gra-tium de Venat.

691. VARIISQ. COLORIB. APIS] *Apis* regno Argi-orũ Aegialeo fratri permiſſo, in Aegyptum pro-fectus, Iſidem vxorem duxit, ibiq́; regnauit. Mul-tis deinde beneficiis in homines Aegyptios colla-tis, multis rebus vtilibus humanæ vitæ inuentis, *Serapidis* nomine eximiè cultus fuit poſt mortem ab Aegyptijs, & ſub forma bouis viui eius numen honoratum: quoniam id animal humano generi omnium cæterorum ferè vtiliſſimum. Ex Natali l. 7. Mytholog. c.13. Solinus c 34. *Inter omnia*, inquit, *quæ Aegyptus habet digna memoratu, præcipuè bouem mi-rantur, Apim vocant: hunc inſtar numinis colunt: inſignem nota alba macula, quæ dextro lateri eius ingenita, corni-culantis lunæ refert faciem.*

692. QVIQ. PREMIT VOCEM, DIGITOQ. SILEN-TIA SVADET] Ex Ægypti numinibus eſt *Harpocra-tes*, qui ex Iſide & Oſiride natus, quoniam præ-maturo partu editus eſt, tanquam mutus & elin-guis, præſul ſilẽtii & taciturnitatis habitus eſt: ideo digito os obſignante effingebatur. Plutarc. l. de Iſi-de & Oſiride. πϛοσωπογϱαφεῖται à Gyraldo Syntag. 1. pag. 56. vbi & alia non pauca ſuper eodem deo. Qualis autem Aegyptiis Harpocrates, talis Roma-nis Angerona.

693. SISTRAQ. ERANT] *Siſtrum* crepitaculum æneum, à concuſſu: σείεσθαι enim eſt concuti. Vſus eius in ſacris Iſidis. De eiuſdem conformatione, vſu, ſignificatione Plutarch. Comment. de Oſiri & Iſide.

NVNQ. SATIS QVÆSIT. OSIRIS] In ſacris Ae-gyptii ſacerdotes cum fletu procedentes, cum læ-titia reuertebantur, memoriam populo excitantes Iſidis, quæ cùm maritum Oſirin à Typhone occi-ſum, & in fruſta diſſectum audiſſet, per totam Ae-gyptum cum luctu & mœrore illius reliquias quę-ſiuit, quibus repertis, ſepulchrum marito extruxit, mœroremq́ue valere iuſſit. Micyll.

694. PLENAQ. SOMNIF. S. PEREG. VENEN.] A-ſpidem Aegyptiam aliis terris peregrinam & in-ſolitam intelligit Turneb. lib.7. c.8. homines ex al-tiſſimo ſumno excitantem.

695. TVM VELVT EXCVSS. SOMNO] 2. Aeneid. *Ex-cutior ſomno.*

696. SIC AFFATA DEA EST] Iſis.

PARS, O TELETHVSA, MEARVM] Conſilium Iſi-dis contra maritum. *Mearum* mulierum, mihi dile-ctarum, ſeu mihi deuotarum, me præcipuè colen-tium.

697. PONE GRAVES CVRAS] mitte angores & animum ancipitem inter maternum affectum, & mariti mandatum. 6. Aeneid. *Mittebant de pectore curam.*

699. TOLLERE QVIDQVID ERIT] Terent. And. *Quidquid peperiſſet decreuerunt tollere, ſeu mas foret ſeu fæmina.* Deponebant enim natos infantes hu-mi, &, ſi retinendos & alendos iudicabant, tolle-bant. Vide Turneb. lib.22. cap.11. Cælium Rhodi-gin. lib.30. cap.14.

DEA SVM AVXILIARIS, &c.] Multa medica-menta morborum inueniſſe tradit Diodorus, & quos ope ſua dignos cenſuerit, iis etiam dormien-tibus opitulari.

700. NEC TE COLVISS. QVER. INGRAT. NV-MEN] Si me veneraberis, cognoſces te id non fru-ſtra facere; gratiam quippe cultrici meæ reſeram.

702. LÆTA TORO SVRG. PVRASQ. &c.] 3. Ae-neid. poſtquam penates Troiani Aeneam noctu de Italia quęrenda admonuerunt: *Corripio ex ſtratis corpus, tendoq́; ſupinas Ad cælum cum voce manus.*

703. RATA SINT SVA VISA PRECATVR] exitu ipſo comprobentur. Videtur autem Telethuſa pu-tare, non ſatis potentem eſſe Iſidem, niſi cæleſti-bus etiam annuentibus eius promiſſis.

704. VT DOLOR INCREVIT] Optabat Lyctus, vt paruo cum dolore pareret. Non eſt conſecutus: increuit enim, & auctus eſt dolor.

SEQ. IPSVM POND. IN AVRAS EXPVLIT] onus per ſe vtero excidit, non adiuuante, vt mos eſt, ob-ſtetrice. Doluit igitur primùm: ſed infantis ex vte-ro egreſſus difficultatis nihil habuit.

706. PVERVM MENTITA] ipſi marito, & aliis, præterquam nutrici.

708. VOTA PATER SOLVIT] pro puero, vt cre-debat, & puerpera ſaluis.

NOMENQ. IMPONIT AVITVM] Venerantur filii & nepotes in hoc quoque parentes & auos ſuos, quòd natis de ſe eorum nomina ad retinendam defunctorum memoriam imponunt.

710. QVOD CVMMVNE FOR. NEC QVENQ. &c.] Conuenit hoc nomen Iphis, vt quædam alia, vtri-que ſexui. Hoc igitur nomine puellam genitam poſſe appellari, non fallebat quenquam. Fallebat verò, quòd puerum diceret, & vt puerum veſtiret: quæ erat puera, ſeu puella.

711. IMPERCEPTA PIA MEND. &c.] Manebant non animaduerſa, non intellecta mendacia Te-lethuſæ, pię fraudis, ſeu ex pia fraude profecta. Ta-lia vocat Cic. *Honeſta & miſericordia mendacia.* Ita e-nim aduerſus Q. Tuberonem pro Q. Ligario apud Cæſarem dicens: *Quòd ſi probare Cæſari poſſemus, in A-frica Ligarium omnino non fuiſſe: ſi honeſto & miſericor-di mendacio ſaluti ciuis calamitoſi conſultum eſſe velle-mus: tamen hominis non eſſet, in tanto diſcrimine & peri-culo ciuis, refellere & coarguere noſtrum mendacium*, &c.

713. CVLT. ERAT P. FACILIS QVAM, &c.] De ſi-mili & ambigua facie Atalantæ, lib.8.

Talis erat cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.

ELECTORVM
LIBER DECIMVS.

Orphei & Eurydices fuerunt inauſpicatæ infælicéſque nuptiæ. Incedentem hanc per gramina, ſerpens momordit. Eo morſu extinctam vbi ſatis defleuit vates, ad inferos deſcendit, Plutonem & Proſerpinam eius ſibi ad tempus reſtitutionem flagitaturus. Negat inde, niſi voti compotem, rediturum.

SECTIO I.

INDE per immenſum croceo velatus amictu
Æthera digreditur, Ciconúmque Hymenæus adoras
Tendit: & Orpheia nequicquam voce vocatus
Affuit ille quidem: ſed nec ſollemnia verba,
Nec lætos vultus, nec fælix attulit omen.
Fax quoque quam tenuit lacrymoſo ſtridula fumo
Vſque fuit: nullóſque inuenit motibus ignes.
Exitus auſpicio grauior. nam nupta per herbas
Dum noua Naïadum turba comitata vagatur;
Occidit, in talum ſerpentis dente recepto.
Quam ſatis ad ſuperas poſtquam Rhodopeïus auras
Defleuit vates: ne non tentaret & vmbras,
Ad Styga Tænaria eſt auſus deſcendere porta.
Pérque leues populos, ſimulacráque functa ſepulchro
Perſephonen adijt, inamœnáque regna tenentem
Vmbrarum dominum: pulsiſque ad carmina neruis
Sic ait: O poſiti ſub terra numina mundi,
IN QVEM DECIDIMVS QVIDQVID MORTALE CREAMVR:
Si licet, & falſi poſitis ambagibus oris,
Vera loqui ſinitis: non huc, vt opaca viderem
Tartara, deſcendi: nec vti villoſa colubris
Terna Meduſæi vincirem guttura monſtri:
Cauſſa viæ eſt coniux, in quam calcata venenum
Vipera diffudit, creſcentéſque abſtulit annos.
Poſſe pati volui: nec me tentaſſe negabo.
Vicit amor. SVPERA DEVS HIC BENE NOTVS IN ORA EST.
An ſit & hic, dubito: ſed & hic tamen auguror eſſe:
Famáque ſi veteris non eſt mentita rapinæ,
Vos quoque iunxit amor. per ego hæc loca plena timoris,
Per chaos hoc ingens, vaſtique ſilentia regni,

Eury-

Eurydices oro properata retexite fata.
OMNIA DEBENTVR VOBIS, PAVLVMQVE MORATI
SERIVS, AVT CITIVS METAM PROPERAMVS AD VNAM.
TENDIMVS HVC OMNES: HÆC EST DOMVS VLTIMA, VOSQVE
HVMANI GENERIS LONGISSIMA REGNA TENETIS.
Hæc quoque cùm iuſtos natura peregerit annos,
Iuris erit veſtri: pro munere poſcimus vſum.
Quòd ſi fata negant veniam pro coniuge, certum eſt
Nolle redire mihi: leto gaudete duorum.

UNDE PER IMMENS. CROCEO, &c.] Inde, poſt nuptias, quibus Iphis ex fœmina in adoleſcentem conuerſa ab Iſide, cum Ianthe puellam iniuit. Inde ergo per æthereos, ſeu cæli plagas, Hymenæus crocea opertus veſte, ad Ciconum oras in Thraciam, vbi iuxta Hebrum fluuium habitant Cicones, cōtendit, ad Orphei (cui totus hic liber dicatus eſt, in quo ſcilicet cantus eius explicatur) & Eurydices nuptias. Quis fuerit primum *Hymenæus*, & vnde illi nomen, docebit te Gyrald. Syntagm. 3. Scalig. Poët. libr. cap. 1. & noſter Lud. Cerdius in 3. Georg. non longe à principio, ad illud: *Aetas Lucinam, iuſtosq. pati hymeneos.* Hymenæus nuptialis; qualis Latinis Talaſſius, ſiue Talaſſius, ex hiſtoria, quam de raptu Sabinarum agens, tradidit lib. 1. ab V.C. Liuius in hæc verba: *Vnam longè ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignem, à globo Talaſſij cuiuſdam ferunt; multiſq. ſciſcitantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Talaſſio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam.* Totus eius habitus ex Catulli Epithalamio in nuptias Iuliæ & Mallij cognoſcitur. Poëmatis hoc eſt principium: *Collis ô Heliconij Cultor, Vraniæ genus,* &c. Quæ dona Orpheo nuptias agitanti & volucres & pecudes velut χαριστήρια attulerint; quomodo ad eaſdem Calliopea mater, & eius rogatu ipſa Iuno cum muneribus venerint, pereleganter feſtiuè fabulatur Claudian. epiſt. ad Serenam.

4. SED NEC SOLEMNIA VERBA] Omen infauſtarum nuptiarum, quod nec bene nubentibus precatus eſt, nec hilarem oſtendit vultum, & omnino non fuit, qualis ſolet eſſe; cùm & fax quam gerebat, quamuis quateretur, non daret flammas, ſed cum ſtridore fumum, quo humeſcunt oculi, quaſi lacrymarent. Confer cum his illa de nuptijs Terei & Prognes lib. 6. *Non pronuba Iuno, non Hymenæus adeſt,* &c. Verba, quibus bene precari nouis coniugibus ſolebat Hymenæus, in fine Epithalamij à Catullo ponuntur.

6. FAX QVOQ. QVAM TENVIT] Faces ſponſæ præferebantur: ſiquidem noctu ad ædes ſponſi deducebatur, de quibus, vt item de alijs multis nuptiarum cærimonijs legendus Alex. ab Alex. l. 2. c. 5. cum helluone librorum Tiraquello ſuo: & Barn. Briſſonius lib. de ritu connub.

7. NVLLOSQ. INVENIT MOTIB. IGNES] Catull. *Viciam quate tædam.* Concuſſionem, ſeu quaſſationem non ſequebatur flamma. Die leſcht / vnd raucht nur.

8. EXITVS AVSPICIO GRAVIOR] Auſpicium non fuit tam graue & horribile, quàm in nuptijs

A Terei & Prognes. At verò exitus ipſe grauior: miſerè enim perijt Eurydice.

10. OCCIDIT, IN TALVM SERP. D. RECEPTO] Lib. ſequenti de Eperie nympha:

Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit, viruſq. in corpore liquit.

Morſa à ſerpente, dum vnà cum Naiadibus vagatur, è quarum numero fuerat, flores forſitan legēs, interijt. Sed Virgilius aliam morſus iſtius letiferi occaſionem narrat 4. Georg. quem librum in hac fabula Orphei & Eurydices finit, & inde noſter, vt mox videbis, non pauca imitatus eſt, vel potiùs totam eam fabulam aſſumpſit:

Illa quidem dũ te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in vnda.

B Idem continenter, quorum lacrymis mors eius comploratа ſit.

11. QVAM SAT. POSTQVAM DEFLEV. VATES] Virgilius:

Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem,
Te dulcis coniux, te ſolo in littore ſecum,
Te veniente die, te decedente canebat.

12. VATES RHODOPEIVS] Thracius, ſeu Threïcius, à Rhodope monte Thraciæ.

13. AD STYGA TAEN. EST AVS. DESC. PORTA, &c.] Iuxta Tænarum Laconiæ promontorium ſpecus fuit, per quem ad inferos via patebat. Viui eò deſcenderunt, indeq́ue redierunt *Hercules, Vlyſſes, Theſeus, Pirithous* & *Orpheus*, de quo & Virgil.

Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
C *Ingreſſus, maneſq. adijt, regemq. tremendum,*
Neſciaq. humanis precibus manſueſcere corda.

Caſſius Parmenſis:

Auſus & ire viam mortalibus inconceſſam,
Pœnarum oblitos demulſit carmine manes.

Seneca Hercule Oetæo:

Qui per Tænarias fores
Manes commonitos adit;
Mœrentem feriens chelyn,
Cantu tartara flebili,
Et triſtes Erebi deos
Mouit, nec timuit Stygis
Iuratos ſuperis lacus.

14. PERQ. LEVES POPVL. SIMVLACRAQ. &c.] Lib. 14. *Errant exſangues ſine corpore & oſſibus vmbræ.* Vbi vide annotata. Simulacra functorum ſepulcro, ſunt animæ, & ſimilitudines quędam mortuorum, qui ſepulturam acceperunt.

15. INAMOENAQVE REGNA] Libr. 4. deſcribens hæc regna: *Pallor, hyemſq. tenent latè loca ſenta.*

Vide & Maro[illegible]m in 6. Propert. lib. 3. eleg. 5.

Parcite, pallentes vmbras quicunque tenetis,
Duraq; ſortiti tertia regna dei.

16. VMBRARVM DOMINVM] Seneca Hercul. Fur. *Immites potuit flectere cantibus Vmbrarum dominos.*

PVLSISQ. AD CARMIN. NERVIS] Lib. 5. de Calliope. *Atque hec percuſſis ſubiungit carmina neruis.* Et infrà hoc eodem lib. *Neruoſq; ad verba mouentem.*

17. OPPOSIT. SVBT[illegible] RR. VVM. MVNDI] Lib. 4. E-lyſiaſq; *domos, & regna nouiſſima mundi.* Partem memoria à nauigantibus repertus eſſe dicitur nouus orbis. At nobis Ouid. nouum quendam orbem oſtendit, eumque ſubterraneum. Statio 7. Thebaid. *Mundi arcana ſepulti.* Ita erit triplex mundus. *Supremus*, qui alio nomine cælum, cuius circunflexu reguntur cuncta. Plures quippe auctores hoc eum nomine, præſtantiæ forſitan rationem habentes, appellant. Cum quo pacè eſt duo elementa, ignem & aërem intelligere. *Medius*, qui duobus cæteris, terra, aqua, item hominibus, animantibus & ſtirpibus continetur. *Infimus*, qui eſt animorum tantummodo domicilium, & leues illos populos, exangueſque vmbras pro incolis habet. Cuius partem faciunt poëtæ *Elyſios campos*, de quibus ita in 6. Virgil.

Deuenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſq; beatas.
Largior hic campos æther & lumine veſtit
Purpureo, ſolemq; ſuum, ſua ſidera norunt.

Cernis quemadmodum huic parti lucem & ſolem & ſidera, ſeu cælum ſuom tribuat, vt pænè noſtro huic ſimilem reddat. Nam reliquam partem tenebris, & craſſa caligine horridam eſſe conſtat. *Opaca tartara* vocat Ouid. Cùm igitur ibidem vrbes & ſtirpes & animantes nullæ, ſoli autem manes, ſeu, vt poëtæ nuncupant, vmbræ hominum ſint; neceſſe eſt mundum illum ἐπιπλέον ὀχυρῶς accipere à meliore & potiore mondi parte, quam conſtituunt homines: tametſi ibidem toti non ſint. Sic mundus è mundo quodammodo ſublatus eſt, cùm per aquarum illuuiem Noëticis temporibus vniuerſi mortales, exceptis octo tantùm, ſummerſi perierunt. *Mundum* item *tertium* Germanica natio nominare conſueuit, cùm ſic loquitur, in ẽner welt / in der anderen welt; quo nomine damnatorum, Beatorumque ſedes ſignificat, quas nunc præter IESVM Saluatorem, & matrem eius, meri [illegible]tios, & animæ corporibus vacantes incolunt. De quatuor mundis lege doctiſſimam diſputationem Rhodigini lib. 2. cap. 18. Eorum primus & ſummus dici poteſt, inquit, vltramundanus, eximius, augiſtus, incomprehenſus, quem ſcientiſſimis *angelicum*, philoſophis verò etiam *intellectualem* mos eſt appellare. Proximum ab eo locum tenet cæleſtis. Infimum, ſeu tertium ſublunaris, qui hominibus eſt ſubiectus. Qu[illegible]tum denique ipſe homo, quem ſæpe audiuiſti μικρόκοσμον nominari, qui reliquos mundus includit, ſeu reliquorum omnium quoddam ſimulacrum eſt. Iam ſi etiam infernom addas mundum, quinque omnino numerabis. Nec mirabere, ſi Democritum vel infinitatem quandam mundorum fabricaſſe recordere: ſed ille atomorum faber euanuit in cogitati[illegible]nibus ſuis. Primus ille mundus, ille auguſtus pro dignitate ſatis decantari à nemine poteſt, quod & Plato in Phædro affirmat. Reliquos inter ſe comparat Ioannes Pi-

A cus Mirandul. vnde ſ[illegible] in H[illegible] mundos eſſe [illegible] dum: & [illegible] nibus ſim[illegible] & quæ ni[illegible]s, etiam [illegible] ſed condit[illegible] & ad literata. Con[illegible] briceniſes noſtri C[illegible] cor. [illegible] lib. 1. Ariſtot. de C[illegible] lo, quæſt. 1 art[illegible] mundos 5 *Ar[illegible] pum, Angelicum, Elementarem, Mundum magnum, Mundum paruum.*

18. IN[illegible]VEM DECI[illegible]IDQ. MORT. CRE[illegible]M.] Horat. ode [illegible] lib. 4.

Nos vbi decidimus
Quò pius Aeneas, quò Tullus diues, & Ancus,
Puluis & vmbra ſumus.

B Iam verò mortem omnibus eſſe propoſitam, clamant omnes libri, clamat quotidiana experientia: *Stat ſua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus Omnibus eſt vita* Et paulo pòſt rurſum noſter pluribus:

Omnia debentur vobis, paulumq; morati
Serius, aut citius metam properamus ad vnam.
Tendimus huc omnes, hæc eſt domus vltima vo[illegible]q;
Humani generis longiſſima regna tenetis.

Copioſus eſt in hac ſententia explicanda Ho[illegible]r. ode 4. lib. 1. & 14. lib. 2 & [illegible] lib. 3. & ſat. 6. [illegible] Acceſſe & Claudianum 1. de Raptu: *Dij quibus in numerum, &c.*

19 SI LI[illegible] ET, ET FALSI. &c. Veni[illegible]m, ſeu copiam loquendi petit primùm, & vera ſe d[illegible]um promittit, quæ ſunt loci beneuolentiæ & att[illegible]tionis.

C 20. NON HVC VT OPACA VID. TART. &[illegible]on curioſitas videndi mira & nonquam vi[illegible]ue adduxit: quæ pleriſq; longam[illegible]m peregr[illegible]nati[illegible]num cauſſa eſt. Locum Maronis è 6. adumbrat, vbi Sybylla Charonti pro Ænea:

Nulla hic inſidiæ tales, abſiſte moueri:
Nec vim tela ferunt, licet ingens ianitor antro, &c.

21. T[illegible]RNA MEMBRIS. VINCIR. G. MO[illegible] vt Cerberum vinctum abduceret, ſicut Her[illegible]s, qui ſic ait apod Cic. 2. Tuſcul. ex Sophocle, de dextera ſua:

Hæc è tartarea tenebrica abſtractum plaga,
Tricipitem eduxit hydra generatum canem.

Seneca Hercul. Fur.

Da Phœbe veniam, ſi quid illicitum tui
Videre vultus. Iuſſus in lucem extuli
D *Secreta mundi.*

De Cerbero Natal. lib. 3. cap. 5. *Meduſæum monſtrum* ait vocet Cerberum, cauſſam vetam affer[illegible] in additionibus ad Raphaëlis Comment. Micyl. qu[illegible]d Echidna, quæ Ce[illegible]berum & Orth[illegible]m Gery[illegible] canem peperit ex Typhone, Meduſæ pr[illegible]nies fuerit. Adiungit pro teſtimonio locos Heſiodi ex Theogonia.

23. IN QVAM CALCAT. VEN. VIP. DIFFVD. [illegible] egebat & ipſa flores per prata Eurydice. Qu[illegible] cæcinere il[illegible] oportet [illegible] paucis mutatis, ex 3. eclog.

Qui legit[illegible] flores, & humi naſcentia fraga,
Frigidus, Eurydice, fuge mox latet anguis in herba.

Sed vt Virg canit, hoc ill[illegible] contigit, dum Ari[illegible] ſoi amore[illegible]prum, & inſequentem fugeret. O[illegible] nem[illegible]firmat. Rectè, *venenum diffudit* [illegible] venenum dictum, quòd per venas eat.

24. CRESCENTESQ. ABSTVLIT ANNOS [illegible]ſcuns

[illegible] numero, non longitudine, cũ indidem [illegible] Eu[illegible]dicæ abſtulit ſerpens, quando [illegible] Stat. de Adraſto rege Argiuorum 4. Thebaid. *Propiorq, abeuntibus annis.* Decreſcere & abire videntur anni in ſeneſcentibus, cùm ſemper pauciores ſuperſint ad viuendum. H[illegible] tatus ad Piſon. *venientes* in iuueneſcentibus, *recedentes* in longæuis nominat.

25. POSSE PATI VOLVI, &c.] Laudabile, aduerſos ca[illegible] us quoſcunque æqua mente perpeti: & id virum magnanimum decet magis, quàm perpetrare ardua. Veruntamen victum ſe fatetur amoris in coniugem exſuperantia, cuius deſiderium vltra ferre non potuerit. Ignoſcamus ſanè peccatum [illegible] uc Q[illegible]omod[illegible] quis ſemet conſolari poſſit ſuper a[illegible] ne bonæ vxoris videbis in Excerptis è libris Senecæ, quæ tamen Senecæ γνήσια non ſunt.

26. SVPERA DEVS HIC B. NOT. IN ORA] Nos ſuperi, comparatione inferorum. Virgil. 6. *Sed reuocare gradum, ſuperaſq, euadere ad auras, Hoc opus, hic labor eſt.* Comparatione autem cæl[illegible]ium, nos media tene[illegible]us. Et illi ſunt ſuperi, nos medij, inferi infimi. Amor à natura, ſine à Deo nobis inſitus, eſt coniunctionis appetitus procreandi cauſſa, communis omnium animantium. Quo quidam, immò verò innumerabiles, tantummodò ad explendas [illegible]bidines ſuas, & obſcænas voluptates conſectandas abutuntur.

28 FAMA VETER. RAPINÆ] Lib. 5. *Penè ſimul viſa eſt, dilectaq, raptaq, Diti.* Infrà, *raptorem*, & Claudian. *Infernum raptorem* vocauit.

29. PER HÆC LOCA PLEN. TIMOR.] propter multa triſtia ibidem & crudelia.

30. PER CHAOS HOC INGENS, &c.] Olet Virgilium. Nam ille in 6.

Dij, quibus imperium eſt animarum, vmbraq́ ſilentes,
Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte ſilentia latè.

VASTIQVE SILENTIA REGNI] vnde & *regna ſilentûm*.

31. PROPERATA RETEXITE FATA] quia creſcētes annos ei abſtulit, meritò *properata fata*. Reddite igitur ei vitam, quam præpropere amiſit. Ponit in perpetuis[illegible] hoc participium & Maro 1. Georg. de feminibus: *Et quamuis igni exiguo properata maderent.*

32. OMNIA DEBENTVR VOBIS, &c.] Grauiſſimus locus de communi conditione moriendi, breuitate vitæ, & æterna apud inferos manſione. Cùm inquit *omnia*, ad homines tantùm retulit quamuis neutrum) vt ſequentia exponunt. Etſi alia quoque humana, atque adeò res omnes, & ſimpliciter omnia interitui ſubiecta ſint, mortiq; debeantur. Horat. ad Piſon. *Debemur morti nos, noſtraq,.* Inde *debitum naturæ perſoluere* dicimur. θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς. Sic Lu[illegible]ianus in Epigrammat. *Omnia humana fluxa & caduca ſunt, & omnia nos prætereunt* [illegible] *nobis elabuntur.* Mox duobus verbis, *Paulumq, morati*, breuitatem vitæ humanæ perſtringit. *Vita ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam*, Horat. ode 4. lib. 1. & Seneca ad Marciam: *Minorem portionem ætas noſtra, quàm partem puncti habet, ſi temporí comparetur omni, cuius minor eſt menſura, quàm mundi; vtpote cùm ille ſe ſæpius huius ſpatium toties remetiatur. Quid ergo intereſt, id eſſe non uſſe diu ere, cuius quantumcunque fuerit incrementum, non multum aberit à nihilo?* Vide inſuper Prouerb. *Homo bulla.*

A Nec eodem tempore omnes morti concedimus: ſequitur enim. *Seruiū, ant ti[illegible] us metam properamus ad vnam.* Seneca Con[illegible] lat. a[illegible] Polybium *Alium alio tempore fata comprehendent, neminem præteribunt: alium in medio curſu vita deſeret, alium in ipſo aditu relinquet, alium in extrema ſenectute fatigatum iam, & exire cupientem vita emittet: alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus.* In quam ſenteņtiam & Horat. ode 3 lib. 2.

Omnes eòdem co[illegible]imur: omnium
Verſatur vrna, ſerius, ocyus
Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

Vbi Lamb. producit Archini di[illegible]um: πᾶσιν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον. Propert. item lib. 2. eleg. 28. *Longius, aut propius mors ſua quemque manet.* Quin θάνατος, quaſi τανὰς [illegible] πάντας, quòd mors ad omnes ſe extendat, & in omnes poteſtatem ſuam exerceat. Et cùm mortales ſæpe hinc illuc vagentur, & non modò in eadem vrbe, ſed totis etiam regionibus ſedes mutent tandem hac vna in domo omnes quieturos ait Orpheus, quoniam vltima eſt. Claud[illegible]us:

B

——— *O maxime noctis*
Arbiter, vmbrarum *potens cui noſtra laborant*
Stamina, qui finem cunctis [illegible] *ſemina præbes.*

Horat. ode 4. *Et domus exilis Plutonia.* [illegible] *exilis*, quia mane [illegible] n bræ qu[illegible] han[illegible] d[illegible] in[illegible] exiles & tenues aſpec[illegible] mque o[illegible]nlo[illegible] tes. Sic Virg. l[illegible] *Perq, domos Ditis vacuas,* [illegible] *ma natregna.* Ita Lamb. Torrentius verò, in qu[illegible] [illegible] muta, viliaque & abiecta eſſe [illegible] [illegible] nempe regnum. Hæc ſi cogitaſſ[illegible] Scali[illegible] [illegible] tiam non carpſiſſet, quòd regiæ Plutonis aliud epithetum non addiderit, quæ ſine dubio non anguſta eſt, ſed ampla. *Dominum* appellauit eius regnum, per πανοίμιον, iure ſuo, hoc eſt, poëtico. Ad extremū, Plutonis & Proſerpinæ regnum longiſſimo æuo duraturum teſtatur, quia eorum genus humanum ad eos deſcendit: ſed ampliùs inde non aſcendit. Ergo imperium veſtrum [illegible]n homines, ſine in animas hominum eſt lōgiſſimum, qui[illegible] mpiternum, cùm alia [illegible] gnar[illegible] [illegible]mines ſæpe dominos mut[illegible]nt, & ab alio ad a[illegible]ium reg[illegible] [illegible]an[illegible]ant. Hoc conſentaneum eſt i[illegible]os dicere, qu[illegible] & animorum æternitatem credunt, & tamen n[illegible] ſtetium de eorum reditu in corpora neſcirent; quod nos ipſemet Dei Filius ore ſuo ſacroſancto docere dignatus eſt.

C

D 36. IVSTOS ANNOS] Hominum opinione *iniuſti* ſunt *anni* eorum, qui citius d[illegible] vita demigrant, dicuntur; ante diē rapi, ſeu emori. Sed audi Senecā ad Marciam: *Non eſt quòd ſic te oner[illegible] potuit diutius vivere. Non eſt interrupta eius vita, nec vn quam ſi annis caſus intercecit. S[illegible]inicur quod cuiq, promiſſum eſt: eūt ſua fata, nec ad [illegible]nunt quidquam, nec ex promiſſo ſemel demūt: fruſtra vota aſſidua ſiunt. Habebit quiſq, quantum illi dies primus præ cripſit.* Hæc ſi prob[illegible] & vt nos decet, intelligas, non diſcrepant ab [illegible] Iobi. *Numerus menſium eius apud te eſt: conſtituiſti terminos illi, qui præterire non poterunt.* Dei enim voluntas & prouidentia ſunt fata illa, de quibus poëtæ loquuntur.

38. NEG. VEN.] ſi non dant eam mihi facultatem recipiendæ vxo[illegible]is. Nec en[illegible] n venia emper ad errata & peccata pertinet quod & aliàs monuimus.

3[illegible]. LETHO GAVDETE DVORVM] aut illam mihi dimittite, aut me quoque [illegible] ul retinete.

Quantopere Orphei cantu & ſupplicatione permoti ſint inferi. Eurydice redditur, quam pone ſequentem amoris impatientia maritus cōtra legem datam reſpicit. Relapſa denuò moritur. Qualis ſtupor Orpheum occuparit, per fabellas declarat. Rurſus tranſire volentem Charon prohibet. Sedens in ripa, & dolens deorum inferùm crudelitatem accuſat. In Rhodopen & Hæmum montes ſeceſſit.

II. *TALIA dicentem, neruóſque ad verba mouentem*
Exangues flebant animæ: nec Tantalus vndam
Captauit refugam: ſtupuitque Ixionis orbis:
Nec carpſere iecur volucres: vrniſque vacarunt
Belides: inque tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.
Tum primùm lacrymis victarum carmine, fama eſt
Eumenidum maduiſſe genas: nec regia coniux
Suſtinet oranti, nec qui regit ima, negare:
Eurydicénque vocant. vmbras erat illa recentes
Inter, & inceſſit paſſu de vulnere tardo.
Hanc ſimul, & legem Rhodopeïus accipit Orpheus,
Ne flectat retro ſua lumina, donec auernas
Exierit valles: aut irrita dona futura.
Carpitur accliuis per muta ſilentia trames
Arduus, obſcurus, caligine denſus opaca.
Nec procul abfuerant telluris margine ſummæ:
Hîc, ne deficeret, metuens, auidúſque videndi
Flexit amans oculos, & protinus illa relapſa eſt.
Brachiáque intendens, prendique & prendere certans,
Nil niſi cedentes infælix arripit auras.
Iámque iterum moriens, non eſt de coniuge quidquam
Queſta ſuo: quid enim niſi ſe quereretur amatam?
Supremúmque vale, quod iam vix auribus ille
*Acciperet, dixit, * reuocatáque rurſus eôdem eſt.* *reuolutaque
Non aliter ſtupuit gemina nece coniugis Orpheus,
Quàm tria qui timidus medio portante catenas
Colla canis vidit, quem non pauor antè reliquit,
Quàm natura prior, ſaxo per corpus oborto:
Quique in ſe traxit crimen, voluitque videri
Olenus eſſe nocens: tuque o confiſa figura
Infelix Lethæa tua, iunctiſſima quondam
Corpora, nunc lapides, quos humida ſuſtinet Ide.
Orantem, fruſtráque iterum tranſire volentem
Portitor arcuerat: ſeptem tamen ille diebus

Squallidus in ripa Cereris ſine munere ſedit,
Cura, dolórque animi, lacrymæque alimenta fuere.* *dederunt.
Eſſe deos Erebi crudeles queſtus, in altam
Se recipit Rhodopen, pulſúmque Aquilonibus Hæmum.

40 NERVOSQVE AD VERBA MOVENT.] Suprà: *Pulſiſq; ad carmina neruis.* Vetuſtiſſimi poëtæ carmina ſua ad citharam canebant. Horat. ode 9. lib. 4. A

Ne fortè credas interitura quæ
Longè ſonantem natus ad Aufidum
Non antè vulgatas per artes
Verba loquor ſocianda chordis.

Silius libr. 11. *Concordem cithara mouit per carmina linguam.*

41. EXANGVES FLEB. ANIMÆ] vmbræ, ſine corpore & oſſibus, vt lib. 4. dixit. Virgilio 4. Georg. *Vmbræ tenues, ſimulacráque luce carentûm, tenues ſine corpore vita, quæ volitent caua ſub imagine formæ.*

NEC TANTAL. VND. C. P. EFVG.] Tityi, Tantali, Siſyphi, Ixionis, Belidum meminit & in quarto his verbis:

Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouemq;
Iugeribus diſtractus erat. tibi, Tantale, nulla
Deprenduntur aquæ: quæq; imminet effugit arbor.
Aut petis aut vrges ruiturum, Siſyphe, ſaxum.
Voluitur Ixion, & ſe ſequiturq; fugitq;.
Moliriq; ſuis lethum patruelibus auſa,
Aſſiduè repetunt, quas perdant Belides vndas.

Explanationem ibidem require.

43. VRNISQVE VACAR. BELIO.] Vide prouerb. *Dolium inexplebile* apud Zenob. cent. 2. Adag. 6. Tibull. eleg. 3. lib. 1.

Et Danai proles, Veneris quòd numina læſit,
In caua lethæas dolia portat aquas.

Fabulam hanc *Danaidum* ſeu *Belidum* (ab auo paterno) Lucret. l. 3. ad inſatiabilem vitæ cupiditatem accommodauit:

Hoc, vt opinor, id eſt, æuo florente puellas
Quod memorant laticem pertuſum cõgerere in vas,
Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.

44. INQ. TVO SEDISTI SISYPHE SAXO] Silius libr. 11.

——— *Pallida regna*
Biſtonius vates, flammiſq; Acheronta ſonantem
Placauit plectro, & fixit reuolubile ſaxum.

45. TVM PRIMVM LACRYM. VICT. CARM. &c.] Quod & antea docui, eædem ſunt *Furiæ*, *Erinnyes*, *Eumenides*. Dictæ porrò *Eumenides* ab Oreſte, quia Palladis conſilio Argos profectus illas placaſſet; à beneuolentia nimirum & manſuetudine, cùm eſſent ſcelerum vindices ſeueriſſimæ, tantaque earum reuerentia apud gentes omnes, vt illarum nomen nemo propemodum auderet proloqui. Natalis l. 3. Mytholog cap. 10. Argumentum admirandæ & inuſitatæ ſuauitatis huius & vocis & carminis, & commiſeratio noua atque inaudita, quando nec Furiæ lacrymas cohibere potuerunt, à quibus alioqui abſunt longiſſimè.

46. NEC REGIA CONIVX SVSTIN. ORANTI. &c.] Ipſa Proſerpina, Plutonis vxor, & ipſemet Pluto precibus & cantu Orphei planè inflexi & commoti ſunt ad miſericordiam, vt bono viro, & côiugis ſuę amantiſſimo nihil negandum decernerent.

48. VMBRAS ERAT ILLA RECENTES INTER] quia & recèns mortua.

49. ET INCESSIT PASSV DE VVLNERE TARDO] Cùm dixerit animas illas corporibus & oſſibus carere, tamen ſæpe de illis canit, quæ ſine corporibus & oſſibus nequeunt fieri, nec intelligi. Sed poëtæ ſunt poëtæ. Et alibi ex 1. Tuſculan. lectorem monui, quid veteres de animis corpore ſolutis fabulati ſint. Redditur ergo Eurydice, ſed cum conditione.

51. NE FLECTAT RETRO SVA LVMINA, &c.] Totum locum de conditione lata Orpheo à Plutone, & de reditu irrito Eurydices retulit Seneca in Hercule Furente in choro extremo Act. 2. Rem quoque totam elegantiſſimè Virgil in 4. Georg. ab eo verſu: *Iamq; pedem referens caſus euaſerat omnes,* &c. è cuius filis textum ſuum confecit Ouid. Tangit & Martial. l. 14. in cithara:

Reddidit Eurydicen vati; ſed perdidit, ipſe
Dum ſibi non credit, nec patienter amat.

B In illud Virgil. *Namque hanc dederat Proſerpina legem,* notat Lud. Cerdius ſuperſtitionem veterum, ne quis diſcedens locum retro reſpiceret, vnde quippiam calamitatum portenderetur: ne, quæ triſtia eſſent, redigerentur in memoriam, quod ipſi mali ominis loco ponebant. Producit Apullon. in 3. & Valer. Flacc. in 3. ſimiliter.

53. CARPITVR ACCLIVIS, &c.] lib. 4. de eadem via:

Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes,
Styx nebulas exhalat iners, vmbræq; recentes
Deſcendunt illuc, &c.

Sed hæc eadem via, ſeu trames iſte redeuntibus ab inferis arduus & accliuis erat.

56. HIC NE DEFICERET, METVENS] quia tenéra, metuebat ne illo arduo aſcenſu nimiùm laſſa viribus deficeret, ſeſéque deſereret.

58. BRACHIAQ. INTENDENS, &c.] Geſtus retro labentium, aut retractorum, quo auxilium quærunt. C

62. QVOD IAM VIX AVRIS ILLE ACCIP.] propter diſtantiam.

64. NON ALITER STVPVIT, &c.] Ex Græcis quidam fuit adeò meticuloſus, vt ad *Herculis* nomen pauidus perhorreſceret, vt qui ſe ſatis tutum vix crederet, etiam cùm profundiſſimum ſpecum ſubiiſſet; vnde prolato interdum capite, cùm Herculem fortè conſpicatus eſſet, obduruit in ſaxum, quod ἀνδριάντιον vetuſtas appellauit, atq; in prouerbium nimiæ formidinis conceſſit, vt apud Suidam & Zenobium legimus. Hunc adeò ſpectât hi 4. verſus. Nam Ouidium hoc deſignare, ſatis indicat vox *timidus*, ex Adagio loco nominis poſita, quod apud Græcos etiam nun extabat. Nec illud te moueat, à Suida & Zenobio Cerberi* mentionem prætermiſſam, quam facit Ouid. potuit enim apud alios auctores hoc legere, vel ipſe comminiſci, vt hiſtoriæ colorem daret. Nam portentoſum mendacium videbatur hominem hominis

niſaſpectu obriguiſſe. Ideo Græcam fabellam Romana grauitate temperauit. Ian. Parrhaſ. in Claud. de Raptu, præfat. lib. 2.

68. QVIQ. IN SE TRAXIT CRIM. VOLVITQ &c.] Olenus vxorem habuit venuſtiſſimam Lethæam, atque ob id adeò ſibi non diſplicentem, vt præ ſe deas ſperneret. Quibus de illa pœnam ſumere volentibus, Olenus ſe obtulit, fuitque cum ea in lapidem tranſmutatus. Pro, *tua confiſa figura*, Turneb. emendat: *Confixa figura Infelix Lethæa tua.* Vide lib. 1. cap. 27.

73. PORTITOR ARCVERAT] Virgil. 6. *Portitor ille Charon.*

74. CERERIS SINE MVNERE] impranſus, incœnatus; ex parte totum, vt apud Hebræos. Exempli gratia, Geneſ. 43. de fratribus Ioſephi, cum eo conuiuium inituris: *Audierant enim, quòd eſſent comeſturi panem cum eo.* Quanquam mos eſt ſummam cibi abſtinentiam ſic indicare, Ne panem quidem comedit: vt potus, Ne aquam quidem guſtauit. Loquitur autem ſic & Auſon. *Diues eget nummis, cereali munere pauper.* Noſter modo non diſſimili 1. Faſt. *Eſſe Ceres viſa eſt, iacuunt Cerealia dona.* Eadem periphraſis eſt: *Munera, dona Bacchi, Lyæi*, &c. Lib. ſequenti appellat *toſtas fruges*, vbi & hæc duo carmina de pane Midæ A tangentem aurum mutato:

Tum verò, ſiue ille ſua Cerealia dextra,
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.

Porrò vt Orpheum ſeptem, ita Canentem lib. 14. propter Picum maritum in ſyluis amiſſum ſex dies ieiunam, atque etiam totidem noctes inſomnem manſiſſe dicit:

Sex illam noctes, totidem redeuntia cælo
Lumina viderunt inopem ſomniq́, cibiq́.

75. CVRA DOL. AN. LACRYM. ALIM. F.] nō tenera alimenta, cùm potius ſint inanimenta, corpuſque magis conficiant, quàm nutriant: ſed pro alimentis, quæ is iſtiuſmodi luctu occupatus, & dies B noctesque in iis conſumens, non quærebat, quia lacrymis paſceretur interea; & quia perinde vt alimento iiſdem delectabatur. Eſt enim flere quædam voluptas. In re longè ſanctiore ac diuiniore dixit hymnographus noſter: *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus?* pſal. 41. v. 4.

76 IN ALTAM SE RECIP. RHODOP. &c.] Lugentes receſſu in ſolitudines, ſyluas, montes delectantur. Diximus ſuper hoc in Symbol. eclog. 2. ad illa: *Ibi hæc incondita ſolus Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani.*

Orbatus coniuge Orpheus, à ſecundis nuptiis refugit. Dulcedine cantus ſui arborum omne genus ad ſe pellicit, nec deeſt Cypariſſus, in quam puer Apollini charus, quomodo propter ceruum dilectum, quem iaculo imprudens occiderat, & dolorem ex eo immoderatum conceſſerit, Poëta exſequitur.

III. 78. *TERTIVS æquoreis incluſum piſcibus annum*
Finierat Titan, omnémque refugerat Orpheus
80. *Fœmineam Venerem: ſeu quòd malè ceſſerat illi,*
Siue fidem dederat. multas tamen ardor habebat
Iungere ſe vati: multæ doluere repulſa.
86. *Collis erat, collémque ſuper planiſſima campi*
Area, quam viridem faciebant graminis herbæ.
Vmbra loco deerat, qua poſtquam parte reſedit
Diis genitus vates, & fila ſonantia mouit;
90. *Vmbra loco venit, non Chaonis abſuit arbor,*
Non nemus Heliadum, non frondibus æſculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus, & innuba laurus,
Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis haſtis,
Enodiſque abies, curuatáque glandibus ilex,
95. *Et platanus genialis, acérque coloribus impar,*
Amnicolæque ſimul ſalices, & aquatica lotos,
Perpetuóque virens buxus, tenuéſque myricæ,
Et bicolor myrtus, & baccis cærula ficus.
Vos quoque flexipedes ederæ veniſtis, & vnà

Pampi-

Pampineæ vites, & amictæ vitibus vlmi,
Ornique, & piceæ, pomóque onerata rubenti
Arbutus, & lentæ victoris præmia palmæ,
Et ſuccincta comas, hirſutáque vertice pinus,
Grata deûm matri: ſiquidem Cybeleïus Atys
Exuit hac hominem, truncóque induruit illo.
Affuit huic turbæ metas imitata cupreſſus,
Nunc arbor, puer antè deo dilectus ab illo,
Qui citharam neruis, & neruis temperat arcum.
Námque ſacer Nymphis, Carthæa tenentibus arua
Ingens ceruus erat, latéque patentibus altas
Ipſe ſuo capiti præbebat cornibus vmbras:
Cornua fulgebant auro: demiſſáque in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur: parilique ætate nitebant
Auribus è geminis circumcaua tempora baccæ.
Iſque metu vacuus, naturalique pauore
Depoſito celebrare domos, mulcendáque colla
Quamlibet ignotis manibus præbere ſolebat.
Sed tamen ante alios Ceæ pulcherrime gentis
Gratus erat, Cypariſſe, tibi: tu pabula ceruum
Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad vndas.
Tu modò texebas varios per cornua flores:
Nunc, eques in tergo reſidens, huc lætus & illuc
Mollia purpureis frænabas ora capiſtris.
Æſtus erat, mediúſque dies, ſoliſque vapore
Concaua littorei feruebant brachia Cancri;
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra
Ceruus, & arborea frigus ducebat ab vmbra.
Hunc puer imprudens iaculo Cypariſſus acuto
Fixit: & vt ſæuo morientem vulnere vidit,
Velle mori ſtatuit. quæ non ſolatia Phœbus
Dixit? & , vt leuiter, pro materiáque doleret,
Admonuit. gemit ille tamen: munúſque ſupremum
Hoc petit à ſuperis, vt tempore lugeat omni.
Iámque per immenſos egeſto ſanguine fletus,
In viridem verti cœperunt membra colorem:
Et modò qui niuea pendebant fronte capilli,
Horrida cæſaries fieri: ſumptóque rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine cælum.
Ingemuit, triſtiſque deus, lugebere nobis,
Lugebiſque alios, aderiſque dolentibus, inquit.

78. TERTIVS ÆQVOR. INCLVS. &c] à ſigno piſcium ad idem ſignum in Zodiaco, vltimum ſcilicet, & ideò annum clauſit, ſol tertiùm redierat. Tres anni abierant.

79. OMNEMQ. REFVG. FÆM. VENER.] *Nulla Venus, nulliq; animum flexere hymenæi.* Virgil.

A

80. SEV QVOD. MALE CESSERAT] Quòd Orpheus à muliere tandem abhorruerit, duplicem cauſſam profert, & lectori iudicium relinquit. Vel quòd nuptiæ primæ ſecus ceſſerunt, vetitus eſt ne ſecun-

ſecundæ qnoque infæliciter euenirent. Vel quòd Eurydice cęlibatum poſt eius mortem promiſerat, vti boni cõiuges ſolent, qui ſe in vita plurimùm dilexerunt, & Dido Sichæo promiſit, vt eſt in 4. Æn.

81. Mvlt. tamen ard. ivng. &c.] Quia vates *Orpheus*, quod genus hominum honoratiſſimum, & Calliopæ Muſæ Apolliniſque filius, forſitan & eximia forma; ideo nubere illi cupiebant mulię: quas omnes aſpernatus eſt.

86. Collis erat, collemq. svper, &c.] Loci deſcriptio, in quo canens Orpheus, à Bacchis eſt diſcerptus. Area ſuper collē opus fuit, quò tot arbores ad muſicum audiendum conuenire poſſent.

87. Graminis herbæ] Virg. eclog. 5. *Nulla neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam*. Vide Symbolas noſtras ad eum locum.

88. Vmbra loco deerat] planiſſima tantùm erat area, nulla arbor, quæ vatem vmbra ſua à ſole defenderet. Verùm vbi lyram incepnit, aduentantes arbores gratiſſimam illi vmbram mox fecerunt, & locum, ſeu partem, quam ſedendo occuparat, ôpacarunt. *Vmbra* laudes ingenioſè pertractat Ioan. Wowerius libro peculiari, cap. 3. & 4.

89. Et fila sonantia movit] Infrà: *Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas.*

90. Non Chaonss abfvit arbor] Præfat. in libr. 2. de Raptu locum hunc æmulatur Claudianus. Dio Chryſoſtomus orat. LXXVIII. ait *Orpheo* ſic inter arbores, aues, feras, ſaxa, &c. canenti matrem Calliopen caput demulſiſſe, dixiſſeque, ſatis muſicam didiciſſe, & eſſe artis ſapientiſſimum. In recenſendis arborum generibus verboſior eſt Ouidius, inſerta metamorphoſi Cypariſſi. Nominat item arbuſta & frutices quoqne, non meras arbores, vt admirationem cantus inde augeat. Apollon. lib. 1. etiam ſaxa addit, vt & noſter principio l. ſequentis:

Carmine dum tali ſyluas, animoſq́; ferarum
Threicius vates, & ſaxa ſequentia ducit.

Horat. præterea flumina, & ventos conſtitiſſe & auſcultaſſe, ode 12. lib. 1.

Aut in vmbroſis Heliconis oris,
Aut ſuper Pindo, gelidoue in Hæmo?
Vnde vocalem temere inſecuta
Orphea ſylua,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus, celereſq́; ventos,
Blandum & auritas fidibus canoris
Dncere quercus.

Quem Ouid. *Hæmum Thracia*, Horat. *Pindum Theſſaliæ* montem, vtrumque Muſis ſacrum, appellat, & ad Piſones ſabulam interpretatur. Silius l. 11. præter mõtes, ſyluas, feras, amnes, aues etiam matrem *Calliopen* cum Mnſis ad tam dulcem cantum exaudiendum acceſſiſſe fabulatur:

Hunc etiam mater tota comitante ſororum
Aonidum turba, mater mirata canentem,
Non illo Pangæa iuga, &c.

Virgil. paucis rem abſoluit 4. Georg. *Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.* Quem & in campis illis perpetuò virentibus, fortunatiſque nemoribus collocat in 6. Æneid.

Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum:
Iamq́; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.

Vide eius imaginem apud Philoſtratum iuniorem,

A ſtatuam apud Calliſtrat. Ad hæc lege Natalem l. 7. cap. 14. Nunc ad verba poëtæ. *Quercum* nominat Chaonis arborem, quòd illius in Chaonia regiuncula (à Chaone Troiano, fratre Heleni, qui in Epiro regnauit, vocabulum ſortita) magnus prouentus.

91. Non nemvs Heliadvm] *Syluam* alibi dixit, cùm non ſint niſi tres arbores, in quas ſorores Phaëthontis migrauerunt, l. 2. Sic lib. ſequenti ait eum *duxiſſe ſyluas*.

Non fr. nois. æscvlvs altis] quoniam & ipſa alta. Obſerua, ne ſit nuda nimis commemoratio, ſingulis, præterquam fago, addit epithera, & in ijs varietatem aucupatur.

92. Nec tiliæ molles] contrà Virg. eclog. 4.

B *Et dura quercus.* 2. Georg. *leues* [illegible]. Lignum tiliç ſtatuis ſculpendis aptiſſimum, propter mollitiem.

Nec fagvs] *patula* Virgil. eclog. 1.

Et innvba lavrvs] propter Daphnen inuuptam & virginem, in eam transformatam, l. 1.

93. Et corvli fragiles] *eduras* nominat Maro 2. Georg Sic enim quidam legunt: *Plantis edura coryli naſcuntur. Edurus*, ſicut *egelidus*. pro, *non gelidus*.

Et fraxin. vtili hastis] Eclog. 7. *Fraxinus in ſyluis pulcherrima*. lib. 2. Georg. myrtum & cornum haſtilibus aptas ait.

94. Enodisq. abies] vt fraxinum ſyluarum, pinum hortorum, populum fluuiorum, ſic abietem montium decus eſſe vult Maro, eadem eclog. Plin. lib. 16. c. 10. *Abies nauigijs expetita; ſitus in excelſo montium, ceu maria fugerit.*

C Cvrvataq. glandib. ilex] ſignificatur eius fœcunditas. De *ilice* legito Plin. lib. 16. cap. 8. *Tanta eius durities, vt nõ niſi magna difficultate perſcindi queat.*

95. Et platanvs genialis] Diſſerui copioſiùs de hac arbore in Symbolis ad 4. Georg. ibi: *Iamq́; miniſtrantem platanum potantibus vmbram.* Propter vmbram dumtaxat à priſcis expetebatur, & ſub ea potabatur, curabaturque genius. Ob id *genialis* hîc. Horat. ode 11. lib. 2.

Cur non ſub illa vel platano, vel hac
Pinu iacentes ſic temere, & roſa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Aſſyriaq́; nardo
Potamus vncti?

Multa ſuper ea Lud. Cerda Comment. in Georg.

Acerq. colorib. impar] Varia ſunt eius genera, & colores varij. Conſiderat Plin. lib. 16. ca. 15.

D 96. Amnicolæq. simvl salices] amant humorem ſalices, ideò ad ripas ſeruntur. Virgilius 2. Georg *Fluminibus ſalices naſcuntur*. Plin. lib. 16. c. 37. *Salicem verò circa amnes, qua nulla aquaticarum vtilior.*

Et aqvatica lotos] gaudet enim locis humidis.

97. Perpetvoq. virens bvxvs] Emblema Alciati CCVII. in buxum:

Perpetuò viridis, criſpoq́; cacumine buxus,
Vnde eſt diſparibus fiſtula facta modis,
Delicijs apta eſt teneris, & amantibus arbor:
Pallor ineſt illi, pallet & omnis amans.

Tenvesq. myricæ] Virgil. eclog. 4. *Non omnes arbuſta iuuant, humileſq́; myricæ.*

98. Bicolor myrtvs] alia alba, alia nigricans.

Et baccis caervla ficvs] groſſos, hoc eſt ficus immaturas & viridantes adhuc vocat *baccas*, *ὀλύνθους*.

99. Vos

99. VOS QVOQ. FLEXIPED. EDERÆ VENISTIS] In vulgatis legitur *flexibiles edera*: ſed hoc non tam bellum & concinnum putat Turneb. lib. 1. cap. 23. quàm vt eſt in manuſcriptis, *Vos quoque flexipedes ederæ.* Cùm enim edera flexuoſis & errabundis flagellis per humum ſerpat, veluti que pedibus flexis & curuis erret, *flexipes* accommodatiſſimè dicta eſt, vt & βλαισὸς a Græcis appellatur. Eſt ea ſacra Baccho. Coronantur inde poëtæ. Sicut enim errabunda tenaxque edera ſenſim altum conſcendit, eatenùs vireſcens, interiùs pallida, & aureos corymbos ex ſe producit: ita poëtæ ſuis laboribus humo pedetentim ſeſe efferunt: & quanquam aſſiduo ſtudio pallidi ſint, fama tamen ea ſcriptis & ingenii concitata ſemper virent: quippe qui aureos eruditionis & doctrinæ fructus parturiant. Claud. Minos in emblem. Alciati CCIV.

100. PAMPINEÆ VITES] frondes vitium dicuntur *pampini.*

AMICTÆ VITIBVS VLMI] 1. Georg. *Vlmiſq́; adiungere vites.* Et 2. *Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos.* Catull. *Lenta qui velut aſſitas Vitis implicat arbores.* De arboribus quæ præter vlmum vitibus maritantur, Plin. lib. 17. cap. 23.

101. ORNIQ.] 2. Georg. *Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus orni.*

ET PICEÆ] Lib. 16. cap. 10. Plin. De hac Alciat. emblem. CCII.

At picea emittit nullos quòd ſtirpe dolones,
Illius eſt index, qui ſine prole perit.

POMOQ. ONERATA RVBENTI ARBVTVS] *Horrida* Maroni Georg. 2. Idem eclog. 3. *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hædis.*

102. ET LENTÆ VICTOR. PRÆMIA PALMÆ] De *palma* & eius generibus Plin. lib. 13. cap. 4. Non cedit oneri impoſito, ideò & victoribus datur ramus palmæ, quia antagoniſtis ſeu hoſtibus non ceſſerint.

103 ET SVCCINCT. COMAS, HIRSVTAQ. &c.] Pinus in alto habet comas ſuas, tantumque in vertice frondeſcit, Cybele ſacra.

104. SI QVID CYBELEIVS ATYS EXVIT, &c.] Cauſſa cur hæc arbor Deûm Matri grata. *Atis*, & *Attis* etiã ſcribitur. Puer fuit dilectus *Cybele*, qui cùm contra mandatum eius ſe ſtupro contaminaſſet, in furorem verſus, primùm ſe abſcidit, deinde cùm ſe iugulare vellet, à dea miſerante in pinum tranſiuit. Extat de eo poëma Catulli, metro Galliambico.

106. AFFVIT H. TVRBÆ MET. IMITATA CVPRESSVS] ſicut meta in acutum erecta.

108. QVI CITHAR. NERVIS, ET NERVIS TEMP. ARC.] Periphraſis Apollinis, ſeu Phœbi, à duabus eiuſdem artibus & officiis. Eſt enim *muſicus* & *ſagittarius*. De primo l. 1. *Per me concordant carmina neruis.* De altero ibidem, dum obiurgat Cupidinem, quem arcum inflectentem aſpexerat:

Quidq́; tibi, laſciue puer, cum fortibus armis?
Dixerat: iſta decent humeros geſtamina noſtros,
Qui dare certa feræ, dare vulnera poſſumus hoſti.

Eſt & *medicus*; ſed hoc nihil ad rem.

109. NAMQVE SACER NYMPHIS, &c.] *Carthea* vrbs Cex inſulæ, patria Cypariſſi: *Carthæa arua* pro Carthæia arua, primitiuum pro deriuatiuo. At lib. 12. rectè: *Tranſit & antiqua Carthaia mœnia Cea.*

110. INGENS CERVVS ERAT, &c.] Deſcriptio cerui huius magnopere conſpirat cum illa lib. 7 A apud Maronem. Quanquam ſuum Ouid. ornat magis, longeque ſpecioſiorem facit, dum ei cornua inaurat, monilia gemmata de collo ſuſpendit, bullam argenteam fronti, baccas ſeu vniones auribus addit. Atque vt loci faciliùs componi queant, en tibi Virgilianum:

Ceruus erat, forma præſtanti, & cornibus ingens:
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrhuſq́; pater: cui regia parent
Armenta, & latè cuſtodia credita campi.
Aſſuetum imperiis ſoror omni Syluia cura,
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis:
Pectebatq́; ferum, puroq́; in fonte lauabat.
Ille manum patiens, menſæq́; aſſuetus herili,
Errabat ſyluis; rurſuſq́; ad limina nota
Ipſe domum ſera quamuis ſe nocte ferebat, &c.

B Ad vtrumque hunc ceruum, Cypariſſi inquam, & Tyrrhidarum puerorum, ac Syluiæ ſororis, reſpicit Martialis, de ceruo ſibi donato loquens lib. 13.

Hic erat ille tuo domitus, Cypariſſe, capiſtro:
Aut magis iſte tuus, Syluia, ceruus erat?

113. PENDEB. TERET. GEMMAT. MONIL. COLLO] Viuaciſſimum animal ceruus, cuius & hoc ſignum, relatum a Pierio lib. 7. Agathocles Syracuſanorum tyrannus in venatione ceruum interfecit, circa cuius collum torques inuentus aheneus, ſuperinducta iam pelle tectus, cum hac inſcriptione ΔΙΟΜΗ´ΔΗΣ ΑΡΤΕ´ΜΙΔΙ. hunc ille torquem magna veneratione ſuſceptum, Dianæ ſtatim conſecrauit.

115. PARILIQ. ÆTATE NITEB. BACCÆ] vniones pariter nati, & proinde æquales magnitudine. Lib. 8. *Pariliq́; ætate Philemon, Et pia Baucis anus.*

C 117. NATVRALIQVE PAVORE DEPOSIT. CELEB. DOM.] *Et celebrare*, Helleniſmus, vt celebret, vt frequentet dumos pagi, ſine metu, qui alioqui inſitus eſt eius naturæ, de quo dictum à nobis alibi. *Celebrare* eſt frequentare, ſæpiùs obire, eôdem crebriùs adire, ventitare. Lucret. l. 2. *Et variæ volucres lætantia quæ loca aquarum Concelebrant circum ripas.* Valerius libr. 6. cap. 1. *Genialem torum aſſidua ſtatione celebras.*

118. MVLCENDAQ. COLLA QVAMLIB. IGNOT. &c.] nihil ergo hoc ceruo manſuetius, cùm nec ignotorum tactus & manum reformidaret.

120. SED TAMEN ANTE ALIOS CEÆ, &c.] Ad rem propiùs accedit, curamque & amorem Cypariſſi adoleſcentis pulcherrimi in ipſum explanat.

D 122. AD NOVA PABVLA] vel in alia atque alia loca, vbi paſceret, & ſe nouo pabulo reficeret: vel ad graminis pabula, & herbarum per noctem reſtitutarum. Virgil. in laudibus Italiæ 2. Georg. memorans vbertatem paſcuorum:

Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.

123. ET MODO TAXEB. VAR. P. CORN. FLORES] Flores varios cornibus eius illigabat.

124. NVNC EQVES IN TERGO RESID. &c.] Equitatione gaudent mirabiliter pueri. Quare interdum minores beſtias conſcendunt. Sæpiùs adhibent caballos arundineos.

126. ÆSTVS ERAT, MEDIVSQ. DIES] quia medius dies, ſeu meridies, ideò æſtus. Quod tempus circumſcribitur ex adiunctis eclog. 2. *Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant*, &c.

127. Concava littor. ferveb. b. cancri] Sol erat item in cancro, ſigno Zodiaci, quo tempore calores ſunt magni. Cancer eſt littoreus; in littore enim, ſeu in ripis fluminum latitant cancri, indeq́ue extrahuntur. A

129. Et arborea frig. duceb. ab vmbra] Suprà aiebat ipſum ſuo capiti præbere vmbras, cornibus nimirum latè patentibus. Sed nunc toti corpori & quietem & vmbram ſub arbore in herba procumbens quærebat.

130. Pvar imprvd. iacvlo c. acvto fixit] Petebat enim aliam fortaſſe feram. Sic Cephalus imprudens, & præter ſententiam in virgultis delitentem Procnn vxorem, cùm illic feram latere crederet, miſſo telo interemit, lib. 7.

132. Velle mori statvit] Cum moriente homine charo velle mori, minùs mirum eſt, quàm cum dilecta beſtia; nihil quippe res iſta rationis habet. B

Qvæ non solat. Phoeb. dixit, &c.] Dolendum fuiſſe non negat de interitu tam ſpecioſi & manſueti animalis; ſed non ita immodicè, & pro materia, quia beſtiæ, non homo, nedum propinquus. Luſit in paſſere ſuæ Leſbiæ deplorando Catull. vt in pſittaco Ouid. alij, & recentiores quoque in alijs vel volatilibus, vel quadrupedibus, potiſſimùm catellis & canibus.

134. Gemit illa tam. mvnvsq. svprem.] pro maximo munere petit à dijs, vt ſibi tota vita liceat lugere cervum ſuum: ſolatium nullum admittit. Sed à puero prudentiam & animi maturitatem fruſtra poſtules.

136. Perq. immens. egesto sang. fletvs] deficientibus aqueis lacrymis, ſucceſſerunt ſanguineæ. Quis vnquam talibus defleuit parentes aut fratres aut amicos cariſſimos?

137. In virid. v. corp. m. color.] virorem inducere cœperunt, manente ſcilicet ſubſtantia.

140. Gracili cacvmine] ſuprà enim dixit: *Metas imitata cupreſſus*: metæ autem in acutum tendunt.

Sidereum cælvm] in quo ſunt ſidera, vt *florea rura*, in quibus flores. Non enim rura conſtant è floribus: ita nec cælum ex ſideribus eſt compoſitum. Tale & illud libr. 1. *Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma*: & eiuſdem generis apud poëtas permulta.

142. Lvgebisq. alios, aderisqve dolentib.] Fungitur Apollo vatis munere, & futura præcinit. Quemadmodum laurus triumphantibus & gaudentibus, ita cupreſſus in funeribus, quæ luctum & dolorem habent, vſurpabatur. Plinius lib. 16. cap. 33. Diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita. Ne quis ſcilicet neſcius illic corpus eſſe mortuum, ingrediens pollueretur. ſed nobilium fermè ac diuitum. quod videtur affirmare Lucan. *Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus*. Hanc arborem, aut piceam (nam idem vſus ad eandem rem) intelligit Ouid. cùm 1. Faſt. ait:

Per totidem menſes à funere coniugis vxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

In rogis quoque vtebantur ad tetrum vſtrinæ odorem depellendum, vt Varro ſcripſit. Multa de hac arbore ſcitu digna Rhodigin. lib. 25. cap. 2.

Cum arboribus Orpheus etiam varias volucres attraxerat. In medio igitur conſidens, mutationem pueri Hyacinthi in florem; Cypriorum, hoſpites immolantium, in boues, quià magnitudine cornuum Ceraſtæ dicti; Propœtidum, numen Veneris aſpernantium, & in lapides obdureſcentium cantat. Harum impudentia, atque etiam vniuerſè muliebribus vitijs offenſus Pygmalion, vitam cælibem inſtituit. Canit & alia, quæ pro inſtituto noſtro omittere ſatius opinor.

IV.

143. *TALE nemus vates attraxerat: inque ferarum*
Concilio medius, turba volucrúmque ſedebat.
145. *Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas,*
Et ſenſit varios, quamuis diuerſa ſonarent,
Concordare modos: hoc vocem carmine mouit.
Ab Ioue Muſa parens (cedunt Iouis omnia regno)
Carmina noſtra moue, Iouis eſt mihi ſæpe poteſtas
150. *Dicta: priùs cecini plectro grauiore gigantes,*
Sparſáque Phlegræis victricia fulmina campis:
Nunc opus eſt leuiore lyra.

Te

Te quoque Amyclide poſuiſſet in æthera Phœbus,
Triſtia ſi ſpatium ponendi fata dediſſent.
Quà licet æternus tamen es, quotiéſque repellit
Ver hyemem, Piſcique Aries ſuccedit aquoſo:
Tu toties oreris, viridique in ceſpite flores.
Te meus ante omnes genitor dilexit: & orbe
In medio poſiti caruerunt præſide Delphi:
Dum deus Eurotan, immunitámque frequentat
Sparten: nec citharæ, nec ſunt in honore ſagittæ.
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat,
Nec tenuiſſe canes: nec per iuga montis iniqui
Ire comes: longáque alit aſſuetudine flammas.
Iámque ferè medius Titan venientis, & actæ
Noctis erat: ſpatióque pari diſtabat vtrimque:
Corpora veſte leuant, & ſucco pinguis oliuæ
Splendeſcunt, latique ineunt certamina diſci.
Quem priùs aërias libratum Phœbus in auras
Miſit, & oppoſitas diſiecit pondere nubes.
Decidit in ſolidam longo pòſt tempore terram
Pondus, & exhibuit iunctam cum viribus artem.
Protinus imprudens, actúſque cupidine luſus
Tollere Tænarides orbem properabat: at illum
Dura repercuſſo ſubiecit in aëre tellus
In vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit æquè
Quàm puer, ipſe deus: collapsóſque excipit artus,
Et modò te refouet, modò triſtia vulnera ſiccat:
Nunc animam admotis fugientem ſuſtinet herbis.
NIL PROSVNT ARTES: ERAT IMMEDICABILE VVLNVS.
Vt ſi quis violas, riguóque papauera in horto,
Liliáque infringat, fuluis hærentia virgis:
Marcida demittant ſubitò caput illa grauatum,
Nec ſe ſuſtineant, ſpecténtque cacumine terram:
Sic vultus moriens iacet: & defecta vigore
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix, humeróque recumbit.
Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta,
Phœbus ait: videóque tuum, mea crimina, vulnus.
Tu dolor es, facinúſque meum. mea dextera letho
Inſcribenda tuo eſt: ego ſum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? niſi ſi luſiſſe vocari
Culpa poteſt? niſi culpa poteſt & amaſſe vocari?
Atque vtinam pro te vitam, tecúmue liceret
Reddere! quod quoniam fatali lege vetamur,
Semper eris mecum, memorique hærebis in ore.
Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt:
Flóſque nouus ſcripto gemitus imitabere noſtros.
Tempus & illud erit, quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem, folióque legatur eodem.

Talia dum vero memorantur Apollinis ore:
Ecce cruor, qui fuſus humi ſignauerat herbas,
Deſinit eſſe cruor, Tyrióque nitentior oſtro
Flos oritur, formámque capit quam lilia: ſi non
Purpureus color his, argenteus eſſet in illis
Non ſatis hoc Phœbo eſt (is enim fuit auctor honoris)
Ipſe ſuos folijs gemitus inſcribit: & ai ai
Flos habet inſcriptum, funeſtáque littera ducta eſt.
Nec gemuiſſe pudet Sparten Hyacinthon: honórque
Durat in hoc æuu: celebrandáque more priorum
*Annua * prælata redeunt Hyacinthia pompa.* *præclara
At ſi fortè roges fœcundam Amathunta metallis,
An genuiſſe velit Propœtidas: annuat æquè
Atque illos, gemino quondam quibus aſpera cornu
Frons erat, vnde etiam nomen traxere Ceraſtæ.
Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctam
Aduena vidiſſet, mactatos crederet illic
Lactentes vitulos, Amathuſiacáſque bidentes.
Hoſpes erat cæſus Sacris offenſa nefandis
Ipſa ſuas vrbes, Ophiuſiáque arua parabat
Deſerere alma Venus ſed quid loca grata, quid vrbes
Peccauere meæ? quod crimen, dixit, in illis?
Exilio pœnam potiùs gens impia pendat,
Vel nece; vel ſi quid medium eſt mortiſque, fugæque.
Idque quid eſſe poteſt, niſi verſæ pœna figuræ?
Dum dubitat quo mutet eos, ad cornua vultum
Flexit; & admonita eſt hæc illis poſſe relinqui,
Grandiáque in toruos transformat membra iuuencos.
Sunt tamen obſcœnæ Venerem Propœtides auſæ
Eſſe negare deam: pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primæ vulgaſſe feruntur.
Vtque pudor ceſſit, ſanguiſque indurauit oris,
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine verſæ.
Quas quia Pygmalion æuum per crimina agentes
Viderat, offenſus vitijs, QVÆ PLVRIMA MENTI
FÆMINEÆ NATVRA DEDIT, ſine coniuge cælebs
Viuebat, thalamique diu conſorte carebat.

143 TALEM NEM. VATES ATTRAXERAT] Adeò multas arbores & varias ſuauitate ſui cantùs ad ſe pellexerat Orpheus, vt nemus ſyluamque propemodum conficerent.

INQ FERAR. CONCIL. MED.] in cœtu ferarum, & turba volucrum medius ſedebat. In medio arborum & beſtiarum circumſtantium, volucrumque arborum ramis inſidentium ſedebat cum cithara ſua Orpheus, mutationes corporum & fabulas decantans. Commendans Muſicam epiſt. 40. lib. 2. Caſſiodorus de Orphæo carmine, quo animantes attraxit & demulſit, hunc in modum ſcribit: *Hinc* A *Orpheus multis animalibus efficaciter imperauit, vagoſque greges contemptu paſcuis ad audiendi epulas potiùs inuitauit. Illo cantante amauerunt ſiccas Tritones terras: Galatea luſit in ſolido: deſeruerunt vrſi amabiles ſyluas: leones domeſtica tandem canneta reliquerunt: iuxta prædonem ſuum præda gaudebat. In vnum conuentum contraria vota collecta ſunt & fidem dicente lyra omnia ſibi aduerſa crediderunt.* Cantum porrò paſtorum ſuorum ſimilem Orpheo videri poſtulat Virgil. eclog. 8. *Paſtorum Muſam Damonis & Alpheſibœi*, &c.

145. VI SAT. IMPVLS. TENT. P. CHORD. &c.] Binis verſibus elegantet fidicinum morem expreſſit, qui

qui priuſquam canant, chordarum ſonum pollice & indice iunctis eaplorant, & ſonos diuerſos in harmoniam redigunt.

148. AB IOVE MVSA PARENS, &c.] Calliopen matrem, ad Iouis laudes primùm omnium modulandas inuocat, quas tamen non niſi breuiſſimè perſtringit, memorata eius ſumma potentia & victoria contra gigantes, cum excuſatione, quia ſæpe aliàs eum laudarit. Sic eclog. 3. *Ab Ioue principium, Muſa, Iouis omnia plena.* Et Horat. ode 12. l. 1.

Quid priùs dicam ſolitis parentum
Laudibus? qui res hominum ac deorum,
Qui mare & terras, variiſq; mundum
Temperat horis.
Vnde nec maius generatur ipſo:
Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum.

CEDVNT IOVIS OMNIA REGNO] ſolus ipſe pater omnipotens. Horat. ode 1. l. 3.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis,
Clari giganteo triumpho
Cuncta ſupercilio mouentis.

De Iouis regno lege diſputationem Lactantij libr. 1. cap. 11.

150. PLECTRO GRAVIORE] Plectrum grauius, aut leuius pro materia dicitur. Bellum gigantæum grauius eſt his, quæ nunc canturus eſt leuiore lyra.

151. SPARSAQ. PHLEGRÆIS VICT. FVLM. CAMP.] De cælo à gigantibus occupato ſatis locuti ſumus lib. 1. ad illum locum:

Neue foret terris ſecurior arduus æther,
Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes:

De eodem bello Natal. libr. 6. cap. 21. In *Phlegræis campis* rem patratam poëtæ tradunt: ſed ij campi ab alijs in alia regione conſtituuntur, in Græcia, in Macedonia, in Theſſalia, in Campania. Propert. l. 3. eleg. 20. *Sive gigantæa ſpatiabere litoris ora.* Câpum Phlegræum iuxta Cumas intelligit. *Phlegræos Iouis Enceladiq; tumultus* vocat idem eleg. 1. lib. 2.

162. TE QVOQ. AMYCLID. P. IN ÆT. PHOEB.] Vt Iupiter Ganymedem ſuum tranſtulit in cælum, ſic feciſſet tibi Apollo, Hyacinthe Amyclæe (patronymicum poſuit pro poſſeſſiuo, fuit enim natus Amyclis, vrbe Laconiæ. Quam cùm condiderit Amyclas Hyacinthi pater, vt ſcriptum eſt à Pauſania in Laconicis, dicere hoc nihil eſt neceſſe) niſi triſtia fata interuenientia conſilium eius reddidiſſent irritum. In cauſſa fuit Zephyri zelotypia; nam & hic puerum illum amauit. Palæphatum adi.

164. QVA LICET ÆTER. TAMEN ES, &c.] non es adeptus æternitatem, qualem Ganymedes; ſed qualem potuiſti, in florem mutatus, ac verno tempore exoriens, dum ſol Arietis ſignum ingreditur.

167. ORBE IN MEDIO POSITI CAR. &c.] Hyacinthi cauſſa Phœbus Delphos, vbi reſponſa dat, Phocidis vrbem, terrarum vmbilicum deſerens, ad fluuium Eurotan, & Spartam vrbem frequenter venit. In carmine libero:

Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius orbis vmbilicum.

Vide Rhodigin. lib. 15. c. 20. Medium mundi Delphos ſtatuunt item Claudian. Euripides, Pindarus, Sophocles, alij.

169. IMMVNITAMQ. SPARTEN] Spartani vrbem ſuam muris munitionis gratia circundandam non

A cenſuerunt; ſufficere ſibi armatam iuuentutem ſuam ad defenſionem arbitrantes. Plutarch. in Apophthegm. Lacon. & in Suaſoriis Seneca Rhetor. Quorum iudicium quale fuerit, conſiderauimus dialogo 6. ſecunda parte tertij Volum.

170. NEC CITHARÆ, NEC SVNT, &c.] Explicat pluribus ſeruitutem, quam Hyacintho Phœbus ſeruire voluit, & ſtudia item pueri. Exercent quandam tyrannidem formoſi, & tacita quadam vi, vt magnes ferrum, omnes ad ſe diligendum trahunt. Ac bene Tibull. eleg. 8. lib. 1. *Forma nihil magicis vtitur auxilijs.* Locus ſimilis eſt infrà de Venere & Adonide: *Capta viri formâ, non iam Cythereïa curat Littora*, &c.

171. IMMEMOR IPSE SVI] Se *deum* eſſe, præterea *vatem* & *medicum* non recordabatur, quem ſeruilia hæc opera minimè deceant. Lib. 2. *Haud bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor.*

B 173. LONGA ALIT ASSVETVDO FLAMMAS] Amabat, quia conſueuerat. In eadem re, amore ſcilicet, vſus eſt alia tranſlatione Virgil. 4. Æneid. *Vulnus alit venis.*

174. IAMQ. FERE MED. TIT. VENIENT. &c.] ferme erat meridies: tunc enim ſol eſt medius inter præteritam & futuram noctem.

175. SPATIOQ. PARI DISTAB.] ἐπεξήγησις.

176. CORPORA VESTE LEVANT] Diſcum luſuri Apollo & Hyacinthus, quò eſſent expeditiores, exuunt veſtes, quemadmodum & in cæteris ludis gymnicis fiebat, qui & inde nomen ducunt. γυμνὸς enim *nudus*.

ET SVCCO PING. OLIVÆ SPLENDESCVNT] De vſu olei, ſeu vnctionis in palæſtra, diximus lib. 9. in lucta Acheloi & Herculis.

C 177. LATIQ. INEVNT CERTAM. DISCI] Quid fuerit *diſcus*, docet Mercurial. de arte Gymnaſt. lib. 2. cap. 12. & de eius exercitationis, δισκοβολίας inquam, effectibus & vtilitatibus libr. 5. cap. 10 Horat. ode 8. lib. 1. *Sæpe diſco, ſæpe trans finem iaculo nobilis expedito.* Vbi Lambin. ex Euſtath. Erat diſcus antæneus, aut ferreus, aut etiam lapideus; qui cùm medius eſſet loro, ſeu amento circumnexus, non modò viribus & lacertis, verùm etiam arte quadam adhibita ita in ſublime iaciebatur, vt infrà certos fines decideret.

178. AERIAS LIBRAB. IN AVRAS] Et alibi ſic locutus eſt, quomodo & Lucretius; cùm tamen non ſint auræ aliæ, quàm aëriæ.

179. ET OPPOSIT. DISIECIT PONO. NVBES] quia latus diſcus, ideò etiam grauis, & ideò pondere diſiecit nubes. Sed eſt ὑπερβολικώτερον, non enim tam altè illum vibrauit, vt nubes quoq; diſcuteret.

D 180. DECIDIT IN SOLID. L. POST TEMP. TERR.] Et hoc ὑπερβολικῶς. Vnum ex altero ſequitur. Si enim tam altè aſcendit ex iactu diſcus, neceſſe etiam fuit tardè admodum deſcendere. Quanquam grauiora leuioribus velociùs deſcendunt. Omne ſiquidem graue natura deorſum, ſicut leue ſurſum fertur.

181. ET EXHIB. IVNCT. C. VIRIB. ART.] virium fuit, quod pænè nubes attingebat: artis autem, quòd pulchrè in gyrum contorquebatur in aëre, & aptiſſimè in terram ferebatur diſcus.

182. PROTIN. IMPRVD. ACTVSQ. CVPID.] Occaſio præbita Zephyro, puerum, ſeu adoleſcentem à ſe alieniorem vita mulctandi.

Talia dum vero memorantur Apollinis ore:
Ecce cruor, qui fuſus humi ſignauerat herbas,
Deſinit eſſe cruor, Tyrióque nitentior oſtro
Flos oritur, formámque capit quam lilia: ſi non
Purpureus color his, argenteus eſſet in illis.
Non ſatis hoc Phœbo eſt (is enim fuit auctor honoris)
Ipſe ſuos folijs gemitus inſcribit: & ai ai
Flos habet inſcriptum, funeſtáque littera ducta eſt.
Nec genuiſſe pudet Sparten Hyacinthon: honórque
Durat in hoc æui: celebrandáque more piorum
*Annua * prælata redeunt Hyacinthia pompa.* *præclara
At ſi fortè roges fœcundam Amathunta metallis,
An genuiſſe velit Propœtidas: annuat æquè
Atque illos, gemino quondam quibus aſpera cornu
Frons erat, vnde etiam nomen traxere Ceraſtæ.
Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctam
Aduena vidiſſet, mactatos crederet illic
Lactentes vitulos, Amathuſiacáſque bidentes.
Hoſpes erat cæſus. Sacris offenſa nefandis
Ipſa ſuas vrbes, Ophiuſiáque arua parabat
Deſerere alma Venus. ſed quid loca grata, quid vrbes
Peccauere meæ? quod crimen, dixit, in illis?
Exilio pœnam potiùs gens impia pendat,
Vel nece, vel ſi quid medium eſt mortiſque, fugæque.
Idque quid eſſe poteſt, niſi verſæ pœna figuræ?
Dum dubitat quo mutet eos, ad cornua vultum
Flexit; & admonita eſt hæc illis poſſe relinqui,
Grandiáque in toruos transformat membra iuuencos.
Sunt tamen obſcœnæ Venerem Propœtides auſæ
Eſſe negare deam: pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primæ vulgaſſe feruntur.
Vtque pudor ceſſit, ſanguiſque indurüit oris,
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine verſæ.
Quas quia Pygmalion æuum per crimina agentes
Viderat, offenſus vitijs, QVÆ PLVRIMA MENTI
FÆMINEÆ NATVRA DEDIT, ſine coniuge cælebs
Viuebat, thalamique diu conſorte carebat.

143 TALEM NEM. VATES ATTRAXERAT] Adeò multas arbores & varias ſuauitate ſui cantûs ad ſe pellexerat Orpheus, vt nemus ſyluamque propemodum conficerent.

INQ. FERAR. CONCIL. MED.] in cœtu ferarum, & turba volucrum medius ſedebat. In medio arborum & beſtiarum circumſtantium, volucrumque arborum ramis inſidentium ſedebat cum cithara ſua Orpheus, mutationes corporum & fabulas decantans. Commendans Muſicam epiſt. 40. lib. 2. Caſſiodorus de Orphæo carmine, quo animantes attraxit & demulſit, hunc in modum ſcribit: *Hinc* A *Orpheum multis animalibus efficaciter imperauit, vagoſque greges contempti paſcuis ad audiendi epulas potiùs inuitauit. Illo cantante amauerunt ſiccas Tritones terras: Galatea luſit in ſolidis: deſeruerunt vrſi amabiles ſyluas: leones domeſtica tandem cauerna reliquerunt: iuxta prædonem ſuum præda gaudebat. In vnum conuentum contraria vota collecta ſunt & fidem dicente lyra omnia ſibi aduerſa crediderunt.* Cantum porrò paſtorum ſuorum ſimilem Orpheo videri poſtulat Virgil. eclog 8. *Paſtorum Muſam Damonis & Alphesibœi*, &c.

145. VT SAT. IMPVLS. TENT. P. CHORD. &c.] Binis verſibus eleganter fidicinum morem expreſſit, qui

qui priuſquam canant, chordarum ſonum pollice & indice iunctis explorant, & ſonos diuerſos in harmoniam redigunt.

148. AB IOVE MVSA PARENS, &c.] Calliopen matrem, ad Iouis laudes primùm omnium modulandas inuocat, quas tamen non niſi breuiſſimè perſtringit, memorata eius ſumma potentia & victoria contra gigantes, cum excuſatione, quia ſæpe aliàs eum laudarit. Sic eclog. 3. *Ab Ioue principium, Muſa, Iouis omnia plena* Et Horat. ode 12. l. 1.

Quid priùs dicam ſolitis parentum
Laudibus? qui res hominum ac deorum,
Qui mare & terras, varijsq; mundum
Temperat horis.
Vnde nec maius generatur ipſo:
Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum.

CEDVNT IOVIS OMNIA RSONO] ſolus ipſe pater omnipotens. Horat. ode 1. l. 3.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis,
Clari giganteo triumpho
Cuncta ſupercilio mouentis.

De Iouis regno lege diſputationem Lactantij libr. 1. cap. 11.

150. PLECTRO GRAVIORE] Plectrum grauius, aut leuius pro materia dicitur. Bellum gigantæum grauius eſt his, quæ nunc cantaturus eſt leuiore lyra.

151. SPARSAQ. PHLEGRÆIS VICT. FVLM. CAMP.] De cælo à gigantibus occupato ſatis locuti ſumus lib. 1. ad illum locum:

Neue foret terris ſecurior arduus æther,
Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes.

De eodem bello Natal. libr. 6. cap. 21. In *Phlegræis campis* rem patratam poëtæ tradunt: ſed ij campi ab alijs in alia regione conſtituuntur, in Græcia, in Macedonia, in Theſſalia, in Campania. Propert. l. 1. eleg. 20. *Siue giganteæ ſpatiabere litoris ora.* Câpum Phlegræum iuxta Cumas intelligit. *Phlegræos Iouis Enceladiq; tumultus* vocat idem eleg. 1. lib. 2.

162. TE QVOQ. AMYCLID. P. SN ÆT. PHOEB.] Vt Iupiter Ganymedem ſuum tranſtulit in cælum, ſic feciſſet tibi Apollo, Hyacinthe Amyclæe (patronymicum poſuit pro poſſeſſiuo, fuit enim natus Amyclis, vrbe Laconiæ. Quam cùm condiderit Amyclas Hyacinthi pater, vt ſcriptum eſt à Pauſania in Laconicis, dicere hoc nihil eſt neceſſe) niſi triſtia fata interuenientia conſilium eius redidiſſent irritum. In cauſſa fuit Zephyri zelotypia; nam & hic puerum illum amauit. Palæphatum adi.

164. QVA LICET ÆTER. TAMEN ES, &c.] non es adeptus æternitatem, qualem Ganymedes; ſed qualem potuiſti, in florem mutatus, ac verno tempore exoriens, dum ſol Arietis ſignum ingreditur.

167. ORBE IN MEDIO POSITI CAR. &c.] Hyacinthi cauſſa Phœbus Delphos, vbi reſponſa dat, Phocidis vrbem, terrarum vmbilicum deſerens, ad fluuium Eurotan, & Spartam vrbem frequenter venit. In carmine libero:

Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius orbis vmbilicum.

Vide Rhodigin. lib. 15. c. 20. Medium mundi Delphos ſtatuunt item Claudian. Euripides, Pindarus, Sophocles, alij.

169. IMMVNITAMQ. SPARTEN] Spartani vrbem ſuam muris munitionis gratia circundandam non

A cenſuerunt; ſufficere ſibi armatam iuuentutem ſuam ad defenſionem arbitrantes. Plutarch. in Apophthegm. Lacon. & in Suaſoriis Seneca Rhetor. Quorum iudicium quale fuerit, conſiderauimus dialogo 6. ſecunda parte tertij Volum.

170. NEC CITHARÆ, NEC SVNT, &c.] Explicat pluribus ſeruitutem, quam Hyacintho Phœbus ſeruire voluit, & ſtudia item pueri. Exercent quandam tyrannidem formoſi, & tacita quadam vi, vt magnes ferrum, omnes ad ſe diligendum trahunt. Ac bene Tibull. eleg. 8. lib. 1. *Forma nihil magicis vtitur auxilijs.* Locus ſimilis eſt infrà de Venere & Adonide: *Capta viri formâ, non iam Cythereia curat Littora,* &c.

171. IMMEMOR IPSE SVI] Se *deum* eſſe, prætereà *vatem* & *medicum* non recordabatur, quem ſeruilia hæc opera minimè deceant. Lib. 2. *Haud bene conueniunt, nec in vna ſede morantur Maieſtas & amor.*

B 173. LONGA ALIT ASSVETVD. FLAMMAS] Amabat, quia conſueuerat. In eadem re, amore ſcilicet, vſus eſt alia tranſlatione Virgil. 4. Æneid. *Vulnus alit venis.*

174. IAMQ. FERE MED. TIT. VENIEBAT. &c.] ferme erat meridies: tunc enim ſol eſt medius inter præteritam & futuram noctem.

175. SPATIOQ. PARI DIST. AB.] ἰσαπέχονσαις.

176. CORPORA VESTE LEVANT] Diſcum luſuri Apollo & Hyacinthus, quò eſſent expeditiores, exuunt veſtes, quemadmodum & in cæteris ludis gymnicis fiebat, qui & inde nomen ducunt. γυμνὸς enim *nudus*.

ET SVCCO PING. OLIVÆ SPLENDESCVNT] De vſu olei, ſeu vnctionis in palæſtra, diximus lib. 9. in lucta Acheloi & Herculis.

C 177. LATIQ. INEVNT CERTAM. DISCI] Quid fuerit *diſcus* docet Mercurial. de arte Gymnaſt. lib. 2. cap. 12. & de eius exercitationis, διοκοβολίας inquam, effectibus & vtilitatibus libr. 5. cap. 10. Horat. ode 8. lib. 1. *Sæpe diſco, ſæpe trans finem iaculo nobilis expedito.* Vbi Lambin. ex Euſtath. Erat diſcus aut æneus, aut ferreus, aut etiam lapideus; qui cùm medius eſſet loro, ſeu amento circumnexus, non modò viribus & lacertis, verùm etiam arte quadam adhibita ita in ſublime iaciebatur, vt infrà certos fines decideret.

178. AERIAS LIBRAB. IN AVRAS] Et alibi ſic locutus eſt, quomodo & Lucretius; cùm tamen non ſint auræ aliæ, quàm aëriæ.

179. ET OPPOSIT. DISIECIT POND. NVBES] quia latus diſcus, ideò etiam grauis, & ideò pondere

D diſiecit nubes. Sed eſt ὑπερβολικώτερον, non enim tam altè illum vibrauit, vt nubes quoq; diſcuteret.

180. DECIDIT IN SOLID. L. POST TEMP. TERR.] Et hoc ὑπερβολικῶς. Vnum ex altero ſequitur. Si enim tam altè aſcendit ex iactu diſcus, neceſſe etiam fuit tardè admodum deſcendere. Quanquam grauiora leuioribus velociùs deſcendunt. Omne ſiquidem graue natura deorſum, ſicut leue ſurſum fertur.

181. ET SIMUL INVNCT. E. VIRIB. ART.] virium fuit, quod pænè nubes tangebat: artis autem, quòd pulchrè in gyrum contorquebatur in aëre, & aptiſſimè in terram ferebatur diſcus.

182. PROTIN. IMPRVD. ACTVSQ. CVPID.] Occaſio præbita Zephyro, puerum, ſeu adoleſcentem à ſe alieniorem vita multandi.

183. Tollere Tænarid. ora. properaa.] A Lacon, Tænarus enim Laconiæ promontorium. Vides formam diſci rotundam fuiſſe?

184. Dura repercvsso, &c.] Diſcum hunc dura tellus cum aëre repercuſſo ſubiecit in tuos vultus, Hyacinthe. Id eſt decidens in humum diſcus, & ſubſiliens eius duritia, flante & impellente Zephyro, inſiluit in vultum tuum, Hyacinthe.

185. Expallvit æqve q pver ipse n.] Quòd pueri inflictu diſci expalluit, repentinus atque improuiſus & dolor & timor vitæ amittendæ fecit, quam & amiſit. Quòd autem Phœbus perinde expalluit, amor fecit.

186. Collapsosq. excipit artvs, &c.] Narratur ſedula cura, quam moribundo adhibuit Phœbus, ſed incaſſum.

188. Animam fvgient. svstinet] Bellè dictum. Quid aliud faciunt medici herbis & medicamentis ſuis propemodum deſperatis iam ægrotis admouendis, niſi quòd animas fugientes, & corporibus elabi volentes ſuſtinent & remorantur aliquandiu? B

189. Nil prosvnt artes, &c.] Non medicum modò, ſed & medicinæ repertorem ſe prædicat l. 1. *Inuentum medicina meum eſt*, &c. Ibidem de morbo, quem animo patiebatur:

Heu mihi, quòd nullis amor eſt medicabilis herbis,
Nec proſunt domino, quæ proſunt omnibus, artes.

Iupiter quoque de perdendo humano genere cum dijs conſultans l. 1. *Sed enim immedicabile vulnus Enſe recidendum eſt*. De vulnere Æneæ, quod lapis medicus curare nequiuit, & tandem curauit Venus: *Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo ſubuenit*, 12. Æneid. C

190. Vt si qvis violas, riguoq. papaver. &c.] Similitudinem hanc è penu Maroniano depromptam nónne vides? Illud autem: *Demiſere caput, pluuia*, &c. duobus carminibus, prò ingenita ſibi orationis copia extulit. Maro enim de Euryalo adoleſcente, iam animam exſpirante, lib. 9.

Purpureus veluti cùm flos ſuccíſus aratro
Langueſcit moriens, laſſoue papauera collo
Demiſere caput, pluuiâ cùm fortè grauantur.

Noſter violas addidit, & pro *flore purpureo* poſuit *lilia*, vt comparationem efficeret vberiorem, & ſpecioſam ac dulcem magis.

195. Humeroq. recvmbit] Virgil. ante ſuperiorem comparationem:

Voluitur Euryalus letho, pulchroſq́; per artus D
It cruor, inq; humeros ceruix collapſa recumbit.

De interitu Hyacinthi Lucian. quoq; dialogo Mercurij & Apollinis, Palæphatus, Natalis lib. 4. Mytholog. cap. 10. Imaginem habes apud Philoſtratum iuniorem.

196. Laberis Oebalio. p. fravd. ivventa] μέλ@ Apollinis, immaturam adoleſcentis mortem deplorantis. Exponit caſum cum dolore apud Lucianum Mercurio. *Oebalia* vrbs Laconiæ, dicta à conditore ſuo Oebalo. Iterum patronymicom loco poſſeſſiui. Aliam rationem huius appellationis affert Micyllus. Habet portò mors adoleſcentum & puerorum plus miſerationis, quàm virorum ac ſenum: illi enim nondum, aut parum adhuc guſtarunt viuendi ſuauitatem. Quam tamen cauſſam non libenter moriendi Cato apud Cic. conatur refutare.

197. Tvvm mea crimina vvlnvs] Appoſitio eſt, *mea crimina* Vt lib. 13. *Refer Tirynthia tela ſagittas.* Ibid *Videoq; tuum, mea vulnera, pectus*. Mea crimina, quòd vulnus mea culpa accepiſti. Immò culpa & ſcelere Zephyri. Sed hoc iſte deus, qui ſibi patere dicit quod erit, eſt, & fuit, planè ignorat, & ſe purgat.

198. Mea dextera leth. inscrib. t. est] Mortis tuæ effectrix eſt mea dextera, qua diſcum ieci. Illi lethum tuum adſcribendum.

200. Ni si lvsisse vocari cvlp. p. &c.] Vnde abeſt voluntas, par eſt etiam abeſſe culpam. Ego verò qui ludere duntaxat cum eo quem diligebam inſtitui, quid ei mali velle potui?

202. Atq. vtin. pro te vitam, &c.] Summè amantium votum, aut pro, aut cum amatis emori. Sic in ſuperioribus Orpheus, niſi de reditu vxoris Eurydices à Plutone impetraret, ei commoriturum profitebatur:

Quòd ſi fata negant veniam pro coniuge: certum eſt
Nolle redire mihi: letho gaudete duorum.

Quàm verò inſipiens hic deus, qui propter puerilem amorem ſuam optat immortalitatem exuere, & diuinitatem amittere?

203. Qvod qvon. fatali lege vetam.] Sicut nobis hominibus fatale eſt mori; ita dijs fatale nunquam mori; qui proinde *æterni* dicuntur, quamuis more humano nati ſint. Inachus in luctu filiæ Ius, lib. 1.

Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe deum, præcluſaq́; ianua lethi
Aeternum noſtros luctus extendit in æuum.

Æſculapius tamen, quamquam deus, ex ſingulari prærogatiua credo, ſemel mori vetitus, non tum, cui mortem prænuntiat Ocyroë Chironis filia l. 2.

204. Semper eris mecvm, memoriqve, &c.] Quod poteſt honoris in mortuum conferri, id ei promittit, nempe memoriam perennem, crebram prædicationem, conuerſionem in florem pulcherrimum, in quem olim quoque abiturus ſit heros fortiſſimus. Talia Daphnę in laurum mutatæ pollicetur Phœbus lib. 1.

——— At quoniam coniux mea non potes eſſe,
Arbor eris certè, dixit, mea: ſemper habebunt
Te coma, te citharæ, te noſtræ laure, pharetræ, &c.

Virgil. lib. 9. duobus amicis Euryalo & Niſo, nomen inextinctum:

Fortunati ambo, ſiquid mea carmina poſſunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.

206. Flosq. novvs script. gemit. &c.] Virg. eclog. 3. *Dic quibus in terris inſcripti nomina regum Naſcuntur flores?* Vbi Seruius, florem hunc deſignare primam Hyacinthi litteram, υ videlicet. Sed Ouid. ait hîc ſcripto teſtaturum gemitus ſuos. Nota gemitus non eſt υ, ſed αἰ. Ergo hanc diphthongum, non illam vocalem habebit.

208. Adoat in h. flor. folioq. &c.] Aiax Telamonis F. libr. 13. cum Vlyſſe in iudicio pro armis Achilleïs decertans, vincitur, & in gladium incumbit:

——— Rubefactaq́; ſanguine tellus,
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs pueroq́; viroq́;
Inſcripta eſt folijs: hæc nominis, illa querelæ.

Littera illa, ſeu ſyllaba eſt αἰ, quam in eo flore diſcurreu-

currentes venæ efficiunt. Et hæc eadem & gemitus Apollinei, & initium nominis *Aiacis* eſt, qui græcè *αἴας*.

209. VERO MEMOR. APOLLIN. ORE] reſpondit enim euentus vaticinio.

210. ECCE CRVOR QVI FVSVS HVMI, &c.] non totum corpus Hyacinthi & Aiacis, ſed eorum tantummodo ſanguis in florem conceſſit.

211. TYRIOQ. NITANT. OSTRO FLOS ORIT.] Claudianus vbi agit de lectis floribus à Proſerpina & comitibus, Hyacinthum & Narciſſum bellè inter ſe comparat lib. 2.

212. FORMAMQ. CAPIT QVAM LILIA, &c.] Perſpicuè indicat ſpeciem, ſeu formam huius floris eſſe lilij, ſed purpurei. Purpureus color his, ſubaudi *Hyacinthis*. Aut eſt euallage numeri, pluralis pro ſingulari, *his*, pro *huic*. Et poterat ſcribere: *Purpureus color huic, argenteus eſſet in illis*. Verùm inconcinniùs. Ob elegantiam floris huius olim pulcherrimi quique pueri vocabantur *Hyacinthi*, ſicut etiam à Narciſſo *Narciſſi*. Vide Carolum Paſchalium Coronarum lib. 3. cap. 10.

215. ET AI AI FLOS HAB. INSCRIPT.] In vulgatis exemplaribus, *& hya*, quod repugnat præcedentibus, corrupteque & legitur, & ſcribitur, cùm ſcribendum, & legendũ ſit *ai ai*, quæ reſpondent Græcis *αἲ αἲ*. Particulæ ſunt lamentantium, vt liquet ex Tragœdiis. Quod igitur ſua manu ita inſcripſit, honoris acceſſio fuit. Plin. lib. 21. c. 11. *Ita in hoc flore diſcurrere venas*, inquit, *vt Græcarum litterarum figura ai legatur inſcripta*. Porrò illud Maronis, eclog. 3. *Dic quibus in terris inſcripti nomina regum Naſcantur flores*, ad Aiacem, non ad Hyacinthum pertinet. Vocat autem *flebiles figuras* Claudian. in 2. vbi Parrhaſius ſcribentes *hya* refutat.

217. NEC GEMVISSE PVD. SPARTEN HYACINTHON, &c.] Vtroque modo legitur, *gemuiſſe*, & *genuiſſe*. Si poſteriore modo legas, quærimus cur igitur *Amyclides* dictus ab Amyclis, ſi Spartanus erat? an vt in perſonis, ſic etiam in locis & vrbibus potuit hîc fieri hypallage? Mea ſententia aptius eſt *gemuiſſe*, & conſentiunt verba ſequentia verſus quinti, vbi affirmat ex contrario, Amathuntem nolle genuiſſe Propœtidas. Annuam ergo ei & funebrem cærimoniam inſtituerunt, feſta inquam Hyacinthia, natum apud ſe talem adoleſcentem gloriantes ac triumphantes.

220. FOECVND. AMATHVNTA METALLIS] Vrbs Cypri Amathus, vbi effoditur æs magna copia. Vſus eſt nomine generis pro ſpecie.

221. AN GENVISSE VELIT PROPOETID.] Amathus doluit vehementer, ortas apud ſe Propœtidas, propter impietatem earum. Auſæ ſunt enim negare, Venerem eſſe deam: cuius ira factum, vt corpora ſua vulgarent, & tandem in lapides obdureſcerent.

222. GEMINO QVONDAM QVIB. ASPERA CORNV, &c. Admirabiliter nectit fabulam fabulæ, & occaſionem huius textura inuenit facillimè. Sed antequam narret, cur Amathus ſibi dedecori ducat Propœtidas, de *Ceraſtis* narrat, & quare hoc illis nomen inditum, cauſſam exponit, à geminis ſcilicet *cornibus* in fronte.

224. ANTE FORES HORVM STAB. IOVIS, &c.] Fuerunt & Ceraſtæ Cyprii, ante quorum domos viſebatur ara Iouis hoſpitalis, *ξενίου*. Sed res à no-
A mine diſcrepabat plurimum. Non enim ad eam aram Ioui pro hoſpitibus hoſtias cædebant, ſed homines aduenas illi mactabant.

228. SACRIS OFFENSA NEFANDIS, &c.] Adeò offenſa fuit ſceleſtiſſimis iſtis factis Venus, vt de dilecta ſibi Cypro deſerenda cogitaret.

229. OPHIVSIAQVE ARVA] Cur Cyprum à ſerpentibus vocet *Ophiuſiam*, rationem inuenire Micyllus non poteſt, & putat eſſe *μνημονικὸν ἁμάρτημα*. Nec ego magnopere in hoc laborãdũ exiſtimo.

230. SED QVID LOCA GRATA, QVID VRB. PECCA. &c.] Qui peccauit, ille puniatur. Non peccat locus; cur ego deſeram locum mihi ſacrum? Sacra enim Cyprus Veneri, & multa illi templa ibidem diuerſis locis condita, vt cuſtodi ac dominæ. Quare & *Paphia*, *Amathuſia*, *Idalia*, *Gnidia* nominata à Cypri
B oppidis; maximè autem *Paphia*, vbi ſingulari cærimonia colebatur. Vnde & 1. Æneid.

Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedeſq; reuiſit
Læta ſuas, vbi templum illi, centumq; Sabæo
Thure calent aræ, ſertiſq; recentibus halant.

232. EXILIO POEN. POTIVS GENS IMPIA, &c.] Tripliciter puniri poſſe populum ſceleratum hunc affirmat: vel exilio, vel morte, vel modo quodam & pœna media inter necem & exilium, quem mox declarat, verſa nimirum figura.

235. AD CORNVA VVLT. FLEXIT] Dum deliberat ſecum, quo pacto illos transformet, ſubitò cornutos aſpicit. Cornua illis relinquenda decernit. Veruntamen quò reliquũ corpus cum capite cornuto congrueret, ipſum in formã bouis conuertit.

238. SVNT TAM. OBSCENÆ VAN. PROPOETID.] ad interruptam Propœtidum fabulam regreditur,
C ac primùm earũ peccatũ, deinde ſuppliciũ aperit.

241. VTQ. PVD. CESSIT, SANGVISQ. &c.] Poſtquam verecundiæ fines ſemel tranſierunt, & rubore perfundi earum vultus deſierunt. Qui non erubeſcunt, eorum ſanguis videtur induruiſſe: ſiquidem rubor ille verecundantium non aliud eſt quàm ſanguinis diffuſio per vultum.

242. IN RIGID. P. SILICEM DISCRIM. VERSÆ] inter viuas, & poſtea in ſaxum mutatas, exiguum erat diſcrimẽ; ita ſibimet ſimiles adhuc apparebãt.

243. ÆVVM PER CRIMINA AGENTES] corpore quæſtum facientes multis annis.

244. OFFENSVS VITIIS] vitiis Propœtidum, libidinibus earum, quibus ſe immerſerant, & aliis, quibus pro natura muliebri laborabant.

QVÆ PLVRIMA M. FÆMIN. N. DEDIT] Feminam, vtpote mollem natura, ſubiectam eſſe perturba-
D tionibus animi vehementer, ac difficilè ſibi poſſe imperare, norunt omnes. Itaq; haud mirum, ſi generatim dicamus, vitioſas eſſe mulieres. Et ſanè multa de iis mala prædicat Eccleſiaſticus cap. 25. & 26. In monoſtichis:

Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή.
Theſaurus eſt omnis mali mala fæmina.

245. SINE CONIVGE CÆLEBS VIVEBAT] Idem dicit ſtatim ſequentibus. Qui enim conſorte thalami caret, is vtique cælebs & ſine coniuge viuit. Et dicitur *Cælebs*, quaſi vitam cæleſtem, ſeu cælitibus dignam agitans. Qui ergo, quamuis vxoris notitiam non habens, tamen Veneri operatur, num appellabitur cælebs? Certè haud propriè: nam ſcortatorum vita multo minùs, quàm coniugio copulatorum, cæleſtis eſt.

Atalantam Schœnei filiam, ſorma excellentem, oraculum vetuit nubere. Tamen ne proci contemni viderentur, conditionem ſiue pater, ſiue ipſa propoſuit, eius ſe futuram, à quo pedum curſu, quo impenſiſſimè valebat, ſuperata foret: victus autem necaretur. Hippomenes conditionem ſubit; à Venere tria poma accipit, quibus in curſura proiectis virginem ea colligentem remoretur. Victor Atalantæ coniugio potitur.

V. *Forsitan audieris aliquam certamine curſus*
Veloces ſuperaſſe viros: non fabula rumor
Ille fuit: ſuperabat enim. nec dicere poſſis
Laude pedum, formæne bono præſtantior eſſet.
Scitanti, deus, huic de coniuge, Coniuge, dixit,
Nil opus eſt, Atalanta, tibi: fuge coniugis vſum.
Nec tamen effugies; téque ipſa viua carebis.
Territa ſorte dei per opacas innuba ſyluas
Viuit: & inſtantem turbam violenta procorum
Conditione fugat: Nec ſum potienda niſi, inquit,
Victa priùs curſu: pedibus contendite mecum:
Præmia veloci coniux thalamique dabuntur:
Mors pretium tardis. ea lex certaminis eſto,
Illa quidem immitis: SED TANTA POTENTIA FORMÆ EST.
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes curſus ſpectator iniqui:
Et petitur cuiquam per tanta pericula coniux?
Dixerat: ac nimios iuuenum damnarat amores.
Vt faciem, & poſito corpus velamine vidit,
Obſtupuit: tollénſque manus, Ignoſcite, dixit,
Quos modò culpaui. laudando concipit ignêm,
Et, ne quis iuuenum currat velociùs, optat,
Inuidiámque timet. Sed cur certaminis huius
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit.
AVDENTES DEVS IPSE IVVAT. *dum talia ſecum*
Exigit Hippomenes, paſſu volat alite virgo.
Quæ quanquam Scythica non ſegniùs ire ſagitta
Aonio viſa eſt iuueni: tamen ille decoris
Mirator magis eſt; curſus facit ipſe decorem:
Aura refert ablata citis talaria plantis:
Tergáque iactantur crines per eburnea, quæque
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo:
Inque puellari corpus candore ruborem
Traxerat: haud aliter, quàm cùm ſuper atria velum

Candida purpureum ſimilem dat, & inficit vmbra.
Dum notat hæc hoſpes, decurſa nouiſſima meta eſt:
Et tegitur feſta victrix Atalanta corona.
Dant gemitum victi, pendúntque ex fœdere pœnas.
Non tamen euentu iuuenum deterritus horum
Conſtitit in medio: vultúque in virgine fixo,
Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes?
Mecum confer, ait: ſeu me fortuna potentem
Fecerit, à tanto non dedignabere vinci:
Namque mihi genitor Megareus, Oncheſtius illi:
Eſt Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum.
Nec virtus citra genus eſt: ſeu vincar, habebis
Hippomene victo magnum & memorabile nomen.
Talia dicentem molli Schœneïa vultu
Aſpicit: & dubitat ſuperari, an vincere malit.
Atque ita: Quis deus hunc formoſis, dixit, iniquus
Perdere vult? caráque iubet diſcrimine vitæ
Coniugium petere hoc? non ſum me iudice tanti.
Nec forma tangor; poteram tamen hac quoque tangi:
Sed quod adhuc puer eſt. non me mouet ipſe, ſed ætas.
Quid? quòd ineſt virtus, & mens interrita leti?
Quid? quòd ab æquorea numeratur origine quartus?
Quid? quòd amat, tantíque putat connubia noſtra,
Vt pereat, ſi me ſors illi dura negarit?
Dum licet, hoſpes, abi, thalamóſque relinque cruentos.
Coniugium crudele meum eſt. tibi nubere nulla
Nollet, & optari potes à ſapiente puella.
Cur tamen eſt mihi cura tui tot iam antè peremptis?
Viderit: intereat: quoniam tot cæde procorum
Admonitus non eſt: agitúrque in tædia vitæ.
Occidet hic igitur, voluit quia viuere mecum,
Indignámque necem pretium patietur amoris?
Non erit inuidiæ victoria noſtra ferendæ.
Sed non culpa mea eſt: vtinam deſiſtere velles:
Aut, quoniam es demens, vtinam velocior eſſes.
Ah quàm virgineus puerili vultus in ore eſt,
Ah miſer Hippomene, nollem tibi viſa fuiſſem.
Viuere dignus eras quòd ſi fælicior eſſem,
Nec mihi coniugium fata importuna negarent:
Vnus eras, cum quo ſociare cubilia vellem.
Dixerat: vtque rudis, primóque Cupidine tacta,
Quod facit ignorans, amat, & non ſentit amorem.
Iam ſolitos poſcunt curſus populúſque, patréſque:
Cùm me ſollicita proles Neptunia voce
Inuocat Hippomenes, Cythereáque, comprecor, auſis
Adſit, ait, noſtris, & quos dedit adiuuet ignes.
Detulit aura preces ad me non inuida blandas:

Motá-

Motáque ſum, fateor, nec opis mora longa dabatur.
Eſt ager, indigenæ Damaſcenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima: quam mihi priſci
Sacrauere ſenes, templiſque accedere dotem
Hanc iuſſere meis. medio nitet arbor in aruo
Fulua comas, fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria fortè mea veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu, nullique videnda, niſi ipſi.
Hippomenen adij: docuique quis vſus in illis.
Signa tubæ dederant: cùm carcere pronus vterque
Emicat: & ſummam celeri pede libat arenam.
Poſſe putes illos ſicco freta radere greſſu,
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adijciunt animos iuueni clamórque fauórque,
Verbáque dicentûm: Nunc nunc incumbere tempus:
Hippomene propera: nunc viribus vtere totis;
Pelle moram, vinces. dubium Megareius heros
Gaudeat, an magis his virgo Schœnëia dictis.
O quoties cùm iam poſſet tranſire, morata eſt?
Spectatóſque diu vultus inuita reliquit?
Aridus à laſſo veniebat anhelitus ore:
Metáque erat longè. tum denique de tribus vnum
Fœtibus arboreis proles Neptunia miſit.
Obſtupuit virgo, nitidique cupidine pomi
Declinat curſus, aurúmque volubile tollit.
Præterit Hippomenes: reſonant ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri, ceſſatáque tempora curſu
Corrigit, atque iterum iuuenem poſt terga relinquit.
Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequitur, tranſitque virum. pars vltima curſus
Reſtabat: Nunc, inquit, ades dea muneris auctor,
Inque latus campi, quò tardiùs illa rediret,
Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.
An peteret, virgo viſa eſt dubitare. coëgi
Tollere, & adieci ſublato pondera malo:
Impeditque oneris pariter grauitate, moráque.
Néue meus ſermo curſu ſit tardior ipſo,
Præterita eſt virgo: duxit ſua præmia victor.
Dignáne cui grates ageret? cui turis honorem
Ferret, Adoni, fui? nec grates immemor egit;
Nec mihi tura dedit. ſubitam conuertor in iram,
Contemptúque dolens ne ſim ſpernenda futuris,
Exemplo caueo, méque ipſam exhortor in ambos.
Templa deûm matri, quæ quondam clarus Echion
Fecerat ex voto, nemoroſis abdita ſyluis
Tranſibant, & iter longum requieſcere ſuaſit.
Luminis exigui fuerat prope templa receſſus,

Spelunca

Speluncæ ſimilis, natiuo pumice tectus,
Relligione ſacer priſca, quò multa ſacerdos
Lignea contulerat veterum ſimulacra deorum.
Hunc init, & vetito temerat ſacraria probro.
Sacra retorſerunt oculos, turritáque mater
An Stygia ſontes dubitauit mergeret vnda.
Pœna leuis viſa eſt. ergo modò leuia fuluæ
Colla iubæ velant: digiti curuantur in vngues:
Ex humeris armi fiunt, in pectora totum
Pondus abit, ſummæ cauda verruntur arenæ:
Iram vultus habet. pro verbis murmura reddunt,
Pro thalamis celebrant ſyluas, aliiſque timendi
Dente premunt domito Cybeleïa fræna leones.
Hos tu care mihi, cúmque his genus omne ferarum,
Quod non terga fugæ, ſed pugnæ pectora præbet,
Effuge, ne virtus tua ſit damnoſa duobus.
Illa quidem monuit, iunctiſque per aëra cygnis
Carpſit iter; ſed ſtat monitis contraria virtus.
Fortè ſuem latebris veſtigia certa ſecuti
Excitiere canes, ſyluiſque exire parantem
Fixerat obliquo veniens Cinyreïus ictu.
Protinus excuſſit pando venabula roſtro
Sanguine tincta ſuo: trepidúmque, & tuta petentem
Trux aper inſequitur: totóſque ſub inguine dentes
Abdidit, & fulua moribundum ſtrauit arena.

560 FORSIT. AVDIER. ALIQVAM, &c.] Poterat audiſſe Adonis, ſed non plenè, & ſuſpicari fabulam meram. Huic ſuſpicioni Venus, ſuſcepta narratione integra occurrit.

CERTAM. CVRSVS VELOC. S. VIROS] Antiquum & ſollemne ludi genus curſus. Fœminas autem cum viris curſu decertaſſe, non leges, niſi fortè de Lacænis virginibus, quę inſtituto Lycurgi in Gymnaſio lucta, curſu, diſco iaciendo exercebãtur, quò robuſtiores euaderent, filioſque non imbecilles generarent. De iiſdem Cic. 2. Tuſculana: *Illi autem* (Lacedæmones) *voluerunt nihil horum eſſe ſimile apud Lacænas virgines quibus magis paleſtra, Eurotas, ſol, puluis, labor in ſtudio eſt, quàm fertilitas barbara.* Plato quoque in 5. de Repub. fœminas gymnaſtica exerceri iubet.

561. VELOCES VIROS] Agrætius Grammat. *Velocitas*, inquit, pedum & corporum; *celeritas* animorum atq; factorum. Immò *velocitas*, corporis celeritas appellatur. Cicero Tuſcul. 4. *Quæ eadem ingenij etiam laus habetur, propter animi multarum rerum breui tempore percurſionem.* Vides igitur de animo celeritatem tranſlatè, de corpore autem propriè dici: cuius teſtimonia complura liceret afferre ex eodem Tullio. Velocitas quibuſdam eſt corporis, & pedum agilitas & leuitas. Pernicitas, quæ cum niſu & conatu tendit, vt in auibus, quarum alæ pernices.

NON FAB. RVMOR ILLE FVIT] Rumores plerumque ſunt falſi. Eſt autem *rumor* ſermo quidam,

A ſine vllo auctore certo diſperſus. *Fama* communis quædam, & conſentiens opinio, & tanquam publicum ciuitatis teſtimonium. Cicero ad Caſſium: *Quotidie quæ volumus audimus: ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore nuntio.* Liuius lib. 45. *Rumores temere, ſine vllis auctoribus orti, falſis vera miſcebant.* Ex Auſon. Popma, de different. verbor. lib. 2.

563. LAVDE PED. FORMÆ NE BONO, &c.] Difficilè ſtatuiſſes vtro præſtaret, velocitate (hæc enim eſt laus pedum) an pulchritudine, cùm in ambobus excelleret; hęc ſupra omnes fœminas: illa ſuprà omnes viros. Nam quòd illam Hippomenes anteuertit, dolus Veneris hoc egit.

564. SCITANTI DEVS HVIC DE CONIVGE] quẽ aut qualem eſſet nactura virum percunctanti.

B 565. CONIVGE NIL OPVS E. ATALANTE &c.] Diſſuadet Apollo Atalantæ coniugium, vt inutile, vel pernicioſum etiam.

566. TE QVE IPSA VIVA CAREBIS] Nam cùm poſtea in loco Cybelę dicato immiſſo à Venere intempeſtiuo ardore (iraſcebatur enim Hippomeni, qui per ipſam adeptus Atalantam, ingratus extiterat) coniugialia ſecreta tractaſſent, offenſa dea in leones conuerſi ſunt. Hoc modo ſe ipſa adhuc viua caruit, quia homo eſſe deſiit, vita ſuperſtite.

567. TERRITA SORTE DEI, &c.] Docet quid accepto hoc reſponſo fecerit. Conſortium humanum & nuptias fugiens in ſyluis degebat. Cùm inſtarent proci, lege duriſſima eos ab ſe repellebat.

569. NEC SVM POTIENDA, NISI, &c.] Conditio,

ſeu

ſeu lex hæc eſt. Qui me curſu ſuperauerit, me ducat: quem ego ſuperauero, moriatur, à me interfectus.

573. ILLA QVIDEM IMMITIS] Agitur enim de vita, quæ ſemel amiſſa non redit, & nihil ea dulcius.

SED TANTA POTENT. FORMÆ EST] quanta ſcilicet maior nulla: vt non miremur procos tam immitem & crudelem legem non recuſaſſe. Forma muliebri ferrum & ignem vinci, dicit Anacreon. A muliere affirmant diuinæ litteræ proſtratos eſſe fortiſſimos. Copioſum dareturesse in hoc argumento: ſed res non poſtulat.

575. CVRSVS INIQVI] Quia lea & conditio crudelis. Sedebat ergo ſpectaturus, & admirans eorum iuuenum temeritatem Hippomenes.

578. VT FACIEM ET POSIT. CORP. VEL AM. VIDIT] nondum enim viderat. Ad curſum porrò vt B eſſet expedita, ponere veſtem neceſſe habuit.

580. TOLLENSQ. MAN. IGNOSCITE, &c.] Geſtus veniam petentium, manus tollere.

581. QVOS MODO CVLPAVI] vt inconſideratos & vitæ ſuæ prodigos.

582. LAVDANDO CONCIPIT IGNEM] Dum laudat virginem, vt tanta mercede non indignam; ipſemet eius adipiſcendæ amore incaleſcit. Res egregiæ, & animis gratæ, dum commendantur, ſe ipſæ magis nobis commendant, fiuntque amabiliores.

583. NE QVIS IVVEN. CVRRAT VELOCIVS OPT.] ne ſcilicet ſibi ſponſam hanc præripiat victoria ſua. Deſiderat neminem illi præcurrere.

584. INVIDIAMQ. TIMET] timet, ne qua inuidia cæterorum procorum, impediatur, quo minùs C optatum conſequatur. Patet enim latè hoc vitium, & omnes ſibi meliùs eſſe cupiunt, quàm alteri.

SED CVR CERTAM. HVIVS INTANT. &c.] Decernit currendo fortunam tentare, & ſperat victoriam ex audacia, iuxta commune verbum, *fortes fortuna adiuuat*.

586. DVM TALIA SECVM EXIGIT] ſecum reputat, animo tractat, volutat.

587. PASSV VOLAT ALITE VIRGO] *paſſum alitem* ſeu volantem appellat celeritatem curſus. Lepidè. Nam & alioqui ſcriptoribus vſitatum videmus, volare, ſeu aduolare pro currere, ſeu accurrere.

588. SCYTHICA NON SEGNIVS IRE SAGITTA] Currentis impetum, (quà inſani) & velocitatem cum ſagitta, naui, ſtella comparat Seneca Thebaid. D

Vadit furenti ſimilis, atque etiam furit:
Sagitta qualis Parthica velox manu
Excuſſa fertur: qualis inſano ratis
Premente vento rapitur: aut qualis cadit,
Delapſa cælo ſtella, cùm ſtringens polum
Rectam citatis ignibus rumpit viam.

589 AONIO IVVENI] Bœotico. Aonia enim pars Bœotiæ, & per partem ſæpe totum intelligendum.

TAMEN ILLE DECORIS MIRAT. MAGIS, &c.] ſuprà aiebat, dubium eſſe, pedum laude, an formæ bono præſtantior eſſet. Hic formam celeritati eius anteponit. Addebat nimirum aliquid ad decorem ipſe curſus, ad bonitatem puta coloris, quę eſt pars pulchritudinis. Præterea ex alijs rebus quæ in procurrente demum apparebant.

591. AVRA REFERT ABLAT. CITIS TALAR. PLANT.] reflat, retrorſum agit, retro fert aura talaria, alligata citis plantis, hoc eſt imis pedibus concitatiſſimè currentis. A

592. TERGAQ. IACTANT. CRIN. PER EBVRNEA] Nihil ebore candidius. Quare candidiſſima quæ ſunt, poëtis *eburnea* dicuntur. Currentibus fœminis crines retro diffundi quid mirum, cùm ſint tam prumiſſi? Virgil. 1. Æneid. *Dederatq́; comam diffundere ventis.*

593. QVÆQ. POPLITIBVS SVBER. P. GENVAL. LIMBO] Certum eſt, genuum, ſeu potiùs crurum tegmina, ſeu honeſtamenta vocari *genualia* hoc locu: dicit enim ſub poplitibus eſſe. Per *limbum pictum* cape ſegmentum, quod oram genualium ambibat, colore eleganti.

595. HAVD ALITER QVAM CVM SVP. ATRIA, &c.] Talis rubor fuit in corpore Atalantæ candido, qualis cernitur in atrio, cùm purpureum tapetum ſuſpenſum, vmbram quandam rubentem in parietem albatum iacit. Neſcio an vlla comparatione meliùs colorem quem voluit, & quem facilè omnes concipimus, declarare potuiſſet. B

597. DECVRSA NOVISSIMA META EST] ad metam curriculi ventum eſt.

599. DANT GEMIT. VICTI, PENDVNTQVE, &c.] Plures ergo cum ea cucurrerunt, quos ex pactis conuentis illa interemit, aut interimi iuſſit.

600. NEC TAM. EVENT. IVVEN. &c.] Quāquam ante oculos ſuos trucidarentur curſores iſti ab Atalanta victi, non tamen mutauit ſententiam Hippomenes. Etiam ſic curſu cum ea cōcertare ſtatuit.

601. VVLTVQ. IN VIRGINE FIXO] Virg. 12. *Figitq́; in virgine vultus.*

C 602. QVID FACIL. TITVL. SVPER. QVÆRIS INERTES?] Inertes & imbelles ſuperantur. Itaq; titulus talis victoriæ facilis eſt. μεγαληγορία hominis ſibi præfidentis.

603. MECVM CONFER] mecum decerta curſu. Mecum, non quidem manus, ſed pedes confer: ſubaudienda enim hæc vox.

SEV ME FORT. POTENT. FECERIT] Prior pars diſiūctionis, altera quinto verſu ſequitur. Seu ergo te vincam, nō erit tibi dedecori tantus victor: ſum enim Neptuni pronepos. Lib. 5. *Feres ſolatia mortis ad vmbras A tanto cecidiſſe viro.* Fortuna faciet illum potentem, ſi voti compotem, & victorem fecerit.

607. NEC VIRTVS CITRA GENVS EST] non ſum virtute, quàm genere ignobilior. Maioribus meis non ſum dedecori.

D SEV VINCAR, HABEB. HIPPOMEN. VICTO, &c.] Altera pars diſiunctionis. A magnis & illuſtribus vinci, non caret gloria: ſicut ab obſcuris & abiectis affert ignominiam. 2 Æneid. *Namq; etſi nullum memorabile nomen Fæminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem.*

609. MOLLI VVLTV ASPICIT] nam & ipſe Hippomenes non erat deformis. Quare quamuis magna loquentem, & ſibi præfidentem, tamen blandis oculis intuebatur virgo Schœneia.

611. QVIS DEVS HVNC FORMOSIS, &c.] Placido vultui reſpondet placida oratio. Sed ea mentis fuit, non vocis, eſtque talis deliberatio, qualis Medeæ, Althææ, Scyllæ, &c. Vult enim ſpatium cum illo decurrere, quia ipſe omnino vult. Iterum, non vult, quia tam elegantem iuuenem miſeratur, vitaque & thalamo ſuo dignum reputat. In deos etiam mala ſua, vt auctores & cauſſas, referebant.

Putat ergo Atalanta, à deo aliquo infenſo ipſum A adboc certamen inſtigari, in quo pereat.

613. NON SVNME IVDICE TANTI] Tametſi regis Scyri inſulæ filia, uthilominus me dignam hoc certamine cum illo non arbitror, vt mea cauſſa tam eximiè formoſus adoleſcens vita ſpolietur.

614. NEC FORMA TANGOR, &c.] non me mouet forma, quamuis, ſi ea mouear, reprehendenda non ſim: magna eſt enim potentia formæ, vt dicebat ſuprà, & imperat illa dijs quoque

615. SED QVOD ADHVC PVER EST, &c.] μεῖωσις, quam infrà nominabit iuuenem. Proferuntur rationes quatuor, ob quas meritò à certamine cum eo ineundo abhorreat. Miſerationem parit ætas immaturior in malis & incommodis; matura & annoſa, minùs. Nam vt illa iactetur interdum incommodis, multa etiam ſenſit commoda.

616. QVID? QVOD INEST VIRTVS, &c.] Alia ratio, animus eius generoſus, & mortis contemptor.

617. QVID? QVOD AB ÆQVOREA, &c.] Hęc tertia eſt, nobilitas generis. Eſt ſiquidem quartus à Neptuno, vt audiſti. Neptuni enim filius Oncheſtius, Oncheſtij Megareus, Megarei Hippomenes. Et rectè quidem pronepos Neptuni: at Neptunus Hippomenis potiùs proauus: Oncheſtius autem auus. Sed hoc pro illo licenter vſurpauit. *Aui* item maiores omnes dicuntur communiter. Haſce tres rationes Medea quoque libr. 7. adducit, cur ſinere non debeat Iaſonem interire, & quartam adijcit, qua ſe moueri inficiatur Atalanta:

Quem, niſi crudelem, non tangat Iaſonis ætas?
Et genus, & virtus? quem non, vt cætera deſint
Forma mouere poteſt? certè mea pectora mouit.

618. QVID? QVOD AMAT, TANTIQ. PVT. CON.] Quarta ratio amor. Noſtri amantes velle debemus tueri potiùs & conſeruare, quàm diſcrimini offerre, ac perdere. Et amat adeò, vt mori paratus ſit, ni coniugio meo potiatur.

620. DVM LICET, HOSPES ABI, &c.] Amicè, conſulit enim eius ſaluti, & tutiora vult illum conſilia capeſſere, coniugiumque ſibi non cruentum quærere.

621. TIBI NVBERE NVLLA NOLLET] Quò perſuadeat illi vt cupidinem certandi abijciat, laudat formam, & promittit facillimè tori ſociam inuenturum, etiam caram & ſapientem, quales maritis ſuis magno ſunt ſolatio & delectamento, vt magno dolori fatuæ. Inſinuat item Atalanta his verbis, ſe non ſtultam eſſe.

623. CVR TAM. EST MIHI CVRA TVI, &c.] tot iam à me victis & occiſis illiſque nobilibus origine, non eſt mihi de te laborandum.

624. VIDERIT, &c.] Hippomenes viderit, quid agat: ipſe ſibi proximus eſt. Si cœpto non vult deſiſtere, currat, à me vincatur, &, vt cæteri, moriatur, quandoquidem tot exemplis nihil eſt motus, & vita illum non delectat, vt video.

626. OCCIDAT HIC IGIT. VOLVIT Q. VIVER. MECVM? &c.] In partem mitiorem hæc. Si peribit, non aliam cauſſam mors eius habebit, quàm quia me coniugem expetiuit toto pectore. Atqui hac de cauſſa ſola pateendum illi, nec tam indigna nece remunerandus eius amor.

627. PRETIVM AMORIS] *Pretium, merces*, vt alia multa, mediæ ſignificationis ſunt, & in vtramque partem ponuntur, bonam & malam videlicet. Liuius Andronicus in Achille, apud Nonium Marcellum: *Si malos imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis*, pro pœnas lues. Terent. Andr. *Ego pretiū ob ſtultitiam fero*: pro pœna. & noſter libro hocce v. 572. *Mors pretium tardis*. Cic. 3. Tuſcul. *Ne ægrotus*, inquit, *ſim; ſed ſi fuerim, ſenſus adſit, ſiue ſecetur, ſiue auellatur aliquid. Nam iſtuc nihil dolere, non ſine magna mercede contingit immanitatis in animo, ſtuporis in corpore.* Virgil. 8. Æneid.

At licet amborum populos exſcindere regum:
Hac gener atque ſocer coeant mercede ſuorum.

Eadem notione eſt Græcis μισθός.

628. NON ERIT INVID. V.N. FARANDÆ] in maiorem es victoria mea, & cæde illius incurram inuidiam, ſiue odium, quàm vt ferre queam.

629. SED NON CVLPA MEA EST] In contrariam
B partem nunc. Arguit eius pertinaciam, & ſe excuſat Atalanta.

VTIN. DESIST. VELLES, &c.] Denuo miteſcit, optatque vt vel conſilium abijciat: vel dementiæ ſuæ obſecutus, currat & ſuperet, vt ita poſſit vincere, quamuis id ſibi honorificum non ſit futurum.

631. AN, Q. VIRGIN. PVER. VVLT. IN ORE?] Principiò negabat ſe moueri eius ſpecie liberali, quamuis & hac poſſet: ſed alias ob cauſſas inuitam cum eo certare. Modò apertè oſtendit, ſe illum ob raram formam miſerari.

632. AH MISER HIPPOMANE, NOLLEM, &c.] συνηθικῶς. Poſtquam enim vidit, obſtupuit: & quos antea vt inconſultos reprehenderat, quia cum diſcrimine vitæ hoc bonum conſectarentur, ab ijs
C veniam petiuit, ac ſe quoque ad numerum certantium aggregari non refugit.

633. QVOD SI FELICIOR ESS. NEC MIHI, &c.] Infelicitati ſuæ adſcribit, quòd oraculo prohibita eſt nubere. Verba oraculi in ſuperioribus referuntur: *Coniuge, dixit, Nil opus eſt, Atalanta, tibi, fuge coniugis vſum*, &c.

635. VNVS ERAS CVM Q. SOCIAR. CVBIL. VELL.] præ omnibus me tibi connubio iunxiſſem. Coniugem poëtæ interdum *lecti ſociam*, *tori participem*, *conſortem* vocant. Caſtiſſimè autem ſacræ Literæ *adiutorium illi ſimile*, viro puta βοηθὸν κατ' αὐτόν, *adiutricem ſecundùm eum*, quaſi eum. Geneſ. 2.

636. PRIMOQ. CVPID. TACTA, &c.] Etſi nubere cupiebat, nullum tamē adhuc pro ſponſo adamauerat; nec ſatis ſciebat, quid eſſet amare. Amabat
D igitur, nec amorem ſuum ſentiebat, aut percipiebat, vt Medea quoque. Initium lib 7. relege.

638. IAM SOLIT. POSCVNT CVRSVS, &c.] Mora interceſſerat ab vltimo curſu. Auebant igitur videre curſum nouum patres, & populus (id eſt primores cum plebe: *patreſq;* enim legerim, non *paterq;*, etſi non damno eam lectionem) Atalantæ cum Hippomene, qui ſe fidens animi offerebat.

639. CVM ME SOLLICITA, &c.] me Venerem. refert enim hæc Venus Adonidi.

PROLES NEPTVNIA] *Hippomenes* Neptuni pronepos, vt dictum antea, prudenter in re ardua ad opem diuinam confugit. Et quoniam agitur de vxore, aptè rogat Venerem, quæ veris ſalſiſq; præeſt nuptijs.

642. DETVLIT AVRA PRECES AD ME] lege ſi vacas, quæ annotaui ad illud 3. eclog. v. 73. *Partem aliquam venti diuûm referatis ad aures.*

643. NEC OPIS MORA LONGA DABAT.] Paſce-

Mm bant

bant enim, & vrgebant ſolites curſus populuſqoe patreſque, vt audiſti, vt rem differre non lieeret.

644. Est ager, indig. Damasenvm, &c.] Exponit qoo pacto Hippomeni victoriam curarit, tribus pomis anreis ea agro Damaſeno, ſibi olim conſeerato, decerptis. Eſt alioqui pomum Veneri dicatum, & amoris illicium, ſiue ſymbolum, quo cùm Theocritus, tum Maro in Bucolicis amorem indicant Ille eidyl.6. *βάλλει καὶ μάλοισι τὺν αἰπόλον ἁ Γαλάτεια.* Hic eclog.3. *Malo me Galatea petit laſciua puella.*

648 Fvlva comas, fvlvo ramis, &c.] Commendatio arboris, & reſpondentis eius arboris pulchritudini fructus, vt quod ſequitur de pomis ab Atalanta in curſu collectis, fiat veriſimilius. Huiuſmodi arbores viſebantur io horto Atlantis, libr.4.

Arborea frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.

Horat. ode 7. l.4 *Redeunt iam gramina campis, Arboribuſq; coma* Frondes appellat *comas.*

649. Tria Ven. decerpta fere.] Ager ille erat in Cypro, hæc autem geſta ſunt in Scyro inſula, in quam Venus cùm veniret, fortè tria ſecum poma detulit. Scholiaſtes Theocriti in eidyll.3. ex hortis Heſperidum hæc tria mala deportata narrat. Idem ſentit Maro, eclog.6.

650 Nvlliq. videnda nisi ipsi] Senſiſſet enim dolum virgo, ſi peregrina & admirabilia illa poma priùs conſpexiſſet.

652. Signa tvbæ dederant] Non ad pugnam modò capeſſendam, ſed ad ludos etiam committendos ſignum tuba datur. De ludo oautico lib.5. Virgil.

Inde vbi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes,
Haud mora, proſiluere ſuis: ferit æthera clamor.

Ibid. *Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.* Et amplius:

Hæc vbi dicta, locum capiunt, ſignoq; repentè
Corripiunt ſpatia audito, limenq; relinquunt.

Cvm carcere pron. vterq. emicat] *Carcer*, in quo homines coërcentur: *carceres* vnde curſus effunduntur. Ineſt hîc tranſlatio ab equis decorſoriis ad homines, & enallage numeri: *carcere* enim dixit pro carceribus, vt & Virg.3. Georg.

Nónne vides, cùm præcipiti certamine campum
Corripuere, ruuntq; effuſi carcere currus.

Proni currebant: niſus enim ad velocitatem facit, vt corpus ventre tenus proclinemus.

653. Et svmmam celeri pede lib. aren.] Quod hîc de ſumma arena, & mox de ſicco paſſu per freta, & de intactis, ſeu nō læſis ariſtis, ad incredibilem curſus celeritatem exprimendam dicitur, tralatum huc eſſe à Virgilio quiduis depoſuerim. Sic ille in extremo ſeptimo de Camilla viragine:

Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina nec teneras curſu læſiſſet ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

De Talo Cretenſi qoid ſimile Pomponius Mela.

656. Adiiciunt anim. ivvenis clam. &c.] 5. Æneid. in naumachia:

Tum plauſu fremituq; virûm, ſtudiiſq; fauentûm
Conſonat omne nemus, vocemq; incluſa volutant
Littora.

657. Nvnc, nvnc incvmb. tempvs, &c.] Co-

A hortatio hæc non diſpar illi Æneæ libr. 10. ad remiges:

Nunc, ô lecta manus, validis incumbite remis.
Tollite, ferte rates: inimicam findite roſtris
Hanc terram, ſulcumq; ſibi premat ipſa carina.

659. Dvbivm Megareivs her. an virgo, &c.] Dubium non eſt, Hippomenem his vocibus redditum alacriorem, & lætatum fauore iſto. Dubium item non eſt, lætatam virginem iiſdem vocibus, quippe quæ confideret fore, vt ille velocior eſſet pedibus, quod optabat, atque ita incolumis ſeruaretur, & ſibi maritus contingeret. Sed dubitationem habet, vter magis lætaretur. Ex iis quæ ſequuntur claret ſatis, maius fuiſſe gaudium virginis.

662. Spectatosq. div vvlt. invit. reliq.] cùm tranſiſſet, retortis oculis in vultu eius mora-

B batur, quem vultum inuita ſpectare deſiit, qooniam Hippomenem præcurrere libens paſſa eſt.

663. Arid. at assveniebat anhel. ore] A laſſi arido ore veniebat creber anhelitus. hypallage.

664. Metaq. erat longe, &c.] Iam feſſus erat Hippomenes, & meta adhuc longè diſtabat, vt præſcriptom à dea remedium aperiri cogeretur. De tribus ergo pomis primum ante ipſam iacit, in curriculo, & aliquanto obliquiùs; nam ad id tollendum virgo curſum declinabat. *Fœtus arboreos* vocat item lib.1. *Arboreos fœtus montanaq; fraga legebant.* vt Virgil.1. Georg *Arboreos fœtus alibi.*

666. Obstvp. virgo nitidiq. cvp. &c.] Rerum nouitas & inſolentia ſtuporem, elegantia cupiditatem gignit. Virgil. eclog 6. hanc ipſam fabulam tangens, & de hac Atalanta loquens: *Tum ca-*

C *nit Heſperidum miratam mala puellam* Catullus:

Tam gratum id mihi, quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuiſſe malum,
Quod zonam ſoluit diu ligatam.

Theocritus eidyllio 3.

Ἱππομένης ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι,
Μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν, δρόμον ἄνυεν, ἁ δ' Ἀταλάντα,
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη.

667 Avrvmq. volvbile tollit] Periphraſis pomi aurei, reſplendentis vt aurum; quod & de ramis eius arboris, & foliis aureis accipe.

668. Resonant spectacvla plavsv] *Spectacula* dixit pro ipſis ſpectatoribus. Alioqui & ponticuli, & editiora loca ad ſpectandum excitata, *ſpectacula* nominantur. Igitur qui ſpectabant ſub-

D latis clamoribus victori gratulabantur.

669. Illa moram celeri, &c.] Latenter indicat celeritatem admirabilem huius virginis, quæ facillimè ſibi reſtituit, quod de via declinando, & pomo, quod longiùs procurrerat, tollendo, amiſiſſe videbatur. Idem ſecundò fecit.

672. Pars vltim. cvrs. restab.] Prima pars curſus durauit vſque ad primum iactum primi pomi: ſecunda vſque ad iactum ſecundi: poſtrema vſque ad iactum tertii, qui vt feliciter procederet, Venerem auxilio popoſcit.

674. In q. latvs campi, qvo tard. &c.] Duo priora neceſſe eſt vt nō ad lineam rectā proiecerit, alioqui præterire eam nequiuiſſet. Sed hunc tertium magis in obliquum miſit, vt tanto longiùs hoc volubile aurum ſequendo, à propoſito curriculo retardaretor magis.

675. Iv-

675. IVVENILITER] vt iuuenis, iactu validiore. νεανικῶς.

676. AN PETER. VIRG. VISA EST DVBIT.] quia videbat collectionem eius moræ plus habituram, verebaturque ne nimis magno interuallo, & cum risu ſpectantium ſequi concertatorem ſuum compelleretur.

COEGI TOLL. ET ADIECI SVBLAT. P. MALO] Veneris hæc tota expoſitio eſt. Ait ergo, ſe mentem eius impuliſſe, vt tolleret etiam hoc tertium pomum, & quo tardiùs tolleret, ei pondus adiecisse.

679. NEVE MEVS SERMO CVRSV, &c.] vt cum curſu finiam ſermonem meum, vt citò abſoluam.

680. PRÆTERIT. E. VIRGO, DVXIT, &c.] Potitus eſt optatis Hippomenes, præcucurrit; nec vitio datus eſt illi dolus hic; & præmium ipſam puellam vxorem abſtulit.

681. DIGNA NEC GRATES AT. AGERE ? &c.] Conqueritur de ingratitudine Hippomenes aduerſus ſe tam bene de illo meritam: nec enim ſaltem gratias egit, cùm inſuper, vt deæ, thura quoque ferre debuiſſet.

683. SVBIT. CONVERT. IN IRAM, &c.] Docet quemadmodum iniuriam ſuam perſecuta ſit, intempeſtiua ſcilicet cupidine miſcendorum pro nuptiali inter corporum illis immiſſa. Vnde poſtmodum vt ſacrilegi, Cybeles imperio in leones abierunt.

684. NE SIM SPERNENDA FVTVRIS] ἐσσομένοις poëtæ Græci, poſteris. Ne me exemplo horum audeant contemnere poſteri.

686. TEMPLA DEVM MATRI] Cybelæ, quæ & Berecynthia, & magna mater.

CLARVS ECHION] Quis hic *Echion* fuerit, incertum nobis; rex fortaſſe olim Scyri, vbi & hoc templum, de quo loquitur.

691. LVMINIS EXIGVI FVERAT, &c.] Vidi qui *Lumina* ederent. Occaſio loci, ad pattandum quiddam etſi conceſſum & legitimum, tali tamen, ſacro loco puta, & deûm ſimulacris referto, inconceſſum & vetitum, etiam apud Chriſtianos. Ab eo probro, vt vocat Poëta, quòd ipſi idola oculos auerterunt, ſignificat indignitatem facti, & facientium temeritatem, impudentiamque ſummam coarguit.

696. TVRRITA Q. MATER] Et templum & antrum illud templo vicinum dedicata erant Cybelæ. *Turriferam* vocat alibi. Ideo autem ei corona, turriculis in orbem eminentibus attribuitur, quòd eadem eſt cum Terra, quæ vrbes ſuſtinet mœnibus turritis coronatas, quas poëtæ Græci ἐυστεφάνους, *pulchrè coronis ornatas*, ſeu *pulchrè coronatas* nominant. Lucret. lib. 2.

Muralique caput ſummum cinxere corona,
Eximijs munita locis quòd ſuſtinet vrbes.
Quo nunc inſigni per magnas prædita terras
Horrificè fertur diuinæ matris imago.

Horrificè quòd ait circumferri Cybeles imaginem, accipe religioſè, & cum veneratione. Scis enim, etiam apud Virgilium *horrere*, *horrendum*, à ſimili quodammodo ſenſu horrentium, & ſummiſſiùs venerantium in religione adhiberi.

697. AN STYG. SVNT. DVBIT. MERG. VNDA] parum abfuit, quin Cybele grauiſſimè offenſa ambos

A orco demitteret. Sed dignius ſupplicium inueniens conuertit in leones: quæ conuerſio aliquot verſibus deſcribitur.

699. DIGITI CVRVANTVR IN VNGVES] *Leonem ex vnguibus æſtimare*, prouerbium; cùm ex minimo quoque vel indicio, vel argumento, vel cauſſa rei totam ſummam intelligimus. Proditum enim eſt memoriæ, Phidiam ex viſo leonis vngue totam feri faciem magnitudinemque magna artis ſuæ commendatione repræſentaſſe. Ex Pierio libro 26.

700. IN PECTORA TOTVM POND. ABIT] quia pectus leoninum mole ſua reliquum corpus ſuperat.

701. SVMMA CAVDA VERRVNT. ARENÆ] agitata cauda indicat iratos leones: & ſeipſi cauda flagellantes ad iram concitant.

702. IRAM VVLT. HABET] ſunt truci aſpectu
B leones.

704. DANTE PREM. DOMITO CYBELEIA, &c.] Non fuit contenta Cybelè profanos iſtos coniuges transformaſſe in leones; ſed ijs etiam domitis iugum impoſuit, & curtui ſuo ſubiunxit. Meminit & Virgil. 3. Æneid. *Et iuncti currum dominæ ſubiere leones.*

705. HOS TV, CARE MIHI, CVMQ. HIS, &c.] Adonis puer venatione delectabatur. Huic admonendo cautum volens Venus, leones, apros, vrſos vitare iubet; opponunt enim ſe, & acerrimè ſe tuentur, ac nonnunquam venatorem necant. Totus locus ex 1. Xenophontis de vita Cyri videtur expreſſus. Cùm enim Cyrus puer apud auum Aſtyagem regem Medorum educaretur, eſſetque campeſtris venationis cupidiſſimus, memorat Xenophon, eã
C illi ab auo permiſſam, adiuncto auunculo, & cuſtodibus nonnullis, & equitibus veteranis, qui à difficilibus & periculoſis locis eum ſeruarent: atque ab immanibus beſtijs, ſi quæ apparerent, tuerentur. Quærente autem diligenter Cyro, quibuſnam feris appropinquandum non eſſet, quaue fidenter poſſent agitari, dicebant illi; vrſi complures olim homines, qui propiùs ipſos acceſſiſſent, dilaniarunt: permultos etiam leones & apri & pardi: cerui autem & capreæ, agreſteſque oues & onagri nihil nocent. Iam quod poſt longam narrationem, Hippomene & Atalanta in leones mutatis, ſequitur, Venerem monuiſſe quidem hunc adoleſcentem, caueret ſibi ab omni genere atrociorum & pugnacium beluarum: ſed eum illa digreſſa eius monita vel obliuũ, vel præ audacia non curantem,
D aprũ excitum à canibus, aggreſſum iaculo fixiſſe, de eadem fidelia eſt. Pergit enim dulcis ille hiſtoricus ſimilia dicere de Cyro ſuo, hoc tantùm diſcrimine, quòd noſter de apro, ille de ceruo: nec tam propter ceruum proſilientem, pulchram ſanè & magnam belluam, quam inſecutus fuiſſet, quàm quòd nulla locorum habita ratione ſecutus fuiſſet, vt equo cadente, ipſi propemodum ceruices confractæ eſſent. Contrà Chiron Centaurus Achillem, quem à teneris educandum ſuſceperat, & rebus maximis olim gerendis præparabat, non niſi generoſas feras ſectari & debellare iubebat, vt ipſe l. 2. Achilleid. apud Stat. narrat:

———*Quid nunc tibi prælia dicam*
Syluarum? & vacuos ſæuo iam murmure ſaltus?

707. NE VIRT. T. SIT DAMNOSA DVOB.] & tibi,

& mihi, ſi quid inde eueniat mali. Non audet dicere, ne occidaris, ne malè ominetur.

708. IVNCTISQVE PER AERA CYCN. &c.] Paulò pòſt, v. 717.

Vecta leui curru medias Cytherea per vrbes,
Cyproq; olorinis nondum peruenerat alis.

Lib. 15. ait à columbis duci: *Perq; leues auras iunctis inuecta columbis Littus adit Laurens.* Candidiſſima omnium auium cycnus, & munditiſſima. Et quoniam mundities, ornatuſque corporis ad amorem conciliandum momenti habent non minimum, ideo currum Veneris ab his auibus trahi fabulantur.

709. STAT MONIT. CONTRA R. VIRT. &c.] Animus generoſus Adonidis. Monita vilipendens, aprum à canibus luſtro exactum, venabulo figit: fugientem beſtia ſequitur, & morſu necat.

716. ET FVLVA MORIBVND. STRAVIT ARENA] Virg. 5 *Perculit, & fulua moribundum ſtrauit arena.* Euripid. in Hippolytu inducit Dianam minitantem Veneri, ſe manu ſua ipſi cariſſimum ſagittis ſuis in- A terfecturam, ad vindicandam necem Hippolyti, cuius cauſſa ipſa fuit vtique Venus, Phædram ad impurum eiuſdem amorem extimulans, Hippolyti, inquam, ſibi ob caſtitatem & venandi ſtudium acceptiſſimi. Quærit ergo Pet. Victorius lib. 4. Variarum lect. c. 17. quis ille fuerit Veneri cariſſimus, & arbitratur *Adonin* intelligendum, quamuis ab apro occiſus ſit. Potuit enim, inqoit, factum id ſibi vindicare Diana, quia in ipſius ſtudio venationeq; interfectus eſt *Adonis*. Veriſimilia quidem Victorius. ſed veriùs M. Ant. Muretus l. 5. Variar. lect. c. 7. auctorem cædis huius fuiſſe tradit ipſum Martem, & qua de cauſſa, & quomodo, docet Apbrbonius in Progymnaſm. & Nonnus Paoopolit. l. 4. & 40. Dionyſiac. Vide Politiani Miſcellan. cap. 11. Extat & Bionis Smyrnæi Eidyllium elegans, falsò olim Theocrito adſcriptum, Adonidis Epitaphium, hoc Latini carminis principio:

Deflemus Cinyra genitum: qui nuper ab oris
Conceſſit superis, &c.

ELECTORVM
LIBER VNDECIMVS.

Thraciæ mulieres Orpheo, propter μισογύνειαν infenſiſſimæ, in cantantē irruentes, furioſè & immaniter eum dilacerarunt. Cuius necem ferę, cautes, flumina, Naiades, Dryades luxerūt. Lyram & caput interfectrices in flumen abiecerunt: quod ad inſulam Lesbum delatum, dum ſerpens appetit, Phœbi numine lapideſcit. Anima vatis Eurydicen ſuam in campis Elyſijs inuenit.

SECTIO I.

CARMINE dum tali ſyluas, animóſque ferarum,
Threïcius vates, & ſaxa ſequentia ducit:
Ecce nurus Ciconum tectæ lymphata ferinis
Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
Orphea percuſſis ſociantem carmina neruis.
E quibus vna, leues iactato crine per auras,
En, ait, en hic eſt noſtri contemptor: & haſtam
Vatis Apollinei vocalia miſit in ora:
Quæ folijs præſuta, notam ſine vulnere fecit.
Alterius telum lapis eſt: qui miſſus, in ipſo
Aere conceptu victus vociſque lyræque eſt:
Ac veluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit. Sed enim temeraria creſcunt

Bella,

Bella, modúſque abijt, inſanáque regnat Erinnys.
Cunctaque tela forent cantu mollita: ſed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu,
Tympanáque, & plauſus, & Bacchei vlulatus
Obſtrepuere ſono citharæ tum denique ſaxa
Non exauditi rubuerunt ſanguine vatis.
Ac primùm attonitas etiamnum voce canentis
Innumeras volucres, anguéſque, agménque ferarum,
Mænades Orphei titulum rapuere theatri.
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris,
Et coëunt, vt aues, ſi quando luce vagantem
Noctis auem cernunt ſtructóque vtrimque theatro,
Vt matutina ceruus periturus arena,
Præda canum eſt: vatémque petunt, & fronde virentes
Conijciunt thyrſos, non hæc in munera factos.
Hæ glebas, illæ direptos arbore ramos,
Pars torquent ſilices, neu deſint tela furori:
Fortè boues preſſo ſubigebant vomere terram:
Nec procul hinc multo fructum ſudore parantes
Dura lacertoſi fodiebant arua coloni:
Agmine qui viſo fugiunt, operíſque relinquunt
Arma ſui, vacuóſque iacent diſperſa per agros
Sarculáque, raſtrique graues, longique ligones.
Quæ poſtquam rapuere feræ, cornúque minaces
Diuulſere boues, ad vatis fata recurrunt:
Tendentémque manus, atque illo tempore primùm
Irrita dicentem, nec quidquam voce mouentem
Sacrilegæ perimunt, pérque os (prò Iuppiter) illud
Auditum ſaxis, intellectúmque ferarum
Senſibus, in ventos anima exhalata receſſit.
Te mœſtæ volucres, Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi ſilices, tua carmina ſæpe ſecutæ
Fleuerunt ſyluæ: poſitis te frondibus arbos
Tonſa comas luxit: lacrymis quoque flumina dicunt
Increuiſſe ſuis: obſcuráque carbaſa pullo
Naiades, & Dryades, paſſóſque habuere capillos.
Membra iacent diuerſa locis. caput, Hebre, lyrámque
Excipis, & mirum medio dum labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis: reſpondent flebile ripæ.
Iámque mare inuectæ, flumen populare relinquunt,
Et Methymneæ potiuntur littore Lesbi.
Hic ferus expoſito peregrinis anguis arenis
Obſtitit: & ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit, & hymniferos inhiat diuellere vultus.
Tandem Phœbus adeſt, morsúſque inferre parantem
Arcet, & in lapidem rictus ſerpentis apertos

 Con-

Congelat; & patulos (vt erant) indurat hiatus.
Vmbra ſubit terras, &, quæ loca viderat antè,
Cuncta recognoſcit: quærenſque per arua piorum
Inuenit Eurydicen; cupidiſque amplectitur vlnis.
65. *Hic modò coniunctis ſpatiantur paſſibus ambo:*
Nunc præcedentem ſequitur, nunc præuius anteit:
Eurydicénque ſuam iam tutò reſpicit Orpheus.

1. CARMINE DVM TALI SYLVAS, &c.] Tripartita voluptas ex cantu Orphei: in arboribus, quæ multitudine ſua ſyluam repræſentabant; in feris; in ſaxis. Infrà adhuc angues adiungit. Apolline in nuptijs Pelei & Thetidos citharam feriente ſimiliter beſtias, volucres, montes, fluuios, omne genus arborum accurriſſe & auſcultaſſe dicit Iunon in Q. Smyrnæo Paralip. Homeri lib. 4. A

ANIMOSQVE FERARVM] Habent feræ animas, non animos: etſi vox *animus* interdum ſonat animam, at non in beſtijs. Sed audent poëtæ quidlibet.

3. ECCE NVRVS CICONVM TECTÆ LYMPHAT. &c.] mulieres Thraciæ (*Cicones* enim Thraciæ populi) opertæ ferarum pellibus, & inſanæ, vtpote à Baccho furiatæ. Catull. de nupt. Pelei: *Qui tum alacres paſſim lymphata mente furebant.* Feſtus. *Lymphæ* dictæ ſunt à nymphis. Vulgò autem memoriæ proditum eſt, quicunque ſpeciem quandam è fonte (id eſt, effigiem nymphæ) viderint, furendi non feciſſe finem. Quos Græci νυμφολήπτους, Latini *lymphatos* nominant. νυμφᾶν eſt *furore corripi*, ob conſpectam nymphæ effigiem in fonte. *Lymphatici* Iſidoro, qui à rabioſo cane morſi, aquam metuunt, cui morbo ὑδροφοβία nomen eſt. B

4. CERNVNT ORPHEA PERCVSSIS SOCIANTEM, &c.] ipſæ ſacra ſua in tumuli vertice obeuntes, vt ſolebant, Orpheum in colle ſedentem & canentem conſpicantur. Lib. antecedente: *Talia dicentem, neruoſq; ad verba mouentem.* Canere ſimul voce fidicines noſtri non ſolent, niſi quos appellant *lepper.*

6. IACTATO CRINE PER AVRAS] agitato capite, vt indignabundæ ac furioſæ.

7. EN, AIT, EN HIC EST NOSTRI CONTEMPTOR] Conduplicata particula *En*, iræ & affectui impotentiori ſeruit. Lib. 5. *En quis, en hic eſt præreptæ coniugis vltor.* *Ecce* aut μὲ ἴδου, aut ἄμ ἴδου geminatum legere non memini. Sic 12. Æneid. turbator fœderis Tolumnius augur: *Hoc erat, hoc, inquit, quod votis ſæpe petiui.* Contemptorem mulierum appellant, quòd fœminas penitus neſciret ac vitaret, orbatus Eurydice ſua, & affectantes eius nuptias reijceret, & compluribus perſuaderet, ingens eſſe malum mulierem, etiam bonam. Vnde multæ innuptæ relinquebantur. C

8. HASTAM VATIS APOLLINEI VOCALIA MISIT IN ORA] Initium dat Baccha hæc miſerabiliter perimendi & dilaniandi Orphei, haſta in os tam ſuauiter modulantis adacta. *Vatis Apollinei*, vel quia filius eius: vel quia vates omnes in tutela ſunt Apollinis, cùm ſit ipſe carminum dominus.

9. QVÆ FOLIIS PRÆSVTA] *Thyrſum* accipe; quod genus haſtæ ederis & pampinis inuoluebatur. Infrà: *Fronde nitentes Conijciunt haſtas.*

NOTAM SINE VVLNERE FECIT] folijs impedientibus perſtrinxit magis os poëtæ, quàm vulnerauit.

10. ALTERIVS TELVM LAPIS EST] *Telum* non ſolum quod ex arcu mittitur, ſed generatim quidquid manu iaci poteſt, etiam lignum, lapis, ferrum apud Iureconſultos.

IN IPSO AERE CONCENTV VICTVS, &c.] Quomodo cæteri lapides, quos cantu & fidibus ſuis attraxit & demulſit, ita & hic, dum per aërem volat, & ſonum necdum plenè percipit, demulcetur adeò, vt corpus vatis attingere vereatur, & ante pedes eius decidens, proteruitati ſuæ veniam quodammodo poſcere videatur. Fictio lepidiſſima.

13. SED ENIM TEMERARIA CRESCVNT BELLA, &c.] Furor & impetus muliercularum in Orpheum augeſcit; inuaditur à pluribus; non eſt crudelitatis modus.

14. INSANAQ. REGNAT ERINNYS] Libr. 1. *Quà terra patet fera regnat Erinnys.*

15. CVNCTAQVE TELA FOR. CANT. MOLLIT. &c.] Quod paſſus erat lapis, idem contigiſſet reliquis telis quibus appetebatur, vt nihil eum læderent, quaſi ratione prædita, illique bene cupientia, ſi modò canentem audire potuiſſent. Sed tantus erat Mœnadum illatum vlulatus, tantuſque tubarum & tympanorum ſtrepitus, vt non poſſent. Quare lapides eius ſanguine infecti rubuerunt.

16. BERECYNTHIA TIBIA] cuius vſus fuit primùm in ſacris magnæ Matris, quæ & *Berecynthia*, à monte & oppido Phrygiæ ſibi dicatis. Sic Virgil. 9. *buxum Berecynthiam* dixit, de tibia buxea.

20. AC PRIMVM ATTONITAS ETIAMNVM, &c.] Quamuis iam cœptus eſſet feriri & vulnerari, nihilominus à cantu non abſiſtebat, manebantque attonitæ & obſtupefactæ volucres, angues, animalia. Hoc tanquam glorioſum Orpheo theatrum, Bacchæ diripuerunt & diſſiparunt.

23. INDE CRVENTATIS VERTVNTVR IN ORPHEA DEXTRIS] à telis iactatis ad manus & lanienam conuertuntur, & in eius corpore dexteras cruentant.

24. VT AVES, SI QVANDO LVCE VAGANTEM, &c.] Orpheum noctuæ, Mœnades auibus eam perſequentibus & exagitantibus, comparat. Ob horribile flagitium Nyctimene in noctuam à dijs transformata, nocte tantùm ob dedecus ſuum volitat, die rarò, timore auium omnium ſibi infeſtarum. Lib. 2.

——— Auis illa quidem; ſed conſcia culpæ
Conſpectum lucemq; fugit, tenebriſq; pudorem
Celat,

Celat & a cantu expellitur atherë toto. N...am antiqui Mineruæ ideo conſecrarũt, quòd ſ... ntia vbique videat, & illa quoque diiudicet, quæ cæteri propter obſcuritatem à ſe reiiciunt.

25. STRVCTOQ VTRINQVE THEATRO] quaſi in amphitheatrum ſe colligunt & componunt.

26. VT MATVTINA CERVVS PERITVR. ARENA, &c.] vtrinque in eum, ſicut canes manè in ceruum, in arena amphitheatri inuadunt. Caueam ipſam amphitheatri *Arenam* vocant poëtæ, imprimiſque Martialis libr. *Spectaculorum*, quoniam ne ſanguine beſtiarum & beſtiariorum lubricaretur, arena conſpergebatur, quam & pueri raſtris verſare & renouare ſolebant.

28. NON HÆC IN MVNERA FACTOS] non ad homines occidendos, ſed ad alius vſus. De gladio ab Ænea relicto, in quem Dido incubuit: *Enſemq́, recludit Dardanium, non hos quæſitum munus in vſus.* 4. Æneid.

29. HÆ GLEB. ILLÆ DIREPT. ARB. &c.] Quod cuique telum ira faciebat, hoc in vatem contorquebat. Furor arma miniſtrabat.

31. FORTE BOVES PRESSO SVBIGEBANT, &c.] Agricolarum & colonorum quoque inſtrumenta, vomeres, ſarcula, raſtri, ligones pro armis fuerunt. 1. Georg. *Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni.*

32. MVLTO FRVCT. SVDORE PARANT.] quia, vt ſequitur, dura arua. Inde ex laborioſa foſſione multus colonis ſudor.

34. HOMINE QVI VISO FVGIVNT, &c.] Adeò formidabili aſpectu erat illa phalanx muliebris, vt dæmonas putares. Quocirca ſaluti ſuæ proſpectum euntes, relictis inſtrumentis fugam arripuerunt agreſtes.

35. VACVOS PER AGROS] nudos à frugibus.

38. DIVVLSERE BOVES] ab aratris diſiunxerunt, auulſerunt. Quanquam aui priùs diuulſerunt, quàm patres aratri rapuerunt. Fortè liceat interpretari, *diuulſere*, id eſt diſcerpſere; nam infrà de capite Orphei, & ſerpente lego, *Et hymniferos inhiat diuellere vultus.* Raphaël quidem ſic exponit.

AD VATIS FATA RECVRRVNT] redeunt ad cædem illius complendam.

39. TENDENTEMQVE MANVS] pro vita ſublatis manibus ſupplicantem. Sic Æneid. 1. de Priamo, Achilli pro Hectoris ſui cadauere ſupplice: *Tendentemq́, manus Priamum conſpexit inermes.*

ATQ. ILLO TEMP. P. IRRITA DICENT &c.] non audierunt eum Bacchæ, quem audierunt, & admiratæ ſunt res inanimæ. Ita enim ſtatim legimus, *Antrum ſaxis*, &c.

41. SACRILEGÆ PERIMVNT] dilacerando. *Sacrilegæ*, quia ſacrum & ſacerdotem, vt ſe poëtæ frequenter appellant. Tametſi porrò ſacrilegium genus furti eſt, nihilominus in enormibus item ſceleribus dicitur, vti & *ſacrilegus* pro ſceleſto admodum.

PERQ. OS IN VENT. ANIM. EXHAL.] Impiè dictum, ex dogmate, puta, quorundam veterum animam eſſe aëream, ſeu naturæ aëriæ: quod & alibi pro occaſione tibi ſuggeſſimus.

44. TE MOESTÆ VOLVCRES, &c.] Poëticum planè lumen, cùm, vt exprimant dolorem & luctum ſuper alicuius interitu vel habitum, vel habendum, etiam muta animantia & res ſenſu carentes ingemuiſſe & lacrymaſſe dicunt. Pluribus hoc exemplis teſtatum facit Lud. Cerdius in eclog. 5. pag. 95. Quanquam hîc non ſimpliciter volucres, feræ, ſilices, ſyluæ, flumina fleuiſſe dicuntur; ſed eius carmina ſecuta (flumina enim quoque lyra ſua detinuit) veluti muſico ſuo parentantia.

46. POSIT. TE FRONO. ARB. T. COM. LVXIT] In luctu mos fuit capillum tondere.

47. LACRYM. Q. FLVM. Q. INCREVISS. S.] Virgil. de Vmbrone ſacerdote interfecto, lib. 7. *Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda, Te liquidi fleuere lacus.* Sic & Daphnidis interitum à nymphis, leonibus, montibus, & ſyluis deploratum dicit eclog. 5. Quem in locum multa ſimilia noſter Lud. Cerdius annotauit.

48. OBSEVRAQVE CARBASA PVLLO NAIAD. &c.] Fluuiorum & ſyluarum nymphæ teſtatæ ſunt mœrorem ex morte tua, veſtitu pullo, & paſſis capillis.

50. MEMBRA IACENT DIVERSA LOCIS] diſperſa à Bacchis. Seneca Medea:

Ille vocali genitus Camœna,
Cuius ad chordas modulante plectro
Reſtitit torrens, ſiluere venti,
Cui ſuo cantu volucris relicto
Affuit, tota comitante ſylua,
Thracios ſparſus iacuit per agros.

CAPVT, HEBRE, LYRAMQ. EXCIPIS, &c.] caput cum lyra in Hebrum proiecta flebile quiddam murmuraſſe ait, ripis reſpondentibus. De lingua Philomelæ, quam ei Tereus rex, vt ſubagitatæ præcidit, ne ſcelus proderet, lib. 6.

——Radix micat vltima linguæ:
Ipſa iacet, terræq́, tremens immurmurat atræ:
Vtq́, ſalire ſolet mutilatæ cauda colubræ,
Palpitat, & moriens dominæ veſtigia quærit.

Quid autem illud *flebile* fuerit, indicat Virg. cædem eius 4. Georg. ſic breuiter perſtringens:

——Spretæ Ciconum quo munere matres,
Inter ſacra deûm, nocturniq́, orgia Bacchi,
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros.
Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum
Gurgite cùm medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipſa, & frigida lingua,
Ah miſeram Eurydicen anima fugiente vocabat;
Eurydicen toto referebant litore ripæ.

Silius lib. 11. mulieres Thracias ob hunc laniatum execrans:

O diræ Ciconum matres, Geticiq́, furores,
Et damnata deis Rhodope, tulit ora reuulſa
In pontum, ripis vtriſq́, ſequentibus Hebrus.

53. RESPONDENT FLEBILE RIPÆ] ἀντηχοῦσι, *vocem flebilem repercutiunt.* Echonem fieri intellige in ripis, perinde vt in locis montoſis & concauis, atque etiam in ſyluis. Virgil. eclog. 10. *Non canimus ſurdis; reſpondent omnia ſyluæ.* Dixerat eadem ſententia eclog. 1. Melibœus de Tityro canente: *Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.* Adſcribemus nunc non iniucundum einſdem Orphei epitaphium, auctore Antipatro, ex 3. Anthologi. titulo εἰς μουσικούς. cuius hæc eſt expoſitio ad verbum: *Non duces de cætero delectatas tua cithara, (hoc eſt, ſono citharæ tuæ) quercus, non petras, non feras liberè paſcentes, ſeu paſcendo liberè vagantes. Non amplius conſopies ventorum fremitum, non procellam, ſeu grandinem,*

nem, non niuium densè cadentium tractus, non ſtreperum mare. Interyſti enim. Te autem multùm lamentata ſunt filia Mnemoſynes, Muſa, & mater tua Calliope præ cateris. Quid propter filios mortuos gemimus, quando arcere à liberis mortem nec dijs poteſtas eſt? Adde. nec enim Iupiter Herculem, nec Sarpedonem, nec Autora Memnonem, nec Thetis Achillem fatis eripere potuere. Sic ergo Antipater:

Οὐκ ἔτι θελγομένας Ὀρφεῦ δρύας, οὐκ ἔτι πέτρας
  Ἄξεις, οὐ θηρῶν αὐτονόμους ἀγέλας.
Οὐκ ἔτι κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλαζαν,
  Οὐ νιφετῶν συρμοὺς, οὐ παταγεῦσαν ἅλα.
Ὤλεο γάρ· σὲ δὲ πολλὰ κατωδύραντο θύγατρες
  Μναμοσύνας, μάτηρ δ' ἔξοχα Καλλιόπα.
Τί φθιμένοις στοναχεῦμεν ἐφ' υἱάσιν, ἁνίκ' ἀλαλκεῖν
  Τῶν παίδων Ἀΐδην οὐδὲ θεοῖς δύναμις.

54. IAMQVE MARE INVECTÆ FLVM. POP. REL. &c.] Omnia flumina procurrunt in mare, vt non ſemel poëta dixit. Lingua igitur & lyra cum aquis Hebri fluminis Thracij, vnde & Orpheus oriundus, iam in mare, & ad litus *Lesbium* deuenerant. *Methymna* vrbs Leſbi, vbi vinum prouenit generoſum.

56. ET EXPOSITO PEREG. ANG. AREN OSPETIT] Volgati *expoſito*, &c. *obſtitit*. Nos lectionem correctoris Lipſienſis amplectimur: probatque multis Mariangelus Accurſius in Diatriba: etſi Planudes vertit, ἄγριος ὄφις αὐτῷ.

58. ET HYMNIFER. INHIAT DIVELL. VVLT.] Conatur lacerare vultus, & os illud, vnde tot deorum laudes prodierant. Extant quidem hymni aliquot Orphei in deos; ſed Grammatici cuiuſdam & recentioris, non illius veteris, quem poëtæ celebrarunt.

59. MORSVSQVE INFERRE PARANT. ARCET, &c.] Meritò ex dijs Phœbus alumnum & clientem, immò filium ſuum, ſaltem qua de capite tuetur, quod in inſula ſepultum eſt. Lyra autem inter ſidera collocata eſt, quam quælibet Muſa vna ſtella inſigniuit. Vertitur ergo mordax ſerpens ille in lapidem.

62. VMBRA SVBIT TERRAS] Cùm dixerit antea, animam exhalatam in ventos receſſiſſe, quomodo nunc narrat, vmbram eius (quo nomine frequentiſſimè anima ſolet intelligi in ſcriptis poëtarum) terras ſubijſſe? Sciendum priſcos ſibi perſuaſiſſe, non animas ipſas, à corporibus ſeparatas, ſed nuda quædã ſimulacra, imagines, σκιὰς, & εἴδωλα, ſiue ſpectra ad inferos deſcendere; animas autem ad origines ſuas, ſeu in materiã ſuam, vnde procreatæ, reuerti; ſeu in aſtra, ſi igneæ materiæ, vnde & cælum & aſtra conſtare putabantur; ſeu in aërem, ſi aëreæ. Aut etiam (quod πυθαγόρειον eſt) in animantes immigrare; quam ſchola illa μετεμψύχωσιν, quaſi tranſanimationem dicas, appellabat. Hinc & 4. Æneid. incubitura in gladium Dido: *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*

ET QVÆ LOCA VID. A. CVNCTA RECOG.] Vide lib. ſuperiorem, haud longè à principio.

63. PER ARVA PIORVM] per campos Elyſios, quæ piorum poſt mortem ſedes. Videndum extremum 6 Æneid.

Deuenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſq; beatas, &c.

64. CVPIDISQ. AMPLECT. VLNIS] ipſe eius cupidiſſimus, vt ex lib. 10. patuit.

67. IAM TVTO RESPICIT] Nam cùm eam reduceret, legem accepit, ne reſpiceret, antequam ad ſuperos ex inferis perueniret; ne retrò ſua lumina flecteret. Quam legem cùm violaſſet, denuo theſaurum ſuum perdidit. Multa de *Orpheo* Pauſanias in Bœoticis, ſiue l. 9. in quibus & opiniones diuerſas de eiuſdem interitu, pag. 257.

Bacchus vatem ſuum vlciſcens, Thracias mulieres in arbores transfert. Inſuper deſerta Thracia in Ciliciam & Lydiam proficiſcitur. Silenum, eius educatorem & comitem, ebrium Phryges ruſtici captum Midæ regi donant, qui Baccho illum reſtituit.

II. *NON impunè tamen ſcelus hoc ſinit eſſe Lyæus:*
Amiſſoque dolens ſacrorum vate ſuorum,
Protinus in ſyluis matres Edonidas omnes,
Quæ videre nefas, torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos, in quantum eſt quæque ſecuta
Traxit, & in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtque ſuum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus vbi commiſit volucris, ſenſitque teneri,
Plangitur, ac trepidans aſtringit vincula motu:

Sic,

Sic, quacunque ſolo defixa cohæſerat harum,
Externata fugam fruſtra tentabat. at illam
Lenta tenet radix, exultantémque coërcet.
Dúmque vbi ſint digiti, dum pes vbi, quærit, & vngues;
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata femur mœrenti plangere dextra,
Robora percuſſit. pectus quoque robora fiunt:
Robora ſunt humeri: longos quoque brachia vera
Eſſe putes ramos: & non fallére putando.
Nec ſatis hoc Baccho eſt, ipſos quoque deſerit agros:
Cúmque choro meliore ſui vineta Timoli,
Pactolónque petit: quamuis non aureus illo
Tempore, nec caris erat inuidioſus arenis.
Hunc aſſueta cohors Satyri Bacchæque frequentant:
At Silenus abeſt. titubantem annîſque meróque
Ruricolæ cepere Phryges, vinctúmque coronis
Ad regem duxere Midam: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui ſimul agnouit ſocium, comitémque ſacrorum,
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.
Et iam ſtellarum ſublime coëgerat agmen
Lucifer vndecimus, Lydos cùm lætus in agros
Rex venit, & iuueni Silenum reddit alumno.

68. NON IMPVNE TAMEN SCELVS HOC, &c.] Videtur Naſo facere nomen, & adiectiuum, hic & hæc *impunis*, & hoc *impune*. Ciceroni tantùm eſt aduerbium, *impunè*, *impunitùs*. Quare tantum ſcelus impunitum noluerit relinquere Bacchus, cauſſa ſubiungitur, quia ſacra eius cecinerat, & ipſum celebrarat ſuis carminibus Orpheus. Gratias ergo vt referat merito cenſuit.

70. MATRES EDONIDAS OMNES] *Ciconum nurus*, ſuprà: nunc ab Edonibus, æquè Thraciæ populo, aliter eas nuncupat.

71. QVÆ VIDERE NEFAS] Cur non dixit, *quæ fecere nefas?* Videre enim ſcelus perpetrari, niſi approbes vel apertè, vel occultè, & niſi cùm id impedire potes ac debes, nec facis, culpa vacat.

TORTA RADICE LIGAVIT. QVIPPE PER.&c.] Multus eſt in transformatione harum fœminarum, quam accuratiſſimè explicat, vt ipſe quoque non minùs quàm Bacchus iraſci illis propter Orpheum videatur.

72. IN Q. EST QVÆQ. SECVTA] vbi quęque conſtiterat ſequendo.

74. VTQ. SVVM LAQVEIS] Valdè idonea ſimilitudo, à pedicis & laqueis, quibus ſe aues irretiunt.

76. PLANGITVR] à ſeipſa verberatur, dum aliis ſemet percutit, euadere laborans.

ASTRINGIT VINCVLA MOTV] Quo magis ſe eripere è tendiculis nititur, hoc arctiùs eas adſtringit.

78. EXTERNATA FVGAM, &c.] conſternata, A perculſa, perterrita. In Ibin: *Cur externati rurſus agantur equi.* Vtitur eodem verbo Catull. de nupt. *Sed quid ego ignotis nequicquam conqueror auris Externata malo?* &c.

82. ET CONATA FEM. M. PLANG. DEXTRA] Liquet hinc in ira, dolore, triſtitia *femur ferire* ſolitos, quod oratoribus in indignatione laudi ſolere dari, affirmat alicubi Quintilianus.

86. NEC SATIS HOC BACCHO] Maius quiddam facit, quo, quantum ſibi doleat hoc ſcelus, teſtificetur.

87. CVMQ. CHORO MELIORE SVI VIN. &c.] Nouum chorum Baccharum colligit, priori diſſimilem, mitem & manſuetum ſcilicet. Cum eo deſerta Thracia in Lydiam diſcedit, vbi Tmolus
B mons vini optimi feraciſſimus, & Pactolus fluuius aurifluus.

88. QVAMVIS NON AVREVS ILLO TEMP. &c.] Nondum enim ibi corpus abluerat Midas, qui contactu ſuo omnia reddebat aurea, vt infrà narrabitur.

90. HVNC ASSVETA COHORS SATYRI, &c.] Conſueti ſtipatores Bacchi Satyri & Bacchæ. Lib. 4. *Bacchæ Satyriq. ſequuntur.* Pactolum ſæpe viſunt, abſente Sileno. Si quæris vbinam fuerit, adverte mentem.

91. TITVBANT. ANNISQVE MEROQVE RVRICOL. &c.] Senem (ſenum autem greſſus vacillant) & ebrium. Require dicta lib. 4. ibi: *Quiq, ſenex ferula titubantes ebrius artus Suſtinet.* Pluſcula de hoc ſene Lud. Cerdius in eclog. 6.

92. VEN-

92. VINCTVMQVE CORONIS AD REG. DVX.] A Potantibus & compotantibus ſollemne fuit coronis floreis capita reuincire apud Græcos & Latinos. Exempla ſunt crebra in Horat. Teſtis & Lucret. lib. 3.

Hoc etiam faciunt vbi diſcubuere, tenentq́;
Pocula ſæpe homines, & inumbrant ora coronis.

Anacreon, in militia potoria exercitatus, ſæpe *coronas* & vinum coniungit. E floribus autem maximi facit, & aliquoties mirificè laudat roſam. Cur in conuiualem lætitiam admiſſæ è floribus nexæ *corolla*, docet Rhodigin. libr. 27. cap. 26. Verùm hîc Ouidij mens eſt quæ Virgilij eclog. 6. de Satyris, dormientem Silenum opprimentibus, *Iniiciunt ipſis ex vincula ſertis*, vt iiſdem quibus coronatus erat ſertis, vinctum à ruſticis ad Midam regem adductum ſciamus. Meminit & Plutarchus Conſolat. ad Apollon. huius fabulæ, docetque, Semideos non niſi vinctos vaticinari ſolitos, vt Proteum in 4. Georg. Ariſtæo, Faunum & Picum 3. Faſtor. Numæ, & hîc Silenum Midæ, Cupidinem quoque ſiue Amorem coronis ligari à Muſis apud Anacreontem, obſeruat Lud. Cerdius Commentar. in Georg.

93 CVI THRAC. ORPH. ORG. TRADID. C. CECROPIO EVMOLPO] Orpheus Midam orgiorum rationem docuit, & myſterijs illis initiauit. Suum prætetea diſcipulum & ſacerdotem Eumolpum Athenienſem illi donauit. De duobus Eumolpis fusè Micyll. in Addit. Midam ſacrorum ſollemnibus ab Orpheo initiatum, Phrygiam religionibus impleuiſſe Iuſtinus lib. 11. memoriæ prodidit.

95. QVI SIMVL AGNOVIT SOCIVM, &c.] vt primùm agnouit Midas Silenum, in colendo Baccho ſocium atque comitem, decem dies in omni lætitia feſtos tranſegit: adeò gratus illi hoſpes hic fuit. Vel ideo ſocium & comitem ſacrorum, quia cum Baccho, vt magiſter eius, coli ſoleat, & ſit eorundem honorum particeps.

98. IAM STELLAR. SVBLIM. COEG. AGM. &c.] Elapſis diebus decem, ſecuta nox eſt. Finita nocte Lucifer vndecimum diem ſtellis coactis aperuit. Lib. 2. *Diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit Lucifer.* Placet magis, tranſlationem eſſe à re paſtoritia & paſtoribus, quàm, vt Delrius putat, à re militari. B Eclog. 3. *Tityre coge pecus.* Stat. 6. Thebaid. ſimiliter: *Roſcida iam nomes cælo dimiſerat aſtra.*

99. LVCIFER VNDECIMVS] Dictum, vt *tres ſoles*, pro tres dies. Quanquam & ſynecdoche incluſa eſt. Non enim Lucifer toto die cernitur. Proper. lib. 2. eleg. 19. *Venturam pactis me tibi luciferis.*

LYDOS CVM LÆT. INAG. REX VENIT] Non ergo veniens in Lydiam cum cohorte ſua Bacchus, eum inuenit.

100. ET IVVENI SILEN. REDDIT ALVMNO] Bacchus imberbis ſemper, & iuuenis fingitur, cuius nutritor & magiſter Silenus. Affecit eum ergo Midas præclaro munere, cùm hunc ſenem ei donauit.

Bacchus gratum ſe cupiens exhibere, Midam optare munus quodcunque iubet. Homo auarus & inconſideratus optat in aurum verti quidquid contigerit. Vertitur etiam cibus & potus. Iam igitur fame & ſiti propemodum emoriens, ſtultitiæ ſuæ veniam petit, & reſtitutionem rogat. Mittitur ad fontes Pactoli, ablutum ibidem caput & corpus, & peccatum dementiæ ſimul. Hinc Pactolus auro fluit.

III.

HVic deus optanti gratum, ſed inutile fecit
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille malè vſurus donis, ait; Effice quidquid
Corpore contigero, fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis; nocituráque munera ſoluit
Liber: & indoluit, quòd non meliora petiſſet.
Lætus abit: gaudétque malo Berecynthius heros,
Pollicitique fidem tangendo ſingula tentat.
Vixque ſibi credens, non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam: virga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum; ſaxum quoque palluit auro.
Contigit & glebam; contactu gleba potenti
Maſſa fit. arentes Cereris decerpſit ariſtas;
Aurea meſſis erat. demptum tenet arbore pomum;

Heſpe-

Heſperidas donaſſe putes. ſi poſtibus altis
Admouit digitos: poſtes radiare videntur.
Ille etiam liquidis palmas vbi lauerat vndis:
Vnda fluens palmis Danaën eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia. gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus, nec toſtæ frugis egentes.
Tum verò, ſiue ille ſua Cerealia dextra
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant:
Siue dapes auido conuellere dente parabat,
Lamina fulua dapes, admoto dente, nitebat.
Miſcuerat puris auctorem muneris vndis:
Fuſile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus nouitate mali, diuéſque, miſérque,
Effugere optat opes, &, quæ modò vouerat, odit.
Copia nulla famem releuat: ſitis arida guttur
Vrit, & inuiſo meritus torquetur ab auro.
Ad cælúmque manus, & ſplendida brachia tollens
Da veniam, Lenæe pater, peccauimus, inquit:
Sed miſerere, precor, ſpecioſóque eripe damno.
Mite deum numen. Bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit, factíque fide data munera ſoluit.
Néve malè optato maneat circumlitus auro,
Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem,
Pérque iugum ripæ labentibus obuius vndis
Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus.
Spumigeróque tuum fonti, quà plurimus exit,
Subde caput, corpúſque ſimul, ſimul elue crimen.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ: vis aurea tinxit
Flumen, & humano de corpore ceſſit in amnem.
Nunc quoque iam veteris percepto ſemine venæ
Arua rigent, auro madidis pallentia glebis.

101 HVIC DEVS OPTANDI GRATVM, &c.] Bacchus, ne beneficio victus videretur, Midæ optanti dedit arbitrium muneris, id eſt, poſuit in eius arbitrio quod munus ab ſe optaret. Hæc libertas grata quidem fuit Midæ: ſed inutilis, immò noxia. penè ſiquidem interijt.

103. ILLE MALE VSVRVS DONIS, &c.] Optatum Midæ imprudens, qui non tam malè vſus eſt donis, quàm malè optauit donum, nimis auarè ſcilicet. Omnia quæ tangeret voluit in aurum mutari, oblitus ſe panem quoque & vinum, victus cauſſa tacturum.

105. ANNVIT OPTAT. NOCITVRAQ. &c.] Hinc Prouerb. *Mida diuitia.* Et, *Quantum vel Midam ſatiarit*, de immenſitate pecuniæ. Dormienti etiamnum puero formicæ grana tritici, argumentum futuræ opulentiæ, in os ingeſſerunt. Max. Tyrius Diſſertat. 30. Midam hunc non à Baccho, ſed à captiuo Satyro, ebrio facto ex fonte, quem ille vino infecerat, petiuiſſe ait, vt omnis terra ſibi in aurum A verteretur, fierentque aureæ arbores, aureæ ſegetes, aurea prata, aurei flores. Cumque iam terram haberet auream, annonæ penuria Phrygas inuaſit. Ibi Midas diuitias deplorare ſuas, preces auerſari priores: nec ampliùs Satyrum, ſed deos deaſque precari omnes, vt priorem fertilem illam fœcundamque ac fructuoſam paupertatem ſibi reſtituerent: aurum verò in hoſtium capita transferrent. Cic. 1. Tuſcul. longè aliud munus Silenum Midæ pro ſua miſſione rependiſſe ſcribit. Docuiſſe videlicet regem: *Non naſci, longè optimum eſſe homini: proximum autem, quamprimum emori.* Plutarch. in Conſolat. ad Apollonium, ex Ariſtotele ad Eudemum refert, cùm Silenus ad Midam captiuus adduceretur, dixiſſe *felices ac beatos, qui hac vita functi ſint*; & nefas putandum, quidquam de illis falsò aut contumelioſè dicere: quippe qui melioris iam præſtantioriſque naturæ facti ſint compotes. Vide inſuper Prouerb. *Optimum non naſci.*

106. ET INDOLVIT QVOD NON MEL. PETISS.] Quid

Quid auro melius? Meliora ad vſum, non ad poſſeſſionem. Melior eſt panis, ſine controuerſia, eſurienti, quàm aurum & gemmæ. Melior vel aqua turbida ſitienti, quàm ædes magnificentiſſimæ, & Neronis palatia. Poterat tamen Bacchus non præſtare optata, quia inutilia cognoſcebat optanti. Sed iuris ſcientiam non tenebat.

107. LÆTVS ABIT] in Phrygiam, vnde in Lydiam venerat.

GAVDETQVE MALO BERECYNTHIVS HEROS] Midas Berecynthius ab oppido, aut monte Phrygiæ, à quo & ipſa Cybele Berecynthia.

108. POLLICITIQVE FIDEM TANGENDO, &c.] nunc hoc, nunc illud tangendo explorat, veráne ſibi Bacchus promiſerit, an ſibi tantùm verba dederit.

B

109. VIXQVE SIBI CREDENS] Tam illuſtre promiſſum ſiue conceſſum, tamque magnum & mirificum erat, vt pro vero haberi vix poſſet.

NON ALTA FRONDE VIRENT. &c.] Enumerantur iam plures probationes, ſeu experientiæ. Ex ilice humili virgulam decerpſit, quæ mox verſa in aurum eſt.

112. CONTACTV GLEBA POTENTI MASSA FIT] Contactum potentem vocat, propter tam inſignem eius effectum. Maſſam auri intellige.

113. ARENTES CERERIS ARISTAS] maturas, tum enim maximè arent, à ſole ſcilicet ſatis coctæ.

114. AVREA MESSIS ERAT] ſiue ſpicas illas decerptas, ſiue totam ſegetem appellet meſſem auream, vtrobique hyperbolen vides.

C

115. HESPERIDAS DONASSE PVTAS] Heſperides filiæ Heſperi, fratris Atlantis, ſeu ipſius Atlantis, vt quidam tradunt, fuerunt tres, quarum nomina *Aegle, Arethuſa, Heſpertuſa*. Hortos habuerunt in extrema Æthiopia, & in iis mala aurea. Cætera Natalis lib. 7. Mythol. cap. 7.

118. DANAEN ELVDERE POSSIT] Recole quæ diximus lib. 4. ibi: *Neque enim Iouis eſſe putabat Perſea, quem pluuio Danae conceperat auro.*

119. VIX SPES IPSE SVAS ANIMO CAPIT] Quæ eius captum fermè excedebant, iam ſibi ingentia pollicebatur: omnia quippe aurum fieri fingens quę tangeret, montes etiam, ſyluas, ciuitates & arces aureas cogitabat, vt ita infinitatem quandam auri ſibi acquireret.

D

120. GAVDENTI MENSAS POSVERE MINISTRI, &c.] Lætanti mirum in modum hac diuina poteſtate ſua, famuli menſam lautiſſimam & regiam apponunt.

121. NEC TOSTAE FRVGIS EGENTES] panis copiam: periphraſis eſt. 1. Æneid. cùm ſcribit poëta: *Frugeſq; receptas Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo*, ſignificat oportuiſſe frumentum, aquis marinis naues intrantibus vehementer madidum, ac penè corruptum, igni priùs deſiccare, quàm molerent.

122. CEREALIA MVNERA] Lib. ſuperiore de Orpheo, poſt Eurydicen iterum amiſſam: *Squallidus in ripa Cereris ſine munere ſedit.* Statim vocat *dona*. *Ceres* enim frugum parens & inuentrix. Lucretius libro 5.

A

Namq; Ceres fertur fruges, Liberq; liquoris
Vitigeni laticem mortalibus inſtituiſſe.

Virgil. 8. *Dona laborata Cereris.*

124. SIVE DAPES AVIDO CONVELLERE DENTE] ſiue nitebatur cibum dentibus commolere, & in ventrem traucere.

126. MISCVERAT PVRIS AVCT. MVN. VND.] Omittitur altera disiunctio *ſiue*. Vinum quoque *munus* vocat, Bacchi puta. Sic Virgil. 2. Georg. *Huc ades, ô Lenæe, tuis hic omnia plena Muneribus*. Bibebant porrò vinum dilutum veteres, non plebeii tantùm & priuati; ſed principes, & reges etiam. Horat. ode 11. lib. 2.

——— Quis puer ocyus
Reſtinguet ardentis Falerni
Pocula prætereunte lympha?

127. PER RICTVS] per guttur: nam rictus pecudum propriè.

128. DIVESQ. MISERQ.] in copia ſua inops, & in diuitiis pauper. Multis hoc diuitibus & opulentis contingit, vt in ſua fælicitate infælices ac miſeri ſint, variis de cauſſis: nulli enim ad voluntatem fluunt omnia.

129. ET QVÆ MODO VOVERAT, ODIT] quæ modo nimiùm concupiuerat, aurum puta, nunc odit. *Vouere* pro deſiderare, optare, cupere, aliquoties noſter, & præterea Horatius dixit; in qua voce quidam ſcioli triumphant, eamque nobis velut ignorantibus inculcant in ſcriptis. Claudianus 1. in Ruff. de hac damnatione ſuimet, vt ſtultè auari:

——— Sic rex ad prima tumebat
Mæonius, pulchro cùm verteret omnia tactu:
Sed poſtquam riguiſſe dapes, fuluamq; reuinctos
In glaciem vidit latices, tunc munus acerbum
Senſit, & inuiſo votum damnauit in auro.

130. COPIA NVLLA FAMEM RELEVAT] Quidquid ex quocumque genere apponitur, in aurum indureſcit, dum ab eo non digitis tantùm, ſed vel in ipſo ore & dentibus duntaxat tangitur.

SITIS ARIDA GVTTVR VRIT] *arida ſitis* ab effectu, facit enim fauces & guttur arida. Non propriè ipſa ſitis, quæ eſt humidi appetitio; ſed ipſa ſiccitas, ſeu humidi defectio, vnde illa appetitio.

131. MERITVS TORQVET.] Quis enim coëgit illum tam fatuè rogare Bacchum vt aurea fierent omnia quæ tangeret? Auaritia fuit, cuius nunc pœnas luit haud immeritas. *Auri ſacra fames, quid non mortalia cogis Pectora?*

132. ET SPLENDIDA BRACHIA] ea tot auri attactibus radiantia, aut etiam auro oblita. Nam & paulò poſt, auro circumlitum, ſeu infectum autumat.

133. DA VENIAM, LENÆE PATER, PECCAVIMVS] Qui deus malum, quamuis nolens & inuitus dedit, idem poteſt auertere. Ergo iure Bacchum inuocat, ab eoque depulſionem petit; quod vt impetratè dignus ſit, culpam ſuam confitetur.

135. MITE DEVM NVMEN] Dii ſunt mites, maluntque ſemper benefacere hominibus quàm malè. Arnob. libr. 6. *Hoc eſt proprium numinum, liberales venias, & conceſſiones habere gratuitas.* 3. de Ponto eleg. 6.

Crede

Crede mihi, miſeris cœleſtia numina parcunt: A
Nec ſemper laſos, & ſine fine premunt.

Bacchvs peccasse fatent. restit.] in priſtinum ſtatum reducit.

136. Factiq. fide n. mvn. solvit] Facit irritum munus quod dederat ei, ob fidem quam ſibi facti præſtiterat Midas; eo nempe facto, quo Silenum à ruſticis Phrygibus captum, ac ſibi deditum reſtituit.

138. Ad magn. vicin. Sardib. amnem, &c.] *Sardes* vrbs Lydiæ celebris, per cuius agrum, & iuxta Sardes (Herodoto lib. 5 per medium forum Sardium) ex Tmolo monte oriens *Pactolus* decurrit. Ad caput fluminis huius ſurſum verſus eum mittit: verticem erumpentibus è terra vndis ſubdere, atque ita cum corpore crimen auaritiæ ſuæ abluere iubet. Sacras habebant fontium & fluminum origines. Horat. od. 1. lib. 1. *Viridi membra ſub arbuto Stratus, nunc ad aquæ lene caput ſacræ.* Virgil. 4. Georg. *Triſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis.* Vult ergo Midam aqua ſacra expiari. Quanquam & cuiois aquæ vim expiatricē ſolerent attribuere.

A 139. Per qvgvm ripæ] Per marginem ripæ.

143. Vis avrea tinxit flvmen] Fluuii auriferi ſunt, poëtarum carminibus nobilitati, *Tagus* in Hiſpania, *Pactolus* in Lydia, *Hermus* in Aſia. Alii quidam præterea, ſed minùs noti hac quidem de re, vt *Padus* in Italia, *Hebrus* in Thracia. *Ganges* in India, quos nominat Plin. lib. 33. cap. 4. De *Pactolo* Horat. ode 11. Epod.

Sis pecore, & diues multa tellure licebit,
Tibiq; Pactolus fluat.

Vide Prouerb. *Pactoli opes.* De *Tago* noſter lib. 2.
B *Quodq; ſuo Tagus amne vehit fluit ignibus aurum.*

144 Et hvmano de corp. cessit in amnem] Quòd ramenta auri vehat, hæc cauſſa eſt poëtis ſcilicet; veram enim Phyſiologi prodent.

145. Nvnc qvoq. iam veteris, &c.] non ſolùm flumen inde aureis arenis eſt nobile, verùm etiam agri ipſi, extactis à Mida glebis, & in aurum tranſeuntibus, quaſi inde percepto & per venas tranſmiſſo ſemine: auro rigentes & pallentes glebas oſtentant vſque hodie, vt litteris eſt proditum. Fides penes auctorem eſto.

Pertæſus opum Midas in ſyluam abit, æquè rudis & bardus vt antea. Pan de cantu fiſtulæ ſe circumſpiciens Apollinē prouocat. Tmoli montis deus iudex aſſumitur, & cum omnium præterquam Midæ conſenſu palmam dat Apollini. Cuius ſtoliditas vt pateſcat omnibus, aures illi aſininæ fiunt, quas tiara celare ſtudet. Tonſor re animaduerſa, id ſcrobi effoſſæ immurmurat, terramque rurſus ingerit. Inde creſcentes arundines, dum maturæ iam vento agitantur, ſuſurris verba referunt, & arcanum detegunt.

Ille peroſus opes, ſyluas & rura colebat, IV.
Panáque montanis habitantem ſemper in antris.
Pingue ſed ingenium manſit: nocituráque vt antè,
Rurſus erant domino ſtolidæ præcordia mentis.
Nam freta proſpiciens latè riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu: eliuóque extenſus vtroque
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypæpis.
Pan ibi dum teneris iactat ſua carmina nymphis,
Et leue cerata modulatur arundine carmen,
Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus,
Iudice ſub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit, & aures
Liberat arboribus. Quercu coma cærula tantùm
Cingitur, & pendent circum caua tempora glandes.
Iſque deum pecoris ſpectans, In iudice, dixit,
Nulla mora eſt. calamis agreſtibus inſonat ille,

Nn *Barba-*

Barbaricóque Midan (aderat nam ſortè canenti)
Carmine delinijt: poſt hunc ſacer ora retorſit
Tmolus ad os Phœbi: vultum ſua ſylua ſecuta eſt.
Ille caput flauum lauro Parnaſſide vinctus,
Verrit humum Tyrio ſaturata murice palla:
Diſtinctámque lyram gemmis, & dentibus Indis
Suſtinet à læua tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus iſte fuit. tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat: quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus CITHARÆ SVBMITTERE CANNAS.
Iudicium, ſanctíque placet ſententia montis
Omnibus: arguitur tamen, atque iniuſta vocatur
Vnius ſermone Midæ: nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in ſpatium, villíſque albentibus implet,
Inſtabiléſque illas facit, & dat poſſe moueri.
Cætera ſunt hominis: partem damnatur in vnam,
Induitúrque aures lentè gradientis aſelli.
Ille quidem celare cupit, turpique pudore
Tempora purpureis tentat velare tiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus: qui cùm nec prodere viſum
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras,
Nec poſſet reticere tamen: ſecedit, humúmque
Effodit: & domini quales conſpexerit aures,
Voce refert parua, terræq́ immurmurat hauſtæ,
Indiciúmque ſuæ vocis tellure regeſta
Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit: & vt primùm pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam. leni nam motus ab Auſtro
Obruta verba refert, dominique coarguit aures.

147. ILLE PEROSVS OPES, &c.] Naturale eſt, A odiſſe ea per quæ, aut propter quæ graue quippiam paſſi ſumus. Adeò autem abhorrebat ab auro, & diuitijs cumulandis poſt caſum ſuum Midas, vt etiam hominum conſortium deuitans, & vrbes fugiens, agris, ſyluis, montibus vitam ſuam mandaret, & Pana deum monticolam de cætero veneraretur.

149. PINGVE SED INGEN. MANSIT, &c.] ingenij tarditatem & ſtuporem vtinam in Pactolo (vt culpam & aurum, quo erat circumlitus) abluiſſet. Pinguitudo iſta explicatur ſequentibus, *ſtolida præcordia mentis*: quæ ſtoliditas quomodo antea ob auariter expetitum aurum nocuerat; ita deinceps nocitura erat propter abſurdum de cantu iudicium. *Lucerna pinguior*, prouerb. in homines minimi iudicij aut ingenij. Eòdem pertinent, *craſſa, pingui Minerua*. Illa enim artium & ingeniorum præſes. In obeſis ac pinguibus rarò videas ingenium acre ac perſpicax.

151. NAM FRETA PROSP. LATE RIG. &c.] *Tmolus* mons eſt in mare vergens, latus, ſaxoſus, excelſus.

152. CLIVOQ. EXTENSVS VTROQ. &c.] demittitur ab excelſitate ſua in cliuum vtrinque, quem ab vno latere *Sardes* vrbs ampla, ab altero *Hypæpa* oppidulum terminant.

154. PAN IBI DVM TEN. TACT. &c.] dum in illo monte fiſtula ſua, conſtante ex arundinibus, cera inter ſe iunctis (de qua lib. 1. in fabula Syringis) nymphas oblectat, & ſibi placet adeò, vt præ ſe Apollinem citharœdum deſpicere nihil vereatur.

157. IVD. SVB TMOLO CERT. VEN. AD IMI.] ſubiuit Tmoli, dei monti huic ſibi cognomini præſidentis iudicium, in certamine valdè impari. Quid enim ille agreſtis & paſtoritius cantor ad excellentiſſimum Muſicum? Lucretius lib. 3. *Quid enim contendat hirundo Cycnis?* Virgil. eclog. 8. *Certent & cycnis vlulæ.* Aſt eclog. 4. ſe Pani anteponit in carmine ruſtico:

Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.

158 SENIOR IVDEX CONSIDIT] *Senior* pro ſenex, *triſtior* pro triſtis. Bene, quòd grandem natu, & longæuum fingit iudicem. Tametſi ingenio, non ætate adipiſcitur ſapientia, vt Plautus ait in Trinummo, ipſa tamen ætas hominem multa docet, vt ibid. de ſe Philto ſenex confitetur: & longa rerum experientia ſapientiam cumulat.

ET AVRES LIBERAT ARBORIBVS] aures remouet ab arboribus, quibus cingebatur, quò commodius & diſtinctiùs audiat litigatores.

159. QVERCV COMA CÆRVL. T. &c.] vt ſylueſtri deo coronam dat ſylueſtrem de quercu, vt Pani de pinu lib. 1 *Pan videt hanc, pinuq; caput præcinctus acuta.* *Cæruleam* quoque coronam, vt ſit quaſi ſubuiridis.

161. ISQVE VSVM PECORIS SPECTANS. &c.] Coniectis in Pana oculis, ſe paratum eſſe ad audiendum monet. Montium præſidem faretur Homerus in hymno. In eiuſdem tutela pecus omne, quod in montibus paſceretur, eſſe crediderunt. Cuſtodem ouium, & paſtorum patronum 1. Georg. appellauit Maro. Idem eclog. 2. *Pan curat oues, ouiumq; magiſtros.*

IN IVDICE NVLLA MORA EST] Ecloga 3. *Quin age, ſiquid habes, in me mora non erit vlla.* Terent. And. *Sin eueniat quod volo, in Pamphilo vt nihil ſit mora.* Virg. 12. *Nulla mora in Turno.*

162. CALAMIS AGRESTIB. INSONAT ILLE] quippe arundineis: quod genus fiſtulæ inuenit. Eclog. 8. *Panaq;, qui primus calamos non paſſus inertes.* Tali fiſtula gaudet 1. eclog. Tityrus:

Ille meas errare boues, vt cernis, & ipſum
Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.

163. BARBARICO CARMINE] ruſtico, agreſti cantu Midam præſentem oblectat, cuius pingue iudicium.

164. POST HVNC SACRA ORA RETORSIT TMOL. &c.] Vt priùs aiebat Tmolum ſpectaſſe deum pecoris, Pana videlicet, dixiſſeque in ſe nullam eſſe moram: ita nunc ait, eum ſe ad Phœbum aduerſarium conuertiſſe, tacitè monentem vt caneret. Potes tamen retinere quod habent vulgati, *reſoluit*, vt Tmolum non aſpectu tantùm, ſed verbis quoque Phœbum monuiſſe ſubaudiamus. Montibus, fluuiis, oppidis figuram humanam dare, ſollemne eſt Poëtis.

165. VVLT. SVA SYLVA SECVTA EST] Vultum Tmoli Phœbum intuentis viſæ ſunt ſequi omnes arbores in monte illo, vt ad eius citharam audiendam ſe conuertere viderentur, quomodo factū Orpheo in Thracia lib. ſuperiore didicimus.

166. ILLE CAP. FLAVVM LAVRO PARNASSI. &c.] Elegantem Phœbi habitum deſcribit priùs, quàm ceciniſſe dicat. Ad caput quod attinet, erat illud flauicomum, qui color in capillis probatur in primis: ad auri enim colorem accedit; & formoſis plerumque datur. Sertum gerebat laureum, ex arbore ſibi ſacra ſcilicet. Promittit lib. 1. eiuſmodi coronam in memoriam Daphnes ſemper geſtaturum. *Parnaſsidem* vocat, quoniam in eo monte laurorum copia. Corpus tegebatur palla purpurea. Siniſtra tenebat lyram, ſiue citharam, ebore & gemmis ornatiſſimam. In dextra viſebatur plectrum fidibus feriendis.

A 167. VERRIT HVM. TYRIO SAT. &c.] Tibullus lib. 3. eleg. 4. comminiſcens Phœbum ſibi per quietem viſum, eiuſque habitum, & ornatum ſigillatim deſcribens (quam hypotypoſin ante oculos habuiſſe hîc Naſonem planè credo) *Ima videbatur talis illudere palla.*

170. ARTIFICIS STATVS ISTE FVIT] Sic ſe comparauerat Phœbus artifex. Eſt enim muſicus ſummus. Ἐφέλκυσμα planè eſt effictio citharœdi apud Cornificium l. 4. vbi de ſimilitudine præcipit. Vide. *Vti citharœdus, cùm prodierit optimè veſtitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta, & cum corona aurea, magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatiſſimam, auro & ebore diſtinctam, ipſe præterea forma & ſpecie ſit & ſtatura appoſita ad dignitatem*, &c.

TVM STAMINA DOCTO POLLICE SOLLICI- B TAT] Si pollice & indice carpebat fila lyræ, ſiue chordas (iſta enim ſunt quæ dicit *ſtamina*; *fila* nominat lib. 10. in fabula Orphei, *Et fila ſonantia mouit*:) quorſum ergo in dextra plectrum? lib. antegreſſo: *Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas.*

171. QVOR. DVLCEDI. CAPTVS, &c.] Midam demulſit muſa ruſtica Panis, at verò Tmolum, quamuis agreſtem deum, tamen auribus delicatioribus, lyra Phœbi. Tulit ergo Tmolus ſententiam pro hoc aduerſus illum, & cannas, ſiue calamos citharæ imperauit cedere.

172. CITHARÆ SVMMITTERE CANNAS] παρωμοιώσις. Vſus erit præſertim in certaminibus poëticis, cùm velut anſeres cycnis obſtrepunt, & Bauij Marones prouocant: aut minuti ſcriptores cum maioribus comparantur.

175. VNIVS SERMONE MIDÆ] Omnibus qui C aderant nymphis, & diis ruſticis iudicium Tmoli probantibus, vnus Midas ſe oppoſuit & contradixit. Satis enim non habuit, tam inſulſa cantilena tacitè delectari, etiam in vituperationem modulationis multo melioris prorupit, quæ duplex fatuitas fuit. Verè aſinus ad lyram.

NEC DELIVS AVRES HVM. STOLID. &c.] mutauit Apollo aures illius humanas in aſininas; hæc eſt ſententia quinque verſuum.

178. INSTABILESQVE ILLAS FACIT] Mobiliores ſunt aſinorum aures quàm equorum, quia longiores. Et naturale eſt huic beſtiæ motare auriculas.

180. INDVIT. AVRAS L. GR. ASELLI] Chiliad. ſcriptor Adagio, *Mida auriculas aſini*, variam illius originē refert. Vel quòd prætereuntes Bacchi aſinos, eoſque iniuria afficiens, à deo in pœnam D illas acceperit. Vel quia à natura aures prælongas, & aſininarum ſimiles habuerit. Vel eſſe allegoriam. Midam quippe, vt tyrannum, ſubauſcultatores & corycæos dimittere ſolitum, per quos quæcunque in regionibus fierent ac dicerentur, cognoſceret, aurium vice illis vtens. Quare cùm admiraretur volgus, ab eo ſciri, quæ procul etiam & clàm fierent, occaſionem fabulæ datam, Midam habere auriculas aſini. Seu quòd acutiſſimi eſſet auditus, cuiuſmodi ſunt aſini. Seu quòd Phrygiæ pagum incoleret, cui nomen ὄνου ὦτα, *aures aſini.*

LENTE GRADIENTIS] Pigrum ac tardum, atque ad curſum neutiquam idoneum animal aſinus. Notauit Horatius ſatyr. 1. lib. 1. *Vt ſi quis*

aſellum in campum doceat parentem currere freno.

181. Illa quo. celare cvpit] Celabat Iul. Cæſar caluitium ſuum geſtanda corona laurea, quanto magis celaſſet iam pulchras auriculas? Celant mulierculæ deformitatem ſuam purpuriſſo & ſtibio. Celant plerique vultus vitia quomodocunque poſſunt.

Tvrpiqve pvo. temp. pvrpvr &c.] pudor turpitudinis non eſt turpis. Impudentia in re turpi, ea demum turpis eſt. Voluit ergo ὑπηλλαγμένως loqui poëta, hoc ſenſu; ob pudorem fœditatis huius, capitis ſcilicet penè aſinini.

183. Sed solit. lon. ferro, &c.] Periphraſis tonſoris.

184. Cvm nec prod. visvm ordecvs avderet] metu domini, qui plagis in proditorem ſæuijſſet.

185. Cvpiens efferre sva avras] vt prodigium aliquod cupiebat publicare: ſicut mos eſt A hominum, non tacere, ſi quid tale viderint, vel audiuerint. Sinon 2. Æneid. *Fas odiſſe viros, atque omnia ferre ſub auras, Si qua tegunt.*

186. Secedit, hvmvmqve effodit, &c.] Quo pacto eſficeret hic tonſor, vt quod ipſe domini ſui dedecus vulgare non audebat, & reticere non poterat, id palàm fieret. Immurmurauit illud terræ hauſtæ, ſcrobi ſcilicet, quem effoderat, cui egeſtam terram regeſſit.

191 Creber arvndinib. tremvl. &c.] Extitit arundinetum ibidem procedente tempore, quod agricolam illum (ἀκυρολογία. pro ſemo tonſore, qui ſcrobem effoderat) indicauit, nun quidem nomine, ſed re. Cùm enim leni vento agitatæ arundines verba illa ſcrobi immurmurata referrent, intellectum eſt audientibus quod res erat, aliquem, vt ita dicam, aſineitatis illius conſcium, id ipſum, quaſi ſemen quoddam terræ illi credidiſſe.

Laomedon rex periurus, Apollini & Neptuno pactam mercedē pro opera in ſtruēndis Troiæ mœnibus negauit. Neptunus agrum aquis operit, regem filiam Heſionam ceto exponere cogit, quam Hercules liberauit: quem ſimiliter equis promiſſis fraudauit. Is capta vrbe Heſionam in præmium virtutis Telamoni deſpondet: cuius frater Peleus Thetidem habebat in matrimonio. Hanc Proteus patre ſuo maiorem (Achillem puta) parituram prædixit; quamobrem abſterritus Iupiter eam Peleo relinquit ducendam.

V.

Vltus abit Tmolo, liquidúmque per aëra vectus,
Anguſtum citra pontum Nepheleïdos Helles
Laomedonteis Latoius aſtitit aruis.
Dextera Sigæi, Rhœtæi læua profundi
Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.
Inde nouæ primùm moliri mœnia Troiæ
Laomedonta videt: Svsceptaqve magna labore
Crescere difficili: nec opes exposcere parvas.
Cumque tridentigero tumidi genitore profundi,
Mortalem induitur formam, Phrygiæque tyranno
Ædificat muros, pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus: pretium rex inficiatur, & addit
Perfidiæ cumulùm, falſis periuria verbis.
Non impunè feres, rector maris inquit: & omnes
Inclinauit aquas ad auaræ * *littora Troiæ:* * mœnia
Inque freti formam terras conuertit, opéſque
Abſtulit agricolis, & fluctibus obruit agros.

Pœna

Pœna neque hæc ſatis eſt: regis quoque filia monſtro
Poſcitur æquoreo: quam dura ad ſaxa reuinctam
Vindicat Alcides, promiſſáque munera dictos
Poſcit equos: tantique operis mercede negata,
Bis periura capit ſuperatæ mœnia Troiæ.
Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſſit,
Heſionéque data potitur: nam coniuge Peleus
Clarus erat diua, nec aui magis ille ſuperbit
Nomine, quàm ſoceri: ſiquidem Iouis eſſe nepotem
Contigit haud vni: coniux dea contigit vni.
Namque ſenex Thetidi Proteus prædixerat vndæ,
Concipe, mater eris iuuenis, qui fortibus armis
Acta patris vincet, maiórque vocabitur illo.
Ergo ne quicquam mundus Ioue maius haberet,
Iuppiter æquoreæ Thetidis connubia vitat,
Inque ſua Æaciden ſuccedere vota nepotem
Iuſſit, & amplexus in virginis ire marinæ.
Exhibita eſtque Thetis, confeſtim amplectitur heros,
Et potitur votis, ingentique implet Achille.

195. VLTVS ABIT TMOLO] Vltus ſe de Mida, quemadmodū expoſitum eſt, Tmolum montem Lydiæ deſeruit Apollo.

LIQVID. PER AERA VECTVS] De curru quo veheretur Apollo, (niſi quatenus Sol) nuſquam legi. Vectum ergo per aëra, vi ſua tranſlatum interpretare: quomodo apud Homerum dij deæque etiam ſine curru & equis per aërem vagantur.

196. ANGVST. CITRA P. NEPHELEIO. HELL. &c.] Helle & Phrixus, ſoror & frater, Athamantis regis Thebarum ex Nephele filii, dum Ino nouercam fugerent, Helle ex ariete cui inſidebat delapſa, anguſto mari nomen *Helleſpontum* fecit. Venit ergo Apollo Latonæ filius ex Lydia, citra Helleſpontum, in agrum Troianum, vbi tum Laomedon Priami pater regnabat.

198. DEXTERA SIGÆI, RHOETÆI LÆVA, &c.] Duo promontoria habet Troia, quorum dexterum *Sigæum*, ſiniſtrum *Rhœteum* dicitur. Vtrobique eſt Iouis ara.

199. PANOMPHÆO TONANTI] πᾶν omne, ὀμφὴ *vox*. quòd omnium vocibus colatur. Hoc attributum nulli præterea deorum extra Iouem conuenit.

200. INDE NOVÆ PRIM. MOLIRI MOEN.] nouæ Troiæ, recèns conditæ, & mœnibus nondum ſeptæ.

201. SVSCEPTAQ. MAGNA LAB. CRESCERE DIFF.] Videt Apollo Laomedontem inchoaſſe ædificationem mœnium, & videt ſimul opus magnum, quale hoc erat (vrbem nimirum amplam muris circundare) etiam magno & arduo labore procedere, & exigere impenſam non modicam.

203. CVMQ. TRIDENTIG. TVMID. &c.] non quòd Neptunus, cuius inſigne & ſceptrum tridens, genuerit profundum, ſiue mare: ſed eo ſenſu, quo Virgil. 1. Æneid. *Aequora poſtquam Proſpexit genitor*. Vbi auctoritatis & venerationis eſt vocabulum, vt pater, quo dij maiores inſigniuntur.

204. MORTALEM INDVITVR FORMAM] Dij, etſi forma ſunt mortali, id eſt, humana (alioqui quomodo omnia humana in eos caderent?) tamen multo ſunt auguſtiore, & apparent immortales. Eam formam interdum diſſimulant, ac velut contegunt, quo liberiùs agant cum hominibus. Iupiter de ſe lib. 1. *Summo delabor Olympo, Et deus humana luſtro ſub imagine terras.*

PHRYGIÆQ. TYRANNO ÆDIF. MVROS, &c.] Ambo, Apollo inquam & Neptunus, rebus neceſſariis egentes, operam ſuam Laomedonti in ſtructura murorum addixerunt. Inde Tryphiodoro θεόδμητοι. Et Maroni in 3. & 5. Aeneid. *Neptunia Troia*. Meminerunt Homerus 7. & 21. Iliad. Euripid. Troadib. Ouid. in epiſt. Paridis hoſce muros non manibus Apollinis, ſed lyræ ſonitu conſtructos fuiſſe canit. Quam cùm pulſaret, ſaxa ſponte ſua coiiſſe, ac ſemet concinnè compoſuiſſe.

Ilion aſpicіens, firmataq; turribus altis
Mœnia Apollineæ ſtructa canore lyræ.

Par omnino commentum de Amphione & Thebarum mœnibus extare non te præterit. Ab his duobus diis conditos eſſe muros Troiæ, inde manauit fabula, teſte Herodoto, quòd Laomedon pecuniam, eorum ſacris deſtinatam, ad eoſdem muros extruendos auertit. Vox *tyrannus* quondā ſonabat idem quod *rex*. Verùm vbi nonnulli crudeliùs imperitare cœperunt, in bonis manſit nomen *regis*, in improbis *tyranni*. Infrà Ceycem vocat *tyrannum*, cùm de ſe ipſe mox dicat, *Media quoque commoda plebi Noſtra placent*. De diis aliis alia de cauſſa hominum ſeruis, Clemens Alexandr. Exhortat. ad Gentes ita diſſerit: *Sed ante Ilotas, qui vocantur, apud Lacedæmonios, iugum ſeruile ſubijt Apollo Admeto Pheris, Hercules Sardibus Omphalæ, Laomedonti autem fuere mercenarij Neptunus & Apollo. Tunc etiam muros Troiæ Phrygiæ ædificarunt. Non pudet an-*

tem Homerum dicere, Mineruã Vlyßi præluxiſſe, auream lucernam tenentem manibus. Legimus item Venerem tanquam laſciuam & intemperantem quampiam ancillulam, lecticam Helenæ appoſuiſſe ex aduerſo adulteri, vt eum illiceret ad coitum. Panyaſis autem alios quoque plurimos deos refert ſeruiuiſſe hominibus, ſic ſcribens:

> *Paſſa Ceres, paſſuſq́, inſignis Multiber, eſtq́,*
> *Paſſus Neptunus, paſſuſq́, eſt Phœbus Apollo*
> *Mortali ipſe ſuas operas mercede locare,*
> *Paſſus Marſq́, ferox, vrgente hoc patre coactus.*

Et quæ ſequuntur.

206. STABAT OPVS] Lib. 3. *Iam ſtabant Thebæ.*

PASC. REX INFICIAT. ET ADDIT PERFID. &c.] Perfidus eſt qui fidem violat, qui promiſſa non præſtat. Perfidiæ igitur fuit inficiari, ſe quicquam mercedis promiſiſſe bonis illis operariis; & hoc crimen fuit, quod peierando cumulauit. Eſt enim *peierare*, ſcientem, & ex animi ſententia falſum iurare. Hinc Neptunus 5. Æneid. *Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.* Et 1. Georg. *Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.*

208. NON IMPVNE FERES] Cicer. ad Attic. epiſt. 13. lib. 1. *Qui nummos in tribu pronuntiauerit, ſi non dederit, impune ſit.* Vbi *impune* aduerbium eſt, non autem nomen, quaſi diceret, impunitum ſit. Minatur malum Laomedonti Neptunus. Catull. *Non non hoc tibi, falſe, ſic abibit.*

RECTOR MARIS] *rector pelagi* lib. 1.

ET OMNES INCLIN. AQ. AD A. LITT. TROIÆ, &c.] Aggregauit vndas marinas, eaſque in territorium Troianum effudit, & ſpeciem quandam maris ex continente effecit. *Littus* pro terra non procul à mari. Vt 2. Æneid. de Priami cadauere: *Iacet ingens littore truncus.*

210. OPESQVE ABSTVLIT AGRICOL.] Segetes corrupit, domique condita in horreis & cellis putrefecit & perdidit.

212. POENA NEQVE HÆC SATIS EST] ira eius hoc ſupplicio non eſt ſatiata; ipſe rex propiùs aggrediendus & multandus fuit.

REGIS QVOQVE FILIA MONSTR. &c.] Cetus propter vaſtitatem dicitur *monſtrum. Monſtrum*, inquit Nonius, *horrenda magnitudo.* Virgil. 3. Aeneid. de Polyphemo: *Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.* Feſto monſtra ſunt naturæ modum excedentia, vt ſerpens cum pedibus, auis cum quatuor alis, vitulus cum quinque pedibus, &c. Poſtulat ergo Neptunus, quò ſibi ſatisfiat, Heſionam ceto deuorandam obiici.

213. QVAM DVRA AD SAXA REVINCT. V. ALCID.] Sic lib. 4. Andromedam ob ſuperbiam matris Caſſiopeæ marinæ obiectam belluæ, & ad duras religatam brachia cautes liberat Perſeus, eamque ex pacto vxorem à parentibus accipit illico.

214. PROMISSAQVE MVNERA DICT. P. EQVOS] de quibus dixerat, & quos pro liberata filia præmium liberatori promiſerat, de ſemine ſolis equorum progenitos.

216. BIS PERIVR. MOEN. TROIÆ] propter Laomedontem bis periurum: primùm quidem diis in pacto pretio: deinde Herculi in equis promiſſis. Bis etiam expugnatæ: priùs ab Hercule ſub Laomedonte: poſteà à Græcis, ſub eius filio Priamo. Hinc Dido in 4. Æneid. *Laomedonteæ ſen-*

A *tis periuria gentis?* id eſt, perfidioſiſſimæ. ad iſtam quippe perfidiam alludit. Hercules autem claſſe 15. aut ſecundùm Homerum 6. nauium Troiam inuaſit, & præter Troianorum multos ipſum quoque Laomedontem occidit. Dares Phrygius. Secunda expugnatio etiam illi debetur magna ex parte, propter ſagittas, ab eo in Oeta monte, vbi crematus ad ſuperos abiit, Philoctetæ donatas, lib. 9. ſine quibus Troia capi non potuit. Hinc Propert. lib. 3. eleg. 11.

> *Exiguo ſermone fores nunc Ilion & tu*
> *Troia bis Oetæi numine capta dei.*

217. NEC PARS MILIT. TELAMON SINE HON. &c.] De duobus fratribus, Telamone & Peleo, de quibus ambobus hîc ſermo eſt, Aeaci filiis, Iouis nepotibus, Herculiſque in Troiana expugnatione ſociis, Iſocrates in Euagora hunc in
B modum: *Huius (Aeaci) filij fuerunt Telamon & Peleus: quorum alter expeditionis Herculanæ contra Laomedontem ſuſceptæ ſocius, primas virtute meruit. Peleus autem re contra Centauros bene geſta, & multis aliis pugnis ſpectatus, Thetidis Nereidis, mortalis ipſe, immortalis coniugio potitus eſt: & ſolius huius, ex omni vetuſtatis memoria, in nuptiis, hymenæum deos cecinisse litteris mandatum eſt.*

218. NAM CONIVGE PEL. CLAR. ERAT DIVA, &c.] Frater Telamonis Peleus in ea expugnatione ſe quoque Herculi probauerat. Quærat ergo quiſpiam, quo honore illum affecerit Hercules, aut quam de regiis fœminis illi coniugem dederit. Reſpondet, iam tum habuiſſe diuam, *Thetidem* ſcilicet. Clarum vtique coniugium Nam & Peleus auum habebat Iouem, ſiquidem Aeaci filius, Aeacus Iouis; & ſocerum Nereum, Oceano
C & Thety progenitum. Verùm magis eum delectabat, & maiori gloriæ ſibi ducebat, eſſe generum Nerei, & adeptum vxorem deam, quàm eſſe nepotem Iouis. Cauſſa additur.

220. IOVIS ESSE NEPOT. CONTIG. HAVD VNI] Hæc gloria Peleo communis erat cum multis, quia multos filios & filias generauit Iupiter. ideo multi ex iiſdem nati nepotes eius.

221. CONIVX DEA CONTIGIT VNI] Hæc gloria Peleo communis erat cum nemine. Helenus quidem 3. Aeneid. ad Anchiſen: *Coniugio, Anchiſa, Veneris dignate ſuperbo.* Sed hoc multo pòſt fuit. Deinde vocibus nuptialibus ſæpe abutuntur poëtæ ad ſtupra & adulteria, rebus inhoneſtis vocabula honeſta imponentes. Venus ſcortum fuit vt Anchiſæ, ſic Martis, & aliorum. Quare ad culpam velandam potiùs, quàm ad rei veritatem dictum
D eſt, *coniugio. Anchiſa, Veneris*, &c. Gloriantem enim Anchiſen de illo connubio, vnde procreatus Aeneas, Iupiter *Fulminis afflauit ventis, & contigit igni*, vt eſt 2. Aeneid. Verum autem coniugium, veræ nuptiæ Pelei & Thetidis, quas Catull. condecorat carmine politiſſimo, & explanauit Ioan. Paſſeratius. In nauigatione enim Argonautica, cùm inter ſe conſpexiſſent, quaſi ſponſalia harum nuptiarum facta ſunt:

> *Tum Thetidis Peleus incenſus fertur amore,*
> *Tum Thetis humanos non deſpexit hymenæos,*
> *Tum Thetidi pater ipſe iugandum Pelea ſenſit.*

Et poſt pauca:

> *Teq́, adeò eximiè tædis fœlicibus aucte,*
> *Theſſaliæ columen Peleu, cui Iuppiter ipſe,*

Ipſe

Ipſe ſuos diuûm genitor conceſſit amores.
Téne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine?
Téne ſuam Thetys conceſſit ducere neptem?
Oceanuſq́, pater, totum qui amplectitur orbem?

Ex Epithalamio Heſiodi in haſce nuptias enarrator Lycophronis recitat verſus duos de amiſſis.

Τρὶς μάκαρ Αἰακίδη καὶ τετράκις ὄλβιε Πηλεῦ,
Ὅς τε δ' ἐν Μεγάροισιν ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις.

De iiſdé Pindar. 3. Pythior. Apolloo. l. 4. Homer. in Odyſſ. Plurima verò Natalis lib. 8. Mythol. cap. 2. Smyrnæus lib. 4. deos omnes iis nuptiis interfuiſſe, & ſponſis munera obtuliſſe affirmat. De earum magnificentia ibidem Neſtor.

223. NAMQVE SENEX THETIDI PROTEVS, &c.] Occaſio coniugij huius fuit prædictio Protei. Prædixit autem Thetidi, maiorem factis ſuo patre enixuram, quod de Achille verum fuit. Territus hoc oraculo, & nolens quempiam ſibi ſuperiorem naſci, intactam reliquit Thetidem Iupi- A ter, eamq́ue ducere Peleum iuſſit, quod ille antea cupiebat.

PRÆDIXERAT VNDÆ] Accurſius Mariangelus in nonnullis *Vda* legi annotat. Eandem enim *aquoſam* Naſo vocat in epiſt. Bryſeidis ad Achillem: *Tu mihi iuratus per numina matris aquoſæ*. Legi etiam poſſet: *dea dixerat vnda*. quomodo omnes ferè manoſcripti veteres, vt *dea* vocandi ſit caſus.

265. EXHIBIT. ESTQ. THET.] ſe illi vt ſponſo dedidit, reuerſa in formam ſuam: nam varias prius figuras ſubierat, vt quidem Ouid. narrat: & nos eius cum ea luctam prætermiſimus.

266. INGENTI ACHILLE] Neſtor 1. Iliad. *magnum belli Græcorum vallum* nominat. Horat. ode 6. lib. 1. *cedere neſcium*. Noſter lib. 12. *timorem Phrygum, & decus, & tutelam Pelaſgi nominis, caput inſuperabile bello*. & 13. *Græcorum murum*. Virg. lib. 12. *Priami regnorum euerſorem*. Lege eius genethliacum apud Catull. in carmine de nupt. Pelei.

Occiſo ab ſe fratre Phoco Peleus ſolum vertens, ad Ceycem Trachinis in Theſſalia regem ſe contulit, ab eóque humaniter eſt acceptus. Mœrebat ille per id tempus Dædalionis germani ſui caſum, cuius filia Chione, quoniam de forma Dianæ ſe prætulerat, deæ ſagitta occubuerat. Quam mortem impatientiſſimè ferens Dædalion, cùm ſe ex Parnaſſo monte præcipitem dare cœpiſſet, ab Apolline in accipitrem mutatus fuerat.

FÆlix & nato, fælix & coniuge Peleus, VI.
Et cui, ſi demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant. fraterno ſanguine ſontem,
Expulſúmque domo patria Trachinia tellus
Accipit. hic regnum ſine vi, ſine cæde regebat
Lucifero genitore ſatus, patriumque nitorem
Ore ferens Ceyx: illo qui tempore mœſtus,
Diſſimiliſque ſui, fratrem lugebat ademptum.
Quò poſtquam Æacides feſſus curáque viáque
Venit, & intrauit paucis comitantibus vrbem,
Quóſque greges pecorum, quæ ſecum armenta trahebat,
Haud procul à muris ſub opaca valle reliquit.
Copia cùm facta eſt adeundi tecta tyranni,
Velamenta manu prætendens ſupplice, qui ſit,
Quóque ſatus memorat: tantùm ſua crimina celat,
Mentiturque fugæ cauſſam: petit vrbe, vel agro
Se iuuet. hunc contrà placido Trachinius ore
Talibus alloquitur: Mediæ quoque commoda plebi
Noſtra patent, Peleu, nec inhoſpita regna tenemus.
Adiicis huic animo monimenta potentia, clarum
Nomen, auumque Iouem: ne tempora perde precando:

 Quod

Quod petis omne feres: tuáque hæc pro parte vocato,
Qualiacunque vides. vtinam meliora videres.
Et flebat. moueat tantos quæ cauſſa dolores,
Peleúſque comitéſque rogant. quibus ille profatur:
Forſitan hanc volucrem rapto quæ viuit, & omnes
Terret aues, ſemper pennas habuiſſe putatis.
Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia, quantùm
Acer erat, bellóque ferox, ad vímque paratus,
Nomine Dædalion, illo genitore creatus,
Qui vocat auroram, cæloque nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tuendæ,
Coniugiique fuit: fratri fera bella placebant.
Illius virtus reges gentéſque ſubegit:
Quæ nunc Thisbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma
Mille † procis placuit, bis ſeptem nubilis annis. † procos habuit.
Quid forti genitore, & progenitore Tonante
Eſſe ſatam prodeſt? AN OBEST QVOQVE GLORIA MVLTIS?
Obfuit huic certè, quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit, faciémque deæ culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt, Factíſque placebimus, inquit.
Nec mora, curuauit cornu, neruóque ſagittam
Impulit, & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet: nec vox, tentatáque verba ſequuntur;
Conantémque loqui, cum ſanguine vita reliquit.
Quam miſer (ô pietas!) ego tunc, patrióque dolorem* * amplexans
Corde tuli, fratríque pio ſolatia dixi.
Quæ pater haud aliter, quàm cautes murmura ponti
Accipit, & natam delamentatur ademptam.
Vt verò ardentem vidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulſus
Concita membra fugæ mandat, ſimiliſque iuuenco
Spicula crabronum preſſa ceruice gerenti,
Qua via nulla, fugit. iam tum mihi currere viſus
Plus homine eſt, aláſque pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes, velóxque cupidine lethi
Vertice Parnaſſi potitur. miſeratus Apollo,
Cùm ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto,
Fecit auem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis,
Oráque adunca dedit, curuos dedit vnguibus hamos,
Virtutem antiquam, maiores corpore vires.
Et nunc accipiter nulli ſatis æquus, in omnes
Sæuit aues, aliiſque dolens fit cauſſa dolendi.

267. FÆLIX ET NATO, FÆL. ET CONIVG. P.] A Nato non tam fælix in re, quàm in ſpe: audierat enim de vaticinio Protei, & ex facinoribus ſuis nomen indelebile conſecutorum cognouerat. Sed coniuge in præſens felix, cui ſoli dea nupſiſſet. Fælicitas ſine ſocio maior cenſetur, quàm communis vel cum paucis.

268. SI DEMAS IVGVLATI CRIM. PHOCI] ex ea enim parte infælix erat & miſer: quod facilè concedet philoſophia Stoica, cui nihil miſerum

rum præter malum: nihil autem malum præter culpam. Ant. Liberalis fab. 38. ab vtroque fratre, Peleo & Telamone occiſum narrat ex inuidia: erat enim patri Aeaco ob virtutem chariſſimus.

269. CVI OMNIA CONTIGERANT] à ſpecie ad genus tranſit. Omnia ei & corporis, & animi, & fortunæ bona contigerant. Hæc eſt beatitudo Peripatetica.

270. EXPVLSVMQ. DOMO] à patre Æaco. Quanquam qui cædem feciſſent, in voluntarium quoque exilium concedere ſolerent: vt Tydeus apud Stat. 1. Thebaid.

TRACHINIA TELLVS ACCIPIT] Oppidum Theſſaliæ *Trachin*, iuxta montem Oetam, quod ab Hercule ædificatum ferunt.

271. HIC REGNVM SINE VI, SINE CÆDE, &c.] non vt tyrannus, cuius eſt dicere, *Oderint dum metuant*. Hoc inter tyrannum ac regem intereſt, ait Seneca lib. 1. de Clementia cap. 11. & 12. quòd *tyranni* voluptate ſæuiunt; *reges* non niſi ex cauſſa ac neceſſitate. Gloriatus eſt Nero, nullam ſe toto orbe ſtillam cruoris humani miſiſſe. Vide notata ſup. ad verſ. 204. de tyranni regiſque diſcrimine.

272. LVCIFER. GENIT. SATVS] Sicut quoſdam Solis, & Lunæ, ita hunc Luciferi filium credas licet.

PATRIVMQ. NITOR. ORE FERENS] Quid Lucifero nitidius ac pulchrius? *Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes*, vt eſt 8 Æneid. omnes enim ſtellas luminis claritate vincit. Lib. 2. noſter Poëta: *Quanto ſplendidior, quàm cætera ſidera fulget Lucifer*. Eleganti ac ſplendido vultu erat Ceyx, quemadmodum pater ſuus Lucifer.

274. DISSIMILISQ. SVI, &c.] Natura hilaris & iucundus, tunc mœſtus incedebat, ob mortem fratris, quem lugebat.

275. FESSVS CVRAQ. VIAQ.] Conſcientiæ ſtimulis ſodiebatur, & vbi tutò commodeque viueret, ſollicitus erat. Iter quoque longum confecerat. Ita feſſus duabus de cauſſis.

276. PAVCIS COMITANTIBVS] fugienti enim & exuli multos ducere comites non conueniebat.

277. QVOSQ. GREG. PECOR. QVÆ SECVM ARMENT. &c.] Exercitus conſueſſe greges & armenta ſecum trahere, notum eſt, & patet ex Homeri Iliade. De exulibus, niſi hoc loco, nondum legi. Hos greges in paſtu ante vrbem reliquit cum paſtoribus.

280. VELAMENTA MANV PRÆTEND. SVPPLICE, &c.] ἱκετηρίαν, oliuæ ramum, villis laneis velatum & illigatum, quem manu ſupplices præferebant, intellige. Multa exempla ex Liuio & Halicarnaſſeo congerit Tiraquell. in Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19 & de *Oſchophoriis* multa Schottus noſter in Procli Chreſtomathiam Poëticam. Virgil. lib 7.

Tum ſatus Anchiſa delectos ordine ab omni
Centum oratores auguſta ad mœnia regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes.

Et lib. 11. *Velati ramis oleæ, veniamq́, rogantes.* Vbi Seruius ita: *Non coronati ramis oleæ (nec enim lugentes decebat) ſed inſtructi, atque armati.* Plaut. Amphit.

Poſtridie in caſtra ex vrbe ad nos veniũt flentes principes,
Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum,
Deduntq́, ſe, diuina humanaq́, omnia.

Interdum quoque corullas de lauri, aut oliuæ frondibus præferebant manibus. Teſtis Scholiaſtes Euripidis in Oreſtem.

281. TANT. SVA CRIMINA CELAT] Dicere, ſe fratre occiſo compulſu patris exceſſiſſe patria, apud bonum & iuſtum regem ei non profuiſſet, vel obfuiſſet potiùs; noluiſſet enim fratricidam recipere. Aliam itaque & leuiorem exilij ſui cauſſam commentus eſt.

282. PETIT VRBE, VEL AGRO SI TVTET] in vrbe, vel in agro, tuti manendi poteſtatem ſibi fieri. In vrbe domum aliquam, in agro ſibi villam permittat.

283. PLACIDO TRACHIN. ORE ALLOQVIT.] Humaniſſimè reſpondet Ceyx, hoſpitiumque & omnia ſua offert. Et eſt hæc oratio non ita diſſimilis illi Didonis 1. Æneid. qua ſupplicibus Troianis, oratore Ilioneo, reſpondiſſe fingitur, humanitate & liberalitate memorabili.

284. MEDIÆ QVOQ. COMMOD. PLEBI NOST. PATENT, &c.] Non optimates ſolùm & honorati ciues, ſed etiam medij, & fex populi, infimi ſubſellij, vt appellat Plautus, fruuntur bonis meis, ſtudemus quoque hoſpitalitati. Quid autem hæc verba aliud volunt, quàm quod illa? *Soluite corde metum, Teucri, ſecludite curas.*

286. ADIICIS NVNC ANIM. NOMIN. POTENT.] currenti calcar addis. Cùm ſimus ſponte noſtra propenſiſſimi ad benefaciendum, etiam vulgo & externis, fama tua, & auus Iupiter, nobilitas, inquam, generis tui nos tibi ampliùs conciliat. Quare habeto bonum animum. Dido: *Quis genus Æneadûm, quis Troiæ neſciat vrbem? Virtuteſq́, viroſq́*; &c.

287. NE TEMP. PERDE PRECANDO] Si pergis rogare, quod ego non rogatus etiam dare ſum paratiſſimus, tempus malè collocas.

288. QVOD PETIS, OMNE FERES] Dido: *Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaq́, arua*, &c.

TVAQ. HÆC PRO PARTE VOCATO, &c.] Sic ſolent loqui amiciſſimi, cum chariſſimis, & amantiùs etiam ac munificentiùs, *Omnia mea tua ſunt.* Dido:

Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt. ſubducite naues:
Tros Tyriuſq́, mihi nullo diſcrimine agetur.

In Trinum. Lyſiteles frugi adoleſcens, cùm ſignificaſſet patri velle ſe Lesbonico item adoleſcenti amico atque æquali ſuo benefacere, excipit ille, *nempe de tuo.* Reſpondet filius: *De meo. nam quod tuum eſt, meum eſt: omne meum eſt autem tuum.* Sic apud S. Lucam pater morigero filio: *Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.*

289. VTINAM MELIORA VID. ET FLEB.] παρασκευὴ ad narrationem ſequentem. Locus attentionis.

292. FORSITAN HANC VOLVCREM RAPTO, &c.] Concipiendus eſt accipiter in hoc ſermone prætervolitans, aut alicui loco inſidens, vnde diſcerni poſſit. Duas eius proprietates notat; eſt enim *rapax*, & hinc illi nomen, ab accipiendo ſcilicet; & *formidabilis* reliquis volucribus. De accipitribus Plin. toto cap. 8. lib. 10. De eius ſignificatis Pierius lib. 21. Infrà:

Et nunc accipiter nulli ſatis æquus, in omnes
Sæuit aues: alijſq́, dolens fit cauſſa dolendi.

294. VIR FVIT] Ex viro tranſijt in hanc auem; & vir ille meus frater fuit.

Et

Et tanta est animi constant. &c.] Etiamnunc licet eum qualis fuerit in aue cognoſcere. Fuit quippe acri conſtantiq́ue præditus animo, bello egregius, & ad vim vel inferendam, vel repellendam promptus.

297. Qvi vocat avroram, &c.] Periphraſis Luciferi. Præcedit auroram, vt illa ſolem, & vltimus omnium, propter lucis copiam, apparere deſinit. Sic lib. 2. *Et cæli ſtatione nouiſſimus exit.*

298. Cvlta mihi pax est, &c.] Ingeniorum inter ſe & illum diuerſitatem declarat. Se pacis, vitæq́ue coniugalis, illum belli & armorum fuiſſe cupidum. Sic Ouidius 4. Triſt. eleg. 10. aliud ſtudium ſeſe, aliud fratrem fuiſſe natura duce perſecutum ſcripſit, cùm tamen vterque in litteris verſaretur:

Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo,
Fortia verboſi natus ad arma fori.
At mihi iam puero cæleſtia ſacra placebant,
Inq́, ſuum furtim Muſa trahebat opus.

Sunt & apud Terent. fratres ingenijs & moribus diſpares in Adelphis *Aeſchinus* & *Cteſiphon*.

300. Illivs virtvs reges, geni. svbegit] vt tanto iuſtiùs doleat de amiſſo tali fratre.

301. Qvæ nvnc Thisbæas agit. mvt. colvmb.] Dulcens & ſuſpirans hoc dicit. Ille regum gentiumq́ue ſubactor, nunc colombas inſequitur, auem meticuloſam. *Thisbe* oppidum Bœotiæ, columbis frequens. 1. Triſt. eleg. 1.

Terretur nimio pennæ ſtridore columba,
Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis.

302. Qvæ dotatiss. forma mille proc. placvit] Laudatur Chiones forma, & cur à Diana interempta, indicatur; quæ mors patri eius luctum & mutationem hanc attulit. Argumentum formoſitatis in muliere & puella procorum multitudo: deformes enim, niſi fortè pecunioſæ ſunt (pecunia quippe & genus & formam donat) paucos reperiunt. Dido epiſtola ad Æneam: *Mille procis placui, qui in me coiere.* Lib. ſequenti de Cænide, *Multorum ſpes inuidioſa procorum.*

303. Bis sept. nvbilis annis] Claudian. de Raptu 1. *Iam vicina toro plenis adoleuerat annis.* Noſter lib. 14.

Hæc vbi nubilibus primùm maturuit annis
Præpoſito cunctis Laurenti tradita Pico eſt.

Quanquam Iureconſulti in fæmina tantùm 12. in mare 14. requirunt minimùm. Vide Symbolas noſtras in Æneid. lib. 7. ad illud de Lauinia: *Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.* Annos nubiles tumidam virginitatem dicit Stat. 2. Thebaid.

320. Qvid forti genit. et prog. Ton. &c.] Patrem habuit bellicoſum virum, & ad Iouem genus retulit, fuitq́ue in gloria. Sed iſta gloria, vt ſua multis alijs, ei nocuit. Nimiùm enim ſeſe admirantes, ſiue ob claritatem generis, ſiue ob diuitias, honores, artium ſcientiam, aut quamconque demum excellentiam, ſuperbia intumuerunt, atque inde afflicti conciderunt.

322. Qvæ se præferre Dianæ svstin. &c.] Exponit quo modo ei ſua gloria obfuerit. Nihili fecit Dianæ faciem præ ſua, quam vt contemneret, procorum frequentia illam incitabat. Sed cogitandum Chionæ, Dianam, niſi æternam virginitatem decreuiſſet, Ioue patre annuente, &, ſi mortalis, vt ipſa, fuiſſet, non pauciores thala-

A mum ſuum ambientes numeraturam fuiſſe. Plura exempla deſpectæ dearum formæ à mulierculis videre eſt in hoc opere, vt pœnarum, quæ ob id eas exceperunt.

323. At illi ira ferox mota est] Non ſpernunt laudem pulchritudinis etiam ipſæ deæ, adeo magnum diuinumq; bonum cenſetur. Vide Iſocratem in encomio Helenæ. Quamobrem ſibi mortales anteferri, ſummam interpretantur iniuriã, & in obtrectatrices ſuas vindicant ſeueriſſimè.

324. Factisq. placebimvs, inqvit] ſi non placemus venuſtate, fortè re & facto placebimus. Ironia eſt. Sequitur factum.

325. Cvrvavit cornv] arcum corneum.

326. Et meritam traiecit arvno. ling.] Linguam maledicam ſagitta traiecit ſic, vt eam

B traijciendo præcideret, excuſſaq́ue ex ore in terram decideret.

327. Nec vox, tentataq. verba seqvvnt. &c.] Prorſus obmutuit, quamuis adhuc verba emittere, & probra in Dianam iactare conaretur; ac multum ſanguinis vomens interiit.

329. Qvam miser. o piet. ego tvnc] Miſeros etiam ſe dicunt, quos valdè miſeret, & qui alienam miſeriam (neceſſariorum præſertim) atque incommoda tanquam ſua ſi eſſent, ægrè ac dolenter ferunt. Et hoc eſt pietatis genus. Cic. ep. 1. lib. 1. ad Lentulum: *Ego omni officio, ac potiùs pietate erga te cæteris ſatisfacio omnibus.* Loco, *ô pietas*, malim reſcribi, *amplexans.* collabentem ſcilicet. Nam prior lectio non habet, quod pronomini *Quam* reſpondeat, & deficit ratio.

Patrioq. dolor. corde tvli] æquè dolui,

C quàm ſi eam genuiſſem.

330. Fratriq. pio solatia dixi, &c.] Quid? non doluit item Dædalion virginis pater? Immò tantus fuit eius dolor, vt reſpueret omne ſolatium, & verba mea vt ſcopulus marinus ſonantes fluctus immobilis acciperet. Virgil. 6. Æn.

Nec magis incæpto vultum ſermone mouetur,
Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

332. Avt nat. delamentat. ademptam] Particula *de* ſignificatum verbi ampliorẽ & vehementiorem facit. *Deamo, deueneror, deprædico, denarro, degrauo, demiror,* &c. His adiice, *delamentor*. Inf. mox v. 376. *demugitæ paludes.*

333. Vt vero ardent. vidit] Cremabantur corpora mortuorum, & cineres in vrnas collecti condebantur.

Qvater impet. illi in med. &c.] *Ter*, &

D *quater*, ſiue iuncta, *terq́, quaterq́*, ſiue diſiuncta, ſignificationem habent crebritatis. Tormenta, & mortem ipſam cum aliquo, quamuis non cognato perferre velle, extremi, & omnium maximi amoris non dubitabile indicium.

335. Concita membra fvgæ mand. &c.] Velut bos œſtro, ſeu tabano percuſſus in curſum concitator per auia & inuia.

338. Alasq. pedes svmpsisse pvtares] Velociùs currebat, quàm pro homine, vt pedibus non currere, ſed volare videretur. Obſeruatu dignum, cùm Homerus Achillem ſuum à velocitate curſus frequenter commendet, nulla tamen comparatione eam velocitatem illuſtrat, quod quidem alii poëtæ factitant; curſus celeriores cum ventis, fulmine, ſagittarum & auium volatu, naui

à ven-

A …ſermo impulſa, rigidum curſu, imbrium præcipiti lapſu componentes.

339 EFFVDIT ERGO OMNES] Inſequebantur nonnulli, vt eum retinerent, domumque reducerent ſed fruſtra.

VELOXQ. CVPID. LETHI, &c.] Cupiditas moriendi præcipitio è Parnaſſi vertice, cum iam celerem reddebat. Verùm non proceſſit negotium.

340. MISERATVS APOLLO CVM SE, &c.] Ab alto ſaxo, ab alto monte ſe miſit. μεινοις. Virgil. 2. Aeneid. *Stupet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.* Apollo igitur Parnaſſi dominus, quia Muſarum illic habitantium, & choros ducentium præſes, maluit auem generoſam fieri, quàm funditus extingui.

B 342. SVBITIS PENDENT. SVSTVLIT ALIS] In ipſo lapſu repentè alis prorumpentibus pependit in aëre, & altius ad volandum ab Apolline huius mutationis auctore ſublatus eſt.

343. ORA Q. ADVNCA DEDIT, &c.] non eodem puncto temporis mutatus eſt ſecundùm omnia. Alas accepit primo loco, deinde roſtrum, deinde vngues, deinde reliqua.

344. VIRTVT. ANTIQ.] de qua ſuprà.

MAIORES CORPORE VIRES] vt in magnis corporibus & hominum, & animalium interdum exiguæ, ſic in paruis magnæ vires reperiuntur.

A 345. NVLLI SATIS ÆQVVS, IN OMNES SÆVIT AVES] Suprà, *Rapto qua viuit, & omnes Terret aues.* Quamuis antea tantùm columbarum meminit: *Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas.*

346. ALIISQ. DOLENS FIT CAVSSA DOL.] dolet ſibi non conceſſum mori. Et hunc dolorem in auibus rapacitate ſua lenit eum dolore ipſarum, quas dilaniat ac deuorat. Didiciſti quis ab initio accipiter (Græcis ἱέραξ) qua occaſione, in qualem volucrem mutatus ſit. Ex libro Boei Ornithogonia, ſeu de auium ortu fabulam hunc in modum recitat in Collectan. Antoninus Liberalis: *Fuit apud Mariandynos Hierax, vir iuſtus & illuſtris. Is templa Cereri poſuit, primoſq; ex ea fructus percepit. At poſtquam* B *Teucri tempore legitimo ſacra Neptuno non perſoluerunt, indignatus Neptunus, fruges eorum perdidit, ingentemq; à mari cetum ipſis immiſit. Teucri cùm ceto & fami ferendis non eſſent, ad Hieracem miſerunt, qui leuationem famis ab eo poſcerent: iſque cùm triticum, tum alia miſit alimenta irritatus eo facto Neptunus, ob ſuos ab eo honores diminutos, in auem ipſum conuertit, qua nunc Græcis Hierax, Accipiter Latinis dicitur. Mores quoque eius priſtinos prorſus immutauit: eum enim qui hominibus fuerat chariſſimus, volucribus inuiſiſſimum reddidit: & qui ab interitu multos homines vindicauerat, fecit vt is plurimas necaret aues.*

Graſſari in ſocios & armentum Pelei immanem lupum, Anetor cuſtos accurrens nuntiat. Regem ipſum ſuccurrere volentem, Alcyone coniux precibus & lacrymis à diſcrimine reuocat. Peleus hanc eſſe iram Pſamathes nymphæ, matris Phoci, ab ſe interfecti affirmans, veniam ſupplex orat. Accedit patrona Thetis ſoror, quam Peleus coniugem nactus erat. Lupus in ſaxum conuertitur, ipſe ab Acaſto expiatur.

Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat VII.
De conſorte ſuo, curſu feſtinus anhelo,
Aduolat armenti cuſtos Phocæus Anetor,
Et, Peleu, Peleu, magnæ tibi nuntius adſum
Cladis, ait. quodcunque ferat, iubet edere Peleus.
Pendet & ipſe metu trepidus Trachinius heros.
Ille refert: Feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram, medio cùm ſol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret, quantum ſupereſſe videret:
Parſque boum fuluis genua inclinarat arenis,
Latarúmque iacens campos ſpectabat aquarum.
Pars gradibus tardis illuc errabat, & illuc:
Nant alij, celſóque extant ſuper æquora collo.
Templa mari ſubſunt, nec marmore clara nec auro:
Sed trabibus denſis, lucóque vmbroſa vetuſto.

Ne

Nereïdes, Nereúſque tenent: hos nauita templi
Edidit eſſe deos, dum retia littore ſiccat.
Iuncta palus huic eſt denſis obſeſſa ſalictis,
Quam reſtagnantis fecit maris vnda paludem.
Inde fragore graui ſtrepitus loca proxima terret
Bellua vaſta, lupus, ſyluíſque paluſtribus exit,
** Oblitus & ſpumis, & craſſo ſanguine rictus* * obſitus
Fulmineos, rubra ſuffuſus lumina flamma.
Qui quanquam ſæuit pariter rabiéque faméque,
Acrior eſt rabie. neque enim ieiunia curat
Cæde boum, dirámque famem finire; ſed omne
Vulnerat armentum, ſternítque hoſtiliter omnes.
Pars quoque de nobis funeſto ſaucia morſu,
Dum defenſamus, letho eſt data. ſanguine littus,
Vndáque prima rubet, demugitæque paludes.
Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit.
Dum ſupereſt aliquid, cuncti coëamus † ad arma, † in
Arma capeſſamus, coniunctáque tela feramus.
Dixerat agreſtis: nec Pelea damna mouebant;
Sed memor admiſſi, Nereïda colligit orbam
Damna ſuo inferias extincto mittere Phoco.
Induere arma viros, violentáque ſumere tela
Rex iubet Oetæus, cum queis ſimul ipſe parabat
Ire. ſed Alcyone coniux excita tumultu
Proſilit, & nondum totos ornata capillos,
Diſicit hos ipſos, collóque infuſa mariti
Mittat vt auxilium ſine ſe, verbíſque precatur
Et lacrymis, animáſque duas vt ſeruet in vna.
Æacides illi: Pulchros, regina, pióſque
Pone metus: plena eſt promiſſi gratia veſtri.
Non placet arma mihi contra noua monſtra moueri.
Numen adorandum pelagi eſt. erat ardua turris,
Arce locus ſumma, feſſis loca grata carinis.
Aſcendunt illuc, ſtratóſque in littore tauros
Cum gemitu aſpiciunt, vaſtatorémque cruento
Ore ferum, longos infectum ſanguine villos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti,
Cæruleam Peleus Pſamathen, vt finiat iram,
Orat, opémque ferat. nec vocibus illa rogantis
Flectitur Æacidæ. Thetis hanc pro coniuge ſupplex
Accepit veniam. ſed enim irreuocatus ab acri
Cæde lupus perſtat, dulcedine ſanguinis aſper:
Donec inhærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit corpus, præterque colorem
Omnia ſeruauit. lapidis color indicat illum
Iam non eſſe lupum: iam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum conſiſtere Pelea terra

Fata ſinunt: Magnetas adit vagus exul, & illic
Sumit ab Æmonio purgamina cædis Acaſto.

348 DE CONSORTE SVO] de Dædalione fratre ſuo.

CVRSV FESTINANTE ANHELO] Citra neceſſitatem non eſſe in feſtinationibus ſuſcipiendas nimias celeritates, præcipit 1. de Officiis M. Tullius, quo loco de decoro diſſerit: *Quæ cùm fiunt* inquit, *anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur*, &c.

349. ARMENTI CVSTOS] Non armenta ſolùm, ſed etiam greges pecorum ſecum traxiſſe Peleum ſuprà dixit. Sed lupus in armentum duntaxat graſſabatur.

PHOCÆVS ANETOR] è Phocide oriundus.

350. ET, PELEV, PELEV, &c.] Geminatio nominis hîc celeris auxilij ac ſtatim flagitatio eſt. Aliquando ad minas, aut increpationem pertinet, vt apud Hom. Iupiter, ni fallor, Marti, ἄρες ἄρες βροτολοιγέ, &c. *Mars, Mars homicida.*

351. QVODCVNQVE FERAT IVBET EDERE] Cladem magnam ſe auditurum iam cognouit: nihilominus, vt vir magnanimus, & ad fortunam aduerſam in quocunque genere tolerandam paratus, ſigillatim cupit, quodcunque eſt mali, cognoſcere.

352. PENDET ET IPSE METV TREP. &c.] nuntius trepidus ipſum quoque regem Ceycem in ancipitem timorem adduxit.

353. FESSOS IVVENCOS] de itinere laſſos.

AD LITTORA CVRVA] aquatum eos compulerat. Quomodo *ripa obliqua*, ſeu curua, ita quoque *littora*. 3. Æneid. *Feror huc, & littore curuo Mænia prima loco.*

354. MED. CVM SOL ALTISS. ORBE TANT. &c.] Cælum vides hîc appellari *orbem*. Medio igitur orbe, medio cælo ſoli tantum ſpatij decurrendum ſupererat, quantum iam decurrerat. Meridiei periphraſis, ſeu notatio eſt. Lib. 3.

Iamq; dies medius rerum contraxerat vmbras,
Et ſol ex æquo meta diſtabat vtraq;.

356. PARSQVE BOVM FVLVIS GEN. &c.] Tripartita, & veriſimillima diſtributio. Pars boum in littore recubuerat, & ruminabat: pars paſcendo vagabatur: pars natabat.

357. LATARVM CAMPOS SPECTAT AQVARVM] Mari aptum, *campi aquarum*, & *lati campi*: quomodo à Marone quoque in 6. dicuntur *campi liquentes*, quod idem eſt. Et 10. *campi ſalis*, id eſt, aquæ ſalſæ. Ante vrbem porrò armentum hoc à Peleo exule relictum in paſcuis erat. Quamuis autem erat Trachin iuxta montem Oetam, ab alio tamen latere maritima eſſe potuit.

360. TEMPLA MARI SVBSVNT NEC MARM. &c.] Adiacet mari templum in luco vili ſchemate, nullo ornatu, Nereo & Nereidibus ſactum, vt ex nautis eſt intellectum. Iuxtà palus ab æſtu maris, & in ea ſalictum, è quo non ſine ſtrepitu terrifico prodiit lupus mirandæ magnitudinis.

368. OBLITVS ET SPVMIS, ET CRASSO SANG. &c.] Longiuſcula *lupi* deſcriptio. Præter magnitudinem corporis erant & alia, quæ illum horribilem faciebant, & crudelem indicabant, os ſpumis & ſanguine oblitum, oculi ſuffuſi ſanguine & igni, vt de ſerpentibus Laocoontæis dicitur 2. Æneid.

369. FVLMINE RICTVS] *Lupi* huius ſingularem auiditatem, inſtar fulminis prædam proſternentem & deuorantem ſignificari opinor hoc epitheto.

371. ACRIOR EST RABIE, &c.] *Improbam ventris rabiem*, luporum famem nominat Maro 2. Æneid. Naſo autem diuidit, & lupum hunc cùm propter famem, tum propter rabiem ſuam ſæuire pronuntiat, eique nequitiam quandam tribuit; vt qui contentus non ſit occidere boues, & carnibus ſe explere; ſed inſuper voluptati habeat, ſuperſtites vulnerando dentibus ſuis proſternere, nec eos paucos, ſed omnes.

374. PARS QVOQVE DE NOBIS] Exaggerat crudelitatem belluæ huius. Non modò ſic in armentum ſæuiit, vt audiſti, verùm etiam partem noſtri tuorum ſeruorum & comitum, qui foris manemus, dum eum coërcere conamur, necauit.

375. SANGVINE LITT. VNDAQVE PRIMA RVB.] Ad littus enim feſſos ſe appuliſſe aiebat. *vnda prima*, eſt principium vndarum, quod littus tangit.

376. DEMVGITÆQVE PALVDES] Rubent cæſorũ boum ſanguine paludes quoque, in quas confugiebant miſeri boues, vt hoc monſtrum lupi effugerent, implebanturque vel occiſorum, vel grauiter morſibus eius læſorum mugitibus. Particula *de* in *demugita*, vt in aliis, ſignificationi dat incrementum, vt monui ſup. ad v. 332.

377. SED MORA DAMNOSA EST, &c.] Hortatur ad opem quàm maturrimè afferendã huic malo, & ad vires contra monſtrum coniungendas quamprimum, ne totum perdant. Mora interdum damnoſa eſt, vt ait Poëta, interdum verò perutilis. Itaque prudenter idem 3. Faſt. *Differ. habent parua commoda magna mora*. Paruo enim tempore, magna aliquando rerum cogitationumque mutatio contingit.

DVBITARE REMITTIT] pro *permittit*, quod compoſitũ verſus non patiebatur. Sic eadem de cauſſa *reduncus* pro *aduncus* dicit lib. ſequenti. *Viribus vſus auis, pennis, roſtroq; redunco.*

378 CVNCTI CORAM. AD ARMA, ARMA CAPESSAM.] Sic lib. 12. *Certatimq; vno ore omnes arma arma loquuntur*. Virg. 2. Æneid. *Arma viri, ferte arma*. Horat lib. 1. ode 35. *Ad arma ceſſantes ad arma Concitet*. Ineſt vis in iteratione vocis huiuſcemodi.

379. CONIVNCTAQVE TELA FERAMVS] Iunctis viribus & armis ad opem ferendam properemus. De iis qui cum Peleo erant in vrbe, & qui foris cum grege & armento, capiendum eſt.

380. NEC PEL. DAMNA MOVEB. SED MEMOR ADMISSI, &c.] Cordati hominis eſt, nihil tam fugere, quàm iratum deum, quem nemo effugit, etiamſi vltra Tanaim, & pontum glacialem

fugerit: magiſque illius offenſa, quàm commeſſo ſupplicio dolere: nec potiùs de amolienda vindicta, quàm de reconcilianda gratia ſollicitum eſſe. Cùm igitur ſuſpicaretur Peleus Pſamathen non ſuam, ſed Phoci fratris ſui ὁμοπατρίου matrem nympham ſibi infenſam, hac ratione filio ſuo inferias dare velle, prohibuit ſuos arma capere (quamuis id Ceyx rex omnino probaret, iuberetq; fieri) & ad eam placandam ſe conuertit.

384. Rex Oetævs] quia Trachin iuxta montem Oetam, vt dictum eſt.

Cvm qvais simvl ipse parab. ire] en humanitatem. Exulis, & ignoti cauſſam ſuſcipit, & auxilium ferre non per ſuos tantùm, ſed & per ſe ipſum vult. Quid ad hanc benignitatem addi poteſt?

385. Sed Alcyone conivx excit. tvmvlt. &c.] Exemplum fideliſſimæ, & mariti ſui amantiſſimæ coniugis etiam *Alcyone*, vt *Penelope, Laodamia, Euadne, Alceſtis*, &c. Audiens igitur, & ſentiens quid moueretur, repentè è gynæceo aduolat, omiſſis omnibus, complexaque virum, & precibus & lacrymis domi retinere contendit, negans, ſi quid ei ſecùs accideret, ſuperſtitem illi futuram; docuit exitus.

386. Nond. totos ornata capillos] in quibus ornandis multum temporis ponunt nobiles fœminæ præſertim. *Noſti mores mulierum, dum moliuntur & comuntur, annus eſt*, inquit Terent. Lege quæ adducimus in Symb. ad illud 4. Æneid. *Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum exſpectant*. Ad Semiramidis factum reſpexiſſe ſub hoc inuolucro Naſonem exiſtimat Iacob. Crocius, cui cùm in cultu capitis occupatæ nunciatum eſſet Babylonem defeciſſe, iam parte crinium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit, &c. Valer. lib 9. cap. 3. extremo.

387. Disiicit hos ipsos] diſturbat negotium, non ita vt ſuppetias mitti nolit, immò vt mittantur ſuadet; ſed vt regem diſcrimini ſubducat. Aut ita, diſtrahit eos, cum Peleo enim ire ſtatuerat rex.

389. Animasq. dvas vt servet in vna] Coronis matura iam ad partum, ab Apolline telo traiecta, *duo nunc moriemur in vna*. Contrarium.

390. Pvlchros, regina, piosqve pone metvs] Commendat Peleus hanc pietatem Alcyones, & pulchram, hoc eſt, vxoribus imprimis decoram dicit. Metum ponere iubet, quia contra belluam vi pugnaturus non ſit.

391. Plena est promissi g. vestri] Satis habeo, & pro plena cumulataque gratia duco promiſſa veſtra, hoſpitij ſcilicet, & auxilij. Quorum altero vtar, altero minimè. Cur quæſo?

393. Nvmen adorandvm pelagi est] Neſcitis vos quid me lædat, & hoc mihi malum creet. Non lupus, ſed Nereis Pſamathe eſt, quæ me perſequitur, & manes Phoci filij ſui vlciſcitur. Hæc mihi placanda eſt. Ea placata, res ſaluæ ſunt futuræ.

Erat ardva tvrris, &c.] Venit interim præſentem, & contemplari ſtragem boum à lupo immaniſſimo editam tutum non erat. Aſcendunt igitur Peleus, rex, & regina turrim arcis, quam proſpicientes cum gaudio ex alto nautæ, eo verſus ad portum ſolebant curſum flectere. Ex ea tetri gementes cladem ſpectant, & *madentem ſanguine vaſtificam belluam*, quo nomine 2. Tuſcul. Cicero in carmine ſuem Erymanthium nuncupauit.

398. Inde man. tend. in aperti, &c.] Nunquam ferè preces fiunt, niſi protenſis ſimul ſublatiſque manibus. Adiuuant enim orantem geſtus ſupplices apud deum & homines.

399. Cærvl. Psamath. vt fin. iram, &c.] ob aquæ marinæ colorem, accedentem ad cæruleum & viridem, deos illos vocant poëtæ *cæruleos & virides*. Triſt. 1. eleg. 2. *Prò ſuperi, viridéſque Dei*. Precatur ergo duo, primùm, vt iraſci deſinat. Deinde, vt ſibi in depellenda calamitate ſua dignetur ſuccurrere.

400. Nec vocib. illa bon. flect. Æacid.] Obdurat dea, preces aſpernatur, ipſum quoque Peleum perditum cupit: tantum abeſt, vt ei adeſſe velit.

401. Thetis h. pro conivge s. accep. ven.] Opus fuit deprecatrice Thetide, nupta cum Peleo, quæ pro reuerentia ſua impetrauit, vt illi ignoſceret.

402. Sed en. irrevocat. ab acri cæd. lvp. &c.] vt compeſceret quoque à cæde lupum, non ſtatim obtinuit. Pergebat igitur in lanienа, efferabatque illum magis dulcedo, quem hauriebat, ſanguinis.

404. Donec inhærent. laceræ, &c.] Tandem miſerta Pſamathe dum vaccam laniat, eum marmore commutat.

405. Prætarqve color. omnia servavit] *Omnia*, id eſt, figuram, & membra, & nomen priſtinum retinuit. At, non colorem, iam enim albus erat totus, quia in album marmor conuerſus, cùm fului ſint lupi. Ex quo patebat non eſſe verum ac viuum lupum; quare nec timendum.

408. Nec tamen h. profvg. &c.] vt *fuga* pro exilio, ſic *profugus* quaſi porrò fugiens, pro exule. In Italiam fato *profugũ* veniſſe Æneam canit Virgil. & Peleum fata ſua profugum non ad Ceycem & Trachinem tantùm, ſed vltro etiam ad Magnetas agebant.

410. Svmit ab Æmon. pvrg. an. cæd. Acasto] Acaſtus Magnetarum rex in Æmonia, ſeu Theſſalia recepit hoſpitio Peleum, eumque ſolita cærimonia, aqua marina aſperſum expiauit. Hanc enim vim illi aquæ tribuebant. Vnde tam ſceleſtum facinus admiſiſſe Gellium ſignificare volens Catullus, vt vniuerſo mari non quiret expiari, ſic ait: *Qui facit, quod tu feciſti,*

Ecquid ſcis quantum ſuſcipiat ſceleris?
Suſcipit, ô Gelli, quantum non vltima Thetys,
Non genitor Nympharum abluat Oceanus.

Pluri-

Pluribus prodigiis datus in curas & angorem
Ceyx, Clarium Apollinem conſulere decernit.
Quem ab itinere marino, eius ſaluti impensè
timens amantiſsima coniux omnimodis deterrere laborat.
Iurat ei Ceyx, intra menſem alterum reuenturum. Sic, non ſine fletu, & ægerrimè nihilominus dimittitur.

INTEREA fratriſque ſui, fratrémque ſecutis VIII.
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx,
Conſulat vt ſacras hominum oblectamina ſortes,
Ad Clarium parat ire deum. nam templa profanus
Inuia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.
Conſilij tamen antè ſui fidiſſima certam
Te facit, Alcyone: cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt, buxóque ſimillimus ora
Pallor obit, lacrymíſque genæ maduere profuſis.
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigauit:
Singultúque pias interrumpente querelas,
Quæ mea culpa tuam, dixit, chariſſime, mentem
Vertit? vbi eſt, quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes Alcyone ſecurus abeſſe relicta?
Iam via longa placet? iam ſum tibi charior abſens?
At puto, per terras iter eſt? tantúmque dolebo,
Non etiam metuam? curæque timore carebunt?
Æquora me terrent, & ponti triſtis imago,
Et laceras nuper tabulas in littore vidi,
Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.
Néue tuum fallax animum fiducia tangat,
Quòd ſocer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes
Contineat ventos, &, cùm velit, æquora placet.
Cùm ſemel emiſſi tenuerunt æquora venti,
Nil illis vetitum eſt: incommendatáque tellus
Omnis, & omne fretum eſt: cæli quoque nubila vexant,
Excutiúntque feris rutilos concurſibus ignes.
Quò magis hos noui (nam noui, & ſæpe paterna
Parua domo vidi) magis hos reor eſſe timendos.
Quòd tua ſi flecti precibus ſententia nullis,
Chare poteſt coniux, nimiúmque es certus eundi,
Me quoque tolle ſimul, certè iactabimur vnà:
Nec, niſi quæ patiar, metuam: paritérque feremus
Quidquid erit: pariter ſuper æquora lata feremur.
Talibus Æolidis dictis, lacrymiſque mouetur
Sidereus coniux: neque enim minor ignis in ipſo eſt.
Sed neque propoſitos pelagi dimittere curſus,

Nec vult Alcyonen in partem adhibere pericli:
Multáque reſpondet timidum ſolantia pectus.
Non tamen idcirco cauſſam probat. addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo ſolo flexit amantem.
Longa quidem eſt nobis omnis mora: ſed tibi iuro
Per patrios ignes (ſi me modò fata remittant)
Antè reuerſurum, quàm luna bis impleat orbem.
His vbi promiſſis ſpes eſt admota recurſus:
Protinus eductam naualibus æquore tingi,
Aptarique ſuis pinum iubet armamentis.
Qua rurſus viſa, veluti præſaga futuri,
Horruit Alcyone, lacrymáſque emiſit obortas,
Amplexumque dedit: triſtique miſerrima tandem
Ore vale, dixit, collapſáque corpore toto eſt.
At iuuenes, quærente moras Ceyce, reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Æqualique ictu ſcindunt freta ſuſtulit illa
Humentes oculos: ſtantémque in puppe recurua,
Concuſſáque manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima videt; redditque notas. vbi terra receſſit
Longiùs, atque oculi nequeunt cognoſcere vultus:
Dum licet, inſequitur fugientem lumine pinum.
Hæc quoque vt haud poterat ſpatio ſummota videri,
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Vt nec vela videt, vacuum petit anxia lectum,
Séque toro ponit: renouat lectusque locuſq́;
Alcyones lacrymas, & quæ pars admonet abſit.
Portubus exierant, & mouerat aura rudentes:
Obuertit lateri pendentes nauita remos,
Cornuáque in ſumma locat arbore, totáque malo
Carbaſa deducit, venientéſque accipit auras.

411. FRATRISQ. SVI, FRATREMQ. SECVT. &c.] Quòd filia fratris Chione tam miſerè occubuiſſet; quòd ipſe in accipitrem abiiſſet, hæc erant prodigia, quæ pectus Ceycis ſollicitabant & angebant. Ob quæ Clarij Apollinis oraculum in Lycia ſibi adeundum ſtatuebat.

413. ET SACRAS SORTES] Lib. 1. *Placuit cæleſte precari Numen, & auxilium per ſacras quærere ſortes.* Æneid. 4. *Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes.*

HOMINVM OBLECTAMINA] quia inde præterita, & futura diſcunt, & remedia ſuis infortuniis ſæpe inueniunt. Quæ res delectamento & ſolatio ſunt.

414. NAM TEMPLA PROFAN. &c.] Cur non profectus eſt ad oraculum Delphicum, ex omnibus celeberrimum? Tacitæ interrogationi occurrens ait, Phlegyarum regem Phorbantem, hominem impium eo tempore Delphos bello vexaſſe, & vrbem obſediſſe.

416. CONSILII TAMEN ANTE SVI, &c.] nuſquam magis eſt vna anima in duobus corporibus, quàm in coniugio. Immò potiùs duæ ſunt A animæ in vno corpore. Quomodo ergo quidquam aut vxor virum, aut vir vxorem celare poſſit: præſertim ſi quid ad ſalutem & incolumitatem alterutrius pertineat?

CERTAM TE FACIT] Sic Virgil. 3. Æneid. *Anchiſen facio certum.* Orator diceret, *facit certiorem.*

417. CVI PROTIN. INTIMA FRIG. OSSA RECEP.] τὸ ἦθος coniugale, vel πάθος potiùs mirabiliter exprimit. 2. Æneid. *Obſtupuere animi, gelidusq́; per ima cucurrit Oſſa tremor.* 2. Faſt. *Et gelidum pectora frigus habent.* B

418. BVXOQ. SIMILL. ORA PALLOR OBIT.] Comparatio aſſumitur rei magis declarandæ. Et contremuit, & expalluit. Solet itē pallor conferri cum frondibus in auctumno. 6 Faſt *Color oris erat qui frondibus olim Eſſe ſolet ſeris, quas noua læſit hyems.*

419. LACRYMISQVE GENÆ MAD. PROFVS] Virgil. 5. Æneid *Nec lacrymis caruere genæ* Et 6. *Effuſaq́; genis lacrymæ.* 3. de Arte: *Indigno teneras imbre rigante genas.*

420. TER CONATA LOQVI, TER FLETIB. &c.] quoties loqui occipiebat, toties nouæ ſe lacrymæ

crymæ profundebant. Et eſt frequens hoc lumen poëtis. [illegible]ùm quippiam ſæpiùs tentatum, & ſæpiùs vel magnitudine affectus, vel al ter interruptum, aut impeditum intelligi volunt; id ter, aut quater tentatum, nec effectum dicunt. lib. 8. de Althæa, nitente Meleagrum filium, propter fratres ſuos ab eo occiſos ſtipite fatali cremando extinguere: A

Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cœpta quater tenuit. pugnat materq; ſororq;.

2. Æneid.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago.

421. SINGVLTVQ. PIAS INTERRVMP. QVEREL.] 1. Triſt. 3. *Singultu medios impediente ſonos.* Et 2. de Remed. *Ruptaq; ſingultu verba loquentis erant.*

422. QVÆ MEA CVLPA TVAM, &c.] Miras admouet faces C[illegible]ci Alcyone, dū, quaſi offenſum patare diſceſſum fingit, ab ſe, quā habebat cha[illegible]tmam, & a qua nunquam vlla re offenſus ſit eius animus. Orationis huius plenę affectus coniugalis quædam imago eſt illa Imilces, vxoris Annibalis, cupientis cum in omnes caſus comitari, & prudenter monentis, ne ſe periculis temere obi[illegible]at [illegible]b. 3. apud Si[illegible]um: *Me ne oblite tua noſtram pen[illegible] ſaintem,* &c. B

4[illegible]. VBI EST QVÆ CVRA MEI PRIOR. &c.] Tota oratio dehortatoria, & ſuauis admodum. Di[illegible]t, quæ à tali, & tali tempore dici poſſunt ac debent: quod eſt verè imitari, in quo nerui conſiſtunt, & anima poëſeos.

426 AT P[illegible] ER TERRAS ITER EST, &c.] *ἀγωνικῶς.* Sci[illegible]cet per terras iter ſuſcipis, vbi mi[illegible]us formidandum periculum, vt mihi de abſentia tua dolendum tantummodo, non etiam metuendum ſit. Certiſſimo naufragij periculo propoſito, eum à nauigandi conſilio abducere conatur. C

428. ÆQVORA ME TERRENT, &c.] De calamitatibus [illegible]mmen[illegible]s & omnigenis adagium eſt, *Mare malorum*: infinitis ſiquidem conflictantur incommod[illegible] [illegible]llud nauigantes. Eſt & aliud prouerbiū: *Ignis, mare, mulier, tria mala maxima.* Græcè in monoſtichis: *θάλασσα, καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία.*

ET PON[illegible]I TRIST. IMAGO] Maris turbati faciem tempeſtatum [illegible]ypotypoſes repræſentant.

429 E[illegible] L[illegible]CER. NVPER TAB. &c.] Quod alus euenit pot[illegible]ſt tibi euenire ſimiliter, vt fracta naui pereas.

4[illegible]. [illegible]T [illegible]ÆPE IN TVMVL. S. CORP. NOM. [illegible]] Quorum corpora haberi non poterant, iis imaginarium ſepulchrum, ſeu cenotaphium excitabatur, quòd perſuaſum habebant, inſepultorum animas annis aliquot ad ripas fluminum inferorū vagari, nec tranſmittere poſſe, niſi corporibus quoquomodo ſepultis. Exemplū habes in [illegible] libri ſequentis in tumulo Æſaci. Hinc 6. Æneid. & Palinurus gubernator Aeneæ mari ſummerſus, tumulum honorarium apud inferos ſibi ab Aenea, qui cum Sibylla eò deſcenderat, petit. Li. 3 Antholog. Titulus eſt *εἰς ναυηγούς,* 22. tomis *in naufragos,* vbi epigrammata huiuſmodi tumulorum vacuorum plurima, cum nomine, & ſine nomine. Exempli cauſſa, Callimachi, D

Ὤφελε μηδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες· οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
Παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐστένομεν.
Νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί που φέρεται νέκυς, ἀντὶ δ' ἐκείνου
Οὔνομα, καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

Sententia hæc eſt, *Vtinam nunquam fuiſſent naues, non enim nos Dioclidæ filium Sopolin ploraremus. Nunc autem ille in mari alicubi iactatur mortuus, pro quo nomen, & inane ſepulchrum prætervimus.*

431. NEVE TVVM FALLAX, &c.] Occurrit tacitæ reſponſioni. Dicas fortaſſe, Aeolum Hippotæ nepotem patrem meum habere in poteſtate ventos, proinde tibi, vt eius genero, nihil metuēdum. Secùs eſt. Hæc ſcribens Naſo, ſecum illa de 1. Aeneid. voluebat:

— Hic vaſto rex Aeolus antro
Luctantes ventos, tempeſtateſq; ſonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.

432. QVI CARCERE FORT. CONTIN. TENT] Alibi: *Clauſerat Hippotades æterno carcere ventos.*

434. CVI [illegible]ISSI TEN. ÆQVO. V. &c.] *μιμητικῶς,* ex eodem libro Maronis:

Ni faciat, maria ac terras, cœlumq; profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, verrantq; per auras.

Item: *Iam cœlum, terramq; meo ſine numine venti*
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?

Huc repete quæ noſter de eorundem impotenti furore & inſania ſcripſit lib. 1. *Hi quoque non paſſim mundi fabricator habendum Aera permiſit,* &c. Vbi plura attulimus.

435. INCOMMENDATAQ. TEL[illegible]. O. ET OMNE FRET.] Commendamur nos & noſtra iis, quibus curæ ac ſollicitudini eſſe deſideramus. Omnis autem tellus, & omne mare ventis incommendata ſunt, quia, vt iam dicebatur à Marone, terras omnes, & omnia maria perflant ac miſcent liberrimè.

437. EXCVTI. FERIS RVT. CONCVRR. IGNES] lib. 6. vbi Boreas potentiā ſuam thraſonicè iactat:

Idem ego cùm fratres cœlo ſum nactus aperto
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.

438. NAM NOVI, ET SÆPE PATERNA, &c.] Quàm lepidè? Paruulam adhuc, ſæpiùs in ædibus paternis (Aeoli puta, ventorum regis) eos vidiſſe venientes, abeuntes, mandata accipientes, geſta referentes. Vidiſſe autem & cognouiſſe vultibus truces, motibus aſperos & terribiles. Admirabilis ſupra omnes poëtas fictor & effictor eſt Ouidius.

440. QVOD TVA SI FLECTI PRECIB.] Concluſio. Aut flectere, & victus precibus meis muta ſententiam, & mare mitem fac: aut certè, me tecum hinc aufer, ſociam in omnes caſus, qui te manent. Non ſunt aliena hæc illis in eleg. 7. primi Triſt. de vxore Naſonis, maritum in exilium ſequi omnino cupiente:

Non potes auelli. Simul hinc, ſimul ibimus, inquit,
Te ſequar, & coniux exulis exul ero.
Et mihi facta via eſt, & me capit vltima tellus:
Accedam profugæ ſarcina parua rati.

Simili dilemmate Creuſa Aeneam ſuum, in prælium regredi inſtituentem domi retinere nititur, lib. 2.

Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum;
Sin aliquam expertus ſumptis ſpem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum. cui paruus Iulus,
Cui pater, & coniux quondam tua dicta relinquor?

441. NIMIVMQ. ES CERTVS [illegible]VNDI] 4. Aeneid. *Aeneas celſa in puppi, iam certus eundi Carpebat ſomnos.*

443. Nec nisi qvæ patiar, metvam] nam ſi me relinquis, cogar metuere multa, quæ fortaſſe tecum non paterer.

Pariterqve feremvs qvidqvid erit] Virgil.5.Æneid. *Quidquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.*

444. Pariter svp. æqv. lat. ferem.] Et feremus ſimul, & feremur. Vna eademque nauis nos habebit, patientes & compatientes quæcunque tandem patienda fuerint.

445. Talib. Æolid. di[illegible] t.&c. [illegible]ioer vs coniv x] Ceyx Luciferi filius molleſcit his argomentis, & lacrymis vxoris, ex amore intimo profuſis.

446. Neqve enim min. ignis in ipso est] tantum viciſſim diligit, quantum diligitur. In amore non cedit.

447. Sed neqve prop[illegible] sit. c[illegible] r[illegible].&c.] Non ita mouetur, vt vel intermittere nauigationem, vel vxorem ſecum in eadem pericula ducere velit. Neutrû vult. Non poſterius, ne illi mors bis patienda fortaſſe foret: quam ob cauſam Ouidius ſuam ſecum conſcendere, quamuis cupientiſſimam non iulit. Triſt. 1. eleg.2.

449. Mvltaq. respond. timid. sol. pec.] Quibus poteſt ſolatiis ægram animi demulcet, & ad bonam ſpem felicis ſui reditus erigit.

45[illegible]. Non tamen idcirco causs. prob.] Sed nihil agit. Non perſuadet Alcyonæ, vt ipſum volens ſinat abire, nec ſe luctu & lacrymis conficiat.

451. Qvo solo flexit amantem] iuranti, ſe ante finem duorum menſium reuerſurû, credidit, & contenta ſacramento, ab eo reuocando quieuit. Fuit hic aſtus Ceycis, quo mulierem ſimplicem decepit. Vnde enim ſe reuerſurum nouerat? quo oraculo confirmatus certò ſe intra hoc tempus, rediturum iurabat? Sed intellige, quantum in ipſo eſſet, certiſſimò reuerſurum: nam de fatis, quibus parent omnia mox ſubiicit.

453. Per patrios ignes] per patrem meum Luciferum, tanquam deum. *Minores ignes* vocabit ſtellas minores Horat. ode 12. lib. 1.

Si me modo fata remittant] niſi fatis redire prohibeat, & cogar in peregrina regione mori. Fata vincere nemo poteſt.

457. Aptarique svis pin. ivbet armamenta.] Vela, antennæ, malus, rudentes, remi, &c. ſunt armamenta nauis, quibus inſtruitur & armatur. 3. Æneid. *Interea claſſem velis aptare iubebat Anchiſes.*

458. Qva rvrsvs visa] Et antea viderat eandem nauim, qua aliâs Ceyx vſus fuerat.

Velvti præsaga fvt. horrvit, &c.] Horror qui Alcyonem de eo viſa naue inuaſit, & obortæ mox lacrymæ, triſte quoddá omen præbuerunt.

460. Miserrima] propter futuram eladem ſuam. προληπτικῶς dictum.

Tand. t. ore vale dix. Laodamia: *Vix illud potui dicere triſte vale.*

461. Col[l]apsaqve corp. toto est] In grauiſſimo animi mœrore viribus deficientibus, corpus aliquando humi cadit, præſertim in fæminis, quarum natura eſt impotentior. De vxore ſua, vltima illa nocte, quam egit Romæ, abitu-

A rus manè in exilium, 1. Triſt. el[illegible]

Illa dol[illegible] re amens tenebris nar[illegible] ob[illegible]
[illegible] mediapr[illegible] cu[illegible] niſſe domo.

In 4. Æneid. quæ Æneam [illegible] abat ſecum [illegible] ner[illegible], & perd[illegible] b[illegible] ope[illegible] in D[illegible],

H[illegible] me[illegible] m di[illegible] ſermonem [illegible] umpit, & auras
Aegra fugit: ſe[illegible] ex oculis auer[illegible]
Linquens mu[illegible]lta [illegible] cum tantem [illegible] m[illegible] ta parant
Dicere [illegible] rent [illegible] mul[illegible], [illegible] a[illegible] mem[illegible] ra
Marmoreo re[illegible] nt [illegible] alamo, ſtratoq; repo[illegible] unt.

V[illegible]le inſuper epi[illegible]ſt. Laodamiæ ad P[illegible] ote[illegible] um maritum.

4[illegible]2. Qværentem moras Cey[illegible]r, &c.] Volens nolens [illegible] cedebat, [illegible] quetactus pæne coniugalibus lacrymis. Remiges moræ impatientes, biremem red[illegible]ctis ad pe[illegible] ora remis, & æ[illegible] aliter [illegible] ndentes p[illegible] uebant.

B 463 R[illegible] ad [illegible] ct[illegible] r[illegible] m] Virg[illegible] *[illegible] incumbere remis [illegible] marmor. [illegible] certatim ſo[illegible] ſ[illegible] unt mare, & æquora verrunt.* Noſt[illegible], *[illegible] ere remo[illegible]* Propert. lib. 3. ele[illegible].2

Nunc agite, o ſocij, propellite in æquora nauim,
Remorumq; pares ducite [illegible] vices.

466. C[illegible] cv[illegible] e m[illegible] v d[illegible] i[illegible] ma[illegible] it. A[illegible]huc quo p[illegible] terat m[illegible] o in [illegible] aquis dul[illegible] vxori, com[illegible] io[illegible] e m[illegible] nuum valedicebat [illegible] i ſimili [illegible] reſ[illegible] n[illegible] at.

467 Vbi terra r[illegible] on[illegible]] vt quidem iudicant oculi vectorum [illegible] b. *A[illegible] tum fretum remis, telluſq; r[illegible] pul[illegible] a eſt. Prouehimur pelago terreq; vrb[illegible] recedunt.*

469. D[illegible] m[illegible] icet in[illegible] v. [illegible] l. pin] Quouſque oculi pr[illegible] ſpectum ferebant.

C 471. Vela [illegible] am. sp[illegible] non au[illegible] oculos [illegible] ro, ſtante in puppe, non à naue, [illegible] à velis. Laodamia Proteſi[illegible] o:

Dum potui ſpectare virum, ſpectare iuuabat:
Sumq; tuos oculos vſ[illegible] [illegible] cuta mei
V[illegible] non poteram, pot[illegible] tua vela videre:
Vela [illegible] u vultus detinuere me[illegible] s.

Hoſ[illegible] e lo[illegible] os [illegible] in con[illegible] Silius lib.[illegible]. de Imilce A[illegible] us [illegible] xore, dum [illegible] ſpania in Afri[illegible] am[illegible] t[illegible]:

H[illegible] enti vultus, & littora ſeruant
[illegible] r[illegible] [illegible] volucri ra[illegible] nte carina
Con[illegible] us, tellus pont[illegible]

Stat. 4. T[illegible] d. [illegible] Ar[illegible] u[illegible] io[illegible] be[illegible] m Thebar[illegible] ingat[illegible] ne [illegible] bus, poſt complexus [illegible]. &c o[illegible]

[illegible] tamen [illegible] carbaſa viſu
Dum [illegible] patrioſ[illegible] ent ire[illegible] reſpiere ventos.
D *Stant tamen & notam puppem de more ſalutant.*

Flvit[illegible] ntia vela a[illegible] nto in[illegible] ata, & tanquam fluctibus reuoluen[illegible] a.

472. Va[illegible] vm p[illegible] tit anxia [illegible] ectvm] Quid enim [illegible] litt[illegible] is ſtaret cùm [illegible] cerneret ampl[illegible] [illegible] o corpore & animo. [illegible] ecto committ[illegible] d[illegible] admone[illegible] ur ipſo loc[illegible] par[illegible] erat maritus. In[illegible] o-uaſit[illegible] lac[illegible].

475. [illegible] ſed etiam [illegible] ſ[illegible] erant, vt [illegible] eyone[illegible]

4[illegible]6. [illegible] Magn[illegible] [illegible] s. A[illegible] 6. Obnectun[illegible] ago [illegible] at.

4[illegible]

Cornvaqve in svmma locat Antennas ſummo ma[lo] præl gat, & excipiendum ventum ſecundum vela pandit. Habent enim neceſſe parere vento qui nauigant, & mutare veliſicationem. Quid enim agas contrarius ventis?

Atrociſsimæ tempeſtatis ſcitiſsima ecphraſis, qua Ceyx cum multis naufragus periit.

AVt minùs, aut certè medium non amplius æquor IX.
Puppe ſecabatur, longéque erat vtraque tellus:
Cùm mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus, & præceps ſpirare valentius Eurus.
Ardua iamdudum demittite cornua, rector
Clamat, & antennis totum ſubnectite velum.
Hic iubet: impediunt aduerſæ iuſſa procellæ:
Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris vllam.
Sponte tamen properant: alij ſubducere remos,
Pars munire latus, pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor.
Hic rapit antennas: quæ dum ſine lege geruntur;
Aſpera creſcit hyems, omnique à parte feroces
Bella gerunt venti, fretáque indignantia miſcent.
Ipſe pauet, nec ſe quis ſit ſtatus, ipſe fatetur
Scire ratis rector: nec quid iubeátue, velitue.
Tanta mali moles, tantóque potentior arte eſt.
Quippe ſonant clamore viri, ſtridore rudentes,
Vndarum incurſu grauis vnda, tonitribus æther.
Fluctibus erigitur, cælúmque æquare videtur
Pontus, & inductas aſpergine tangere nubes.
Et modò, cùm fuluas ex imo vertit arenas,
Concolor eſt illis: ſtygia modò nigrior vnda:
Sternitur interdum, ſpumiſque ſonantibus albet.
Ipſa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis:
Et nunc ſublimis, veluti de vertice montis
Deſpicere in valles, imumque Acheronta videtur;
Nunc, vbi demiſſam curuum circumſtetit æquor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec leuiùs pulſata ſonat, quàm ferreus olim
Cùm laceras aries baliſtáue concutit arces;
Vtque ſolent, ſumptis incurſu viribus ire
Pectore in arma feri, protentáque tela leones:
Sic, vbi ſe ventis commiſerat vnda coortis,
Ibat in arma ratis, multóque erat altior illis.
Iamque labant cunei, ſpoliatáque tegmine ceræ
Rima patet, præbetque viam lethalibus vndis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres:

Inque fretum credas totum deſcendere cælum:
Inque plagas cæli tumefactum ſcandere pontum.
Vela madent nimbis, & cum cæleſtibus vndis
Æquoreæ miſcentur aquæ. caret ignibus æther,
Cæcáque nox premitur tenebris hyemiſque ſuiſque.
Diſcutiunt tamen has, præbéntque micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardeſcunt ignibus vndæ.
Dat quoque iam ſaltus intra caua texta carinæ
Fluctus. & vt miles numero præſtantior omni
Cùm ſæpe aſſilijt defenſæ mœnibus vrbis,
Spe potitur tandem, laudiſque accenſus amore
Inter mille viros, murum tamen occupat vnus:
Sic vbi pulſarunt celſi latera ardua fluctus,
Vaſtiùs inſurgens decimæ ruit impetus vndæ;
Nec priùs abſiſtit feſſam oppugnare carinam,
Quàm velut in captæ deſcendat mœnia nauis.
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum:
Pars maris intus erat. trepidant haud ſegnius omnes,
Quàm ſolet vrbs, aliis murum fodientibus extrà,
Atque aliis murum, trepidare, tenentibus intus.
Deficit ars, animique cadunt; totidémque videntur
Quot veniunt fluctus, ruere atque irrumpere montes.
Non tenet hic lacrymas: ſtupet hic: vocat ille beatos,
Funera quos maneant: hic votis numen adorat,
Brachiáque ad cælum, quod non videt, irrita tollens
Poſcit opem: ſubeunt illi fratérque, parénſque;
Huic cum pignoribus domus, & quod cuique relictum eſt.
Alcyone Ceyca mouet: Ceycis in ore
Nulla niſi Alcyone eſt: &, cùm deſideret vnam,
Gaudet abeſſe tamen. patriæ quoque vellet ad oras
Reſpicere, inque domum ſupremos tollere vultus:
Verùm vbi ſit neſcit. tanta vertigine pontus
Feruet: & inducta piceis è nubibus vmbra
Omne latet cælum: duplicatáque noctis imago eſt.
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor:
Frangitur & regimen: ſpoliiſque animoſa ſuperſtes
Vnda, velut victrix, ſinuatáque deſpicit vndas.
Nec leuiùs, quàm ſi quis Athon, Pindúmque reuulſos
Sede ſua, totos in apertum verteret æquor,
Præcipitata cadit: paritérque & pondere & ictu
Mergit in ima ratem: cum qua pars magna virorum
Gurgite preſſa graui, neque in aera reddita, fato
Functa ſuo eſt. alij partes & membra carinæ
Trunca tenent. tenet ipſe manu, qua ſceptra ſolebat,
Fragmina nauigij Ceyx: ſocerúmque patrémque
Inuocat, heu, fruſtra. ſed plurima nantis in ore
Alcyone coniux: illam meminitque refertque:

Illius ante oculos vt agant ſua corpora fluctus,
Optat, & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat, abſentem, quoties ſinit hiſcere fluctus
Nominat Alcyonen: ipſiſque immurmurat vndis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta merſum caput obruit vnda.
Lucifer obſcurus, nec quem cognoſcere poſſes,
Illa nocte fuit: quoniámque excedere cælo
Non licuit, denſis texit ſua nubibus ora.

479. AVT MIN. AVT CERTE MEO &c.] A non reuera m[illegible]ium mare: ſed mediū illius maris, ſeu ſpatij marini, quod inter Trachinem, & Clarum oppidum, quò pergebat, intererat, iam peragebat.

480. ÆQVOR PVPPE SECABATVR] Lib. 7. *Iamq; fretum Minya Pagaſæa puppe ſecabant.* Vbi plura de forma loquendi diximus.

LONGEQVE ERAT VTRAQ. TELLVS] tam longè aberat tellus vnde ſoluerat, Trachin, quàm illa quam petebat; ſiquidē in medio tēpeſtas oriebatur. Diſtabat autem à naui longo ſpatio vtraque.

481. CVM MARE SVB NOCT. TVMID. &c.] Euidentiſſima ὑποτύπωσις tempeſtatis. Lege quæ ſcripſimus comment. in eleg. 2. lib. 1. Triſt. vbi illam, quam in exilium proficiſcens, expertus eſt, depingit. Mutuatus eſt autem in hac multa ex duabus Maronianis, primi & 3. Aeneid. cum quibus eam conferes, ſi voles. Confert cum priore Iulius Scaliger Poët. lib. 5. cap. 5. & pro ſollemni ſuo aliquoties reprehendit. Quid enim illius Momi iudicio ſatis placeat? Tu etiam cum illa Senecæ in Agamemn. componas licet, cuius initium, *Nox prima cælum ſparſerat ſtellis.* Eſt & in 3. Faſt. tempeſtas, quam patitur Anna ſoror Didonis, Pygmalionem fugiens. Et in 5. Thebaid. apud Statium.

TVMID. ALBESCERE COEPIT FLVCTIB.] 2. Georg. *Fluctus vt in medio cœpit cùm albeſcere ponto.*

482. ET PRÆCEPS SPIRARE VALENTIVS EVRVS] Dido Aeneæ in Epiſt.

Quò fugis? obſtat hyems, hyemis mihi gratia proſit,
Aſpice vt euerſas concitet Eurus aquas.

483. ARDVA DEMITTITE CORNVA] antennas demittite vnà cum velis.

RECTOR] nauclerus. In Triſt. *Rector in incerto eſt.* Aeneid. 5. *Rectorem nauis tempellat voce Menœten.* *Magiſtrum* vocat idem, lib. eodem. *Ipſe gubernaclo rector ſubit: ipſe magiſter.* Et lib. 1. *Pronuſq; magiſter Voluitur in caput.*

484. ET ANTENNIS T. SVBNECTITE VELVM] ſubducite, detrahite velum antennis. Caue aliter capias hoc loco vocem *ſubnectite.* Eſt enim dictum quaſi *deuectite.*

485. IMPED. ADVERSAE IVSSA PROCELLAE] *Procellam* eſſe ait Iſidorus vim venti cum pluuia. Non audiebantur iuſſa rectoris à nautis & vectoribus: partim propter ſibilantes nimiùm ventos: partim propter vndarum concitatarum graues ſtrepitus & murmura.

487. SPONTE TAMEN PROPERANT] ſubaudi, hæc quæ ſequuntur; nam & agendi verbum eſt

A à *propero*, iungiturque caſui quarto.

ALII SVBDVCERE REMOS] laborum diſtributio. Nemo tum erat otioſus.

488. PARS MVNIRE LATVS] ne penetraret aqua, ſi rimis fatiſceret nauis.

PARS VENT. VELA NEGARE] vela detracta conuoluebant.

490. QVAE DVM SINE LEGE GERVNTVR] ſine ordine, confusè.

491. ASPERA CRESCIT HYEMS] inualeſcit tempeſtas. Lib. 14. *Quos communis hyems, importunuſq; Caphareus Merſit aquis.* 1. Aeneid. *Iam validam Ilionei nauem, &c. Vicit hyems.*

B OMNIQVE A P. FEROCES B. GER. VENTI, &c.] In Triſt.

Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu:
Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt.
Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto;
Nunc Notus aduerſa prælia fronte gerit.

Virgil. *Luctantes ventos, tempeſtateſq; ſonoras.* Seneca Ouidij cupidiſſimus imitator, quaſíque diſcipulus: —— *Vndiq; incumbunt ſimul,*

Rapiuntq; pelagus infimo euerſum ſolo
Aduerſus Euro Zephyrus, & Boreæ Notus.
Sua quique mittunt tela, & infeſti fretum
Emoliuntur, turbo conuoluit mare.

493. FRETAQVE INDIGNAN. MISCENT]

C Seneca: *Agitata ventis vnda tumet.* Aeneid. 8. *Et pontem indignatus Araxes.*

IPSE PAVET, NEC SE QVIS, &c.] In Triſtibus lib. 1. eleg. 2.

Rector in incerto eſt, nec quid fugiátue, petátue
Inuenit: ambiguis ars ſtupet ipſa malis.

Et alibi:

Nauita confeſſus gelidum pallore timorem
Iam ſequitur victus, non regit arte ratem.

3. Faſt.

Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis
Vtitur: & votis is quoque poſcit opem.

Seneca:

Nil ratio, & vſus audet in magnis malis:
Tenet horror artus; omnis officio ſtupet

D *Nauita relicto; remus effugit manus.*

Stat. 3. Thebaid.

—— *Tunc arte relicta*
Ingemit, & cæcas ſequitur iam neſcius vndas.

495. TANTA MALI MOLES, &c.] Epiphonema. Vocis *Tantus, tanta, tantum,* in epiphonematis & acclamationibus vſus eſt, vt apud Homer. ὣς & οὕτως.

496. QVIPPE SON. CLAM. VIRI STRID. RVDENT.] Virgil. *Inſequitur clamorq; virûm, ſtridorq; rudentûm.*

497. Vn-

497. VNDARVM INCVRSV GRAVIS VNDA] fluctus fluctum cum ſonitu ferit. Sonitus & fragor & ſtrepitus quadripartitus: à vectoribus, à rudentibus, à fluctibus, ab æthere. Hinc meritò paulo antè, *Impediunt aduerſa iuſſa procella, Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris vllam.*

498. FLVCTIBVS ERIG. CÆL. ÆQV. VIDET. &c.] Virgil. *Fluctuſq; ad ſidera tollit.* Seneca: *In aſtra pontus tollitur, & cælum petit.* In Triſtibus:

Me miſerum, quanti montes voluuntur aquarum?
Iam iam tacturos ſidera ſumma putes.
Quanta ſubducto ſubſidunt æquore valles?
Iam iam tacturas tartara nigra putes.

Locus vterque deductus eſt ex 3. Æneid.

Tollimur in cælum curuato gurgite, & idem
Subducta ad manes imos deſcendimus vnda.
Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedêre:
Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.

502. STERNITVR INTERDVM] 8. Æneid.

Mitis vt in morem ſtagni, placidæq; paludis
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abeſſet.

Eclog. 9.

Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor, & omnes
(Aſpice) ventoſi ceciderunt murmuris auræ.

SPVMISQVE SONANT. ALBET] Catull. de nupt. *Spumis incanuit vnda.* 3. Æneid. *Fugimus ſpumantibus vndis.* Ennius 14. Annal. *Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum.*

504. ET NVNC SVBLIMI V S I. DE VERT. &c.] Quatuor verſibus circumlocutus eſt Maronis duos illos: *Tollimur in cælum,* &c. eleganter vtrique.

506. CVRVVM CIRCVMSTETIT ÆQVOR] 4. Georg. *Curuata in montis faciem circumſtetit vnda.*

508. SÆPE DAT INO. F. LAT. ICTA FRAG.] illiſis in id fluctibus.

509. QVAM FERREVS OLIM CVM LACERAS, &c.] In Triſtib.

Nec leuiùs laterum tabulæ feriuntur ab vndis,
Quàm graue balliſta mœnia pulſat onus.

511. VTQVE SOLENT SVMPT. INCVRSV, &c.] Nauem Ceycis à ventis impulſam, & fluctibus eminentiorē contendit cum leone, totis viribus aduerſus tela venatorum ruente.

514. IBAT IN ARMA RATIS] Nauis arma & inſtrumenta conuellebat.

ERAT ALTIOR ILLIS] ſubaudi fluctibus.

515. IAMQVE LABANT CVNEI] Lipſienſis correctior interpretatur, *Subſcudes*, quibus tabulas nauium olim inter ſe committebāt. Quorum ea eſt figura, quaſi cum duce cuneos obtuſi mucronis inter ſe componas. Obſcurè loquitur.

SPOLIATAQVE TEGM. CERÆ RIMA PATET, &c.] Virg. *Laxis laterum compagibus omnes Accipiunt inimicum imbrem, rimiſq; fatiſcunt.* Ceram poſuit pro pice, qua rimæ nauium oblinuntur.

517. ECCE CADVNT LARGI RESOL. NVB. IMB.] Seneca: *Fit grauis nimbis Notus, Imber auget vndas.* Wolkhenbruch iſta nubium reſolutio Germanis, quaſi dicas fractis, ruptis nubibus denſiſſimus imber.

518. INQVE FRET. CRED. T. DESCEND. CÆL.] cælum, propter immenſam pluuialium aquarum copiam viſum ait in mare deſcendere. *Cæli ruinam* vocat Maro 1. Æneid.

519. INQVE PLAG. CÆLI TVMEF. &c.] Seneca, *In aſtra pontus tollitur, & cælum petit.* Cælum deſcendebat, & mare aſcendebat, quaſi ſedes mutare vellent. Suprà quoque pontum aiebat viſum æquare cælum, & aſpergine nubes tetigiſſe. ὑπερβολικῶς vtrumque.

520. VELA MADENT NIMBIS] Quid ni, & valdè quidem, ſi tam largi imbres cadebant? lib. 1. de Noto, *Barba grauis nimbis.*

521. CARET IGNIBVS ÆTHER] Virgil. *Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther.* Sed hîc Naſo de ſtellis capiendus eſt, quæ tum nullæ videbantur, quæque poëtis *ignes* etiam dicuntur. Nam fulgetra in ſula hac tempeſtate abfuiſſe non eſt credibile.

522. CÆCAQVE NOX PREMIT. TEN. HVBEMISQVE SVISQVE] noctis tenebras naturales duplicabant, quas creabat tempeſtas, vmbra magna cælum inuoluens.

B

523. DISCVT. TAM. HAS PRAEB. MICANT. &c.] Seneca:

Nec hoc leuamen denique ærumnis datum eſt,
Videre ſaltem, & noſſe quo pereant malo.
Premunt tenebræ lumina, & diræ ſtygis
Inferna nox eſt. Excidunt ignes tamen,
Et nube dirum fulmen eliſa micat.

525. DAT QVOQVE IAM SALT. INT. &c.] non per rimas tantùm, vt priùs, illabebatur aqua in nauim: ſed toti fluctus inſiliebant. miles in toto exercitu animoſiſſimus in oppugnatione vrbis poſtquam ſæpe aſſiluit, tandem repulſis propugnatoribus, vnus ipſe inter plurimos commilitones in murum euadit. Sic vbi fluctus alij fruſtra latera nauis pulſarunt & quaſi oppugnarunt, decimus vaſtior reliquis ſic oppugnat eam, vt expugnet, & in eam ceu captam irruat.

C

531. DECIMAE RVIT IMPET. VNDAE] De *fluctu decumano* ſermo eſt. Feſtus. *Decumana oua* dicuntur, & *decumani fluctus*, quia ſunt magna. Nam & ouum decimum maius naſcitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur. In Triſtib. l. 1. eleg. 2.

Qui venit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes.
Poſterior nono eſt, vndecimoq; prior.

Ibi plura in Comment. noſtris.

535. PARS MARIS] auxeſis; fluctus decumanus.

TREPID. HAVD SEGN. OMNES] Nauim, vt vides, cum oppido, vectores cum ciuibus & oppidanis fluctus cum hoſtibus obſidentibus comparat. Magna eſt igitur incolarum trepidatio, cùm iam hoſtium partem conſpiciunt intra mœnia, partem foris ab oppugnatione, & muris ariete percutiendis non deſiſtere.

D

536. MVRVM FODIENTIB. EXTRA] Cicero in Vatin. Plautus Aſin. dixerunt *parietes perfodere.* Salluſt. in Iugurth. *murum ſuffodere.*

538. DEFICIT ARS] iam iterum dictum.

ANIMIQVE CADVNT] vt in extrema deſperatione ſalutis. Cicer. de Amicit. *nec debilitari animos, aut cadere patitur.* Idem epiſt. 1. lib. 6. *Cadere animus.*

TOTID. Q. VEN. FLVCT. IRRVMP. MONTES] Lege Prumultidis Zinzerlingi cap. 47.

540. NON TENET HIC LACRYM. STVPET HIC, &c.] Quanta fuerit vectorum in luctu, curis, affectibus, geſtibus varietas. Verrin. 7. *Paulo antè lacrymas non tenebamus.*

Vo-

VOCAT ... BEAT. FVN. QVOS MAN. Sententiam horum verborum explanabuot de eleg. 2. primi ... tuum:

Eſt aliquid fatóue ſuo ferróue cadentem
In ſolita moriens ponere corpus humo.
Et mandare ſuis aliquia, & ſperare ſepulchrum,
Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.

... o ſecus occidunt, naufragio potiſſimum, illorum funera nec funera ſunt.

541. HIC VOTI ... NVMEN ADORAT] vota con... pit, reddenda, ſi euaſerit.

542. AD CÆLVM QVOD NON VIDET] quia nox erat, & alia inſuper atque atra nox ex condenſatis vi ventorum nubibus nigerrimis ponto incubabat.

545. ALCYONA CEYCA MOVET] Liberos, & parentes quos miſeraretur nullos habebat Familia illi non tanti erat. Sola Alcyone vxor chariſſima illum affligebat, quam doleniiſſimè & ipſe deſerebat, & mortem ſuam eidem infando dolori futuram certo ſciebat. Huius nomen ſæpius inclamans, amorem ſuum erga illam eximium teſtabatur.

CEYCIS IN ORE N. ... ISI ALCYONE] Inſrà, *ſed plurima nantis in ore Alcyone coniux*. Propert. l. 3. eleg. 6. de quodam Pœto, naufragio intereunte: *Pœte quid ætatem numeras? quid chara vocante, Mater in ore tibi eſt?*

546. ET CVM OBSID. VNAM, GAVD. ABESSE TAM.] Adeſſe cupiebat, vt vltimùm complexus, & oſculatus ei longùm vale diceret. Tamen propter omnium capitibus iam impendens exitium abeſſe lætabatur.

547. PATRIAM QVOQVE VELLET ADORAS RESPIC. &c. Vſitatum longiùs à patria diſcedentibus, & ſe vel ſerò, vel nunquam reuerſuros metuentibus, eam retrò conuerſis oculis, ex itinere aliquoties reſpicere, ac ſalutare. De Æſculapio Romam Epidauro migrante, cogatu videlicet, & acceritu Romanorum, lib. 13.

——— Oraq́ retro
Flectit, & antiquas abiturus reſpicit aras,
Aſſuetaſq́ domos, habitataq́ templa ſalutat.

549. VARVM VBI SIT NESCIT] Non neſcit vbi ipſe ſit. ſciebat enim ſe in alto mari eſſe: ſed neſcit antrorſum an retrorſum, dextrorſum an ſiniſtrorſum ſita ſit patria, quam reſpicere extremùm concupiſcebat, vſqueadeò raptabatur & iactabatur nauis in tenebris teterrimis.

TANTA VERTIG. P. FERVET] *Vertigo* à vertendo. Venti quaſi coniurati ad pontum ab imo euertendum videbantur incumbere.

550. ET TAN. PICEIS E. NVB. VMB. OMN. LAT. CAEL.] Nihil penitus lucis habebant, niſi ex ignibus fulminum & fulgurum. Nec latuiſſet omne cælum, ſi id piceæ, hoc eſt, atræ nubes non penitus texiſſent. Nunc verò, quod & ſuprà diximus, nox duplicata eſt. Virgil.

Eripiunt ſubitò nubes cælumq́ diemq́
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.

552. FRANGIT. INCVRSV NIME. T. ARBOR] A & mali ... & remo ... ſe ... gubernaculum violentia ventorum ... ſringuntur.

5... SPOLIISQVE ANIMOSA SVPERSTES VN...] Vnda ſuperextan... & ſublimis, & ſinuata ... , haſt animoſio ob ſpolia fracti mali, & gubernaculi quæ ve...hat, & tanquam in victoria vndas inferiores ſe deſpiciebat. Egregia εἰκὼν

555. NEC ... LEVIVS, QVAM SI QVIS ATHON, &c.] Athos Macedoniæ, Pindos Theſſaliæ mons. Cum bis in mare deiectis, elatum illum, & inſtar montis aſſurgentem fluctum, ac ſe rurſus demittentem, & nauigium deprimentem contendit. Ad hiſtoriam Xerxis alluſum cenſet Crucius, qui B montem Athon à continenti abſcidit in longitudinem paſſuum mille quingentorum. Vnde Iuuenalis, *Velificatus Athos*.

558. CVM QVA PARS M. VIROR. &c.] pars naualis illius turbæ aquis præfocata eſt, nec corpora exanimata emerſerunt.

560. ALII PARTES, ET MEMB. CARIN. TRVNCA TEN.] Vitæ ſuæ tuendæ ac retinendæ quiſque noſtrûm cupidiſſimus eſt. Tali in tempore non refert, quid apprehendas fracta naui, quo nitens, ad littus enatare queas; dummodo aliquid, modicum etiam, & truncum apprehendas.

561. TENET IPSE MAN. QVA SCEPTRA, &c.] Hoc quoque miſeratione dignum, regem manu illa ſceptrifera nunc tenere tabellam, aut aſſerculum, cui incubans, ad littus feratur viuus, C ſi poſſit.

563. SED PLVRIM. NANT. IN ORE ALCYONE, &c.] Sola Alcyone ipſum mouebat, vt audiſti. Totus erat in ſuauiſſima ſua Alcyone.

565. ILLIVS ANTE OCVL. VT ADANT, &c.] Ab ea corpus ſuum inueniri, eius manibus ſepeliri optat, quaſi hoc vltimum piæ & amantiſſimæ coniugis officium etiam apud inferos ſenſurus.

567. ABSENT. QVOT. SINIT HISC. F. NOM. ALCYON. &c.] Quoties fluctus illum loqui & clamare ſinit, plurima eſt natantis in ore Alcyone. Cernis quomodo nobis ex frequentiſſima appellatione vxoris, mirabilē affectum in ipſam inculcet?

569. ECCE SVP. MED. F. NIG. ARCVS AQV. D &c.] In mediis fluctibus nubes curuata, nigra & aquis grauida frangitur, & miſerum obruit, extinguitque funditus.

571. LVCIF. OBSCVR. NEC QVEM, &c.] quomodo nocte obſcurus, cùm ſit ſtella matutina? Eſt & veſpertina, & tota nocte lucet, quamuis tunc id nominis non habeat. Sed rurſum, an non dixit, latuiſſe omne cælum, inducta piceis è nubibus vmbra, & duplicata noctis imagine? Dixit, verùm hæc vmbra cum tempeſtate finita eſt, quæ toto noctis tempore non durauit. Indicauit itaque Lucifer obſcuriore ſuo lumine triſtitiam ſuam propter filium: & cùm cælo excedere nequiret (ſunt enim ſtellæ partes continuæ orbis ſui, quamuis denſiores) vultum ſuum luculentiſſimum mira obſcuritate maculauit.

Alcyones

Alcyones pro marito abſente ſollicitudo aſsidua, & precatio ad Iunonem. Quæ vt ne ſit inanis, ipſa Irim ad Somnum mittit, iubens, vt is miſeræ dormienti virum Ceycem, in mediis aquis morientem ſpectandum figuret.

X.

AEolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: & iam, quas induat ille,
Feſtinat veſtes, iam quas, vbi venerit ille,
Ipſa gerat, reditúſque ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem ſuperis pia vota ferebat;
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat:
Próque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.
Vtque foret ſoſpes coniux ſuus, vtque rediret
Optabat, nullámque ſibi præferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere ſolum.
At dea non vltrà pro functo morte rogari
Suſtinet: vtque manus funeſtas arceat aris:
Iri, meæ, dixit, fidiſſima nuntia vocis,
Viſe ſoporiferam Somni velociter aulam,
Extinctique iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Alcyonen, veros imitantia caſus.
Dixerat: induitur velamina mille colorum
Iris, & arquato cælum curuamine ſignans,
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.

574. TANTOR. IGNARA MALOR.] quæ tamen præſagiens, illum tamen enixè, & lacrymans orabat, vt hoc itinere abſtineret.

575. DINVMERAT NOCTES] Sicut cùm quippiam tot diebus factum, aut futurum dicimus, etiam noctes totidem intelligimus: ita viciſſim. cùm noctes numeramus, dies ſubaudimus, communi conſuetudine loquendi. Vituperat quendam Cicer. 1. Offic qui cùm triginta dierum eſſent cum hoſte pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quòd dierum eſſent pactæ non noctiũ induciæ. Promiſſi igitur reditus intra ſecundum menſem exactum minimè oblita, dies ſingulos numerabat, & Ceycem ſuum ſuſpirabat.

ETIAM QVAS INDV. ILLE, FESTIN. VESTES] Nobiles fœminæ quondam ſuis manibus viris ſuis, aut fratribus veſtes & tunicas conficiebant, cùm eſſent alioqui deditæ lanificio. Lucretia 2. Faſt. inter lucubrantes ancillas ſedens:

Mittenda eſt domino (nunc nunc properate puellæ)
Quamprimum noſtra facta lacerna manu.

De Auguſto Sueton. cap. 73. *Veſte non temere alia, quàm domeſtica vſus, ab vxore, & ſorore, & filia, neptibusq́, confecta.* Magnus Alexander apud Curtium lib. 5. veſtem quam geſtabat, *ſororum non*

A *donum ſolùm, ſed etiam opus eſſe* ſeriò affirmat. Notat Caſaubonus in Animaduerſ. Addit præterea locum Statij ex 4. Syluar. vbi Roma Domitiano Cæſari optat, vt quotannis fiat conſul, ſemperq́ue conſulari prætexta, manibus vxoris confecta decoretur.

— Da gaudia faſtis
Continua: hos humeros multo ſinus ambiat oſtro,
Et properata tuæ manibus prætexta Mineruæ.

576. IAM QVAS VBI VEN. ILLE IPSA GERAT] Sedulò ſtudebat veſtibus nouis parandis, cum ancillulis ſuis, non modò marito reduci, ſed
B ſibi etiam, ad maiorem teſtificationem lætantis animi.

577. REDITVSQVE SIBI PROMITT. INANES] Sperat, & promittit ſibi reditum mariti, qui nullus erat futurus. Fruſtra ſperat reditum.

578. OMNIBVS ILLA QVID. SVP. PIA THVRA] venerabatur deos cælites & fortaſſis Neptunum quoque pro ſe ici reditu mariti, confidens, ſi non omnes, at aliquos propitios ſe inuenturam.

579. ANTE TAMEN C. IVNON. T. COLEB. &c.] *Iuno* dea eſt coniugalis, & peculiare numen mulie-

mulicrum. Quam ſtudioſiùs proinde à coninge pro çoniuge coli & inuocari decuit. Quamob caoſſam eius ædem freqnenter obibat Alcyone, & pro ſoſpitate, reuerſione, & fide maritali (ſolent cnim principes & reges præſertim foris amori dare Indom, quamnis nuptas ſuas oon oderint) deam obſecrare.

582. AT ILLI NOC TOT VOTIS, &c.] Poterat Alcyonæ contingere boc tantum, ſicut contigit. Nam in medio mari non erat quod amaret Ceyx. Merſus eſt autem, & ioterijt, antequam Clarium littus attingeret.

584. AT DEA NON VLT. PRO F. M. ROG. SVST.] Paulo antè: *Proq; viro qui nullus erat veniebat ad aras.* Suſtinere hoc diutiùs fieri, fuiſſet bonam fœminam ludificari.

585. VTQVE MAN. FVN. ARCEAT ARIS, &c.] Funere, ſen cadauere polluebatur, ſeu funeſtabatur tota domus, & familia. Eò reſpicit Poëta. Ne igitur Alcyone funeſtata ampliùs aræ ſuæ thura inniceret, Irim nuntiam ad Somnum mittit Iuno, quæ illum Alcyonæ quieſcenti Ceycis ſummerſi imaginem offerre iubeat.

586. MEÆ FIDISS. NVNCIA VOCIS] Lib. 1. *Nuntia Iunonis, varios induta colores*, &c. Iupiter Mercurio lib. 2. *Fide miniſter, ait, iuſſorum, nate, meorum.* Inter illas bis ſeptem præſtanti corpore nymphas, de quibus Virgil. 1. Æneid. quas ad obſequium Iuoni antiquitas attribuit, fortaſſis

A & Iris fuit. Certè huins opera plurimùm in perferendis mandatis & nuntiis vſa eſt. Æneid. 9. *Irim de cælo miſit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum.* Et extremo quarto ad crinem moribundæ Didoni præſecandum mittitur. In 5. ad mulieres Troianas in littore Siculo. A noſtro appellatur *nuntia Iunonis* etiam lib. 1. vt audiſti.

587. SOPORIF. SOMNI AVLAM] in qua omnia ad quietem & ſomnum faciendum tam comparara, quod videbis, vt ipſa quoque Iris, dum iuſſa exponit, ægrè ſe contineret.

588. EXTINCTIQVE IVBE CEYCIS IMAG. &c.] Quia dormientibus eueniunt ſomnia, ideo ſomniorum patrem faciunt *Somnum*
B poëtæ.

589. VEROS IMITANTIA CASVS] Pleraqne enim falſa ſunt. *Et pauidas mentes falſa timere iubent*, vt ait Tibull. eleg. 4. lib. 3.

590. INDVIT VELAMIN. MILLE COLOR. IRIS] Iam dixi ex lib. 1. *varios induta colores*, quoniam arcus eius multicolor. 5. Æneid. *Illa viam celerans per mille coloribus arcum*, &c.

591. ET ARQVATO CÆL. CVRVAM. SIG.] Per arcum illum cæleſtem deſcendere ad terras fingitur, quem potiùs ipſa facit, vt hîc ſignificat Ouidius.

592. SVB NVBE LATENTIA] Eſt enim regio Cimmeria caliginoſa, & tecta ſemper nubibus, ſolis expers.

Et domus Somni, & ipſiuſmet lepidiſsima ecphraſis, mandatíque expoſitio.

EST prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu XI.
Mons cauus, ignaui domus, & penetralia Somni:
Quò nunquam radiis oriens, mediúſue, cadénſue
Phœbus adire poteſt: nebulæ caligine miſtæ
Exhalantur humo, dubiæq́; crepuſcula noctis.
Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram: nec voce ſilentia rumpunt
Sollicitiue canes, canibuſue ſagacior anſer:
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæue ſonum reddunt conuicia linguæ.
Tuta quies habitat. ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Inuitat ſomnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent,
Innumeræq́; herbæ: quarum de lacte ſoporem
Nox legit, & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne verſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota eſt: cuſtos in limine nullus.
At medio torus eſt ebeno ſublimis in antro
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus:
Quo cubat ipſe deus membris languore ſolutis.

Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Somnia vana iacent: totidem quot meſſis ariſtas,
Sylua gerit frondes, eiectat littus arenas.
Quò ſimul intrauit, manibuſq; obſtantia virgo
Somnia dimouit, veſtis fulgore reluxit
Sacra domus: tardáque deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens,
Summáque percutiens nutanti pectora mento,
Excuſſit tandem ſibi ſe: cubitóque leuatus,
Quid veniat (cognouit enim) ſcitatur. at illa:
SOMNE QVIES RERVM, PLACIDISSIME, SOMNE, DEORVM,
PAX ANIMI, QVEM CVRA FVGIT, QVI CORPORA DVRIS
FESSA MINISTERIIS MVLCES, REPARASQVE LABORI:
Somniaquæ veras æquant imitamine formas,
Herculeam Trachina iube, ſub imagine regis
Alcyonen adeant, ſimulacráque naufraga fingant:
Imperat hoc Iuno poſtquam mandata peregit
Iris, abit: neque enim vlteriùs tolerare ſoporis
Vim poterat: labique vt ſomnum ſenſit in artus,
Effugit, & remeat, per quos modò venerat, arcus.

593. EST PROPE CIMMERIOS L. SPEI. A RECESS. &c.] Somni domicilium ingenioſè admodum, & ad naturam ſomni, dormientiumque accõmodatiſſimè deſcribitur. Abſunt illic omnia, quæ ſoporem turbare & impedire: adſunt contrà omnia, quæ illum conciliare & inducere poſſunt. A Luciano in 2. verar. narrat. Somni ciuitatem, quam ſomnia inhabitent, deſcriptam habemus. Recitat Natal. lib. 3. cap. 14. *Cimmerij*, Scythica gens, haud procul à Boſporo. Iuxta Oceanum eam collocat Homerus Odyſſ. 11. locique naturam ita declarat:

Ἣ δ' ἐς πείραθ' ἵκανε βαθυρρόου ὠκεανοῖο,
Ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε, &c.
Aſt illa Oceani peruenit ſumma profundi.
Illic ſunt populiq́, & mœnia Cimmeriorum,
Nubibus, & cæca aſſiduè caligine tecta:
Illos haud vnquam radiis ſol aſpicit ardens,
Nec quando aſtriferum curru petit arduus axem,
Nec rurſum ad terras magno deuectus olympo:
Sed nox incumbit miſeris mortalibus atra.

Cicero 4. Academ. *Et Cimmeriis quidem, quibus aſpectum ſolis ſiue deus aliquis, ſiue natura ademerat, ſiue eius loci quem incolebant ſitus, ignes tamen aderant, quorum illis vti lumine licebat*, &c. Commodè igitur Naſo prope hanc plagam Somni domum conſtituit. Prouerbium, *Cimmeriæ tenebræ*, de magna obſcuritate aut tenebris denſiſſimis, aut re quapiam magnis difficultatibus impedita, obſtructa, de ſtupore animi, &c. Hieronym. *Rogo, quæ tanta eſt cæcitas, & Cimmeriis, ſicut aiunt, tenebris inuoluta?* Lactant. lib. 4. *O cæcum pectus, ô mentem Cimmeriis, vt aiunt, tenebris atriorem.* De denſis item tenebris prouerbiorum loco dicimus, *tenebræ palpabiles, tenebræ Aegyptiæ*, ex libro Exodi, c. 10. quas cum Cimmeriis cõparat, & quo pacto palpabiles, explicat Delrius noſter Adagial. veter. Teſtam. p. 65. & 66.

A LONGO SPELVNCA RECESSV, MONS CAVVS, &c.] Mons eſt cauus, & in eo ſpelunca longo receſſu. Immò cauum, ſeu cauitas montis illius non eſt aliud, quàm ſpecus longi receſſus.

594. IGNAVI DOM. ET PENET. SOMNI] Rectè, *ignaui Somni*: nam & ignauos facit, & ignauorum eſt proprius, immodicus ille inquam. Quos enim laborare piget, hos tantùm ventri & ſomno ſeruire videas.

595. QVO NVNQVAM RAD. ORIENS] Ex Homero, loco citato, vt & ipſe Virgil. 3. Georg. de frigoribus Scythicis:

Tum ſol pallentes haud vnquam diſcutit herbas:
Nec cùm inuectus equis altum petit æthera, nec cùm
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.

Ergo apud domum Somni cùm nec manè, nec veſperi, nec meridie ſol videatur, nunquam videtur. B

596. NEB. CALIG. MISTÆ EXHAL. HVMO] Quanquam ſatis patet locum eſſe obſcurum, ſiquidem ibi ſemper obductum nubibus cælum, & ſol abſconditus, tamen ex eo magis apparet, quòd illic perpetuæ nebulæ, & caligo, & crepuſculum quoddam, confinium quaſi diei & noctis. Nónne vides quàm opportunum locum huic deo elegerit? Cætera eidem in rem maximè conſideremus.

598. NON VIGIL ALES IBI CRISTATI, &c.] Non reperitur ibi gallus lucis prænuntius, quique cantu ſuo diem prouocat. Suprà de Lucifero: *Qui vocat auroram.* Hoc interpretatur quodammodo Martialis lib. 14.

Surgite, iam vendit pueris ientacula piſtor,
Criſtatæq́; ſonant vndique lucis aues.

Lucret. lib. 4.

Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis,
Auro-

Auroram clara consuetum voce vocare.

Laudatus hanc auem Plin. lib. 10. cap. 21. *Proximè gloriam sentiunt*, inquit, *& hi nostri vigiles nocturni: quos excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; somno natura genuit*, &c. *Nec solis ortum incautis patiuntur obrepere, diemq; venientem nuntiant cantu*, &c. Apud veteres vigiliarum & excubiarum signum *gallus* fuit.

599. NEC VOCE SILENT. RVM. SOLLICIT. CAN.] Latratus canum nocturnos magnum somni impedimentum: tametsi illi, vt ita loquar, animo bono & fideli id faciunt; significantes scilicet dominis suis, & vniuersis ciuibus, se ipsis dormientibus excubias agere, pro salute ipsorum, & in hostes, fures & extraneos superuenientes paratos irruere. Claro etiam die canes generosi quàm mites erga familiares & notos? quàm feroces aduersus ignotos ac peregrinos? Simul ac eos conspexerunt, quamnis nihil ab iisdem perpessi sint mali, statim allatrant, & ad odium satis habent, quod ex domesticis non sint, quorum custodiæ nascuntur, & custodiæ symbolum statuuntur, meritoque à nostro vate *solliciti* appellantur.

600. CANIBVSVE SAGACIOR ANSER] Historiam tangit de Capitolio, anserum clamore seruato, canibus sopitis & tacentibus. Excitati enim anserinis vocibus Romani, Gallos iam murum ascendentes depulerunt. In cuius rei apud posteros memoriam alebantur in Capitolio anseres de publico, & canibus quotannis crura suffringebantur. Liuius lib. 5. Cicero pro Sext. Roscio.

601. NON FERA, NON PECVDES] nec illic vel vlulatus luporum, vel rugitus ceruorum, vel mugitus boum, nec balatus ouium, nec grunnitus porcorum: breuiter, nullius quadrupedis vox audiebatur.

NON MOTI FLAMINE RAMI] Cùm ibi essent pigri campi, vbi nulla arbor æstiua recreabatur aura, & partem illam mundi nebulæ, malusque Iupiter vrgeret, vt de Hyperboreis ad Septentrionem incolentibus loquitur Horatius ode 22. lib. 1. quomodo ventis agitarentur rami, indeque crepitus existeret?

602. HVMANÆVE SON. REDD. CONVIC. LIN.] non resonãt illic conuicia linguæ humanæ. Nulli ibi rixantes, & altercantes, qui solent vocé tollere. Et hactenus quidem de remoris & impedimentis somni, quibus penitus vacat locus ille. Nunc de adiumentis, & adminiculis.

603. MVTA QVIES HABITAT] Necessariò sequebatur, vt remota omni turba ac strepitu relinqueretur summa quies, & silentium. Si *tuta* legas, quadrabit illud Horatij: *Est & fideli tuta silentio merces*, lib. 3. oda 2. v. 25.

SAXO TAM. EXIT AB IMO R. AQVÆ LETHES] è radice montis (saxum enim hîc pro monte, vt alibi) erumpit riuus ex amne Lethæo apud inferos, cui nomen ab obliuione, quòd mortui reddantur immemores omnium.

604. PER QVEM CVM MVRM. LABENS, &c.] Lib. 2.

Nacta nemus gelidum, de quo cum murmure labens
Ibat, & attritas versabat riuus arenas.

Riuuli per lapillos decurrentes, murmure illo, &

A Susurris mirabiliter somnos inducunt. Horatio ode. 2. Epod.

Fontesq; lymphis obstrepunt manantibus,
Somnos quod inuitet leues.

De hoc eodem murmure & Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Nam neque tum pluma, nec stragula picta soporem,
Nec somnus placidæ ducere posses aquæ.

606. ANTE FORES ANT. F. PAPAVERA] Inest vis somnifica in papauere. Quare potissimùm hîc prouenire debuit. Ideo & 4. Fast. apposite Noctem papauere coronat:

Interea placidam redimita papauere frontem
Nox venit, & secum somnia nigra trahit.

Quod ait *fœcunda*, ad granorum quæ continet numerositatem, siue ad copiam seminis referendum est: ob id & ciuitatis, & humani generis

B hieroglyphicum ponitur. Vide Pierij lib. 58. & Cælij Curionis lib. 1.

607. QVAR. DE LACTE SOPOR. NOX LEGIT, &c.] Illæ item herbæ somno gignendo sunt idoneæ, quarum succum lacteum colligens nox, spargit cum per terras, atque ita homines consopit.

608. NOX HVMIDA] Virgil. 2. Æneid. *Et iam nox humida cælo Præcipitat.* Et lib. 3.

Postera iamq; dies primo surgebat Eoo,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram.

Et lib. 4. *Quoties humentibus vmbris Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt.*

609. IANVA NE VERSO STRIDOR. &c.] ne versa in cardine strideat. Nam cardo ipse, in quo hæret ianua, non vertitur. Hypallage. Tibull. eleg. 2. lib. 1.

C *Ianua iam pateat vni mihi victa querelis,*
Nec furtim verso cardine aperta sonet.

610. CVSTOS IN LIMINE NVLLVS] Ianua est pro custodia vt scis. Qui ianua, seu ostio non eget, vt domum suam claudat, quorsum illi custos?

611. AT MED. TORVS E. EBENO SVB. &c.] Lectus somni. Quòd in lecto cubat, hoc ipsum huic deo decorum est: iacent enim sæpiùs, quàm sedent dormientes. Et quòd torus de ebeno, ligno nigro, & hoc decenter. Nam color hic à luce abest plurimùm. Ideo & *pullum tegmen*, & *tenebræ*, quia videntur nigræ, somno conueniunt.

612. PLVMEVS] cùm alioqui à tortis herbis *torus* dicatur.

VNICOLOR] Hoc & quod sequitur *pullo velamine tectus*, ad toral, non ad stragulum, quo o-

D periebatur, licet referre. Est autem *toral* inuolucrum tori, id est, congestæ plumæ, vel herbæ, vel arundinis operimentum, quod & elegantiore stragulo rursus obducebatur conuiuij caussa, aut feriarum. Diximus ad lib. Nasonis 8. ex Turnebo. Commoditas docendi postulat interdum dictorum repetitionem, ad consulendum memoriæ lectorum.

613. MEMBRIS LANGVORE SOLVTIS] 2. de Ponto eleg. 3.

Publica me requies terrarum somnus habebat,
Fusaq; erant toto languida membra toro.

Claudianus in Epithal. *Et membra somno fessa resolueris.* 5. Æneid. *Placida laxarant membra quiete.* Et 12. *Oculos vbi languida pressit Nocte quies,* Lucanus lib. 1.

lib. 1. *Inde ſoporifero ceſſerunt languida ſomno Membra* A *ducis.*

614. VARIAS IMITANT. FORM. Bene *varias*, cùm tres habeat filios Somnus, quorum cuique proprium in formis effingendis ac dormientibus repræſentandis munus, vt audiemus.

615. SOMNIA VANA] Tibull. lib. 3 eleg. 4. *Somnia fallaci ludunt temeraria nocte.*

TOT ID. QVOT MESSIS ARIST. &c.] His & ſimilibus numeri ingentes & innumerabiles exprimuntur. Luſit autem in hoc etiam genere Poëta noſter in libris ſuis. Exempli cauſſa, 4. Faſt.

Meq; tot aduerſis cumulas, quot meſſis ariſtas,
Quotq; fretum piſces, ouaq; piſcis habet:
Quot frutices ſylua, quot flauas Tybris arenas,
Mollia quot Martis gramina campus habet.

618. VESTIS FVLG. RELVX. SACRA DOMVS] De veſte eius multicolore ſuprà. Tenebris igitur illis aduecta ſuo lumen Iris intulit, eaſque B diſcuſſit.

619. TARDAQVE DEVS GRAVIT. IACENT. &c.] Quàm oculis ipſis rem ſubiicit? Quàm vnumquemque noſtrûm in aliena perſona depingit? Quis enim eſt, cui preſſus & iacentes oculus tarda grauitate vix attollere, eos iterum iterumq́ue claudere, & ſummum pectus nutanti mento percutere non contigerit?

622. EXCVSSIT TAND. SIBI SE] 2. Æneid. *Excutior ſomno*. Sed mirè ait, *excuſſit ſibi ſe*. Excutimus aliud à nobis: ſed ſomnus ſomnum excuſſit, ergo ſibi ſe excuſſit, quod abſurdum videtur. Verum tamen eſt, ſi aliter atque aliter vocabulum accipias, & vnum agentem, alium patientem intelligas. Huiuſmodi dicta ἀξύμωρα dicuntur, qualia ſæpiùs iam occurrerunt. C

CVBITOQVE LEVATVS] alioqui nutans caput, & mento ſummum pectus percutiens ſuſtinere non potuiſſet.

623. QVID VENIAT, SCITATVR] voce vtique molli & languida, qualis euigilantium de alto ſomno, & penè adhuc ſtertentium eſſe ſolet. Quid veniat, quare, qua de cauſſa veniat. Sic 1. Æneid. *Quæ fortuna viris, claſſem quo littore linquant, Quid veniant?*

624. SOMNE QVIES RERVM, &c.] Laudes ſomni. Porrò locum hunc in Hercule Furent. Seneca ſic tractauit, quaſi παραφραστικῶς

—— Tuq; ô domitor
Somne laborum, requies animi,
Pars humanæ melior vitæ,
Volucer matris genus Aſtreæ,
Frater duræ languide mortis,
Veris miſcens falſa, futuri
Certus, & idem peſſimus auctor;
Pater ô rerum, portus vitæ,
Lucis requies, noctiſq; comes,
Qui par regi famuloq; venis,
Placidus feſſum leniſq; foues,
Pauidum lethi genus humanum
Cogis longam diſcere mortem.

Stat. 1. Thebaid.

Nox quæ terrarum cæliq; amplexa labores
Ignea multiuago tranſmittis ſidera lapſu,
Indulgens reparare animum, dum proximus ægris
Infundat Titan agiles animantibus ortus.

625. PAX ANIMI, QVEM CVRA FVGIT] Vulnera, vincula, ſeruitus, carceres, morbos, exilia, incõmoda quæuis placidè ferunt dormientes, malorumq́ue omnium obliuiſcuntur omnium ſollicitudines, & curas deponunt omnes; nec eſt vlla medicina melior ac certior, ſi modò diuturnior poſſit eſſe ac perpetua potius. Sed ne tu es qui velint perpetuò dormire, at in Tuſcul. Cicero. Theognidi ſomnus λυσίκακος, Homero Odyſſ. λ. λυσιμελὴς, item λ. ... ᾅμα θυμοῦ, quæ omnia iam dictis reſpondent.

QVI CORP. DVR. F. MINIST. MVL. &c.] Fatigato vel itinere, vel labore aliquo grauiore, ſomnus eſt dulciſſimus, viriumq́ue ad laborem in poſterum refector & inſtaurator optimus. Eccleſiaſtæ cap. 5. *Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire.* Elegantiſſima querimonia eſt Papinij ſuper inſomnia ſua ad Somnũ, cum laudibus eiuſdem, & ſupplici inuocatione, Sylua 4. lib. 5. quam paucis omiſſis huc adnectam:

Crimine quo merui, iuuenis placidiſſime diuûm,
Quóue errore miſer, donis vt ſolus egerem
Somne tuis? tacet omne pecus, volucreſq; feræq;,
Et ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos.
Nec trucibus fluuiis idem ſonus, occidit horror
Æquoris, & terris maria acclinata quieſcunt.
Septima iam rediens Phœbe mihi reſpicit ægras
Stare genas, totidem Oetææ Paphiæq; reuiſunt
Lampades, & toties noſtros Tithonia queſtus
Præterit, & gelido ſpargit miſerata flagello.
Vnde ego ſufficiam? non ſi mihi lumina mille,
Quæ ſacer alterna tantùm ſtatione tenebat
Argus, & haud vnquam vigilabat corpore toto.
Eia veni, nec te totas infundere pennas
Luminibus compello meis. hoc turba precatur
Lætior. extremo me tange cacumine virga.
Sufficit, aut leuiter ſuſpenſo poplite tranſi.

627. QVÆ VERI ÆQVANT IMITA. FORM.] *veros imitantia caſus*, vt ſuprà Iuno præcipiebat. Paulo antè dixit, *varias imitantia formas*, id eſt, vera, & falſa ſomnia. Hìc iubet vera mitti ad Alcyonen, in vrbem Trachinem, ab Hercule conditam, ſimulacrum ſcilicet Ceycis naufragi, vel potiùs naufragij.

630. IMPERAT HÆC IVNO] tanquam Iouis & ſoror & coniux aliquid ſibi ſumit poteſtatis in minutos deos, cui ipſi reuerenter obtemperant, vt Æolus 1. Æneid. & Furiæ apud noſtrum lib. 4.

D 631. NEQVE ENIM VLTER. TOL. SOPOR. &c.] Eodem lepore lib. 8. de nympha, quam Ceres ad Famem mittit cum mandatis:

— Paulumq; morata,
Quanquam aberat longè, quanquam modò venerat illuc,
Viſa tamen ſenſiſſe famem.

633. ET REMEAT, P. QV. VEN. ARCVS] Iris Iouis & Iunonis miniſtra & nuntia, quomodo per arcum verſicolorem in terras deſcendere, ſic per eundem in cælum redire credebatur. Multa ſuper ea diſſeruimus lib. 1. ad illud, *Nuntia Iunonis varios induta colores.*

Tres

Tres filij Somni, Morpheus, Phobetor, Phantaſus, & cuiuſque munus. Primus conſopitæ Alcyonæ Ceycem ſummerſum, & caſum ſuum enarrantem effingit. Illa ſomnians, & vigilans impenſiſſimè luget, viſumq́ue memorat. Atque hîc item, vti ſuprà, vxoris optimæ fideliſſimæq́ue ἦθος καὶ πάθος exprimitur ſollertiſſimè.

AT pater è populo natorum mille ſuorum XII.
Excitat artificem, ſimulatorémque figuræ
Morphea. non illo iuſſos ſollertior alter
Exprimit inceſſus, vultúmque ſonumq́ue loquendi.
Adiicit & veſtes, & conſuetiſſima quæque
Verba: ſed hic ſolos homines imitatur: at alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore ſerpens.
Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus
Nominat. eſt etiam diuerſæ tertius artis
Phantaſos: ille in humum ſaxumq́ue vndámque trabémque
Quæq́ vacant anima, fallaciter omnia tranſit.
Regibus hi, ducibúſque ſuos oſtendere vultus
Nocte ſolent: populos alij plebémque pererrant.
Præterit hos ſenior: cunctiſq́ue è fratribus vnum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita Somnus
Eligit: & rurſus molli languore ſolutus
Depoſuitque caput, ſtratóque recondidit alto.
Ille volat, nullos ſtrepitus facientibus alis
Per tenebras: intráque moram breue tempus in vrbem
Peruenit Æmoniam: poſitiſq́ue è corpore pennis
In faciem Ceycis abit. ſumptáque figura
Luridus, exanimi ſimilis, ſine veſtibus vllis
Coniugis ante torum miſeræ ſtetit. vda videtur
Barba viri, madidiſq́; grauis fluit vnda capillis.
Tum lecto incumbens, fletu ſuper ora profuſo
Hæc ait: Agnoſcis Ceyca, miſerrima coniux?
An mea mutata eſt facies nece? reſpice, noſces,
Inueniéſque tuo pro coniuge coniugis vmbram.
Nil opis Alcyone nobis tua vota tulerunt.
Occidimus. falsò tibi me promittere noli.
Nubibus Ægæo deprendit in æquore nauem
Auſter, & ingenti iactatam flamine ſoluit:
Oráque noſtra tuum fruſtra clamantia nomen
Implerúnt fluctus. non hæc tibi nuntiat auctor
Ambiguus, non iſta vagis rumoribus audis.
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.
Surge age, da lacrymas, lugubriáque indue; nec me

Indeploratum ſub inania tartara mitte.
Adijcit his vocem Morpheus, quam coniugis illa
Crederet eſſe ſui: fletus quoque fundere veros
Viſus erat, geſtumq́; manus Ceycis habebant.
Ingemit Alcyone: lacrymas mouet, atque lacertos
Per ſomnum: corpuſque petens amplectitur auras,
Exclamátque, Mane. quò te rapis? ibimus vnà.
Voce ſua, ſpeciéque viri turbata, ſoporem
Excutit: & primò ſi ſit circumſpicit illic,
Qui modò viſus erat. (nam moti voce miniſtri
Intulerant lumen) poſtquam non inuenit vſquam,
Percutit ora manu, laniátque à pectore veſtes:
Pectoráque ipſa ferit, nec crines ſoluere curans,
Scindit, & altrici, quæ luctus cauſſa roganti,
Nulla eſt Alcyone, nulla eſt, ait: occidit vnà
Cum Ceyce ſuo: ſolantia tollite verba.
Naufragus interiit: vidi, agnouíque manuſque
Ad diſcedentem, cupiens retinere, tetendi:
Vmbra fuit. ſed & vmbra tamen manifeſta, virique
Vera mei: non ille quidem, ſi quæris, habebat
Aſſuetos vultus, nec, quo prius, ore nitebat.
Pallentem, nudúmque, & adhuc humente capillo
Infœlix vidi. ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ipſe loco: & quærit veſtigia, ſi qua ſuperſint.
Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam:
Et, ne me fugiens ventos ſequerere, rogabam:
At certè vellem, quoniam periturus abibas,
Me quoque duxiſſes. fuit ah, fuit vtile, tecum
Ire mihi. neque enim de vitæ tempore quidquam
Non ſimul egiſſem, nec mors diſcreta fuiſſet.
Nunc abſens perij: iactor quoque fluctibus abſens:
Et ſine me te pontus habet. crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago, ſi vitam ducere nitar
Longiùs, & tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neque pugnabo: nec te, miſerande, relinquam:
Et tibi nunc ſaltem veniam comes: inque ſepulchro
Si non vrna, tamen iunget nos littera: ſi non
Oſſibus oſſa meis, at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet: verbóque interuenit omni
Plangor, & attonito gemitus à corde trahuntur.

634. AT PATER E POP. NATOR. MILL.] *Mille* A numerus eſt finitus pro infinito, alioqui tot ſomnia in ea domo iacere affirmabat, quot eſſent ſegetis ariſtæ, ſyluæ frondes, littoris arenæ. Horum omnium pater eſt *Somnus*, ſiquidem per ſomnum generantur. Tres ſunt præcipui, & quaſi magiſtri generales.

635. EXCIT. ARTIF. SIMVLAT. FIGV. MORPHEA] μορφὴ eſt forma, ſeu figura, inde illi nomẽ. Qualem autem figuram ſimulet, mox docet.

637. EXPRIMIT INCESS. VVLTVMQVE SON. &c.] Officium & partes Morphei ſunt, homines & humana dumtaxat; Iceli ſeu Phobetoris, feras & animantes cicures; Phantaſi, inani-

ma

ma ſimulate. Lege Dialogum noſtrum 39. primæ Tertij.

641. HVNC ICELON SVPER. MORT. PHOBET. VVLO.] More Homeri, qui res quaſdam & perſonas aliis vocabulis apud deos, aliis apud homines appellari ſcribit: quaſi alia illorum lingua, alia humana ſit. *Icelos* habet ſignificatum ſimilitudinis: *Phobetor* timoris: terrent enim animalia agreſtia & fera: *Phantaſus* à rerum imagine, ſeu ſpecie concepta vocabulum tenet. De Herſilia coniuge à Romulo iam deo in cælum tranſlata lib. 14.

Hanc manibus notis Romana conditor vrbis
Excipit, & priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat, Oramq́ vocat, quæ nunc dea iuncta Quirino eſt.

Vide ibid. Commentar.

645. REGIBVS HI, DVCIB. S. OSTEND. VVLT. &c.] Hi tres, vt dicebam, primarij ſunt de filiis Somni, atque regibus & principibus ac nobilibus tantummodo ſe exhibent: reliqui per oppida & pagos vagantes noctu, ignobiles, plebeios, opifices, operarios, pueros ac mulierculas implent imaginibus.

648. QVI PERAG. THAVMANTID. EDITA] præcepta ab Iride, Thaumantis filia.

649. ET RVRS. MOLLI LANG. SOLVT. &c.] Ægrè tantiſper ſe cohibuit à ſomno Somnus, dum elegit ad Iunonis iuſſa exequenda Morpheum, & quò iret, quid ageret, paucis edixit. Mox in ſoporem relabitur. Decorè. Nam quis, amabo, ſomniculoſior iure ſit ipſo Somno?

651. ILLE VOLAT, NVLL. STREP. F. ALIS] Alas Somno dat Tibull. lib. 2. eleg. 1.

Ludite: iam nox iungit equos, currumq́ ſequuntur
Matris laſciuo ſidera fulua choro.
Poſtq́ venit tacitus fuſcis circundatus alis
Somnus, & incerto ſomnia nigra pede.

Euripid. Hecuba etiam ſomniis:

— ὦ πότνια χθών,
Μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων.
— ô ſacra tellus,
Gignens atris ſomnia pennis.

Quòd autē nullo alarū ſtrepitu volat Morpheus, quod nulla auis facit, etiam in hoc Somni natura ſeruatur, nec minutum ſtrepitum ſuſtinentis.

652. IN VRBEM ÆMONIAM] Theſſalicam. *Trachin* quippe in Theſſalia.

654. IN FACIEM CEYCIS ABIT] ſacie Ceycem reddit, imitatur.

SVMPTAQVE FIGVRA LVRIOVS, &c.] Hoc ad faciem, & reliquum corpus Ceycis pertinet, cui ſimile effinxit Morpheus, ſed luridum, nudum, velut mortuum.

656. VDA VIDET. BARBA VIRI, MADIDISQVE GRAVIS, &c.] Lib. 2. de Noto: *Barba grauis nimbis, canis fluit vnda capillis.*

658. TVM LECTO INCVMBENS, &c.] Super iacentem in lecto ſe acclinans, lacrymis eam perfudit, inſtitque ſe conſiderari & agnoſci.

660. AN MEA MVTAT. E. FACIES NECE?] nuntiat ei ſimul mortem ſuam, de qua mox apertiùs & fuſiùs.

662. NIL OPIS A. N. T. VOTA TVLER.] Deos omnes, in primiſque Iunonem fruſtra pro ſalute mea coluiſti.

663. FALSO TIBI ME PROMITT. NOLI]. noli incaſſum ſperare noſtrum reditum.

664. NVBIBVS ÆGÆO DEPRENS. IN ÆQ. &c.] Venti congregatis nubibus, & immani procella concitata, nauem in Ægæo mari, quod nauigabam, diſſolnerunt. Obrutus ſum aquis, cùm nomen tuum in extremo illo ſpiritu frequenter appellarem. Vide ſuperiora. Vnum Auſtrum loco omnium nominat. Manifeſtè enim ſupra Boream valentiùs ſpiraſſe dicit, & verſu deinceps vndecimo, *Bella gerunt venti.*

667. NON HÆC T. NVNT. AVCTOR AMBIG. &c.] Suprà aiebat, non ſe verum ipſius coniugem, ſed vmbram eſſe coniugis: nunc tamen ſe præſentem hæc narrare ait. Sed hoc de vera imagine accipere debemus. Ita non adeſt Ceyx, & adeſt. Non adeſt per verum ac viuum corpus, nec enim poteſt. Adeſt per veram ſimilitudinem, & figuram ſuam, quam Morpheus effingit, & eius perſonam velut hiſtrio in theatro agit.

670. SVRGE AGE, DA LACRYMAS, &c.] Duo petit ab ea, fletum, & veſtem lugubrem. Lugeri vult. Sed hoc eſt equum in planitiem, iuxta prouerbium. Vidiſti quid egerit, cùm timeret tantùm ne eueniret quod euenit: quid nunc faciet poſtquam euenit?

NEC ME INDEPLOR. &c.] Vt ſepeliri, ita defleri eſt in iuſtis, quæ requirunt agentes animam, tumulum & lacrymas. Has nec Solon ſapiens ſpreuit.

671. AD INANIA TARTARA] nam vt eſt lib. 4. illic *Errant exangues ſine corpore & oſſibus vmbræ.* Cùm ergo ſolidum ibi nihil ſit, ſed tantùm imagines corporum, meritò *inania* vocantur. Locus quippe non occupatur ab illis. Claudianus 1. de Raptu: *Dij quibus in numerum vacui famulantur Auerni Vulgus iners.*

672. ADIICIT HIS VOCEM MORPHEVS, &c.] Recenſet plura, quibus perſuadebatur Alcyonæ, videre & audire ſe Ceycem ipſum; vocis ſonum, fletum, geſtum.

675. INGEMIT ALCYONE] Audiſti quid Ceyx aſſimulatus fecerit. Audi iam quid Alcyone ad hæc, partim in ſomno ipſo, partim ſoluta ſomno. Ingemit in quiete illa inquieta: & hoc velut procemium eſt huius tragœdiæ: plorat, brachia iactat, amplexum petit, exclamat.

676. CORPVSQ. PETENS AMPLECT. AVRAS] Lib. antegreſſo de Orpheo, vxore ad inferos in aſcenſu relabente:

Brachiaq́ intendens, prendiq́ & prendere captans,
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.

Non admodum diſcrepante ſententia 2. Æneid. Æneas de Creuſa ſua, quæ iam è viuis exceſſerat, & ſe in via in dolo eidem obtulerat:

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago,
Par leuibus ventis, volucriq́ ſimillima ſomno.

677. MANE, QVO TE RAPIS?] Ab amplexu, quem ferebat Alcyone, ipſa de ſe ſomnians, refugiebat raptim Pſeudoceyx.

IBIMVS VNA] tecum eſſe volo, vbicunque es. Horatius ode 17. lib. 2. *Ibimus, ibimus, vtcunque præcedes.*

678. VOCE SVA, SPECIEQVE V. TVRB. SOP. EXCVTIT] Ita fit ſæpe, vt quippiam aut terribile, aut ingratum per ſomnum videntea,

vociferemur, & eo clamore ſoporem nobis excutiamus. Cogit nos etiam expergeſieri interdum subidius viſum aliquod, quanquam non clamantes. Hic vtrumque factum.

679. Et primo si sit circvmsp. &c.] Nihil habuit prius, vbi euigilauit, quàm circumferre per cubiculum oculos, & requirere, quem dormiens viderat, non cogitans, fuiſſe merum ſomnium.

680. Nam moti voce min. intvi. lvm.] Ne quis obijciat, in tenebris circumſpicere non potuiſſe.

682. Percvt. ora manv, &c.] Ea fecit, quæ vehementiſſimè dolentes & lugentes ſolent, quorum exempla etiam in hoc opere leguntur.

683. Nec crin. solv. cvr. scind.] Et ſoluere, & ſolutos laniare crines rebus aduerſis ſolebant. Alcyone quamuis adhuc compoſitos, & colligatos vellit. Virgil. 12.

Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos,
Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis.

684. Et altrici, qvæ lvct. cavss. rog.] Nobilibus & principibus fœminis ſolent poëtæ nutrices adiungere, quarum conſiliis & auxiliis vtantur in omnibus; ſiquidem ab ipſis, tanquam à matribus diliguntur, & viciſſim eas tanquam filiæ diligunt ac reuerentur.

685. Nvlla est Alcyon. n. est occid. &c.] An non animaduertis in his Plautum & Terentium Comicos? Crebræ ſunt apud illos in rebus afflictis & deſperatis huiuſmodi voces; *nullus ſum, perij, occidi, interij*. In Caſina: *Occiſiſſimus ſum omnium qui viuunt*.

686. Solantia tollite verba] Quemadmodũ violentia morbi interdum omnem medicinam; ita magnitudo calamitatis aliquando omne ſolatium reſpuit ac refugit.

687. Navfragvs interiit, &c.] Etſi ſolatium à nutrice auerſatur, narrat tamẽ ei cauſſam luctus ſui, naufragium ſcilicet mariti, quod ex veriſſima eius imagine, ſibi in quiete viſa cognouerit.

690. Non ille q. hab. assvetos vvltvs, &c.] Faciem habebat eandem, ſed non vultum & colorem. Erat enim antea vultu hilari, & colore nitido: nunc mœſtus, pallidus, exanimi ſimilis, & nudis membris.

693. Stetit hoc miserab. ipso ecce loco] δεικτικῶς, digitum enim, vel manum eòdem intendit.

694. Et qvær. vest. siqva svpereint] Ad qualecunque ſolatium quærit, ſi vel capillus barbæ, aut capitis, vel humoris, qui ab vtriſque de-

A fluebat, ſignum in pauimento ſuperſit.

695. Hoc erat, hoc animo, &c.] ἀποστροφὴ ad mortuum. Diuinæ preces meæ, vt domi maneſes, fuerũt diuinationes. Præſagiebat mihi animus hoc mali. Eadem pronominis huius geminatio 12. Æneid. *Hoc erat, hoc, inquit, votis quod ſæpe petiui*.

696. Ne me fvgiens] quoniam ab inuita diſcedere, erat quodammodo fugere.

Ventos seqverere] Qui nauigant, in arbitrio ventorum ſunt, cui arbitrio ne ſe committeret, tam impensè orabat Alcyone. Hoc igitur volt: alioqui te ipſa venti potiùs ſequuntur nauigantes. 3. Æneid. *Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes*. Noſter lib. ſequenti, *Accipiunt ventos à tergo mille carinæ*.

697. At certe vellem, qvon. perstvr. &c.] quia vitam ſine ipſo miſeram & acer-
B bam ſenſura ſit, optat ſimul abiiſſe, vt reliquum vitæ cum ipſo ageret, & morte ſimul, eademq́ue morte interiret.

701. Nvnc absens perii, iactor qvoqve, &c.] Quia in te vixi, in corpore ſcilicet tuo, in te quoque, etſi non tecum, perij. Et nunc in te fluctibus iactor quamuis abſens, corpore quidem, non animo. Et habet te (quod doleo) pontus ſine me, ſine corpore meo.

702. Et sine me te pont. hab.] Lib. 1. Deucalion Pyrrhæ:

Namque ego (crede mihi) ſi te quoque pontus haberet,
Te ſequerer, coniux, & me quoque pontus haberet.

Crvdel. ipso erit mihi mens pelag.] crudele fuit in me pelagus, cùm te mihi eripuit. Sed mens mea multo crudelior erit, ſi mihi perſuaſerit, vt tibi diutiùs ſupereſſe velim & contendam in tanto dolore.

C 705. Sed neqve pvgnabo, nec te, &c.] De vita diutiùs propaganda non ero ſollicita, nec te ſolum relinquam mortuum.

706. Et tibi nvnc salt. veni. comes] quandoquidem nuper, cùm interires in aquis, non potui tecum interire, & tibi commori, ſaltem nunc moriar, & veniam tibi ſocia.

Inqve sepvlchro si non vrna, &c.] Inſcribetur ſepulchro meo nomen meum, & dicar coniux Ceycis. Ita quamuis nec cineres mei cum tuis in eadem vrna, nec oſſa cum oſſibus miſcebuntur; tamen nomine meo tuum contingam. Relige ſcripta à nobis lib. 8. in fab. Philemonis & Baucidis, ad illud: *Et quoniam concordes egimus annos, Auferat hora duos eadem*.

709. Plvra dolor prohib. &c.] non queo plura præ dolore, & ſingula verba præpediunt lacrymæ & gemitus.

Egreſſa ad littus Alcyone, exanime corpus naufragi ad ſe propiùs delatum agnoſcit. Quid ibi ex dolore non facit? In mare demum inſiliens fit auis, ſub ſuo nomine. Eiuſdem generis fit etiam Ceyx. Diebus ſeptem per brumam ouis

incu-

incubant in littore: quo tempore ſumma eſt maris tranquillitas.

M*ANE erat: egreditur tectis ad littus, & illum* XIII.
Mæſta locum repetit, de quo ſpectarat euntem.
Dumque moratur ibi, dumque hinc retinacula ſoluit,
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore, dicit.
Dumque notata oculis reminiſcitur acta, fretúmque
Proſpicit: in liquida, ſpatio diſtante, tuetur
Neſcio quid, quaſi corpus, aqua, primóque, quid illud
Eſſet, erat dubium. Poſtquam paulùm appulit vnda,
Et quamuis aberat, corpus tamen eſſe liquebat.
Quis foret, ignorans, quia naufragus, omine mota eſt:
Et tanquam ignoto lacrymas daret, Heu miſer, inquit,
Quiſquis es, & ſi qua eſt coniux tibi. fluctibus actum
Fit propius corpus: quod quo magis illa tuetur,
Hoc minus & minus eſt mentis, iam iamque propinquæ
Admotum terræ, Iam quod cognoſcere poſſet,
Cernit. erat coniux. ille eſt, exclamat, & vnà
Ora, comas, veſtem lacerat: tendénſque trementes
Ad Ceyca manus: Sic, ô cariſſime coniux,
Sic ad me, miſerande, redis? ait. adiacet vndis
Facta manu moles, quæ primas æquoris vndas
Frangit, & incurſu quæ prædelaſſat aquarum.
Inſilit huc, mirumq́; fuit potuiſſe: volabat:
Percutiénſque leuem modò natis aëra pennis,
Stringebat ſummas ales miſerabilis vndas.
Dumq́; volat, mæſto ſimilem, plenumq́; querelæ
Ora dedêre ſonum, tenui crepitantia roſtro.
Vt verò tetigit mutum, & ſine ſanguine corpus,
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequidquam duro dedit oſcula roſtro:
Senſerit hoc Ceyx, an vultum motibus vndæ
Tollere ſit viſus, populus dubitabat. at ille
Senſerat: & tandem ſuperis miſerantibus, ambo
Alite mutantur: fatis obnoxius iiſdem
Tunc quoque manſit amor, nec coniugiale ſolutum eſt
Fœdus in alitibus: coëunt, fiuntq́; parentes,
Pérque dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis:
Tum via tuta maris: ventos cuſtodit, & arcet
Æolus egreſſu: præſtátque nepotibus æquor.

711. EGREDIT. TECT. AD LITTVS] Si fortè A conſpicere poſſet fluctibus ad Trachinienſe litus delatum corpus, & illud ſepelire, ne piſcibus in eſcam cederet.

ET ILL. LOCVM REPET. DE QVO, &c.] Locus enim ille dolorem eius ex renouata dictorum ibidem factorumque memoria aucturus erat; & miſeræ mulieri quamplurimùm dolere voluptati erat.

713. DVMQ. MORAT. IBI, DVMQ. HINC, &c.] Dixit ibi hæc verba Alcyone: Dum moratur, ſubaudi hîc, meus Ceyx: dumque hinc retinacula ſol-

ſoluit: dum hinc abnauigat, ſolutis funibus, quibus ad littus religatur nauis. A

715. DVMQVE NOTATA OCVLIS REMINISC. ACTA, &c.] Vide ſuperiora. Dum recordatur acta loco illo, quæ oculis viderat, & longius in mare proſpicit.

717. QVASI CORPVS] *humanum* ſubaudi. Nam quin abſolutè corpus phyſicum eſſet, dubitare non poterat, alioqui nihil vidiſſet.

720. QVIS FORET IGNORANS] cùm neſciret cuius corpus eſſet.

QVIA NAVFRAGVS, OMINE MOTA EST] naufragi corpus videbat eſſe, & habebat aliquid ominis res iſta. Illacrymans hominem miſerata eſt; ſed vt ignotum adhuc.

723. QVOD QVO MAGIS ILLA TVETVR] quò diligentiùs inſpicit, & conſiderat. *Tueri* pro intueri, cernere, conſpicere, frequens verbum Lucretio. Semel & iterum etiam in tertia coniugatione, à *tuor*. Vt lib. 1. *Nec calidos æſtus tuimur, nec frigora quimus Vſurpare oculis*. Et lib. 4. *Cùm tuimur miſceri abſinthia*.

724. Hoc MINVS AT MINVS EST MENTIS] minus minuſque apud ſe eſt. Magis & magis de poteſtate decedit.

725. IAM QVOD COGNOSCERE POSSET] quoniam ante pedes.

726. ILLE EST, EXCLAM. ET VNA ORA, &c.] Horum omnium magiſter & admonitor fuit dolor inconſolabilis.

729. ADIACET VNDIS FACTA M. MOLES, &c.] Ad frangendum impetum aquarum ante littus, ſiue ante portum, murus erat extructus, in quem inſiluit Alcyone; quanquam in eum volauit potiùs, momento temporis in auem tranſlata, Inde quoque, alis recentibus vndas ſuperuolitare cœpit, vt eas ſtringeret.

735. MOESTO SIMILEM, PLENVMQ. QVERELÆ, &c.] Quaſi etiamnum lugeret Ceycem ſuum, ſicut Philomela Ityn.

737. MVTVM, ET SINE SANG. CORP.] inſediſſe aliquandiu cadaueri, eidemque oſcula roſtro impreſſiſſe ſignificat, & indulget phantaſiæ.

742. AMBO ALITE MVTANTVR] [illegible] Ceyx mutatur, nam Alcyone iam mutata erat, vocanturque *Alcyones*, à quibuſdam *Halcy*[illegible] cum aſpiratione, à Latinis *Halcedones*, vt eſt apud Varron. de Ling Lat. lib. 5.

743. FATIS OBN. X. TVNC. MANSIT AMOR] eodem amore, quaſi fatali, quo antea, cùm eſſent homines, ſe dilexerunt.

744. NEC CONIVGIAL. SOLVT. FOED. IN ALITES.] Manſerunt coniuges etiam facti aues. Sic autem feruntur tueri iura coniugij, tamque ardenter amare inter ſe, vt altero mortuo ſimul alter occidat.

746. PER QVOS DIES PLACID. H. T. SEPT.] B Plaut. Pœnulo:

Iam hercle tu periſti, niſi illum mihi tranquillum facis,
Quàm mare eſt olim, dum ibi alcedo pullos educat ſuos.

Et Caſina: *Tranquillum eſt, Alcedonia ſunt in foro.* Vbi prouerbij ſpeciem habet. Illuſtrando huic loco adſcribemus verba Plinij ex lib. 10. c. 32. *Halcyon paulo amplior eſt paſſere, colore cyaneo ex parte maiore, tantùm purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili & procero. Ea fœtificat bruma, qui dies halcyonides vocantur. Neque apparent niſi mari tranquillo, maximè Siculo. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt. Hi dies & nautis ſunt noti. Nam in his diebus tempeſtatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari; nidi pilæ figura, paulum eminenti ore perquam anguſto, grandium ſpongiarum* C *ſimilitudine, ex ſpinis aculeatis compacti, tanta duritie, vt ferro incidi nequeant. Franguntur ictu valido, vt ſpuma arida maris.* De mirabili *Alcyonum* ſollertia in componendo nido etiam Plutarch. Commétar. de Amore parent. erga liberos, haud procul ab initio. Vide & Lucianum dialog. Tom. 1. in Matinis, Ariſtotel. lib. 5. hiſt. animal. cap. 8. eundemque Plutarchum lib. Quę animalia magis ratione vtantur.

749. PRÆSTATQVE NEPOTIBVS ÆQVOR] Pullos Alcyonum vocat *nepotes Aeoli*, nam Alcyone eius filia. Itaque pariendis, ſeu excludendis hiſce pullis propter conſanguinitatem rex ventorum mare placatum præbet.

Æſacus Priamo & Alixothoë nympha genitus, auerſantem ſe, & fugientem Eperien nympham inſequitur. Quæ à colubro pedem morſa extinguitur. Ille dum ſe è ſcopulo, facti pœnitens agit, à Thety in mergum conuertitur. Et quoniam, quod conabatur, ſe mergere ſemel, ac perdere non eſt permiſſus, hinc, quaſi inuitus viuat, identidem ſe mergit. Proponitur exemplum laſciuiæ, & pudicitiæ. Illud fuge, hoc imitare vir in fœmina, & ab inſidijs caue mulierum.

XIV. *HOs aliquis ſenior circum freta lata volantes*
Spectat, & ad finem ſeruatos laudat amores.
Proximus, aut idem, ſi fors tulit, hic quoque dixit,
Quem mare carpentem, ſubſtrictaque crura gerentem
Aſpicis (oſtendens ſpatioſum in guttura mergum)
Regia progenies: &, ſi deſcendere ad ipſum

Ordine

Ordine perpetuo quæris, ſunt huius origo
Ilus, & Aſſaracus, raptuſque Ioui Ganymedes,
Laomedónque ſenex, Priamuſq; nouiſſima Troiæ
Tempora ſortitus: frater fuit Hectoris iſte:
Qui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta,
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis.
Æſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida
Fertur Alixothoë gracili tonata bicorni.
Oderat hic urbes, nitidáque remotus ab aula
Secretos montes, & inambitioſa colebat
Rura, nec Iliacos cœtus, niſi rarus, adibat.
Non agreſte tamen, nec inexpugnabile amori
Pectus habens, ſyluas captatam ſæpe per omnes
Aſpicit Eperien patria Cebrenida ripa,
Iniectos humeris ſiccantem ſole capillos.
Viſa fugit nymphe, ueluti perterrita fuluum
Cerua lupum, longéque lacu deprenſa relicto
Accipitrem fluuialis anas quam Troïus heros
Inſequitur: celerémque metu celer urget amore.
Ecce latens herba coluber, fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit, uiruſque in corpore liquit.
Cum uita ſuppreſſa fuga eſt. amplectitur amens
Exanimem: clamátque, Piget, piget eſſe ſecutum.
Sed non hoc timui, nec erat mihi uincere tanti.
Perdidimus miſeram nos te duo. uulnus ab angue,
A me cauſſa data eſt. ego ſum ſceleratior illo,
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam.
Dixit: & è ſcopulo quem rauca ſubederat unda,
Decidit in pontum Thetys miſerata cadentem
Molliter excepit, nantémque per æquora pennis
Texit: & optatæ non eſt data copia mortis.
Indignatur amans ſe inuitum uiuere cogi,
Obſtarique animæ miſera de ſede uolenti
Exire. utque nouas humeris aſſumpſerat alas,
Subuolat: atque iterum corpus ſuper æquora mittit.
Pluma leuat caſus: furit Aeſacus, inque profundum
Pronus abit, lethique uiam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem: longa internodia crurum,
Longa manet ceruix: caput eſt à corpore longè.
Æquor amat, noménque manet, quia mergitur illo.

750. HOS ALIQV. SENIOR CIRCVM, &c.] Meliùs, quã ſi iuuenẽ laudatorẽ huius cõſtantiæ in amore coniugali induxiſſet. Hos, nepotes Æoli intellige, alcyonũ primigeniatũ pullos. Quos circumuolantes dum vident viri ſenes, recordati parentũ ipſorum primorum, laudant eos ob ſeruatos ad extremum & mortem vſque amores. Si ad Alcyonen & Ceycem mutatos re- A feras, legendum erit *has*, non enim dicimus, hi, ſed hæ alcyones. Nos imus in priorem ſentẽtiam.

751. AD FINEM SERVAT. AMORES] ad finem humanæ vitæ: nunc enim degebant ipſæ, earumque poſteri volucrum vitam. Et latenter notat coniugum diſſidia.

752. PROX. AVT IDEM, SI FORS TVLIT, &c.] Aſtans huic ſeni, aut fortiſan ipſemet quoque occaſione

caſione huius conuetſionis in aues duorum con- A
iugum, narrauit mutationem Æſaci in mergum.

753. Qvam mare carpent.] mare toties repetentem, vt ſe mergat, vnde & nomen accepit, à crebritate videlicet mergendi.

Svbstrictaqve crvra derent.] tenuis, gracilia, exilia.

754. Spatiosvm in gvttvra merdvm] grandi guttute præditum.

755. Et si dascand. ad ipsvm ordin. p. qværa. &c.] ſi noſſe vis ſeriem generis à prima origine, & antiqniſſimis parentibus, deſcendit ab Ilo, Aſſaraco, Ganymede, Laomedonte, Priamo, ſub quo Troia in hoſtium Græcorum poteſtatem redacta eſt.

759. Frater pvit Hect. iste] ſed non B
vterinus. Eſſe autem fratrem Hectoris, clariſſimi dncis, ingens honos.

760. Qvi nisi sensiss. prima, &c.] niſi ei contigiſſet adoleſcenti, quod contigit, vt figuram humanam amitteret, fortaſſe laudibus rei bellicæ æquaſſet ipſum Hectorem; tanta in eo apparebat indoles militaris.

762. Qvamvis e. illvm proles enia. Dymant.] Quamuis Hector matrem regij ſanguinis habnerit. Dymantis filiam facit Homerus, Euripides verò in Hecuba Tragœdia (cui ipſa nomen dat, vt primarum partium perſona) Ciſſei regis Thracum. Virgilius quoque ſecutus, opinor, Euripidem, lib. 7. *Nec face tantum, Ciſſeis prægnans ignes enixa iugales.* Ea Hecuba liberos 17. Priamum ſuſtuliſſe auctor Cicero Tuſculan. 1. reliquos ex C
concubinis. Genuit autem numero 50. quod teſtatur Virgil. 2. Æneid. *Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum.*

763. Fvrtim peperisse] ex furto, id eſt, non legitima Venere conceptum. Tales quippe *σκοτίους* poëtæ appellant *Furta.*

764. Gracili conata bicorni] pariendo nitens ruſtico & bicorni inſtrumento, ſiue id furca, ſiue aliud quippiam fuit. lib. 8. *Furca leuat illa bicorni Sordida terga ſuis.*

765. Oderat hic vrbes] frequentiam hominum ſugiebat, locis ſolis, montibus, agris, ſyluis delectabatur.

Nitidaqve remot. ab avla] quamuis patrem haberet regem, & iure ſuo poſſet in aula habitare etiam.

767. Nec Iliacos coet. nisi rarvs D
adiz.] Veniebat in vrbem, ſed rarò, neceſſitate aliqua compulſus magis, quàm curioſitate pellectus.

768. Non agreste tamen, nec inexpvg. &c.] erat ingenio ab amoribus non abhorrenti.

770. Aspicit Eperien patria, &c.] Cebreno fluuio natam Eperien deperibat.

772. Visa fvgit nymphe] vt Daphne Phœbũ; vt Syrinx Panem; vt Arethuſa Alpheum, & aliæ alios tum deos, tum homines, nolentes eorum ſeruire libidini, præ amore pudicitiæ.

Velvti perterrita fvlvvm cerva lvp.] Lib. 1. Phœbus Daphnen fugientem *agnæ, ceruæ, columbæ* comparat, & ſe ab ea quaſi pro lupo, leone, aquila haberi queritur.

Nympha mane: ſic agna lupum, ſic cerua leonem.
Sic aquilam fugiunt penna trepidante columbæ.

773. Longeqve lacv depren. rel. accipit. plvvial. an.] *Anatum* duo ſunt genera, cicur, & ferum, de poſteriore capiendum videtur quod dixit. Et hîc quidem accipitrem cum anate coniungit: cum columba 1. Triſt. eleg. 1. quin & hoc ipſo libro, vbi eius metamorphoſin Ceyx Peleo commemorat: *Quæ nunc Thisbaas agitat mutata columbas.*

775. Celeramqve metv celer vrget amore] vterque celer, ſed ea cauſa diſſimili. Ea honeſta virgo, ea turpi Æſacus. Huic celeritatem dabat amor, illi metus: & hic pedibus prædam, illa ſalutem petebat.

776. Ecce latens herba colvber, &c.] Virgil. eclog. 3. *Latet anguis in herba.* Sic & Eurydice occubuit ſerpentis morſu ſcilicet, lib. 10.

—— Nam nupta per herbas
Dum noua Naiadum turba comitante vagatur,
Occidit, in talos ſerpentis dente recepto.

Nota porrò ex Lud. Cerdio. Si quidem velis à vitio luxuriæ, à ludo, ab ebrietate, aliiſque animorũ peſtibus deterrere, dices Prouerbiali ſchemate, *Latet anguis in herba: vipera eſt in vepecula: latet ſub lapide ſcorpius: ſerpentes ſe in arctum contrahunt: latent dracones ſub ouium pelle: tribuli ſunt inter herbas: venenum ſub melle latet.*

779. Piget, piget esse secvtvm] Dolet de temeritate ſua vehementer, & culpam confitetur; vt poteſt ſe purgat, non putaſſe hoc futurum: ſi putaſſet, minimè inſecuturum, & gaudio iſto cariturum fuiſſe.

782. Ego svm sceleratior illo] Diſce hinc, videri interdum maius peccatum iubentis, permittentis, ſuadentis, diſſimulantis, adiuuantis, quàm perpetrantis.

783. Qvi tibi morte mea m. solat. mitt.] mortuam te conſolabor morte, quam pro pœna huius ſceleris mei mihi ipſi mer afferam.

784. E scopvlo, qvem ravca svbederat vnda] quem ſubtus aquæ cauauerant & exederant. Lib. 4. *Imminet æquoribus ſcopulus, pars ima cauatur Fluctibus.*

785. Thetys miserat. cadent. &c.] Beneficium Thetys, quamuis in nolentem.

789. Misera de sede volent. exire] Corpus noſtrum vocarunt Græci *Δέμας* à *δέω vincio*, quòd in eo anima præter naturam vincta, ſeu ligata teneretur. Animi pondus, & pœnam eſſe ait Seneca epiſt. 65. non eſſe domum, ſed hoſpitium, & quidem breue hoſpitium, epiſt. 120. Et in Conſolat. ad Heluiam ca. 11. *Corpuſculum hoc cuſtodia & vinculum animi, huc atque illuc iactatur: in hoc ſupplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. Animus quidem ipſe ſacer & æternus eſt, & cui non poſſunt inici manus.* Plato verò *σῶμα σῆμα* in Cratylo indigitat.

792. Plvma levat casvs] pluma eum ſuſtentat.

794. Fecit amor maciem, &c.] Mergi natura, & forma corporis. De tauro ſuo ob eandem cauſam maceſcente Damœtas eclog. 3.

Eheu, quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo:
Idem amor exitium eſt pecori, pecoriſq; magiſtro.

ELECTO-

ELECTORVM
LIBER DVODECIMVS.

Æſacum Priamus pater luget cum filijs, abſente Paride, per raptum Helenes belli decennalis auctore. Græci mille nauibus Troiam petunt, ventóque aduerſo in Aulide, portu Bœotiæ, Diana Agamemnoni, totius claſſis ſummo duci ſuccenſente, detinentur. Portentum de dracone, octo paſſeres cum matre deuorante Calchas interpretatur, & deæ propitiandæ filiam Agamemnonis Iphigeniam immolandam denuntiat. Inter preces, rituſque ſacrificos, obiecta nube, & cerua ſuppoſita in Tauros rapitur. Naues ſecundis flatibus Troiam deferuntur.

SECTIO I.

NEscivs aſſumptis Priamus pater Æſacon alis
Viuere, lugebat: tumulo quoque nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
Defuit officio Paridis præſentia triſti:
Poſtmodo qui rapta longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam, coniuratæque ſequuntur
Mille rates, gentiſque ſimul commune Pelaſgæ.
Nec dilata foret vindicta, niſi æquora ſæui
Inuia feciſſent venti, Bœotaque tellus
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.
Hic patrio de more Ioui cùm ſacra paraſſent,
Vt vetus accenſis incanduit ignibus ara;
Serpere cæruleum Danai videre draconem
In platanum, cœptis quæ ſtabat proxima ſacris.
Nidus erat volucrum bis quattuor arbore ſumma,
Quas, ſimul & matrem, circum ſua damna volantem
Corripuit ſerpens, auidáque recondidit aluo.
Obſtupuere omnes. at veri prouidus augur
Theſtorides, Vincemus, ait, gaudete Pelaſgi.
Troia cadet: ſed erit noſtri mora longa laboris.
Atque nouem volucres in belli digerit annos.
Ille vt erat virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis, & ſeruat ſerpentis imagine ſaxum.

Permanet Aonijs Nereus violentus in vndis,
Belláque non transfert: & ſunt, qui parcere Troiæ
Neptunum credant, quia mœnia fecerat vrbis.
At non Theſtorides: neque enim neſcítve, tacétve
Sanguine virgineo placandam virginis iram
Eſſe deæ. poſtquam pietatem publica cauſſa,
Réxque patrem vicit, caſtúmque datura cruorem
Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris:
Victa dea eſt, nubémque oculis obiecit, & inter
Officium turbámque ſacri, vocéſque precantûm
Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cerua.
Ergo vbi, qua decuit, lenita eſt cæde Diana;
Et pariter Phœbes, pariter maris ira receſſit;
Accipiunt ventos à tergo mille carinæ,
Multáque perpeſſæ, Phrygia potiuntur arena.

1. NESCSVS ASSVMPT. PRIAM. &c.] Ignarus Priamus, Æſacum filium ſuum in anem mergum conuerſum, & adhuc ſupereſſe, pro mortuo lugebat. Idem faciebat Hector cum fratribus, & inſuper cenotaphio excitato, inferias perſoluebat.

2. TVMVLO QVOQ. NOMEN HABENTS] Libro ſuperiore, vbi Alcyone diſſuadet viro ſuo nauigationem: *Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.* Ad quem verſum docui, conſueſſe veteres, quorum corpora, ſeu oſſa haberi nequibant, ijs tumulum vacuum conſtruere. Cauſſam adiunxi. Nunc amplius dico, ſolitos eorum manibus ſuper eo dare inferias, & iuſta ſoluere. Prǽterea defuncti nomen,
B ſeu verba iſta, HIC SITVS EST N. pro epitaphio inſcribere: perinde, vt ſi ibidem legitimè conditus foret, & in diſceſſu alta voce defunctum inclamare. Exemplum inſigne ſuppeditat Virgil. lib. 6. vbi Æneas apud inferos Deiphobum compellans, & miſerans addit:

Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
Conſtitui, & magna manes ter voce vocaui.
Nomen, & arma locum ſeruant: te, amice, nequiui
Conſpicere, & patria decedens ponere terra.

3. INFERIAS DEDERAT INANES] Ab inferendo *inferia*, quòd ſepulchris inferebantur, Græcis χοαὶ à fundendo: lac enim, mel, aquam, vinum effundebant. Flores quoq; aſpergebant. In inferiis item nonnunquam comburebant quæ mortuis grata
C fuiſſent, & mactabant hoſtias. Adi Turnebum lib. 4. cap. 22. & libr. 23. c. 28. De tumulo, & inferiis Polydoro Priami filio in Thracia ſolutis à Troianis, Virgil. lib. 3.

Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus: ſtant manibus aræ
Cæruleis mœſtæ vittis, atráq; cupreſſo:
Et circùm Iliades crinem de more ſolutæ.
Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras, animamq; ſepulchro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

Inanes vocat huiuſcemodi *inferias* Ouid. quoniam talibus officiis & donis, qui deſiderantur mortui, in vitam reduci non poſſunt. Anchiſes in 6. cùm
A deplorat mortem Marcelli iuuenis, filii Octauiæ, ſororis Auguſti:

——— Manibus date lilia plenis.
Purpureos ſpargam flores, animamq; nepotis
His ſaltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

Fratrem Catullus amiſerat. Is tumulatus erat in Troiano littore. Eò ex Italia veniens, eius manibus iuſta reddidit, quod hoc carmine teſtatur:

Multas per gentes, & multa per æquora vectus,
Aduenio has miſeras, frater, ad inferias:
Vt te poſtremo donarem munere mortis:
Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.
Quandoquidem fortuna mihi tete abſtulit ipſum.
Heu miſer indignè, frater, adempte mihi.
Nunc tamen interea priſco quæ more parentum
Tradita ſunt triſtes munera ad exequias,
Accipe, fraterno multum manantia fletu,
Atque in perpetuum frater aue, atque vale.

4. DEFVIT OFFIC. PARID. PRÆSENT. &c.] Tum enim Spartę apud Menelaum, paternum hoſpitem diuerſabatur, cuius coniugem Helenam rapuit, & cum ea bellum decennale in patriam apportauit. Ecce, Lector, quàm commodè ad res Troianas delibandas, ſeu modicè tangendas (quamquam in iis quæ captam Troiam conſecuta ſunt, eſt aliquanto fuſior, vt videbimus:) delabatur, & tẽ rei, id quod hactenus tot libris ſatis perſpeximus, & in his quę reſtant adhuc perſpiciemus, aptiſſimè & decentiſſimè connectat. Quod eius ingenium & artificium admirari pro dignitate quis tandem poterit?

5. QVI RAPTA LONG. CVM CONIVG. BELL. &c.] Helena nupta Menelai regis Laconiæ, fœmina totius Græcia formoſiſſima fuit. Hanc etſi omnes ſcriptores à Paride Priami filio, hoſpitii iure violato raptam confitentur, quidam tamen Troiam nũquam perueniſſe: ſed ab eo in Ægypto, coactu Protei regis iuſtiſſimi relictam contendunt: vt Dares Phrygius, Herodot. libr. 2. Plutarch. in vita Homeri, Philoſtratus in vita Apollonii Tyanei lib. 4. & 7. Sed plures, & poëtæ omnes, maximeque duo illorum quidam dii Homerus & Virgilius, & à Paride abductam, & Troiam cum magna vi auri, ac regiæ ſupellectilis perductam canunt. Ad hanc iniuriam vlci-

vlciſcendam, Helenamque repetendam, ex tota Græcia principes coniurarunt, & cum ingentibus copiis, quinquennio contractis, claſſe maxima venerunt; vrbem annos decem, cum laboribus & detrimentis non mediocribus obſederunt, donec eam tandem per equum illum ligneum, ſeu potiùs per Æneam & Antenorem proditores occuparunt. De raptu & expeditione Græcorum vide Conſtant. Manaſſem, Coluthum Thebanum, Natalem lib. 6. c. 23. Horatius ode 15. lib. 1. bellum hoc diuturnum & calamitoſum Nereum marinum deum Paridi cum adultera domum nauiganti prænuntiantem inducit:

Paſtor cùm traheret per freta nauibus
Idæis Helenam perfidus hoſpitam,
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, vt caneret fera
Nereus fata mala ducis aui domum,
Quam multo repetet Græcia milite,
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.

Lege totam oden. Naues illas Paridis, quia, vt noſter inquit, bellum in patriam attulerunt, eique exitio fuerunt, ἀρχεκάκους νῆας, *naues malorum principia* Homerus Iliad. 5. & Coluthus de raptu Helenæ appellant.

CVM CONIVGE] non Menelai, tametſi Menelai verè, ſed ſua, tametſi non vera, ſed quæ pro vera & legitima ſe adultero ſociarat. *Sponſi Penelopes* non qui erant, verùm qui eſſe ſponſi cupiebant. Dixi de iſta figura ſermonis alibi. Repetiuerunt eam prius Græci, atque adeò Menelaus ipſe & Vlyſſes legati, vt eſt in 3. Iliad. Vtriuſque declamationem effinxit Libanius.

6. CONIVRATÆQ. SEQ. MILLE RATES] Quot nauibus conſtiterit illa Græcorum claſſis, nec Dictys Cretenſis, & Dares inter ſe, & neuter cũ Homero conuenit. qui 2. Iliad. catalogum eorũ cum ducibus texit, quorum ſingulos certus numerus ſequebatur. Et is Catalogus nominatur *Bœotia*, quòd à Bœotiis orditur poëta. Huius ipſius res diuerſæ cauſſæ à Spondano in Commentariis proferuntur. Habet & Hyginus duces ipſos, & nauium numeros, cap. 97. Ponit ergo Homerus mille centum octoginta ſex: Dares mille centum ſeptuaginta: Dictys mille ducentas quindecim: Plutarchus mille ducentas, & claſſiariorum centum viginti millia. Sed commoditatis cauſſa mille tantùm nominantur, vt *centumuiri*, cùm plures fuerint, & alia multa ad eundem modum. Thetis apud Stat. 1. Achilleid.

Ecce nouam Priamo facibus de puppe leuatis
Fert Bellona nurum. Video iam mille carinis
Ionium Ægeumq́; premi.

1. Amor. eleg 12. recenſens Naſo noſter bella ſuſcepta pro fœminis, hoc propter Helenam, vt ad memoriam ſæculorum inſignius primo loco ſtatuit. Iuuabit noſſe:

Nec belli eſt noua cauſſa mei: niſi rapta fuiſſet
Tyndaris, Europæ pax Aſiæq́; foret.
Fœmina ſyluestres Lapithas, populumq́; biformem
Turpiter appoſito vertit in arma mero.
Fœmina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit in regno, iuſte Latine, tuo.
Fœmina Romanis etiam nunc vrbe recenti
Immiſit ſoceros, armaq́; ſæua dedit.

A 7. GENTIS COMMVNE PELASGÆ] τὸ commune Græcis quoque κοινὸν, nempe Reſpub. ipſa, vniuerſa ciuium, ſeu populi multitudo, ſiue gens, *die gemeine*. Cic. Verrina 4. *Statua inaurata à communi Siciliæ data.* Et 3. *Iſte commune Milyadum vexauit.* Tantus igitur fuit exercitus, vt tota Græcia aduerſus Troianos arma ſumpſiſſe videretur. Hoc *gentis commune Pelaſga* explanat & illuſtrat quàm diſertiſſimè & ampliſſimè Statius 1. Achilleid. ab illo carmine: *Interea meritos vltrix Europa dolores.*

9. BOEOTAQVE TELL. AVL. PVPP. TEN. ITVR.] Diana Agamemnoni propter ceruum ſibi peculiarem ſagitta ictum (tametſi per imprudentiam) vehementer irata, diutinam tempeſtatem excitauit, quæ claſſem Græcorum in Aulide, portu Bœotiæ detinuit, donec ex reſponſo Calchantis auguris Iphigenia eiuſdem regis filia placationis ergô mactaretur. Quanquam dea, vt infrà ſequitur, id B fieri minimè paſſa, cerua ſuppoſita puellam in regionem Tauricam tranſtulit, ibique ſacris ſuis præfecit, de quibus in Triſtibus libro 4. eleg. 4. & 3. de Ponto eleg. 2.

13. SERPERE CÆRVL. DAN. VID. DRACON. &c.] Portentum hoc de octo paſſerculis, cum matre à dracone deuoratis, qui deinde in lapidem eſt mutatus, vnà cum eius interpretatione, ſumpſit ex 2. Iliad. Verſus Homericos iiſdem numeris conuertit in Latinum Cic. 2. de Diuin. quos adſcribendos exiſtimaui. Sunt autem Agamemnonis verba:

Ferte viri, & duros animo tolerate labores,
Auguris vt noſtri Calchantis fata queamus
Scire, ratóſne habeant, an vanos pectoris orſus:
Namq; omnes memori portentum mente retentant,
Qui non funeſtis liquerunt lumina fatis.
C *Argolicis primùm vt veſtita eſt claſſibus Aulis,*
Quæ Priamo cladem & Troiæ peſtemq́; ferebant:
Nos circum latices gelidos fumantibus aris,
Aurigeris diuûm placantes numina tauris,
Sub platano vmbrifera, fons vnde emanat aquai,
Vidimus immani ſpecie, tortuq́; draconem
Terribilem, Iouis vt pulſu penetrabat ab ara:
Qui platani in ramo foliorum tegmine ſeptos
Corripuit pullos: quos cùm conſumeret octo,
Nona ſuper tremulo genitrix clangore volabat:
Cui ferus immani laniauit viſcera morſu.
Hunc, vbi iam teneros volucres, matremq́; peremit,
Qui lucis ediderat, genitor Saturnius idem
Abdidit, & duro firmauit tegmine ſaxi.
Nos autem timidi ſtantes, mirabile monſtrum
Vidimus in medijs diuûm verſarier aris.
D *Tum Calchas hæc eſt fidenti voce locutus,*
Quidnam torpentes ſubitò obſtupuiſtis Achiui?
Nobis hæc portenta deûm dedit ipſe creator,
Tarda & ſera nimis: ſed fama ac laude perenni.
Nam quot aues tetro mactatas dente videtis,
Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos:
Quæ decimo cadet, & pœna ſatiabit Achiuos.
Edidit hæc Calchas, quæ iam matura videtis.

20. SED ERIT N. MORA L. LAB.] longum bellum paulo antè. Virgil. 2. Æneid. *Fracti bello, fatiſq́; repulſi Ductores Danaûm tot iam labentibus annis.* Turnus lib. 9.

Haud ſibi cum Danais rem faxo, & pube Pelaſga
Eſſe putent, decimum quos diſtulit Hector in annum.

24. PERMAN. AON. NEREVS, &c.] Sæuit mare continuerat, Græcorumque claſſem Troianis cla-

dem & exitium aduehentem remouatur.

26. QVIA MOENIA FECERAT VRBIS] Legamus, ſi placet, *fecerit*. libro antecedente de Apolline & ipſo Neptuno, Laomedonti hanc operam nauantibus:

Cumq́, tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formam, Phrygiaq́, tyranno
Aedificat muros.

Hinc 3. Æneid. *Et omnis humo fumat Neptunia Troia.* Et quoniam opus eius muri Troiani, ideò etiam capta iam vrbe à Græcis, quibus fauebat, ſuo velut iure eos à fundamentis tridente ſuo euertit, vt narratur in calce lib. 2.

Neptunus muros, magnoq́, emota tridenti
Fundamenta quatit, totamq́, à ſedibus vrbem
Eruit.

27. AT NON THESTORIDES] Calchas Theſtore patre natus. Hunc Homerus 1. Iliad auguribus, ſeu vatibus præfert omnibus, eique dat præſentium, præteritorum & futurorum ſcientiam.

28. SANGVIN. VIRG. PLACANO. VIRGIN. IRAM] Cauſſam, cur eſſet Dianæ immolanda virgo, & regia virgo, tacet Ouidius. Eſt autem ea, quam ſuprà protulimus. Cic. 3. Offic. aliam adducit: *Quid Agamemno? cùm deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius.* Vt videatur ob votum non perſolutū aduerſa tempeſtate cum exercitu, cuius erat ſummus Imperator, tamdiu in Aulide detentus. De hac cæde & ſacrificio copioſè à nobis diſputatum eſt in 2. Æneid. ibi: *Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa, &c.*

29. PIETATEM PVB. CAVSSA, REXQ. PAT. VICIT] Charitas quam pro officio ſuo reipub. debebat rex, plus potuit quàm amor, quem filiæ debebat pater. Sapienter dictum, & factum. Propter patriam ſua cuique, nedum cuiuſquam ſuorum vita negligenda eſt. Accerſit igitur miſſo Vlyſſe apud Euripid. filiam per ſpeciem nuptiarum cum Achille. Idem Vlyſſes lib. ſequenti ſe Agamemnoni reluctanti, & (quæ videbatur extrema crudelitas) vt filia iugulata paternæ pietati publicam cauſſam anteponeret, perſuaſiſſe gloriatur. Matrem quoque Clytemneſtram vt filiam ab ſe dimitteret, callidè induxiſſe. Vbi plura de hac hiſtoria diſſeruntur. Noſtra quoque memoria Rex Catholicus patrem vicit, & pietatem publica cauſſa. Nota eſt hiſtoria.

31. FLENTIS ANTE ARAS STET. IPHIGEN. MINIST.] Tres filias genuit: maxima natu Iphigenias aliæ duæ Chryſothemis, & Electra audiebant: *Timantes pictor*, vt refert Cic. in Orat. perf. *decorum vidit. Nam cùm ad hanc immolationem pinxiſſet aſtantes, triſtem Calchantem, mæſtiorem Vlyſſem, mœrentem Menelaum, caput Agamemnonis obuoluit, quoniam ſummum illum luctum penicillo imitari non poterat.* Lucret. lib. 1. agens de iſta c immolatione patranda:

Et mæſtum ſimul ante aras aſtare parentem
Senſit, & hunc propter ferrum celare miniſtros,
Aſpectuq́, ſuo lacrymas effundere ciues.

34 SVPPOSIT. MVT. ASS. MYCEN. CERVA] vt quidem apparuit. Nam Iphigeniam viuam in regionem Tauricam tranſuexit, ibiq́; ſacerdotem ſuam inſtituit. Ex hiſtoria de immolatione Iſaac cenſent mythologi & hoc commentum, vt alia plurima de ſacris libris, manaſſe. Pro Abrahamo eſt Agamemno: pro Iſaac Iphigenia: pro hirco cerua.

MVTASSE MYCENIDA] Iphigeniam Mycenæam: patronymicum pro poſſeſſiuo.

35. QVA DECVIT] certè nimirum, nam hominis non decuit: & ipſa quoq; dea, vt eſt in Triſtib. aduenas ſibi mactari non eſt gauiſa: crudelia enim nimis ſacra huiuſcemodi.

37. ACCIPIVNT V. A TERGO MILLE CAR.] Virgil. 3. Æneid. *Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes.* Vide ibid. Symbol. De nauium numero ſuprà egimus.

38. PHRYGIA POTIVNT. ARENA] 1. Æneid. *Ac magno telluris amore Egreſſi optata potiuntur Troës arena.*

Domus & ingenium Famæ.

II. *ORBE locus medio eſt inter terráſque, fretúmque,*
Cæleſtéſque plagas, triplicis confinia mundi:
Vnde, quod eſt vſquam, quamuis regionibus abſit,
Inſpicitur, penetrátque cauas vox omnis ad aures.
Fama tenet, ſummáque domum ſibi legit in arce:
Innumeróſque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte diéque patet: tota eſt ex ære ſonanti:
Tota fremit, vocéſque refert: iterátque quod audit.
Nulla quies intus, nulláque ſilentia parte.
Nec tamen eſt clamor, ſed paruæ murmura vocis.
Qualia de pelagi (ſi quis procul audiat) vndis
Eſſe ſolent: qualémve ſonum cùm Iuppiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet: veniunt leue vulgus, eúntque:

Miſtá-

Miſtáque cum veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum, confuſáque verba volutant.
E quibus hi vacuas implent rumoribus aures,
Hi narrata ferunt aliò; menſuráque ficti
Creſcit; & auditis aliquid nouus adijcit auctor.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanáque Lætitia eſt, conſternatíque Timores,
Seditióque recens, dubióque auctore Suſurri.
Ipſa quid in cælo rerum, pelagóque geratur,
Et tellure videt; totúmque inquirit in orbem.

39. ORBE LOCVS MEDIO EST, INTER, &c.] Orbis, ſeu mundus conſtat tribus partibus, ſeu, eſt tripartitus & *cælo, terra, aquis*, ſeu *mari* continetur. In confinibus harum partium eſt domus *Famæ*, quam domum deſcribit ita noſter vates, vt vberius nihil fieri poſſit, lepore admirabili, vnde natura ipſius Famæ ſatis ſuperque intelligitur. Virgil. 4. Æneid. *Fama malum*, &c. Cùm autem idem poëta alas ei tribuat, (ſiquidem noctu volare dicit) obſeruatum eſt à Gyraldo, cùm mala & infelix eſt, alas ei nigras dari, iuxta illud Claudiani contra Alaricum, *Famaq; nigrantes ſuccincta pauoribus alas*. Deſcribitur item à Flacco lib. 2. *Quam pater omnipotens digna atque indigna canentem*, &c. non longè à principio. *Velocitatem* ei tribuit conuenienter Virgilius, quam omittit Ouidius. Velociſſimæ famæ vnum exemplum memini ex Iuſtin. libr. 2. Cùm Mardonius dux Xerxis cæſus eſſet in Bœotia mane, & eodem die aduerſus Perſas dimicandum foret in Aſia, ante congreſſionem, meridianis horis in Aſiam, per tot maria, & tantum ſpatij, tam breui horarum momento de victoria nuntiatum eſt. Eſt & locus de *Fama* apud Lucanum libr. 1. Famam Athenienſes pro dea coluiſſe auctor Pauſan. lib. 1. Eidem fanum extedificatum refert Plutarch. in Camillo.

41. VNDE, QVOD EST VSQVAM, &c.] Indicant hæc cauſſam, quare in medio mundi domicilium hoc collocarit. Abſque hoc enim iſta fieri haud poſſent. Omnia igitur eo in loco videntur, & audiuntur: viſa enim & audita nuntiat fama ex regionibus quamuis remotiſſimis.

43. SVMMAQVE DOMVM SIBI LEGIT IN ARCE] Arcem opinor vocari editiorem locum, in cuius ſummo Fama ſibi domum conſtituit. Audi iam qualis ſit domus illa, & vide quàm omnia appoſitè ad genium & morem Famæ.

44. INNVMEROSQVE ADIT. AC M. FORAM. TECTIS] Virg. tanquam de animante monſtroſo loquens, Famæ tot oculos, tot linguas, tot ora, tot aures affingit, quot plumas habet.

45. ET NVLLIS INCLVSIT LIMINA PORTIS] Cùm dixit, innumeros habere aditus, portas & non portas, feneſtras, & tectorum foramina intellexit. Cùm ergo portas haberet plures, nulla vſpiam clauſa cernebatur, vt quęcunque viſa & audita expeditiùs ſe inferrent.

46. NOCTE DIEQVE PATET] Nullum tempus famæ diſſeminandæ incommodum eſt; vt Orco accipiendis animis: *Noctes atque dies patet atri ianua Ditis*. 6. Æneid.

TOTA EST EX AERE SONANTI, &c.] Vt ærea, ſi tangantur, multùm reſonant, & voces repercutiunt: ita fama latè dum vagatur, latè ſonat, & audita reciprocat, atq; in alias & alias aures diffundit.

48. NVLLA QVIES INTVS, NVLL. SIL. PARTE] Nihil tam inimicum famæ, quàm ſilentium, cuius natura garrire & fabulari ſemper aliquid.

49. SED PARVÆ MVRMVRA VOCIS: QVALIA, &c.] Qui famam differunt, non ita palàm plerumque, & in concionibus, ac cœtibus, proque ſuggeſtis; ſed intra parietes, & cum paucis id faciũt. Ideo ſermones iſtiuſmodi murmura potiùs, quàm clamores nominat, & in hoc duplicem comparationem adhibet, ab vndarum marinarum ſtrepitu, ſi longiùs abſis: & ab extremis ac raucis item tonitruis.

51. CVM IVPIT. ATRAS INCREP. NVBES] *Increpare* interdum eſt facere aliquid vt crepitet ac ſonet. Sic muſici dicuntur *increpare fides*. Hoc facit nubibus Iupiter, ſed denſis & atris. Pro monſtro eſt, ſi aut ſereno cælo, aut lucidis ac raris nubibus tonet.

53. ATRIA TVRBA TENET] Atria domus Famæ referta ſunt turbis, veniuntque & abeunt inde multi. Fama quippe non eſt niſi rerum nouarum in multis vulgatus nuntius. Et ab iiſdem alij audientes redeunt; alij auditum adueniunt.

LEVE VVLGVS] Famæ viri graues & prudentes non facilè aſſentiuntur; vulgus captat rumores, & amat famigeratores.

54 MISTAQ. CVM VER. PASS. COMMENT. VAGANT.] Lib. 9. *Quæ veris addere falſa Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit*. Virgil. *Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuntia veri*.

56. E QVIB. HI VACV. IMPL. SERM. AVRES] Ex tot commentis rumorum, & mendacijs quædam ingeruntur auribus ſimplicia; quædam ab his qui audierunt augentur, vt læta quæ nuntiantur, lætiora fiant.

59. ILLIC CREDVLIT. ILLIC TEMER. ERROR, &c.] Sex genera comitum Famæ: *Credulitas, Error, Lætitia, Timor, Seditio, Suſurrus*, quibus ſingulis idonea maximè adiunguntur epitheta.

62. IPSA QVID IN CÆLO RERVM, PELAG. &c.] Nihil vſpiam geritur, quod Famã poſſit effugere. Explorat, indagat, exquirit in omnia, & vbique. Deſcriptioni Famæ, & rumigerulis, & quos Germani *Nouellantes* vocant, qui in rebus nouis aucupandis, dicendis & ſcribendis toti ſunt, bellè congruunt, quæ in Trinummo Megaronides extrema Scena Act. 1. aduerſus huiuſmodi facetè diſſerit: *Nihil eſt profectò ſtultius, neque ſtolidius*, &c.

Exſcendentibus in littus Græcis Troiani occurrunt. Primus de illis cadit manu Hectoris Proteſilaus. Concurritur magna ſtrage vtrimque. Achilles cum Cycno Neptuni filio fruſtra eſt, vulnerari enim nequit, gloriaturque de origine ſua, cum antagoniſtæ contemptu. A quo tandem, Menete prius interempto, comminus occiditur, & in cycnum auem transformatur.

III.

FECERAT hæc notum Graias cum milite forti
Aduentare rates: neque inexſpectatus in armis
Hoſtis adeſt; prohibent aditus, littúſque tuentur
Troës; & Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilaë cadis; commiſsáque prælia magno
Stant Danais, fortéſque animæ, nec cognitus Hector.
Nec Phryges exiguo, quid Achaica dextera poſſit,
Sanguine ſenſerunt: & iam Sigæa rubebant
Littora; iam letho proles Neptunia Cycnus
*Mille viros dederat; iam * curru inſtabat Achilles,* *mali curru. ſeu currus ſtabat Achill.
Totáque Peliaca ſternebat cuſpidis ictu
Agmina: pérque acies aut Cycnum, aut Hectora quærens,
Congreditur Cycno. decimum dilatus in annum
Hector erat. tum colla iugo canentia preſſos
Exhortatus equos, currum direxit in hoſtem;
Concutiénſque ſuis vibrantia tela lacertis,
Quiſquis es, ô iuuenis, dixit, ſolamen habeto
Mortis, ab Æmonio quòd ſis iugulatus Achille.
Hactenus Æacides. vocem grauis haſta ſecuta eſt.
*Sed quanquam * certa nullus fuit error in haſta,* *miſſa
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri:
Vtque hebeti pectus tantummodo contudit ictu;
Nate dea (nam te fama prænouimus) inquit
Ille, quid à nobis vulnus miraris abeſſe?
(Mirabatur enim) non hæc, quam cernis, equinis
Fulua iubis caſſis, nec onus caua parma ſiniſtræ
Auxilio mihi ſunt: decor eſt quæſitus ab iſtis.
Mars quoque ob hoc capere arma ſolet. remouebitur omne
Tegminis officium, tamen indiſtrictus abibo.
Eſt aliquid, non eſſe ſatum Nereide, ſed qui
Nereáque, & natas, & totum temperat æquor.
Dixit; & hæſurum clypei curuamine telum
Miſit in Æaciden, quod & æs, & proxima rupit
Terga nouena boum, decimo tamen orbe moratum eſt.
Excipit hoc heros, rursúſque trementia forti

Tela manu torſit: rurſus ſine vulnere corpus,
Sincerúmque fuit. nec tertia cuſpis apertum,
Et ſe præbentem valuit diſtringere Cycnum.
Haud ſecus exarſit, quàm circo taurus aperto,
Cùm ſua terribili petit irritamina cornu
Phœniceas veſtes, eluſáque vulnera ſentit.
Num tamen exciderit ferrum conſiderat haſtæ,
Hærebat ligno. Manus eſt mea debilis ergo?
Quáſque, ait, antè habuit vires, effudit in vno?
Nam certè valuit; vel cùm Lyrneſia primùm
Mœnia deieci, vel cùm Tenedónque, ſuóque
Eëtioneas impleui ſanguine Thebas:
Vel cùm purpureus populari cæde Caycus
Fluxit, opúſque meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.
Hîc quoque tot cæſis, quorum per littus aceruos
Et feci, & video, valuit mea dextra, valétque.
Dixit; & antè actis veluti malè crederet, haſtam
Miſit in aduerſum Lycia de plebe Meneten;
Loricámque ſimul, ſubiectáque pectora rupit.
Quo plangente grauem moribundo pectore terram,
Extrahit illud idem calido de vulnere telum:
Atque ait: Hæc manus eſt, hæc qua modò vicimus haſta:
Vtar in hoc iiſdem: ſit in hoc, precor, exitus idem.
Sic fatur, Cycnumque petit. nec fraxinus errat,
Inque humero ſonuit non euitata ſiniſtro.
Inde velut muro, ſolidáque à caute repulſa eſt.
Qua tamen ictus erat, ſignatum ſanguine Cycnum
Viderat: & fruſtra fuerat gauiſus Achilles.
Vulnus erat nullum: ſanguis fuit ille Menetæ.
Tum verò præceps, curru fremebundus ab alto
Deſilit, & nitido ſecurum comminus hoſtem
Enſe petens, parmam gladio, galeámque cauari
Cernit, & in duro lædi quoque corpore ferrum.
Haud tulit vlterius: gladiique aduerſa reducto
Ter quater ora viri capulo caua tempora pulſat:
Cedentémque ſequens inſtat, turbátque, ruitque:
Attonitóque negat requiem. Pauor occupat illum.
Ante oculóſque natant tenebræ, retróque ferenti
Auerſos paſſus, medio lapis obſtitit aruo.
Quem ſuper impulſum reſupino corpore Cycnum
Vi multa vertit, terræque afflixit Achilles.
Tum clypeo, genibúſque premens præcordia duris,
Vincla trahit galeæ: quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces, & reſpiramen, iterque
Eripiunt animæ. victum ſpoliare parabat:
Arma relicta videt: corpus deus æquoris albam
Contulit in volucrem, cuius modò nomen habebat.

64. FECERAT HÆC NOT. GRAIAS, &c.] Aduentum claſſis Græcorum, in qua oumeroſus & delectus ac ſtrenuus miles, iu vrbem Troiam fama pertuletat.

65. NEQVE INEXSPECTAT. IN ARM. HOST. ADEST] Veriſimile fiebat Troianis, tantam iniuriam Menelao regi in raptu coniugis irrogatam à Paride, non inultam paſſuros fore Græcos, cùm præſertim legatione miſſa repetiiam ipſi negauiſſent. Arma igitur eorum exſpectabant.

66. PROHIBENTQ. ADITVS, LITTVSQ. TVENTVR] deſcendere in littus, & ponere caſtra volentibus, cateruatim Troiani obſiſtunt.

67. HECTOREA PRIM. FATAL. H. PROTESIL. CADIS] Reſponderant oracula, qui primus de Græcis littus Troianum tetigiſſet, occubiturum. De quo fato Laodamia v sot in epiſt. ad illum Proteſil.

Sors quoque neſcio quem fato deſignat iniquo,
Qui primus Danaûm Troada tanget humum.
Infalix, qua prima virum lugebit ademptum.
Dy faciant, ne tu ſtrenuus eſſe velis.

De eius interfectione Homerus in Bœotia, ſeu Catalogo. Iliad. 2. τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνὴρ, Νηὸς ἀποθρῴσκοντα πολὺ πρώτιστον Ἀχαιῶν. *Primùm, & ante omnes de naui exilientem occidit Dardanus vir.* Hectorem, vt vides, non nominat. Sunt qui Æneam, aut Acharem Æneæ amicum fuiſſe hunc Dardanum putent. Stat. 1. Achilleid. *Namque huic bellare cupido Pracipua, & prima iam tum data copia mortis.* De ſepulchro Philoſtratus in Heroicis. Nymphas ait ad eius tumulum vlmos ſeuiſſe, quarum rami Troiam ſpectantes citò floreſcant, & folia amittant ante tempus, quo Proteſilai mors immatura indicetur: annos quippe non plus XX. natus erat. Similia Plin. lib. 16. cap. 44. Altera autem pars viridis permaneat. Epitaphium extat in eandem ſententiam ab Antiphilo Antholog. 3. Tit. ιδ. εἰς ἥρωας. Item apud Auſonium aliud:

Fatale adſcriptum nomen mihi Proteſilao:
Nam primus Danaûm bello obij Phrygio,
Audaci ingreſſus Sigeia littora ſaltu,
Captus pellacis Lartiada inſidijs:
Qui ne Troiana premeret pede littora terra,
Ipſe ſuper proprium deſilijt clypeum.
Quid queror? hoc lethum iam tùm mea fata canebãt,
Tale mihi nomen cùm pater impoſuit.

68. COMMISSAQ. PRÆL. M. STANT. DAN.] Hoc eſt: Danais, ſiue Græcis primum illud prælium, in littore commiſſum, dum exſcendere prohiberentur, vbi viros generoſos emiſerunt, nondum Hectoris virtute cognita (alioqui Proteſilaus cum eo congreſſus non fuiſſet) magno ſtetit.

69. FORTESQVE ANIMÆ] Crebra Synecdoche, pars pro toto. 1. Faſt. *Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primùm Inq; domos ſuperûm ſcandere cura fuit.* Horat. ſat. 5. lib. 1. de Virgilio, Plotio & Vario: *Animæ, quales neque candidiores Terra tulit.* Virgilius lib. 11.

Ite, ait, egregias animas, quæ ſanguine nobis
Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis
Muneribus.

Sic Homerus in ipſo veſtibulo Iliados ait Achillis iram multas ἰφθίμους ψυχὰς, *Fortes, ſeu generoſas animas*, ad Orcum miſiſſe, id eſt, cauſſam fuiſſe, cur viri fortiſſimi magno numero opperierint.

70. NEC PHRYGES EXIGVO, &c. QVID ACHAICA, &c.] Non Græci tantùm in illo conflictu, ſed
A Troiani quoque cadebant, & tam horum, quàm illorum ſanguine ſudabat littus Dardanium, vt loquitur Virgil. 2. Æneid. Quod ipſum ſic eſt æmulatus noſter, *& iam Sigeia rubebant littora.* Probè, *rubebant* iam, nam ſudare, nondum tot centenis millibus vtrimque proſtratis, necdum poterant.

72. LETHO PROL. NEPT. CYG. M. VIR. DEDE.] Certus numerus pro incerto. Quàm plurimos trucidauerat vnus de Troianis Cycnus. Infrà, longè: *Quam data pars letho eſt.* In Ibin: *Qui datus eſt letho coniugis enſe ſua.* Virgil. 3. Æneid. *Vos animam hanc potius quocunque abſumite letho.*

73. IAM CVRRV INSTABAT ACHILL.] Vitiosè legi *ſtabat*, pro *inſtabat*, quomodo nos emendauimus, quis paulò attentior non videat? Miror Lipſienſem Correctorem non animaduertiſſe. Ex manu-
B ſcripto profert *currum* pro *curru*. Sed quid vult, *iam currum ſtabat*? ſi toto agmina Achilles ſternebat, certè non ſtabat currus, quo ſtante tot funera edi non poterant. Reddere imitando locum Maronis voluit de 1. Æneid.

Hac fugerent Gray, premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.

74. PELIACÆ CVSPID. ICTV] *Haſta* Achillis *Peliaca* dicitur, quòd ex arbore in monte Pelio cæſa fuerit confecta. A poëtis multùm celebratur.

75. AVT CYCN. AVT HECT. QVÆR.] Achilles maximi vir animi cum duobus virtute præſtantibus, *Cycno* & *Hectore* decertare quærit, de victoria nihil dubitans.

76. CONGREDIT. CYCNO, &c.] Cur Cycno congrederetur, non Hectori, diuinitus fiebat. Nam hunc fata in annum vſque decimum ad de-
C fenſionem patriæ ſeruabant, quo tandem illum ab Achille ſiuerunt occidi.

DECIMVM DILATVS IN ANNVM] Turnus 9. Æneid. Græcis vt probrum obijcit, Troiam tot annis Hectore propugnãte expugnare non potuiſſe.

Haud ſibi cum Danais rem faxo, & pube Pelaſga
Eſſe putent, decimum quos diſtulit Hector in annum.

Decimo igitur anno cecidit ſuperbum Ilium. 2. Amor. eleg. 12. *Pergama cùm caderent bello ſuperata biluſtri.*

77. COLLA CANENTIA] Non puto canitiem ſignificari, vt vetulos concipiamus: ſed albentia, ſeu candida colla, & λευκοχαίτας *candidos.* Duo fuerunt, ex Podarge matre, diuino ſemine progeniti, *Xanthus, & Balius.*

79. VIBRANT. TELA] vibranda, ſeu quæ vibrarentur, ſeu, vt infrà vocat, *trementia.*

D 80. QVISQVIS ES, O IVVENIS] ſeu tu Neptuni filius es, ſeu cuiuſpiam alterius. Nihil curo genus tuum.

SOLAMEN HABET. MORTIS AB ÆMONIO &c.] Glorioſum eſt à viro forti interfici: ab ignauo aut obſcuro inglorium & infame; vt fuit Achilli à Paride. quod in fine huius libri indicat Poëta. Non ſemel occurrit in his libris iſtuc νόημα. Lib. 5. *Magna feres tacitas ſolatia mortis ad vmbras A tanto cecidiſſe viro.* Vide annotata. *Aemonius* Achilles eſt Theſſalus. Theſſalia enim quondam Æmonia, ab Æmo monte vicino, vt putant.

81. HACTEN. ÆACIDES] Patronymicum, ab auo Æaco.

83. SED QVANQ. CERNT. NVLLVS, &c.] tametſi collineauit Achilles, id eſt, in quem haſtam dirigebat,

bat, cum eſt aſſecutus, cum tetigit. Hæc enim vis A eſt vocis huius, *collimare*, pro qua mendosè ſcribitur *collimare*.

84. NIL TAMEN AMISS. P. ACVM. FERRI, &c.] non vulnerauit Cycnum, ſed pectus tantùm pulſauit inani ictu, vnde illi maiores ſpiritus.

86. NATE DEA (NAM TE FAMA, &c.)] Thetidis filium eſſe Achillem longè notum erat. Hanc tamen nobilitatem originis illius præ ſua vilipendit, vt qui ſit Neptuno genitus, maris totius rectore ac principe.

88. EQVINIS FVLVA IVBIS CASSIS, &c.] Equinæ caudę illis antiquis heroibus pro criſtis erant in galea, quę ideo ἱππουρεις. Ait ſe galeam & parmam ornamenti, non munimenti cauſſa geſtare.

91. MARS QVOQ. OB HOC CAP. ARMA SOLET] B Martem ſe imitari dicit, qui arma non neceſſitatis, ſed voluptatis cauſſa potiet. Arrogantes ſanè quidem.

92. TAMEN INDISTRICT. ABIBO] nudatum armis me tibi exhibebo, tamen ne perſtringi quidem abs te vulnere vllo potero. Infrà: *Et ſe praebentem valeus distringere Cynum*. Et hoc Thraſonicè.

93. EST ALIQVID NON ESSE SATVM NEREIDE] patrem Peleum habebat Achilles mortalem: Cycnus Neptunum deum, & immortalem. Maiorem autem nobilitatem paterna, quàm materna origo confert; filij enim patrem, & vxor maritum ſequitur. Iureconſulti interrogentur. Notandum genus ſermonis, *eſt aliquid*, pro, magnum quippiam eſt, multum eſt λιτότης, *Extenuatio*. 1. Triſt. eleg. 2.

Eſt aliquid fatóve ſuo, ferróve cadentem
In ſolida moriens ponere corpus humo.

Alibi: *Eſt aliquid magnis crimen abeſſe malis.* C

95 HÆSVR. CLYPEI CVRVAMINE] in orbe clypei, in clypeo rotundo, in vmbone clypei, vt telum Priami, quod in Pyrrhum torſit. 2. Æneid. *Et ſummo clypei nequicquam vmbone pependit.*

96. RVPIT TERGA NOVENA BOVM] Clypei ſeptemplicis dominum Aiacem vocat libro 13. Achilles dominus decemplicis: ſiquidem ex decem boum tergoribus pellibúſve compacti. Arma Achilli inuicta, precibus Thetidis cedens fabricatus eſt Vulcanus, vt item Memnoni, exoratus ab Aurora, & Æneæ à Venere, tribus maritibus. lib. 8. Æneid. ait ipſa Venus:

Arma rogo genitrix nato. Te filia Nerei,
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.

98. EXCIPIT HOC HEROS] Libri veteres calamo exarati, *Excutit hoc heros*: itaque legit Maximus Planudes ἀνέσεισεν δὲ τοῦτο ὁ ἥρως Ἀχιλλεύς, vt in Diatriba Mariangelus pridem obſeruauit. D

TREMENTIA FORTI TELA M. TORSIT] Suprà dixit *vibrantia tela*.

99. RVRSVS SINE VVLN. CORP. &c.] ἄτρωτον manſit corpus, etiam ad tertiam petitionem.

102. HAVD SECVS EXARSIT] Ad Achillem hęc tauri Circenſis comparatio pertinet.

CIRCO APERTO] patente.

103. CVM SVA TERRIB. PETIT IRRIT. CORNV, &c.] Oderunt purpureum, ſeu rubrum colorem tauri. Quare obiectis pilis puniceis magnopere irritantur, eaſque cornibus impetunt; & eo iracundius, quòd vulnera ſua eludi ſentiunt. Sunt autem pilæ huiuſmodi humana ſimulacra, fœno aut ſtramine infarta, & rubra veſte cooperta.

106. HÆREBAT LIGNO] haſtili adhuc inhærebat mucro.

MANVS E. MEA DEBIL. ERGO, &c.] Indignatur Achilles, ſe iam debilem in vno hoc Cycno, qui tam valens fuerit in expugnandis vrbibus, & regionibus vaſtandis, quas recenſet.

111. VEL CVM PVRPVR. P. CÆDE CAYCVS] Fluuius Myſiæ Caycus, qui indigenarum ſanguine rubuit. Græci enim, ne foret auxilio Troianis, regionem depopulati ſunt, & cædes fecerunt.

112. OPVSQ. MEÆ BIS SENSIT TELEPH. HASTÆ] Telephus rex Myſiæ, cùm Græcos per regnum ſuum tranſeuntes impedire conaretur, Achilles haſta ſua illum vulnerauit, nec vulnus illud ſine rubigine eiuſdem haſtę inſperſa ſanari potuit, quod Apollo conſultus reſpondit. Plin. l. 34. c. 15. *Eſt & rubigo ipſa in remedijs, & ſic Telephum proditur ſanaſſe Achilles, ſiue id aerea, ſiue ferrea cuſpide fecit*. Ita depingitur certè, eam decutiens gladio. 1. Triſt. eleg. 1.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit
Solus Achilleo tollere more poteſt.

Propert. lib. 2. eleg. 1.

Myſus & Aemonia iuuenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

113. HIC QVOQ. TOT CÆSIS, &c.] Suprà:

——Iam curru inſtabat Achilles,
Totaq; Peliaca ſternebat cuſpidis ictu
Agmina.

115. ANTE ACTIS VELVTI MALE CREDO.] quaſi non crederet, ſe antea plurimos neci dediſſe.

118. QVO PLANO BNT. O. MORIB. PECT. TERR.] *Plangere* eſt ferire, percutere, pulſare. Sic cadentes in prælio humum plangunt. *Grauem terram* dicit phyſicè. De qua grauitate l. 1. vbi de elementis diſputatum eſt.

119. CALIDO DE VVLNERE TELVM] propter ſanguinem calidum. Lib. 5. *Torquet in hunc haſtam calido de vulnere raptam.*

120. HÆC MAN. EST, HÆC QVA] Applaudit ſibi de felici iactu, pariterq; & dextram & haſtā laudat.

121. VTAR IN HOC IISDEM] eadem manu & haſta vtar in Cycno, cui antea vulnus infligere nequiui. Nunc res mihi procedet.

122. NEC FRAXINVS ERRAT] Suprà: *Sed quamquam certa nullus fuit error in haſta.* Libr. 5. *Nam Clytij per vtrumque graui vibrata lacerto Fraxinus acta femur.*

124. INDE VELVT MVRO, SOLIDAQ. &c.] Fefellit Achillem ſua ſpes, & iactus eſt fruſtra. Ne nunc quidem hominem vulnerauit. Sanguis portò, quo rubebat humerus ſiniſter Cycni, non illius, ſed Menetæ ſanguis erat, quo haſta adhuc madebat.

129. ET NITIDO SECVR. COMMIN. HOST. ENSE PET.] Nihil ſibi metuebat Cycnus, ne ab Achille quidem, quem toties luſa opera ferociorem efficiebat; vt iam non eminus, ſed comminus rem gerendam, & pro haſta gladium vſurpandum duceret.

130. PARMAM GLADIO GALEAMQ. CAVARE, &c.] Penetrabat quidem clypeum & galeam; ſed corpus ipſum nihil lædebat, & murum ſine cautem ferire videbatur, vt ferrum retunderetur & hebetaretur.

132. GLADIOQ. ADVERSA REFO. T. QVAT. ORAVIRI CAP. &c.] Pro *gladio* inuenitur in quibuſdam codicibus *clypeo*, deprauatè. Et pro *gladio* legendum ſine controuerſia *gladij*, quod nec Ciofan. nec Berſmannus vidit. Gladij enim capulo reducto,

ducto, ſæpiùs ora viri, & tempora (ſubaudienda e- A
nim eſt & copulatiua particula) pulſat. Nam ſi ſe-
iungas vocem *capulo tenus gladij*, quæro, quomodo ora
viri gladio, id eſt, ipſa lamina gladij pulſare po-
tuerit.

134. CEDENTEMQ. SEQVENS INSTAT, &c.] Oppreſſit illum planè ſequendo, inſtando, turbando, icitiendo, nullam ei quietem concedendo. Conſideramihi locum Maronis 5. Æneid. in pugna cæſtuum Entelli & Daretis, dices noſtrum ad exemplum ſua ſcripſiſſe:

> *Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto,*
> *Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.*
> *Nec mora, nec requies. Quàm multa grandine nimbi*
> *Culminibus crepitant: ſic denſis ictibus heros*
> *Creber vtraque manu pulſat, verſatq; Dareta.*

135. PAVOR OCCVPAT ILLVM] qui paulo antè B
tantopere tumebat, nunc ſibi malè metuit.

136. ANTE OCVLOSQ. NATANT TENEBRÆ] caligine quadam præſtinguebantur oculi, vt nihil videret.

RETROQ. FERENTI AVERSOS PASSVS] retrocedenti. Pulchrè circumlocutus eſt hoc verbum.

138. QVEM SVPER IMPVLS. RESVP. CORP. &c.] Videbat ſaxum hoc Achilles, quod à tergo erat retrocedenti Cycno. Igitur vi magna ad id impulſum, facit reſupinum cadere.

139. TERRÆQ. AFFLIXIT] Omnino ſanior ſcriptura *afflixit*, quàm *affixit*. Horat. ſat. 2. lib. 2.

> ——— *Quin corpus onuſtum*
> *Heſternis vitijs animum quoque prægrauat vnà,*
> *Atque affligit humi diuinæ particulam auræ.*

Sic ibi legit & corrigit ex vetuſtis codicibus Lamb. Paulo Manutio, & Mureto aſtipulantibus. Eſt autem *affligere* non ſolùm deijcere: ſed etiam graui quodam ictu & impetu ad humum abijcere, προσουδίζειν. Plaud. Rud. *Tange: affligam te ad terram item, vt piſcem ſoleo polypum.* Liuius lib. 4. *Repetitúmque ſæpiùs ad terram afflixit.* Sic denique locutos reperias Ciceronem, Cæſarem, Lucretium, Tacitum, quorum teſtimonia illic lectori à Lambino annumerantur. Læuinum Torrentium ad illum Horatij locum, v. 79. tueri video vulgatam receptamque lectionem, *Atque affigit humo*: nec enim Latinè ſatis dici videri ait, *affligere humo*; nam & M. Plautus & T. Liuius *ad terram* quidem *affligere*, non *humi* aut *humo* dixerunt.

140. TVNC CLYPEO GENIB. PREM. &c.] clypeo Cycni ipſius, & genibus ſuis ſuper clypeum incumbens premebat eius præcordia.

141. VINCLA TRAHIT GALEÆ, &c.] Attrahendis & aſtringendis galeæ loris, quibus capiti ſub mento alligabatur, miſerum præfocauit.

144. ARMA RELICTA VIDET, &c.] nihil præter arma reliquum fuit. Puncto enim temporis Neptunus, Achille non aduertente, corpus in cycnum auem commutauit, cuius & nomen habebat. Nomen hoc proprium conſtanter c. tertia littera ſcripſi, non ſeptima g. quòd quibuſdam eam ſcripturam probatam viderem. Græcè enim κύκνος, non κύγνος. Sed tu ſcribe & lege vti voles, ſine capitis periculo.

Dum vtraque pars cuſtodias agit, Græci proceres epulis vacant, ſermonéſque in noctem extendunt de egregijs ſuorum atque hoſtium facinoribus. Memoratur præcipuè Cycnus: mirari omnes eius ἀτρωσίαν. Idem in Cæneo quodam, olim fæmina, factum Neſtor refert. Hic rei nouitate obſtupefacti principes, multa de eo particulatim ſibi exponi rogant. Neſtor annuens, pauca de ſenectute & memoria ſua præfatur.

IV.

HIc labor, hæc requiem multorum pugna dierum
Attulit: & poſitis pars vtraque ſubſtitit armis.
Dúmque vigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros,
Et vigil Argolicas ſeruat cuſtodia foſſas;
Feſta dies aderat, qua Cycni victor Achilles
Pallada mactatæ placabat ſanguine vaccæ.
Cuius vt impoſuit proſecta calentibus aris,
Et dijs acceptus penetrauit in æthera nidor;
Sacra tulere ſuam, pars eſt data cætera menſis.
Diſcubuere toris proceres: & corpora toſta
Carne replent; vinóque leuant curáſque ſitimque.
Non illos cithara, non illos carmina vocum,

Lon-

Longáque multifori delectat tibia buxi:
Sed noctem ſermone trahunt, VIRTVSQVE LOQVENDI
MATERIA EST; *pugnas referunt hoſtiſque, ſuáſque,*
Inque vices adita atque exhauſta pericula ſæpe
Commemorare iuuat. quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnum potius loquerentur Achillem?
Proxima præcipuè domito victoria Cycno
In ſermone fuit. Viſum mirabile cunctis,
Quòd iuuenis corpus nullo penetrabile telo,
Inuictúmque à vulnere erat, ferrúmque terebat.
Hoc ipſe Æacides, hoc mirabantur Achiui.
Cùm ſic Neſtor ait: Veſtro fuit vnicus æuo
Contemptor ferri, nullóque forabilis ictu
Cycnus: at ipſe olim patientem vulnera mille
Corpore non læſo Perrhæbum Cænea vidi:
Cænea Perrhæbum, qui factis inclytus, Othryn
Incoluit: quóque id mirum magis eſſet in illo,
Fœmina natus erat. monſtri nouitate mouentur
Quiſquis adeſt, narrétque rogant. quos inter Achilles,
Dic age (nam cunctis eadem eſt audire voluntas)
O facunde ſenex, æui prudentia noſtri,
Quis fuerit Cæneus; cur in contraria verſus:
Qua tibi militia, cuius certamine pugnæ
Cognitus; à quo ſit victus, ſi victus ab vllo eſt.
Tum ſenior: Quamuis obſtet mihi tarda vetuſtas,
Multáque me fugiant primis ſpectata ſub annis:
** Plura tamen memini; nec quæ magis hæreat, vlla* *Multa
Pectore res noſtro eſt, inter bellique, domúſque
Acta tot. Ac ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere: vixi
Annos bis centum: nunc tertia viuitur ætas.

146. HIC LAB. HÆC REQVISM MVLT. &c.] Strenuè ab vtriſq; pugnatum eſt, & multa vtrimque facta cædes. Par itaque fuit paulo diutiùs etiam ab armis feriatos quieſcere.

148. DVMQ. VIOIL PHRYG. SER. &c.] Troianos oportuit cuſtodire mœnia; Græcos, qui in caſtris degebant, vallum & foſſas; ne hoſtes eroptione facta, eos de improuiſò inuaderent. Hic autem, & mox ſequens verſus etiam ad repetitiones illas elegantes ac feſtiuas pertinent, quarum exempla aceruatim attulimus alibi. Sicut & quod infrà poſitũ eſt de Achille: *Quid enim loqueretur Achilles? Aut quid apud magnum potius loquerentur Achillem?* Et quod lib. 13. in iudicio armorum dictum eſt ab Vlyſſe: *Quis magno melius ſuccedat Achilli, Quàm per quem magnus Danais ſucceßit Achilles?* Et quod eſt lib. 4. *Quiq; à me morte reuelli Heu ſola poteras, poteris nec morte reuelli.* Et lib. 1. *Si te quoque pontus haberet, Te ſequerer coniux, & me quoque pontus haberet.* Mirabiliter enim gaudet hoc orationis lumine Ouidius, & eſt egregium profectò.

151. PALLADA MACTATÆ PLACAB. S. VACCÆ] A Conſule Comment. noſtrum in 1. Triſt. eleg. 9. ibi: *Hæc ſi contigerint, merita cadet agna Minerua,* &c.

152. VT IMPOS. PROSACTA CALANT. ARIS] *Proſecta* quidam putant dici à *proſecando*, quòd in ſacris dijs proſecabant, hoc eſt ſeorſum & primitus reſecta adolebant. Placet Turnebum audire libr. 15. capite 7. *Exta cocta ſolebant proſecare, vnde & Proſecta dicebantur: ac partem adolebant, partem conſecrabant, ſacerdotibúſque dabant: partem ſibi apponebant.* Sic *luſtralibus extis* veſcuntur apud Maronem lib. 8. Tranquillus in Aug. *Semicruda exta rapta foco proſecuit.* Ouid. 6. Faſt. *Inde vbi libauit, proſecta ſub arbore ponit.* Arnob. lib. 2. *Cùm Romulo Pompilioq; regnantibus percocta planè, & madida cremarentur dijs exta, nónne ſub rege Tullo ſemicruda cœpiſtis, & leuiter animata porricere, priſca obſeruatione contempta?*

154. SACRA TVLERE SVAM, PARS AST, &c.] intelligentia horum verborum liquet ex verbis Turnebi.

155. DISCVB. TORIS PROCERES] Ex Bœotia Homeri Græcorum duces colliguntur XLVI. Ex his in acie eeciderũt XIV. Ex Troianis numero XXVIII. oppe-

oppetierunt XVIII. Omnium interfectorum nomina recenſet Canterus ad Peplum Troianorum ducum, Homero inſcriptum.

ET CORPORA TOSTA CARNE REPLENT] Homerus nunquam elixas, ſemper aſſam bubulam apponit heroibus, vt Athenæus obſeruat. Hîc autem edunt vaccinam, & ea replentur corpora: vt Græcos ſcias ventrem diſtendere ſolitos, & comedere ad ſatietatem. Troiani quoque 1. Æneid. *Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ.*

156. VINOQ. LEVANT CVRASQ. SITIMQ.] Duplex vini vtilitas, & ſitim reſtinguit, vt quiuis potus alius: &, quod nullus potus præterea, curas diſſipat animumque exhilarat. Horat. ode 7. lib. 1. *Nunc vino pellite curas.* Et rurſum ode 18.

Siccis omnia nam dura deus propoſuit: neque
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.
Quis poſt vina grauē militiam, aut pauperiē crepat?

157. NON ILLOS CITHARÆ, NON ILL. &c.] Cùm alioqui cantibus Muſicis vocum atque fidium ſoleant cumulari conuiuiorum epularumque gaudia, illi iucundis & honeſtis ſermonibus vſque in multam noctem producendis oblectabantur.

159. SED NOCT. SERMONE TRAH.] Hypallage. ſermonem in noctem trahunt ſeu producunt. 1. Æneid. *Nec non & noctem vario ſermone trahebat Infelix Dido.*

VIRTVSQ. LOQVENDI MATERIA FVIT, &c.] Argumenta ſermonum illorum erant militaria, congruebantque & perſonis & tempori. Tempus erat belli; qui colloquebantur, ipſi duces belli: materia prælium paulo antè geſtum, in quo patris vtriuſque virtus eluxerat. Vtinam verò, quod magis oporteret, in Chriſtianorum quoque conuiuijs ac menſis *virtus eſſet loquendi materia*, non autem aliena vitia, & inutiles rerum nouarum fabulæ.

160. HOSTISQ. SVASQ.] Quòd *ſuas*, cuiuſdam φιλαυτίας erat: quòd *hoſtis*, candoris & ingenuitatis. In hoc peccarunt quidam hiſtorici, qui res ſuorum ciuium nimis extulerunt, hoſtium nimis depreſſerunt. Notat Pogium Florentinum Sannazarius hoc diſticho:

Dum patriam laudat, damnat dum Pogius hoſtes,
Nec malus eſt ciuis, nec bonus hiſtoricus.

161. IN QVICES ADITA, ATQ. EXHAVST. &c.] non de proxima tantùm pugna miſcebant colloquium; ſed viciſſim ſua facinora & labores alijs temporibus exhauſtos referebant.

162. QVID ENIM LOQVERET. ACHILL. &c.] Ratione factum docet, quòd talibus de rebus verba inter ſe faciebant. Achilles ille magnus, qui ſimul accumbebat, cuius bello iam ſatis ſpectata virtus, nec audire, nec loqui aliud debebat. Nota elegantem traductionem in verbis *Achilles Achillem, loquerentur loquerentur.*

163. AVT QVID APVD M. P. LOQ. ACHILL.] Cuique de negotijs, ſtudijs, laboribus, de arte quam tractat & audire & loqui iucundum eſt. *Nauta de ventis, de tauris narrat arator.*

164. PROXIM. PRÆCIP. DOM. VICT. CYCNO, &c.] Cùm alia eius ἀριστεύματα, tum verò eo ipſo die, relata ab eo de Cycno victoria prædicabatur.

165. VISVM MIRABILE CVNCT. QVOD, &c.] Nouum illis & inauditum erat, corpus eius, quaſi lapideum, aut ferreum eſſet, quamuis repetitis teli ictibus lædi minimè potuiſſe, & ferrum hebetaſſe.

A 169. VESTRO FVIT VN. ÆVO CONTEMPT. FERRI, &c.] Quàm opportunè ſimilitudine rei admonitus Neſtor de Cæneo narrationem texit? *Veſtro æuo*, veſtra ætate, ipſe enim iam tertiam viuebat ætatem, multo ſenior omnibus; quo plura & vidiſſe exempla in omni genere, & meminiſſe poterat.

170. NVLLOQ. FORAB. ICTV] impenetrabilis, nulli prorſus vulneri peruius.

171. PATIENT. VVLN. MILLE, &c. PERRHOEB. CÆN. VIDI] Lōgè pluribus appetitum vulneribus Cæneum, illæſum manſiſſe confirmat, quàm Cycnum. Quod vt credant faciliùs, viſa, non ab alijs audita ſe narrare dicit. *Perrhæbus* oppidum eſt Theſſaliæ patria Cænei. Dicendum igitur fuerat *Perrhæbeum*, ſed vſus eſt Enallage ſpeciei.

173. OTHRYN INCOLVIT] montem Theſſaliæ.

175. FÆMINA NATVS ERAT] quamuis tum non
B eſſet. Videbatur itaque corpus habuiſſe mollius, & admittendis plagis ac vulneribus opportunius.

MONSTRI NOVIT. MOVINT. &c.] Tamen plura hoc genus monſtra, fæminas ſcilicet conuerſas in viros, in his libris legimus. Lib. 8. *filia* Eriſichthonis fit piſcator, lib. 9. *Iphis* puella fit puer. Nullum autem virum in fæminam, præter *Tireſiam*, lib. 3. Verùm hoc monſtrū conuiuis iſtis nouum erat. Quāobrem quo pacto accidiſſet iſta ſexus mutatio, audire geſtiebant, & Achilles imprimis, qui & Neſtorem ad exponendum hortatur.

178. O FACVNDE SENEX, ÆVI PRVD. N.] Honorificè appellat, geminamque laudem ei tribuit, eloquentiæ, & prudentiæ. Hac ſi prior illa careat, non *eloquentia*, ſed *loquentia* tantùm ſit. Qua de re Cic. 1. de Orat. In Bruto autem: *Qui eloquentiæ vera dat operam*, inquit, *dat prudentiæ, qua ne maximis qui-*
C *dem in bellis carere æquo animo nemo poteſt.* A prudentia eundem laudat Plato in Hippia, & 4. de Legib. Facundiæ Neſtoris teſtimonium fert Homerus quoque Iliad. 1. vbi iurgantes Agamemnonem & Achillem in amicitiam reducere conatum, ſic narrat:

——— Τοῖσι δὲ Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητὴς,
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
——— *Surgit Neleius heros*
Neſtor, & ore grauis, Pylius dux gentis & annis.
Cuius dulciloquo melli mas ab ore fluebat
Sermonis lepor, & lingua diuina manat
Gratia.

Vide Prouerb. *Neſtorea eloquentia.*

D 179. QVIS FVERIT CÆNEVS, CVR IN CONTRAR. &c.] Quadripartita propoſitio. Singulis partibus Neſtor reſpondebit.

182. QVAMVIS OBSTET M. TARDA VETVST. &c.] *Tarda vetuſtas*, eſt longa vetuſtas, ſurſum eundo videlicet. Hanc ſibi obſtare ait, quo minùs omnium meminerit. Multa in tanta annorum multitudine, quibus vixerit, ſibi effluxiſſe: plura tamen in memoria remanſiſſe.

184. NEC QVÆ MAG. HÆREAT VLLA, &c.] inter omnia à me domi belliqué acta, nihil tam alta mente repoſitum manet, quàm Cænei hiſtoria. Hæc ad attentionem captandam dicuntur.

186. AC SI QVEM P. SPAT. SEN. SPECT. OPER. &c.] Senes ſunt paulo glorioſiores, & ſe iactitant licentiùs: vt qui plurima viderint, audierint, obſeruarint. Vnde minores cenſent & caſtigant, vt inquit

quit Horat. ad Piſon. Cic. in Catone Maiore: *Videtiſne vt apud Homerum ſæpiſſimè Neſtor de virtutibus ſuis prædicet? Tertiam enim ætatem hominum viuebat.* Si quis ergo propter lõginquam ætatem multa videre potuit, ego potui. Sed eſt ἀνανταπόδοτον. alterum enim hoc membrum deeſt, *ego potui*, ſeu, me ſpectatorem operum multorum reddere potui. Subijcitur cauſſa *quia vixi diutiſſimè.*

187. VIXI ANNOS BIS CENT. NVNC TERT.] Homerus 1. Iliad.

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίατο.
Sæcula præteriti quiſſena peregerat æui.

Tibull. lib. 4.

Vixerit ille ſenex quamuis, dum terna per orbem
Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis.

Et Propert. lib. 2. eleg. 13. *Neſtoris eſt viſus poſt tria ſæcla cinis.* Si ætati cum Plutarcho in Catone, tribunatus tantùm annos 30. Neſtor nondum fuerit nonagenarius; ſiquidem adhuc tertiam ætatem non cõpleuerat: quem æquauerit viuendo ille Cato, immò verò ſuperauerit. Natus enim ſex & octogin-

A ta annos in iudicium, Plutarcho affirmante, vocatus eſt. Nonageſimo autem anno ipſe Ser. Galbam, teſte Liuio, lib. 39. Annal. ad populi iudicium adduxit. Et ſanè vel hodie inueniuntur, qui tertiam ætatem viuunt, complures. Cur ego *Neſtorea ſenecta* ſic per ora volat? Ouid. *ætatem* ſumit pro annis centum. Ponamus igitur vixiſſe tum Neſtorem ducẽtis, & inſuper 30. aut 50. aut 60. annis. Quid tam incredibile? Tamen & Næuius apud Gellium lib. 19. cap. 7. *Triſæcliſenem* vocat: & *ſæculum* plerique centum annis definiunt. Horat. ode 9. lib. 2. *Ter æuo functum.* Tu videbis quid ſentias, & cui aſſentias. Lege item Franciſci Floridi Subſeciuar. libr. 2. cap. 3. Pro patre filius *Antilochus* corpus ſuum diſcrimini obiecit, & interijt. Epitaphium ei tale facit Auſonius:

Hoc tegor in tumulo quarti iam prodigus æui
Neſtor, conſilio clarus & eloquio.
Obiecit ſeſe cuius pro morte peremptus
Filius, & nati vulnere viuo pater.
Eheu, cur fatis diſponere ſic placet æuum,
Tam longum vt nobis, tam breue vt Antilocho?

Cænidi Neptunus optanti dedit eſſe virum, & ab omni vulnere tutum. In nuptijs Pirithoi & Hippodamiæ, exorta inter Lapithas & Centauros atrociſſima dimicatione Cæneus (hoc enim nomen virile cum ſexu aſciuit) occiſis priùs aliquam multis, aggeſtu arborum à Centauris eliſus, in volucrem abijt. Eſt autem huius pugnæ narratio vt longiſſima, ita diſertiſſima.

CLARA decore fuit proles Elateia Cænis V.
Theſſalidum virgo pulcherrima, pérque propinquas,
Pérque tuas vrbes (tibi enim popularis, Achille)
Multorum fruſtrà votis optata procorum.
Tentaſſet Peleus thalamos quoque forſitan illos:
Sed iam aut contigerant illi connubia matris,
Aut fuerant promiſſa tuæ: nec Cænis in vllos
Denupſit thalamos, ſecretáque littora carpens
Æquorei vim paſſa dei eſt: ita fama ferebat.
Sint tua vota licet, dixit (Nept.) *ſecura repulſæ,*
Elige quid voueas: eadem quoque fama ferebat.
Magnum, Cænis ait, facit hæc iniuria votum,
Tale pati iam poſſe nihil: da fœmina ne ſim,
Omnia præſtiteris. Grauiore nouiſſima dixit
Verba ſono, poterátque viri vox illa videri,
Sicut erat. nam iam voto deus æquoris alti
Annuerat, dederátque ſuper ne ſaucius vllis
Vulneribus fieri, ferróque occumbere poſſet.
Munere lætus abit, ſtudiiſque virilibus æuum
Exigit Atracides, Peneïáque arua pererrat.

Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus:
Nubigenáſque feros, poſitis ex ordine menſis,
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro.
Æmonij proceres aderant, aderamus & ipſi:
Feſtáque confuſa reſonabat regia turba.
Ecce canunt Hymenæon, & ignibus atria fumant:
Cinctáque adeſt virgo matrum nurúumque caterua,
Præſignis facie. Fœlicem diximus illa
Coniuge Pirithoum: quod penè feſellimus omen.
Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime Centaurorum,
Euryte, quàm vino pectus, tam virgine viſa
Ardet; & ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euerſæ turbant conuiuia menſæ,
Raptatúrque comis per vim noua nupta prehenſis,
Eurytus Hippodamen, alij, quam quiſque probabat,
Aut poterat, rapiunt: captæque erat vrbis imago.
Fœmineo clamore ſonat domus: ocyus omnes
Surgimus: & primus, Quæ te vecordia, Theſeus,
Euryte pulſat? ait, qui me viuente laceſſas
Pirithoum; violáſque duos ignarus in vno?
Néve ea magnanimus fruſtra memorauerit heros,
Summouet inſtantes, raptámque furentibus aufert.
Ille nihil contrà: neque enim defendere verbis
Talia facta poteſt; ſed vindicis ora proteruis
Inſequitur manibus, generoſáque pectora pulſat.
Fortè fuit iuxtà ſignis extantibus aſper
Antiquus crater, quem vaſtum vaſtior ipſe
Suſtulit Ægides, aduerſáque miſit in ora.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrúmque, merúmque
Vulnere & ore vomens madida reſupinus arena
Calcitrat. ardeſcunt germani cæde bimembres;
Certatimque omnes vno ore arma, arma loquuntur,
VINA DABANT ANIMOS; & prima pocula pugna
Miſſa volant, fragiléſque cadi, curuique lebetes,
Res epulis quondam, nunc bello & cædibus aptæ.

189. CLARA DECORE FVIT PROL. ELAT. &c.] Ad primum quæſitum reſpondet Neſtor, quis fuerit Cæneus. Elati Lapithæ filiá fuiſſe, Theſſalam virginem. Laudat eam à forma, & ſtudio virginitatis retinendæ, ob quam tot procos reſpernata ſit. Sed vim Neptuni effugere nequiuiſſe.

191. PER Q. TVAS VRBES, ACHILLE, &c.] per vicinas tuis vrbibus atque adeò per tuas, quas in Theſſalia poſſediſti vrbes. Fingit enim dynaſtiam quandam & toparchiam illius.

TIBI ENIM POPVLARIS] Quia iam *Theſſalidem* appellauit, exponendum erit, *tibi popularis*, tua ciuis, vt Phthia ſimiliter oriundam intelligamus, vnde & Achilles.

192. MVLTOR. F. VOT. &c.] Lib. 4. de Meduſa: *Multorum ſpes inuidioſa procorum.*

193. TENTASSET PELEVS THALAM. QVOQVE, &c.] Connubium eius & Peleus petiiſſet: ſed iam vel duxerat Thetidem Achillis matrem: vel pactam ſibi, & deſponſam habebat.

197. ÆQVOREI VIM PASSA DEI EST] vt aliæ aliorum deorum. Quid enim iſtoc, vel paulùm literatis notius? Notanda elocutio caſta in re non caſta Lib. 1. *Tenuitq; fugam, rapuitq; pudorem.* Lib. 8. *Huic ego virgineum dilecta nomen ademi.* *Copulare corpus cum aliqua*, Plaut. *Eſſe cum aliquo*, vel *aliqua*, idem. *Pudicitiæ alicuius vitium addere.* idem.

199. SINT TVA VOTA LICET D. SECVRA REPVL. &c.] Phœbus Phaëthonti: *Quod vis pete munus, & illud Me tribuente feres.* Et infrà: *Nullam patiere repulſam.*

200. EADEM QVOQ. FAMA FEREBAT] vt priùs illud

illud de vi illata, ſic iſtud de conceſſa quidquid vellet optandi poteſtate, ſama circumferebatur.

201. MAGN. CÆNIS AIT, F.H.I. IVR. VOT.] Ad ſecundum quæſitum reſponſio, cur in contraria verſus, & ex fœmina vir. Optauit enim hoc fieri, & elegit magnum quippiam pro magna iniuria, erepti puduris inquam, quo illi charius nihil erat: & ne quid ampliùs tale poſſet perpeti, cùm & nuptias alioqui refugeret, ideo meliorem ſexum induere concupiuit.

203. OMNIA PRÆSTITERIS] En quanti faciat eſſe ſecuram deinceps ab huiuſmodi contumelia. Nihil maius ſibi præſtari poſſe confitetur hoc vnico, infra quod omnia ducit.

GRAVIORE NOVISS. D. VERBA SONO, &c.] Virorum vox preſſior & grauior, mulierum, puerorumque ob anguſtiores meatus acutior eſt. Cænis dum extrema verba pronuntiat, in virum conuerti incipiebat in quem momento pænè conuerſa eſt, voto eius Neptuno annuente. Ergo Cænis Neptuni, lib. autem 9. Iphis æquè fœmina Iſidis beneficio virum induit. De fœminis conuerſis in mares Plin. lib. 7. cap. 4. Gell. lib. 9. cap. 4.

206. DEDERATQ. VI.NE SAVCIVS VLLIS, &c.] Plus dedit quàm rogatus fuit. Fecit enim immortalem ferro & vulnere. Alia via demum vitam amiſit, vt dicetur.

208. STVDIISQ. VIRILIB. ÆVVM EXIGIT] Antea enim fœmineis exigebat, quæ qualia ſint, quis ignorat?

209 ATRACIDES] *Atrax*, ſiue *Atracia* vrbs Theſſaliæ. Patronymicum eſt pro poſſeſſiuo *Atracius*. Quanquam non ibi natus, popularis enim Achillis fuit: & ille aut *Phthius*, aut *Lariſſæus*: ſed noſtri morem poëtarum, Theſſalum voluit dicere.

PENEIAQ. ARVA PERERRAT] vagatur per loca, quæ Peneus amnis ſecat. Eclog. 1.

Antè, pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

210. DVXERAT HIPPODA. AVDACI IXIONE NAT.] Ad tertium quæſitũ, in quo certamine cognouerit Cæneum. Pirithous Ixionis filius Hippodamiam duxit, & ad nuptias ſuas Centauros ac Lapithas inuitauit. Ibi cùm Eurytus, & ſocii ſponſam rapere tentarent, orta inter eos & Lapithas, Pirithoi imperio parentes, ſæuiſſima pugna eſt. *Ixionem* vocat *audacem*, quia Iunonem auſus eſt tentare. Sponſam *Iſchomachen* Propertius libr. 2. eleg. 2.

Qualis & Iſchomache Lapitha genus heroine,
Centauris medio grata rapina mero.

Deidamiam vocat hanc ſponſam in Theſeo Plutarchus.

211. NVBIGENASQ. FEROS POSIT. EX ORDIN.] Ex nube in Iunonis ſpeciem conformata Centauros genuit Ixion. Horum bonum numerum vocaſſe Pirithoum ad nuptiales epulas inde liquet, quòd pluribus menſis in antro diſcubuerunt.

213. ÆMONII PROCERES ADERANT] primores è tota Theſſalia.

ADERAMVS ET IPSI] teſtes oculati.

214 FESTAQ. CONFVS. RESONA. REG. TVRBA] Regia Pirithoi, antrum illud ſplendidè ornatum clamoribus lætis & confuſis bene precantium & gratulantium reſonabat.

215. ECCE CANVNT HYMENÆON] carmen, ſeu canticum nuptiale, quod ab ipſo præſide nuptiarum *Hymenæo* vocabulum ſumit.

ET IGNI AVSA TRIA FVMANT] Sacrificabatur Hymenæo, quæ ſacrificia Hymenæa dicebantur.

216. CINCTAQ. ADEST VIRGO, &c.] Hippodame, ſtipata nobilibus fœminis, & liberali facie ſpectabilis. Stat. Thebaid. lib. 2. de Argia & Deiphile Adraſti filiabus, & ſponſis:

——— Caſta matres cinxere corona
Argolides, pars virginibus circum vndiq; fuſa
Fœdera conciliant noua, ſolanturq; timorem.

Pars propinquior matronarum nubentes illas, ad maritos amandos & colendos hortabantur, timoremque atque adeò odium Veneris, quamquam legitimæ, quod nonnumquam nupturas ſolet occupare, illis eacoriebant. Hodie quoq; puellis cùm viris traduntur, maritatæ adſunt.

219. NAM TIBI SÆVOR. SÆVISS. CENTAVR.] Hippocentauros, ſiue Centauros ex homine pube tenus, & equo confuſa eſſe monſtra, nec vnquam in natura extitiſſe, aut orta ſtatim periiſſe, bonorum auctorum eſt ſententia: inprimis Lucretij, lib. 4. de rer. nat. *Sed neque Centauri fuerant, nec tempore in vllo Eſſe queant*, &c. Et Cic. 1. Tuſculan.

220. QVAM VINO PECT. T. VIRG. VISA ARDET] Scimus quis ſcripſerit, *in vino eſſe luxuriam*. Et multi eorum qui in libidine grauiùs offenderunt, vino impulſore id fecerunt. Loquantur hiſtoriæ. Lyconides adoleſcens in Aulularia ſeni ſe de eius filia nimis amata excuſans, *Vini vitio atque amoris feci.*

221. ET EBRIET. GEMINATA LIBID. REGNAT] Ebrius Eurytus vno tanto erat libidinoſior, quàm fuiſſet ſobrius. De *vitanda ebrietate* adi lectione digniſſimum c. vlt. l. 14. apud Plinium, & Baſilii Magni homil.

222. PROTIN. EVERSÆ TVRB. CONVIV. MENSÆ, &c.] De pugna iſta Natal. lib. 7. cap. 4. Horat. ode 18. lib. 1.

At, ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata.

223. RAPTATVRQ. COMIS PER VIM N. NVPT.] Eurytus capillis prehenſam ipſam ſponſam, reliqui vt cuique ſua placebat de virginibus & matronis ad ſtuprum vel rapiebant, vel rapere conabantur, per ſummum ſcelus & audaciam.

225. CAPTÆQ. ERAT VRBIS IMAGO] Catull. in carmine nupt. *Quid faciant hoſtes capta crudelius vrbe?* Vrbe quidem Troiana capta Maro: *Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus* 2. Æneid.

226. FŒMINEO CLAMORE SONAT DOMVS] 2. Æneid. *Penituſq; caua plangoribus ædes Fœmineis vlulant.*

OCYVS OMNES SVRGIMVS] vt ſibi, & vitæ ſuæ quiſque conſulat.

227. QVAE TE VECORD. T. EVRYTE PVLSAT, &c.] Theſei & Pirithoi amicitia in paucis celebratur. Itaque aduerſus Centaurum pro Pirithoo inſurgit, raptam ei eripit, & raptorem obiurgat. Lege Plutarch.

228. QVI ME VIVENTE LACES. PIRITH.] in voce *Pirithoum* eſt Emphaſis. *Pirithoum* ſodalem & ſocium meum ſupra omnes dilectum, quo cum ad inferos quoque eius cauſſa deſcendi. Hunc vexari non feram, non patiar, non ſinam.

229. VIOLASQ. DVOS IGNARVS IN VNO] alter

ego eſt. Nos duo ſumus vna anima in duobos corporibus, hoc eſt amicitia coniunctiſſimi, quod neſcis. Quod alteri noſtrûm aut bene aut malè fit, vtrique fit. Plutarch. Commentario περὶ πολυφιλίας, *de multitud. amicorū*, enumeratis aliquot inſignium amicorum paribus, & in iis *Theſeo ac Pirithoo*, *Amicitia enim*, inquit, *eſt animal ſociale, non gregale, in morem graculorum. Et verò exiſtimare, amicum eſſe alterum ipſum, & vocare etiam ἑταῖρον, tanquam ἕτερον, id certè eorum eſt, qui amicitiam numerum duorum excedere non arbitrantur.* Ibidem, quomodo valdè *amare, & amari* inter multos intercedere nequeat, ſimilitudine fluminum in alueos & riuos deductorum oſtendit.

230. NEVE EA MAGNANIM. F. MEMOR. HEROS, &c.] ne putetur verbis tenus generoſus, & tantùm terrere voluiſſe, ſummotis obſtantibus raptorem inuadit, eique prædam frementi & furenti cum Centauris ſuis extorquet.

232. ILLE NIHIL CONTRA, &c.] *verba*, ſubaudi. Sequitur ætiologia; facti enim indignitas nullam vel defenſionem, vel excuſationem admittebat.

233. SED VINDICIS ORA P. INSEQ. MANIB. &c.] ad pugnos confugit, quos in faciem & pectus Theſei ingerit.

235. SIGNIS EXTANTIB. ASPER CRATER, &c.] Simile lib. 5. in pugna Cephenorum procerum, in nuptiis Perſei, & Andromedæ:

——Sed altis
Extantem ſignis, multaq́; in pondere maſſa,
Ingentem manibus tollit cratera duabus,
Infligitq́; viro, rutilam vomit ille cruorem.

Vide ibidem annotata. Stat. quoque 2. Thebaid. de Centaurorum & Lapitharum pugna iſta, & armis poculis: *Qualis in aduerſos Lapithas erexit inanem Magnanimus cratera Pholus.* Propert. eleg. 6. lib. 2.

Aſpera Centauros eadem dementia iuſſit
Frangere in aduerſum pocula Pirithoum.

237. SVSTVLIT ÆGIDES] Theſeus Ægei filius.

238. SANGVINIS ILLE GLOBOS PARITER, &c.] partim per os, partim per vulnus reddebat; ex illo concretum ſanguinem mero mixtum, & cerebrum: ſiquidem ei caluariam contriuerat: ex

A hoc merum, & liquidum ſanguinem.

239. MADIDA RESVPIN. ARENA CALCITRAT] madidam ipſe vomitu ſuo fecerat. Calcitrant morientes in prælus apud Homerum & Virgil. quos noſter, vt ſæpiùs iam vidiſti, imitatur. Virgilius 10. *Sternitur infelix Acron, & calcibus atram Tundit humum moriens.*

240. ARDESCVNT GERMANI CAEDE BIMEMBRES] Lib. 5. *Tum verò indomitas ardeſcit vulgus in iras.* Trucidatus frater Eurytus, eorum furorem vehementiùs accendit. *Bimembres*, quia ex homine & equo compoſiti. *Semihomines* infrá nuncupabit.

241. VNOQVE ARMA LOQVVNT.] μίμησις. *Ad*

B *arma, ad arma* omnes clamabant. Virg. 8. Æneid.

Arma amens fremitat, arma toro tectiſq́; requirit.
Sæuit amor ferri, & ſcelerata inſania belli.

Et lib. 11. Æneid.

Extemplò turbati animi, concuſſaq́; vulgi
Pectora, & arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ,
Arma manu trepidi poſcunt: fremit arma iuuentus.

Item

Dum ſupereſt aliquid, cuncti coëamus ad arma,
Arma capeſſamus.

242. VINA DABANT ANIMOS] 2. de Remed. *Vina parant animos Veneri.* Varii ſunt effectus vini, eorum immoderatiore potu alii redduntur iracundi,

C alii hilares, alii miſericordes, alii taciturni, alii ſomnolenti, alii proterui & audaces, &c. Quidam tunc rident, quidam amant, quidam rixantur, quidam lacrymantur, mulierculæ præſertim, quas ſolemus dicere; das brunkhen ellend beweinen. Hos effectus ſignificauit Horatius ode 21. libro 3. ad Amphoram:

O nata mecum conſule Manlio,
Seu tu querelas, ſiue geris iocos,
Seu rixam, & inſanos amores,
Seu facilem pia teſta ſomnum.

ET PRIMA POCVLA PVGNA MISSA VOL. &c.] Principio hoc genere armorum pugnatum eſt, quod epulis & menſis ſeruiebat: deinde ventum eſt ad alia. Furori quidquid arripuerit pro telo eſt: *Furor arma miniſtrat.* 1. Æneid.

Pars ſecunda.

VI. *PRIMVS Ophionides Amycus penetralia donis*
Haud timuit ſpoliare ſuis; & primus ab æde
Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis:
Elatúmque altè, veluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri,
Illiſit fronti Lapithæ Celadontis, & oſſa
Non agnoſcendo confuſa reliquit in ore.
Exiluere oculi, diſiectiſque oſſibus oris
Acta retro naris, medióque eſt fixa palato.
Hunc pede conuulſo menſæ Pellæus acernæ
Strauit humi Pelades, deiecto in pectora mento,
Cúmque atro miſtos ſpumantem ſanguine dentes,
Vulnere tartareas geminato miſit ad vmbras.

Proxi-

Proximus vt ſteterat, ſpectans altaria vultu
Fumida terribili: Cur non, ait, vtimur iſtis?
Cúmque ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen,
Oppreßitque duos, Brotean, & Orion. Orio
Mater erat Mycale, quam deduxiſſe canendo
Sæpe reluctantis conſtabat cornua lunæ.
Non impunè feres, teli modò copia detur,
Dixerat Exadius; telique habet inſtar, in alta
Quæ fuerant pinu, votiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici Gryneus in lumina ramo,
Eruitúrque oculos, quorum pars cornibus hæret,
Pars fluit in barbam, concretáque ſanguine pendet.
Ecce rapit medijs flagrantem Rhœtus ab aris
Prunitium torrem: dextráque à parte Charaxi
Tempora perfregit, fuluo protecta capillo.
Correpti rabida, veluti ſeges arida, flamma
Arſerunt crines: & vulnere ſanguis inuſtus
Terribilem ſtridore ſonum dedit, vt dare ferrum
Igne rubens plerumque ſolet, quod forcipe curua
Cùm faber eduxit, lacubus demittit: at illud
Stridet, & in tepida ſubmerſum ſibilat vnda.
Saucius hirſutis auidum de crinibus ignem
Excutit, inque humeros limen tellure reuulſum
Tollit onus plauſtri: quod ne permittat in hoſtem,
Ipſa facit grauitas. ſocium quoque ſaxea moles
Oppreſſit ſpatio ſtantem propiore Cometen.
Gaudia nec retinet Rhœtus: Sic comprecor, inquit,
Cætera ſit fortis caſtrorum turba tuorum,
Semicremóque nouat repetitum ſtipite vulnus:
Térque quatérque graui iuncturas verticis ictu
Rupit; & in liquido ſederunt oſſa cerebro.
Victor ad Euagrum, Coritúmque, Dryantáque tranſit.
E quibus vt prima tectus lanugine malas
Procubuit Coritus: Puero quæ gloria fuſo
Parta tibi eſt? Euagrus ait: nec dicere Rhœtus
Plura ſinit; rutiláſque ferox in aperta loquentis
Condidit ora viri, pérque os in pectora flammas.
Te quoque, ſæue Drya, circum caput igne rotato
Inſequitur: ſed non in te quoque conſtitit idem
Exitus: aſſiduæ ſucceſſu cædis ouantem,
Quà iuncta eſt humero ceruix, ſude figis obuſta.
Ingemuit, duróque ſudem vix oſſe reuellit
Rhœtus, & ipſe ſuo madefactus ſanguine fugit,
Fugit & Arnæus, Lycidáſque, & ſaucius armo
Dexteriore Medon, & cum Piſenore Caumas.
Quique pedum nuper certamine vicerat omnes

Mermeros,accepto tum vulnere tardiùs ibat.
Et Pholus,& Menaleus,& Abas prædator aprorum:
Quique ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur
Aſtylos:ille etiam metuenti vulnera Neſſo,
Ne fuge;ad Herculeos,inquit,ſeruaberis arcus.

245. PRIMVS OPHIONIO. AMYCVS,&c.]Ophionis filius *Amycus* notatur vt ſacrilegus, qui ſacellum anathematis ſpoliauit.

247. LAMPAD. DENS RAP. FVNALE CORVSCIS] Nomine funalis hoc loco inſtrumentum aliquod, lampadibus ſuſtinendis factum Raphaël Regius putat accipiendum. Durum autem quippiam ac ſolidum fuiſſe apparet ex eo, quòd Lapithæ Celadonti vno ictu oſſa comminuit.

248. VELVT QVI CANDIDA TAVRI RVMP. &c.] Geſtus taurus mactantium. Solebant, vt vides, ſecuri ceruices tauris præcidere, non in frontem ferire. Deinde iugulum iacentibus cultro aperire, vt noſtri lanij conſueuerunt. 2. Æneid.

Quales mugitus, fugit cùm ſaucius aram
Taurus,& incertam excußit ceruice ſecurim.

Ceruice inquit. Ergo ceruicem percutiebant, & colla ſecuri rumpebant, vt hic loquitur Naſo. *Candida colla*, albi enim boues ſacrificio deligebantur.

250. ET OSSA N. AGNOS. CONF. RELIQ. INDEF.] Ita faciem illiſo funali confractis oſſibus turpauit & confudit, vt faciei formam ampliùs non haberet, nec Celadon agnoſci poſſet. Lib. 5.

Stipite qui media poſitus fumabat in ara
Perculit,& fractis confudit in oſſibus ora.

252. EXILIERE OCVLI,&c.]Confuſionem hanc diſtinctiùs explicat. Nota hic quoque diuerſitatem cædium, vt lib. 5. in nuptijs Perſei.

254. HVNC PEDE CONVVLSO MENSÆ, &c.] Hunc, Amycum Centaurum, Pellæus Pelates Lapitha, Pellæ, vrbe Theſſaliæ natus (nam ſunt plures huius nominis) humi deiecit tali vulnere, vt deiecto in pectus mento, ſanguine ſpumante commiſtos etiam dentes euomeret.

256. CVMQ. ATRO MIST. SPVMANT. S. DENTES] cum ſpuma eiectantem ſanguinem; vel, eiectantem ſpumoſum ſanguinem ſimul cum dentibus. 5. Æneid. de Darete, quem Entellus cæſtibus egregiè contuderat:

Iactantemq; vtroq; caput,craſſamq; cruorem
Ore reiectantem,mixtoſq; in ſanguine dentes.

257. VVLN. TART. GEMIN. MISIT ADVMB.] quò citiùs exſpiraret animam, ictum repetiuit. 1. Triſt. eleg. 2.

Mittere me Stygias ſi iam voluiſſet ad vndas
Cæſar, in hoc veſtra non eguiſſet ope.

258. SPECT. ALTAR. VVLT. FVMID. TERRIS. &c.] Centaurus Gryneus aram ceſpititiam cum ipſis ignibus correptam in Lapithas miſit, qua duos oppreſſit. Nuptiæ, ſeu nuptiales epulæ olim ante aras deorum, thure impoſito inibantur. Quem morem hîc tangit Ouid. vt lib. 5. de nupt. Perſei & Andromedæ:

Pectora rupiſſet,niſi poſt altaria Phineus
Iſſet,& (indignum) ſcelerato profuit ara.

Vide Commentarium ibidem.

263. QVAM DEDVXISS. CANAND. SÆP. RELVCT. A &c. Virgil. eclog. 8. *Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam*. Vide ibid Symb. noſtras. Theſſalæ mulieres vt præ cæteris ſagæ & veneficæ, male audiebant.

265 NON IMPVNE FER.]par tibi referam.

266. DIXERAT EXADIVS]Lapitha.

267. VOTIVI CORNVA CERVI] Arboribus vota ſuſpendebantur. Cerui cornua, Dianæ vtique in pinu hæc pendebant. Corydon paſtor eclog. 7. *Aut ſi non poſſumus omnes*, ſubaudi, bona carmina facere: *Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu*.

268 FIGITVR M. OVPL. GRYNEVS IN LVM. RAMIS] in vtrumque oculum Gryneo Centauro defixus eſt ramus de illis cornibus. Ramos illos Plinius, ni fallor, *ſabulas* appellat.

269. QVORVM PARS CORNIB. HÆRET,&c.]Tetrum ſpectaculum erutorum oculorum.

271. E. . . RAPIT MED. PLAG. RHOET. &c.]Hic locus bonam partem refipit Virgilianum illum, l. B 12. de Chorinæo & Ebuſo:

Obuius ambuſtum torrem Chorinæus ab ara
Corripit,& venienti Ebuſo, plagamq; ferenti
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit.

272. PRIMVTIVM TORREM]præcipuum magnitudine, maximum.

274. VELVTI SEGES ARID. FLAMMA ARSER. CRIN.] admodum crinitum fuiſſe oportet, ſi inſtar ſegetis aridæ caput eius arſit. Virgil. facit Ebuſi barbam ardere, & eam ingentem, comparatione ſuperſedet.

275. ET VVLNERE SANG. INVSTVS]& in vulnere ſanguis vſtus.

276. ET DARE FERRVM IGNE RVBENS PLERVMQ.]ſtridentem in vulnere ſanguinem cum ferro candenti, à fabro in lacum miſſo extinguendi cauſſa, aptè confert.

280. HIRSVTIS AVID. DE CRINIB. IG. EXCVT.] Ignis depaſcitur continenter, quidquid vri poteſt. C Inde *auidus*, & *edax* dicitur. 2. Æneid. *Nos trepidare metu pauidi, crinemq; flagrantem Excutere.* Hoc eſt, flammam de crine flagranti excutere.

282. ONVS PLAVSTRI]Exaggeratio, ſeu hyperbole, quod plauſtrũ implere poſſit, ſaxũ immane.

283 IPSA FACIT ORAVIT. &c.]propter nimium pondus Charaxus hoc limen lapideum in Rhœtum longiùs diſtantem mittere non potuit: ſed eo minùs à ſe diſtantem Cometem obruit.

285. GAVDIA NEC RE . . IN. RHOET.] cui enim volupe non ſit, euaſiſſe mortem certiſſimam?

SIC COMPARE COR. INQ. CÆTER. S. FORT. &c.] Sarcaſmus. Irridet debilitatem proijcientis.

287. SEMICREMOQ. NOVAT REPETIT. STIP. VVL.]Accurrens vulnus ſaxi iactu factum renouat, vel potiùs auget primùm illo titione, quem adhuc manu tenebat, aliquoties incuſſo, & cranio perfracto, vt cerebro oſſa miſcerentur.

290. VICTOR AD EVAG. CORYT. DRYANT.]Tres deinceps Rhœtus aggreditur; ſed à tertio percuſſus fugit.

291. Vt

291. VT PRIMA TECT. LANVG. MAL. &c.] cui prima barba erumpebat: cui *prima genas veſtibat flore iuuenta*, vt eſt apud Maronem, Æneid.8. Lucret. lib.5. hanc lanuginem vocat *mollem veſtem*: qua qui carent adhuc, & ſunt impuberes, dicuntur *inueſtes*. &c, *impubem molli pubeſcere veſte*. Eodem lib. *Iuuentas Occipit, & molli veſtit lanugine malas*. Virgil. lib.8. in deſcriptione clypei Æneæ, cùm dixit de Gallis: *Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis*, nomine *veſtis* barbam vtique intellexit. A

292. PVERO QVÆ GLORIA FVSO PARTA TIBI?] puerum vocat, qui adoleſcens erat, quò laudem Rhœti minuat.

294. RVTILASQ. FEROX IN APERT. LOQ. &c.] Eundem torrem, ſeu ſtipitem adhuc ardentem impegit in os Euagri, ita validè, vt in pectus flamma deſcenderet.

296. TE QVOQ. SÆVE DRYA, &c.] Fælix fuit in Corito & Euagro, quos occidit: in hoc infælix.

CIRCVM CAPVT IGNE ROTATO INSEQ.] titionem circũ caput in gyrum egit. De Tiſiphone l.4.

Tum face iactata per eundem ſæpiùs orbem,
Conſequitur motu velociter ignibus ignes.

297. SED NON IN TE QVOQ. C. IO. EXITVS] non effecit in te, quod in aliis.

298. ASSIDVÆ SVCCESSV CÆD. OVANT.] lętum, & ſibi in cædibus quas faciebat quotidie, magnopere placentem.

299. QVA IVNCT. E. HVMERO CERVIX] in extrema, ſeu ima ceruice.

A SVDE FIGIS OBVSTA] palo pręacuto & aduſto. 11. Æneid. de fœminis Laurentinis:

Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum, ſudibuſq; imitantur obuſtis.

Et lib.7.

——— Non iam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur, ſudibúſve præuſtis:
Sed ferro ancipiti decernunt.

300. DVROQVE SVDEM VIX OSSE REVELLIT] hinc conijce quàm acuta ſudes fuerit.

301. ET IPSE SVO MADEF. SANGVINE] Signatè, *& ipſe*. Iam enim alios ipſorum ſanguine madefecerat.

302. FVGIT ET ARNÆVS, &c.] Recenſet quoſdam alios, qui non vulnerati fugerunt, excepto Medonte, cui ſauciatus dexter humerus. Mermeron ad fugam tardabat vulnus, cùm alioqui pedibus præueniſſet omnes. Itaq; abibat potiùs, quàm fugiebat, & lentè ſans. B

306. ARAS PRÆDATOR APRORVM] ſolitus venari apros. Quod venatu capitur, vocant *prædam*. 1. Æneid. de ceruis ab Ænea confixis, & in naues diſtributis: *Illi ſe prædæ accingunt*. Et 9. *Heu, terra ignota canibus data præda Latinis, Alitibuſq; iaces.*

308. METVENTI VVLN. NESSO, &c.] Cùm & Neſſus Centaurus dare ſe in fugam vellet, Aſtylos dehortatus eſt, vaticinans illi arcum Herculeum, quo ſe fatis volentibus periturum ſciret. Quare nunc quidem nihil timeret. De eius nece, quam ei Hercules attulit, & de cauſſa ſcriptum lib.9.

Pars tertia.

At non Eurynomos, Lycidáſque, & Areus, & Imbreus VII.
Effugêre necem. quos omnes dextra Dryantis
Perculit aduerſos: aduerſum tu quoque, quamuis
Terga fugæ dederas, vulnus, Cænee, tuliſti.
Nam graue, reſpiciens, inter duo lumina ferrum,
Quà naris fronti committitur, accipis, imæ.
In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat
Sopitus venis, & inexperrectus Aphypnas,
Languentique manu carcheſia miſta tenebat,
Fuſus in Oſſææ villoſis pellibus vrſæ.
Quem procul vt vidit fruſtra nulla arma mouentem,
Inſerit amento digitos, miſcendáque, dixit,
Cùm ſtyge vina bibes, Phorbas: nec plura locutus,
In iuuenem torſit iaculum, ferratáque collo
Fraxinus, vt caſu iacuit reſupinus, adacta eſt.
Mors caruit ſenſu: pleno quoque gutture fluxit
Inque toros, inque ipſa niger carcheſia ſanguis.
Vidi ego Petræum conantem euellere terra
Glandiferam quercum. Quam dum complexibus ambit,
Et quatit huc illuc, labefactáque robora pulſat,
Lancea Pirithoi coſtis immiſſa Petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidiſſe Lycum virtute ferebant;

Pirithoi virtute Chromin: ſed vterque minorem
Victori titulum, quàm Dictys Helópſque dederunt.
Fixus Helops iaculo eſt, quod tempora peruia fecit:
Et miſſum à dextra læuam penetrauit ad aurem.
Dictys ab ancipiti delapſus acumine montis,
Dum fugit inſtantem trepidans Ixione natum,
Decidit in præceps. & pondere corporis ornum
Ingentem fregit: ſuáque induit ilia fractæ.
Vltor adeſt Phareus, ſaxúmque è monte reuulſum
Mittere conatur. mittentem ſtipite querno,
Occupat Ægides; cubitique ingentia fregit
Oſſa: nec vlteriùs dare corpus inutile letho
Aut vacat, aut curat: tergóque Bianoris alti
Inſilit, haud ſolito quenquam portare niſi ipſum:
Oppoſuitque genu coſtis, prensámque ſiniſtra
Cæſariem retinens, vultum, minitantiáque ora
Robore nodoſo, preduráque tempora fregit,
Robore Medimnum, iaculatorémque Lyceſpen
Sternit, & immiſſa protectum pectora barba
Hippaſon, & ſummis extantem Riphea ſyluis,
Thereáque, Æmonijs qui prenſos montibus vrſos
Ferre domum viuos, indignantéſque ſolebat.
Haud tulit vtentem pugnæ ſucceſſibus vltrà
Theſea Demoleon; ſolidóque reuellere dumo
Annoſam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit, præfractam miſit in hoſtem.
Sed procul à telo Theſeus veniente receſſit
Pallados admonitu (credi ſic ipſe volebat)
Non tamen arbor iners cecidit: nam Crantoris alti
Abſcidit iugulo pectúſque humerúmque ſiniſtrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris, Achille,
Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amyntor
Æacidæ dederat pacis pignúſque fidémque.
Hunc procul vt fœdo deiectum vulnere Peleus
Viderat: Inferias iuuenum gratiſſime Crantor
Accipe, ait: validóque in Demoleonta lacerto
Fraxineam miſit mentis quoque viribus haſtam.
Quæ laterum cratem perrupit, & oſſibus hærens
Intremuit: trahit ille manu ſine cuſpide lignum;
Id quoque vix ſequitur: cuſpis pulmone retenta eſt.
Ipſe dolor vires animo dabat. æger in hoſtem
*Erigitur; pedibúſque virum * conculcat equinis.* *proculcat
Excipit ille ictus galea clypeóque ſonantes,
Defensátque humeros, prætentáque ſuſtinet arma,
Pérque armos vno duo pectora perforat ictu.
Antè tamen letho dederat Phlegræon, & Hylem
Eminus: Hiphinoum collato marte, Danimque.

310. AT NON EVRYN. MOS,&c.] Superiores fugerunt, & effugerunt mortem ſibi a Dryante imminentem. Verùm hi ab eo cæſi ſunt, Centauri à Lapitha.

312. ADVERSVM TV QVOQ. Q. TERGA FVGÆ ORDER. &c.] Ceneus quidam περισπώμενος, penultima longa, diuerſus à *Cæneo* ſuperiore, dum in fuga reſpicit retro, vulnus accipit quà naſus ab ima fronte incipit, in frontis, naſi & oculorum confinio. Ad dictenium Cæſaris alludit, quo Pomponium quēdam, cicatricem vulneris pro eo accepti in vultu oſtentantem, quod ipſe ſe paſſum pro Cæſare pugnantem gloriabatur, monuit, vt poſthac fugiens ne reſpiceret. Quintilian. lib. 6. cap. 3. Simile eſt Augusti in expeditione ſaxo percuſſum, ac notabili cicatrice in fronte deformem apud Macrob. Saturnal. lib. 2. cap. 4.

316. IN TANT. FREM. C. SINE F.] Aphypnas, ſeu Aphidas, vt eſt in manuſcript. ſomno vinoque ſepultus iacebat, non plus quàm mortuus ſentiens tantum fremitum & ſtrepitum; manu languenti & remiſſa, vt dormiens ſcilicet, tenens poculum vino plenum.

319. FVSVS IN OSSÆAE AB VILL. P[illegible] IA. VRSAE] recubabat ſuper pellem crudam vrſæ, in monte Oſſa captæ. Hic ei lectus erat.

320. FRVSTRA NVLLA ARMA MOVENT.] quòd ſeuino ingurgitate contentus, ſuos armis non iuuabat; ſed ſomno altiſſimo preſſus, humi ſubſtrata pelle vrſina iacebat ſecurus, vt putabat, hoc ei nihil profuit. Conuenit in Aphypnam, eique ſimiles philœnos odarion Anacreontis, quod adſcribam:

Ὅταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι:
Δοκῶ δ' ἔχειν τὰ Κροίσου,
Θέλω καλῶς ἀείδειν.
Κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι,
Πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ,
Ὅπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω.
Φέρε μοι κύπελλον, ὦ παῖ.
Μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
Πολὺ κρεῖσσον, ἢ θανόντα.
Vt me ſubit Lyæus,
Tunc cura dormit omnis,
Cræſumq; ſperno præ me:
Dulcis repentè noſtro
Erumpit ore cantus.
Edera comaſq; cinctus,
Proculco mente cuncta.
Ad arma curras alter,
Ad pocula ipſe curram.
Puer ocyus ſcyphum da.
Nam præſtat ebrium me,
Quàm mortuum iacere.

321. INSERIT AMENTO DIGITOS] *Amentum* erat lorum mediæ haſtæ, ſeu iaculo illigatum, cui manum, ſeu digitos inſerebant, quò validiùs & longiùs mitterent. Virgil. cùm ſcribit lib. 7. *Teretes ſunt aclides illis Tela: ſed has lento mos eſt aptare flagello*, lorum amentum nomine lenti flagelli intelligit, & iacula amentata: teres enim eſt iaculorum haſtile. Notat Turneb. lib. 30. cap. 21. Diximus, ni fallor, alibi in hiſce Commentariis.

MISCENDAQ. DIXIT, CVM STYGE VINA BIBES] Sarcaſmus. iam iam apud inferos de aqua ſtygia

A bibes. quod vino abs te hauſto in ventre miſceatur. Hypallage eſt: & inuerſo ordine verba ſumenda, vt, *Dare claſſibus Auſtros*.

324. VT CASV IACVIT RESVPIN.] non pronus, nec in latus iacebat, ſed ſupinus, idque non ſtudio, & dedita opera, ſed caſu, forte fortuna. Quare iaculum in eius collum commodè adigi potuit.

325. MORS CARVIT SENSV] quia ſubitò extinctus eſt. Simul adactum eſt iaculum, ſimul anima receſſit, vt ſine ſenſu mortuus ſit.

PLENO QVOQ. GVTTVRE FLVX. INQ. TOROS, &c.] copia ſanguinis in pellem, cui incubabat, & in ipſam pateram, quam manu tenebat defluentis, quantum biberit, oſtendit euidenter.

327. VIDI EGO PETRÆVM CONANT.] Incredibile robur huius Petræi, arborem radicitus reuellere humo attentantis. Sed Pirithous, ne rem
B perficeret, lancea ſua prohibuit.

332. PIRITH. CECIDISSE LYCVM, &c.] Lycum & Chromium à Pirithoo necatos audiuit tantùm: cædem Petræi oculis ſuis aſpexit.

333. SED VTERQ. MINOR. VICT. TIT. &c.] Dictys & Helops ab eodem Pirithoo interempti ſunt gl[illegible]rioſiùs, quàm alij duo, propter ſingularem necis modum.

335. FIXVS HELOPS IACVLO EST, &c.] Per caput Helopis haſtam, ſiue iaculum ſic traiecit, vt iuxta aurem dexteram ingreſſum, iuxta ſiniſtram extaret. Tale vulnus eſt 9. Æneid. *It haſta Tago per tempus vtrumque Stridens, traiectoq; hæſit tepefacta cerebro.*

C 337. DICTYS AB ANCIPITI DELAPSVS, &c.] ab alti montis vertice, in quem, inſtantem ſibi Pirithoum fugiens ſe recepit hic Centaurus, decidit, ventremque ſuum orni, quam illapſu corporis ſui fregerat, ſchidio confixit.

341. VLTOR ADEST PHAREVS] Dictys vltor alius Centaurus.

342. STIPITE QVERN. OCCVP. ÆGID.] anteuerrit eum Theſeus, amico Pirithoo ferens auxilium, vt ſuprà.

344. NEC VLTER. DARE CORP. INVT. LETHO, &c.] ſatis habet Theſeus cubitum illi contriuiſſe, & de cætero pugnæ inutilem reddidiſſe. Penitus illum occidere negligit, quod facilè poterat; nec tantum erat otij.

345. TERGOQ. BIANORIS ALTE INSILIT, &c.]
D Quomodo Centaurum hũc interfecerit Theſeus.

346. HAVD SOLITO QVENQ. PORT. N. IPSVM] tergum illud equinum Centauri antea neminem portauerat, niſi dominum. Quodammodo enim inſidere equo videntur illi ſemiferi. Huius caput, quod prehenſis capillis, ne ſe verſare, & rectum declinare poſſet, retinebat, & faciem, quam minitabundus obuertebat, ſtipite illo ſic contudit, vt oſſa comminueret. Sequuntur alij ab eo mactati.

351. ET IMMISSA PROTECT. PECTORA BARBA HIPP.] adeò longa & lata erat huius barba, vt pectus operiret. Hirſutum ſupercilium, & promiſſam barbam dat paſtori Virgil. eclog. 8. libr. 9. de Mezentio: *Fuſus propexam in pectora barbam*: quod mutatis verbis Ouid. ſuum fecit. Laudat ſe Galateæ Polyphemus lib. 14. etiam à barba: *Pluma tegit volucres: ouibus ſua lana decori eſt, Barba viris.* Lege Hadrian. Iun. de Coma.

352.Et svmmis extant.Riph.sylvis] excedentem quamuis longas arbores in ſyluis altitudine ſua. Hyperbole.

353.Æmon.qvi prens.mont.vrsos,&c.] Viuos capere, & domum portare vrſos, robuſtiſſimarum virium,& ingentis animi opus eſt.

355.Havd tvlit vt ent.pvg.svccessib.&c.] Fęlicitatem Theſei non ferens Demoleon,nititur, vt ſuprà Petræus quercum, ſic ipſe pinum humo reuellere.Sed fruſtra fuit:ipſo enim luctamine fregit,& partem in Theſeum conuertit.

359 Sed procvl a telo Thesevs ven.&c.] vel retrocedendo, vel in latus declinando, ictum præfractæ arboris effugit Theſeus, fingens ſibi Palladem affuiſſe in eo diſcrimine,cui ſuadenti paruerit.

361.Non tam.arb.iners cecidit] aliquid nihilominus effecit. aliquod damnum Lapithis dedit, Crantore, armigero Pelei,quem ei Amyntor Dolopum rex, ab eo victus obſidem dederat, vt narrat,percuſſo.

367.Ivven.gratissimvs] quia & obſes & armiger,vt dictum eſt. Vlciſcitur eum Peleus.

369.Mentis qvoq.viribvs] non modò totis viribus corporis, id enim ſibi vult *valido lacerto*; ſed mentis quoque viribus, id eſt, tanta indignatione & ira,quantam capere poterat animus.

370.Qvæ later.crat.perrvpit] Coſtæ in modum cratis ſunt compoſitæ, & coniunctæ inter ſe.

Et ossibvs hærens] immò inter oſſa;alioqui cuſpis in pulmone retineri qui potuiſſet?

373.Ipse dolor vires animo dabat] Demoleontem Centaurum dolor vulneris in Peleum concitabat, quem pedibus anterioribus conitebatur in terram deijcere & proculcare.

375.Excip.ille ictvs galea, &c.] Quomodo ſe tutatus ſit Peleus, aduerſus tantum impetum.

377.Perq.armos vno d.pect.&c.] pectus equinum,& hominis vno ictu perfodit.

378.Ante tam.letho dedit.&c.] Nominat quatuor, quorum ante hunc duos eminus, totidem comminus iugularit.

Parsquarta.

VIII. *Additvr his Dorylas,qui tempora tecta gerebat*
Pelle lupi, ſæuique vicem præſtantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
Huic ego(nam vires animus dabat)aſpice,dixi,
Quantum concedant noſtro tua cornua ferro:
Et iaculum torſi. quod cùm vitare nequiret,
Oppoſuit dextram paſſuræ vulnera fronti.
Affixa eſt cum fronte manus.Fit clamor:at illum
Hærentem Peleus,& acerbo vulnere victum
(Stabat enim propior)mediam ferit enſe ſub aluum.
Proſilijt,terráque ferox ſua viſcera traxit,
Tractáque calcauit;calcatáque rupit:& illis
Crura quoque impedijt;& inani condidit aluo.
Nec te pugnantem tua,Cyllare, forma redemit,
Si modò naturæ formam concedimus illi.
Barba erat incipiens;barba color aureus,aurea
Ex humeris medios coma dependebat in armos:
Gratus in ore vigor:ceruix,humerique manúſque,
Pectoráque artificum laudatis proxima ſignis,
Ex qua parte vir eſt:neque equi mendoſa ſub illo
Deteriórque viro facies:da colla,capútque,
Caſtore dignus erit. ſic tergum ſeſſile, ſic ſunt
Pectora celſa toris:totus pice nigrior atra:
Candida cauda tamen:color eſt quoque cruribus albis.,
Multæ illum petiere ſua de gente:ſed vna
Abſtulit Hylonome:qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit fœmina ſyluis.
Hæc & blanditijs,& amando,& amare fatendo

Cyllaron vna tenet: cultus quoque quantus in illis
Eſſe poteſt membris, vt ſit coma pectine lenis,
Vt modò rore maris, modò ſe violáve, roſáve
*Implicet, interdum * canentia lilia geſtet:*
Biſque die lapſis Pagaſææ vertice ſyluæ
Fontibus ora lauet, bis flumine corpora tingat:
Nec niſi quæ deceant, electarúmque ferarum
Aut humero, aut lateri prætendat vellera læuo.
Par amor eſt illis: errant in montibus vnà:
Antra ſimul ſubeunt: & tum, Lapitheïa tecta
Intrarant pariter; pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto eſt: iaculum de parte ſiniſtra
Venit, & inferiùs, quà collo pectora ſubſunt,
Cyllare, te fixit: paruo cor vulnere læſum
Corpore cum toto poſt tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus,
Impoſitáque manu vulnus fouet, oráque ad ora
Admouet, atque animæ fugienti obſiſtere tentat.
Vt videt extinctum, dictis, quæ clamor ad aures
Arcuit ire meas, telo quod inhæſerat illi
Incubuit, moriénſque ſuum complexa maritum eſt.

*candentia

380 QVI TEMP. TACTA GEREB. PELLE LVPI, &c.] *Galeas* quondam ex diuerſorum animantium pellibus confici conſueſſe, argumento ſunt græca earum vocabula apud poëtas *κυνέας, λυκέας*, ex canum & luporum. Et quòd etiam ex felina pelle ficrent, *γαλέας* dictæ: *γάλη* enim *felis*, vel ſimile animal ei, quod Græci vocant *ἴκτιν*. Quare & Homerus *galeam ἰκτιδέην* vocauit. Hæc ex Scalig. in Varronem attulimus in Symb. ad illud Virgil. lib. 7. *Fuluoſq́; lupi de pelle galeros.* Sic enim ibi *galeas* appellat, galeros inquam. Diſcas hinc, imperitè vocari *galeros*, quæ rectiùs *cauſia*, aut *petaſi* dicerentur. Diximus & lib. 1. de generibus *galearum*, & earum materia ex Lipſio.

381. SÆVIQ. VICEM PRÆSTANT. TELI CORN. &c.] Pro telo erant eidem Dorylæ duo cornua bubula, galero, ſeu galeæ inſerta, quæ in cæde Lapitharum rubefecerat.

383. HVIC EGO] ego Neſtor, de ſe enim loquitur, ſeque partem aliquam fuiſſe certaminis illius gloriatur 1. Iliad. Lapitharum partes adiuuando. Nominat autem nonnullos horum ibidem, Pirithoum, Dryantem, Cæneum, Exadium, Theſeum, vbi Centauros belluas monticolas dicit, & à Lapithis trucidatos ait.

NAM VIRES ANIMVS DABAT] Suprà: *Ipſe dolor vires animo dabat.* Vt ergo in cornutum illum Dorylam auderet iaculum torquere, quanquam viribus impar, animus generoſus effecit.

385. QVOD CVM VITARE NEQVIRET] nimis enim directè veniebat.

386. OPPOSVIT DEXTRAM PASSVRÆ VVLN. F.] De Tellure, in illo latiſſimo Phaëthontis incendio efferente vultus aridos collo tenus, *Oppoſuitq́; manum fronti.*

387. FIT CLAMOR] à Centauris.

388. HÆRENTEM] in veſtigio manentem.

389. MEDIAM FERIT ENSE SVB ALVVM] quia ſtabat prope illum, nam remotiorem enſe ferire nequiuiſſet.

390. TERRAQ. FEROX SVA VISCERA TRAXIT, &c.] inteſtina effundi ventre diſciſſo neceſſe erat. Ea per terram traxit, tracta calcauit, calcata rupit (nota gradationem) greſſum illis impediit, & tandem exinanita aluo concidit.

393. NEC TE PVGN. T. CYLLARE F. REDEM.] miſeratur hunc adoleſcentem Centaurum, propter formam.

394. SI MODO N. F. CONCED. ILLI] Centaurorum quippe natura monſtro ſimilior eſt, nec videtur in eam formæ laus cadere.

395. BARBA ERAT INCIPIENS] Deſcribit formã Cyllari. incipiens barba eſt Lucretio *barbula prima.*

BARBÆ COLOR AVREVS, &c.] Vt in coma, ſic in barba commendatur præ cæteris color aureus. Olim quidem in crinibus placebat magis niger, vt in oculis.

396. MEDIOS IN ARMOS] in humeros. *κατώμιος.*

397. GRATVS IN ORE VIGOR, &c.] os, ſeu facies viuida bene colorata. Cætera ſimilia artificioſarum ſtatuarum, Polycleti, aut Phidiæ alicuius, tam bellè inuicem reſpondentia, proportione debita.

399. EX QVA PARTE VIR EST] quod attinet ad ſuperiora corporis, quibus virum præfert.

NEC EQVI MENDOSA SVB ILLO, &c.] Tacitæ interrogationi occurrit. Quærat enim quiſpiam an & pars equina, inferior ſcilicet, eleganti ſpecie fuerit. Reſpondet, in ſuo genere nihil conceſſiſſe viro, ſuperiori parti. Mox eam deſcribit particulatim.

401. CASTORE DIGNVS ERIT] Si collum & caput

pur haberet equinum, non eſſet pudendus ipſi Caſtori. Fratres fuerunt *Caſtor* & *Pollux*, Lędæ filij, quorum ille bonus eques, hic bonus pugil eſt creditus. Lib. 8. *Tyndaridæ gemini, ſpectatus caſtibus alter, Alter equo.* Virgilius confudit 3. Georg. *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.* Romæ item vtrumque alteri ſimilem cum equo conſpici, & in nummis veteribus vti equites fingi, infixis vertici ſtellis teſtatur in Horat. Lęuin. Torrent. ad odam 12. l. 1.

402. TOTVS PICE NIG. ATRA, CAND. CAVO. &c.] Obſerua, pulchrum equum iudicari à Naſone, qui ſit nigerrimus, cauda alba (quod nunquam vidimus) & pedibus, ſeu cruribus albis. Nam quin, ſi caput habuiſſet equinum & collum, ea quoque nigra eſſe debuiſſent, ad perfectionem pulchritudinis, iudicio Naſonis, dubitandum non eſt. Virgil. 5. Æneid. vide quem pulchrum equum ipſe iudicet. De Polite Priami nepote loquens:

——— *Quem Thracius albis*
Portat equus bicolor maculis, veſtigia primi
Alba pedis, frontemq; oſtentans arduus albam.

404. MVLTÆ ILLVM PET. S. DE GENTE, &c.] Hunc Cyllarum concupiere complures fæminæ de gente Centaurorum, quas vocat *ſemiferas*, vt mares *ſemiferos*, & infrà, *ſemihomines*: ſed Hylonome cæteris ſpecie antecellens eo potita eſt.

408. CVLTVS QVOQ. Q. IN ILL. E. P. MEMB.] Multis deinceps verſibus Hylonomen, vt ita dicam, Cétauram deſcribit, quàm culta, quàm munda eſſe ſtuduerit. Quantus cultus in illis eſſe poteſt membris, ſunt enim agreſtiora, & minùs delicata, quàm vrbes & arces habitantium. Suprà de Cyllaro: *Si modò naturam formæ concedimus illi.*

409. VT SIT COMA PECT. LENIS] comere ſe diligentiùs, communis fæminarum labor.

410. VT MODO RORE MARIS, M. SE VIOLAVE, &c.] nunc de rore marino, herba odoratiſſima, nunc de violis, nunc de roſis, nunc de lilijs ſertum contextum gerebat.

412. BISQ. DIE LAPSIS PAGAS. &c.] Pagaſæ vrbs Theſſaliæ, in cuius vicina ſylua multi fontes. A Quam ſyluam cùm habitaret Hylonome, bis faciem quotidie aquis illis abluebat. Bis etiam totum corpus flumine.

414. NEC NISI QVÆ DECEANT, ELECTARVMQ.] pellibus non niſi nobilium ferarum aut humeros, aut læuum latus tegebat: dextrum enim relinquebat nudum.

416. PAR AMOR EST ILLIS, &c.] coniuges iſti æqualiter amabant mutuum, & per montes ſimul vagabantur, nec vnquam diſiungebantur.

417. ANTRA SIMVL SVB ET TVM, &c.] etiam ad Pirithoi nuptias ſimul venerunt in antrum illud, quo diſcumbebatur.

B 418. PARITER FERA BELLA GEREB.] ne in hoc quidem quidquam alteri ab altero ſeiunctum erat. Pugnabãt quoque, & ſeſe tuebantur mutuò.

419. AVCTOR IN INCERTO EST] incertum à quo miſſum hoc iaculum. De vulnere Ænee ab incerto auctore, 12. Æneid.

Ecce viro ſtridens alis allapſa ſagitta eſt,
Incertum qua pulſa manu, quo turbine adacta.

420. QVA COLLO PECT. SVBSVNT] inter collum, & pectus ſummum.

421. PARVO COR VVLN. LÆSVM CORP. &c.] Fons vitę cor, cuius vel vulnuſculum lethale. Mox igitur omnis calor vitalis exceſſit.

423 MORIENTES EXCIPIT ARTVS, &c.] Officia C fidæ coniugis, adhibita morienti.

424. ORAQ. AD ORA ADMOV. ATQ. AN. FVG. &c.] Vltimum ſpiritum cognati & propinqui excipiebant. Anna, moriente Didone ſorore, poſtquam in gladium ſcilicet Ænea abnauigante incubuit, 4. Æneid.

——— *Date, vulnera lymphis*
Abluam, & extremus ſi quis ſuper halitus errat,
Ore legam.

426. DICT. QVÆ CLAM. A. AVRES A. IRE MEAS] Cùm videret iam exanimem, prolatis ad extremum verbis, quæ præ clamoribus audire nequiui, eodem telo, quo maritus perierat, ſe peremit, & in eius complexu ſpiritum effudit.

Pars quinta.

IX. *ANte oculos ſtat & ille meos, qui ſæua leonum*
Vinxerat inter ſe connexis vellera nodis
Phæocomes, hominémque ſimul protectus, equúmque.
Codice qui miſſo, quem vix iuga bina mouerent
Iuncta, Phonoleniden ſummo de vertice fregit.
Fracta volubilitas capitis latiſſima, pérque os,
Pérque cauas nares, oculóſque auréſque cerebrum
Molle fluit; veluti concretum vimine querno
Lac ſolet; vtque liquor rari ſub pondere cribri
Manat, & exprimitur per denſa foramina ſpiſſus.
Aſt ego, dum parat hic armis nudare iacentem,
(Scit tuus hoc genitor) gladium ſpoliantis in ima
Ilia demiſi: Chthonius quoque, Teleboáſque
Enſe iacent noſtro: ramum prior ille biſurcum

Geſſe-

Geſſerat, hic iaculum: iaculo mihi vulnera fecit:
Signa vides: apparet adhuc vetus inde cicatrix.
Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti:
Tunc poteram magni, ſi non ſuperare, morari
Hectoris arma meis. illo ſed tempore nullus,
Aut puer Hector erat: nunc me mea deficit ætas.
Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti?
Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Oicli
Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide vultu.
Vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto
Strauit Erigdupum: memini & venabula condi
Inguine Neſſei, manibus coniecta Cymeli.
Nec tu credideris tantùm ceciniſſe futura,
Ampyciden Mopſum. Mopſo iaculante biformis
Occubuit, fruſtráque loqui tentauit Odites,
Ad mentum lingua, mentóque ad guttura fixo.
Quinque neci Cæneus dederat, Stiphelúmque, Bromúmque,
Antimachúmque, Helimúmque, ſecuriferúmque Pyracmon.
Vulnera non memini, numerum, noménque notaui.
Prouolat Emathij ſpolijs armatus Aleſi,
Quem dederat letho membris & corpore Latreus
Maximus. huic ætas inter iuuenémque ſenémque:
Vis iuuenilis erat: variabant tempora cani.
Qui clypeo, gladióque, Macedoniáque ſariſſa
Conſpicuus, faciémque obuerſus in agmen vtrumque,
Armáque concuſſit, certúmque equitauit in orbem:
Verbáque tot fudit vacuas animoſus in auras:
Et te, Cæni, feram? nam tu mihi fœmina ſemper,
Tu mihi Cænis eris: nec te natalis origo
Commonuit: mentémque ſubit, quo præmia facto,
Quáque viri falſam ſpeciem mercede pararis.
Quid ſis nata vide, vel quid ſis paſſa, colúmque
I cape cum calathis, & ſtamina pollice torque:
Bella relinque viris. iactanti talia Cæneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta,
Quà vir equo commiſſus erat. furit ille dolore,
Nudáque Phyllæi iuuenis ferit ora ſariſſa.
Non ſecùs hæc reſilit, quàm tecti à culmine grando;
Aut ſi quis paruo feriat caua tympana ſaxo.
Comminus aggreditur; laterique recondere duro
Luctatur gladium: gladio loca peruia non ſunt.
Haud tamen effugies, medio iugulaberis enſe,
Quandoquidem mucro eſt hebes, inquit: & in latus enſem
Obliquat: longáque amplectitur ilia dextra.
Plaga facit gemitus vt corpore marmoris icti,
Fractáque diſſilijt percuſſo lamina collo.

429. ANTE OCVL. STAT ET ILLE MEOS] videor mihi & illum videre. Recordor & illius. Subit animum imago.

QVI SÆVA LEON. VINX. INTER SE, &c.] qui pelles ſæuorum leonum binas colligarat, quibus & ſe, & equum texerat, hoc eſt ſe, quà homo, quà equus operuerat.

432. CODICE QVI MISSO, QVEM VIX, &c.] Phæocomes arrepto caudice (veteres ſcribebant, *codex*) trunco arboris tam vaſto, vt illum duo boues loco mouere trahentes non poſſent, & in Phonoleniden iacto, caput eius comminuit.

434. FRACTA VOLVBILIT. CAP. LATISS.] latiſſimum, ſeu maximum, & volubile, ſeu rotundum caput fractum eſt ea plaga.

435. PERQ. OS PERQ. CAVAS NARES, &c.] Quã cerebroſus hic Lapitha? per os, nares, oculos, aures fluxit. Declarant cerebri huius abundantiam, & B duæ comparationes luculentæ admodum. Sicut lac coagulatum (*coſtrum* vocant) per fiſcellam: aut liquor quiſpiam craſſior per cribri foramina expreſſus manat. Æneid. 11. *Orauit, & multa precanti Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro.* Et lib. 8. *Atque ora cruenta cerebro Sternit humi moriens.* Silius l. 9. *Concreta cruento Per nares cerebro ſanies fluit.* De Aſtyanacte Hectoris filiolo, à Græcis victoribus apud Troiam è turri præcipitato Seneca Troadib.

Soluta ceruix, ſilicis incuſſu caput
Ruptum, cerebro penitus expreſſo iacet
Deforme corpus.

439. AST EGO DVM PARAT HIC ARM. &c.] dum Phæocomes Phonoleniden iacentem ſpoliare aggreditur. Iterum, vt ſuprà etiam, ſua facinora commemorat Neſtor, ne otioſus tantùm ſpectator huic tragœdiæ interfuiſſe videatur.

440. SCIT TVVS H. GENIT.] Ad Achillem apoſtrophe, cuius patrem Peleum facti ſui teſtem laudat.

442. RAM. PRIOR ILLE BIFVRCVM GESS.] Chthonius gerebat ſtipitem bifidum.

443. IACVL. N. VVLN. P. SIGNA VIDES] Vulnera, & cicatrices aduerſæ potiſſimùm argumento ſunt, aliquem pugnaſſe. Quare ad fidem dictorum Neſtor pectus aperit, cicatricem exhibet. Idem faciet Vlyſſes lib. ſequenti in iudicio armorum.

445. TVNC EGO DEBVERAM CAP. AD PERGAMA MITTI, &c.] περιαυτολογία ſenis. Magnificè de iuuentute ſua prædicat. Talem ſe eo tempore fuiſſe, qualis bello Troiano Græcis ſua virtute prodeſſe multum ad vrbem occupandam, & Hectorem fortiſſimum, ſi non vincere, certè remorari potuiſſet. Huiuſcemodi gloriatio etiam Euandri ſenis eſt 8. Aeneid.

O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos,
(Qualis eram, cùm primam aciem Præneſte ſub ipſa
Straui, ſcutorumq; incendi victor aceruos:
Et regem hac Herilum dextra ſub tartara miſi:
Naſcenti cui tres animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat.

448. NVNC ME MEA DEFICIT ÆTAS] deficiunt me vires, quia parum ætatis exigundæ mihi reſtat.

449. GEMINI PYRETI] propter duplicem formam gemini, humanam & equinam.

450. QVADRVPEDANTIS OECLI] quadrupedis. Equos & *quadrupides*, & *quadrupedantes* abſolutè nominat. Virgil.

A 451. CORNVM SINE CVSPIDE] vt *fraxinus* pro haſta, ita *cornus*. Sequuntur duo, Erigdupus & Neſſeus, quorum ille vecte in pectore percuſſus, hic venabulo in inguine fixus vitam reliquit.

455. NEC TV CREDIT. TRECINISS. F. &c.] Ampyci filius Mopſus, non tantùm vaticinabatur, pugnabat etiam, & iaculo Odiren peremit.

458. AD MENT. LING. LING. AD GVTT. FIXA] Mirabile genus vulneris, quod apud Homerum quoque legitur, vnde poëtæ heroici tantam cædium varietatem didicerunt, quod te iam tertiùm admoneo.

461. VVLNERA NON MEMINI, NVM. NOM. &c.] Ne lectori faſtidio ſit nimia varietas, & appareat fingi modos tam multos necis, artificioſè in his quinque ait ſe oblitum quo pacto quiſque vita ſpoliatus ſit.

462. ÆMATHII ALESI, &c.] Theſſali, nam & *Aemathia* dicta eſt Theſſalia. Hunc Latreus occiderat, de quo pluribus agit. Inprimis toto corpore, & membris omnibus erat prægrandis. Aetas ei virilis: ea eſt enim inter iuuentutem & ſenectutem, ſenectuti tamen propior; vnde etiam cani ſpargere incipiebant tempora. Vires quales iuuenum, qui à iuuando nomen tenent.

466. QVI CLYPEO, GLADIOQ. &c.] Triplex armorum genus fuit Latreo. *Sariſſa* Macedonum propriæ, vt *geſa* Gallorum, *pila* Romanorum. Obſerua ἔκτασιν in ſyllaba ſecunda, *Macedoniaq;*.

467. CERTVMQ. EQVITAVIT IN ORBEM] in orbem ſemper æqualem. Lib. 7. *Dum certum flectit in orbem Quadrupedis curſum, ſpumantiaq; ora coercet.*

469. VERBAQ. TOT FVDIT V. ANIM. IN AVRAS] Lucret. lib. 4. *Tu fac ne ventis verba profundam.* Multa C verba inſolentiæ & contemptus plena profudit Latreus, Cæneum, vt etiamnum fæminam irridens ac deſpiciens, & Cænin, non Cæneum appellans, vt Remulus Troianos 9. Æneid. *Phrygias* non *Phryges*. Sed ille ad timiditatem illorum, Latreus ad huius priſtinum ſexum reſpicit. quod clarum eſt ex verbis mox ſequentibus.

471. NEC TE NATAL. ORIGO COMMON.] nata es enim à principio fæmina non vir.

472. QVO PRÆMIA FACTO, QVÆQ. VIRI, &c.] Cur non meminiſti quo facto, & qua mercede non vir reuera, ſed emeritus vir euaſeris? Vide argumentum fabolæ de Cænide, ſuprà.

474. COLVSQ. CAPE CVM CALATHIS, &c.] mulierum labores exerce, vt mulier; nobis viris D bella relinque. Ad Homeri locum 5. Iliad. alluſit, vbi Iupiter Veneri conquerenti ſe à Diomede, dum Æneam ſuum tuetur, vulneratam eſſe, ſuadet amores curare, bellis ſe non immiſcere. Theano matronam Troianam introducit Paralip. lib. 1. Q. Smyrnæus quæ ciues ſuas pugnæ auidas, & pro patria Græcis concurrere geſtientes, oratione prudenti à propoſito dehortatur. Inter alia igitur:

Πᾶσι δ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ὁμὸν γένος, ἀλλ' ἐπὶ ἔργα
Στρωφῶντ' ἄλλος ἐπ' ἄλλα· πέλει δ' ἄρα κεῖνο φέριστον
Ἔργον, ὅ τι φρεσὶν ᾗσιν ἐπιστάμενος πονέηται.
Τοὔνεκα δηιοτῆτος ἀποσχόμεναι κελαδεινῆς,
Ἱστὸν ἐποιχόμεναι εἴσω ἐϋκτιμένων μελάθρων:
Ἀνδράσι δ' ἡμετέροισι περὶ πτολέμοιο μελήσει,
Ἐλπωρὴ δ' ἀγαθοῖο τάχ' ἔσσεται.
Eadem quidem generis origo eſt vniuerſis hominibus: ſed circa munia

Alius

Alius alia verſatur: illudq́; potiſſimum eſt
Opus, quod mente ſua cognitum quis exercet.
Idcirco clamoſa deſiſtentes pugna,
Telam in veſtris ædibus inſtaurate;
Viri autem noſtri belli curam gerent,
Et ſpei faltcu ſtatus mox aderit.

Hypermneſtra Lino epiſt. 14.

Fæmina ſum, & virgo, natura mitis, & annis,
Non faciunt molles ad fera tela manus.
Quid mihi cum ferro, quid bellica tela puellæ?
Aptior eſt digitis lana coluſq; meis.

Qualia verò corpora militia requirat, vide Pet. Victor. lib. 8. cap. 7. Variat. Lect.

476. IACTANTI TALIA] vacuas in auras fundenti, vt ſuprà dixit. incaſſum vociferanti, effutienti talia.

477. EXTENT. CVRSV M. LAT. ERVIT H.] latus haſta penetrauit, quod in procurſu extenderat.

478. QVA VIR EQVO COMMISSVS ERAT] qua parte coibant duæ naturæ.

A 479. NVDAQ. PHYLLÆI IVVEN. &c.] Cænei, à Phyllo Theſſaliæ oppido, vbi natus. *Nuda ora*, caput galea non munitum.

480. NON SECVS HÆC RESIL. QVAM, &c.] grando tectum, aut lapillus tympanum videbatur percuſſiſſe; ita à corpore vulneris impatiente reſiliebat haſta.

482. LATERIQ. RECONO. DVRO, &c.] non plus comminus quàm eminus: nec plus gladio, quàm haſta profecit.

484. MEDIO IVGVLA BER. ENSE] quandoquidem punctim te occidere nequeo, quia cuſpis nimiùm hebet, occidam te cæſim. Voluit autem ei caput amputare: ſed enſis in collo diffractus eſt cum ſonitu, quaſi eum in marmor vibraſſet.

486. LONGAQVE AMPLECTITVR ILIA DEXTRA] Corpore & membris maximum dixit ſuprà: meritò igitur ei longam dexteram tribuit, qua ſtrinxit Cæneum. Videtur itaque ſiniſtra percuſſiſſe.

Pars ſexta.

VT ſatis illæſos miranti præbuit artus, X.
Nunc age, ait Cæneus, noſtro tua corpora ferro
Tentemus; capulóque tenus demiſit in armos
Enſem fatiferum, cæcámque in viſcera mouit
Verſauitque manum, vulnúſque in vulnere fecit.
Ecce ruunt vaſto trepidi clamore bimembres,
Teláque in hunc omnes vnum mittúntque ferúntque.
Tela retuſa cadunt; manet imperfoſſus ab omni,
Inque cruentatus Cæneus Elateius ictu.
Fecerat attonitos nouares. Heu dedecus ingens,
Monychus exclamat, populus ſuperamur ab vno,
Vixque viro: quanquam ille vir eſt: nos ſegnibus actis
Quod fuit ille, ſumus: quid membra immania proſunt?
Quid geminæ vires? & quid fortiſſima rerum
In nobis duplex natura animalia iunxit?
Nec nos matre dea, nec nos Ixione natos
Eſſe reor; qui tantus erat, Iunonis vt altæ
Spem caperet: nos ſemimari ſuperamur ab hoſte.
Saxa, trabéſque ſuper, totóſque inuoluite montes:
Viuacémque animam miſſis eliſite ſyluis.
Sylua premat fauces: & erit pro vulnere pondus.
Dixit: & inſani deiectam viribus Auſtri
Fortè trabem nactus, validum coniecit in hoſtem;
Exemplúmque fuit, paruóque in tempore nudus
Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion vmbras.
Obrutus immani cumulo ſub pondere Cæneus
Æſtuat arboreo, conſectáque robora duris
Fert humeris. ſed enim pluſquam ſuper ora capútque
Creuit onus, nec habet quas ducat ſpiritus auras;

Deficit interdum: modò ſe ſuper aëra fruſtra
Tollere conatur, iactáſque euoluere ſyluas.
Interdúmque mouet veluti cùm cernimus (ecce)
Ardua ſi terræ quatiatur motibus Ide.
Exitus in dubio eſt. alij ſub inania corpus
Tartara detruſum ſyluarum mole ferebant:
Abnuit Ampycides, medióque ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidas exire ſub auras,
Quæ mihi tunc primum fuerat conſpecta volucris.
Hanc vbi luſtrantem leni ſua caſtra volatu
Mopſus, & ingenti circùm clangore ſonantem
Aſpexit, pariterque animo eſt, oculiſque ſecutus:
O ſalue, dixit, Lapithææ gloria gentis,
Maxime vir quondam, ſed auis nunc vnica, Cæneu.
Credita res auctore ſuo eſt: dolor addidit iram,
Oppreſſúmque ægrè tulimus tot ab hoſtibus vnum.
Nec priùs abſtitimus ferro exercere dolorem,
Quàm data pars letho eſt, partem fuga nóxque remouit.

489. VT SATIS ILLÆS. MIR. PRÆB. ARTVS] *Satis*, quia & haſtæ ipſius, & enſi. *Illæſos* pro illædendos, participium pro gerundio, vt ſæpiſſimè.

491. CAPVLOQ. TENVS DEMISIT IN ARMOS] Virgil. 2. Æneid. *Lateri capulo tenus abdidit enſem.*

492. CÆCAMQ. IN VISCERA M. VERSAVITQ. MAN.] *Manum cæcam*, quia intra vulnus: fiebatque in vulnere vulnus ex eo, quod mouebat verſabatque in vulnere gladium Cæneus.

494. ECCE RVVNT VASTO TREPIDI, &c.] Nùc ad poſtremum quæſitum accedit; quatuor enim capita fuerunt illi de Cæneo ab Achille propoſita, ad quæ reſponderet. Docebit igitur, à quo, & quomodo confectus ſit.

495. TELA IN H. OMNES, &c.] tanquam in perniciuſiſſimum hoſtem, qui cuiuis poſſet malum dare, ipſe à nemine accipere, niſi fortè ab omnibus ſimul, ad eius cædem incumbentibus.

496. TELA RETVSA CADVNT, &c.] Fruſtra laboratur.

498. FECERAT ATTONIT. NOVA RES] quid dicerent, aut cogitarent in re tam portentoſa, neſciebant. Neque enim ferreus, aut marmoreus Cæneus.

499. POPVLVS SVPERAM. AB VNO, VIXQ. VIRO] Obiurgatio, & cohortatio Monychi Centauri ad ſuos. Vnum ab vno ſuperari, quamuis impari, non adeò mirum. At populum, hoc eſt multos, hoc mirum. *Vixq; viro*, veſtigia enim naturæ fæmineæ quædam remanſerunt in Cæneo, & inprimis ἀπωγωνία.

500. QVANQ. ILLE VIR EST, NOS SEGNIBVS ACT. &c.] Correctio. Ennianum carmen occurrebat Naſoni hoc loco: *Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres, illa virago viri.* Ergo quicquid ſit de ſexu, Cæneus virum ſe præbet.

501. QVID MEMBRA IMMANIA PROSVNT?] Nos Centauri habemus grandia membra, vires equi & hominis, & natura duplex in nobis duo fortiſſima animalia coniunxit. Fortis eſt equus. Homo fortis at non tam corpore, quàm ratione & conſilio, quibus regit & moderatur & ſubigit vniuerſa.

504. NEC NOS MATRE DEA, NEC NOS IXION. &c.] non ipſa matre dea, Iunone videlicet: ſed eius ſimulacro, è nube compoſito, & Ixione, qui deam appellarat, nati ſunt Centauri, vnde & *Nubigena* ſuprà. Ait igitur, degeneres, & origine ſua indignos videri.

506. SEMIMARI SVPERAM. AB HOSTE] Suprà, *Vixq; viro.*

507. SAXA TRABESQ. SVPER, &c.] Conſilium. Obruatur & ſuffocetur, aggeſtis ſuper eum ſaxis, trabibus, arboribus.

510. ET INSANI DEIECT. VIRIB. AVSTRI, &c.] vento furente Boreas iactans vires ſuas, lib. 6.

Apta mihi vis eſt: hac triſtia nubila pello;
Hac freta concutio; nodoſaq; robora verto.

Lucretius, diſſerens de violentia ventorum, lib. 1.

Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnis ſternit, monteſq; ſupremos
Syluifragis vexat flabris.

512. PARVOQ. IN TEMP. NVD. ARB. OTHRYS, &c.] Breui ſpatio quidquid erat arborum in Othry & Pelio montibus, ad Cæneum opprimendum congeſſerunt. *Nudus arboris* Helleniſmus

514. SVB PONDERE CÆNEVS ÆST. ARBOREO, &c.] Æſtuat, verumtamen ducere adhuc ſpiritum poterat.

516. SED ENIM POSTQ. SVPER ORA, &c.] Luctam eius cum morte exprimit.

520. VELVTI QVAM CERNIMVS, ECCE, &c.] Ide mons Phrygiæ, vicinus Troiæ, in conſpectu erat Græcis ducibus. Quaſi ergo digitum Neſtor intendit, & motam à Cæneo tantam molem ſibi ſuperiniectam, Idę, terræ motu concuſſæ aſſimilat.

522. EXITVS IN DVBIO EST] Dubitant Lapithæ, quid eo factum ſit. Sunt qui tantis ponderibus corpus eius ad inferos vſq; detruſum putent. Lib. 3. *Rumoris ambiguo eſt.*

524. Ab-

524. ABNVIT AMPYCIDES] Mopſus vates, Ampyci filius.

MEDIOQ. EX AGGERE FVLVIS, &c.] ex medio illo cumulo conſpexit Mopſus Cæneum in auem mutatum euolarē.

526. QVÆ MIHI TVNC PRIM. FVERAT CONSPECTA] Genus ipſum auis tum primùm vidiſſe ait Neſtor. Virg. 6. Æneid. in ſexum priſtinum à morte rediјſſe affirmat:

It comes & iuuenis quondam nunc fæmina Cæneus,
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.

527. HANC VBI LVSTRANTEM, &c.] Quem honorem Mopſus huic aui habuerit.

SVA CASTRA] tentoria, quæ fixerant Lapithæ, ad nuptias Pirithoi venientes.

531. SED AVIS NVNC VNICA CÆNEV] Non poteſt conijci ex his verbis, quænam auis facta fuerit de corpore Cænei. Si in aquilam conceſſiſſet, falsò vnica diceretur.

532. CREDITA RES AVCTORE SVO EST] fidem adhibuerunt Lapithæ, cùm haberet narratio auctorem fide dignum.

533. OPPRESSVMQ. ÆG. TVLIM. TOT AB HOST. VN.] Dedecus Centaurorum, & gloria Cænei. Victoria iſta victo quàm victoribus glorioſior fuit.

534. FERRO EXERCERE DOLOR. &c.] ob dolorem ex indigna ſocij nece conceptum ſæuire in Centauros, quorum partem occidimus, pars fuga ſibi conſuluit, reliquis nox interueniens ſaluti fuit.

535. QVAM DATA PARS LETHO EST] Non procul ab initio libri: *Letho proles Neptunia Cygnus Mille viros dederat.* *Lethum* à λήθη obliuione dictum volunt Varro & Feſtus, nec tamen aſpirant, ſcribentes *letum*, non *lethum*. Priſcianus deducit à *leo*, pro quo nunc *deleo*. Alij à *luo*, idcirco cum diphthongo *oe* ſcribunt. Notat Torrentius in Horat. Sunt etiam qui *letum* probent, à contrario ſenſu, ſeu ἀντιφραστικῶς, quaſi minimè *letum*. Quid enim morte triſtius?

Tacitas à Neſtore laudes Herculis Tlepolemus, eius ex Aſtioche filius iniquiùs fert. Excuſat ſe primùm Neſtor, quia hoſtis fuerit. Nihilominus eum obiter commendans, exponit, vt fratres ſibi decem occiderit. Nouiſſimè vndecimum, Periclymenum, qui ſe Neptuni munere in varias figuras vertebat. Ad extremum tamen verſus in aquilam, ſagitta Herculis traiectus occubuit. Addit, etiam ſic ſe Tlepolemi amicum conſtantem fore.

HÆc inter Lapithas, & ſemihomines Centauros XI.
Prælia Tlepolemus Pylio referente, dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore:
Atque ait: Herculeæ mirum eſt obliuia laudis
Acta tibi, ſenior: certè mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos à ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad hæc Pylius, Quid me meminiſſe malorum
Cogis? & obductos annis reſtringere luctus?
Inque tuum genitorem odium, offenſáſque fateri?
Ille quidem maiora fide quoque geſſit, & orbem
Impleuit meritis, quod mallem poſſe negare.
Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipſum
Hectora laudamus. QVIS ENIM LAVDAVERIT HOSTEM?
Ille tuus genitor Meſſenia mœnia quondam
Strauit, & immeritas vrbes, Elinque, Pylúmque
Diruit, inque meos ferrum flammáſque penates
Impulit: vtque alios taceam, quos ille peremit,
Bis ſex Neleidæ fuimus, conſpecta iuuentus,
Bis ſex Herculeis ceciderunt, me minus vno,
Viribus. atque alios vinci potuiſſe ferendum eſt:

Mira Periclymeni mors eſt;cui poſſe figuras
Sumere quas vellet,rurſúſque reponere ſumptas,
Neptunus dederat,Nelei ſanguinis auctor.
Hic vbi nequicquam eſt formas variatus in omnes,
Vertitur in faciem volucris,quæ fulmina curuis
Ferre ſolet pedibus,diuûm gratiſſima regi.
*Viribus vſus auis, pennis,roſtróque *redunco,* *reducto.
Hamatiſque viri laniauerat vnguibus ora.
Tendit in hunc nimiùm certos Tirynthius arcus,
Atque inter nubes ſublimia membra ferentem,
Pendentémque ferit,lateri quà iungitur ala.
Nec graue vulnus erat;ſed rupti vulnere nerui
**Deficiunt,motúmque negant,viréſque volandi.* *Deſtituunt.
Decidit in terram non concipientibus auras
Infirmis pennis:& quæ leuis hæſerat alæ
Corporis affixi preſſa eſt grauitate ſagitta:
Pérque latus ſummum iugulo eſt exacta ſiniſtro.
Num videor debere tui præconia rebus
Herculis,ô Rhodiæ ductor pulcherrime claſſis?
Ne tamen vlteriùs,quàm fortia facta ſilendo
Vlciſcar fratres,ſolida eſt mihi gratia tecum.
Hæc poſtquam dulci Neleius edidit ore,
A ſermone ſenis repetito munere Bacchi
Surrexere toris;nox eſt data cætera ſomno.

536. ET SEMIHOMINES CENTAVROS] *ſemiferos* antea nominauit. Meminiſti illius: *Semiuirumq; bouem,ſemibouemq; virum.* Vnde dicti Lapithæ & Centauri, & quales horum formæ, Natalis lib.7.Mythol.cap.4.

537. PYLIO REFERENTE] Neſtore,cuius patria *Pylos* in Peloponneſo.

DOLOR.PRÆTERITI ALCID.T.N.PERT.ORE] Non potuit diſſimulare Tlepolemus quem ceperat dolorem ex Hercule omiſſo. Erumpit igitur, & exprobrat ſilentium iſtuc Neſtori.

539. HERCVLEÆ MIRVM E. OBLIVIA LAVD. &c.] Cùm de victis & profligatis Centauris commemoraueris, non fuit tacendus pater meus Hercules,cuius & in hoc genere virtus eminuit, quando ad aprum Erymanthium cædendum proficiſcens, à Pholo hoſpitio eſt acceptus. Natal. lib.7. cap.1.

542. TRISTIS AD HÆC PYLIVS] notatus enim fuerat à Tlepolemo quaſi inuidiæ alicuius:& erant narranda,quæ ſibi luctum creauerant.

QVID ME MEMINISSE MALOR. COGIS, &c.] Quæ tu audire vis,cum dolore meo,& malis meis coniuncta ſunt:ideò à me tacita mirari non debes.

543. OBDVCT.ANNIS RESTRING.LVCTVS] 2.Æneid.*Infandum regina iubes renouare dolorem*.Longiquitas temporis dolori quaſi callum obducit, & luctum diuturnitas minuit, ac tandem obliterat. *Reſtringere* pro aperire & patefacere vſurpauit Lucretius,*reſtringere viam*,vt in Conìectan.monet Giſan. quia *reſtringere* ſæpe eſt id quod conſtringeba- A tur ſoluere. Apuleius: *Iumentum reſtrinxit,abireq; liberum ſtabulo ſiuit.* Quibuſdam tamen in libris hîc eſt,*reſcindere luctum*,vt & apud Lucret.non malè.

544. INQ.T.GENIT.ODIVM,OFFENS.PAT.] offenſas,ſeu iniurias,quibus de me malè eſt meritus, & ob quas iuſtum aduerſus illum concepi odium.

545. ILLE QVIDEM MAIORA FIDE Q.GES.&c.] Confiteri cogor,(quod,vt inimicus, inficiari mallem) patrem tuum patraſſe ſtupenda, & toto orbe impreſſa reliquiſſe virtutis ac fortitudinis ſuæ veſtigia. De *laboribus Herculis* dictum ſatis lib.9. De iis multa Epigrammata extant Antholog.lib.4.

547. SED NEQ.DEIPHOB.NEC POLYDAM.&c.] Hoſtem laudare non eſt in more poſitum: quare nos Græci non laudamus Deiphobum, Polydamantem, Hectorem ipſum, alioqui bellicoſiſſi- B mum, quia Troiani, & hoſtes noſtri.Sed Hercules parens tuus fuit hoſtis meus & meorum. Quocirca dandum mihi vitio non eſt, ſi non laudem. In *Polydamante* prima ſyllaba fit *ἐκτασις*. Apud Homer. ſemper Πουλυδάμας, Ionicè. Sic legendum apud Perſium ſat.1. *Ne mihi Pulidamas, & Troiades Labeonem*, &c. Propert.eleg.1.lib.3. *Et Pulidamanta ſine armis.*

548. QVIS ENIM LAVDAVERIT HOSTEM?] Videndum,an hoc pronuntiatum ſit verum. Nemo laudat hoſtem. C.Mutium quidem adoleſcentem Romanum,qui caput ſuum ſtricto enſe cùm peteret,& in ſcriba errauerat, deinde dexteram accenſo ibidem ad ſacrificium foculo, quaſi pœnam erroris exigens iniecerat, admirabundus Porſena He-

Hetruſcorum rex honorificè liberum dimiſit. Liuius lib. 2.

549. ILIET. GENIT. MESSEN. MOEN. Q. STRAVIT, &c.] Aſſumptionem ſyllogiſmi probat exemplis hoſtilitatis ipſius. Nominat tres vrbes Peloponneſi quas ſine cauſſa vaſtauit. Docet item, quantam calamitatem domui ſuæ ſeparatim ferro & flamma intulerit.

552. QVOS ILLE PEREMIT] Pylios ciues non paucos vita exturbauit.

553 BIS SEX NELEIDÆ FVIM.] Duodecim fratres fuimus, ab vno patre Neleo.

CONSPECTA IVVENTVS] Cur non dixit, *ſpectata iuuentus*? Volebat *conſpicua*; quod cùm repugnantibus ſyllabis nequiret, iuit ad vicinum *conſpecta*.

554. BIS SEX HERCVL. CECID. ME MIN, &c.] vndecim interfecit; euaſi ego ſolus de tanto numero.

556. MIRA PERICLYMENI MORS EST] Locus attentionis. Figurarum, quas induebat, varietate videbatur mortem effugere debuiſſe.

558. NELEI SANGVINIS AVCTOR] caput & principium familiæ Nelei Neptunus, à quo procreatus Neleus.

559. FORMAS VARIAT. IN OMNES] in multas. Alioqui in eas quoque omnes, quæ his libris deſcribuntur; quod abſurdum eſt.

560. VOLVCRIS. Q. Æ FVLM. CVRVIS F. SOL. PED. &c.] Periphraſis aquilæ. *Iouis ales* Virgil 1. Æneid. Pindaro hymno 2. Olymp. Διὸς ὄρνις θεῖος, *diuina Iouis auis*. Plinij verba ſunt libr. 10. cap. 3. *Negant vnquam ſolam hanc alitem fulmine exanimatam. Ideo armigeram Iouis conſuetudo iudicauit.*

562. VIRIBVS VSVS AVIS, PENNIS, &c.] Fraternus pro viribus in Herculem vſus eſt alis aquilæ, in quam migrauerat, roſtro & vnguibus, quibus illum verberauit, & faciem eius inuolans lacerauit.

ROSTROQ. REDVNCO] pro, adunco, neceſſitate metri, vt lib. proximè antecedente, *nec res dubitare remittit*, pro, permittit; compoſitum pro compoſito. Lib. 6. *Reſecuta eſt Pallada dictis*, pro, proſecuta. Stat. 3. Thebaid. *Haud aliter ſaltu deuertitur orbus Paſtor*, pro, reuertitur.

563. HAMATIS VNGVIBVS] in ſpeciem hami recuruis.

564. TENDIT IN NVBIL. CERTOS, &c.] in ſublimi volantem ſagitta tetigit, quam ruptis eo vulnere neruis ſuper eam decidens, altiùs ſuo pondere ſibi adegit, vt iuxta iugulum, parte ſiniſtra cuſpis exiret.

573. NVM VIDEOR DEBERE TVI PRÆCON. &c.] Concludit ex præcedentibus, nullam ſe laudem debere Herculi, à quo tam hoſtiliter ſit habitus, ipſumque Tlepolemum ſumit arbitrum.

574. O RHODIÆ DVCT. PVLCHERR. CLASSIS] Nouem naues Rhodo adduxiſſe ſcribit Homerus 2. Iliad. Accommodatius fortè fuiſſet *ductor fortiſſime*. In pulchris non memini legere Tlepolemum.

575. NE TAMEN VLTER. Q. FORT. &c.] Vltio fratrum meorum non procedet vltra ſilentium factorum patris tui. Tecum mihi vera & firma erit amicitia.

577. HÆC POSTQ. DVLCI NEL. EDIDIT ORE] Vide ſuprà: *O facunde ſenex, æui prudentia noſtri.*

578. A SERMONE SENIS REPETIT. MVNI. BACCHI, &c.] finito ſermone ſenis, munera lætitiamque dei repetiuerunt, & antequam ſurgerent, cubitumq; diſcederent, inter ſe ſchlaff drunck propinarũt. Conſueſſe veteres cœnam potu terminare, & poculum illud *boni genij, bonæ fortunæ, boni dæmonis* appellare, ex Athenæo & alijs animaduertit Delrius Commentario in Thyeſten Senecæ. Vide item Petrum Victorium libro 1. cap. 1. Variarum Lectionum.

Neptunus cædem filij Cycni nondum concoquens, Apollinem in Achillem concitat. Ille circumfuſus nebula, Paridi Achillem demonſtrat; ad necem inferendam hortatur: arcum eius in illum dirigit. Cadit heros ab imbelli & eneruato homine. Texit ei poëta elogium. Arma præter Aiacem Telamonium, & Vlyſſem petere audet nemo. Agamemno arbitrium litis ſubterfugiens, ad duces reijcit.

At deus æquoreas qui cuſpide temperat vndas, XII.
In volucrem nati corpus cycneida verſum
Mente dolet patria: ſæuúmque peroſus Achillem,
Exercet memores, pluſquam ciuiliter, iras.
Iámque ferè tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonſum compellat Smynthea dictis:
O mihi de fratris longè cariſſime natis,
Irrita qui mecum poſuiſti mœnia Troiæ,

Ecquid,

Ecquid, vbi Aſiacas caſuras aſpicis arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæſa doles? ecquid (ne perſequar omnes)
Hectoris vmbra ſubit circum ſua Pergama tracti?
Cùm tamen ille ferox, bellóque cruentior ipſo
Viuit adhuc, operis noſtri populator Achilles.
Det mihi ſe, ſaxo, triplici quid cuſpide poſſim,
Sentiat: at quoniam concurrere comminus hoſti
Non datur, occulta nec opinum perde ſagitta.
Annuit, atque animo pariter patruique ſuóque
Delius indulgens, nebula velatus, in agmen
Peruenit Iliacum; mediáque in cæde virorum
Rara per ignotos ſpargentem cernit Achiuos
Tela Parin; faſſúſque deum, Quid ſpicula perdis
Sanguine plebis? ait. ſi qua eſt tibi cura tuorum,
Vertere in Æaciden, cæſóſque vlciſcere fratres.
Dixit: & oſtendens ſternentem Troica ferro
Corpora Peliden, arcúmque obuertit in illum,
Certáque lethifera direxit ſpicula dextra.
Quo Priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet,
Hoc fuit ille igitur tantorum victor Achille,
Victus es à timido Graiæ raptore maritæ.
At ſi fœmineo fuerat tibi Marte cadendum
Thermodontiaca malles cecidiſſe bipenni.
Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelaſgi
Nominis Æacides, caput inſuperabile bello
Arſerat: armarat deus idem, idémque cremarat.
Iam cinis eſt, & de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid, paruam quod non bene compleat vrnam.
At viuit, totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi menſura viro reſpondet: & hac eſt
Par tibi Pelide: nec inania tartara ſentit.
Ipſe etiam, vt cuius fuerat cognoſcere poſſes,
Bella mouet clypeus; déque armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oileus Aiax,
Non minor Atrides, non bello maior, & æuo
Poſcere, non alij. ſoli Telamone creato,
Lartiadæque fuit tantæ fiducia laudis.
A ſe Tantalides onus inuidiámque remouit;
Argolicóſque duces medijs conſidere caſtris
Iuſſit, & arbitrium litis traiecit in omnes.

580. AEQVOR. QVI CVSPID. TEMP. VNDAS] Periphraſis Neptuni. Cuſpidis nomine intelige tridentem, quod eſt eius ſceptrum.

58[1]. IN VOLVCREM CYCNEIDA VERSVM] in cygnum. Adiectiuum voluiſſet, & dicere *cygneam*. Fecit igitur patronymicum.

582. MENTE DOLET PATRIA] vt debuit pater, à pro paterno officio.

SAEVVMQ. PEROSVS ACHILLEM] Hic enim fuit eius interfector. Redi ad ſuperiora.

583. EXERCET MEM. PLVSQ. CIVILIT. IRAS] *memores iras* expone quomodo 1. Æneid. *Sæuæ memorem Iunonis ob iram.* Vide Symb. *Pluſquam ciuiliter*, pluſquam æquitas poſtularet. Lege quæ à Caſaubono

bono in Sueton.diſputantur de voce *ciuilitas*. *Ciuile* dicitur, inquit Muret. Comment. in de Legib. & ſenatoſconſult. quod iuri conſentaneum eſt. Sic *poſſeſſio ciuilis*, quæ iure nititur. *Inciuile* contrà iniquum, & alienum à iure.

584. TRACTO DVO PER QVINQVENN. BELLO] Vlyſſes libr. ſequenti in oratione ſua τὸ *tracto bello* exponit:

Poſt acies primas vrbis ſe mœnibus hoſtes
Continuere diu, nec aperti copia Martis
Vlla fuit, decimo demum pugnauimus anno.

Quare & Virgil. in 2. meritò dixit: *Tot iam voluentibus annis.*

585. INTONSVM SMINTHEA] à moribus hoc cognomentum Apollini eſt inditum. Rem explicat Beroald. Annotat. in varios cap. 12. tomo 1. Critic. & multa ſuper hoc in Commentar. Raphaël Regius.

586. O MIHI DE ★. LONGE CARISS. NATIS] Beneuolentiam captat. Multos genuit filios Neptuni frater Iupiter, quorum nullus Neptuno Apolline carior. Quid cauſſæ? quia ſemper iuuenis, & pulcher: quia vates, ſeu fatidicus: quia muſicus: quia medicus: quia optimus ſagittarius.

587. IRRITA QVI MECVM P. MOEN. TROIÆ] Vide libr. 11. *Irrita*, quoniam à Græcis euertenda. πολυωνυμικῶς dictum.

588. ECQVID, VBI ASIACAS CASVR. &c.] Gradatim ad petitionem ſuam deſcendit. An non te miſeret Troiæ, quæ eſt florentis columen Aſiæ, cùm eam breui diruendam contemplaris? Sed vitioſè & contra numeros lectum eſſe *Aſiacas* in Diatriba monet Accurſius Mariangelus, reponitque has, *iam iam caſuras*, ex M.SS. & editionib. opt.

589. ECQVID, TOT DEFEND. MVROS MIL. &c.] Apollinem præcipuè Troianorum cladibus dolere fas eſt, vt eorum ſingularem tutorem ac patronum. Si Dareti credimus, ex Troianis vſque ad captam vrbem ceciderunt DCLXXVI. millia.

591. CIRCVM SVA PERGAMA TRACTI?] 1. Æneid. de Achille: *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.* Pentadius in Epitaphio:

Hunc ferus Aeacides circum ſua mœnia traxit,
Quæ iuuenis manibus texerat antè ſuis, &c.

592. CVM TAMEN ILLE FEROX, &c.] Indignantis ac ſtomachantis verba. Interim ſupereſt, & triũphat ille cruentus Achilles. De bello lib. 1. *Sanguineaq́; manu crepitantia concutit arma.*

593. OPERIS NOSTRI POPVLATOR] In odium adducit eum. Qui quod nos conſtruximus, ipſe deſtruet. Non eſt hoc factum viuo Achille. Tamen
D quia Hectorem occidit, quo fata Troiana nitebantur, totius excidij Troiani cauſſa fuiſſe putandus eſt. Pentadius in Epitaphio ipſum loquentem faciens:

Ille (Hector) *Menœtiada ſubijt me vindice pœnas:*
Pergama tunc ferro procubuere meo.

594. DET MIHI SE, FAXO, &c.] ingrediatur mare, nauiget, experietur me vindicem. ſentiet tridentem meum. Ich wil in empfangen.

595. CONCVRRERE COMMIN. HOSTI NON DAT.] non licet mihi, marino numini in terra verſari & pugnare.

596. OCCVLTA SAGITTA] quam à te miſſam neſciat, & nil tale verentem.

597. ANIMO PARITER PATRVIQ. SVOQVE IN-
A DVLG. &c.] fræna laxans iræ in Achillem vtriuſque nomine: ſuo, quia Hectorem Troianum occiderat, & Troianis, clientibus ſuis vehementer nocuerat: Neptuni, quia patruus, & fratrem ſuum patruelem Cycnum peremerat.

598. NEBVLA VELATVS] caua nube tectus, ne agnoſceretur, aut cerneretur: non enim facilè dij patiuntur ſe videri ab hominibus. De Apolline ode 2. lib. 1. Horat. *Nube candentes humeros amictus.*

599. PER IGNOTOS ACHIVOS] quos ipſe Paris non nouerat.

601. FASSVSQ. DEVM] Paridi ſe aperire debuit, alioqui non fuiſſet ei obſecutus.

602. SANGVINE PLEBIS] gregariorum militum cædibus quid niſi tela perdis?

SI QVA EST TIBI CVRA TVOR.] ſi doles tuos ab
B Achille interfectos.

603. CÆSOSQ. VLCISCERE FRATRES] nam præter Hectorem, & alios Priami filios occidit & Troilum natu minimum. *Puerum* nominat Virgil. 1. Æneid.

Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis
Infelix puer, atq; impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, curruq; hæret reſupinus inani,
Lora tenens tamen huic ceruixq; comaq; trahuntur
Per terram, & verſa puluis inſcribitur haſta.

604. DIXIT, ET OSTENDO, STERNENO. &c.] Nihil omittit Apollo, quod ad necem Achillis præſtare ipſe poſſet. Hortatur, ipſum oſtendit, arcum in eum obuertit, ſagittam volantem in corpus dirigit.

606. CERTAQVE LETIF. D. SPICVL. DEXTRA] Æneid. 6.

C *Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores;*
Dardana qui Paridis direxti tela manuſq;
Corpus in Aeacidæ.

607. QVO PRIAM. GAVD. SEN. P. H. POSSET] Hector inprimis gaudere poſſet (ſi inferis nota fierent, quæ hîc geruntur) nece Achillis, tanquam interfectoris ſui. Proximo gradu Priamus, qui filium tanto cum dolore & gemitu ab eo circum mœnia tractum de mœnibus aſpexit.

608. ILLE IGITVR TANT. &c. VICT. ES A TIMIDO, &c.] Apoſtrophe ex antithetis cum commiſeratione. Tantus bellator à timido, & imbelli, & mœcho tam indignè peremptus es. vir, inquam, à viro effæminato. At tu maluiſſes vtique à fæmina Amazone, virilis animi, & ſtrenua cædi. Apud Q. Smyrnæum Paralip. 3. ab ipſomet Apolline interficitur; quem ob id facinus obiurgat acriter. Timi-
D ditatem, ignauiam, mulieroſitatem in pulchro corpore Paridi Hector exprobrat 3. Iliad. his verſibus:

Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς, ἠπεροπευτὰ,
Αἴθ' ὄφελες τ' ἄγονός τ' ἔμεναι, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι
Καί κε τὸ βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον ἦεν,
Ἢ οὕτω λώβην τ' ἔμεναι, καὶ ὑπόψιον ἄλλων.
Ἦ που καγχαλόωσι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ,
Φάντες ἀριστῆα πρόμον ἔμμεναι, οὕνεκα καλὸν
Εἶδος ἔπ'· ἀλλ' οὐκ ἔστι βίη φρεσὶν, οὐδέ τις ἀλκή, &c.

Vane Pari, & forma tantùm bone, qui mulicbri
Victus amore taces, deceptor, inutilis, excors,
Quàm cuperem aut nunquam veniſſe in lumina vitæ;
Aut natum ſubitò te deſcendiſſe ſub vmbras!
Non tantum noſtrũ veniſſet dedecus armis
Per te, cuius opus nunc tam deforme videntes

Irri-

Irrident Danai,iactantq́; ignominioſa
Voce cauillantes, forma praſtare venuſta,
Sed vera ſe degenerem virtutis egere;
Non animo vires,nullum eſſe in corpore robur.
Et cùm te talem ipſe geras,aliq́; loquantur,
Auſus es vndoſum delecta claſſe per aquor
Ire,maritalem defædaturus honorem,
Turpiter aſcendens aliena cubilia,& illam
Cuius forma tuum cepiſſet pectus,amatam
E Peloponneſo noſtras adducere in oras,&c.

611.THERMODONT.BIPENNI] Secures,ſeu bipennes pro gladijs gerebant Amazones,Thermodontem Ioniæ fluuium accolentes. ἐνυάλιον, hoc eſt *Martium*, à Dionyſio in περιηγήσει dictum ſcribit Euſtathius, quòd illū μάχιμοι Ἀμαζόνες bellatrices Amazones biberent, ſeu ad illum habitarent. B Ob id *Thermodontiaca turma* Statio Syluar.lib.1. Amazonum tria genera profert Lęlius noſter Subſeciuar.lib.16.cap.9.& 10.

612.IAM TIMOR ILLE PHRYGVM &c.] Timidū, raptorem, & hominem mollem appellat *Paridem*: cōtrà illuſtribus quatuor epithetis *Achillem* honorat.Libro ſequenti *Graiorum murus*:Homero ἕρκος Ἀχαιῶν, πτολίπορθος, *vallum Gracorum*, *expugnator vrbium*. Pro quouis viro forti nomen eius ponitur. Æneid.9. de Turno: *Alius Latio iam partus Achilles*. Laudes fortiſſimi herois huius exſequitur apud Smyrnæum libr.4.facundiſſimus ille Neſtor,in ludis à Thetide propoſitis. C

614.ARMARAT DEVS IDEM, IDEMQVE CREMAR.] De Vulcano cape. Nam ille rogatu Thetidit Achilli arma eſt fabricatus: idem poſtea mortuum exuſſit. Reſpicit ad eius poteſtatem & regnum:eſt enim Ignipotens,ſeu deus ignis,& quod ignis facit, Vulcanus facere dicitur τεχνικῶς. 7.Æneid. *Ac totis Vulcanum ſpargere tectis.*

615.ET OS T. MAG. RAPT. ACHILLI, NESCIO QVIO, &c.] Totum hoc cum συμπαθείᾳ ſcriptum. Tam eximius dux, tam egregius bellator, timor Phrygum, &c. iam nihil eſt præter modicum cinerem, ita vt vrnam non magnam vix compleat.

617.AT VIVIT T. QVÆ GLOR. COMPLEAT ORB.] A Mœrori,quem ex eius cæde Græci ceperunt, ſolatiū opponit immenſam viri gloriam. Iiſdem enim finibus quibus terrarum orbis terminabitur, nec vnquam deſinet. Cic.pro M.Marcello de laudibus & gloria C.Iulij Cęſaris: *Vagabitur modò nomen tuum longè atque latè, ſedem quidem ſtabilem, & domicilium non habebit.*

618.HÆC ILLI MENSVRA VIRO RESPONDET, &c.] Virtuti & meritis eius non alia par merces reperitur.

619.NEC INAN.TART.SENTIT] Seneca: *Nunquam ſtygias fertur ad vmbras Inclyta virtus.* *Inania*, quia nulla ibi corpora.

620.IPSE ETIAM,VT CVIVS FVER.&c.] Vel hinc intelligas quantus vir in armis fuerit Achilles, B quòd pro eius armis certatum eſt.

622.NON EA TYDIDES,NON AVDET OIL.&c.] Enumerat primarios duces aliquot, quorum nullus ſibi poſcere hæc arma audebat, quòd omnes ſe parum dignos iudicarent: *Diomedes*,inquam,Tydei filius, *Aiax Oilei*, *Menelaus*, *Agamemno*.

623.NON MINOR ATRIDES] *Menelaus*, fratre Agamemnone & annis & virtute bellica inferior. Hoſce duos germanos inter ſe comparat Philoſtrat.in Heroicis.

624.SOLI TELAMONE CREATO, LAERTIADÆQVE,&c.] Soli Telamonius *Aiax*,& *Vlyſſes* Laërtæ C filius auſi ſunt hanc laudem petere.

626.A SE TANTALIO. ONVS,INVIDIAMQ.&c.] Agamemno, quanquam exercitus totius caput, dux, & rector pro iure ſuo agere noluit, & iudicium hoc, vt plenum inuidiæ ad alios duces reiecit. Q.Smyrnæus lib.5. & Homerus Odyſſ.11. captiuis Troianis hoc arbitrium mandaſſe tradiderunt de conſilio Neſtoris. *Tantaliden* dicit, quòd à Tantalo genus traheret. Tantalus patrem habuit Iouem. Eius filius Pelops,Pelopis Atreus, Atrei Agamemno & Menelaus. Dictys Cretenſis libr.1. Troianæ hiſtoriæ patrem horum nominat *Pliſthenem*, aitq́ue poſt immaturum eius obitum à fratre Atreo educatos, ab eodem Atridarum nomen inueniſſe, quos alioqui *Pliſthenidas* cognominari oportebat.

ELECTORVM LIBER DECIMVSTERTIVS.

PRÆFATIO IN ORATIONES ADVERSARIAS.

HIc liber ob rerum aliquot illuſtrium, quæ ſub occaſum Troiæ, & poſt contigerunt, narrationem lectu periucundus, à principio duas orationes aduerſarias, eáſque petitorias, duorum ducum è Græcis fortiſſimorum, Aiacis Telamonij,& Vlyſſis conſiderandas nobis proponit. Petunt autem arma Achillis, iam à Paride interfecti, quòd ambo præmio iſthoc honorificentiſſimo ob labores ſuos, & res pro repub. ſtrenuè prudenterque confectas & ipſi dignos ſe iudicarent,& à cæteris iudicari, alterque alteri præferri, & ab Achille hoc argumento ſecundi haberi

haberi vellent. Sunt orationes hæ magno cum artificio & accuratione compoſitæ, ac prorſus eloquentiſſimæ, & à viris doctiſſimis plurimùm commendatæ. Mea quidem ſententia, cùm ſæpiſſimè aliàs, etiam per Triſtium, & de Ponto libros, tum hoc loco maxime Ouidius ſocietatis illius, quam alibi poëtæ cum oratore intercedere ſcripſit, documentum dedit: adeò vt, ſi aſtrictiores numeros his concionibus demas, & liberioribus temperes, ſummum quemdã oratorem differere exiſtimare poſſis. Ediderunt tragœdias Pacuuius & Actius, quibus hanc diſceptationem de armis Achilleis introduxerunt, hic ſuo Marte, ille ex Æſchyli conuerſam, τῶν ὅπλων κρίσιν puta, quæ hodie, vt aliæ eiuſdem tragici Græci bene multæ, non extat; quomodo nec ipſæ duorum iſtorum Latinorum, de quibus loquimur: ex quibus Naſo non pauca in haſce orationes ſuas aptè & induſtriè deriuauit, quod vel ex vtrinſque fragmentis quibuſdam æſtimare poſſis. Q. Smyrnæus, poëta minimè malus, ab initio l. 5. ſuorum παραλειπομένων, ſiue ab Homero Derelictorum narrat, Thetidem Achillis arma in medio propoſuiſſe, auferenda ducum optimè merito, qui filij corpus exanime tutatus eſſet, ne eo Græci potirentur: nempe clypeum, galeã, thoracem, ocreas, gladium, haſtam: & quàm artificioſè ac pulchrè ſingula à Vulcano fabricata fuerint, clypeus inprimis, in qua narratione verſus cõpluſculos conſumit, vt Homerus quoq; 18. Iliad. vbi rogatu Thetidis ea conficiuntur, præter haſtam & gladium: nã de illis ibi nulla mentio. Noſter neutrum præſtitit: niſi quòd pauca de cælatura clypei Vlyſſes differit. Non, inquam, arma quæ & qualia fuiſſent priùs expoſuit: nec deam illam tanquã agonothetriam, vt ita dicam, effinxit: ſed duces ipſos Menelaum, Diomedem, Idomeneum, &c. huic controuerſiæ diſceptandæ iudices, & ἀγωνοθέτας ac βραβευτὰς delegit, more Romano videlicet: quos Græcus, Neſtoris conſilio inuidiam declinare facit, ne alterum, qui cauſſa caderet, inimicum ſibi parent: quam Naſoniani arbitri, ſolam iuſtitiam ſpectantes, & ex æquo ac bono decernentes, non verentur: licet veritus ſit vnus Agamemnõ, qui quæſtionem ab ſe reiectam iſtis mandauit. Quid ergo? Troianos captiuos huic iudicio exercẽdo conſtituunt: qui cùm ambos controuerſantes oderint, nihil ad gratiam ſint facturi, & cõtra vtru[illegible]uis litem dederint, eum ſibi, Græcis ſecuris, infeſtum atq; hoſtem ſemper habituri. Cernis de dignitate iſtius iudicij ex conditione talium arbitrorum, hominum miſerorũ, & fortaſſe ignobilium quoq; multum detractum. Euſtathius in Odyſſ. 11. tradit Agamemnonem, cùm eſſet in Vlyſſem propenſior, quæſiuiſſe de Troianis illis, vter illorum plus damni toto tempore belli ipſis dediſſet. Qui cùm reſpondiſſent, Vlyſſem, iudicatum illum digniorem. Quid tandem? Surgunt in medium. Prior cauſſam dixit Aiax, poſterior Vlyſſes. Interpellat eum Aiax, reſpondet ille, & impetum retundit denuo. Apud noſtrum vna eſt vtrinſque, & continens oratio, & ambæ lõgè diſertiores, efficaciores & grauiores quàm apud Græcum, quod lector eloquentiæ viarum non ignarus mihi facilè aſſentietur. Genus cauſſæ eſt iudiciale: ſiquidem de iuſto & iniuſto diſceptatur. Conſtitutio, ſiue ſtatus coniecturalis. Non quia de facto non conſtet, & id per coniecturas indagãdum ſit: ſed quia vtri arma illa cæleſtia potiùs debeantur, cùm euidens nondum ſit, coniecturis, ſeu coniecturalibus argumentis cognoſcere oporteat. Nunc ad explanationem verſuũ conuertamur, ſi te priùs illud monuerimus, haſce duas orationes, niſi antea perlecta Homeri Iliade, nec intelligi commodè, nec explanari poſſe. Quę tamen toties producere putidum foret. Extant hæ ambę ab Ariſtide Sophiſta cõpoſitę, & à Gul. Cantero Latinitate donatę. Sed nihil ſunt ad Ouidium. Multa ſuper his Georgius Sabinus in fabularum Metamorph. interpretationibus: qui Vlyſſæam Commentariolo quoque & Paraphraſi illuſtrat, vt & Vitus Amerpachius. Lege inſuper Præfat. Ioannis Paſſeratij in Iudicium armorum, vbi Poëta tum contra Fabium, tum contra caninam Senecę facundiam (ſic enim ait) defenditur. Nihil his elegantius, aut elaboratius ab Ouidio vnquam ſcriptum cum multis eruditorum rectè putat Steuechius.

1. *CONSEDERE duces, & vulgi ſtante corona* SECTIO I.
Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Aiax:
Vtque erat impatiens iræ, Sigeïa toruo
Littora proſpexit, claſſémque in littore vultu;
Intendénſque manus.

1. Con-

1. CONSED. D. ET VVLGI S. CORONA] Iudices cogniturι ſedebant, populus, ſeu præſentes ſtabant. tametſi nobiliores quoque ſedebant. Orator ſtans dicebat, & nonnunquam cùm ſederet, ſurgebat. Patent iſta ex Cicerone pro Milone: *Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, vt ſolebat*. Et pro Sex Roſcio: *Credo ego vos, iudices, mirari, quid ſit, quòd cùm tot ſummi oratores, hominesq́, nobiliſſimi ſedeant, ego potiſſimùm ſurrexerim*, &c. Sic Demoſthenes 1. Philipp. ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον, συμβαίνει καὶ νυνὶ σκοπεῖν, ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς, εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. *Poſteaquam autem ſic accidit, vt quibus de rebus iſti priùs ſæpè dixerunt, de his nunc etiam ſit deliberandum, arbitror me, tametſi primus ſurrexerim, iure tamen veniam impetraturum*. Budæus in Forenſib. *Conſidere curia* dici debet, & iudices numero plures ad cauſſas diſceptandas coacti. Cic. in Verrem: *Vt primùm iudices conſederunt*.

2. SVRGIT AD HOS] Frequens Homero, vt in concilio ducum, qui concionaturi, ſententiámve dicturi ſunt, in medium ſurgãt. Iliad. α. Τοῖσι δὲ Νέστωρ ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής: *His autem Neſtor ſuauiloquus ſurrexit, argutus Pyliorum orator*. Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς: *Inter hos autem ſurgens locutus eſt pedibus celer Achilles*.

CLYPEI DOM. SEPTEMPL. AIAX] ἑπταβόειον σάκος Homero 7. Iliad. vbi deſcribitur.

> Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων σάκος ἠΰτε πύργον,
> Χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ Τυχίος κάμε τεύχων,
> Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων.
> Ὅς οἱ ἐποίησεν σάκος αἰόλον, ἑπταβόειον,
> Ταύρων ζατρεφέων· ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκόν.
> ——— *Tum maximus Aiax*
> *Accedens propiùs, ſcutum hoc immane ferebat,*
> *Inſtar pinniferæ turris, quod fecerat ille*
> *Arte bonus Tychius, quo non præſtantior alter*
> *Scuta virûm, & forti clypeos obducere ferro.*
> *Ipſe colens habitabat Hylen. Is maxima ſeptem*
> *Terga boum clypeo inducens, variauerat arte*
> *Mirifica replicans ſeptenis orbibus, acri*
> *Octauum ferro ſolidans, atque ære coruſco.*

Infrà noſter: *Fruſtra Telamone creatus Geſtabat læua taurorum tergora ſeptem*. 3. Attis: *Cui tegmen ſeptem terga fuere boum*. At clypeus Capanei apud Stat. 4. Thebaid. quatuor boum corijs, & præterea lamina ferrea conſtat:

> *Quattuor indomitis Capaneus erepta iuuencis*
> *Terga, ſuperq́, rigens iniecta mole ahena*
> *Verſat onus.*

3. SIGEIA TORVO LITTORA PROSP.] Habitus futuræ orationis hoc geſtu indicatur. Qualem enim orationem à toruo aſpectu & furioſo, niſi ira & affectibus turbidioribus plenam exſpectabimus?

ORATIO AIACIS TELAMONII.

Oratio Aiacis pro armis obtinendis vehementior quàm diſertior, iactantiæ, faſtus, contemptus aduerſarij plena, accommodatè nimirum eius moribus, & ingenio feruido ac militari.

——— AGIMVS, *prô Iuppiter, inquit,*
Ante rates cauſſam, & mecum confertur Vlyſſes?
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis,
Quas ego ſuſtinui, quas hac à claſſe fugaui.
Tutius eſt igitur fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu: ſed nec mihi dicere promptum,
Nec facere eſt iſti: quantúmque ego Marte feroci,
Inque acie valeo, tantum valet iſte loquendo.
Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelaſgi,
Eſſe reor (vidiſtis enim) ſua narret Vlyſſes,
Quæ ſine teſte gerit, quorum nox conſcia ſola eſt.
Præmia magna peti fateor: ſed demit honorem
Æmulus Aiaci non eſt tenuiſſe ſuperbum,
Sit licet hoc ingens, quidquid ſperauit Vlyſſes.
Ipſe tulit pretium iam nunc certaminis huius:
Quod cùm victus erit, mecum certaſſe feretur.

5. AGIMVS, PRO IVP. ANTE RATES CAVSS.] Exordium abruptum, & ἄπρχον: neque enim vel beneuolentiam, vel attentionem, vel docilitatem habet, qui ſunt eius loci, de quorum ſingulis præcipiunt magiſtri rhetorici. Non quòd iſta per totam orationem cuſtodienda non ſint: ſed

quia inatijs præcipuè neceſſaria, per quæ in animum iudicis, vt procedere vltrà poſſimus, admittimur. Ita Quintilian. lib. 4. cap. 1. Sed aptum eſt huiuſmodi principium ſine principio affectui, iræ, inquam, dolori, indignationi: & artis eſt, loco & tempore artem negligere, dum decorum modò ſeruetur, vt hîc, dum oratio tota ad ingenium hominis militaris, dicendi parum periti, ſimplicis, factorumque ſuorum oſtentatoris accommodatur. *Ante rates*, inquit. Signatè, quaſi alibi ſi ageretur, minùs doliturus ſit. Nam ibi potiſſimùm eripi cuipiam ſua præmia, vbi ea meruerit, & vbi perſolui debuerant, ſine dubio mordet acriùs. Naues autem ipſe ab incendio defendit, vt ſequitur. Meminit huius loci Fabius lib. 5. cap. 10. de Argumentis: *Ad qualitatem quoque frequenter pertinet*, inquit, *locus. Neque enim idem vbique aut licet, aut decorum eſt. Quin etiam in qua quidque ciuitate quæratur, intereſt. Moribus enim, & legibus diſtant. Ad commendationem quoque & inuidiam valet. Nam & Aiax apud Ouidium: Ante rates*, inquit, *agimus cauſſam, & mecum confertur Vlyſſes?*

6. ET MECVM CONFERTVR VLYSSES?] Cum magna indignatione & contemptu dictum. *Vlyſſes?* Pari indignatione Vlyſſes in reſponſione: *Et ſe mihi comparat Aiax?* Nonius in *componere* ex Accio in armorum iudicio: *Quid eſt cur componere auſis mihi te, aut me tibi?* Ægrè fert talem aduerſarium, vt ſe prorſus indignum. Comparat eundem cum Achille Libanius in Progymnaſm.

7. AT NON HECTOR. DVB. CED. FLAMMIS] Hectori incendium Græcorum nauibus inferri iubet Iliad. 15. in fine. Pro nauibus fortiſſimè propugnat Aiax. Meminit huius incendii cum Hectoris laude Virgil. 2. Æneid.

Heu mihi, qualis erat: quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli?
Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes?

8. QVAS EGO SVSTINVI, &c.] περιαυτολογίαν dicunt, cùm quis de rebus ſuis arrogantiùs prædicat. Laudare autem ſe interdum quis citra vitium quâdo poſſit, peculiari libello Plutarchus docuit.

9. TVTIVS E. IGIT. F. CONTEND. V. &c.] Vlyſſem toto ſermone vt ignauum, dædalum verborum, & ignobilem vilipendit, & ſibi ob triplicem cauſſam, vt ſtrenuiori, vt nobili, immò etiam vt patrueli Achillis, arma deberi contendit. Senſus eſt,

A quantũ intereſt inter pugnam cõmiſſam verbis, & pugnatã manibus, tãtum ego Vlyſſi antecedo. Ego non didici verſare linguam; nec ille gladiũ. Et facinora mea nota ſunt vobis: illius ignota, quia nulla, niſi ſi quę noctu geſſit, vt quando Troianorũ caſtra cũ Diomede explorauit; vt cùm dormientes Thraces, qui cum rege Thraciæ Rheſo Troianis ſuppetias venerant, ab illo occiſos, duodecim numero, ipſe pedibus abſtrahebat, quò ad regem penetrare poſſent, quem etiam interemerunt. Res tota narratur Iliad. κ. Virgil. 1. Æneid. *Nec procul hinc niueis Rheſi tentoria velis Agnoſcit lacrymans*, &c. Iam ergo vides cur dicat Aiax: *Quæ ſine teſte gerit, quorum nox conſcia ſola eſt.*

SED NEC M. DICERE PROMPT. NEC FAC. EST

B ISTI] *Dicere* hîc nõ tam eſt oratorem agere, quàm loculeium: nec tam eloquentiam Vlyſſi, quàm loquentiam tribuit. Aiebat enim, *fictis contendere verbis*: & verſu tertio, *tantum valet iſte loquendo*.

11. QVANTVMQ. EGO MARTE FEROCI, &c.] 12. Æneid. *Quantum ipſe feroci Virtute exſuperas, tanto*, &c. Imbellibus relinquit facundiam; ſibi retinet & vindicat virilitatem & virtutem. Hercules lib. 9. *Melior mihi dextera linguâ eſt: Dummodo pugnando ſuperem, tu vince loquendo*. Et de Drance Virg. 11. Æneid. *Et lingua melior, ſed frigida bello Dextera.*

16. PRÆMIA MAGNA PETI FAT.] *Magna* ab artifice, quippe deo, Vulcano ſcilicet: *magna* à decore, & artificio ſuo: *magna* à domino, & geſtatore

C ſuo. Quid enim Achille maius? *magna* denique ab effectu, vt quæ ipſis tectum & munitum reddeteent ἄβλαπτον, tutum ab omni vulnere.

SED DEMIT HON. ÆMVL. AIACI, &c.] Aduerſarius talis, tam imbellis mihi, viro tam bellicoſo & inclyto dedecori eſt potiùs, quàm honori. Explanatur magis ſequentibus. Sicut enim honorem auget, & illuſtrius eſt, certare cum magno, & aliqua claritate prædito: ita plenum infamiæ congredi cum obſcuro & inglorio. En quomodo abiicit Vlyſſem.

19. IPSE TVLIT PRETIVM IAM NVNC CERTAMINIS HVIVS] vnum ex altero conſequitur. Si parit ignominiam nominato & inſigni certare cum ignobili & abiecto: ergo huic contrà, cum ſe longè maiori decertanti gloriam pariet. Talis autem eſt Vlyſſes mecum collatus.

ATQVE ego ſi virtus in me dubitabilis eſſet,
Nobilitate potens eſſem, Telamone creatus:
Mœnia qui forti Troiana ſub Hercule cepit,
Littoráque intrauit Pagaſæa Colcha carina.
Æacus huic pater eſt, qui iura ſilentibus illic
Reddit, vbi Æolidem ſaxum graue Siſyphon vrget.
Æacon agnoſcit ſummus, prolémque fatetur
Iuppiter eſſe ſuam: ſic à Ioue tertius Aiax.
Nec tamen hæc ſeries in cauſſam, proſit, Achiui,
Si mihi cum magno non eſt communis Achille.
Frater erat, fraterna peto. quid ſanguine cretus
Siſyphio, furtiſque & fraude ſimillimus illi,
Inſeris Æacidis aliena nomina gentis?

An quòd in arma prior, nullóque ſub indice veni,
Arma neganda mihi? potiórque videbitur illis,
Vltima qui cepit, detrectauitque furore
Militiam ficto: donec ſollertior alter
Et ſibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, vitiatáque traxit ad arma?
Optima nunc ſumat, qui ſumere noluit vlla,
Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,
Obtulimus quia nos ad prima pericula, ſimus?

22. NOBILITATE POTENS ESSEM] Hactenus à virtute ſua militari argumentum duxit, & præ ſe vilipendit Vlyſſem: nunc à nobilitate, cuius rationem ducendam putat, etiamſi virtus tanta non adſit. Non auſus eſt dicere, ſi nulla eſſet, propterea dixit *dubitabilis*. Certum eſt enim, plus tribuendum virtuti ſoli quàm generi: quia maius bonum virtus, vtpote animi, quàm nobilitas, vtpote externum. Quòd ſi cætera paria fuerint, nemo dubitat nobiles præferēdos eſſe nō nobilibus. Triplex genus nobilitatis ponit Nazianzenus orat. in Maximum: *Primum ſupernè originem traxit, quo omnes peraquè nobiles ſumus: quippe ad imaginem Dei creati. Alterum à carne proficiſcitur: quo quidem haud ſcio an quiſquam nobilis dici poſſit, cùm id totum corruptione conficiatur. Tertium à virtute, vel vitio agnoſcitur: cuius vel vberius, vel exilius participes efficimur, prout, opinor, diuinam imaginem vel conſeruamus, vel deformamus, ac deprauamus.*

TELAMON. G. MOEN. QVI F. TROIAN. &c.] De Troia ab Hercule priùs expugnata, & Telamone patre Aiacis, expugnationis illius ſocio, & præmio illi ab Hercule donato, nempe Heſione Priami ſorore, Laumedontis filia, dictum eſt lib. antecedente.

24 LITTORAQ. INTRAVIT PAG. COLCH. CAR.] Vnus de Argonautis fuit lib. 7. *Iamq; fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant*. Theſſaliæ mons, ſeu promontorium *Pagaſæ*, παρὰ τὸ πηγνῦναι, quoniam ibidem prima nauis Argo fabricata & compacta ſit.

25. ÆACVS HVIC PAT. QVI IVRA SILENT.] Æaci aui ſui nobilitatem probat à duobus; *ab officio*, quòd nimirū iudex apud inferos; *à natalibus*, quòd filius Iouis. Eiuſdem, & Æacidarum generis claritudinem docet Iſocrates in Euagora, his verbis: *Nam in confeſſo eſt, oriundos à Ioue ſemideorum eſſe nobiliſſimos. Inter hos ipſos autem nemo eſt, qui in Aeacidis principatum deferat. In alijs enim familijs alios præſtantiores, alios deteriores inuenimus: hi verò ſuis temporibus omnes omnium fuere celeberrimi. Aeacus enim, qui & Iouis filius, & generis Teucridarum habetur auctor, tantum excelluit, vt, ſiccitate premēte Græciam, multiſq; mortalibus extinctis, cùm iam nihil ad calamitatis magnitudinem poſſet accedere, magiſtratus vrbium ſupplices eum adierint, exiſtimantes, ſe per eius nobilitatem & pietatem celerrimè vrgentium malorum à dijs remedium impetraturos. Is igitur dum vixit, inter homines maxima gloria ſemper fuit; & poſt obitum Plutoni & Proſerpinæ maximis honoribus preditus aſſidere perhibetur.* Numerat deinde eius duos filios, *Telamonem* & *Peleum*, quibus adde tertium *Phocum*; ſed ex alia vxore ſuſceptum; quem Peleus cùm interfeciſſet, à patre in exilium actus,

A ad Ceycem regem Trachinis ſe applicuit, lib. 11. Sunt autem poëtis inferorum iudices tres, omnes Iouis filij, de quibus Natalis lib. 3. Mytholog. cap. 7. 8 9.

SILENTIA VS] Virgil. lib. 6.

Quæſitor Minos vrnam mouet; ille ſilentûm
Conciliumq; vocat, vitaſq; & crimina diſcit.

Ibid. *Loca nocte ſilentia latè* nominat ſedes illas inferas.

26. VBI ÆOLID. SAX. GRAVE SISYPH. VRG.] Aculeus eſt: poterat enim alium nominare, vt Ixionem, aut Tantalum, aut Tityum, qui illic pœnis exercentur, vt per eum reliquos, & per eos infera loca intelligeremus. Sed ſignatè, καὶ μυστηριωδῶς, *vbi Aeolid.* &c. vt Vlyſſem pungeret, & deſpicabilem faceret. Siquidem fama fuit, matrem Vlyſſis Anticleam, cùm ad Laërtem patrem eius duceretur, à Siſypho latrone, Iſthmum obſidente, conſtupratam, Vlyſſem genuiſſe. Teſtatur Seruius ad 6.

B Æneid. Teſtes alios adducit Micyll. apud Regium. Cauſſæ variæ, cur id ſupplicium expendat apud inferos, enumerantur à Natal. lib. 6. cap. 17.

28. SIC AB IOVE TERTIVS AIAX.] Ioue excluſo tertius. Primus igitur ab Ioue *Aeacus*, ſecundus *Telamon*, tertius *Aiax*. Ita Iouis pronepos Aiax, Telamon nepos. Æquè Iouis *pronepotem* ſe eſſe affirmabit reſponſurus Vlyſſes.

30. SI MIHI H. C. M. NOS. COMMVN. ACHIL.] Deſcendit ad tertium argumentum. Sibi hanc nobilitatem eſſe communem cum Achille, prognato videlicet eodem ſtemmate. Hinc effici vult, arma ſibi tribuenda, non ſolùm vt virtute præſtanti præ timido, vt nobiliſſimo præ ignobili: ſed etiam vt cognatione arctiſſima coniuncto (quam ſtatim ſubdit) præ alieno.

C 31. FRATER ERAT, FRATERNA PETO] patruelis nam vtriuſque parentes, huius Telamon, illius Peleus, fratres germani. Sic eos vocant Iureconſulti. Inueni & ſimpliciter *fratres* appellatos, ſine adiuncto Ex veteri Tragœd. Cornificius ad Heren. lib. 2. profert verba Aiacis, eandem ſententiam continentia; niſi quòd etiam fato hæc ſibi arma arrogat. Sic enim ait:

Aperte fati dictio, ſi intelligas,
Iubet potiri ſi ſtudeamus Pergamo,
Tali dari arma, qualis qui geſſit fuit.
Quæ ergo profiteor eſſe mea: nam me æquum eſt frui
Fraternis armis, mihiq; adiudicarier,
Vel quòd propinquus, vel quòd virtute æmulus.

Sic autem legit *fati* pro *fatur* Bernard. Martini, locos aliquot ex hac oratione cum fragmentis Attianis & Pacuuianis comparans, & reijciens quod

Lamb.

Lamb. ſomniat de oraculo, ſignificato per vocem mox ſequentem *dictio*. tameſi poëta ipſum oraculum *fati* nomine vocare potuit. Variar. lection. lib. 4 cap. 15.

QVID SANG. CRET. SISYPHIO] Suprà latenter, nunc manifeſtè infame genus aduerſario obiicit. Citantur & hi verſus ex Æſchyli *Armorum iudicio*:

Ἀλλ᾽ Ἀντικλείας ἄσσον ἦλθε Σίσυφος,
Τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς, ἥ σ᾽ ἐγείνατο.

Quibus, vti cernis, ſimiliter ei proſapia parum honeſta in memoriam redigitur.

32. FVRTISQVE AIT FRAVDE SIMILLIM. ILLI] Præter genus duo alia probra. *Furti* nomine opinor intelligendam ſurreptionem Palladij, quod, clàm & furtim Troiam ingreſſi, de templo arcis ſuſtulerunt ipſe & Diomedes: erat enim fatale Troianis. De qua re Sinon in 2. Æneid.

——Impius ex quo
Tydides ſed enim, ſcelerumq; inuentor Vlyſſes,
Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuere ſacram effigiem, manibuſq; cruentis
Virgineas auſi diuæ contingere vittas.

Eundem videas per Iliad. frequenter vt *vafrum, verſutum, ſimulatorem, ac diſſimulatorem* induci. Hinc Prouerbium, *Vlyſſeum commentum*. Eunapius Sardianus, ὁ δὲ καταδὺς εἰς πᾶσαν ὀδυσσείαν, καὶ πολύπλοκον μηχανὴν, *in varias Vlyſſeas artes, ac multipliciter conſutas machinas ſeſe ingerens, & veluti immerſans.* Alciphron in Epiſtol. ἐβουλευσάμην ἂν ὀδύσσειον βούλευμα, *excogitaui igitur Vlyſſeam inuentum, aut conſilium*. Citat Iun. in Adag. Cent. 1. Adag. 14.

33. INSERIS ÆACID. A. NOM. GENT.] Ego arma iſta vt legitimus ſucceſſor, & hæres peto. Tu eadem petens, pro hærede te geris: & cùm alienus ſis, Æacidarum familiæ te imprudenter conaris inſerere. Metaphora ab inſitione ſurculorum.

34. AN QVOD IN ARMA PRIOR, &c.] Per contrarium, & ab abſurdo. Ideóne minùs arma hæc obtinebo, quia te prior ad Troiam obtinendam veni? immò hoc magis. Reuertitur ad primum caput orationis, ſeu ad primum locum probationis, ad virtutem, in qua præ ſe Vlyſſem floccipendit.

NVLLOQVE SVA INDICE] nullo me indicante, meam fraudem detegente, vt tuam Palamedes detexit.

36. VLTIM. QVI CEP. DETRECTAV. FVRORE FICTO] Quomodo, cùm nauigandum eſſet Troiam, quia Penelopes vxoris, & filij Telemachi amore nimio tenebatur, amentiam finxerit, iunctiſque

A duobus diuerſæ naturæ animalibus terram aratro proſciderit, ſalemque ſeminarit, & in aſtu ſuo à Palamede deprehenſus, atque cum alijs heroibus nauigare compulſus ſit, Seruius ad 2. Æneid. vbi de Palamede agitur. Profert in 3. Offic. Cicero verſiculos, procul dubio ex veteri Tragico, atque adeò ex *Armorum iudicio* vel *Attij*, vel *Pacuuij* de ſimulata Vlyſſis inſania, & à Palamede comperta, quibus inſtitit Ouidius, hos quatuor:

Cuius ipſe princeps iuriſiurandi fuit.
Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem,
Furere aſſimulauit, ne coiret inſtitit.
Quòd ni Palamedis perſpicax prudentia
Illius percepſet malitioſam audaciam,
Fidei ſacratæ ius perpetuò falleret.

Diuerſitas, vt notauit Bernardus Martini, hæc eſt,
B quòd apud Tragicum ſcelus violatæ fidei, & ſacramenti contempta religio: apud noſtrum animi mollities & φιλοψυχία obijcitur. Eſſe autem ementitum hunc ſermonem de inſania ſimulata Vlyſſis, & aſtu Palamedis comperta, aſſerit Philoſtratus. Sua ſponte enim in Aulidem veniſſe, & iam tum præclari oratoris nomen apud Græcos habuiſſe, ac pro viro ſapiente habitum. *Detrectare militiam*, dixit Cæſar 3. Gallic. & Liuius lib 36. Idem, *detrectare pugnam*. Tacit. *detrectare certamen*. Cic. 3. Offic. *ſubterfugere militiam*.

38. ET SIBI INVTILIOR] irritauit enim in ſe Vlyſſem ea ſollertia ſua, eumque poſtea ſibi offenſum ſemper habuit, cuius dolo etiam interijt, ab eo proditionis inſimulatus. Tangit Virgil 2. *Quem*
C *falſa ſub proditione Pelaſgi Demiſere neci*. Vide Seruium & Symb. noſtras.

TIMIDI COMMENTA ANIMI, &c.] niſi enim bellum timuiſſet, non illam rationem euadendi homo vafer excogitaſſet. *Naupliades* Palamedes, quia Nauplij filius, *Nauplius* autem Eubœæ rex.

39. VITATAQ. TRAX. AD ARMA] In Tragico veteri, vt vidiſti, perfidia, & iuriſiurandi violata religio; his autem duobus verſibus infractio animi, & imbellia Vlyſſi exprobratur. Cùm ergo eadem vtrobique res dicatur, non tamen ad idem, ſeu eodem fine dicitur, & ex vno facto aliud atque aliud elicitur.

40. OPTIMA N. SVM. QVI. SVM. NOL. VELA] Inſtat vehementiùs. Et eſt enthymema à contrarijs, per ironiam tractatum. Optima arma capere, & nolle induere, contraria ſunt. Vlyſſes fugit arma ſimpliciter: ergo optimis dignus non eſt: ego dignus, vt patruelis, & vt qui periculis me prior obiecerim.

ATQVE vtinam, aut verus furor ille, aut creditus eſſet,
Nec comes hic Phrygias vnquam veniſſet ad arces
Hortator ſcelerum, non te, Pæantia proles,
Expoſitum Lemnos noſtro cum crimine haberet:
Qui nunc (vt memorant) ſyluestribus abditus antris,
Saxa moues gemitu, Laërtiadæque precaris,
Quæ meruit: quæ (ſi dij ſunt) non vana precaris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma,
Heu, pars vna ducum, quo ſucceſſore ſagittæ
Herculis vtuntur, fractus morbóque faméque,

Vela-

Velatúrque, alitúrque auibus; volucréſque petendo
Debita Troianis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen viuit, quia non comitatur Vlyſſem.
Vellet & infælix Palamedes eſſe relictus:
Viueret, aut certè lethum ſine crimine haberet.
Quem, malè conuicti nimiùm memor iſte furoris,
Prodere rem Danaûm finxit, fictúmque probauit
Crimen, & oſtendit, quod iam, præfoderat aurum.
Ergo aut exilio vires ſubduxit Achiuis,
Aut nece: ſic pugnat, ſic eſt metuendus Vlyſſes.

43. VTIN. AVT VAR. FVROR ILLE, &c.] Hucuſque contempſit Vlyſſem, quem nunc in odium rapit, amplificandis Philoctetæ miſeriis, in Lemno inſula, & cruciatibus, quorum auctorem ipſum videri vult.

44. PHRYGIAS AD ARCES] Virgil. 1. Æneid. *Tyrias qui verteret arces.*

45. HORTATOR SCELERVM] 2. Æneid. *Scelerumq; inuentor Vlyſſes.* Cic. pro Cluent. *Princeps & architectus ſceleris.*

NON TE PÆANT. PROL. EXPOS. LEMNOS, &c.] Συνεχεσφρῇ ad Philoctetem filium Pæantis, cui Hercules in monte Oeta moriens, quoniam ei pyram ſuccenderat, ſagittas cum arcu, gratiam referens, donauit. Reſponderat Græcis oraculum, abſque ſagittis illis Troiam capi non poſſe. Cùm igitur Græci Philocteten ſecum ducerent, vna ſagitta in eius pedem incidit. Natum ſubitò vlcus, ob venenatum hydræ ſanguinem, quo tinctæ erant, tam tetri & tam intolerandi fœtoris, vt eum in Lemno inſula exponerent. Hoc, vt apparet, conſilio Vlyſſis factum eſt: alioqui illi fruſtra commune crimen exprobraret. In inſula illa, & in antro quodam Philoctetes per decennium ferme vixit in ſummis doloribus & eiulatibus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 2.

Penè decem totis aluit Pæantius annis
Peſtiferum tumido vulnus ab angue datum.

Et Cic. 2. de Finib. *Et iam decimum annum in ſpelunca iacet.* De quo Tragœdiam ſcripſit Actius, è qua illi verſus à Cicerone 2. Tuſcul. vt in eius perſona, depromuntur, duobus velut procemij loco præmiſſis:

Cùm è viperino morſu venæ viſcerum
Veneno imbutæ tetros cruciatus cierent.

Itaque exclamat, auxilium expetens, & mori cupiens:

Heu quis ſalſis fluctibus mandet
Me ex ſublimi vertice ſaxi?
Iam iam abſumor: conficit animam
Vis vulneris, vlceris æſtus.

Extat & Sophoclis tragœdia *Philoctetes.* De eodem in Heroibus Philoſtratus, & Q. Smyrnæus lib. 9. Paralipom.

48. SAXA MOVAS GEMITV] Cicero 2. de Finib. *Quamobrem turpe putandum eſt, non dico dolere (nam id quidem eſt interdum neceſſe) ſed ſaxum illud Lemnium clamore Philocteteo funeſtare:*

Quod eiulatu, queſtu, gemitu, fremitibus
Reſonando multùm, flebiles voces refert.

49. (SI DII SVNT) NON VANA PRECARIS] Ita loquuntur interdum poëtæ: *Si dij ſunt; ſi qua pios reſpectant numina,* &c. non quòd dubitent deos eſſe,

A & curare pios: ſed habet oratio hanc vim: Quàm verè dij ſunt, quàm verè pios reſpiciunt, tam hoc, aut illud fiet, &c. conditionali particula poſita pro cauſali, vt in aliis coniunctionibus fieri amat. Sed hoc loco ἀϑήτερμὸς propemodum perſonæ Aiacis conuenit. Et alioqui *impius miles* apud Maronem eclog. 1. Protagoras, auctor Cicero 1. de nat. deor. dubitabat num eſſent dii: Diagoras, & Diodorus Cyrenenſis omnino tollebant.

52. FRACT. MORA. FAMA Q. &c.] Vt in odium & inuidiam magis rapiat aduerſarium, Philoctetæ calamitatem, & diuturnam in Lemno moram ei vt auctori adſcribit & improperat.

53. VELATVRQ.] Apertè huic ſcripturæ fauet Actius apud Cicer. in epiſt. ad Volumn.

———*Ingemiſcimus,*
Quòd hæc pennigero, non armigero in corpore
Exerceantur tela, abiecta gloria.

B Et 1. de Finib. ex eodem Actio ipſe Cicero ait, Philoctetam pennarum contextu corpori tegumenta feciſſe. Pannoſum tamen, & ῥακώδη videtur eum facere Sophocles, cùm Neoptolemum inducit in ipſo antri aditu pannos inuenientem, ſanie aſperſos, vt in ſole apricantes. Certè aucupio ſagittarum victitaſſe illum, dum in Lemno ageret, innuit etiam Tragicus:

——— Γαστρὶ μὲν τὰ συμφορά
Τόξον τόδ' ἐξευρίσκε τοὺς ὑποπτέρους
Βάλλων πελείας.

Hæc Bernard. Martini, qui ſcripturam hanc pro *venatur* ſe excogitaſſe putat, cùm ſit plurimorum exemplarium.

VOLVCRESQ. PETENDO, &c.] Cicero 5. de Finib. *Philocteta cùm cruciaretur non ferendis doloribus,* C *propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum. Configebat tardus volucres, ſtans volantes.*

54. DEBITA TROIAN. FATIS] Quænam, & quot fata iſta fuerint, vide Ciofan. Vnum certè ſagittæ Herculis, de quibus lib. 9. *Regnaq; viſuras iterum Troiana ſagittas.* Has cum ipſo domino Troiam perduxit Vlyſſes, vt dicetur longè infrà.

55. VIVIT, QVIA NON COMIT. VLYSS. &c.] Aculeatè. Quaſi dicat, ſi nobiſcum Troiam veniſſet, etiam illũ fraude aliqua interfici, vt Palamedem, curaſſet. Ac proinde, quamquam ærumnoſus, tamen quia vitam ſeruauit, quam amittere extrema eſt miſeria, fælicior Palamede fuit, & eſt etiam.

57. AVT CERTE LETH. S. CRIM. HAB. &c.] nunc vt proditor lapidibus eſt obrutus. Hiſtoriam paulò antè è Seruio recitabamus. De nece & cauſſa necis eius diuerſa ſentiunt Dictys lib. 2. Dares in hiſtoria belli

belli Troiani. Ouidius adhæret Virgilio 2. Æneid. Quomodu ſub perſona Palamedis Euripides Athenienſibus cędem Socratis exprobrauerit, Laërtius docet. Quomodo ſe agricolæ ſui amanti videndum obtulerit, Philoſtratus in Protesilao.

61. ERGO AVT EXIL. VIRES, &c.] Dum Philoctetem cum ſagittis illis, nobis ſalutaribus, hoſtibus Troianis exitio futuris in Lemno vt exulem A relinquit, & Palamedem præclarè de exercitu meritum, & ducem magnanimum occidi curat, nobis vires ademit, nos infirmauit.

62. SIC PVGNAT, SIC EST METVENDVS VLYSSES] Ironia, immò ſarcaſmus. Hæc ſunt eius facinora militaria, hi terrores: inhumanitas, ingratus animus, inſidiæ, fraudes, machinationes improbæ.

QVi licet eloquio fidum quoque Neſtora vincat,
Haud tamen efficiet deſertum vt Neſtora crimen
Eſſe rear nullum: qui cùm imploraret Vlyſſem,
Vulnere tardus equi, feſſuſque ſenilibus annis,
Proditus à ſocio eſt. non hæc mihi crimina fingi
Scit bene Tydides; qui nomine ſæpe vocatum
Corripuit, trepidóque fugam exprobrauit amico.
ASPICIVNT OCVLIS SVPERI MORTALIA IVSTIS.
En eget auxilio, qui non tulit: vtque reliquit,
Sic linquendus erat. legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios: adſum, videóque trementem,
Pallentémque metu, & trepidantem morte futura.
Oppoſui molem clypei; texique iacentem;
Seruauique animam (minimum eſt hoc laudis) inertem.
Si perſtas certare, locum redeamus ad illum:
Redde hoſtes, vulnúſque tuum, ſolitúmque timorem,
Poſt clypeúmque late: & mecum contende ſub illo.
At poſtquam eripui, cui ſtandi vulnera vires
Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adeſt, ſecúmque deos in prælia ducit,
Quáque ruit, non tu tantùm terreris, Vlyſſe,
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem
Eminus ingenti reſupinum pondere fudi.
Hunc ego poſcentem, cum quo concurreret, vnus
Suſtinui; ſortémque meam vouiſtis Achiui:
Et veſtræ valuere preces. ſi quæritis huius
Fortunam pugnæ, non ſum ſuperatus ab illo.

63. LICET ELOQ. FID. Q. NESTORA VINCAT] Eloquentiam quamdam Vlyſſi quoque tribuit Homerus Iliad. 3. vbi Antenor eum cum Menelao confert, Neſtori tamen nuſquam præfert, cui Achilles libr. ſuperiore: *O facundæ ſenex, aut prudentia noſtri.* Smyrnæus l. 4. ait, Vlyſſem, Agamemnonem, Græcos omnes eloquentiæ primas Neſtori ceſſiſſe.

64. DESERT. VT NEST. C. ESSE REAR N.] Mirè deformat aduerſarium, eius imbellem animum, & inertiam memorans & exaggerans per exempla. 8. Iliad. Neſtor fulmine Iouis perterrefactus, ob equum alterum à Paride vulneratum fugere cùm nequiret, fuiſſet ab Hectore trucidatus. Ibi Diomedes fruſtra Vlyſſem ad auxilium optimo ſeni ferendum inclamauit, ſoluſque illum aduerſus He- B ctorem tueri coactus eſt. Hoc pro crimine proditionis habet Aiax.

70. ASPIC. OCVL. SVP. MORTAL. IVST.] Suprà ambigebat an eſſent dij. Dij cuique quod meretur rependunt: & diuinitus fieri creditur, vt quod alteri feceris, id ab altero viciſſim patiare. Deſeruit Vlyſſes in ſummo diſcrimine bonum Neſtorem, & ipſe ſimiliter interfecto ab ſe Soco, Troianis impetum in ſe dantibus retrò ceſſit, & ſuorum opem, à Soco vulneratus implorauit. Tum Aiacis à Menelao admoniti beneficium ſenſit, cui vitam ſuam debuit, ab eo protectus, & medijs hoſtium manibus ac telis ereptus.

73. VIDEOQVE TREMENTEM PALLENTEMQVE METV, &c.] Quàm nihili pendit hominem? quàm effæminatum facit? Certè tantopere in acie

tremere, pallere, metuere egregij militis non eſt.

75. OPPOSVI MOLEM CLYPEI] Bene *molem*. ſi talis ac tantus fuit, qualem quantumque Homerus deſcribit, vt ſuprà vidimus, ſeptemplex.

76 MI IM. EST HO L VITIS] inertem animam ſeruaſſe non eſt laudabile ● o furti.

77. LOCVM REVERAMIS SOLLVM, &c.] Perſtat in exprobratione timoris & pauoris illius, de quo antè.

80 CVI STANOI VVLN. V R. N. OFOFR.] mirum dictu Qui ob vulnus à Soco acceptum conſiſtere nequibat, à me protectus, & periculo præſentiſſimo ereptus etiam fugere potuit.

82. HECTOR ADEST, SECVMQ. &c.] à vituperatione & deſpicientia Vlyſſis ad ſuas laudes regreditur, non ſine quodam artificio. Nam, vt ait Ariſtoteles, contraria ſibi comparata, magis ſeſe illuſtrant ac declarant.

83. NON TV TANT. TERRERIS, &c.] Hoc dicit, vt tantò maior ſua fortitudo & magnanimitas perſpiciatur, qui Hectori dijs ſecundis in prælium ruenti, etiam ſuperſtitis Græcorum fugientibus, ſolus reſtiterit.

86. EMIN INGENT. RESVP. P. FVOI] 7. Iliad. Hector & Aiax in ſe mutuò haſtas contorquent, nec vulnerant. Deinde vterque lapidem iacit in alterum: ſed Aiax multò grauiorem & maiorem, quo Hectorem ad terram dat. In illud ſaxum habes epigramma ſanè ſcitum ab Agathia l. 1. Antholog. μή με τὸν αἰάντειον, &c. Imitatus eſt Virgil. lib. 12. in Turno, ſed inanis eius conatus: quippe *Nec ſpatium*

A *euaſit, totum nec pertulit ictum.* Vide Symbol. Apud Chariſium lib. 4 eſt Aiax Vlyſſi tria dedecora obijciens; Cum Hectore ſingulare certamen; ſeruatas ab incendio naues; conſtantiam denique in hoſtibus irruentibus reſiſtendo. Sed κατ᾽ μυκτηρισμὸν, & ſuſpenſo naſo. Nam quod ſuum Vlyſſi, quod Vlyſſis, ſibi tribuit:

Vidi te, Vlyſſes, ſaxo ſternentem Hectora,
Vidi tegentem clypeo claſſem Doricam:
Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.

Eadem ● ia latiùs perſequitur Naſo.

88. SORTEMQ. MEAM VOVIST. ACHIVI] Eodem lib. 7. Hector omnes duces Græcorum ad ſingulare certamen prouocat. Tum 9. fortiſſimi, Agamemno, Diomedes, duo Aiaces, Idomeneus, Meriones, Eurypylus, Thoas, Vlyſſes hortatu Neſtoris ſorti
B rem commiſerunt. Exijt ſors Aiacis Telamonij, ſactique ſunt voti compotes Græci Orauerant enim deos, vt vel Agamemnoni, vel Diomedi, vel huic Aiaci certamen hoc eueniret. Rurſum, dum armatur, orant, eius impulſu, vt victoriam referat: propterea ſubiungit, *Et veſtra valuere preces*, in vtriſque votis ſcilicet. Tum pugnant, vt ſuprà dictum eſt. Nocte autem interueniente ita diſcedunt, vt inter ſe muneribus donent; Hector Aiaci dat gladium, Aiax Hectori baltheum. Sed ea dona vtrique pernicioſa extitere. Nam in gladium illum Aiax poſtea incubuit: & Hector eo baltheo ad currum alligatus, ab Achille circum vrbem tractus eſt. Sophocles in Aiace. Vide emblema CLXVI. Alciani cuius lēma, ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα, & in id Claud. Minoë.

ECce ferunt Troes ferrúmque, ignémque, Iouémque
In Danaas claſſes; vbi tunc facundus Vlyſſes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem veſtri reditus. date pro tot nauibus arma.
Quòd ſi vera licet mihi dicere, quæritur iſtis,
Quàm mihi, maior honos, coniunctáque gloria noſtra eſt:
Atque Aiax armis, non Aiaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rheſum, imbellémque Dolona,
Priamidénque Helenum rapta cum Pallade captum.
Luce nihil geſtum, nihil eſt Diomede remoto.
Si ſemel iſta datis meritis tam vilibus arma,
Diuidite, & pars ſit maior Diomedis in illis.
Quò tamen hæc Ithaco? qui clàm, qui ſemper inermis
Rem gerit, & furtis incautum decipit hoſtem?
Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet, manifeſtabitque latentem.
Sed neque Dulichius ſub Achillis caſſide vertex
Pondera tanta feret, nec non oneroſa, grauíſque
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis.
Nec clypeus vaſti cælatus imagine mundi
Conueniet timidæ, natæque ad furta ſiniſtræ.
Debilitaturum quid te petis, improbe, munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error Achiui,
Cur ſpolieris, erit: non, cur metuaris ab hoſte.

Et

Et ſuga, qua ſola cunctos, timidiſſime, vincis,
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde, quòd iſte tuus tam rarò prælia paſſus
Integer eſt clypeus: noſtro, qui tela ferendo
Mille patet plagis, nouus eſt ſucceſſor habendus.
Denique quid verbis opus eſt? ſpectemur agendo.
Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes:
Inde iubete peti, & referentem armate relatis.

91. ECCE FER. TROI. FERR. &c.] Ex 15. Iliad. id quod exorſu orationis dixit, *At non Hectoreis*, &c. *Quas ego ſuſtinui* &c. verùm hic pluribus, & ἐμφαντικώτερον. Addit enim ferrum, & Iouem, vt non contra homines modò, ſed ſummum etiam deorum, Troianorumque fautorem valuiſſe Aiax videatur. Nec indecorum eſt, hominem iactabundum, ſibique valdè placentem idem bis dicere. Ibi ait: *At non Hectoreis dubitauit cedere flammis*: hîc, *Vbi tunc facundus Vlyſſes?* Ac ſi dicat, qui vim ſuam omnem in lingua geſtat. Ibi: *Quas hac à claſſe fugaui*, hic: *Nempe ego mille meo protexi pectore puppes.* Admodum ſignificanter, *meo pectore*, non, arcu, ſagittis, haſta meis.

9 EGO MILL. MEO P. PECT. PVPPES] vel vnam protexiſſe oppoſitu pectoris & laterum ſuorum magnæ laudi dari poterat

94. SPEM V. REDIT.] Nonius ex Pacuuio, an ex Actio? *In quem ſalutis ſpeſq; ſummas ſibi habet ſumma exercitus.* Vt ſpem reditus demeret ſuis, eoſque audaciores redderet Indiam ingreſſus Alexander M. naues exuſſit.

DATE PRO TOT NAVIBVS ARMA] Ego dedi vobis tot naues, dum eas capitis mei periculo conſeruaui, feciq́ue vt domum renauigare poſſetis. Nunquid tanto merito nihil debetur? Arma ſaltem rependite, quamuis inferiora hoc tam inſigni benefacto meo.

95 QVÆRIT. ISTIS, QVAM M. M. H. NOS] Superbiſſimè. Non tam illa Aiaci, quàm Aiax illis futurus eſt honori. Pænè Achilli ſe anteponit.

98. CONFERAT HIS ITHACVS RHES. &c.] Ex collatione factorum pergit in contemptione. De Rheſo & Dolone eſt 10. Iliad. De illo dixi ſuprà: de hoc 12. Æneid.

Qui quondam caſtra vt Danaûm ſpeculator adiret,
Auſus Pelidæ pretium ſibi poſcere currus.
Illum Tydides alio pro talibus auſis
Affecit pretio, nec equis aſpirat Achillis.

Vide Symb. noſtras.

99. PRIAMID. HEL. RAP. CVM P. CAPT. &c.] De Palladio ſublato ſuprà. Cum eo Helenum quoque abduxerunt, vt eſt apud Sophoclem in Philoctete, qui Græcis fata Troianorum enuntiauit.

100. LVCE NIHIL GEST.] Suprà: *Quorum nox conſcia ſola eſt.*

NIHIL EST DIOMEDE REMOTO] vſque adeò nullius animi es. Ego autem claro die, & ſolus feci, quæ feci: iſtuc enim è contrario ſubaudimus.

10 MERITIS TAM VILIBVS] Vix patitur facinora illius tantilli fieri: cum ſuis quidem certè nullo modo comparanda putat.

A 102. DIVID. ET PARS SIT M. DIOMED.] Mirabilis contemptor & irriſor. Quæ ſic extenuarat, vt pænè nihil exiſtimanda diceret, adhuc magis Diomedi, quàm Vlyſſi adſcribenda autumat.

103. QVO TAMEN HÆC ITHACO? QVI CLAM, &c.] Nondum eſt ſatis. Affirmat etiam non fore vſui miſero, nec poſſe hominem infirmis viribus tam ponderoſa geſtare. Non honori, ſed oneri futura.

105. IPSE NITOR GALEÆ] Clypeum Achillis primum, deinde galeam, thoracem, ocreas, gladium, haſtam luculentiſſimè deſcribit à principio lib. 5. Q. Smyrnæus.

111. NATÆQ. AD FVRTA SINISTRÆ] Obſerua illud *natæ*, quo participio illum infurando excellere, eſſeq́ue furem dexterrimum declarauit. Contrà, cùm quempiam in aliquo genere eximium de-
B clarare volumus, *ad id natum eſſe* dicimus. Valet ergo participium hoc in vtramque partem.

113. SI POPVLI DONAVER. ERROR ACHIVI] Hoc non quidem oratoriè: non enim nobis iudicum fidem ſuſpectam eſſe ſignificare debemus: attamen inſolenti & ſuperbo ingenio conuenienter.

114. CVR SPOLIER. &c. ET PVOA TARDA, &c.] Equidem non video quid ad extremum contemptum & exaggerationem timiditatis addi poſſit.

116. GEST. AM. T. TRAHENTI] Tu infirmis viribus & debilis: illa grauia & ponderoſa. Ita trahenda magis, quàm portanda tibi erunt; quod turpiſſimum eſt militiam profitenti. Salsè dictum.

118. TVVS INTEGER EST CLYPEVS: NO-
C STRO, &c] Non illepidè. Si etiam quæratur, vter magis indigeat nouo clypeo, ego indigeo, qui tot locis perfoſſum habeo, non tu, cui vndiquaque ſaluus eſt. Lege duo epigrammata 1. Antholog. tit. 3 εἰς ἀναθήματα, vnum Leonidæ, alterum Antipatri, quibus Mars conqueritur, & iniquè fert, arma penitus integra & nitentia, & clypeos incruentos ſibi ſuſpenſos. Erubeſcere ſe donaria huiuſcemodi, quæ magis porticibus, ſiue atriis, virorum conclauibus, ſeu nuptialibus thalamis exornandis, quàm templorum ſuorum parietibus decorandis ſint idonea.

120. QVID VERB. OPVS EST? SPECT. AGENDO] Facta verbis potiora: & principiò dixit, *Sed nec mihi dicere promptum, Nec facere huic.* Duellum illi proponit. Apud Nonium Pacuuius: *Qui viget, veſcatur armis, vt percipiat præmium.* Apparet fuiſſe finem & epilogum orationis Aiacis: Naſonem autem Pacuuij mentem fuſiùs tribus verſibus explicuiſſe.

123. *FINIERAT Telamone ſatus,vulgique ſecutum*
Vltima murmur erat:donec Laertius heros
125. *Aſtitit,atque oculos paulùm tellure moratos*
Suſtulit ad proceres,exſpectatóque reſoluit
Ora ſono:neque abeſt facundis gratia dictis.

123. VVLGIQ. SECVT. VLT. MVRMVR] *Admurmurare* eſt murmure quodam dicta approbare. Cicero in Maniliana: *Idq; admurmurante ſenatu, neque me inuito factum.* Ad Q.F. epiſt. 1. *Clodium accuſauit multis & ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus.*

124. DONEC LAERT. HER. ASTITIT] donec Vlyſſes, quemadmodum dicturus Aiax, illi reſponſurus in medium ſurrexit. Multò quàm Aiacis compoſitior habitus, ſtatuſque corporis dicturi Vlyſſis, & geſtus decentior. Hic totus ſedatus & quietus; ille impatiens iræ, & quodammodo furens, vultu toruo ac minaci, & oculis ad naues conuerſis, corpore inquieto, manu proiecta, voce clamoſa: vt ex his omnibus orationem audacem, turbulentam, faſtuoſam fore diuines: qua, quod petiturus eſt, magis imperaturus, nec tam rogaturus, quàm extorſurus videatur. Sic autem ſtetiſſe Vlyſſem, oculis in terram defixis, & immoto ſceptro, cùm legatus Troiam cum Menelao veniſſet, antequam legationem exponeret, narrat Homerus 3 Iliad. vnde iſta tranſtulit Ouid. Cognoſcimus ergo futuram orationem bene meditatam, grauem, prudentem, & quæ virum honoratum, ac bene moratum planè oſtentat. Pertinet idem aſpectus humi defixus initio dicendi, cum ſilentio, ad pudorem illum liberalem, quem in 1. de Orat. Craſſus mirificè commendat. Eum geſtum Virgil. in Didone quoque reſponſura legationi Troianæ (quanquam id fœminæ quoque decorum fuit) effinxit: non enim toto illo tempore orationis ſuæ oculos humi defixos tenuiſſe fit credibile: *Tum breuiter Dido vultum demiſſa profatur.* Alia cauſſa in 3. Andromachæ apud Buthrotum, cùm reſpondens Æneæ interroganti: *Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſeruas?* vultum deiecit, & demiſſa voce locuta eſt. Obſeruat Caſaubon. in Perſij ſat. 3. ibi: *Obſtipo capite, & figentes lumine terram*, demiſſionem oculorum modeſtæ ac ſtudioſæ iuuentutis ſignum eſſe. Sic namque à pædagogis inſtituebantur. Plutarchus. Τὰς παῖδας διδάσκειν οἱ παιδαγωγοὶ κεκυφότας ἐν ταῖς ὁδοῖς περιπατεῖν: adeò quidem, vt ne ad ſalutandos quidem obuios caput ſurrigere liceret. Lege reliqua. Corollarium addo. Fuiſſe Vlyſſem ſtatura breui, aduerſus Lipſium probat Bernard. Martini Variar. l. 2. cap. 27. Ibidem, fuiſſe non quidem formoſum, nec tamen adeò deformem, vt ſcommatis & iocis patuerit.

125. OCVL. PAVL. TELL. MORAT.] Hypſipyle Iaſoni: *In oppoſita lumina fixus humo.* Lib. ſeq. de Sibylla: *At illa diu vultum tellure moratum Erexit.*

126. EXPECTAT. RESOLVT. ORA SONO] Sic libr. 11. *Sacer ora reſoluit Tmolus ad os Phœbi.* Et 6. Faſt. *Veſta faue, tibi nunc operata reſoluimus ora.* Virgil. 4. Georg. *Et grauiter frendens, ſic fatis ora reſoluit.* De Germanici Cæſaris eloquentia diſſerens 2. de Pont. eleg. 15. totum hunc locum in ſe ipſomet eſt imitatus.

Dumq; ſilens aſtat, ſtatus eſt, vultuſq; diſerti,
Spemq; docens docta vocis amicum habet.
Mox vbi pulſa mora eſt, atque os cœleſte ſolutum,
Hoc ſuperos iures more ſolere loqui.

Quintilianus lib. 11. cap. 3. quod eſt de Pronuntiatione moram dicentis ante exorſum orationis Vlyſſis exẽplo ex 3. Iliad. commendat. Quem ipſum locum Naſonem intuitum diximus. Verba rhetoris acutiſſimi non grauabor attexere: *Etiam cùm ad iudicem nos conuerterimus, & conſultus Prætor permiſerit dicere, non protinus eſt erumpendum, ſed danda breuis cogitationi mora. Mirè enim auditurum dicturi cura delectat, & iudex ſe ipſe componit. Hoc præcipit Homerus Vlyſſis exemplo, quem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoq; ſceptro, priuſquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit.*

127. NEQ. ABEST FACVND. GR. DICTIS] Non ſufficit oratorem eſſe facundum; ſed oportet etiam ſeſſitare in labris eius *Suadam*, quam Græci πειθὼ dicunt, vt de Pericle ſcriptum reliquit in Bruto M. Tullius. Ea non caret ſuauitate & gratijs: quibuſcum in animi receſſus intimos illabitur.

ORATIO VLYSSIS.

Nihil hac oratione ῥητορικώτερον: ad quam pertinet, quod in Hypercrit. veriſſimè teſtatus eſt Iul. Scalig. *Armorum quoque iudicium*, inquit, *propter ſummum ac rarum artificium eſt admirabile.* Scripſit laudationem Vlyſſis Libanius in Progymnaſm. quam aſſumes. Refutat Aiacis rationes, & ſibi iuſtiſſimè deberi arma Achillea compluribus, nec leuibus argumentis conuincit.

SI mea cum veſtris valuiſſent vota, Pelaſgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres;
Túque tuis armis, nos te poteremur, Achille.
Quem quoniam non æqua mihi vobíſque negarunt
Fata (manúque ſimul veluti lacrymantia terſit
Lumina) quis magno meliùs ſuccedat Achilli,
Quàm per quem magnus Danaïs ſucceſſit Achilles?
Huic modò ne proſit, quod, vt eſt, hebes eſſe videtur:
Néve mihi noceat, quod vobis ſemper, Achiui,
Profuit ingenium, meáque hæc facundia, ſi qua eſt,
Quæ nunc pro domino, pro vobis ſæpe locuta eſt,
Inuidia careat; BONA NEC SVA QVISQVE RECVSET.
*N*AM GENVS, ET PROAVOS, ET QVÆ NON FECIMVS IPSI,
*V*IX EA NOSTRA VOCO. *ſed enim quia rettulit Aiax*
Eſſe Iouis pronepos, noſtri quoque ſanguinis auctor
Iuppiter eſt: totidémque gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laërtes pater eſt, Arceſius illi,
Iuppiter huic: neque in his quiſquam damnatus, & exul.
Eſt quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus eſt in vtroque parente.

128. SI MEA CVM VEST. VAL. VOTA, &c.] Habet caput & exordium hæc oratio, & eſt priore elaboratior, in qua res ſuas modeſtè effert, & aduerſarium confutat. Exordium igitur beneuolentiam colligit à perſona oratoris, iudicum, & Achillis iam mortui, non ſine commiſeratione, quam adiuuant cum primis verbis erumpentes lacrymæ (vt quidem ſimulabat, cùm oculos tergeret homo callidus & verſipellis) oratoriè vtique. Reliquit aculeom io animis iudicum M. Tullius, cùm Milonianam ita claudit: *Sed finis ſit, neque enim præ lacrymis iam loqui poſſum: & hic ſe lacrymis defendi vetat.*

130. NOS TE POTEREMVR, ACHILLE] Neceſſariò commorata vocali ſic legendum: non enim cum tertia (*poteremur*) conſtaret metrum. Sic ſequẽti libr. de Satyris & Pomona: *Vt poterentur ea*, &c. Catull. *Liber vt innupta poteretur flore nouerca. Achillis* nomenclaturam his verbis ex Etymolog. magno explicat Camerarius Commentar. in 1. Iliad. Vel quòd Ilienſium dolor, hoc eſt, ἄχος Ἰλιεῦ futurus eſſet: vel de facto, quòd infantum cibum non attigerit, quaſi ἀχιλός τις ὤν. Tradunt enim lac non guſtaſſe, ſed à Chirone leonum & hinnulorum medullis enutritum. Tertullian. de Pallio: *Ille ferarum medullis educatus: vnde & nominis conſilium, quandoquidem labijs vacuerat, ab vberum guſtu: ille apud rupicem, & ſyluicolam, & monſtrorum eruditorem ſcrupea ſchola eruditus.*

131. NON ÆQVA MIHI, VOBISQ. FATA NEG.] [illegible] eſt communicare cum auditoribus eorum fortunam, & caſus aduerſos, ſiue potiùs dolorem in aduerſa fortuna, & iniquis caſibus: ſunt enim iſti amabiles mores, qui etiam ad fidem conciliandam non parũ proſunt. Nam & Ariſtoteles artificioſum genus probationis vult eſſe mores oratoris. Apertiùs interdum de fatis & dijs queruntur poëtæ: interdum occultiùs & parciùs: vt cùm dicunt, *ſic placitum ſuperis*, & ſimilia.

134. QVAM PER Q. MAG. DAN. SVCCESS. ACHILL.] ὁμωνυμία eſt in verbo *ſuccedere*. Nam priore verſu effertur, quo ſenſu filios parentibus ſuccedere dicimus: hoc autem aditum, aduentum, acceſſionem denotat. Vt 1. Æneid. *Ergo, ait, ô iuuenes tectis ſuccedite noſtris.* Hæc eſt iam propoſitio, nempe ipſa armorum petitio, cum argumento à decoro, ſiue congruo. Achillem adoleſcẽtulum mater Thetis fæmineo habitu coopertum, Lycomedi Scyri inſulæ regi inter filias educãdum tradiderat; quòd ex Proteo vate didicerat, ſi ad Troiam oppugnandam proficiſceretur, eum Græcis ibidem interiturum. Sed cùm viciſſim reſponſum haberent Græci, ſine Achille Troiam capi non poſſe, Vlyſſes aſtu quodam eum deprehendit, atque ita ad bellum illud decennale pertraxit. Totam hiſtoriam perſecutus eſt Statius, lib. duobus Achilleidos. Quàm magnus autem fuerit rebus geſtis Achilles, clariſſimè ex Iliade cognoſcas. Auctor eſt Philoſtratus in Heroicis, adoleſcentem vel puerum potiùs Muſicæ ac poëticæ facultatem à Calliope per ſacrificia petere ſolitum. Deam per quietem illi viſam dixiſſe, dare ſe quidem illi quod ad iucunditatem epularum, & ſolandas curas ſatis foret. Verùm ſibi, & Palladi, atque adeò fatis placere, ſtrenuum bellatorem fieri. Quare ſe in armis exerceret. Exoriturum olim poëtam, quem ipſa ad res eius prædicandas exhortatura ſit, Homerum videlicet. Vide & Liban. Progym. 70.

135. QVOD, VT EST, HEBES ESSE VIDETVR] Aiax competitorem vt lingua tantùm promptum, cætera imbellem, & nullius virtutis, initio ſtatim ſpreuerat. Iam hic contrà illum vt ingenio obtuſum, pinguem, tardum, indiſertum perſtringit: de factis

factis autem ſuis, à quibus ſe alter principio ſtatim laudarat, adhuc tacet.

136 QVOD VOBIS S. ACHIVI PROF. INGEN.] In epitaphijs Heroum Homericorum, quæ Ariſtoteli aſſerit Gulielmus Canterus, hoc legitur in Vlyſſem, num. 21.

> Οὗτος Ὀδυσσεὺς κεῖνος ὁ κλεινὸς, ὃν διὰ πολλὰ
> Ἕλληνες πολέμου τεχνικοῦ ἐπέτυχεν.
>
> *Quem propter fælix experta eſt Græcia bellum,*
> *Illius hic tumulus clarus Vlyſſis erit.*

Ad quod annotat idem Canterus, eius ingenium & prudentiam ſingularem ſolam propemodum Græcis victoriam conciliaſſe. Teſtem profert & Homerum: *Conſilijs vrbs capta tuis Priameia.* Quidcirco ſæpiùs eum πτολίπορθον *expugnatorem vrbiũ*, ſeu *vrbium* vocarit, cùm tamen Achillem, qui multas ſubegit, vix ſemel hoc nomine donarit, quod & Euſtathius animaduertit.

137. MEA Q. H. FACVND. SI QVA EST] Artis eſt extenuare ingenium & eloquentiam, vt auditores & iudices ſimpliciùs & fideliùs, citraque omnem fucum & fallaciam ſecum agi exiſtiment. Exemplum notabile habemus oratione pro Archia: *Si quid eſt in me ingenij, iudices, quod ſentio quàm ſit exiguum: aut ſi qua eſt exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter eſſe verſatum,* &c. Sanè eloquentia ſua plus effeciſſe in hoc iudicio, quàm cauſſæ ſuæ firmamentis pronuntiat infrà ipſe Ouid.

> *Mota manus procerum eſt, & quid facundia poſſet,*
> *Tum patuit; fortiſq; viri tulit arma diſertus.*

139. INVIDIA CAREAT] Quomodo Aiaci ſua hebetudo & infantia apud vos non prodeſſe: ſic mihi ingenium, ſolertia & facundia non obeſſe debet: cùm præſertim vobis vniuerſis ſæpenumero profuerit.

BONA NEC SVA QVISQ. RECVSET] Bonorum, quæ quis ſiue à natura accepit, ſiue induſtria & labore ſuo ſibi comparauit, pudere neminem debet, & de ijs gloriari in loco citra ſcelus & inuidiam quiſque poteſt. Tametſi Chriſtianum eſt, bona ſua ad Deum auctorem referre, qualiacumque ſint: à quo ceu perenni fluuio bona ad nos deriuantur omnia. Cic. ad Q. F. lib. 3. epiſt. 6. *Ceſſator eſſe noli.* & illud γνῶθι σεαυτὸν, noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, verùm etiam vt bona noſtra norimus.

140. NAM GENVS ET PROAVOS, &c.] Hæc iam ea præcedentibus apta ſunt. Tranſit enim occaſione bonorum propriorum, in quibus vnum eſt eloquentia, ad bona non propria, ſiue externa, & fortunæ, è quibus perinde laudem quærebat Aiax: indéque argumentum petebat, & ſe Iouis quoque pronepotem iactans, Vlyſſem vt ignobilem, & obſcuræ originis deſpectum ibat. Eſt ergo quædam προκατασκευὴ ad ea quæ ſequuntur, in qua explicanda nolumus nunc hærere, quamuis fœcunda ſit ſenſu, & ad frangendos ſpiritus quorumdam, auos & proauos inſolentiùs crepantium valdè idonea. Franciſcus Petrarcha l. 1. de remed. vtriuſque fortunæ, dialogo 16. cuius lemma, *De origine generoſa: Alieno gloriari ridiculoſa iactantia: auorum merita nepotum degenerantium nota ſunt: nec aliud magis poſterorum maculas aperit, quàm maiorum ſplendor ac gloria. Sæpè alteri commodum alterius virtus tulit. Veram laudem niſi de proprio ſumpſeris, ab alio non exſpectes,* &c. Apuleius de deo Socratis, in extremo: *Aliena voco, quæ parentes pepererunt, & quæ Fortuna largita eſt. Generoſus eſt? parentes laudo. Diues? non credo fortunæ. Validus eſt: ægritudine fatigabitur. Pernix eſt? abibit in ſenectutem. Formoſus eſt? exſpecta paulisper, & non erit. At enim bonis artibus doctus, & apprimè eſt eruditus, & quantum licet homini, ſapiens, & boni conſultus. Tandem aliquando ipſum virum laudas. Hoc enim nec à patre hereditarium eſt, nec à caſu pendulum, nec à ſuffragio admincatum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile.* Præclarè, vt omnia, Nazianzen. in laudat. Baſilij: *Etenim ſi alijs honorificum eſt ad nominis celebritatem à maioribus aliquid accepiſſe; multo certè præclarior ipſius laus cenſenda eſt, qui maiorum ſuorum laudibus aliquid ex ſe adiecerit, non ſecùs ac fluctus retrorſum labentes.* Lege amabo, orationem *Nobilitatis* ad poſteros degeneres apud Philonem *de Nobilitate.*

VIX EA NOSTRA VOCO] Pro *non* accipit Mariang. Accurſius in Diatriba. vt Donatus illud: *Carcer vix carcere dignus* apud Lucilium, pro *nõ dignus* interpretandum putat. Sic Auſonius ex Cleobuli perſona: *Maiorum meritis gloria non datur.* Et Iphicrates: *Meum genus à me incipit, tuum in te deſinit.*

141. QVIA RETTVLIT AIAX ESSE IOVIS PRONEP.] Helleniſmus, vt 2. Æneid. *Senſit medios delapſus in hoſtes.* Et alia huius generis apud Horatium, & poëtas cæteros. Dicebat de ſe: *Sic ab Ioue tertius Aiax.* Par refert, ſeu argumentum regerit cum auctario Vlyſſes. Non modò ſe paterna nobilitate illi æqualem, & æquè Iouis pronepotem eſſe, cùm Laërtę pater fuerit *Arceſius* (ſic legendum, & videndus Parrhaſius in Epiſtolicis quæſitis) Arceſij autem Iupiter: verùm etiam materna claritate ſuperiorem; vt pronepotem deûm ex parente vtroque, cùm Anticlea Autolyci neptis fuerit, Autolycus Mercurio genitus. De hoc ſibi placere non poteſt Aiax, natus ex Heſione Laomedontis filia. *Arceſii* meminit Homerus Odyſſ. 14.

142. NOSTRI QVOQ. SANGVIN. AVCTOR] Virgil. lib. 7. Æneid. *Te, Saturne, refert; tu ſanguinis vltimus auctor. Sanguis* non modò parentes & proles, ſed nonnunquam genus ipſum, & familia.

145. NEC IN HIS QVISQ. DAMNATVS EXVL] Fœdam labem generis obijcit Aiaci. Habuit enim patruum fratricidam Peleum, qui occiſo Phoco damnatus eſt exilio, de quo lib. 11. Refert ex Comment. Pindar. in 5. oden Nem. Micyll. vtrumque fratrem, Telamonem nempe & Peleum, pulſos in exilium, quòd vterque cædis particeps fuerit. ille gladio in ceruicem Phoci adacto: hic diſco in eum coniecto. Tantò igitur fœdior macula Aiacis. Et licet colligere hoc idem de Telamone ex verbis Vlyſſis mox ſequentibus: *Nec mihi quòd pater eſt fraterni ſanguinis inſons:* quaſi pater Aiacis, qui fuit vtique Telamon, non fuerit inſons.

147. DEVS EST IN VTROQ. PARENTE] in patre Iupiter, in matre Mercurius, quomodo dictum eſt. Atque inde ingenium & ſolertia Vlyſſi. Liban. in eius laudatione: *Nam vt ex Marte progeniti amorem belli inſitum habuerunt, atque hoc ipſo alijs præſtiterunt: ſic Vlyſſes Mercurium proauum præ ſe ferens, ſollertia omnium luminibus obſtruxit.*

SED neque materno quòd ſum generoſior ortu,
Nec mihi quòd pater eſt fraterni ſanguinis inſons,
Propoſita arma peto: meritis expendite cauſſam.
Dummodo quòd fratres Telamon, Peleúſque fuere,
Aiacis meritum non ſit: nec ſanguinis ordo,
Sed virtutis honor ſpolijs quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas, primúſque requiritur hæres,
Eſt genitor Peleus, eſt Pyrrhus filius illi.
Quis locus Aiaci? Phthiam hæc, Scyrónve ferantur.
Nec minùs eſt iſto Teucer patruelis Achilli;
Non petit ille tamen. Num, ſi petat, auferat illa?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur:
Plura quidem feci, quàm quæ comprendere dictis
In promptu mihi ſit, rerum tamen ordine ducar.
Præſcia venturi genitrix Nereïa lethi
Diſſimulat cultu natum, & deceperat omnes,
(In quibus Aiacem) ſumptæ fallacia veſtis.
Arma ego fœmineis animum motura virilem
Mercibus inſerui. neque adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus, cùm parmam haſtámque tenenti,
Nate dea, dixi, tibi ſe peritura reſeruant
Pergama; quid dubitas ingentem euertere Troiam?
Iniecique manum, fortémque ad fortia miſi.
Ergo opera illius mea ſunt. ego Telephon haſta
Pugnantem domui, victum, orantémque refeci.
Quòd Thebæ cecidere meum eſt: me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chryſénque, & Cillan Apollinis vrbes,
Et Scyron cepiſſe. mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſſia mœnia dextra.
Vtque alios taceam, qui ſæuum perdere poſſet
Hectora, nempe dedi: per me iacet inclytus heros.
Illis hæc armis, quibus eſt inuentus Achilles,
Arma peto: viuo dederam, poſt fata repoſco.

148 SED NEQ. MATERNO QVOD, &c.] Orato- A ... quædam adiumenta cauſſæ noſtræ, ... contemnere, quò reliqua tanto firmiora, & ... tanto iuſtior cenſeatur: quæ ſic probationibus abundet, vt nonnullas aduerſario condonare ... neque tacere poſſimus.

151. DVMMODO ... ODERAT &c. AIACIS MERITI, NON SIT ... tertio loco contendebat Aiax, arma ad ſe pertinere, vt cognatum: quia Achilles frater patruelis: ... Telamon, & Peleus fratres fuerunt. Neque quærendum hîc vter propinquior: ſed ex meritis & virtute ferendam ſententiam. Alioqui propinquiorem fore patrem Peleum (ex quo conijcimus adhuc vixiſſe) & filium Pyrrhum, quem Achilles ex Deidamia Lycomed. filia ſuſceperat.

156. PHTHIAM HÆC FERANTVR] vbi habitabat Peleus. Eo portanda erunt hæc arma.

SCYRONVE] Vbi tum Pyrrhus, quem poſtea per legatos accerſiuerunt Græci, vt expugnandæ vrbi peropportunum, quippe pullum aquilę. Smyrnęus lib. 7. vbi & de progymnaſmatis illius bellicis.

157. NEC MIN. E. ISTO TEVCER P A.] Optimum argumentum. Si ob cognationem debentur, tam Teucro, quàm Aiaci debentur: ſunt enim fratres: nec plus iuris vni, quàm alteri. Quòd ſi ille peteret, non impetraret. Non ergo genus, & cognatio ad rem ſpectant; ſed opera, ſeu merita, & res geſtæ.

160. PLVRA QVIDEM FECI, &c.] Incipit commemorare facta ſua laudabilia, quorum illum inopem cauillabatur Aiax, & omnino inertem, timidum, inutilem videri poſtulabat. Ait ergo, ſe, cùm innumerabilia bene geſſerit, non omnia poſſe recenſere: ſeruaturum autem ordinem temporis in recenſendo. Sic attentionem & docilitatem & beneuolentiam contrahit; quod, vt docent in 2. de Orat.

Orat. Antonius, & Quintil. cuius locum ſuprà in medium attuli, etiam in media oratione, & ſæpiùs, non in exordio tantùm fieri poteſt.

162. PRÆSECTA VENTVRI GENERIS, &c.] Orditur ab Achille, à ſe ſolo inter filias Lycomed. explorato & inuento. Qui Græcis magno bono fuit; immò ad victoriam conſequendam, iuxta oraculum, neceſſarius. Vnde Vlyſſes magnitudinem meriti colligas, cùm, quæ poſtmodum heros ille præclara perpetrauit multa, omnia illi, vt effectus primæ cauſſæ debeantur, quod infrà ipſemet his verbis autumat: *Ergo opera illius mea ſunt.* Lege Hygin. fabula 96. Quomodo ſub ſchemate muliebri à matre Thetide pro puella & ſorore Achillis Lycomedi regi traditus & commendatus ſit, Stat. lib. 1. Achilleid.

B *Hanc tibi, ait, noſtri germanam, rector, Achillis*
(Nόunt vides, vt torua genas, æquandaq; fratri?)
Tradimus. Arma humeros, arcumq; animoſa petebat
Ferre, & Amazonio connubia poſcere ritu.
Sed mihi curarum ſatis eſt pro ſtirpe virili.
Hæc calathos & ſacra ferat. Tu frange regendo
Indolem, ſexumq; tene. dum nubilis ætas,
Soluendusq; pudor. néve exercere proternas
Gymnada; aut luſtris nemorum concede vagari.
Intus ale, & ſimiles inter ſeclude puellas.
Littore præcipuè portuq; arcere memento.
Vidiſti modò vela Phrygum. iam mutua iura
Fallere tranſmiſſa pelago didicere carinæ.

Eidem perſonato Achilli, & pſeudopartheno opera muliebria, vt ad militarem gloriam nato pro ſummo dedecore ſic exprobrantur 1. de Arte:

C *Quid facis Aeacide? non ſunt tua munera lanæ:*
Tu titulos alia Palladis arte pete.
Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta ferendo:
Penſa quid in dextra, qua cadat Hector, habes?
Reijce ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos:
Quaſſanda eſt iſta Pelias haſta manu.

Vide inſuper Tertullian. de Pallio haud procul ab initio.

ANIM. MOT. VIRIL.] Quo pacto mercibus illis arma immiſta Achillis animum commouerint, ſic docet Stat. lib. 2.

At ferus Aeacides radiantem vt comminus orbem
Cælatum pugnis ſæuis, & fortè rubentem
Bellorum maculis, acclinem & conſpicit haſtam,
Infremuit, torſitq; genas, & fronte reducta
Surrexere comæ, &c.

171. EGO TELEPH. HASTA PVG. DOMVI, &c.] Achilles hoc fecit: ſed eius facinora ad ſuam quoque gloriam pertinere aſſerit Vlyſſes: & ijs recenA ſendis ſui facinoris decus & gloriam amplificat. Telephus Myſiæ rex in Græcos, eius regionem tranſeuntes cum armis, inuaſit. In ea pugna lapſo equo cui inſidebat, Achilles ei vulnus inflixit. Id cùm nulla arte, nulliſque medicamentis ſanari poſſet, reſponſum accepit ab oraculo, ὁ τρώσας ἰάσεται. *qui percuſſit, ſanabit.* Innuebat ferruginem haſtæ illius, qua inſperſa conualuit. Hinc noſter de Remed. lib. 1.

• *Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti*
Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.

Sæpiùs de ea re dictum in Commentar. Triſt. atq; adeò in his ipſis antea paucis, ſi memini. Scribitur ab alijs ab eodem Achille virtute herbarum, quam à nutritio ſuo Chirone didicerat curatum. Vnde Claudian.

Sanum Achilleis remeauit Telephus herbis,
Cuius pertulerat vires & ſenſit in vno
Lethalem placidamq; manum, medicina per hoſtē
Contigit, & pepulit quos fecerat ipſe dolores.

173. QVOD THEBA CECIDERE, MEVM EST] De Thebis oppido Ciliciæ ab Achille deuaſtato, Eëtione eius rege occiſo, cum ſeptem filijs, Andromacha eiuſdem regis filia, Hectoris coniuge Iliad. 6. De reliquis locis ab eodem heroë illo tempore expugnatis, quo durabat obſidio Troiæ, conſulatur Homerus in Iliad. & Q. Smyrnæus.

177. QVI SÆVVM PERD. POSS. HECTORA] De cæde Hectoris vltimò Iliad. Homerus. In epitaphio, quod Achilli Pentadius cõſcripſit, ipſe de ſe:

Hectore ſub magno ſumma eſt mihi gloria cæſo,
Qui ſæpe Argolicas debilitauit opes.
Ille Menœtiadæ ſubijt me vindice pœnas:
Pergama tunc ferro procubuere meo.

Sæuus hîc non eſt in vitio: ſignificat enim acer, animoſus, fortis, &c. quemadmodum 1. Æneid. *Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector.* Et lib. 12. de Ænea: *Maternis ſæuus in armis.* Niſi enim laudis eſſet, non laudaretur Achilles ab Vlyſſe. Vincere autem, & occidere virum fortem & magnanimum, hoc laudis eſt.

179. QVIBVS EST INVENTVS ACHILLES, &c.] quæ ſcilicet, vt ait ſuprà, mercibus ad filias Lycomedis delatis inſeruit, haſtæ, clypeo, enſi, galeæ, quæ cupidè tractauit, quamuis puellari adhuc in habitu Achilles, & inde eſt cognitus, & ab Vlyſſe perſuaſus, vti ſe cum copijs Græcorum, Troianis bellum inferentium coniungeret. Renouat ergo locum de Achille inuento, quoniam ad laudem ſuam, & ad victoriam in hoc iudicio non parum commodat.

VT dolor vnius Danaos peruenit ad omnes,
Aulidáque Euboicam complerunt mille carinæ:
Exſpectata diu, nulla, aut contraria claſſi
• *Flamina ſunt; diræque iubent Agamemnona ſortes*
Immeritam ſæuæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor: diuiſque iraſcitur ipſis;
Atque in rege, tamen pater eſt ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidem fateor; faſſóque ignoſcat Atrides;

Diffi-

Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam.
Hunc tamen vtilitas populi, fraterque, datique
Summa mouet ſceptri, laudem vt cum ſanguine penſet.
Mittor & ad matrem: quæ non hortanda, ſed aſtu
Decipienda fuit: quò ſi Telamonius iſſet,
Orba ſuis eſſent etiamnum lintea ventis.
Mittor & Iliacas audax orator ad arces.
Viſáque & intrata eſt altæ mihi curia Troiæ:
Plenáque adhuc erat illa viris, interritus egi
Quam mihi mandarat communis Græcia cauſam:
Accusóque Parin, prædámque, Helenámque repoſco;
Et moueo Priamum, Priamóque Antenora iunctum.
Et Paris, & fratres, & qui rapuere ſub illo,
Vix tenuere manus (ſcis hæc Menelae) nefandas,
Primáque lux noſtri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora eſt, quæ conſilióque, manúque
Vtiliter feci ſpacioſi tempore belli.

181. VT DOLOR VNIVS DAN. &c.] Dolorem Menelai ob raptam ſibi vxorem intellige, cuius ſociam habuit vniuerſam Græciam. 1. de Arte:

Iurabant omnes in læſi verba mariti:
Nam dolor vnius publica cauſſa fuit.

Admiſcuerat meritis ſuis Achillea, quorum à principio cauſſa fuerit, eo modo quo dictum eſt. Redit ad propria, & ſecundo loco ponit conſilium duplex, quo Agamemnonem primùm patrem, deinde matrem Clytæmneſtram expugnauit, in Iphigenia filia pro ſalute exercitus, & totius Græciæ gloria immolanda. Quod niſi voluiſſent, Troia manſiſſet integra, quoniam Græci è nauigare, Diana irata, nunquam potuiſſent.

187. ATQ. IN REGE TAMEN, PATER EST] Libro antegreſſo, cùm dixiſſet Calchantem reſpondiſſe: *Sanguine virgineo placandam virginis iram Eſſe deæ*, ſubijcit, *Poſtquam pietatem publica cauſſa, Rexq; patrem vicit*, hoc eſt, in patre tamen fuiſſe regem. Hîc contrarium affirmat in rege patrem fuiſſe. Diſtingue poſt *tamen*, & ſic lege, *atque in rege tamen. pater eſt.*

191. DIFFICIL. TEN. S. INIQ. IVD. CAVSSAM] Poſtulare filiam à patre ad necem, quis non videat eſſe cauſſam difficilem? quoniam iniquus, hoc eſt, parum flexibilis iudex. Exponit deinde, quod ſuperi. libro dixerat, pietatem à publica cauſſa ſuperatam.

193. MITTOR ET AD MATREM &c.] Adducitur Mycænis Iphigenia à matre Clytæmneſtra, quaſi Achilli nuptura. Hic aſtus fuit, quo obtenta eſt virgo. Sed apud Euripidem per litteras ad vxorem ſcriptas, Agamemno filiam euocat: Ouid. alios auctores ſequitur, dum Vlyſſem pro ea legatum miſſum commemorat. Primogenita Agamemnonis fuit *Iphigenia*: præter quam & alias habuit tres filias, *Laodicen*, *Chryſothemin*, *Electram*, & *Oreſtem* filium.

194. QVO SI TELAMONIVS ORBA SVIS, &c.] Salsè. Homo indiſertus, & ingenij nullius nihil effeciſſet: & nos vſque hodie in portu Aulidenſi ſederemus.

196. MITTOR ET ILIAC. A. ORAT. A. ARCES] Iam hoc tertium κατόρθωμα, & tertia eius legatio eſt, in quibus omnibus prudentia & eloquentia conſpicuus fuit, non ſine commodo magno reipub. & capitis ſui periculo. De hac legatione Homerus Iliad. 3. Obita eſt ad repetendam Helenam cum rebus auectis.

198. PLENAQ. ADHVC E. ILLA VIRIS, &c.] Ergo interdiu, non noctu, vt calumniabatur aduerſarius: & non timidè, ſed animo imperterrito Græciæ cauſſam egi. Tunc quidem *plena viris*: nam poſtea tot occumbentibus pænè vacua viſa eſt.

200. PRÆDAMQ.] veſtes, argentum, mundum pretioſum, & κειμήλια, quæ omnia Græci cum rapta ſibi reſtitui cupiebant, & Homerus ſemper, quoties de repetita, aut reſtituenda Helena loquitur, κτήματα nominat.

201. PRIAMOQ. ANTEN. IVNCTVM] Inter ſenes cum Priamo ſedentes, exercitumque hoſtium è turri contemplantes, eſt etiam Antenor, & is cum alijs Helenam, quantumuis forma nimiùm quantum excellentem, reddendam cenſet. Liuius lib. 1. de eod. narrat, cum Ænea pacis, reddendæque Helenæ auctorem ſemper fuiſſe.

202. ET PARIS, ET FRATRES, &c.] Monit Vlyſſes Priamum & Antenorem, & alios vtique qui in concilio aderant: raptorem ipſum cum fratribus, & ſocijs in illa rapina non mouit. Non mirum, regnant in iuuenibus vitioſæ affectiones, quibus rapiuntur aguntúrque: in ſenibus eſt conſilium. Quamobrem illi vix manus quoq; abſtinuerunt, præ animi impotentia; non quò eum pulſarent tantùm, ſed quò occiderent: & quidem legatum: & ideò ait *nefandas manus*.

ET QVI RAPVERE SVB ILLO] qui cum eo Spartam nauigarant, & raptus illius ſocij & conſortes fuerant, eius ſecuti auſpicia.

204. PRIMAQ. LVX N. T. F. ILLA PERICLI] plura enim deinceps cum eo ſubijt pericula.

205. LONGA REFERRE MORA EST QVÆ, &c.] Preteritio. Suprà: *Plura quidem feci, quàm quæ compre-*

dere dictu In promptu mihi ſit. Libr. 1. *Longa mora eſt quantum noxa ſit vbique repertum Enumerare*

203. SPATIOSI BELLI. *Longum* vocat lib. proximè ſuperiore. Virgil. 2. Æneid. *Tot iam labentibus annis.* Secundùm Daretem durauit annos 10. menſes 6. dies 12. Sed rotundiore numero malunt poëtæ date illi *decem annos.* Sic dicuntur CCC. Fabij, cùm ſex ampliùs fuerint. Dixi de hac cõſuetudinę alibi.

POST acies primas, vrbis ſe mœnibus hoſtes
Continuere diu, nec aperti copia Martis
Vlla fuit, decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea, qui nil, niſi prælia, noſti?
Quis tuus vſus erat? nam ſi mea facta requiris,
Hoſtibus inſidior, foſſas munimine cingo,
Conſolor ſocios, vt longi tædia belli
Mente ferant placida: doceo quo ſimus alendi,
Armandique modo: mittor quò poſtulat vſus.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine ſomni
Rex iubet incepti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere vocem.
Non ſinat hoc Aiax, delendáque Pergama poſcat,
Quódque poteſt, pugnet. cur non remoratur ituros?
Cur non arma capit? det, quod vaga turba ſequatur.
Non erat hoc nimium, nunquam niſi magna loquenti.
Quid quòd & ipſe fugit? vidi, puduitque videre,
Cùm tu terga dares, inhoneſtáque vela parares.
Nec mora, Quid facitis? quæ vos dementia, dixi,
Concitat, ô ſocij, captam dimittere Troiam?
Quidque domum fertis decimo, niſi dedecus anno?
Talibus atque alijs, in quæ dolor ipſe diſertum
Fecerat, auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat Atrides ſocios terrore pauentes;
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quidquam
Audet: & auſus erat reges inceſſere dictis
Therſites, etiam per me haud impunè proteruus.
Erigor, & trepidos ciues exhortor in hoſtes,
Amiſſámque mea virtutem voce repoſco.
Tempore ab hoc quodcunque poteſt feciſſe videri
Fortiter iſte, meum eſt, qui dantem terga retraxi.

207. POST ACIES PRIMAS, &c.] Pictis aliquot, leuiu velitationibus potiùs, factis poſt aduentum claſſis, vt narratur 12. vſque ad decimum annum quieuerunt arma. Pugnandi demum initium ortum eſt à contempto ſacerdote Apollinis ab Agamemnone, vnde Iliadem ſuam auſpicatur Homerus. Eſt igitur quartus locus defenſionis, & iuſtæ laudationis ab ijs quæ toto nouennio ceſſantibus armis, vt dicebam, peregit. Et arguit ἀπραξίαν aduerſarij.

215. MITTOR QVO POSTVLAT VSVS] vt cum Chryſeide, & hecatombe ad Chryſen, ad Apollinem placandos Chryſam, Iliad. 1.

216. DECEPTVS IMAGINE SOMNI. REX IVBET, &c.] Lege ab initio 2. Iliad. Paratum redire domum exercitum Vlyſſes oratione ſua retinet. Aiacis rerum infantiam & egeſtatem conſilij in Aiace notat, & crebris interrogationibus hominem premit; magiſque punctim, quàm cæſim ferit.

218. ILLE POTEST AVCTORE SVAM DEFENDERE VOCEM. Poteſt. Mittit enim Iupiter ſomnium, qui educere armatum exercitum ad conflictum iubeat, & victoriam ſpondeat. At rex priùs militum animos tentans, diſceſſum, vt in deſperatis, promulgat.

221. DET, QVOD VAGA TVRBA SEQVATVR.] conſilio quopiam vulgus militum iuuet.

222. NON ERAT HOC NIMIVM NISI MAGNA LOQVENTI.] parum erat hoc illi, qui tam glorioſè & effuſe de ſe garrit.

223. QVID, QVOD ET IPSE FVGIT? &c. Hoc, & quæ ſequuntur, decimi ſunt anni, inchoata nono. Sit ergo locus quintus à meritis in Græcos anno vltimo. Vt timidum & fugacem inſectabatur Aiax. Oſtendit hoc ipſum feciſſe, quod in alio reprehendit, quo nihilominus. Vacare culpa oportet, qui

qui in alium paratus eſt dicere. Non ſolùm autem militem Aiax non retinuit: ſed vnus etiam de fugam, ſeu diſceſſum adornantibus fuit. A

225. QVID FACIT. QVÆ VOS DEMENT. &c.] Summa orationis, qua reuocauit à diſceſſu militem & exercitum, duobus verſibus comprehenſa. Sic porrò exorditur 2. Iliad. ad milites conuerſus:

Τλῆτε φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν
Εἰ ἐτεὸν Κάλχας μαντεύεται, ἦε καὶ οὐκί, &c.
O ſocij tolerate moram, dum noſcere vatis
Calchantis poſſimus an exitus illa ſequatur
Prædicta, an vanis nos verbis luſerit augur.

233. HAVD IMPVNE PROTERVVS] Agamemnonem inceſſenti Therſitæ, minatur primùm dura verbera. Mox promiſſa re exſoluit. Sed Homerum, non abſque lepore narrantem audiamus:

Ὣς ἄρ' ἔφη. σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον, ἠδὲ καὶ ὤμω
Πλῆξεν. ὁ δ' ἰδνώθη, θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.
Σμῶδιξ δ' αἱματόεσσα μεταφρένου ἐξυπανέστη
Σκήπτρου ὕπο χρυσέου. ὁ δ' ἄρ' ἕζετο, τάρβησέν τε.
Ἀλγήσας δ' ἀχρεῖον ἰδὼν, ἀπομόρξατο δάκρυ.
Οἱ δὲ καὶ ἀχνύμενοί περ ἐπ' αὐτῷ ἡδὺ γέλασσαν.
Sic fatus ſceptrum inflexit dorſóq; humeriſq;
Plorantis, ſeq; incuruantis verbere, de quo
Suffuſo exoritur liuenti ſanguine vibex
Aurati ad ictum ſceptri. mox ille reſedit,
Perculſuſq; metu magno, tactuſq; dolore,
Et turpes triſti lacrymas deterſit ab ore.
Hîc Danai, quamuis mœrenti pectore, riſum
Non poſſunt tenuiſſe.

236. TAMP. AB HIS, &C. MEVM EST] Mirificum artificium. Suprà, quòd Achillem ſollertia ſua perduxiſſet Troiam, aſſeuerabat, quæ ille feciſſet egregiè, eorum laudem ad ſe quoque deriuandam. Nunc ſimili argumentatione (ſed quod aduerſatio intimè dolent) vult etiam Aiacis factorum laudem, poſtquam eum à fuga retraxit, ſuam exiſtimari.

DENIQVE de Danais quis te laudátve, petitve?
At ſua Tydides mecum communicat acta:
Me probat, & ſocio ſemper confidit Vlyſſe.
Eſt aliquid, de tot Graiorum millibus, vnum
A Diomede legi, nec me ſors ire iubebat:
Sed tamen & ſpreto noctiſque hoſtiſque periclo,
Auſum eadem quæ nos, Phrygia de gente Dolona
Interimo: non antè tamen, quàm cuncta coëgi
Prodere, & edidici quid perfida Troia pararet.
Omnia cognoram, nec, quid ſpecularer habebam;
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti;
Haud contentus eo, petij tentoria Rheſi:
Inque ſuis ipſum caſtris, comitéſque peremi:
Atque ita captiuo victor, votiſque potitus,
Ingredior curru lætos imitante triumphos.
Cuius equos pretium pro nocte popoſcerat hoſtis,
Arma negate mihi; ferat hæc, vt dignior, Aiax.
Quid Lycij referam Sarpedonis agmina ferro
Deuaſtata meo? cùm multo ſanguine fudi
Cœranon, Iphitidénque, Alaſtoráque, Chromiúmque,
Alcandrúmque, Haliúmque, Noëmonáque, Prytanimque,
Exitióque dedi cùm Pheridamante Thoona,
Et Charopen, fatiſque immitibus Eunomon actum:
Quíque minus celebres noſtra ſub mœnibus vrbis
Procubuere manu. ſunt & mihi vulnera, ciues,
Ipſo pulchra loco nec vanis credite verbis.
Aſpicite en (veſtémque manu diduxit) & hæc ſunt
Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios; & habet ſine vulnere corpus.
Quid tamen hoc refert, ſi ſe pro claſſe Pelaſga
Arma tuliſſe refert contra Troáſque, Iouémque?
Confiteórque, tulit. NEQVE ENIM BENEFACTA MALIGNE

Detrectare meum eſt: modò ne communia ſolus
Occupet, atque aliquem nobis quoque reddat honorem.
Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat, oblitus regiſque, duciſque, meique,
Nonus in officio, & prælatus munere ſortis.
Sed tamen euentus veſtræ, fortiſſime, pugnæ
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.

238 DE DAN. QVISTE I AVOAT. PETIT.] Quintus locus, à iudicijs Græcorum de ſe, & maaimè Diomedis præclariſſimi ducis, à quo ſocius ſit lectus.

239. AT SVA TROIOES M. COMMVN. ACTA] de quibuaea Homero Liban. Eundem cum Achille comparat.

241. EST ALIQVIO, &c. A DIOMEOE I EOI] Inſigne eſt, magnum, præclarum, laudabile. Sic Græci & Latini ſolent loqui. Diomedis nomen habet emphaſin. Obiecerat Aiaa, ipſum nihil præſtare eaimium potuiſſe, niſi ſocio Diomede. Callidè inuertit, & ad laudem ſuam conuertit, quod ille ad vituperationem valere cupiebat.

244. AVSVM EAO. Q. NOS, &c.] De caſtris vtrinque exploratis, & cæde Dolonis Iliad. 10. Virg. 12. De Rheſo idem lib. 1. & Homes. 10. Iliad. Euripides in Tragœdia.

254. ARMA NI GATA MIHI, &c.] Ironia. lege, *Ferat hæc, vt dignior Aiax.* & conſule Ciofan.

255. QVIO LYCII REFER. SARPED. &c.] Sextus locus ab ἀριστείᾳ ſua, & præſtantibus viris, alijſque multis ignobilibus ab ſe in acie interfectis, de quo Homerus in 5. & 11. Iliad.

257 COERANON, IPHITIOENQ.] Alij ſic: *Coranon, Hippaſiden & Alaſt.* Quatuor hi verſus ea Homero tranſlati: duo quidem priores ex quinto Iliados; alterum Virgilius totidem verbis tranſtulit, ex illis Homericis:

Ἐνθ' ὅγε Κοίρανον εἷλεν, Ἀλάστορά τε Χρομίον τε,
Ἄλκανδρόν θ', Ἅλιόν τε, Νοήμονά τε Πρύτανίν τε.

Alteroa verò Naſo ex eodem vertit è libro 11.

Αὐτὰρ ἔπειτα Θόωνα, καὶ Ἔννομον ἐξενάριζεν,
Χερσιδάμαντα δ' ἔπειτα.

Et duobus interiectis verſibus:

Τοὺς μὲν ἔασ' ὁ δ' ἄρ' Ἱππασίδην Χάροπ' οὔτασε δουρὶ
Αὐτοκασίγνητον εὐηγενέος Σώκοιο.

Obſeruat hîc idem Iac. Micyllus, additque qui hîc *Pheridamas* eſt, ibi *Cherſidamanta* nominari: & *Ennomon*, qui illic *Ennomos* eſt.

261. QVIQ. MINVS CELEBRES, &c.] *Ac multam in medio ſine nomine plebem*, de graſſante in cædibus Euryalo Æneid 9. Et 5. de curſoribus: *Multi præterea, quos fama obſcura recondit.*

263. IPSO PVLCHRA LOCO] Aduerſa, quàm auerſa vulnera magis fortitudinem produnt; & illa honori, hæc magis pudori ſunt, quaſi fugientibus impoſita. Virgil. 11. de Pallante: *At non, Euandre, pudendis Vulneribus pulſum aſpicies.*

264. VESTEMQ. MANV DIDVXIT, ET HÆC, &c.] A Ad fidem, & motum concitandum nihil potius, maius, aut melius: & eſt proinde notando vſus artificio. Declarabimus exemplis morem exhibendorum vulnerum & cicatricum, pro repub. Principe, & honeſta de cauſa ſuſceptorum, idque vel ad defenſionem adiuuandam, vel ad miſericordiam, aut beneficium impetrandum. Fecit hoc Antonius, vt refert ipſe 2. de Orat. cùm pro M. Aquilio ſene imperatore diceret. Diſcidit enim eius tunicam, & iudicibus cicatrices vulnerum pro Repub. acceptorum oſtentauit. Vide Ciofan. Piſiſtratus item voluntarijs domi verberibus affectus, laceratoque corpore in publicum progreſſus, & aduocata concione vulneribus oſtenſis, & de crudelitate Principum, à quibus ſe iſta paſſum ſimulabat, cum lacrymis conqueſtus, à credula multitudine ſatellitum auxilium ad cuſtodiam corporis obti- B nuit, per quos tyrannide occupata, annis 33. regnauit. Iuſtin. lib. 2. Marius apud Salluſt. in Iugurthino: *Non poſſum fidei cauſſa imagines, neque triumphos, aut Conſulatus maiorum meorum oſtentare: at, ſi res poſtulet, haſtas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrices aduerſo corpore.*

266. NIHIL IMPENO, SANO TEL. &c.] A contrario, & cum exaggeratione vituperatur Aiax. Ego multum ſanguinis impendi: ille nihil: Ego plura accepi vulnera: ille ne vnum quidem, idque tot annis. Quis credat tam acriter pugnaſſe, quàm ſe iactitat? Viciſſim ignauiæ & timoris ſuſpectum reddit aduerſarium.

268. QVIO T. H. REF. SESE PRO CLASS. &c.] Dicebat Aiaa:

Ecce ferunt Troes ferrumque, ignemque, Iouemque,
In Danaas claſſes: vbi tunc facundus Vlyſſes?
C *Nempe ego mille meo protexi pectore puppes.*

Hoc primum confitetur Vlyſſes, & ſuſpicionem inuidiæ ac malignitatis à ſe amolitur. Deinde extenuat, quia commune factum cum alijs; quocirca non tam admirabile. Omnia ea arte. Nam & hoc ipſo in odium adducit Aiacem, & ſibi duces facit beneuolos. Itaque & Patroclus Actoris nepos, armis Achillis indutus (cùm ille Agamemnoni iratus pugna abſtineret) incendium æquè, repulſis cum Hectore Troianis, à nauibus arcuit. Iliad. π'.

275. AVSVM ET. HECTOR. SOL. CONCVRR. TEL. &c.] Sic habet Aiaa: *Hunc ego poſcentem cum quo concurreret, vnus Suſtinui.* Reſpondet Vlyſſes, ſorte ſola prælatum fuiſſe Agamemnoni, Menelao, ſibi: nam & alios cum Hectore ad decertandum paratos fuiſſe. Lege quæ ibidem nos breuiter.

ME miſerum, quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius, quo Graiûm murus Achilles
Procubuit; nec me lacrymæ, luctúſque, timórque
Tardarunt, quin corpus humo ſublime referrem
His humeris. his, inquam, humeris ego corpus Achillis,
Et ſimul arma tuli, quæ nunc quoque ferre laboro.
Sunt mihi quæ valeant in talia pondera vires:
Eſt animus certè veſtros ſenſurus honores.
Scilicet idcirco pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit, vt cæleſtia dona,
Artis opus tantæ, rudis & ſine pectore miles
Indueret? neque enim clypei cælamina nouit,
Oceanum, & terras, cúmque alto ſidera cælo,
Pleiadáſque, Hyadáſque, immunémque æquoris Arcton,
Diuersáſque vrbes, nitidúmque Orionis enſem.
Poſtulat vt capiat, quæ non intelligit, arma.
Quid, quòd me duri fugientem munera belli
Arguit incepto ſerum acceſſiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli?
Si ſimulaſſe vocas crimen: ſimulauimus ambo.
Si mora pro culpa eſt, ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem:
Primáque ſunt illis data tempora, cætera vobis.
Haud timeo, ſi iam nequeam defendere crimen
Cum tanto commune viro. deprenſus Vlyſſis
Ingenio tamen ille; at non Aiacis Vlyſſes.
Néve in me ſtolidæ conuicia fundere linguæ
Admiremur eum: vobis quoque digna pudore
Obijcit. an falſo Palamedem crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi? vobis damnaſſe decorum?
Sed neque Naupliades facinus defendere tantum
Támque patens valuit: nec vos audiſtis in illo
Crimina; vidiſtis, pretióque obiecta patebant.
Nec Pæantiaden quòd habet Vulcania Lemnos,
Eſſe reus merui; crimen defendite veſtrum
(Conſenſiſtis enim) nec me ſuaſiſſe negabo,
Vt ſe ſubtraheret bellique viæque labori,
Tentarétque feros requie lenire dolores.
Paruit, & viuit. non hæc ſententia tantùm eſt
Fida, ſed & fælix cùm ſit, facit eſſe fidelem.
Quem quoniam vates delenda ad Pergama poſcunt,
Ne mandate mihi: meliùs Telamonius ibit:
Eloquióque virum, morbóque iráque furentem
Molliet, aut aliqua perducet callidus arte.
Ante retrò Simois fluet, & ſine frondibus Ide
Stabit, & auxilium promittet Achaia Troiæ,

Quàm ceſſante meo pro veſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi Danais ſollertia proſit.

280. MEMISER. QVANTO COG. &c.] Locus ſeptimus, ab humanitate, & officio in corpus Achillis occiſi, quod ſe ſuſtuliſſe ait, cum armis ipſius. Atque ita occurrit ſcommati: *Sed neque Dulichium ſub Achillis caſſide vertex Pondera tanta feret*, & Q. Smyrnæus 3. communiter à ducibus ſublatum ſcribit.

281. GRAIVM MVRVS ACHILLES] ex Homero, 1. Iliad. vbi de eo Neſtor ſic:

——— Ὃς μέγα πᾶσιν
Ἕρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο.

284. HIS HVM. HIS INQ. HVM.] ἀναδίπλωσις.

287. ANIM. VEST. SENSVR. HONOREA] veſtri beneficij memoriam conſeruaturus. Vt viribus arma ſuſtinui; ita animo dignitatem honoris iſtius, quo me armis mihi adiudicandis ornabitis, egregiè ſuſtinebo.

288 SCILICET IOCIRCO PRO NATU, &c.] Irridet Aiacem, qui arma petat, quæ non ſit intellecturus propter ruditatem & inſcitiam ſuam. Cauſſam addit, paucis exponens clypei cælaturam, de qua Homerus vberiùs, & Smyrnæus, vt monuimus antea.

289. AMBITIOSA FVIT] ambitioſiùs rogauit.

292. OCEAN. ET TERRAS, &c.] Silius libr. 7. de hac cælatura; *Clypeo amplexus terramq́, polumq́, Maternumq́, fretum ſoſumq́, in imagine mundum.*

QVID QVOD ME DVRI FVG. MVN. BELLI, &c.] Obiecerat Aiax, vltimum veniſſe ad expeditionem & ſimulata inſania bellum ſubterfugere voluiſſe. Docet, ſibi hoc crimen, ſi crimẽ ſit, commune cum Achille. Nam & ille ſimulauit, vt dictum eſt: & vterque hoc pietati dedit: ille erga matrem, hic erga vxorem. Quòd ſi in mora ſit culpa; ſe tamen minùs culpandum, quando prior venerit, quàm Achillem, qui ſeriùs acceſſit.

297. INCOEPTO LABORI] bello inchoato.

304. DEPRENS. VLYSS. INGEN. &c.] Stuporem ingenij exprobrat homini, in quo nulla vel calliditas, vel prudentia inſit.

308. VOBIS QVOQ. DIGNA PVD. OBIICIT, &c.] Quia ſoluere hoc de Palamede non poteſt, communicat cum iudicibus, & conflat odium aduerſario. Si mihi turpe eſt accuſaſſe Palameden inſon-

A tem, turpe eſt etiam vobis damnaſſe. Ergo me reprehendendo, Aiax vos ſimul reprehendit. Mox negat vtrumque, & ſe ipſoſque proceres abſoluit. Verùm vafrè nimis pro conceſſo ſumit, quod probare debebat: nempe, aurum illud, quod oculis ſuis vidiſſent, à Priamo veniſſe, non à ſe illic inſidioſiſſimè defoſſum. Fuit autem Palamedes poëta, & philoſophus, vnde Græcis πάνσοφος. Poëmata eius multa opinio eſt ex inuidia Homerum aboleuiſſe. Plura de eo Gyrald. de Poëtis Dial. 2.

313. NEC PÆANTIADO. QVOD HAB. &c.] Nunc de Philoctete in Lemno relicto, & afflicto reſpõdet eodem modo. Suaſiſſe, vt ibi relinqueretur, non negat. Sed quia conſenſerint, eos æquali culpa teneri. Nec tamen animo non bono ſuaſiſſe.

319. FACIT ESSE FIDELEM] Fida ſententia facit fidelem. Quomodo igitur quatenus etiam fœlix (vt in Philoctete, qui, quoniam ei paruit, vitam retinuit) facit fidelem? An ſoluetur nodus, ſi *fidelem* non ad Vlyſſem, ſed ad Philocteten referas, quem B propter fœlix Vlyſſis conſilium Græcis fore fidelem polliceri videatur? Sed aduerſantur, quæ mox leguntur de illius in ipſum Vlyſſem, regem, Græcos odio.

320. VATES OBTEND. AD PERGAMA POSCVNT] propter ſagittas. Non ergo Græci ab illo eas abſtulerunt, cùm Troiam nauigantes, ipſum in inſula relinquerent, vt quidam fabulantur.

321. MELIVS TELAMON. IB. ELOQVIOQ. &c.] Quomodo Aiax ipſum ſæpiùs vt loquacem, & malè fortem vilipendit: ita viciſſim Vlyſſes eum non ſemel vt indiſertũ ac mutum & hebetem irridet.

324. ANTE RETRO SIMOIS FLVET, &c.] Talium ἀδυνάτων modios habet Ouidius noſter: nec eſt quippiam apud eum promptius. Id clariſſimè patet ex lib. Triſtium, & de Ponto. Propert libr. 2. eleg. 15. *Fluminaq́, ad caput incipient reuocare liquores.* Vide Adag. *Surſum verſus ſacrorum fluminum fontes feruntur.*

326. QVAM CESSANTE MEO, &c.] Nec ſe vnquam ceſſaturum ingenio ſuo bene mereri de Græcis: nec Aiacem, quippe ſtolidum, vnquam menturum. Inſurgit in aduerſarium vehementiùs. & hoc oratorio more.

328. *Sis licet infeſtus ſocijs, regique, mihique,*
Dure Philoctete: licet execrere, meúmque
Deuoueas ſine fine caput: cupiáſque dolenti
Me tibi fortè dari, noſtrúmque haurire cruorem;
** Te tamen aggrediar, mecúmque reducere nitar,*
Támque tuis potiar (faueat fortuna) ſagittis,
Quàm ſum Dardanio, quem cepi, vate potitus;
Quàm reſponſa deûm, Troianáque fata retexi;
Quàm rapui Phrygiæ ſignum penetrale Mineruæ
Hoſtibus è medijs. Et ſe mihi comparat Aiax.
Nempe capi Troiam prohibebant fata ſine illo.
Fortis vbi eſt Aiax? vbi ſunt ingentia magni

Verba

Verba viri? cur hîc metuit? cur audet Vlyſſes
Ire per excubias? & ſe committere nocti?
Pérque feros enſes, non tantùm mœnia Troiæ,
Verùm etiam ſummas arces intrare, ſuáque
Eripere æde deam, raptámque efferre per hoſtes?
Quæ niſi feciſſem, fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet læua taurorum tergora ſeptem.
Illa nocte mihi Troiæ victoria parta eſt:
Pergama tunc vici, cùm vinci poſſe coëgi.
Deſine Tydiden vultúque, & murmure nobis
Oſtentare meum: pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu cùm ſocia clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras. tibi turba comes, mihi contigit vnus.
Qui NISI PVGNACEM SCIRET SAPIENTE MINOREM
Esse, nec indomitæ deberi præmia dextræ,
Ipſe quoque hæc peteret: peteret moderatior Aiax,
Eurypylúſque ferox, claróque Andromede natus:
Nec minùs Idomeneus; patriáque creatus eadem
Meriones; peteret maioris frater Atridæ.
Quippe manu fortes, nec ſunt tibi Marte ſecundi:
Conſilijs ceſſere meis. tibi dextera bello
Vtilis: ingenium eſt, quod eget moderamine noſtro.
TV VIRES SINE MENTE GERIS: *mihi cura futuri eſt.*
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
*Eligit Atrides. tu tantùm corpore * prodes:* *pollex:
Nos animo quantóque ratem qui temperat, anteit
Remigis officium; quanto eſt dux milite maior,
Tantum ego te ſupero: nec non in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu: vigor omnis in illis.

318. SIS LICET INFEST. SOCIIS, &c.] Sumit ſuperbiam quæſitam meritis, vt ait Horat. & eloquentia ſua perſuaſurum Philoctetæ promittit, vt ſecum veniat ad exercitum, quantumcumque etiam Græcis ducibus, ſibíque inſenſus ſit. Maledicta & inſectationes illius lege apud Sophoclem in Tragœd. eius nomine inſcripta, Philocteta. De effectu promiſſi huius infrà:

Quæ poſtquam ad Graios domino comitante reuexit,
Impoſita eſt tandem ſero manus vltima bello.

Philocteten ſaluum prorſus & incolumem, ſexaginta annos natum Troiam veniſſe, corpore adhuc viuido & vigente, perſpicacibus etiamnum oculis teſtatur Philoſtratus.

335. QVAMSVM DARDANIO, &c.] raptū Palladij, & Heleni, vnde Troiana fata elicuerunt, quem Aiax crimini dabat, & furtum nominabat, hic pro ſumma gloria ducit, & accuſatori inſultat.

338. ET SE MIHI COMPARAT AIAX?] Aiax: *& meum confertur Vlyſſes?* particula & apta eſt indignationi. Virgil. 1. Æneid. *Et quiſquam numen Iunonis adoret Præterea?* In quem locum vide, ſi otium eſt, Symbolas.

339. NEMPE CAPI TROIAM PROHIB. F. E. ILLO, A &c.] In Palladio à ſe ablato, vnde Troianorum ſalus pendebat, diutiùs moratur, & ab adiunctis virtutem ſuam ante oculos ponit, cum inſultatione in aduerſarium per crebras interrogationes, quibus eum, vt antea, laceſſit & vellicat. De Palladio quid Agrippa Annibali narret, vide Silium libr. 13. ab initio.

348. ILLA NOCTE MIHI TROI. VICT. P. EST, &c.] Vide 2. Æneid. *Omnis ſpes Danaûm*, &c. Sic in Epitaphio Achilles gloriatur in occiſo ab ſe Hectore, qui etiam vnum fuit de fatis Troianis: *Pergama tunc ferro procubuere meo.*

350. DESINE TYD. VVLTVQVE ET MVRM. &c.] B Bellè, quaſi hæc dicentem aſpectu ipſo, & muſſando mendacij redargueret Aiax, qui Diomedi debitam gloriam ſibi arroganter adſcriberet. In oratione ſua quoque affirmabat Aiax, nihil illum ſine opera Diomedis egiſſe, &, ſi arma Vlyſſis qualibuſcumque meritis tribuerentur, tamen in illis meritis maiorem partem ad Diomedem referendam. Reſpondet nunc, & fatetur laudem metuiſſe. Retorquet deinde argumentum in aduerſarium, & ſuo ipſum gladio iugulat. Quippe qui, cùm naues ab ignibus defenderet, nec idipſum ſi-

ne ſocijs fecerit. Producit item iudicium Diomedis, aliorumque ducum de ſe; quod inde coniectat, quia cùm ſint tanti in armis, nec Aiace inferiores, Achillea non petant, & ſibi vt ſapientiori ea cedant. Sedebant hi, quos nominat, in iudicio: quos ſibi mirè conciliat, dū eorum & prudentiam in rebus dijudicandis, & modeſtiam commendat.

356. PETERET MODERATIOR AIAX] Oilei filius, quem & Homerus fortibus annumerat. Hic tamen impius & ſacrilegus fuit, de quo in Æneid.

362. INGEN. EST QVOD EGET MODERAM. NOST.] Etſi militaris es, & dextera potens, deeſt tamen tibi ſollers & placidum ingenium. Homo ferox, au-
A dax, impotens animi es, & velut equus indomitus auriga indiges.

363. TV VIRES SINE MENTE GERIS, MIHI, &c.] Comparatio pluribus membris conſtat. Confert autem ſe, & præfert Aiaci collatione animi, & eorum quæ ſunt animi, cum corpore, & viribus corporis inſtituta, remque duabus elegantiſſimis ſimilitudinibus illuſtrat, petitis à gubernatore nauis, & duce militari. Perſpicuè eſt, tutius & præclarius videri ingenio & ratione, quàm ferro hoſtem vincere: quorum hoc non negat de Aiace: illud ſibi totum vindicat, eumque in eius communionem ooo admittit.

AT vos, ô proceres, vigili date præmia veſtro:
Próque tot annorum curis, quas anxius egi,
Hunc titulum meritis penſandum reddite noſtris.
Jam labor in fine eſt. obſtantia fata remoui:
Altáque poſſe capi faciendo, Pergama cepi.
Per ſpes nunc ſocias, caſuráque mœnia Troum,
Pérque deos oro, quos hoſti nuper ademi,
Per, ſi quid ſupereſt, quod ſit ſapienter agendum,
Si quid adhuc audax, ex præcipitique petendum eſt,
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis,
Eſte mei memores: aut, ſi mihi non datis arma,
Huic date: & oſtendit ſignum fatale Mineruæ.

370. AT VOS, O PROCERES VIGILI, &c.] Epilogus, in quo non minùs eſt artis quàm in prœmio, & habet multum affectus. Summatim admonitis meritorum ſuorum per tot annos, quod in laboribus ſuis maximi ponderis eſſe debet, ſurreptum Troianis fatale illud Palladium de quo ſuggerit iudicibus, quo uitatur omnis eorum de vrbe victoria, & obteſtatur, ne ſibi negent, quod petit. Offert adhuc conſilia, & vires ſuas, & ſe totum denique quantus eſt pro ipſis & vniuerſa Græcia, concluditque oſtenſo Palladio, propter quod ſolum arma iſta mereatur.

372. HVNC TIT. MERIT. PENSAND. &c.] reddi-
B te hunc honorem quem peto ad compenſationem laborum, quos hactenus, & tot annis Reipub. cauſſa ſubire non dubitaui.

375. PER SPES NVNC SOCIAS, &c.] Epanaphora, ſeu repetitio. Quam figuram ſic definit Cornificius lib. 4. cùm *continenter ab vna eademque voce in rebus ſimilibus & diuerſis principia ſumuntur*, vt hîc à voce *per*. *Spes ſociæ* ſunt ſpes communes.

379. SI TROIÆ FATIS, &c.] Leouinus. Sed hic næuus tam venuſtum orationis huius corpus non deformat. Tollantur iſtius generis carmina primùm è Virgilio. Erythræus quidem in eo aa. obſeruauit.

Abiudicatis ſibi armis Aiax iracundia victus in gladium incumbit, cuius cruor in florem hyacinthum conuertitur. Allatis ab Vlyſſe ſagittis, quas ab Hercule Philoctetes acceperat, Troia ſecundùm fata, in poteſtatem Græcorum venit. Subiunguntur breuiſſimè præcipua, eaque miſeranda, quæ occupationem vrbis ſunt conſecuta. In captiuis fœminis nobilibus eſt Hecuba, inter ſepulchra liberorum inuenta, quæ Vlyſſi cedit, & in ſeruitutem abducitur.

MOTA manus procerum eſt: & quid facundia poſſet, III.
Tùm patuit; fortiſque viri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus, ferrúmque, ignémque, Iouémque
Suſtinuit toties, vnam non ſuſtinet iram,
INVICTVMQVE VIRVM VICIT DOLOR. arripit enſem:
Et, meus hic certè eſt; an & hunc ſibi poſcit Vlyſſes?
Hoc, ait, vtendum eſt in me mihi: quique cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit:
Nec quiſquam Aiacem poſſit ſuperare, niſi Aiax.
Dixit, & in pectus tum demum vulnera paſſum,
Quà patuit ferro lethalem condidit enſem.
Nec valuere manus infixum educere telum.
Expulit ipſe cruor, rubefactáque ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem,
Qui priùs Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs pueróque, viróque
Inſcripta eſt folijs: hæc nominis, illa querelæ.
Victor ad Hypſipyles patriam, clarique Thoantis,
Et veterum terras infames cæde virorum
Vela dat, vt referat Tirynthia tela ſagittas.
Quæ poſtquam ad Graios domino comitante reuexit,
Impoſita eſt ſero tandem manus vltima bello.
Troia ſimul, Priamúſque cadunt. Priameia coniux
Perdidit infelix hominis poſt omnia formam,
Externáſque nouo latratu terruit auras.
Longus in anguſtum quà clauditur Helleſpontus,
Ilion ardebat, neque adhuc conſederat ignis:
Exiguumque ſenis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat: tractiſque comis antiſtita Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum ſigna deorum
Dum licet, amplexas, ſuccensáque templa tuentes
Inuidioſa trahunt victores præmia Graij.
Mittitur Aſtyanax illis de turribus, vnde
Pugnantem pro ſe, proauitáque regna tuentem
Sæpe videre patrem monſtratum à matre ſolebat.
Iámque viam ſuadet Boreas: flatúque ſecundo
Carbaſa mota ſonant, iubet vti nauita ventis.
Troia vale, rapimur, clamant, dántque oſcula terræ
Troades, & patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conſcendit claſſem, miſerabile viſu,
In medijs Hecube natorum inuenta ſepulchris.
*Prenſantem tumulos, atque oſſibus oſcula dantem *Preſſantem
Dulichiæ traxere manus. tamen vnius hauſit,
Inque ſinu cineres ſecum tulit Hectoris hauſtos.
Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,
Inferias inopes, crinem, lacrymáſque reliquit.

382. Et

382. **ET QVIO FACVND. POSSET TVM PAT. &c.]** A Quid poſſit eloquentia, nemo inter omnes ſcriptores vberiùs & ſæpiùs docuit, quàm ipſe vnus omnium poſt homines natos eloquentiſſimus Cicero: eius ope Vlyſſem magis, quàm cauſſæ bonitate hæc arma conſecutum inſinuat Ouidius. Quis audiens Aiacem orantem, non putaret victorem fore? Robuſta fuit illius, breuis, & ſine fucis oratio. Sed huius non modò longior, verùm etiam artificio & affectibus inſtructior, & omnino eloquentior, & ad verbum dicendi ſtudioſis ediſcenda, ſtyloque oratione pedeſtri interdum ad imitandum exprimenda.

383 **FORTISQ. VIRI TVLIT ARMA DISERTVS]** Vide Liban. Progym. veriſimilia eſſe quæ narrãtur de armis Achillis, pag. 31. Scriptum refertur à Pauſania in Atticis, arma hæc facto ab Vlyſſe naufragio B ad tumulum Aiacis in littore Rhœtæo tempeſtate delata: ipſa Iuſtitia teſtante, eum iniquo iudicio oppreſſum, quod ſibi iure debebatur, iniuſtè amiſiſſe. Id virtus tumulo eiuſdem inſidens lamentatur, 3. Antholog. Tit. ιδ'. εἰς ἥρωας duobus Epigrãmatis, Aſclepiadæ & Antipatri. Vide Emblema Alciati 48. cum Claudij Minois & Franc. Sanctij Lugduni edito Commentario. De armis autem ad tumulum eius, quaſi ad poſſeſſorem legitimum, appulſis eiuſdem Emblema 28. quod ipſum ex 1. Anthol. Tit. κβ'. εἰς δίκην, ſumptum eſt.

384. **HECTORA QVI SOLVS, QVI. FERR. &c.]** Suprà: *Ecce ferunt Troes ferrumq́, ignemq́, Iouemq́, In Danaas claſſes.* Non diſſimilis exaggeratio, ſeu incrementum eſt extremo ſecundo de Ioue, maieſtatis ſuæ penitus oblito:

Ille pater, rectorq́, deûm, cui dextra triſulcis C
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem,
Induitur faciem tauri, miſtuſq́, iuuencis
Mugit, & in teneris formoſus obambulat herbis.

385. **VNAM NON SVSTINET IRAM]** *Fortior eſt igitur qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium*, vt aiunt diuinæ Litteræ. Nec eſt vlla pulchrior & laudabilior, quàm de ſemetipſo relata victoria: *Qui vincunt animum, quàm quos animus, ſemper probiores cluent,* inquit Plautus Trinum. Lege libellum Plutarchi *de cohibenda iracundia*, ex quo in præſens accipe ſimilitudinem: *Quemadmodum incendium, qui non addit materiam, extinguit: ſic & iram quiſquis non aluit naſcentem, & ſe ipſum flatu concitauit, eam vitat ac reprimit.* Porrò quæ potuerit eloqui Aiax vel fraudatus armis iniquitate Iudicum, vel in gladium incubiturus, videbis in Progymnaſm. Libanij rhetoris ſanè quàm diſertiſſimi. D

386. **INVICTVMQ. VERVM VICIT DOLOR]** Hunc quidem inuictum dolor & iracundia, alium libido, alium auaritia, alios alia vitia peſſundederunt. Cic. 1. Offic. *Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, vinci à voluptate.* Nec à corporis quidem dolore virum fortem ac ſapientem vinci poſſe docebant Stoici, quia non eſſet malum. Quanta eum ſpe fruſtratum ægritudo, ira, mœror inuaſerit, pluribus docet Smyrnæus lib. 5. Multa ibid. de eius furore & inſania, & αὐτοχειρίᾳ. Lege & Aiacem μαστιγοφόρον Sophoclis.

387. **AN ET H. SIBI POSCIT VLYSSES?]** qui tam cupidus eſt armorũ alienorum, mihiq́; debitorũ, vt quà iure, quà iniuria illa ſibi poſcat. Odioſè dictũ.

390. **NEC QVISQ. AIACEM, &c. NISI AIAX]** Glorioſè, & pro priſtinis ſpiritibus. Eandem ſententiam complectuntur duo eius epitaphia 3. Antholog. Tit. ιδ'. εἰς ἥρωας. Prius incerti auctoris adſcribam:

Σῆμα τόδ' Αἴαντος Τελαμωνίου ὃν κτάνε μοῖρα
Αὐτοῦ χρησαμένη καὶ χερὶ καὶ ξίφει.
Οὐδὲ γὰρ ἐν θνητοῖσι δυνήσατο καὶ μεμαυῖα
Εὑρέμεναι Κλωθὼ, τοῦδ' ἕτερον φονέα.

Hic eſt ſepulchrum Aiacis, filij Telamonij, quem parca occidit, ipſiuſmet vſa & manu & gladio. Neque enim Clotho, quamuis cuperet, alium huic viro magno inter mortales interfectorem reperire potuit. Aiax ab ſe ſolo, non ab alio vllo interfici dignus erat.

391. **IN PECT. T. DEM. VVLNERA PASSVM]** Et ipſe Vlyſſi exprobrabat clypeum planè integrum, cùm ſuus mille plagis pateret: & Vlyſſes illi viciſſim corpus à vulnere integrum:

At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios, & habet ſine vulnere corpus.

Quo quidem argumento cupiebat videri parum ſtrenuum & pugnacem fuiſſe. Sed hîc ei potiùs laudi & fœlicitati datur.

393. **NEC VALVERE M. INFIX. EO. TELVM, &c.]** Si incubuit in enſem, non mirum eum nequiuiſſe educi è corpore, nimis enim altè infixus eſt. Expulſum tamen à ſanguine, conſeſtim inde promanante magis mirum. Sed detur hoc poëticæ libertati, non omnia ad amuſſim exigenti. Subit mentem iocus Auguſti. Nam Tragœdiam Aiacem magno impetu exorſus, non ſuccedente ſtylo, aboleuit; quærentibuſque amicis, quidnam Aiax ageret, reſpondit, *In ſpongiam incubuiſſe.* Sueton. cap. 85.

395. **PVRPVR. VIRID. GEM. DE CESP. FLOR. &c.]** Lib. 10. vbi Hyacinthus puer in florem ſui nominis commutatur, Apollo de ſimili hac transformatione ſic vaticinatur:

Tempus & illud erit cùm ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem, folioq́, legatur eodem.

Habet enim, vt ibi à me notatum eſt, expreſſam fibris ſyllabam αι. quæ in puero gemitum Apollinis, in *Aiace* eius nomen declarat, cuius eſt principium, αἶας. Idipſum ab interiectione dolentis deductum vult apud Sophoclem Aiax ipſe:

Αἰαῖ. Τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;
Ai ai, quis vnquam cogitaſſet id meum
Ita nomen eſſe calamitati congruum?

Apud Auſonium ſic etiam ipſe de ſe:

Iam dabo purpureum claro de ſanguine florem,
Teſtantem gemitu crimina iudicij.

Hinc ſoluitur ænigma illud Maroniani paſtoris, eclog. 3 *Dic quibus in terris inſcripti nomina regum Naſcantur flores.* De *Aiace* lege Philoſtratum in Heroicis. De proceritate corporis illius Pauſan. in Atticis. De planctu & lamentis, quibus interitum eius proſecuti ſunt Tecmeſſa coniux, Euryſaces filius, exercitus vniuerſus, multa Smyrnæus lib. 5. Vlyſſes lib. 6. ſuper eius morte ſe excuſat.

399. **VICTOR AD HYPSIPYLES PAT.]** Vlyſſes in Lemnum profectus eſt, vbi Hypſipyle Thoantis filia regnabat. Socium habuit Diomedem. Quomodo cum Philoctete egerit, cognoſce ex Smyrnæi lib. 9.

ET VATER. TERR. INFAM. CÆDE VIROR.] Lemniæ mulieres cùm ſacrificia Veneris ſpreuiſſent, illa,

illa, quò ſe vlciſceretur, adeò fœtentes reddidit, vt à maritis contemnerentur. Qui cùm bellum cum Thracibus haberent re inter ſe deliberata reduces iugularunt: veriteque ne filij cùm adoleuiſſent, patres vindicarent, etiam illos & totum virile genus trucidarunt; ſola Hypſipyle Thoanti patri pepercit: de quo fusè Statius. Adagium, *Lemniam malum*, & apud Ionium, *Lemnium obtutum*. Q. Smyrnæus lib. 5. zelotypiam hiſce nefandis cædibus cauſſam præbuiſſe narrat, quòd neglectis vxoribus cum captiuis quas adduxerant ancillis corpora commiſcerent.

401. REFER. TIRYNTH. TELA SAGITT.] cauſſa itineris ſagittæ Herculis à Philoctete petendæ.

404. TROIA SIMVL. PRIAMVSQ CADVNT, &c.] Paucis verbis excidium Troiæ, regiſque & nepotis, & præcipuarum fœminarum calamitatem perſequitur. Non enim eius eſt inſtitutum, hæc fuſiùs exponere: & ad res Romanas feſtinat, quarum extrema Troianorum initium, & quaſi quoddam ſemen extiterunt. Dicendū hîc breuiter de initijs, progreſſu, fine regni Troiani, ex hiſtoria ſtudij Romani l. 1. c. 3. Valentini Forſteri Iuriſcōſulti. Troianum regnum cœpit anno mundi 2477. ante Chriſtum natum 1483. Reges habuit 6. I. Dardanus, regnauit annos 31. II. Erichthonius Dardani filius regnauit annos 75. Patri ſuffectus eſt Tros, à quo regio Troia cœpta eſt nuncupari, & incolæ Troës ſiue Troiani; regnauit 60. Troëm excepit Ilus filius, à quo toti regioni nomen Ilium eſt inditum; regnauit 54. Hic reliquit filium Laomedontem, qui Ilium ſeu Troiam ab Hercule vaſtatam inſtaurauit; eius adminiſtratio durauit annos 36. Idē Hercules ex Laomedonte natum Priamum ſubſtituit, qui vrbem ita extruxit, vt nulli maximarum vrbium ornatu & potentia cederet. Huius filius Paris, ſiue Alexander Helenam Menelai Spartanorum regis vxorem rapuit, quam Græci bello decennali apud Troiam receperunt, & captam vrbem exciderunt, ante Chriſtum natum MC. i XXX. De quo excidio Sibylla vaticinata eſt. Interfecto Priamo regnum Troianum deſijt anno mundi 2783. Regnatum igitur annis 306.

PRIAM. IA. COIVX PERDIDIT, &c.] Poſt omnes calamitates quas pertulerat & viderat, hanc etiam paſſa eſt, vt in eanem mutaretur. Quod ideo factum, quia dum aueheretur à Græcis captiua, probris eos inceſſere, & allatrare ob liberos interfectos non deſinebat. Vide Prouerb. apud Iunium: *Intus Hecuba, foris Helena.*

408. ILL. NAROR & &c. EXIGVVMQ. S. PRIAM. CRVOR, &c.] Andromacha apud Ennium, vnde Cicero 1. Tuſculan. deſcripſit:

> *Hæc omnia vidi inflammari:*
> *Priamo vi vitam euitari:*
> *Iouis aram ſanguine turpari.*

Et in Troadibus Hecuba apud Senecam:

> *Vidi execrandum regia cædis nefas,*
> *Ipſaſq, ad aras maius admiſſum ſcelus,*
> *Aeacida armis cùm ferox ſæua manu*
> *Coma reflectens regiam torta caput,*
> *Alto nefandum vulneri ferrum abdidit, &c.*

Totus locus ex Virgilio 2. Æneid. expreſſus *putamus. Hæc dicens altaria ad ipſa trementem Traxit*, &c. Dictus porro Iupiter ἑρκεῖος Herceus ab ἕρκος claustrum, ſeptum, quòd illi arato intra ædium ſepta potentes & nobiles conſtruerent.

410. TRACTISQ. COM. ANTIST. PHOEBI, &c.] Virgil. 2. Æneid. Caſſandram Mineruæ ſacerdotem facit, & manus in cælum ſuſtollere, vt vinctas, potuiſſe negat:

> *Ecce trahebatur paſſis Priameïa virgo*
> *Crinibus à templo Caſſandra, adytiſq, Mineruæ,*
> *Ad cælum tendens ardentia lumina fruſtra:*
> *Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.*

411. NON PROFECT. TENDEBAT AD ÆT. PAL.] Negat Virgilius, quia vincula arcebant, vt modò vidiſti. Sed ille de iunctis loquitur, noſter de iunctis loquitur, quas vtique ſimul ad cælum tendere potuit, vt nos precantes conſueuimus.

B 412. PATRIOR. SIGNA DEOR. D. L. AMPLEX.] Virgil.

> *Hic Hecuba, & natæ necquicquam altaria circum,*
> *Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ,*
> *Condenſæ, & diuûm amplexæ ſimulacra tenebant.*

415. MITTITVR ASTYAN. ILLIS DE TVRRIB. &c.] Vt nemo ſupereſſet de ſtirpe regia, qui maiorum ſuorum iniurias & neces aliquādo vlcum iret, etiam puerum hunc, Hectoris filium, quem ipſe Scamandrium à fluuio præterlabente nominare ſolitus erat, crudeli præcipitio extinxerunt. Vide Euripidis Troadas. Narrat apud Senecam rem nuntius. Actu 5. *Eſt vna magna turris è Troia ſuper*, &c.

418. IAMQ. VIAM SVADET BOREAS, &c.] Æneid. 3. *Et vi curſus in aliam Vela vocet, poſſitq, ſinus implere ſecundos.* Ibid. *Et aura Vela vocat, tumidoq, inflatur carbaſus Auſtro.* De diſceſſu, ſeu reditu Græcorum agit, de quo eſt vltimus liber Q. Smyrnæi, cuius principio indicatur, quæ mulier regia cui duci
C in præda obtigerit. Homerus Odyſſ. Euripides Oreſte, Andromache, Cyclope, Troadibus, Helena, Lycophron in Caſſandra, Dictys Cretenſis toto libr. 6. Varijs terra marique calamitatibus iactati ſunt. Nec domi quidem poſtea à malis conquieuerunt.

420. TROIA VALE, &c.] Ceres è Silicia pt . ſeſtionem inſtituens apud Claudian. 1. de Raptu:

> *——— Quoties oculos ad tecta retorſit*
> *Talia voce mouens, Salue gratiſſima tellus,*
> *Quam nos prætulimus cœlo*, &c.

DANTQ. OSCVLA TERRÆ TROADES] tamquam ſanctiſſimæ parenti, patriæ ſcilicet. Quòd autem eandem & ſaluere & valere iubemus dum aduenimus & abimus, ad genium, illius præſidem reſpicimus: de quo more alio loco, vel pluribus
D potiùs locis ſcripſiſſe nos recordamur. Flebilem captiuarum Troadum à patria diſceſſum admodum miſerabiliter deſcribit Q. Smyrnæus.

421. PATRIÆ FVMANTIA TECTA] 3. Æneid. *Et omnis humo fumat Neptunia Troia.* Et 2. *Tam verò omne mihi viſum conſidere in ignes Ilium.* Seneca Troad.

> *Diripitur ardens Troia: nec cælum patet.*
> *Vndante fumo, nube ceu denſa obſitus,*
> *Ater fauilla ſqualet Iliaca dies.*

423. IN MEDIIS NATOR. INVENT. SEPVLCH.] 17. liberos eam ex Priamo genuiſſe ait Cicero, ex quibus chariſſimus ei Hector: nec immeritò. Nam vt in eius Epitaphio cecinit Pentadius, fuit defenſor patriæ, & alter murus miſeris ciuibus, cum quo ſpeſque ſaluſque Phrygum ſimul occubuere. Apollodor. lib. 3. non niſi decem ex Hecuba filios, & quatuor filias enumerat. 20. ſecundùm Theocritum

critum Idyll.15.ſecundùm Homerum 22.Hinc Seneca: *Et tot meorum liberûm magni greges.* Reliqui autem ex concubinis nati ſunt Priamo.

427.HECTORIS IN TVMVL.C.DEVERT.CRIN.] A Matres tondebant aut vellebant capillum, quem filiorum ſepulchris inijciebant pro inferijs.

428.INFERIAS INOPES] viles, cùm ſumptuoſæ potiùs illic relinquendæ. Sed non erant ea tépora.

Regni ſui euerſionem proſpiciens, minimum natu filiorum Polydorum (reliquos enim omnes perdiderat) ad hoſpitem ſuum Polymneſtorem Thraciæ regem tuendum, & educandum cum auro multo, vt eſſet, vnde opes Troianorum inſtaurari aliquando poſſent, clàm miſit Priamus. Ille aurum ſitiens puerum occidit, in vndas corpus abijcit. Dum in littore Thracio idoneam nauigandi porrò tempeſtatem Græci exſpectant, idolum Achillis Polyxenam Priami filiam inferias ſibi petit. Eripitur Hecubæ matri, & ad tumulum congeſtitium patri à Pyrrho mactatur, caditque generosè, & verecundè: nec tam illi mors ſua, quàm dolor matris, curæ eſt, cui corpus ſuum donari petit. Defletur lacrymis Troadum captiuarum.

IV.

EST, vbi Troia fuit, Phrygiæ contraria tellus,
Biſtonijs habitata viris: Polymneſtoris illic
Regia diues erat, cui te commiſit alendum
Clàm, Polydore, pater, Phrygiiſque remouit ab armis.
Conſilium ſapiens, ſceleris niſi præmia magnas
Adieciſſet opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius enſem
Rex Thracum, iugulóque ſui demiſit alumni:
Et tanquam tolli cum corpore crimina poſſent,
Exanimem è ſcopulo ſubiectas miſit in vndas.
Littore Threïcio claſſem religarat Atrides,
*Dum mare * placatum, dum ventus mitior eſſet.* *pacatum.
Hîc ſubitò, quantus cùm viueret eſſe ſolebat,
Exit humo latè rupta, ſimiliſque minanti
Temporis illius vultum referebat Achilles,
Quo ferus iniuſto petijt Agamemnona ferro.
Immemoréſque mei diſceditis, inquit, Achiui?
Obrutáque eſt mecum virtutis gratia noſtræ?
Ne facite: vtque meum non ſit ſine honore ſepulchrum,
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit, & immiti ſocijs parentibus vmbræ,
Rapta ſinu matris, quam iam propè ſola fouebat,
Fortis, & infelix, & plus quàm fœmina, virgo
Ducitur ad tumulum, duróque fit hoſtia buſto.
Quæ memor ipſa ſui, poſtquam crudelibus aris
Admota eſt, ſenſitque ſibi fera ſacra parari:

Vi-

Vtque Neoptolemum ſtantem, ferrúmque tenentem,
Vtque ſuo vidit figentem lumina vultu;
Vtere iam dudum generoſo ſanguine, dixit.
Nulla mora eſt: aut tu iugulo, vel pectore telum
Conde meo: iugulúmque ſimul pectúſque retexit.
Scilicet haud vlli ſeruire Polyxena vellem.
Haud per tale ſacrum numen placabitis vllum.
Mors tantùm vellem matrem mea fallere poſſet:
Mater obeſt, minuitque necis mihi gaudia; quamuis
Non mea mors illi, verùm ſua vita gemenda eſt.
Vos modò ne Stygios adeam non libera manes,
Este procul, ſi iuſta peto; tactúque viriles
Virgineo remouete manus: acceptior illi,
Quiſquis is eſt, quem cæde mea placare paratis,
Liber erit ſanguis. ſi quos tamen vltima noſtri
Verba mouent oris, Priami vos filia regis
Nunc captiua rogat, genitrici corpus inemptum
Reddite: néve auro redimat ius triſte ſepulchri,
Sed lacrymis: tunc cùm poterat redimebat & auro.
Dixerat: at populus lacrymas quas illa tenebat,
Non tenet: ipſe etiam flens inuitúſque ſacerdos
Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
Illa ſuper terram defexo poplite labens
Pertulit intrepidos ad fata nouiſſima vultus.
Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cùm caderet, caſtique decus ſeruare pudoris.
Troades excipiunt; deploratóſque recenſent
Priamidas, & quid dederit domus vna cruoris:
Téque gemunt virgo, téque ô modò regia coniux,
Regia dicta parens Aſiæ florentis imago,
Nunc etiam prædæ mala ſors; quam victor Vlyſſes
Eſſe ſuam nollet, niſi quòd tamen Hectora partu
Ediderat: dominum matri vix repperit Hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties patriæ dederat natiſque viróque,
Huic quoque dat lacrymas, lacrymas in vulnera fundit,
Oſculáque ore tegit, conſuetáque pectora plangit,
Canitiémque ſuam concreto in ſanguine * *verrens,* *verſans.
Plura quidem, ſed & hæc laniato pectore dixit.

429 EST, VBI TROIA F. P. CONTRARIA TELL. &c.] campis, vbi Troia fuit, quomodo habet Virgilius 3. Æneid. è regione reſpondet Thracia.

430. BISTONIIS HABITATA VIRIS] Virg. *Thraces arant*. Gens Thraciæ Biſtones.

431. CVI TE COMMIS. AL. CLAM POLYD. PAT. &c.] Totum hoc ea principio Hecubæ Euripideæ cùm Maro 3. Æneid. *Hunc Polydorum auro,* &c. tum noſter poëta tranſcripſit. Ecce Latinos verſus ex Eraſmo, non improbato interprete. Loquitur vmbra Polydori, prologum agens:

Adſum profectus è profundis manibus,
Noctis'q; portis, cæca quà ſilentium
Ab arce porrò cælitum ſita eſt domus,
Polydorus, Hecuba natus è Ciſſeide,
Priamoq; patre. Quem ſimul cepit timor,
Ne Phrygia Graiæ Marte caderent mœnia,
Me furtim alendum Troico emiſit ſolo,
Ad hoſpitam Polymneſtoris Thraciȷ domum,

 Qui

Qui Cherroneſi fertilem glebam colens,
Armis ferocem Martijs gentem regit.
Multumq; mecum clanculum miſit pater
Aurum: vrbis vt ſi concidiſſent mœnia,
Ne victu egerent liberi ſuperſtites,
Eramq; natu Priamidûm nouiſſimus:
Atque hac foras potiſſimùm me gratia
Submiſit, vt eius nec ferunda lancea,
Et ad arma nondum tenera ſufficeret manus.
Ita vſque donec recta ſtabant Pergamia, &
Nondum iacebant Ilij turres ſoli,
Hectorq; frater Marte florebat meus,
Bene apud tyrannum Thraca, patrium hoſpitem
Creſcens alebar, plantula in modum, miſer:
At vbi interiit Troia, ſimul & Hectoris
Vita, ac penates concidere patrij,
Deûmq; ad aras ipſe procubuit ſacras,
Mactante Achillis prole ſanguinaria,
Mox me paternus amicus auri gratia
Miſerum trucidat, ac trucidatum ſalo
Exponit, aurum vt ipſe poſſideat ſibi.

438. EXANIM. E SCOP. SVBIECT. MISIT IN VND.] Hoc Euripid. eſt. Virgil. telis confixum, & humo obrutum narrat:

Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.
Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.

DVM MARE PLACAT. O. VENT. MIT.] Virg. 3. Æneid. *Placataq; venti Dant maria.*

441. HIC SVBITO QVANTVS &c.] de phaſmate iſto & ſimulacro Achillis, videndi Euripid. & Seneca Troad. Apud Smyrnæum lib. 14. Pyrrho filio apparet, ac niſi Polyxenam inferias ſibi dent, effecturum ſe minatur, vt tempeſtates coortæ eorum reditum remorentur. Pyrrhus rem ad concilium refert. Achilli gratificandum decernitur.

444. QVO F. INIVST. V. AG AM. FERRO] 1. Iliad. in iurgio, vbi regem ſtricto enſe confodiſſet, ni Pallas prohibuiſſet. Quomodo autem iniuſto, declarat oratio Neſtoris, qui eos pacificare nititur.

445. IMMEMORESQ. MEI DISCED. &c.] Seneca:

Ite, ite inertes, debitos manibus meis
Auferte honores; ſoluite ingratas rates,
Per noſtra ituri maria: non paruo luet
Iras Achillis Græcia: at magno luet
Deſponſa noſtris cineribus Polyxena.
Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget.

450. RAPTA SINV MATRIS] Petit eam à matre ducum miſſu Vlyſſes apud Euripid. ſicut Aſtyanactem idem à matre Andromacha apud Senecam. Latinus enim tragicus Græcum feliciter eſt imitatus. Eiuſdem puellæ magnanimitas, mortem alacriter excipientis ibidem egregiè demonſtratur, nec minùs hoc loco à Naſone: quin etiam copioſiùs. Smyrnæus eam plorantem, lamentantem, & vlulatu omnia complentem facit.

451. FORTIS, ET INF. ET PLVSQ. FÆM.] Lege quæſo Euripidem, & cognoſce quàm παθητικῶς matri miſerrimę valedicat, & quàm admirantibus & collaudantibus & collacrymantibus Gręcis ceruicem ad gladium viriliter exporrigat. Ab hoc verſu ad illum, *Troades excipiunt*, Naſo Euripidis paraphraſten agit.

460. HAVD VLLI E. POLYX. VELLEM] in voce *Polyxena* eſt ἔμφασις: *Ego regnatoris Aſiæ filia, & Hectoris ſoror.*

A 475. FLENS, INVITVSQ. SACERDOS, &c.] Hic ſacerdos eſt ipſemet Pyrrhus Euripidi, Achillis filius, qui volens nolens animæ meatus enſe librato ſecat. De hac immolatione gratulatur Andromacha Polyxenæ 3. Æneid.

O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori, quæ ſortitus non pertulit vllos;
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.

Sciendum, Senecam conuenire cum Marone, in loco immolationis, apud Troiam nempe: Ouidium autem cum Euripide, in Cherſoneſo Thraciæ. Et illi volunt ad buſtum Achillis immolatam; hi ad tumulum honorarium. Philoſtratus in Heroicis vltro ad ſepulchrum ſponſi ſui Achillis in gladium incubuiſſe, neſcio quo auctore, affirmat.

B 477. DEFLEXO POPLITE LABENS] Rectiùs, quàm *defecto poplite*, cùm & Euripides habeat, *καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ*, *ſummiſſo ad terram genu.* Stantem itaque percuſſit. Polyxenæ mactationem, tanquam immane Græcorum facinus prætermiſiſſe Homerum ait in Atticis Pauſan. Idem ne dedecoraret Achillem, cùm euerſam ab eo inſulam Scyron prodidiſſet, tamen in eadem inſula ipſum inter virgines regias latuiſſe tacuit.

479. TVNC QVOQ. CVR. F. PARTES, &c.] Cura hæc honeſtatis in corpore quamuis moriente, aut mortuo, & ingenuus pudor, ac verecundia tanto mirabiliora videantur neceſſe eſt in ijs, qui vel nihil ſupereſſe credebant, ad quod ſtatus ille corporis animæ vacantis pertineret, ipſam ſcilicet animam, illius quondam ſociam & incolam: vel ſi credebant, vt plerique crediderunt, tamen ſe in id remigraturos, &, vt nos Chriſtiani loquimur, reſurrecturos minimè ſperabant. Commemorabimus itaque ex hiſtoricis & poëtis exempla nonnulla illuſtrium vtriuſque ſexus, qui in hoc genere celebrantur. Hi ſi laudem non vulgarem haud mererentur, non eſſet à prudentiſſimis ſcriptoribus id factum tam diligenter poſteritatis memoriæ commendatum. A viris incipiemus, ſexu meliore: quamuis longè plura de fœminis legantur, quibus natura plus pudoris attribuit, quæque faciliùs turpitudinis imaginibus commouentur & erubeſcunt. De Iulio Cæſare Sueton. cap. 82. ita ſcribit: *Vtq; animaduertit, vndiq; ſe ſtrictis pugionibus peti, toga caput obuoluit: ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima*
D *crura deduxit, quò honeſtiùs caderet, etiam inferiore corporis parte velata.* Vides tantum virum, & qui alioqui non nimis caſtè vixerat, nullam tamen corporis ſui partem indecorè apparere ſub mortem, & poſt mortem voluiſſe. Alia iſtiuſmodi exempla in viris nondum inueni. Nam quorundam ſeſe illo tempore ſplendidè veſtientium, & comentium, ac lauantium, &c. ad inſtitutum non faciunt. De nuditate enim tum operta & velata diſſerimus. Inter fœminas vetuſtate & dignitate principatum tenet Polyxena Priami regis filia; de qua Pyrrhi mactatu occumbente Euripides in nobiliſſima illa tragœdia quam *Hecubam* inſcripſit, ex qua noſter poëta tantum profecit:

——— Ἡ δὲ θνήσκουσ᾽ ὅμως
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.
——— *Aſt illa iam moriens, tamen*
Sollicita multùm eſt, condecenter vt cadat.

Cuius ſententiæ nobiliſſimi ſcriptores, & in ijs Cle-

Clemens Alexand. libr. 2. Stromat. meminerunt. Ad Romanas venio. De Lucretia illa pudiciſſima Ouid. 2. Faſt.

Tum quoq; iam moriens ne non procumbat honeſtè
Reſpicit: hæc etiam cura cadentis erat.

De Cornelia Veſtali, inceſtus verè an falsò damnata? Plin. epiſt. 11. lib. 4. *Cùm iam in illud ſubterraneum cubiculum demitteretur, hæſiſſetq; deſcendenti ſtola, vertit ſe, ac recollegit.* Addamus, quod ſequitur: *Cumq; ei carnifex manum daret, auerſata eſt, & reſiluit: fœdumq; contagium quaſi planè à caſto puroq; corpore nouiſſima ſanctitate reiecit: omnibuſq; numeris pudoris* πολλὴν πρόνοιαν ἔχειν εὐσχήμως πεσεῖν. Ad Græcas tranſeamus. Occurrit primùm Pentheſilea illa, quæ ducebat Amazonidum lunatis agmina peltis, audebatque viris concurrere virgo, de qua ab Achille confoſſa, & in humum ex equo defluente Q. Smyrnæus lib. 1. Paralip.

——Ἡ δ' ὦκα μίγη κονίῃ καὶ ὀλέθρῳ
Εὐπρεπέως ἐριποῦσα κατ' οὔδεος, οὐδέ οἱ αἰδὼς
Ἤσχυνε δέμας, ἠΰ τάθη δ' ἐπὶ νηδύα μακρήν.
——*Quæ mox cum puluere & morte commiſcetur*
Compoſitè cadens ad terram, nec pudor
Formoſum corpus dedecorat: ſed extenditur in latum ventrem.

De matre Alexandri Olympiade, cùm Caſſandri mandato iugularetur, Iuſtinus libr. 14. *Inſuper exſpirans, capillis & veſte crura contexiſſe fertur, ne quid poſſet in corpore eius indecorum videri.* Plutarch. de virtutibus mulierum refert de duabus ſororibus, quæ cùm cogerentur à tyranno necem ſibi cōſciſcere, quòd turpiter pati recuſarent, iunior Megiſthonem claram fœminam rogauit, vt curam ſibi gereret, neque pateretur mortuam ſe indecorè collocari. Ibidem narrat de Mileſijs virginibus: *Cùm neſcio qua dementia ſibi vltro mortem ſuſpendio inferrent, & ab ea nullis parentum precibus & lacrymis deterreri poſſent; quidam* A *homo prudens legem promulgauit, qua iuberet omnes, quæ ſibi ſuſpendio mortem attuliſſent, nudas per forum efferri. Hæc lex ſancita, non inhibuit modò, ſed & omnino aboleuit illam qua virgines laborabant mortis cupiditatem.* Atque hæc hactenus.

481. TROADES EXCIPIVNT, DEPLORATOSQ.] Concaptiuæ & nobiles fœminæ excipiunt corpus mactatæ Polyxenæ vt lauent & componant, occinenteſque næniam, domum Priameiam deplorant: in qua occiſis tot filijs, ipſo etiam rege miſerabiliter obtruncato, tantum ſanguinis fuſum ſit. Ipſam quoque Hecubam, quondam Aſiæ reginam, nunc captiuam & ſeruam miſerantur & lamentantur.

485. NVNC ETIAM PRÆDA MALA SORS] quia vetula; ideo qui eam vellet, neminem inueniebat. Ipſa apud Senecam:

Dominum ecce Priami nuribus & natis legens
Sortitur vrna. Præda quem vilis ſequar?
B *Hic Hectoris coniugia deſpondet ſibi:*
Hic optat Heleni coniugem, hic Antenoris:
Nec deeſt tuos, Caſſandra, qui thalamos petat.
Mea ſors timetur: ſola ſum Danais metus.

487. DOMINVM MATRI VIX REPPERIT HECTOR] In omnibus vocibus ineſt Emphaſis. Ne cui ſeruiat quidem reperire poteſt tam auguſta fœmina: vtpote non conſanguinea, non ſoror, ſed mater ipſa, & quidem Hectoris, per quem ſolum ſtetit, quo minùs Troia tot annis obſeſſa caperetur. Quanquam Vlyſſes, cùm alioqui eam fortitus eſſe nollet, ideo tamen accepit ſeruam, quia Hectorem peperiſſet: ſed hoc ipſum ægrè & vix.

488. QVÆ CORP. COMPLEXA ANIMÆ, &c.] Quid fecerit delato ad ſe corpori Polyxenæ Hecuba. Complexus, lacrymas, oſcula dedit. Pectus planxit, & vnguibus laniauit, & quæſtus acerbos edidit.

Lamentatio Hecubæ ſuper transfixa Polyxena, & conditione ſua miſerrima.

Nata tuæ (quid enim ſupereſt) dolor vltime matris, V.
Nata iaces, videóque tuum, mea vulnera, pectus.
Et ne perdiderim quenquam ſine cæde meorum,
Tu quoque vulnus habes. at te (quia fœmina) rebar
A ferro tutam: cecidiſti & fœmina ferro,
Tótque tuos idem fratres, te perdidit idem
Exitium Troiæ, noſtríque orbator Achilles,
At poſtquam cecidit Paridis Phœbíque ſagittis,
Nunc certè, dixi, non eſt metuendus Achilles;
Tunc quoque mi metuendus erat. cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſæuit: tumulo quoque ſenſimus hoſtem:
Æacidæ fœcunda fui. iacet Ilion ingens,
Euentúque graui finita eſt publica clades;
Sed finita tamen. ſoli mihi Pergama reſtant,
In curſúque meus dolor eſt. Modò maxima rerum,
Tot generis natiſque potens nuribúſque viróque,

Nunc trahor exul, inops, tumulis auulſa meorum,
Penelope munus, quæ me data penſa trahentem
Matribus oſtendens Ithacis, Hæc Hectoris illa eſt
Clara parens; hæc eſt, dicet, Priameia coniux.
Poſtque tot amiſſos tu nunc, quæ ſola leuabas
Maternos luctus, hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi, quò ferrea reſto?
Quidve moror? quò me ſeruas damnoſa ſenectus?
Quò dij crudeles, niſi vti noua funera cernam,
Viuacem differtis anum? quis poſſe putaret
Fælicem Priamum poſt diruta Pergama dici?
Fælix morte ſua eſt, nec te, mea nata, peremptam
Aſpicit, & vitam pariter regnúmque reliquit.
At, puto, funeribus dotabere regia virgo,
Condetúrque tuum monumentis corpus auitis.
Non hæc eſt fortuna domus: tibi munera matris
Contingent fletus, peregrinæque hauſtus arenæ.
Omnia perdidimus: ſupereſt cur viuere tempus
In breue ſuſtineam, proles gratiſſima matri
Nunc ſolus, quondam minimus de ſtirpe virili,
Has datus Iſmario regi Polydorus in oras.
Quid moror interea? crudelia funera lymphis
Abluere? & ſparſos immiti ſanguine vultus?

494. TVÆ DOLOR VLT. MATRIS] de tot liberis enim cùm ſola reſtaret, vltimo loco à matre auulſa periit. Quam ſibi pro vnico in tantis ærumnis ſolatio viuam & conſeruam relinqui, en quàm ſuppliciter ad genua Vlyſſi, qui abductum puellam venerat, accidens rogat apud Euripid.

Μή μου τὸ τέκνον ἐκ χερῶν ἀποσπάσῃς,
Μηδὲ κτάνητε· τῶν τεθνηκότων ἅλις.
Ταύτῃ γέγηθα, κἀπιλήθομαι κακῶν.
Ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή,
Πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.
——— *Obſecro, ne filiam*
Mihi puellam manibus abripias meis,
Neve perimatis quippe funerum ſatis.
Oblecto in hac me, ſortis oblita grauis.
Solamen hæc eſt vna pro multis mihi,
Vrbs, atque nutrix, ſcipio & rectrix gradus.

498. QVIA FÆMINA, TVT. A FERRO] Fæminis, & virginibus præſertim, parcitur à milite, quia, vt ait Æneas libr. 2. *Nullum memorabile nomen Femineа in pœna eſt, nec habet victoria laudem.* Quod igitur Græci Polyxenę religione impulſi fecerunt, id Hecuba hoſtiliter factum interpretatur.

500. EXITIVM TROIÆ, N. QORBAT. ACHILL.] Iſtiuſmodi Epithetis decet Achillé ornari à Troianis: longè autem alijs à Græcis ſuis, quorum nonnulla in ſuperioribus prolata & animaduerſa ſunt: quibus ex Homero hæc adnumera: θεοείκελος, ἔκπαγλος, διογενής, πτολίπορθος, περικλυτός, μεγάθυμος, φαίδιμος, &c. *Deo ſimilis, ſtupendus, generoſiſſimus, expugnator vrbium, valdè inclytus, magnanimus, illuſtris.* Omitto alia.

503. CINIS IPSE SEP. IN G. HOC SÆVIT, &c.] A Hic locus de numero illorum eſt, propter quos potiſſimùm Seneca Declamator, ſiue Seneca pater, & Quintilian. de Ouidio indicarunt, quod eos iudicaſſe in Prolegomenis Comment. in Triſt. & de Ponto libros docui. Ait ergo ille Controuerſ. 5 lib. 9. & Declamat. 5. lib. 4. *Montanum oratorem laborare hoc vitio, quòd ſententias ſuas repetendo corrumpat; & dum non eſt contentus vnam rem ſemel bene dicere, efficere ne bene dixerit: & propter hoc, atque alia, quibus orator poteſt ſimilis poëta videri, Scaurum vocare Montanum inter oratores Ouidium. Nam & Ouidius neſcit, quod bene ceſſit relinquere. Non multa referam, quæ Montaniana ille Scaurus notabat: hoc vno contentus ero. Cùm Polyxena adducta eſſet, vt ad tumulum Achillis immolaretur, Hecuba dixit, Cinis ipſe ſepulti,* &c. Calumniæ huic eruditè & aptè l. de Criticis in hanc ſententiam reſpondet Hen. Stephanus. Virtutem eſſe ſcire deſi-B nere; & contrà, vitium, id neſcire, quis neget? Fuerint autem loci Ouidiani, in quibus hac in parte peccatum ſit, num & hic neceſſariò erit? Loquitur mulier, qui ſexus eſt ad querimonias facilis (hoc enim illi natura dedit, querulus vt ſit) & loquitur anus, cui ætati hoc proprium eſt, ſenili inquam, etiam in maribus: & loquitur quæ regnauerat, nec adhuc ſpiritus regios planè exuerat. Cùm ergo eiuſmodi perſonę irrogata iniuria maior videri conſueuerit, erit item ratio, cur magis de ea iniquitate conqueratur & lamentetur. Quæ cùm ita ſint, & quilibet μεμψιμοιροῦντες & maximè ſimul etiam θρηνοῦντες μακρολογεῖν & ταυτολογεῖν ſoleant, non eſt cur Ouid. rectè reprehenſus ab iſto Cēſore credatur. At Ioannes Paſſeratius, homo excellēti doctrina, præfation. in *Armorum iudiciū*, in Seneca iſto

primùm

primùm cæcam alienæ carpendi cupiditatem notat, erroremque duplicem, & inſignem vtrumque: tum quòd hæc ab Hecuba dici ait antea quàm Polyxena immolaretur, quæ poſt eius necem dicuntur: tum quòd ea reprehendit, quæ in ſummis poëtis & oratoribus laudantur. Producit Homerum in Achillis ad matrem conqueſtione Iliad. 1. ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας. Vbi ter idem dixit, ἑλών, ἔχει, ἀπούρας: nec id ei quiſquam pro vitio obiectat. Virgil. in oratione Ilionei 1. Æneid.

Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat vmbris.

Atqui ſatis fuerat vnum ex tribus dixiſſe. Cicero in perduellionis cauſſa: *Incluſum, atque abditum latere in occulto: & ignauiam ſuam parietum ac tenebrarum cuſtodijs tegere.* Eiuſmodi trecenta memorari poſſunt: quæ ſi in alijs dicendi virtutes habentur, cur in Ouidio vitia exiſtimentur? lege quæ ſequuntur. Peccat tamen in eo Paſſeratius, quòd hûc Senecam eundem cû Philoſopho putat, quod ſecùs eſt, vt poſt Lipſium fuſiùs Schottus noſter docuit. Iam quod ait Hecuba Achillem mortuum quoque & ſepultum ſæuire in Troianum ſanguinem, idem prorſus Q. Smyrnæus: ἦ γὰρ Ἀχιλλεὺς καὶ νέκυς ἡμετέρῳ ἐνὶ μαίνεται αἵματι θυμόν.

505. ÆACIDÆ FOECVNDA FVI] vt eſſent, qui ab Achille viuo, & propter Achillem mortuum occiderentur, idcirco ego peperi. Idem dicere potuiſſet lib. 6. Niobe, fœcundam ſe fuiſſe Apollini & Dianæ, quorum ſagittis vidit interemptos XIV. liberos.

IACET ILION INGENS] Seruius Sulpitius epiſt. ad M. Tull. libr. 4. de magnis aliquot vrbibus, quæ quodam tempore florentiſſimę fuiſſent, nunc proſtratæ & dirutæ ante oculos iacerent: *Hem, nos homunculi indignamur*, inquit, *ſi quis noſtrûm interijt, aut occiſus eſt, quorum vita breuior eſſe debet, cum vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant.* Hecuba initio Troad. Senecæ:

——— Columen euerſum occidit
Pollentis [illegible]ia, cælitum egregius labor,
Excis[illegible] ferro Pergamos, incubuit ſibi,
En alta muri decora congeſti iacent.
Stat auidus ira victor, & lentum Ilium
Metitur oculis.

507. SOLI MIHI PERGAMA RESTANT] Adeò in

A me graſſantur & ſæuiunt hoſtes, ac ſi nondum deleta eſſet Troia. Ego ipſorum crudelitati Troia facta ſum. Sic Penelope Vlyſſi: *Diruta ſunt alijs, vni mihi Pergama reſtant.*

508. IN CVRSVQ. MEVS DOLOR EST] Dolor meus non deſinit, priorem poſterior, veterem nouus ſemper excipit.

509. TOT GENER. NATISQ. POT.] Lege Troadum Senecæ prologum.

510. TVMVL. AVVLSA MEOR.] Suprà: *In medijs Hecube natorum inuenta ſepulchris.*

511. PENELOPE MVNVS] Longè impari, quæ & mihi penſum meum dabit, & Ithacenſibus fæminis pro ludibrio oſtentabit.

515. HOSTIL. BVSTA PIASTI] ſuper tumulo hoſti

B data pro inferijs.

516 QVO FERREA RESTO?] Mortem optat vt malorum finem, & ſenectutem ſuam, & deos, vt crudeles in vita ſibi tamdiu proroganda accuſans, & Priamum præ ſe beatum pronuntians.

521. FÆLIX MORTE SVA EST, NEC SE, &c.] Seneca:

Non eſt Priami miſeranda mei
Mors, Iliades. Felix Priamus,
Dicite cunctæ. Liber manes
Vadit ad imos, nec feret vnquam
Victa Graiûm ceruice iugum, &c.

Sic Andromache 3. Æneid. Polyxenam morte ſua fælicem pręſe affirmat. *O felix vna*, &c. Verſus paulo ſuprà recitaui.

C 525. AT PVTO FVNERIS DOTAB] omni exequiarum honore cariturum dolet.

524. CONDETVRQ. T. MONVM. CORP. AVIT.] Sepulchra aut priuis hominibus fiebant; aut toti familiæ poſteriſque. Meurſius Exercitat. Crit. parte 2. cap. 20.

526. PEREG. HAVSTVS ARENÆ] peregrina terra, vtpote in externa regione, non in patria, tibi ſepeliendæ inijcietur. Has ſolas vnà cum maternis lacrymis adipiſceris exequias.

530. HAS DATVS ISMARIO REGI POLYD. IN ORAS] Dictum de hoc ſuprà. Vnicum ſibi ſupereſſe ſolatium ait, Polydorum filium apud Polymneſtorem.

531. CRVDEL. VVLN. LYMPH. ABLVERE] 4. Æneid. *Date, vulnera lymphis abluam.*

Hecuba corpus Polyxenæ ablutum ad littus progreſſa, Polydori ſui cadauer confoſſum vulneribus reperit. Attonita ſtupet. Vltionem cogitat, Polymneſtorem ad ſecretum colloquium euocat, Troadibuſque adiuuantibus exoculat. Inceſſitur à Thracibus maledictis & lapidibus. In canem vertitur. συμπάσχουσι, præter Troianos, & hoſtes ipſos dij omnes cum Iunone, alioqui Troiano generi inimica.

533. *DIxit, & ad littus paſſu procedit anili,* VI.
Albentes lacerata comas. date Troades vrnam,
535. *Dixerat infælix, liquidas hauriret vt vndas.*

Aſpicit eiectum Polydori in littore corpus,
Factáque Threicijs ingentia vulnera telis.
Troades exclamant. obmutuit illa dolore;
Et pariter vocem lacrymáſque introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor; duróque ſimillima ſaxo
Torpet, & aduerſa figit modò lumina terra:
*Interdum toruos * extollit ad æthera vultus:* *ſuſtollit
Nunc poſiti ſpectat vultum, nunc vulnera nati:
Vulnera præcipuè, ſéque armat, & inſtruit ira.
Qua ſimul exarſit, tanquam regina maneret,
Vlciſci ſtatuit: pœnæque in imagine tota eſt.
Vtque furit catulo lactante orbata leæna,
Signáque nacta pedum ſequitur, quem non videt hoſtem:
Sic Hecube, poſtquam cum luctu miſcuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita ſuorum,
Vadit ad artificem diræ Polymneſtora cædis,
Colloquiúmque petit: nam ſe monſtrare relictum
Velle latens illi quod nato redderet aurum.
Credidit Odryſius, prædæque aſſuetus amore,
In ſecreta venit: tum blando callidus ore,
Tolle moras, Hecube, dixit; da munera nato:
Omne fore illius quod das, quod & antè dediſti
Per ſuperos iuro. ſpectat truculenta loquentem,
Falsáque iurantem: tumidáque exæſtuat ira.
Atque ita correpto, captiuarum agmina matrum
Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,
** Expilátque genis oculos:* FACIT IRA VALENTEM; *Expoliatque
Immergitque manus; fœdatáque ſanguine ſonti,
Non lumen (neque enim ſupereſt) loca luminis haurit.
Clade ſui Thracum gens irritata tyranni,
Troada telorum lapidúmque inceſſere iactu
Cœpit: at hæc miſſum rauco cum murmure ſaxum
Morſibus inſequitur: rictúque ad verba parato
Latrauit conata loqui locus extat, & ex re
Nomen habet; veterúmque diu memor illa malorum,
Tum quoque Sithonios vlulauit mæſta per agros.
Illius Troáſque ſuos, hoſtéſque Pelaſgos,
Illius fortuna deos quoque mouerat omnes:
Sic omnes, vt & ipſa Iouis coniúxque ſorórque
Euentus Hecubam meruiſſe negauerit illos.

533. AD LITTVS PASSV PROCED. ANILI, &c.] Alia œconomia eſt Euripidis, vbi ancilla aquam hauſtum, ad Polyxenæ corpus abluendum mittitur. Omnia quæ ſequuntur Euripidea ſunt, liberè conuerſa, vt ſolebant Comici Latini veterum Græcorum Comœdias vertere; quod idem & Tragicos factitaſſe credendum eſt in Tragœdijs.

534. ALBENTES LACERATA COMAS] Suprà: *Caniciemq́, ſuam concreto in puluere verrens.* Vbi malim A legere *verſans.*

535. LIQVIDAS HAVRIRET VT VNDAS] abluendæ Polyxenæ; cuius tamen corpus ad eam à Troadibus in tentorium deportatum, ex ſuperioribus claret. Tametſi prope littus cæſa videtur, ad tumulum videlicet Achillis ibi excitatum. Quid dicam, non habeo.

536. ASPICIT EIECTVM POLYD. IN LITTORE CORP.] Apud Euripid. ipſa eius vmbra:

Nunc

Nunc ſuper arena littoru iacco, hactenus
Aeſtu per æquor huc & illuc vago,
Infletus, inſepultus, at iam pro mico
Charam ob parentem corpore relicto meo.

Ibidem ancilla aquam petitum ad Polyxenæ corpus abluendum miſſa, cadauer hoc ad littus inuenit, & pallio inuolutum ad dominam apportat.

537. FACTAQ. THREICIIS INGENT. VVLN. TELIS] Apud Virgilium clamat è tumulo:

Nam Polydorus ego. hîc confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.

538. TROADES EXCLAM.] Comites Hecubæ, agnoſcentes cadauer, & quæ tale nihil vnquam ne per ſomnium quidem cogitaſſent, clamorem ediderunt luctiſonum. Quid Hecuba?

OBMVTVIT ILLA DOLORE, &c.] Præ dolore nec verbum proloqui, nec lacrymam emittere potuit. Obtorpuit, nunc humum ſpectans, nunc cælum ſuſpiciens, & deos vltores tacitè inuocans, nunc vultum, ſæpiùs autem vulnera Polydori contemplans.

544. SEQ. ARMAT, ET INSTRVIT IRA] Primum fuit vehementiſſimè iraſci Polymneſtori, à quo interemptum, & auri quidem cauſſâ, veriſimillimum erat. Armat ita mulierem, cui armorum vſum natura negauit.

545. QVA SIMVL EXARSIT] mox vt flammas illas iracundiæ concepit.

TANQ. REGINA MANERET] Conditio enim ſeruilis, ſpiritus regios non mutauerat. Reges ſont iniuriæ impatientiſſimi, quas vindicant ſeueriſſimè.

546. VLCISCI STAT. POENÆQ. IN IMAG. T. EST] mox vt cœpit iraſci, etiam vlciſci cupiuit, & ſtatuit vlciſci (ira quippe eſt appetitus vltionis.) Sed confuſiùs & perturbatiùs: poſtea verò de modo & ratione vlciſcendi cogitauit attentiùs.

547. VTQ. FVRIT CATVL. LACT. ORB. LEÆNA, &c.] Vel viſæ, vel leænæ raptis catulis in raptorem ſæuienti, fæminam furentem, & iniurias perſequentem aptiſſimè comparamus.

550. NON OBLITA ANIM. ANNOR. OBLIT. SVORVM] *tamquam regina maneret*, dixit paulo antè. Gerebat priſtinos animos, nec illi ætas effœta & præcipitata in hoc obſtabat.

551. VADIT AD ARTIF. D. POLYM. CÆDIS] Euripides ſcit acceſſiſſe Polymneſtorem in tentorium, quaſi arcani colloquij, & theſauri demonſtrandi, quem pro filio ſecum è Troia extuliſſet. 2. Æneid. de Vlyſſe Sinon: *Et mihi iam multi crudele canebant Artificis ſcelus.* Lib. 11. de Drance Turnus: *Vel cùm ſe pauidum contra mea iurgia iactat, Artificis ſcelus.*

554. CREDIT ET ODRYSIVS] Thracius, Odryſæ enim populi Thraciæ.

PRÆDÆQ. ASSVET. AMORE] Auarus rex pluribus bona ſua per nefas aut imminuerat, aut tota ademerat.

555. TVM BLANDO CALLID. ORE, TOLLE MORAS, &c.] Dialogus paulò longior inter eum & Hecubam eſt apud Euripid. in quo mirum quàm callidè ſe amiciſſimum illi, & Polydorum viuere ac valere, & ſe fideliter illi redditurum & quod accepit, & quod accepturus ſit aurum, ſimulet.

560. ATQ. ITA CORREPTO CAPTIVAR. &c.] intra tentorium captiuarum ingreſſo, & ita comprehenſo ab Hecuba, & turba illa fœminea. Apud Tragicum porrò etiam duos, quos ſecum adduxerat à rogatu Hecubæ filiolos, Troianæ interficiunt, non contentæ ipſum patrem exuiſſe luminibus. Ille autem tentans, ceu fera rabiens exoculatrices ſuas quærit, vt in illas inuolet, &, ſi poſſit, vnguibus ac dentibus diſcerpat.

562. EXPILATQVE GENIS OCVLOS] Genæ ſunt membranæ ſuperiores inferioreſque, quibus oculus aperitur & clauditur, vt Ennius de dormiente, *Imprimitq́, genam genæ.* Malæ autem ſunt eæ faciei partes, quæ infra oculos eminent rotundæ, in ſpeciem mali. Sed vetuſtiſſimi genas pro malis dixerunt, vt obſeruauit Plin. lib. 11. his verbis: *Infra oculos malæ homini tantùm, quas priſci genas vocabant*, at 1. *Tabular. interdicto radi à fœminis eas vetantes.* Et malæ appellantur etiam partes intra os. Plaut. Bacchid. *Mihi
B cautio eſt, ne nuci frangibula excuſsit è malis meis.* Et Trinum. *Ambabus malis expletis vorem.* Ex Auſonio Popma de differen. vocum lib. 1.

564. LOCA LVMINIS HAVRIT] Adhuc poſt erutos oculos vngues in loca illa inſerebat, quaſi alios adhuc oculos eruturа, ſi haberet.

565. CLADE SVI THRACVM GENS, &c. TROADA TELOR. &c.] Ira efferueſcentes in Troadem, id eſt in Hecubam, Thraces, telis & lapidibus eam, vlciſcendi regis cauſſa appetiuerunt.

567. MISSVM RAVCO CVM MVRM. SAX. INSEQ.] in canem conuerſa canum morem tenebat, ſaxa quibus petuntur inſectantium & mordentium. In canem autem ceſſiſſe fingitur propter maledicta & contumelias, quibus Thracas onerabat. Approbat hoc Plaut. Menæchm.

M. *Non tu ſcis, mulier, Hecubam quapropter canem*
Græci eſſe prædicabant? V. *Non equidem ſcio.*
C M. *Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.*
Omnia mala ingerebat, quemcunque aſpexerat.
Itaq́, adeò iure cœpta eſt appellari canis.

Cic. 3. Tuſc. *Hecubam quoque putãt fingi, propter animi acerbitatem quandam, & rabiem in canem conuerſam ob tantas & tam multiplices calamitates, opinor.* De Hecubam cané verſa eiuſq; ſepulchro & Pomp. Mela.

569. ET EX RE NOMEN HABET] κυνὸς σῆμα, *canis ſepulchrum.*

571. SITHONIOS PER AGROS] Sithonia Thraciæ regio. A parte totum.

572. ILLIVS TROASQ. SVOS, HOSTESQ. PELASGOS &c.] Miſerrima Hecuba commouit calamitate & transformatione ſua non ſolùm ſuos, ſed hoſtes quoque; quod indicium certum eſt, fuiſſe ſummam: non enim facilè miſeretur hoſtis. Vnde &
D Virg. vt Æneam maximam & indigniſſimam cladem Troianorum expoſiturum oſtenderet, præmittit:

——— *Quis talia fando*
Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyſsi
Temperet à lacrymis?

Immò deos ipſos, & quidem omnes, nec Iunone, alioqui Troianis infeſtiſſima, exempta. Nam & illa maiorem meritis pœnam ſubijſſe, Hecubam cenſuit. Subijciamus age huius ex Auſonio epitaphium, præſenti narrationi planè conueniens:

Quæ regina fui, quæ claro nata Dymante
Quæ Priami coniux, Hectora quæ genui,
Hîc Hecuba iniectis perij ſuperobruta ſaxis,
Sed rabies linguæ eſt me tamen vlta priùs.
Fidite ne regnis, & prole, & ſtirpe parentum,
Quicunque hoc noſtrum σῆμα κυνὸς legitis.

Non doluit Hecubam Aurora, quamquam in Troianos propenſa, cui ad dolorem & mœrorem Memnon filius ab Achille cæſus ſufficiebat. Iouem hanc vnam gratiam repoſcit, vt cinis filij in aues conuertatur. Factum, & aues illæ, Memnonides dictæ, ſingulis annis ad monumentum Memnonis depugnantes, ſanguine ſuo eidem parentant. Mater præterea adhuc manè lacrymis rorans, deſiderium nati ſui teſtificatur.

VII.

NON vacat Auroræ, quanquam iiſdem fauerat armis,
Cladibus, & caſu Troiæque Hecubæque moueri.
Cura deam propior, luctuſque domeſticus angit,
Memnonis amiſſi: Phrygijs quem lutea campis
Vidit Achillea pereuntem cuſpide mater.
Vidit: & ille color, quo matutina rubeſcunt
Tempora, palluerat; latuitque in nubibus æther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens: ſed crine ſoluto,
Sicut erat, genibus magni procumbere non eſt
Dedignata Iouis, lacrymiſque has addere voces.
Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureus æther
(Nam mihi ſunt totum rariſſima templa per orbem)
Diua tamen veni, non vt delubra, dieſque
Des mihi ſacrificos, calituráſque ignibus aras.
Si tamen aſpicias quantum tibi fœmina præſtem,
Tum, cùm luce noua, noctis confinia ſeruo:
Præmia danda putes. ſed non ea cura, neque hic eſt
Nunc ſtatus Auroræ, meritos vt poſcat honores.
Memnonis orba mei venio: qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo: primiſque ſub annis
Occidit à forti (ſic dij voluiſtis) Achille.
Da, precor, huic aliquem ſolatia mortis, honorem,
Summe deûm rector: maternáque vulnera leni.
Iuppiter annuerat: cùm Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus, nigrique volumina fumi
Infecere diem; veluti cùm flumina natas
Exhalant nebulas, nec ſol admittitur infrà.
Atra fauilla volat, glomeratáque corpus in vnum
Denſatur, faciémque capit, ſumitque colorem
Atque animam ex igni: leuitas ſua præbuit alas.
Et primò ſimilis volucri, mox vera volucris
Inſonuit pennis; pariter ſonuêre ſorores
Innumeræ, quibus eſt eadem natalis origo.

Ter-

Térque rogum luſtrant: & conſonus exit in auras
Ter plangor: quarto ſeducunt caſtra volatu.
Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt, roſtriſque & aduncis vnguibus iras
Exercent, aláſque aduersáque pectora laſſant,
Inferiæque cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora: séque viro forti meminere creatas.
Præpetibus ſubitis nomen facit auctor; ab illo
Memnonides dictæ, cùm ſol duodena peregit
Signa, parentali moritura morte rebellant.
Ergo alijs latraſſe Dymantida flebile viſum eſt:
Luctibus eſt Aurora ſuis intenta, piáſque
Nunc quoque dat lacrymas, & tot ororat in orbe.

576. NON VACAT AVRORÆ, QVANQ. &c.] A- A mi***os decet amicorum caſus dolentes ferre. Verumtamen interiores amici, & conſanguinei, & domeſtici priùs & magis lugendi ſunt, cùm dira patiuntur. Quare Aurora amiſſo ad Troiam Memnone filio ita in eius luctu erat occupata, vt Troianos & Hecubam neceſſitudine ſibi iunctos lugere nondum poſſet. Hunc Memnonem Troianis adduxiſſe auxilia ſcribitur 1. Æneid. *Nunc quibus Aurora veniſſet filius armis.* De eiuſdem fortitudine, cęde, dolore matris, Q Smyrnęus lib. 2. De eodem Philoſtrat. in vita Apollonij Tyan. lib. 6. cap. 3. & in Iconibus.

QVANQ. IISDEM PAVERAT ARMIS] Maritus enim eius Tithonus fuit Laomedontis filius, & B Priami frater.

581. ET ILLE COLOR, Q. MATVT. RVB. TEMP.] Purpureas fores, & atria plena roſarum eam aperire dixit l. 2. vide ibid. Comment. Rubor ille ſuauis, in triſtem pallorem abijt. Eſt ſiquidem conueniens iſte color luctibus, non ille. Iacob. Sirmondus noſter Notis in Sidonium, narrat pingi ſolitam cum face, vnde λαμπαδηφόρος appellata ſit, eóq; habitu paſſim cerni in antiquis monimentis. Ouidio 5. Faſt.

Poſtera cùm roſeam pulſis Hyperionis aſtris
In matutinis lampada tollet equis.

Sidon. carm. 9. Indos dixit *Auroræ face tacta peruſtos.* Et in Panegyr. ſceptri vice facem ei tribuit, dextram lampadis haſta replet.

582. LATVITQ. INNVBIL. ÆTHER] non eſt viſus C æther, cælum purum, quod nobis Aurora emergens oſtendit.

583. AT NON IMPOS. SVPREM. IGNIS. &c.] Catullus: *Seu pij ad rogum fili lugetur, orba cùm flet vnicum mater.* Iti hiſce verbis ſingulis pondus ineſt, iudice Mureto. Nam & nullus, inquit, acerbior luctus eſt, quàm ob amiſſum filium: & in eo minùs ſibi matres, quàm patres temperant: idque præcipuè ſi lugeatur & pius, & vnicus: & eo maximè temporis puncto, quo miſeræ matres illa ſibi tantopere dilecta ora flammis feralibus depaſci vident: In quo tanti eiulatus excitari ſolent, vt ipſa pænè ſaxa perrumpat dolor. Quid ergo mirum, ſi Aurora Memnonis vnici ſui corpus impoſitum rogo videre non ſuſtinuit?

584. SED CRINE SOLVTO, SICVT ERAT, MAGNI, &c.] Sicut erat eo tempore: non enim ſemper erat ſolutis crinibus, quia nec ſemper lugebat. Itaque ſparſo capillo accidit Iouis ad pedes, & precibus intermiſcet lacrymas, telum efficax ad rogata obtinenda. 3. de Pont. eleg. 1.

Gratia ſi nulla eſt, lacrymæ tibi gratia fiant,
Hac potes, aut nulla parte mouere deos.

Vbi *deos* vocat Auguſtum Cæſarem, & coniugem eius Liuiam, ad quos vxorem pro ſe exule deprecatum mittit.

587. OMNIB. INFER. Q. SVST. &c.] Ego, tametſi dearum cęleſtium minima (ſubijcit ſtatim ſignum, quia pauciſſimis templis colatur per orbem, cùm Iunonis, Mineruæ, Veneris, Veſtæ, Cereris, &c. ſint plurima) nihilominus dea, & ideo non ſpernenda etiam tibi, veni quippiam petitura, & id non magnum, quò faciliùs annuas.

AVREVS ÆTHER] propter aſtra, quæ apparent & dicuntur *aurea.*

589. NON VT DELVBRA, DIESQVE DES MIHI SACRIFICOS] Quia rariſſima templa per orbem habet, ſequitur, vt nec multos dies ſacrificos, nec multas aras: quas, vt dea, plures petere iure ſuo queat.

591. SI TAMEN ASPICIAS QVANTVM, &c.] Etiam pro merito meo petere poſſim, te ipſo non aduerſante, & me tali præmio non indignam indicante.

592. TVM, CVM LVCE NOVA NOCT. CONFINIA SERVO] Sine controuerſia magnum meritum Auroræ. Niſi enim ipſa intercederet, noctémque terminaret, & illi quaſi viam præcideret, multo longiùs procederet.

593. SED NON SA CVRA, NEQ. HIC, &c.] De honoribus adipiſcendis augendiſve cogitare in luctu homines non ſolent. Lætæ ſunt cogitationes illæ, & tempora meliora deſiderant. *Omnia tempus habent. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus ſaltandi* Eiuſcemodi plura apud Eccleſiaſten, cap. 3.

595. MEMNONIS ORBA MEI VENIO] Summa, ſeu propoſitio eſt, indicans quid actura aduenerit.

QVI PORT. F. PRO P. TVLIT ARMA SVO] pro Priamo tulit. Tithonus igitur Memnonis pater Laome-

medootis filius, cuius & Priamos. Quidam Tithonum Laomedontis fratrem faciunt. Tum Memnon arma pro fratre patruele tolerit. Tulit autem profectus ex Æthiopia. Vnde 1. Æneid. *Et nigri Memnonis arma*.

596. Primisq. sva annis occioet] qoò inſtior cauſſa mœrēdi: oam ſi vita illi diuturnior ſuppediraſſet, virtute ſua prodeſſe multis potuiſſet. Ab Achille confoſſum autumat & Pindarus Nem. 6. Pulcherrimum inter omnes, qui Troianis auxilio venerunt Q. Smyrnæus lib. 2. De ſtatua eiuſdem, & ſepulchro legendi Ioſephus in Antiquit. Pauſan. in Atticis, Tacitus Annal. 2. Plin. libr. 36. cap. 7. Commentarij antiqui in Iuuenal. ſatyr. 15. quos omnes nominat Comment. in Agamemn. Senecæ noſter Delrios.

597. Sic oii volvistis] Pium genus loquendi, cùm quid oobis ingratum & inimicum eueoit. Homini in diuina vel voluntate, vel permiſſione acquieſcendum eſt. Maiorem quem appellet noo habet: & indicia diuina cùm incerta & occulta ſæpè ſint, iniuſta tameo ounquam ſunt. Religioſiſſimus pater Æneas lib. 5. de anniuerſario die mortis, & ſepulturæ patris ſui:

Iamq; dies, ni fallor, adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic dij voluiſtis) habebo.

598. Aliqvem, solatia mortis, honor.] Appoſitio. Non, qnibus ille mortuus ſe conſoletur: ſed qoibus ego propter mortem eius afflicta me conſoler. Sequitur eoim, *maternaq; vulnera leni*.

600. Ivppiter annverat] O facilem Iouem?

Cvm Memnon. ardvvs alto corr. &c.] ab alto cœpit ruere ſtrues illa lignorum ardens.

601. Nigriq volvm. fvmi inf. diem] Voluitur fumus inſtar fluctuum, & eſt aer ei atrum autem vicinum oigro. Obſcorat diem, id eſt, lumen diei.

602. Velvticvm f. nat. exhal. nebvl. &c.] Sic inficiebat, ſeu obſcurabat diem ſumus ex rogo Memnonis, vt nebulę, ſeu exhalationes fluminum, ſeſe in aëra attollentes, ſolis aſpectum & radios impediunt: vnde neceſſe eſt lucem hebetari, & caliginem quandam conſequi.

604. Atra favilla volat] Fauilla, inquit Iſidor. lib. 19. eſt deſerta ab igne ſcintilla.

Glomerataq. corpvs in vnvm, &c.] quomodo ex fauillis euaſerint aues.

606. Atq. anim. ex igni] Ignea natura conſtare hominum animas, quidam philoſophi verbo magis, quàm re, docere conati ſunt.

Levitas sva praebvit alas] Ex fauillis fabricaoit Naſo corpus, ex ſubſtantia ſubſtantiá. Sed cùm ex leuitate fauillæ facit alas, nunquid non ex accidente componit ſubſtantiam? Quæ philoſophia hoc concedat?

608. Insonvit pennis] concuſſit pennas modò natas vna ex illis, primigenia credo.

Pariter son. soror. innvm. &c.] Ingentem copiam auium extitiſſe è cineribus illis ſignificat.

610. Terq. rogvm lvstrant] ter in orbem circumuolant.

Et conson. axit in avr. ter plang.] concordem & triſtem clangorem, ſeu cantum, quaſi næniam emiſerunt.

611. Qvarto seovc. castra volatv, &c.] in partes binas, velut in bina caſtra ſe diremerunt. Cur hoc? propter pugnam, quæ deſcribitur. Eę ſunt inferiæ, quas dant parenti ſuo, & ſepoltis cineribus (neque enim totus Memno eſt mutatus) corpora in eo conflictu cadentium, & morientium ſcilicet.

616. Seq. viro forti memin. creatas] daot documentum tali certamine, ſe non ex ignaui alicuius, ſed bellicoſi hominis reliquijs extitiſſe.

617. Praepetia. svait. nom. f. avctor, &c.] De Memnone, eiuſque ſepulchro, & auibus illis Rhodigin. lib. 21. cap. 2. Æthiopat. dum Memnonem ſuum ſepeliunt, atque ad eius monumentum lamentarunt, in haſce aues ab Aurora conuerſos narrat Q. Smyrnæus, lib. 2. Paralip.

618. Cvm sol ovooen. peregit signa] Signa Zodiaci duodecim, per quę ſol conficit curſus annuos. 1. Georg.

Idcirco certu dimenſum partibus annum
Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.

619. Parentali morit. morte rebellant] quaſi ciuilibus odijs diſſident, vt inde ad pugnam venientes, & inuicem vulnerantes atque occidentes, ſanguine ſuo anctori parentalia perſoluant. Vide Smyrnæum.

620. Latrasse Dymantida] Hecubam in canem abijſſe, viſum eſt quibuſdam dignum lacrymis. Euripidi Ciſſei, Homero Dymantis filia.

621. Lvctib. Avror. svis intenta] Habet Aurora domi ſuæ quod lugeat ſatis, ne foris quærat. Statius Syluar. 5. *Cuius Tithonida mæſti Deficiunt rores*.

622. Et toto rorat in orbe] Ros matutinus, cuius guttas in herbis & floribus videmus, poëtica phantaſia ſunt lacrymæ Auroræ. Ideo autem toto orbe ſparguntur, quoniam & ipſa Aurora amplitudine ſua totum orbem, arcticum puta, complectitur: de hoc enim loquitur. Quare nulla eſt hic, aut non tanta hyperbole, quanta legenti ſtatim occurrit.

Vaſtata Troia, Æneas cum patre Anchiſe & Aſcanio filiolo profugit, Thraciáque relicta, Delum veniens, ab Anio rege beneuolè benignéque ſuſcipitur. Oſtendit illi vetera monumenta. Conuiuiũ celebrant. Narrat rex de quinq; liberis ſuis. Filium Andrum inſulam pro patre adminiſtrare, cui Apollo augurium

con-

conceſſerit. Liberum dediſſe quatuor filiabus ſuis, vt ab ipſis contacta in ſegetes, vuas, oleas mutarentur. Agamemnonem re comperta, quò exercitui ſuo per eas conſuleret, eas abſtrahere tentauiſſe: ſed in Eubœam duas, totidem in Andrum inſulam aufugiſſe. Ibi à fratre traditas quidem, verùm illas, ne conſtrictæ vinculis inde raperentur, Liberum inuocaſſe, cuius ope in columbas euaſerint.

NOn tamen euerſam Troiæ cum mœnibus eſſe VIII.
Spem quoque fata ſinunt. ſacra, & ſacra altera patrem
Fert humeris venerabile onus Cytherëius heros:
De tantiſque opibus prædam pius eligit illam,
Aſcaniúmque ſuum, profugáque per æquora claſſe
Fertur ab Antandro; ſceleratáque littora Thracum,
Et Polydoræo manantem ſanguine terram
Linquit, & vtilibus ventis, æſtúque ſecundo
Intrat Apollineam ſocijs comitantibus vrbem.
Hunc Anius, quo rege homines, antiſtite Phœbus
Rite colebatur, templóque domóque recepit;
Vrbémque oſtendit, delubráque nota, duáſque
Latona quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flammis, vinóque in thura profuſo,
Cæſarúmque boum fibris de more crematis
Regia tecta petunt, poſitiſque tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tum pius Anchiſes: O Phœbi lecte ſacerdos
Fallor? an & natum, cùm primùm hæc mœnia vidi,
Biſque duas natas, quantum reminiſcor, habebas?
Huic Anius niueis circumdata tempora vittis
Concutiens, & triſtis ait: Non falleris, heros
Maxime. vidiſti natorum quinque parentem.
Quem nunc (TANTA HOMINES RERVM INCONSTANTIA VERSAT)
Penè vides orbum. Quod enim mihi filius abſens
Auxilium? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locúmque & regna tenentem:
Delius augurium dedit huic: dedit altera Liber
Fœmineæ ſtirpi voto maiora fidéque
Munera. nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem, laticémque meri, baccámque Mineruæ
Transformabantur: diuéſque erat vſus in illis.
Hæc vbi cognouit Troiæ populator Atrides
(Ne non ex aliqua veſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoque parte putes) armorum viribus vſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris, alántque
Imperat Argolicam cæleſti munere claſſem
Effugiunt quò quæque poteſt: Eubœa duabus

Et

Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
*Miles adeſt,& ni *dedantur;bella minatur.* *reddantur.
VICTA METV PIETAS conſortia corpora pœnæ
Dedidit:& timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hîc Æneas,non qui defenderet Andron
Hector erat:per quos decimum duraſtis in annum.
Iámque parabantur captiuis vincla lacertis.
Illæ attollentes etiamnum libera cælo
Brachia:Bacche pater,fer opem,dixére:tulitque
Muneris auctor opem (ſi miro perdere more
Ferre vocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint,potui ſcire,aut nunc dicere poſſum.* *diſcere
Summa mali nota eſt:pennas ſumpſere,tuæque
Coniugis in volucres niueas abiere columbas.

623. NON TAMEN EVERS. TROIÆ C. MOEN. &c.] Tranſit nunc ad diſceſſum Æneæ à Troia capta & euerſa: qui diſceſſus primæuum initium fuit Romanæ vrbis, poſt eius in Italiam aduentum,& Albam ab Aſcanio conditam, ex poſteritate Troiana ædificatæ. Nõ igitur cum ipſa Troia etiam ſpes omnis eius olim recuperandę & inſtaurandæ periji; quandoquidem Æneas ſuperfuit,cui fata nouam Troiam deſtinauerant. De hac ſpe, & fatis iſtis ipſe 1. Æneid. ad ſocios:

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.

Mitto prædictionem Iouis ibidem.

624. SACRA, ET SACRA ALTERA PAT. F. HVM. &c.] 4 Faſt.

Hinc ſatus Aeneas. Pietas ſpectata per ignes
Sacra, patremq́; humeris altera ſacra tulit.

De hac pietate vide 2. Æneid. & lege Symbol. noſtras. Moritur in Sicilia Anchiſes, vt eſt in fine 3. Æneid. Italiam nõ vidit. *Venerabile onus*. quid enim ſecundùm Deum venerabilius parentibus? Cùm ergo penates Troiæ ferret Æneas, *ſacra* ferebat. Patrem autem in humeris ferens, *altera ſacra* Quãquam Anchiſes penates illos ferebat, cui filius tradiderat, vt ait Virgil. *Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq́; penates*. Sed & hoc modo ferebat Æneas, quia ferentem ferebat. De hac φιλοστοργίᾳ Æneæ erga patrem ſenem & filium paruulum legatur & Smyrnæus lib. 13 qui & hoc addit, Calchantem fatidicum iuſſiſſe Græcos ab eo manus & vim omnem abſtinere, & futurum eius in Italia regnum prædixiſſe.

625. CYTHEREIVS HEROS] Venus mater Æneæ dicitur Cytherea, quòd nata è maris ſpuma, ad Cytherum montem primùm enatauerit. Videndus Heſiod. in Theogonia.

626. DE TANTISQ. OPIB. PRÆO. P. ELIG. ILL.] Nihil ſumpſit ſecum de opibus ſuis pręter patrem, quo nihil ei charius. Pro eo auferendo quantum contenderit cum ipſo ſene præfractiùs recuſante, exſequitur cumulatè Virgil. *Aſt vbi iam patriæ perventum ad limina ſedis*, &c.

627. ASCANIVMQ. SVVM] Hunc, quia ambulare poterat, manu duxit: *Dextra ſe paruus Iulus Implicuit, ſequiturq́; patrem non paſſibus æquis*. De Creuſa vxore

A tacet Ouid. quòd eam in ipſo egreſſu ex vrbe neſcio quomodo amiſerit.

PROFVGAQ. EX ÆQ. CLASS. F. AB ANTANDRO] Claſſe profuga, quia ipſe profugus: *Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profugus Lauinaq́; venit Littora*. De iſta porrò claſſe ad Antandrum oppidum Phrygiæ & Idem montem ædificata ipſemet Æneas lib. 3. *Claſſemq́; ſub ipſa Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.*

628. SCELERATAQ. LITT. THRAC. ET POLYDORÆO, &c.] Lege principium 3. Æneid. Vox Polydori: *Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum*. Et interiectis 15. verſibus:

Omnibus idem animus, ſcelerata excedere terra,
Linquere pollutum hoſpitium, & dare claſſibus Auſtros.

B 630. ET VTILIB. VENTIS] ſecundis flatibus, quibus quid tandẽ vtilius & optabilius nauigantibus?

631. APOLLINEAM VRBEM] in portu deſcendens, cum ſocijs ingreditur vrbem Delum, Apollini ſacram, & eius oraculo nobilem. Paucis noſter, quod Virgil. pluribus:

Huc feror, hæc feſſos tuto placidiſſima portu
Accipit: egreſſi veneramur Apollinis vrbem.
Rex Anius rex idem hominum Phœbiq́; ſacerdos,
Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro
Occurrit: veterem Anchiſen agnoſcit amicum.
Iungimus hoſpitio dextras, & tecta ſubimus.

632. QVO REGE HOMINIS] ſubaudi *vtebantur*. Verbum *colebatur* non poteſt huc detorqueri commodè, vt ſit eummunc.

QVO ANTISTITE PHOEB. R. COLEB.] Tam venerabile fuit antiquis ſacerdotiũ, vt eius digni-
C tas regali excellentia haud inferior crederetur. Quare & reges, & regum liberi ſacerdotes profitebantur. Imperatores quoque Romani Pontifices maximos, honoris ampliſſimi cauſſa, appellari ſe iuſſerunt.

633. TEMPLOQ. DOMOQ. RECEPIT] domo ſua ſeu palatio, quod ſimile erat templo, quia Anius non modò rex, ſed etiam ſacerdos.

634. VRBEMQ. OSTENDIT] Sic de Didone 4. Æneid.

Nunc media Aeneam ſecum per mœnia ducit,
Sidoniaſq́; oſtentat opes, vrbemq́; paratam.

DEI VERAQ NOTA] propter oraculum notiſſimum. Æneas: *Templa dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto.*

DVASQ.

645.Dvasq.Laton. q. stirp.par. retent.] Quærunt ſcriptores, ad quam arborem, ſeu quam arbore prehenſa in Delo Latona Apollinem & Dianam pepererit. *Oliuam* nominant Catullus, Strabo, Hygin. *palmam* Plin. Hometus, Theognis, Callimachus, Iliados interpres vtramque, à quibus ſtat Ouid. lib. 6.

Illic incumbens cum Palladis arbore palma,
Edidit inuita geminos Latona nouerca

636.Thvre dato flammis, &c.] Perpetrato ſacrificio pro gratiarum actione de tantorum hoſpitum aduentu. Et Dido l. 1. apud Maronem propter eoſdem hoſpites: *Diuûm templis indicit honorem.*

638.Positisq. tapetib. altis] intellige toros, pretioſis tapetibus inſtratos: vt 1. Æneid. *Conueniunt, ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro.*

639.Mvnera c. liq. cap. Cereal. Baccho] Magnificentiam conuiuij, ſiue epularum vno carmine, & verbis ſimplicibus complexus eſt. Cur non apparatum Maronianum de lib 1 adumbrauit? aut ſaltem locum illum de 3. vbi ab Heleno in Epiro Troiani excipiuntur:

Illos porticibus rex accipiebat in amplis,
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impoſitis auro dapibus, paterasq; tenebant.

641.Fali oriam et natvm, &c.] Anſa, ſiue occaſio ſequentis narrationis, de liberis Anij.

Cvm prim. hæc moen. vidi] iam enim ſecundò videt. Et veterem Anij amicum vocat Virg ſubindicans, Anchiſen aliquando apud eũ diuerſatũ.

642.Qvant. reminiscor] decorè tribuit ſeni vacillantem memoriam.

643.Niveis circvmo. temp. vittis concvt.] Concutere ſolemus caput, dicturi quippiam durius ac triſtius de rebus noſtris. De Phœbo, quem pœnitebat promiſſi, inſtante & vrgente cutrũ Phaëthonte. *Concutiens illuſtre caput, temeraria, dixit, Vox mea facta tua eſt.* Et l. 1. de Ioue: *Terrificam capitis concuſſit terq; quaterq; Cæſariem.*

644.Non falleris, heros maxime] Habui quot dicis filios, quinque nimirum. Heroëm nominat, cum reſpectu ad Venerem, cuius illum coniugio ſuperbo dignatum ait Helenus 3. Æneid. Alioqui Heroës propriè altero parente Deo nati, vt Hercules, Æneas, ipſe Anius, vtpote Apollinis ex Rhæa filius.

646. Tanta hom. rer. inconstant. versat] ἐπιφώνημα. Tanta eſt rerum humanarum mutabilitas. Adeò mutantur & fluunt humana omnia. 5. Triſt. 6. *Nil homini certum eſt.* Vide Hortul. Naſonis. Tit. *Humana, homines.*

647 Pæne video orbvm] Filius erat abſens, filiæ quatuor in aues mutatæ. Propter has erat planè ac verè orbus: propter illum pænè orbus; habens enim non habebat, & viuus erat illi tanquam mortuus, cuius videlicet neque aſpectu, neque ſermone fruebatur.

648.Qvem dict. svo de nom. tel. Ano. h.] Inſula eſt, Samo propinqua, in qua vrbs eiuſdem vocabuli. Ergo Andrus nomen filio Anij. Filiarum nomina non exprimuntur.

649.Pro patre locvmqve et regna tenent.] Subiecta eſt Andros Anio. Patris vicarius, ſeu Prorex Andrus.

650.Delivs avgvr. dedit hvic] Vt citharœdus, medicus, ſagittarius, ſic item augur eſt Apollo, & ſuas artes ijs quos diligit impertit. Tireſias apud Horat. Sat. 5. l. 2. *Diuinare etiam donat mihi magnus Apollo.* Item Iapidi lib. 12. Æneid. Augurem appellant ijdem, ille Odar. l. 1. hic 4. Æneid. Eſt autem augur μάντις, futurorum præſcius & interpres.

651.Fæmineæ stirpi] Apollo honorauit filium, Bacchus filias, & quidem tali honore, quo maior optari, aut credi non poſſet.

652.Nam tactv nat. cvnct. mear. in seget. &c.] Bacchus Midæ pro dimiſſo Sileno conceſſit quidquid peteret. Petiit ſtolidus, vt quidquid tangeret, aurum fieret, cibi ac potus vtriq; tangendorum omnino immemor, quæ ſi in aurum verterentur, ipſe mori fame cogeretur. Vtilius ergo aliquid optare debuit. Sed ille auaritiem ſuam explere cupiebat. Filiabus Anij virginibus Bacchus
B multò vtilius donum obtulit. Etenim quid frumento, vino, oleo vtilius? Bene ſubijcit, *diues erat vſus in illis.* Ampliſſimi vſus ſunt hæc tria.

655.Troiæ popvlator Atrides] Agamemno. Suprà Achillem ſic vocabat.

656.Ne non ex aliq. vest. &c.] ne putes, Anchiſe, me, & populum meum malórum veſtrorum expertem prorſus fuiſſe. Etiam nobis hîc magnum quoddam malum, propter Troianos obſeſſos à Græcis, obſidionem ob annonæ penuriam continuare non valentibus, obuenit.

657.A. m pr. virib. vsvs abstrah. invit.] miſſa militum cohorte, iubet vel nolentes ad exercitum adducere, cui victum prouideant.

658.Gremio genitoris] è complexu, è poteſtate mea. Importunitatem raptorum exaggerat. Iuno 10. Æneid. in concilio deorum, inuehens in
C Æneam, præter alia Lauiniam ei obijcit, quã Turno præripiat, & inuitis parentibus eripiat. *Quid, ſoceros legere, & gremijs abducere pactas?* Libr. 9. Aſcanius Niſo, & Euryalo: *Quæcunq; mihi fortuna fideſq; eſt, In veſtris pono gremijs.* Homerus, θεῶν ἐπὶ γούνασι κεῖται. *in deorum genibus* ſeu *gremijs iacet*, cùm quid in poteſtate & arbitrio illorum eſſe ſitum indicare vult.

Alantq. imper. Argolic. cælesti] Placuit Agamemnoni compendium adipiſcendi commeatus per ſolum contactum. Quamobrem viſum eſt eo vti, & diuinis muneribus vti gratis. Sed res ſecùs iuit, & ſpes fefellit.

660.Effvg. qvo qvæqve p. Evboea dvae. &c.] Duæ in Eubœam, aliæ duæ in Andrum inſulas fugerunt.

661.Miles adest, &c.] apud Andrum & Eubœam intelligendum quæſitas à militibus, quos
D Agamemno miſerat, vt inuitas vinculis conſtrictas Troiam perducerent, & ni traderentur, bellum inſulanis indicerent.

663.Victa metv piet. consort. corp. &c.] Excuſat Andrũ, qui metu belli victus, ſorores tradiderit, quum præſertim aliquem Æneam, aut Hectorem, à quo aduerſus iam potentem hoſtem defenderetur, non haberet. Iam, vt libro, ſi memini, ſuperiore fratrem appellauit *conſortem* ἀπλῶς: ita hîc ſorores. Nam *conſortium* corpora ſunt conſortes ipſæ, puta ſeminis, ſanguinis, educationis, &c. συναδελφοι.

667.Per qvos decim. dvrast. in annvm] Blanditur Æneæ, dum illum Hectori exæquat, & æquè per illum, vt per hunc Græcorum victoriam tamdiu dilatam affirmat. Latinorum legatis reſpõ-

dens Diomedes, & pacem potiùs quàm bellum A cum Ænea ſuadens, ecce quàm ſplendidè ambos coniunctim extollit lib. 11. Æneid. poſt multa:

Munera quæ patrijs ad me portaſtis ab oris,
Vertite ad Aeneam: ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimuſq; manum: experto credite quantus
In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.
Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros, vltrò Inachias veniſſet ad vrbes
Dardanus, & verſis lugeret Græcia fatis.
Quidquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ,
Hectoris Aeneæq; manu victoria Graiûm
Hæſit, & in decimum veſtigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis,
Hic pietate prior. coeant in fœdera dextræ
Quà datur, aſt armis concurrant arma cauete.

668. ETIAMNVM LIBERA] nondum manicis, ſeu vinculis impedita.

670. MVNERIS AVCTOR] Bacchus, qui tam præclaro & incomparabili munere eas affecerat, opem in tanto periculo ab ſe flagitantes non deſeruit.

SI MIRO PERD. MORE FERRE V. OPEM] ἐπανόρθωσις, ſeu correctio. Non tam opem illis tulit quàm eas admirabili quodam modo perdidit, dum humanam naturam ijs ademit.

671. NEC QVA RAT. FIGVR. &c.] Ea vtique ratione, qua aliqua corpora humana in aues minores mutata narrantur in hoc opere. Verſus eſt in olorem Cycnus, & in cornicem Coronis l. 2. Pierides in picas lib. 5. Arne in monedulam l. 7. Perdix in perdicem, Scylla in Cirim. lib. 8. Dædalion frater Ceycis in accipitrem l. 11. &c. Tereus in vpupam, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniam lib. 6.

673. SVMMA MALI NOTA EST, &c.] Hæc eſt ſumma mali, nota omnibus. Sumptis pennis in candidas columbas (quæ aues in tutela Veneris ſunt) abiere.

Conſulto oraculo Anius hoſpites ſuos in Cretam dimittit, datis acceptíſque viciſſim muneribus. Cælatura crateris. Inde ſuborta peſtilentia in Italiã tendentes, ad Strophadas accedunt. Hinc

ad Ambraciam appelluntur. Pòſt Chaoniam, & Corcyram prætervecti, Epirum tenent: & Buthroti ex Heleni vaticinio ſibi ventura cognoſcunt. Potiuntur tandem Sicilia, cui tria promontoria, Pachynus, Lilybæus, Pelorus. Additur de Charybdi & Scylla, nec non Galateæ de Polyphemo querimonia, ſuſpiria, lacrymæ.

IX.

TALIBVS, atque alijs poſtquam conuiuia dictis
Implerunt, menſa ſomnum petiere remota:
Cumque die ſurgunt, adeúntque oracula Phœbi.
Qui petere antiquam matrem, cognatáque iuſſit
Littora. proſequitur rex, & dat munus ituris:
Anchiſæ ſceptrum, chlamydem pharetrámque nepoti,
Craterem Æneæ, quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab Aonijs Therſes Iſmenius oris.
Miſerat hunc illi Therſes: fabricauerat Alcon
Myleus, & longo cælauerat argumento.
Vrbs erat, & ſeptem poſſes oſtendere portas;
Hæ pro nomine erant: & quæ foret illa, docebant.
Ante vrbem exequiæ, tumulique, ignéſque, rogique,
Effuſæque comas, & apertæ pectora matres
Significant luctum: Nymphæ quoque flere videntur,
Siccatóſque queri fontes. ſine frondibus arbor
Nuda riget: lambunt arentia ſaxa capellæ.
Ecce facit medijs natas ab Orione Thebis,

Hanc

Hanc non fæmineum iugulo dare pectus aperto;
Illam demiſſo per fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo: pulchríſque per vrbem
Funeribus ferri, celebríque in parte cremari:
Tum de virginea geminos exire fauilla,
Ne genus intereat, iuuenes, quos fama Coronas
Nominat, & cineri materno ducere pompam.
Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære
Summus inaurato crater erat aſper acantho.
Nec leuiora datis Troiani dona remittunt,
Dántque ſacerdoti cuſtodem thuris acerram:
Dant pateram, claramque auro gemmíſque coronam.
Inde recordati Teucros à ſanguine Teucri
Ducere principium, Cretam tenuere: locíque
Ferre diu nequiere Iouem, centúmque relictis
Vrbibus, Auſonios optant contingere portus.
Sæuit hyems, iactátque viros, Strophadúmque receptos
Portubus infidis exterruit ales Aëllo.
Et iam Dulichios portus, Ithacámque, Samúmque,
Neritiáſque domos, regnum fallacis Vlyſſei
Prætereunt vecti: certatam lite deorum
Ambraciam, verſique vident ſub imagine ſaxum
Iudicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota eſt,
Vocalémque ſua terram Dodonida quercu,
Chaoniósque ſinus: vbi nati rege Moloſſo
Impia ſubiectis fugêre incendia pennis.
Proxima Phæacum fœlicibus obſita pomis
Rura petunt, Epiros ab his, regnatáque vati
Buthrotos Phrygio, ſimulatáque Troia tenetur:
Vnde futurorum certi, quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant
Sicaniam. tribus hæc excurrit in æquora linguis:
E quibus imbriferos verſa eſt Pachynos ad Auſtros;
Mollibus expoſitum Zephyris Lilybæon: ad Arctos
Æquoris expertes ſpectat Boreámque Peloros.
Hanc ſubeunt Teucri remis, æſtúque ſecundo,
Sub noctem potitur Zanclæa claſſis arena.
Scylla latus dextrum, læuum irrequieta Charybdis
Infeſtat: vorat hæc raptas, reuomitque carinas:
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum,
Virginis ora gerens, & (ſi non omnia vates
Ficta reliquerunt) aliquo quoque tempore virgo.
Hanc multi petiere proci, quibus illa repulſis
Ad pelagi nymphas, pelagi gratiſſima Nymphis
Ibat, & eluſos iuuenum narrabat amores.
Cui dum pectendos præbet Galatea capillos,
Talibus alloquitur, referens ſuſpiria, dictis:

Te tamen ô virgo genus haud immite virorum
Expetit; vtque facis, potes his impunè negare.
At mihi, cui pater eſt Nereus, quam cærula Doris
Enixa eſt, quæ ſum turba quoque tuta ſororum,
Non niſi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere; & lacrymæ vocem impediere loquentis.
Quas vbi marmoreo deterſit pollice virgo,
Et ſolata deam eſt; Refer, ô chariſſima, dixit;
Néve tui cauſſam tege, ſum tibi fida, doloris.
Nereis his contrà reſecuta Crateide nata meſt.

675. TALIB. ATQ. ALIIS P. CONVIVIA D. IMPLER.] poſtquam talia, & talium ſimilia confabulantes, conuiuio finem impoſuerunt.

676. MENSA SOMNVM PETIERE REMOTA] Colloquium ducum Græcorum, & longam narrationem Neſtoris ſuper menſam libro ſuperiore his verſibus claudit:

Hæc poſtquam dulci Neleius edidit ore,
A ſermone ſenis repetito munere Bacchi,
Surrexere toris: nox eſt data cætera ſomno.

677. CVMQVE DIE SVRGVNT] orta luce, quod minimè faciunt, qui propè in meridiem vſq; plumis immerſi ſtertũt. Bene, *cum die ſurgunt*, quoniam & Aurora & Lucifer & ſol dicuntur ſurgere. 2. Æneid. *Iamq́, iugis ſumma ſurgebat Lucifer Idæ, Ducebatq́, diem.* Et lib. 11. *Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit.* Seneca Octauia:

Iam vaga cælo ſidera fulgens
Aurora fugat, ſurgit Titan
Radiante coma, mundoq́, diem
Reddit clarum.

ADEVNTQ. ORACVLA PHOEBI] Verba conſulentium hæc ſunt, 3. Æneid.

Da propriam Thymbræe domum, da mœnia feſſis,
Et genus, & manſuram vrbem: ſerua altera Troiæ
Pergama, relliquias Danaûm, atq; immitis Achilli.
Quem ſequimur? quóve ire iubes? vbi ponere ſedes?
Da pater augurium, atque animis illabere noſtris.

678. QVI PET. ANTIQ. M. CGGNATAQ. IVSSIT LITT.] In Italiam mittit eos Phœbus, vnde Dardanus, auctor Troianæ gentis in Phrygiam venerat, vt ait in 3. Æneid. Anchiſes, oraculum interpretans, quod ibidem his verbis concipitur:

Dardanidæ duri, quæ vos à ſtirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto
Accipiat reduces; antiquam exquirite matrem.

679. PROSEQVIT. REX, ET DAT MVNVS ITVRIS] Cur non potiùs, *dat munera ituris*? ad ſententiam fuiſſet aptius, nec eſſet adeò dura ſynalœpha. Apud Virgilium abeuntes è Delo rex Anius nullis muneribus proſequitur. Relinquit hoc Heleno Troiano, æquè regi. Itaque donationes illas, quibus Helenus Æneam & Anchiſen, Andromache puerum Aſcanium colit, omnes hîc ad vnum Anium accommodat, & in ipſis donis variat à Virgilio.

680. ANCHISÆ SCEPTRVM] At Helenus regalius, primumq́; ad communem vſum, nempe hæc:

Dona dehinc auro grauia, ſectoq́, elephanto
Imperat ad naues ferri: ſtipatq́, carinis
Ingens argentum, Dodonæoſq́, lebetas.

Quid cum ſceptro Anchiſæ, qui nec regnauerat,
A nec regnaturus erat? Non refert ſpeciatim Virgil. quid Anchiſæ donauerit Helenus. Tantùm hoc, *ſunt & ſua dona parenti*. cogitandum lectori permittit. Vtique ætati conuenientia, vt ſcipionem eburneum, & veſtem villoſis ac molliculis ſubſutam pellibus, quibus ſenile corpus caleſieret, quod notaui in Symb. meis.

CHLAMYDEM, PHARETRAMQ. NEPOTI] nepoti Anchiſæ, Aſcanio. Hunc donandum præbuit Andromachæ Virgil. vxori auunculi, Creuſa quippe mater Aſcanij ſoror Heleni. Donat autem illa manuum monimenta ſuarum, picturatas auri ſubtemine veſtes, & Phrygiam chlamydem, & alia quædam textilia. Ouidius tantùm chlamydem & pharetram; vtiq; & ſagittas in pharetra, & arcum: nec enim omnia ſemper ſigillatim exprimenda, quæ
B neceſſariò ſubaudiuntur. Supprimit non ſolùm orator, ſed poëta quoque, quæ ruſticus edit ineptè. Videamus Æneæ quid donauerit.

681. CRATEREM ÆNEÆ, QVEM QVOND. MISERAT, &c.] Vnicum munus dat, craterem, quem commendat poëta. Primùm, quòd ipſe crater ab hoſpite, & amico Therſe, è Bœotia (Aonia enim pars Bœotiæ, & Iſmenus fluuius) illi dono miſſus, ac propterea charus, & κειμήλιον. Deinde ab artifice. Poſtremò à cælaturæ argumento gratiſſimo & iucundiſſimo. Virgilius autem Æneæ donari facit

Loricam conſertam hamis, auroq́, trilicem,
Et conum inſignis galeæ, criſtaſq́, comantes,
Arma Neoptolemi.

Addit deinde ſocios, addit duces, remigium ſupplet, ſocios inſtruit armis. Latinum regem per le-
C gatos vide quibus rebus donet Æneas in 7. & Didonem in 1. Æneid.

683. FABRICAVERAT ALCON MYLEVS] eclog. 3. Menalcas & Damœtas pocula ſua faginea ab Alcimedonte, & elegantia cælaturæ laudant impotentiùs:

——— Pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus facili torno ſuper addita vitis, &c.

684. ET LONGO CÆLAVERAT ARGVMENTO] non ſimplici & vniformi, ſed maximè vario.

685. VRBS ERAT, ET SEPT. P. OSTENO. PORT. &c.] Thebas ἑπτάπυλους ſeptem portis inſignes primùm cælauerat. Quæ ipſa res nomen vrbis indicabat; & quicunque videbat vrbem ἑπτάπυλον ibi cælatam, quin eſſent Thebæ, non dubitabat. 2. Triſt.

Cur tacui Thebas, & mutua vulnera fratrum,
Et ſeptem portas ſub duce quamque ſuo?

687. An-

[illegible] MEXEQVIÆ] [illegible] Orionis [illegible] pro [illegible] deuouerant, immolandaq; obt[illegible]erant.

688. Effvsæ Q[illegible] MET AP[illegible] T. &c.] Igne[s] & tumulum circumstabant Thebanæ, solutis crinibus, & apertis, seu nudatis pectoribus, quasi se pugnis percussuræ & laniaturæ, vt in luctu funebri [illegible] solebant.

689. N[illegible] ERE VIDENT. SICCA [illegible] ex his verbis magna fi[illegible]te laboratum e[illegible] bis: siquidem & fontibus quæ, & arboribus frondes, & terris gramina, & [illegible] lotis v[illegible] lta deerant.

691 L[illegible] T[illegible] R[illegible]NTIA SAXA CAPELLAS] q[illegible] nde del[illegible]ngentes: sal enim ca[illegible]

[illegible]2. [illegible] IT MED. [illegible] AT. [illegible] ORI[illegible]N. &c.] I[illegible] ntur cælatæ duæ *Orionis* Thebani [illegible] f[illegible] pul[illegible] riè morientes; qua[illegible] mo pectore no[illegible] te[illegible] en[illegible] in pectus adig[illegible] at [illegible] lamitate publica ol[illegible] m na[illegible] x[illegible] bit in patriæ po[illegible] re[illegible] nt[illegible] reddere parata [illegible] n Romana n[illegible] Curtij, Mu[illegible] Horatij Val. Max. & exemplorũ v[illegible] A[illegible] the. Viennæ hæ duæ Liber[illegible] e tocha, & Menippa. *Cùm tota A[illegible] ares, deorum iram placatum iri respondit or[illegible] mes immolarentur. Recusantes hos a[illegible] mortis obtulerunt, radioq; cla[illegible] inguloin terram corruerunt. Pro[illegible] a & [illegible] corpora sustulerunt, eorumq; loco [illegible] itar[illegible] quæ mox in cælum euaserunt. Tem[illegible] Orchomenum dicutum, quibus p[illegible] orannis dona consecrant.* Hæc tu iam cu[illegible] om[illegible] to.

[illegible] V[illegible] FVN[illegible]RIB. FERRI [illegible] c[illegible] ta in p[illegible] tris ad rogum subli[illegible] m[illegible] osequente, eff[illegible]rebantur. H[illegible] ch[illegible] q[illegible] rtuis [illegible] ca, funera.

[illegible] ATR[illegible] A[illegible] non in a[illegible] gul[illegible] d in[illegible] co cel[illegible] b[illegible] & frequenta[illegible] n[illegible] c[illegible] pl[illegible] m, que cu[illegible] l[illegible] a.

69[illegible] V[illegible] IN. [illegible] BAVI &c.] [illegible] u[illegible] at[illegible] m vir[illegible] un[illegible] partæ [illegible] n[illegible] um con[illegible] ernandum, [illegible] cioe[illegible] ibus exist[illegible] di[illegible] nuene prodierunt, qui C[illegible] d[illegible] ne[illegible] um nomina in re[illegible] ci[illegible] u. n[illegible] cabulo Græco, & [illegible] ligenere [illegible]

6[illegible] T[illegible] M[illegible] R[illegible] VG[illegible] RA POMPAM [illegible] funebri etiam hi duo adolescen[illegible] bus suis parentantes cernebant[illegible]

[illegible] H[illegible] TE[illegible] IQ. SIGN. F[illegible] G. [illegible] ERR[illegible] in [illegible] q[illegible] æ[illegible] cu[illegible] seu æne[illegible] tere signa [illegible] t, [illegible] u[illegible] mum seu l[illegible] tum ac[illegible] hus ina[illegible] exu[illegible] bat [illegible] e bæ[illegible] et us [illegible] de qua lon[illegible] g[illegible] d[illegible] texit in Obseruat. Ciofan. C[illegible] h[illegible] emate pocula decorari, testis e[illegible] re

> [illegible] *ne[illegible] m Alcimedon duo pocula fecit,*
> [illegible] *[illegible] cir[illegible] m est an[illegible] as amplexus acantho.*

[illegible] tantum coronis, sed alijs præterea varijs re[illegible] A bus orna[illegible] de[illegible] hibetur. De poculis iam audisti. Velamen seu vestis, qua Did[illegible]nem cohonestat 1. Æneid. Æneas, *croceo acantho* circumtextum est.

702. NEC LSVI DRA DA[illegible]. TROIAN. D. REMITT.] non patiuntur [illegible]ani, se ab Aoio liberalitate vin[illegible]ci; pari a[illegible] nt. Donatur 7. Æneid. Latinus rex à Troianis, v[illegible]ssimóque donat.

703. DA[illegible] SACARD. VST[illegible]. THVRIS ACERRAM, &c.] [illegible] & sacerdos [illegible] Anius, iden v[illegible]tiq; dignitati rationem babentes Troiani, conuenientia ambabus munera afferunt. Sacerdoti acerram, auream vtique, thuri seruando. Di[illegible] thura date sacerdotum est. Reliqua regi, pateram, coronam auream, geminis distinctam, quod Virg. dixit: *Et dupl[illegible]em gemmis auroq; coronam.*

B [illegible]5. INDE R[illegible] ORDAT T[illegible] V[illegible] RNS A SAN[illegible]. T. &c.] Oraculum in [illegible]elo datum de antiqua matre exquirenda, Anchises de Creta accepit, vnde Teuce[illegible] alter conditor & princeps Troianæ gentis in Phrygiam se contulerat. 3. Aeneid. Postmodum errorem suum correxit, vt suprà diximus, de Dardano enim Phœbus fuerat locutus. Ad priorem interpretationem de Teucro & Creta spectant hi versus:

> *Audite, ô proceres, ait, & spes discite vestras,*
> *Creta Iouis magni medio iacet insula ponto.*
> *Mons Idæus vbi & gentis cunabula nostræ.*
> *Centum vrbes habitant magnas vberrima regna.*
> *Maximus vnde pater (si rite audita recordor)*
> *Teucrus [illegible]hæteas primum est aduectus ad oras,*
> *Optauitq; locum regno.*

706 LVC[illegible] Q. CERRE DIV NEQ[illegible] IBRE IOVEM] C Iam in Creta vrbem condere, connubijs, & aruis operari cœperant, cùm corrupto cæli tractu coorta pestilentia sæuissima haud probè intellecti oraculi eos coarguit. Quod quidem Aeneæ quiescenti penates se obijcientes clarissimè explicant, & Italiam petere iubent.

> *Mutanda sedes: non hæc tibi littora suasit*
> *Delius, aut [illegible]retæ iussit considere Apollo.*
> *Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:*
> *Terra anti[illegible]ua, potens armi[illegible] atque vbere glebæ.*
> *Oenotr[illegible] l[illegible]ère viri: nunc fama minores*
> *Italiam di[illegible]isse ducis de nomine g[illegible]tem,*
> *Hæ nobis pr[illegible]priæ sedes: hinc Dardanus ortus,*
> *Iasiusq; pater, genus à quo principe nostrum.*
> *Surge age, & hæc lætus longæuo di[illegible]a parenti,*
> *Haud dubitanda refer. Corythum terrasq; requirat*
> *Ausonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.*

D *Iouem* luci non potuerunt [illegible]ere Troiani hoc e[illegible], insalubre cælum, seu grauitatem cæli, seu pestilens cælum. A[illegible] *cælum* latini, & poëtæ *Iouem* μυθολογικῶς nomi[illegible]ant Inde apud Horat. lib. 1. od[illegible] & 22 *Frigidus, malus Iupiter.* Adi Lamb. & Torre[illegible].

709. S[illegible] HYEMS, IAGTAT Q. VIROS [illegible]tur ante oculos hæc tempestas a Marone: *Postquam altum tenuere rates*, &c. qui & ipse tempestatem vocauit *hyemem* [illegible]b. 1. Aeneid.

STRO[illegible]H[illegible]DVM Q. RI[illegible] O[illegible] ORTVS &c.] Virg.

> *Seruatum ex vndis Strophadum me littora primùm*
> *Accipiunt. Strophades Graio stant nomine dictæ,*
> *Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno,*
> *Harpyiæq; colunt aliæ.*

Pro *Celæno Aello* nominat [illegible]uid. Tertia dicitur *Ocypete*, prima *Iris*. A[illegible]egoriam earum L. 1. tradit Fulgentius.

[illegible] DVLICH. PORT. ITHACAMQ. &c.] A Virg.

Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos,
Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua ſaxis.
Effugimus ſcopulos Ithacæ, Laertia regna:
Et terram altricem ſæui exſecramur Vlyſſis.

712. FALLACI VLYSSI] Nuſquam apud Maronem cum honore nominatur. *Durus, dirus, ſcelerum inuentor, hortator, fraudis fictor, fallax, infelix.* Ab Homero autem ſemper honorificè. δῖος, πολύμητις δῖος, πολύτλας, πολύαινος, τλήμων, ἀντίθεος, δαΐφρων, ἀμύμων, &c. *diuinus, conſultiſſimus, diuus, multis malis conflictatus, multùm laudatus, multùm patiens, dijs comparandus, pugna peritus, inculpatus, &c.*

714. CERTATA LITE DEOR. AMBRA. VERSIQ. &c.] Ambracia oppidum eſt Epiri. De lite deorum ſuper eo, & iudice in ſaxum verſo, nihil legitur. B

715. ACTIACO QVÆ NVNC AB APOLL. NOTA] Actium Epiri promontorium, & vrbs, vbi Auguſtus nauali prælio debellauit Antonium & Cleopatram, ipſamque vrbem a ſe cum templo Apollinis amplificatam, à victoria illa Nicopolim appellauit. Apollo dictus Actius, ſeu Actiacus, quòd in ea pugna præſens auxilium Auguſto tuliſſet, & aduerſarium exercitum in fugam compuliſſet. Propert. eleg. 6 lib. 4.

Actius hinc traxit Phœbus monimenta, quòd eius
Vna decem vicit miſſa ſagitta rates.

Quomodo autem Ambracia nunc ab Actiaco Apolline nota eſt? Fortaſſe quia ab aduenis, Apollinem Actiacũ viſentibus & colentibus, propter miraculũ iudicis in ſaxum cõuerſi, ipſa quoq; viſitur.

716. VOCALEMQ. SVA TERR. DODONIDA QVERCV] Dodona Epiri vrbs, cui vicinum nemus quernum, & in eo Iouis templum, in quo oraculum, duabus columbis reſpondentibus. Fabulantur & ipſas arbores conſulentibus reſpondiſſe. Vide Natal. lib. 6. cap. 12. C

717. CHAONIOSQ. SINVS] Pars, ſeu regio Epiri Chaonia, quam cum Andromacha morte Pyrrhi adeptus eſt Helenus, & hoc ei nomen à fratre ſuo idem impoſuit. 3 Æneid.

Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque, omnem Troiano a Chaone dixit.

VBI NATI REGIS MOLOSSI IMPIA, &c.] Ignota eſt hæc fabula, de filijs inquam Moloſſi regis qui in aues mutati incendium effugerunt. Moloſſum Pyrrho Andromacha enixa eſt. D

719. PROXIMA PHÆACVM FR[illegible] IB. OBSITA POM, &c.] Phæaces ſunt Corcyræi, & inſula Phæacia Corcyra hodie Corfu. Virg. *Protinus aerias Phæacum abſcondimus arces.* Regnauit hi[c] Alcinous, cuius hortos can[tat] Homerus Odyſſ. 7. bis enim in anno poma ferebant Stat. 1. Syluar. *Quid biſera Alcinoi laudem pomaria?* Propert. eleg. 2. libr. 3. *Nec mea Phæacas æquant pomaria ſyluas.*

720. EPIRO A[D] HI[LLIN]A. BONATAQ. [illegible] VAT. BVTHROT. PHRY[GIO] Virgil.

Littoraque Epiri legimus, portuque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus vrbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes.

Et exorſu libri, de Thracia, *Acri quondam regnata Lycurgo.* Horat. ode 6. lib. 2. *Et regnata petam Laconi rura Phalanto.*

A 721. SIMVLATAQ. TROI[AM] T[EN]ENT] Inme[mo]riam amiſſæ patriæ locis illis Troiana nomina indiderat Helenus. Vnde Æneas 3. Æneid.

Procedo, & paruam Troiam, ſimulataque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnoſco, Scæaque amplector limina portæ.

722. INDE FVTVR[A] [PE]RTI Q. CVN[CTA] FIDEL. &c.] De reliquo itinere ſuo in Italiam ex Epiro d[i]ſ[ce]ſſurus Æneas conſulit Helenum affinem ſuum & vatem, quo curſum dirigat, & quæ pericula quomodo vitet. De quibus ille [illegible] facitur, o fideliter eum docet: *Nate dea, nam te maioribus ire per altum Auſpicijs, &c.*

723. IN[T]RANT SICANIAM Virgil. *Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora Accepit.*

724. [illegible] RIBVS H. EXCVR[illegible] B OVIS, &c. [illegible] S[i]c[ilia] [illegible] iæ prom[o]nt[oria] [illegible] tra, & [illegible] tin[illegible]. Vocat [illegible] è quibus me[illegible] P[illegible] cidentem, P[illegible] feprentr[illegible] n[illegible] æ duæ, quæ unnquam [illegible] ne.

729. POT[illegible] C AAAR[illegible] d. Egreſſi optata potiuntur Troes arena [illegible] lix. Virgil. Dr[e]pan[illegible] pulſ[illegible]

[illegible] S[CYLL]A [illegible] ATVS [illegible]

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
O[bſi]det, atque imo barathri [illegible]
Sorbet in abruptum fluctus.

733. E[illegible] D. VA[illegible] omnia cõfingunt poëtæ, [illegible] la. Quæ, qua occaſione, & [illegible] in marinum tr[an]sformata [illegible] 4 [illegible] menturi poëtas [illegible] Ai[illegible] or. [illegible]

C 735. HA[illegible] TIPE[illegible] P O I [illegible] oen, vt Coroni[illegible]m.

736. AD[illegible] NYMPH IRAT[illegible] Neptun[illegible]s non inat C[illegible]l. & x[illegible] pu[illegible] mam Th[illegible]tide[illegible], A[illegible]lis[illegible] trem

737. [illegible] OS[illegible] N[illegible] A RAB. AM[illegible] De Syringe [illegible] hoc [illegible] n elude d[illegible] amato[illegible] s [illegible] conſt[illegible] n[illegible] mita en[illegible]

Non me[illegible] atyros eluſ[it] at illa ſequentes,
Et, quoſcunque d[e]os vmbroſaque ſyluaque, ſ[illegible]
Rus habet.

738. CVIDVM PE[illegible] T[illegible] GAL[illegible] T[illegible] A CA[illegible] Dant ope[illegible] mutuas mu[illegible] se[illegible] dum ſe[illegible] o[illegible] nant, cu[illegible] tes[illegible] u[illegible] ſnat[illegible] ta h[illegible] u[illegible] e[illegible] n[illegible] quo pla[illegible] eant pænè nihil [illegible]cerunt

D [illegible] RENS SV[illegible] DI TI[illegible] m le[illegible] nt *repetens ſuſpiria dictu.* Hoc eſt, d[illegible] ſuſpiria.

74[illegible]. GENVS H[illegible] VD IN[illegible] RO[illegible] VM &c.] homines, [illegible] que morari & h[u]manitate cul[illegible] tuum thalamum a[illegible] unt: q[illegible] us [illegible] m neges, non habes quod [illegible] malum.

74[illegible] A[illegible] CVI [illegible] N[illegible] Tu fælix, & curæ [illegible] quæ [illegible] ut ſorores (qu[illegible] nqu[illegible] ab [illegible] o in Theo[illegible] numerantur [illegible] m [illegible] uis [illegible] ra[illegible] tuta eſſe [illegible] ui, [illegible] in[illegible] lu[illegible] phemi. monſtri por us quàm [illegible] nem effugi.

745. E[illegible] IAC[illegible] MÆ VO[illegible] N[illegible] O[illegible] vt ſirin commemoratione ter[illegible] u

746. MA[illegible] O[illegible] EO POL[illegible] C[illegible] nu[illegible] u digitis candidis, vt eſt marmor. [illegible] b. 3. [illegible]

mar[illegible]

... reſpercuſsit pectora palmis. Vide Læl. Biſciolam A Ho... ſubſeciuar. lib. 1. cap. 5.

...4. R... ,&c]Lacrymæ do... animi prod...ban..., cuius cauſſam noſſe cupit Sc... ...ntium pollicens, vt ſolemus, cùm arcana cor...ius in...gamus.

749. HIS CON...RA...ESECVTA EST] Lib. 6. *Talibus obſcuram reſecuta eſt Pallada dictis.*

CRATEIDE NATAM] Scyllam Phorco & Crateide nympha prognatam. Cratis fluuius Calabriæ, cuius filia mater Scyllæ.

Quomodo deformoſiſſimus ille Cyclops ſeſe Galateæ, à ſe alieniſſimæ placere ſtuduerit. Quomodo Telemum augurem ſibi de oculo ab Vlyſſe eruendo prænuntiantem iriſerit. De eius inambulatione, in collem aſcenſu, baculo, & fiſtulà ſonantiſſima.

PRO QVANTA POTENTIA REGNI X.
EST, VENVS, ...MA TVI? nempe ...e immitis, & ipſis
...rrendus ſyluis, & viſus ab hoſpite nullo
Impunè, & magni cum dîs contemptor olympi,
Quid ſit amor ſ...t... ...que cup... ...p...us
Vritur, oblitus pecorum, antrorúmque ſuorum.
Iámque tibi formæ, iámque eſt tibi cura placendi:
Iam rigidos pe...is raſtris, Polypheme, capillos:
Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam,
Et ſpectare feros in aqua, & componere vultus.
Cædis amor, feri...aſque, ſitiſque immenſa cruoris
Ceſſant, & tutæ veniunt abeúntque carinæ.
Telemus int...ea Siculum delatus in æquor,
Telemus Eurymedes, quem nulla feſellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit: lumenque quod vnum
Fronte geris media, rapiet tibi dixit, Vlyſſes.
Riſit: &, O vatum ſtolidiſſime, falleris, inquit:
Altera iam rapuit. ſic fruſtra vera monentem
Spernit: & aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat, aut feſſus ſub opaca reuertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
C...lis; vtrumque latus circumfluit æquoris vnda.
Huc ferus aſcendit Cyclops, mediúſque reſedit:
Lanigeræ pecudes nullo ductore ſecutæ.
Cui poſtquam pinus, baculi quæ præbuit vſum
Ante pedes poſita eſt, antennis apta ferendis:
Sumptáque arundinibus compacta eſt fiſtula centum,
Senſerunt toti p...ſtoria ſibila montes,
Senſerunt vndæ. latitans ego rupe, meámque
**Germanam iuxta reſidens procul, auribus hauſi*
Talia dic...a meis, auditáque verba notaui.

...8 PRO Q... O... T. REG. EST VEN. ALM. TV...] B Ven... ex p...teſtatis amplitudinem decla... ...n... ...o... ...ma...o, cui vocabulum C..., ...i qu... po... Cupido oſtendit. Ille enim, vt ipſa de eo prædicat 1. Æneid. eſt eius vires, & magna potentia ſolus, ſine quo nihil poteſt, & qui tela Typhoëa patris ſummi contemnit, hoc eſt, ipſum quoque Iouem ſub iugum mittit:

Sed malus ille puer, quem nec ſua flectere mater
Iratum potuit, quem nec pater, atq; auus idem, &c.

De eadē poteſtate [illegible] pecto in omnes deos ipſis A Venus l.5. *Arma, manus, [illegible] mea, mea, nate, potentia* &c. In 4. Faſt. locus [illegible], de potentiſſimo regno, hoc eſt, [illegible] a efficaciq. Veneris, ſeu, impetus & [illegible] ius illius cæci, quem Cœuditus animatis & maximis ad ſimile ibi producendum inſeuit, quem quę poëtis mos eſt Venerem appellare. In eo ipſo Lucretij principium, verſibus 21 conſtans, ſibi exemplū propoſuit Naſo. Cognoſce:

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum,
Quem Venus iniecta vindicat alma manu.
Illa quidem totum dignißima temperat annum:
Illa tenet nullo regna minora deo.
Iuraq. dat cœlo, terræ, natalibus undis:
Perq. ſuos initus continet omne genus.
Illa deos omnes (longum eſt numerare) creauit,
Illa ſatis cauſſas arboribuſq. dedit [illegible].

759. N[illegible] HORREND. B VL 15.&c. Quatuor [illegible] beus [illegible] noīe [illegible] præſatur, antequam ſe pręmeretur, [illegible] ne [illegible] ium Galateæ placer[illegible] om[illegible] emo [illegible] N[illegible] iem, hoſ[illegible] em, & exa[illegible] cetans ad [illegible] it, ipſis etiam ſyluis, in quibus degebat: præterea crude[illegible] & [illegible] Θεῶν, deorum omnium [illegible] ntemptorem & impium. Hinc [illegible] enter [illegible], ſe belluæ illius [illegible] ntorium meritò auerſari. *Monſtrum horrendum* vocat Virgil. De eodem, *Nec viſu facilis*. Quomodo idem hoſpites deuorare conſueuerit, eodem [illegible] ro, puta 3. Æneid. narrat Achæmenides, & apud noſtrum idem Macareo lib ſeq. Contemptum ſuum in deos his verbis infrà manifeſtè prodit: C

——— Non eſt hoc corpore maior
Iuppiter in cœlo (nam vos narrare ſoletis
Neſcio quem regnare Iouem.)

Nefarium ſcelus, Deum debita veneratione non impertiri, eius beneficia non agnoſcere. Quanto maius eundem deſpicere?

761. MAGNI CVM DIIS CONTEMPT. OLYMPI] Hoc manis quiddam & exsggeratius eſt, quàm ſi deorum contemptorem ſimpliciter vocaret.

762. QVIDSIT AMOR, SENSIT] Tam mitem & blandum ac tenerum animi motum, tam dulcem ſenſum quis putaret in naturam & ingenium tam immite & inmane & impium, atque humanis ingenijs diſſimillimum cadere?

NOSTRIQ. CVPID. CAPT. VRITVR] Ipſe in extremo fabulæ quantum vratur demonſtrat, cum [illegible] quaſi totam Ætnam cum [illegible] circumferre ait. 4. Æneid. *Vritur infelix Dido.* [illegible] tat. ode 19 lib. 1. *Vrit me Glyceræ nitor.* [illegible] *Quare etſi vnpenſius vror.* D

763. OBLIT. PECOR. ANTR. RVMQ. SVOR. Vpilio eſt Polyphemus atque oues [illegible] ſaltum educit, ac reducit in ſ[illegible] m ſuum, 3. A[illegible] id.

Nam qualis quantuſq. cauo Polyphemus in antro
Laniger as claudit pecudes, atque vbera preßat.

Et infrà:

——— ſummo cum monte videmus
Ipſum inter p[illegible] v[illegible] ſe mol[illegible] mouentem
Paſtorem Polyphemum, & [illegible] litora nota petentem.
Lanigeræ comitantur oues, ea ſola voluptas,
Solamenq. mali.

Amor oncſotum negotium eſt, & otioſos reddit, ac negligentes ſuorum laborum ac munerum. Idem hoc paſtor Corydon 2. eclog. in fine haud obſcurè ſignificat.

764. IAM [illegible] MA ſubandi, cura[illegible] tur quidem [illegible] natura nobis forma, & facies eg[illegible] ſed adiuuatur cura.

765. [illegible] tenue & de[illegible] atum c[illegible] ium [illegible] faci[illegible], ex [illegible] ſtinc ipſe [illegible] ta[illegible] con[illegible] eis. *Rigidos [illegible]* quaſi [illegible] rum quàm crinium ſimilior[illegible].

766. IAM LIB. HIRSVT. TIBI FALC. [illegible] BARB. Longa, denſa, impexa, hirta barba, [illegible] uam falce inſtituiſſa demetere, non tondere oportuit. Damoni paſt[illegible] utum ſupercilium, & promiſſam barbā [illegible] eclog. 8. propter quæ [illegible] odio Niſæ, quam [illegible] eat. T[illegible] onte Dialogo mortuorum [illegible] tenus [illegible] Lucianus.

767. ET [illegible] P. V[illegible] T[illegible] paulo poſt *quidam, in imagine vidi Nuper aquæ* [illegible] B Salmacide [illegible] ha[illegible] l. 4 *Et quid [illegible] ceat [illegible]* fulſit vndas. [illegible] anus Corydon: *Nec ſum adeo informis, nuper me in littore vidi, Cum placidum ventis ſtaret mare.* A[illegible] Syrib[illegible] præteres Notas [illegible] d[illegible] in eundem v[illegible], [illegible] bat, [illegible] reddit imagines intuentium. Nam de [illegible] & aquis in vaſa [illegible] id verum eſt quis dubitet? Compon[illegible] mitem & ferus, ad [illegible] ntatem ſcilicet, & aſpectum blandum, qualem [illegible] vult.

768. C[illegible] DI AMOR, FERITASQ. &c.] Naues prętereuntes inuadebat, & vectores occidebat altum ingreſſus. 3. Æneid. ablaturus ſe tuoré eſſo[illegible]:

——— Graditurq. per æquor
Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice ſic merito, tacitiq. incidere funem:
Verrimus & pronis certantibus æquora remis.
Sen[illegible] & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.
Verùm vbi nulla datur dextra [illegible] lare poteſtas &c.

[illegible] A SIC[illegible] &c.] Repetit hanc [illegible] pas vatem præclarum, qui Po[illegible] omnia, quæ poſtmodum ab [illegible] lit.

771. [illegible] AF. FELLERAT ALES] augurij pe[illegible] [illegible], vt de Calch[illegible] Homerus.

772. LV[illegible] ENQ[illegible] VN. FOER. MED.] *Vnum eſt in media lumen mihi fronte, ſed inſtar ingentis clypei.*

773. R[illegible] IBI VLYSSE[illegible] Narrabitur lib. 14. & narrat M[illegible].

[illegible] RI[illegible] OVAT. STOLIDI. 1. Quid nitidiſ[illegible] no[illegible] etur[illegible] dere deos?

[illegible] TER[illegible] APVIT [illegible], quàm Vlyſſes raptuus eſt. Ad ſe rapuit & conuertit oculum [illegible] Galatea [illegible] andæ inhæret ſibi 14. [illegible] *Per, ſua lumina, dixit qua mea ceperunt.*

777. E[illegible] AVT G[illegible] NG. LIT. DO GRAV.] Vnde Vir[illegible] *Et littora* [illegible] quippe in quibus inambulare, & vaſtitere [illegible] ſui ea[illegible] emere ſolebat.

778. [illegible] M.[illegible]] in formam cune[illegible] atus in [illegible].

780. M[illegible] medi[illegible] teſedit. 2. Æneid. *Medium in penetrali[illegible] hoſt[illegible]* in medi[illegible] tra[illegible] bu[illegible] pa[illegible].

781. LANIG. PECVD. N. [illegible] TA[illegible] Sub[illegible] ex Virgil *Lanigeræ comitantur oues.*

782. P[illegible] VSB[illegible] VLI[illegible] VA[illegible] Virgil. *Tenuca manum pinus regit, & veſtigia firmat.*

783 A

783. ANTENNIS APTA FERENDIS] Pinus adeò crassa & valida, vt posset antennas sustinere; trabes illas transuersarias, vnde vela in nauibus suspenduntur. De proceritate Polyphemi, eiusq; scipione ita Lucilius: A

Multa homines portenta in Homero versificata
Monstra putant, quorum inprimis Polyphemu' ducentos
Cyclops longu' pedes, & porro huic manu bacillum
Quàm malus nauis in corbita maximus vlla.

784. SVMPTAQ. ARVNDIN. COMP. E. FIST. CENT.] & postquam sumpsit fistulam de centum, de multis arundinibus compactam.

785. SENSER. TOTI PASTOR. SIBIL. M.] sibila pro sono fistularum, μείωνς.

786. LAT. EGO RVP. ME AMQ. &c.] Occurrit tacitę quæstioni, & docet vbi hanc musicā auscultauerit.

Cantilena Polyphemi amationem continet illa quidem; verumtamen ita conceptam, iisque & sententijs, & verbis contextam, vt verendum non videatur, ne quem, etiam adolescentiorem, nimiùm titillent & vrant tā agrestes & rusticæ blanditiæ. *Multum interest* (inquiunt viri tres Societatis nostræ doctissimi, & poëtæ eximij) *qua mente quidque, quo styli colore pingatur. Ouid. ni fallit nos sententia, dum Polyphemum amore insanientem, & ita cantantem inducit, risum potius captauit. Informis Cyclops, corpore vastus, setis horridus, moribus importunus, ipso in amore stolidè ferox, inter lenocinij blandimēta ferus, ferreus, nimis asper, quem omnes amores & Veneres oderant, & à quo non improbula Galatea longiùs, quàm omnis abhorret humanitas; is, inquā, ineptissimus amator, quamuis sibi pulcher ipse sit, sibiq; non malè, videlicet cùm hirco grauiùs oleat, olere videatur, profectò non magis suo illo truci cantu, ridiculaq; illa stridula fistulæ cantilena delinierit aures aut tuas, aut meas, aut cuiusquam, qui se natum hominem recordetur, quàm acuto stridore serra, quàm fluctu fremitus increbescens exasperatæ maris. Caue pecudem illam immanem nimis elegantem ac blandiloquentē putes.* Audiamus nunc lepores, & vrbanitates cyclopicas.

XI.

CANDIDIOR folio niuei, Galatea, ligustri,
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior vitro, tenero lasciuior hœdo,
Leuior assiduo detritis æquore conchis,
Solibus hybernis, æstiua gratior vmbra,
Nobilior pomis, platano conspectior alta,
Lucidior glacie, matura dulcior vua,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et, si non fugias, riguo formosior horto.
Sæuior indomitis eadem Galatea iuuencis,
Durior annosa quercu, fallacior vndis,
Lentior & salicis virgis, & vitibus albis:
His immobilior scopulis, violentior amne,
Laudato pauone superbior, acrior igni,
Asperior tribulis, fœta truculentior vrsa,
Surdior æquoribus, calcato immitior hydro:
Et (quod præcipuè, si possem, demere vellem)
Non tantùm ceruo claris latratibus acto,
Verùm etiam ventis, volucrique fugacior aura.

789. CAN-

789. CANDIDIOR FOLIO NIVEI, &c.] Scalig. poët.l.5.c.8, & Bernard. Martinſ.l.2.c.18. A & alij obſeruarunt, aſpexiſſe in his verſibus ad exẽplar Theocriti in Cyclope, & illum feciſſe contractius, noſtrum vberius & melius. Nam, vt ait Plutarch. in ἐρωτ. πρὸς πάντα λάλος ὢν ἔρως, λαλίστατός ἐστιν ἐν τοῖς ἐπαίνοις, *amor cùm ſemper loquax, in laudibus eſt loquaciſſimus*. Exiſtimo item, toti huic cantilenæ quaſi quoddam lumen prætuliſſe Virgilium eclog. 2. & 7. Genus arboris liguſtrum Plinio. Candori eius teſtimonium dat etiam Martial.lib.1.

Toto candidior puella cycno,

Argento, niue, lilio, liguſtro.

Virgil.eclog.2. *Alba liguſtra cadunt*. Et eclog. 7. *Candidior cycnis, edera formoſior alba.*

790. LONGA PROCERIOR ALNO] Teſtatur earum proceritatem & Virgil.eclog.7.

Tum Phaëthontiadas muſco circundat amaræ

Corticis, atq; ſolo proceras erigit alnos.

Longa ſtatura fœminas ornat: breuis dedecorat.

791. SPLENDIDIOR VITRO] Pub. Syrus fortunam ſecundam cum vitro comparãs ait: *Fortuna vitrea eſt, quæ cùm ſplendet, frangitur*. Plerumq; enim qui altiſſimum felicitatis gradum attigerunt, graui caſu decidunt, & nihil eſt fortuna mobilius, de quo multa in Triſtibus.

TENERO LASCIVIOR HOEDO] Admirans, & ore pleno commendans Epicurum ſuum Lucretius in exorſu l.3. ſeq; ipſum illi longè imparẽ confitẽs:

——— *Quid enim contendat hirundo*

Cycnis? aut quidnam tremulis facere artubus hœdi

Conſimile in curſu poſſunt, ac fortis equi vis?

De eorum laſciuia 2. Georg. Virg. *Pingueſq; in gramine læto Inter ſe aduerſi luctantur cornibus hœdi*. Horat. ode 13.lib.3.

Cras donaberis hœdo:

Cui frons turgida cornibus

Primis, & Venerem, & prælia deſtinat

Laſciui ſoboles gregis.

792. ASSIDVO DETRIT. ÆQ. CONCHIS] Concharum varia ſunt genera. Hîc intelligenda patula, & per medium ſerrata teſtula, quales in littore maris, aut lacuum ripis leguntur: de quibus eſt in 2. de Orat. Lælium, & Scipionem Romanos conchas & vmbilicos ad Caietam, & ad Laurentum legere conſueſſe, & ad omnem animi remiſſionem ludumque deſcendere.

793. SOLIBVS HYBERNIS] Hyeme cælo puro ſolares radij frigoris iniurias nobis temperant, & animum poſt nebulas, pluuias, ac triſtem nigrarum nubium aſpectum recreant.

ÆSTIVA GRATIOR VMBRA] Quis noſtrûm nõ ſæpe expertus eſt, quantũ in æſtate æſtuantes vmbra medijs in cãpis & agris præſertim recreet? nihil vt poſſit optabilius contingere; meridie inprimis, qua hora diei ſole altiùs aſcendente, & vmbrarum minus, & calorum eſt amplius. Quamobrem non homines modò, verumetiam animantes & reptilia tum loca vmbroſa quæritant, ad vitandas caloris illius immoderati moleſtias. Hinc eclog.2.

Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant,

Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

Lib.1. Anthol. Titul. eſt 20. εἰς δένδρα, *in arbores*, vbi earũ vmbræ ſole ſub ardenti commẽdantur, & viatores ſub eas quieſcẽdi cauſſa inuitantur. Vnũ non pigebit adſcribere, Antiphili Byzantij, in quercum:

A *Κλῶνες ἀπηόριοι. τανααῖς δρυὸς εὔσκιον ὕψος*

Ἀνθρώποις ἄχρηστον καῦμα φιλαζομένοις,

Εὐπέταλοι, κεράμων στεγανώτεροι, οἰκία φαττῶν,

Οἰκία τεττίγων, ἔνδιοι ἀκρέμονες,

Καί με τὸν ὑμετέρῃσιν ὑποκλινθέντα κομῇσι.

Ῥύεσθ᾽. ἀκτίνων ἠελίου φυγάδα.

Eaponã τῷ Φερεκράτους. O rami ſublimes, excelſæ ac proceræ quercus vmbroſa altitudo, hominibus æſtũ immodicum, nulla ſcilicet aura temperatũ, vitare valetudinis cauſſa cupientibus, frondiũ pleni, ac proinde denſius tectũ efficientes, quàm tegulæ conſertæ, domicilia, ſeu diuerſoria hominum & cicadarum, rami meridiani, id eſt, meridie, cùm ſol maximè feruet, vtiles (quoniam tunc ſub tegmine veſtro paſtores & viatores recubant) etiam me, B precor, ſub comis, ſub frondibus veſtris recubantem, radioſq; ſolis me torrentes fugientem ſeruatote. Extat libellus de laudibus *vmbræ* eruditus & iucundus Ioannis Wouueri, *Dies æſtiua, ſiue de vmbra Paguiou* inſcriptus.

794. NOBILIOR POMIS] ſubaudi nobilibus: nec enim cum agreſtibus, ſed hortenſibus, & his non quibuſlibet eam confert.

PLATANO CONSPECTIOR ALTA] Præter excelſitatem & latitudinem ab vmbra quoq; commendatur platanus, propter quam ſolùm veteribus erat in delicijs.

795. MATVRA DVLCIOR VVA] Hîc quoq; non vulgaris, ſed electa & generoſa vua capienda. Virgil.eclog.2. *Thymo mihi dulcior Hyblæ.*

C 796. MOLLIOR ET CYCNI PLVMIS] Quid mollius pluma? Tamen non omnes aues habent æquè molles. Elegit cycnum, auem candidiſſimam, vt ſimul munditiem & decorem Galateæ inſinuaret.

ET LACTE COACTO] coagulato, concreto ad caſeum formandum. *Lactis maſſa coacti* eclog.1. eſt ipſe caſeus.

797. RIGVO FORMOSIOR HORTO] nimiũ grandis, & verè Polyphemica collatio. Et hactenus quidem laudes. Sequuntur vituperationes, ipſæ quoque à rebus ruſticis petitæ: præter illas enim nullas nouerat hic procus.

799. DVRIOR ANNOSA QVERCV] Annis duratur lignum. Quernum per ſe, & principio durum eſt: quanto durius annoſum?

FALLACIOR VNDIS] marinis puta. Maris mutaD bilitatem & inconſtantiam norunt qui nauigarunt. Palinurus gubernator Æneæ fidiſſimus atq; experientiſſimus in extremo quinto Æneid.

Méne ſalis placidi vultum fluctuſq; quietos

Ignorare iubes? méne huic confidere monſtro?

Lucret.lib 2.

Infidi maris inſidias, vireſq; doluma;

Vt vitare velint, neue vllo tempore credant,

Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti.

800. LENTIOR ET SALICIS VIRGIS] *Lentum* eſt flexibile. Virgilio *lenta ſalix*, *lenta viburna*, *lenta vitis*. Arguit eam vt leuem & mutabilem.

ET VITIBVS ALBIS] Putant vites dictas, quòd inuicem ſe vittis innectant, viciniſq; arboribus repando religentur. Eſt enim earum natura flexibilis; quia quaſi brachijs quibuſdam quidquid comprehenderint, ſtringunt. Iſidor.lib.17.

801. HIS IMMOB. SCOPVLIS] Quomodo? nonne paulo antè vocauit *lentã*, id eſt, flexibilem & mutabilem? At hîc nominat *immobilem*. Dicit ergo pugnan-

gnantia. Verè, nam & ipſa Galatea facit pugnantia. *Hu*, quos ante oculos babemus. Sedebat enim cantor iſte in colle cuneato, & in pontum prominēte.

VIOLENTIOR AMNE] non quouis amne, ſed tali, qualis ille 2. Æneid.

Non ſic aggeribus ruptis, cùm ſpumeus amnis
Exijt, oppoſitaſq; euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, &c.

Quidam enim amnes placidè fluunt, vt *Tiberis*, de quo idem Virg *Leni fluit agmine Tibris*. Et Cic. in Orat. perfecto: *Alter ſine vllis ſalebris, quaſi ſedatus amnis fluit; alter incitatior fertur*.

802. LAVDATO PAVONE SVPERBIOR] Alibi: *Laudatas oſtētat auis Iunonia pennas*. Hieroglyphicum ſuperbiæ pauo. Pennas enim ſuas, & caudam illam oculatiſſimam explicat, cùm ad ſe ſpectandum multos adeſſe videt. Prouerb. apud Iun. *Tanquam pauo circumſpectans ſe*.

ACRIOR IGNI] Ægyptij belluam animatam eſſe dicebant ignem, quæ omnia abſumeret, omnia depaſceretur. Quare ſignificatum habet perditionis, atque etiam belli. Vide Pierium lib. 46.

803. FOETA TRVCVLENTIOR VRSA] In hoc genere animalium fæminas maribus ferociores & animoſiores aiunt eſſe: in raptores autem catulorũ ferociſſimas, Teſtis eſt Salomon Prouerb. 17. *Expedit magis vrſa occurrere raptis catulis, quàm fatuo confi-*

A *denti in ſtultitia ſua*. Sic & Oſeæ c. 13. *Occurrā eis quaſi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum.*

804. SVRDIOR ÆQVORIBVS] Propter aſſiduum ſtrepitũ vndarum littus pulſantiũ, vbi verba nulla percipiuntur, dicitur littori loqui, qui fruſtra quippiam vel ſuadent, vel petunt. Hęc mens Ouid. cùm ſurditatem æquori tribuit. Alibi, *Surdior ille freto*.

CALCATO IMMITIOR HYDRO] mordet enim, & morſu lethali, vt factũ Eurydice vxori Orphei l. 10.

——Nam nupta per herbas
Dum noua Naiadum turba comitata vagatur,
Occidit, in talum ſerpentis dente recepto.

Et Eperie Nymphæ, quam Æſacus Priami filius fu-
B gientem inſequebatur, lib. 11.

Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit, viruſq; in corpore liquit.

Ad haſce duas fabulas alluſiſſe puto.

806. NON TANT. CERVO CLAR. &c.] Vides ſpeciem, ſeu formulã prouerbialem celeritatis in fuga; *velocior*, ſeu *fugacior ceruo*. Quò pertinent & quæ ſequuntur duæ, ſiue vna potiùs, *vento fugacior*. Quod ita extulit Virgil. lib. 5. in certamine curſus deſcribendo:

Primus abit, longeq; ante omnia corpora Niſus
Emicat, & ventis, & fulminis ocyor alis.

Et l. 8. *Fugit ilicet ocyor Euro*. Et lib. 10 *Fugit illa per vndas Ocyor & iaculo, & ventos æquante ſagitta.*

Hactenus mera antitheta, laudis & vituperationis. Sequitur oſtentatio diuitiarum, quibus vel Crœſum ſuperat.

At, bene ſi noris, pigeat fugiſſe; moráſque XII.
Ipſa tuas damnes: & me retinere labores.
Sunt mihi pars montis viuo pendentia ſaxo
Antra, quibus nec ſol medio ſentitur in æſtu,
Nec ſentitur hyems: ſunt poma grauantia ramos:
Sunt auro ſimiles longis in vitibus vuæ:
Sunt & purpureæ: tibi & has ſeruamus, & illas.
Ipſa tuis manibus ſylueſtri nata ſub vmbra
Mollia fraga leges: ipſa autumnalia corna,
Prunáque non ſolùm nigro liuentia ſucco,
Verùm etiam generoſa, nouaſque imitantia ceras.
Nec tibi caſtaneæ me coniuge, nec tibi deerunt
Arbutei fœtus: omnis tibi ſeruiet arbos.
Hoc pecus omne meum eſt: multæ quoque vallibus errant,
Multas ſylua tegit; multæ ſtabulantur in antris.
Nec, ſi fortè roges, poſſem tibi dicere quot ſint.
PAVPERIS EST NVMERARE PECVS. de laudibus harum
Nil mihi credideris: præſens potes ipſa videre,
Vt vix ſuſtineant diſtentum cruribus vber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni:
Sunt quoque par ætas alijs in ouilibus hædi.
Lac mihi ſemper adeſt niueum: pars inde bibenda

Serua-

Seruatur: partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi deliciæ faciles, vulgatáque tantùm
Munera contingent: damæ, leporéſque, capræque,
Párque columbarum, demptuſque cacumine nidus.
Inueni geminos, qui tecum ludere poſſint,
Inter ſe ſimiles vix vt dignoſcere poſſis,
Villoſæ catulos in ſummis montibus vrſæ:
Inueni: & dixi, Dominæ ſeruabimus iſtos.
Iam modò cæruleo nitidum caput exere ponto:
Iam, Galatea, veni: nec munera deſpice noſtra.

808. AT TV SI NORIS, PIGEAT FVG. &c] A Licebit ex ſequentibus perſpicere, quãtarum opũ fuerit Polyphemus, incomparabilium ſcilicet; & quàm imprudenter fecerit *Galatea*, quæ tam diuiti nubere noluerit, cuius nuptias ambire potiùs & quærere, quàm fugere debuiſſet.

809. ET ME RETINERE LABORES] In paucis verbis quãta exaggeratio? Si ſciat quàm beatus ſit Polyphemus, pigebit fugiſſe, damnabit cunctationem, & moras ſuas; non ſinet ſe peti, ſed petet, & vt tali, tam beato marito potiatur, laborabit. Audi opes diſtinctè.

810. SVNT MIHI PARS MONTIS, &c.] Antrum in viuo ſaxo montis, expers æſtus & frigoris, id eſt, cum cælo temperatiſſimo. Hoc eſt palatium eius.

812. SVNT POMA GRAVANTIA RAMOS] Pomorum vocabulo fructus arborum omnes continentur ad eſum apti, ſiue molli tegantur corio, ſiue du- B ro. Qua de locutione, Virg. 1. Georg. *Cùm ſe nux plurima ſyluis Induet in florem, & ramos curuabit opacos.* Et 2. *Fetu nemus omne graueſcit* Poëta vetus 1. Tuſcul. *Ramis baccarum vbertate incurueſcere.* Græcis *βαρύνεσθαι* ἢ *βρίθειν*, à põdere nimirum, & grauitate, quòd arbores pomis onuſtæ ramis ad terram ferantur.

813. SVNT AVRO SIMIL. L. INVITIA. VVÆ] De albis vuis eum loqui clarum eſt etiam ex carmine ſequenti. Albæ cùm maturuerunt, adeò flauæ ſunt, vt auri colorem imitentur; præſertim quas Germani muſcatell nominant.

814. TIBI ET HAS SERVAMVS, ET ILLAS] Melius quiddam & ſolidius Maronianus Corydon, duos capreolos ſparſis etiamnum pellibus ſe Alexidi ſuo ſeruare. Quãquam & noſter paſtor beſtiolas quaſdã dominæ ad luſum ſeruat, vt videbimus.

815. IPSA TVIS MANIB. &C. MOLLIA FRAGA LEGES] Virg. eclog. 3. *Qui legitis flores, & humi naſcentia* C *fraga.* At Corydon ipſum ſe manu ſua Alexidi lecturum ſpondet cana tenera lanugine mala, caſtaneaſque nuces, cerea pruna, &c.

816 IPSA AVCTVMNALIA CORNA] quòd autumno demum ad maturitatem perueniunt. Victum infælicem vocat Maro 3. Æneid.

817. NON SOLVM NIG. LIVENT. S. &c.] Prunorũ plura ſunt genera, ex quibus Damaſcena commendantur. Hîc autem videtur ea commendare, quæ Germanis ſunt ſpenling. Ceris quidem nouis ſuo colore non ſunt diſſimilia.

819. NEC TIBI CASTANEÆ DEERVNT] Has ſibi non deeſſe & Tityrus, & Corydon iactant.

820. ARBVTEI FOETVS] Arbutum noncupat horridum Maro 2. Georg. Raram ei vmbram dat A eclog. 7. Pabulum hœdorum facit eius fructum eclog. 3. *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis.* Arbuſcula eſt humilis, fructus rubicundus, granis hirſutis plenus. Quidam *ratdones* nominant hagenpuch. Talibus, vt item fragis, cornis, moris, glandibus, cibis citra cultum naſcentibus mortales aureo ſæculo vixiſſe Ouid. lib. 1. affirmat: a

Contentiq́, cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus, montanaq́, fraga legebant,
Cornaq́, & in duris hærentia mora rubetis:
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.

OMNIS TIBI SERVIET ARBOS] inſolenter, quaſi ingentem numerum varietatemq́ue frugiferarum arborum haberet.

821. HOC PECVS OMNE MEVM EST] de ſolis ouibus accipe, non enim armentum paſcebat. Corydon: *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.* Grex B iſte magnus ouium, quem potes videre, ſi vis, totus eſt meus vnius. Tantum hic? immò & qui per valles, quique per ſyluas paſcitur, & qui domi ſtabulatur. Verè πολύμηλος Polyphemus. Et quia tot greges, veriſimile eſt quod ſequitur, non poſſe dicere quot ſint oues, quot agni, hœdi, quot, inquam centuriæ, aut chiliades.

824. PAVPERIS EST NVMERARE PECVS] Ergo pauper Menalcæ pater eclog. 3. qui bis in die pecus numerabat. Grauiter & disertè prædicans Paulum Manutium ſuum, ipſe omni prædicatione efferendus M. Antonius Muretus Variar. lib. 1. c. 6. orationem his verbis claudit, in quibus hoc hemiſtichium ad prouerbium non inſulsè trahit: *Alij complures rationem inire poterunt, quot ipſi locos in Cicerone correxerint: illi aut vni, aut cum paucißimis licet dicere, Pauperis eſt numerare pecus.*

C DE LAVDIB. HARVM NIL MIHI, &c.] In rem præſentem veni, & oculis cognoſce, & manibus palpa, quàm molli & delicata lana, quàm pingues, quàm magnæ, quàm lactis abundantes. De capellis Maro eclog. 4. *Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ Vbera.*

826. VT VIX SVSTIN. D. CRVRA. VBER] vix inter crura capere poſſunt vbera: vſque adeò lactis copia diſtenduntur. Ex calamo exaratis, & impreſſis profert *circumeant* pro *ſuſtineant* Ciofan. Explicationem tute legas.

827. SVNT FOET. MIN. TEP. &c.] A numeroſitate oues ſuas laudauit; laudat item à fœcunditate, & agnos eatum, vt etiam hœdos vocat fœturã minorem, cõparatione maioris, vt ſunt vituli. eclog. 3. *Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus iſto.* Imitatus eſt Stat. Thebaid. 10. *Cui fœtura gregem pecoroſo vere nouauit.*

828. ALTIS

818. ALIIS IN OVILIBVS HOEDI] Ouilia ſunt ouium ſtabula, hœdilia hœdorum. Vſus eſt ergo catachreſi.

829. LAC MIHI SEMPER ADEST NIVEVM, &c.] Corydon apud Virg. *Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit.* Partem huius potui, partem caſeis faciundis adhibet Polyphemus.

831. NEC TIBI DEI. FACIL. VVLGATAQVE, &c.] Faciles deliciæ ſunt non exquiſitæ, non ſingulares, obuiæ, vulgares. At hic longè alias pollicetur. Eclog. 3. Damœtas Galateæ ſuæ mittit muneri palumbes. Menalcas ſtatim maius & inſignius aliquid & miſiſſe Amyntæ, & miſſurum reſpondet.

Quod potui, puero ſylueſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Ibidem vide Ludouicum de la Cerda, adducentem Theocritum, Tibullum, Calpurnium.

832. DAMÆ LEPORESQVE CAPRÆQVE, &c.] Quinque genera munerum præſtantium enumerat, *damas*, *lepores*, *capras* (ſylueſtres puta) *columbas*, aut certè pullos earum, A *catulos vrſinos.*

834. INVENI GEMIN. QVI TECVM LVD. &c.] Quattuor verſus ex tribus de ecloga 2. imitati.

Præterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo.
Bina die ſiccant ouis vbera, quos tibi ſeruo.

Quod ait Ouid. tam ſimiles, vt vix internoſcantur, lepidius eſt, quàm pellibus albo ſparſos eſſe.

837. DOMINÆ SERVABIMVS ISTOS] Et vxores & amicas vocabant *dominas*: ſed has poëtæ duntaxat: illas etiam non poëtæ. Lege Tiraquell. in 5. Leg. Connubial. à num. 12. Propert. eleg. 4. lib. 1.

Quid mihi tam multas laudando, Baſſe, puellas,
Mutatum domina cogis abire mea?

Vide Symb. noſtras in illud 6. Æneid. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

838. IAM MODO CÆRVLEO NITID. CAP. &c.] Habent munera ad perſuadendum vim maximam. Putat igitur Cyclops tam ſplendidis muneribus debere molleſcere Galateam.

Nunc etiam ſe illi commendat à forma, ſi diis placet, à magnitudine corporis, qua Iouem exſuperet, à comarum denſitate, à corporis totius hirſutie. μονοφθαλμίαν ſuam excuſat. A genere, quippe cui pater Neptunus eſt, maris dominus.

CERTE ego me noui, liquidáque in imagine vidi XIII.
Nuper aquæ: placuitque mihi mea forma videnti.
Aſpice ſim quantus. non eſt hoc corpore maior
Iuppiter in cælo: (nam vos narrare ſoletis
Neſcio quem regnare Iouem) coma plurima toruos
Prominet in vultus, humeróſque vt lucus obumbrat.
Nec mea quòd duris horrent denſiſſima ſetis
Corpora, turpe puta. turpis ſine frondibus arbor:
Turpis equus, niſi colla iubæ flauentia velent.
Pluma tegit volucres: ouibus ſua lana decori eſt.
Barba viros, hirtæque decent in corpore ſetæ.
Vnum eſt in media lumen mihi fronte, ſed inſtar
Ingentis clypei: quid? non hæc omnia magno
Sol videt è cælo? Solis tamen vnicus orbis:
Adde quòd in veſtro genitor meus æquore regnat.
Hunc tibi do ſocerum.

840. CERTE EGO ME NOVI, LIQVIDAQ.&c.] Solitum ſpectare ſeros in aqua & componere vultus, retulit etiã antè Galatea. Id ipſum nunc fatetur hic amator, & de forma ſuperbit. Obſerua, nullum animi bonum de ſe memorat, corporis,& externa duntaxat.

842. ASPICE SIM QVANTVS] *monſtrum ingens* Virgilio: ſed *nullam in tam magno corpore mica ſalis.*

843. NAM VOS NARRARE SOL. NESCIO Q. REG. IOVEM] *Neſcio* quis, ſermo contemnentis eſt. Quem igitur deum ſuſpicit, qui Iouem deſpicit? Et hoc ſe facere paulo pòſt vltrò fatebitur. *ἀθεΐζει.*

B 844. COMA PLVR. TORVOS PREM. IN VVLTVS] Et hanc putas elegantiam, per vultum truculentum & humeros diffuſum capillitium.

846. NEC MEA QVOD DVRIS HORRENT, &c.] Hirſutiem totius corporis ſui mirabili apologia defendit & commendat, ab arborum foliis, ab equorum iubis, à volucrum plumis, ab ouium lanis.

850. BARBA VIROS DECET] Nihil tam verum; non tamen longa nimis, & inculta & ſqualida, qualem Iuliano τῷ ἀποστάτῃ Antiocheni obijciebant. Huiuſcemodi quanquam ſexum decet,

A non tamen ornat virum. Epiphanius lib.3. contra hæreſes barbam ait eſſe formam viri. Natura ſiquidem non alio diſcrimine aſpectabili, & oculis expoſito marem à fœmina ſeiunxit.

HIRTÆQVE DECENT IN CORPORE SETÆ] Setæ porcos decent: piloſi artus, & hirſutum pectus, quale & Achilles habuit, λάσιον κῆρ, vires robuſtas arguunt. Vide Plinium lib.7.

851. VNVM EST IN MED. LVMEN M. FRONTE, &c.] Ex 3. Aeneid.

Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.

B Et caſu, non natura μονόφθαλμοι extiterunt Philippus Macedo, Annibal Carthaginiẽſis, Sertorius Hiſpanus, Ziſca Boëmus, omnes viri militares.

852. NON HÆC OMN. M. SOL VIDET, &c.] Sufficere ſibi vnum oculum, pręſertim tam magnum: ſicut ſoli ſuum vnicum, quo totum mundum intuetur.

854. ADDE QVOD IN VEST. GENIT. MEVS, &c.] Aliud telum, ſed ſimiliter inane, nobilitas. Neptuni, magni regis filius eſt pulchellus iſte. Quare quæ ſe illi iunget, Neptuni nurus erit. Quantus honos? papæ.

Scyllæ Glaucus admiranti narrat quis fuerit, & quomodo hanc ſpeciem ceperit, ac deus marinus euaſerit. Verumtamen repulſam fert & furit.

XIV.

ECCE fretum ſcindens alti nouus incola ponti
Nuper in Euboica verſis Anthedone membris
Glaucus adeſt: viſæque cupidine virginis ardet.
Et, quæcunque putat fugientem poſſe morari,
Verba refert. fugit illa tamen, velóxque timore
Peruenit in ſummum poſiti prope littora montis.
Ante fretum eſt ingens apicem collectus in vnum
Longa ſub arboribus conuexus ad æquora vertex,
Conſtitit hîc, & tuta loco monſtrúmne, deúſne
Ille ſit ignorans, admiraturq́; colorem,
Cæſariémque humeros ſubiectáque terga tegentem,
Vltimáque excipiat quòd tortilis inguina piſcis.
Senſit, & innitens, quæ ſtabat proxima, moli,
Non ego prodigium, nec ſum fera bellua, virgo,
Sed deus, inquit, aquæ: nec maius in æquore Proteus
*Ius habet, * & Triton, Athamantiadéſque Palæmon.* * aut
Antè tamen mortalis eram: ſed ſcilicet altis
Deditus æquoribus, tantùm exercebar in illis.

Nam

Nam modò ducebam ducentia retia piſces:
Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum.
Sunt viridi prato confinia littora, quorum
Altera pars vndis, pars altera cingitur herbis:
Quas neque cornigeræ morſu læſere iuuencæ
Nec placidæ carpſiſtis oues, hirtæúe capellæ:
Non apis inde tulit collectos ſedula flores:
Non data ſunt capiti genialia ſerta; nec vnquam
Falciferæ ſecuere manus. ego primus in illo
Ceſpite conſedi, dum lina madentia ſicco.
Vtque recenſerem captiuos ordine piſces,
Inſuper expoſui, quos aut in retia caſus,
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res ſimilis fictæ: SED QVID MIHI FINGERE PRODEST?
Gramine contacto cœpit mea præda moueri,
Et motare latus, terráque vt in æquore niti.
Dúmque moror, mirórque ſimul, fugit omnis in vndas
Præda ſuas; dominumq́; nouum, littuſque relinquunt.
Obſtupui; dubitóque diu, cauſſámque requiro,
Num deus hæc aliquis, num ſuccus fecerit herbæ.
Quæ tamen has, inquam, vires habet herba? manuq́;
Pabula decerpſi, decerptáque dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos gramina ſuccos;
Cùm ſubitò trepidare intus præcordia ſenſi:
Alteriuſq́; rapi naturæ pectus amore.
Nec potui reſtare diu; repetendáque nunquam
Terra vale, dixi: corpúſque ſub æquore merſi.
Dij maris exceptum ſocio dignantur honore,
Vtque mihi, quæcunque feram mortalia, demant,
Oceanum Thetynque rogant. ego luſtror ab illis:
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus iubeor ſupponere centum.
Nec mora: diuerſis lapſi de partibus amnes,
Totáque vertuntur ſupra caput æquora noſtrum.
Quæ poſtquam redeunt, alium me corpore toto,
Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.
Hactenus acta tibi poſſum memoranda referre:
Hactenus & memini; nec mens mea cætera ſenſit.
Hanc ego tum primùm † viridem ferrugine barbam, † viridi ferrugine
Cæſariémque meam, quam longa per æquora verro,
Ingentéſque humeros, & cærula brachia vidi,
Cruráque pinnigero curuata nouiſſima piſce.
Quid tamen hæc ſpecies? quid dîs placuiſſe marinis?
Quid iuuat eſſe deum, ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem, & dicturum plura reliquit
Scylla deum: furit ille, irritatuſque repulſa
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

904. ECce fretvm scindens] adnatans. A
Æneid. 9. *Qualis Nereia Doto, Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.* Et 10.

— Quam magnus Orion,
Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna, viam ſcindens, humero ſupereminet vndas.

905. In Evboica Anthedone] Anthedon vrbs maritima Bœotiæ, à qua Eubœa inſula Euripo admodum anguſto dirimitur, vbi Glaucus transformatus eſt.

907. Et qvæcvnq. pvt. fvg. p. morari, &c.] Verbis affatus eſt quàm potuit blandiſſimis: ſed ventus diſcerpſit omnia: nihil promouit; manſit virgo inexpugnabilis.

908. Veloxqve timore] timor inſequentis, pedibus eius addebat alas.

909. In svmmvm montis] in iugum montis. B

910. Ante fret. est ingens, &c.] Ordina voces hoc modo. Ante fretum eſt ingens vertex, in vnum collectus (coactus) apicem, ſub arboribus connexus ad longa æquora. Deſcriptio eſt montis ſummi, in quem Scyllam perueniſſe iam dicebat.

911. Convexvs ad æqvora] vergens, inclinatus ad mare.

912. Tvta loco] Quia in terra, & loco ſublimi.

913. Admiratvrqve color. cæsariemq. &c.] Deſcriptio Glauci. Color eius cæruleus, vt eſſet mari cooculor. Cæſaries humeris & tergo infuſa. A pube piſcis.

915. Tortilis] contorquent ſe piſces, ideo iure tortilis.

916. Sensit] illā admirari, & dubitare, eſſetne monſtrū, an deus aliquis, animaduertit Glaucus. C

Qvæ stat. proxim. moli] innitebatur ſaxo, ſeu ſcopulo, qui erat proximus littori.

917. Non ego prodigivm, nec svm, &c.] Liberat eam dubitatione, & qui ſit, & qua occaſione deus marinus euaſerit, docet.

918. Nec maivs in æqv. Protevs ivs h. &c.] Multi ſunt dij maris, quorum alijs minus in eo, alijs plus iuris eſt, vt Proteo, Tritoni, Palæmoni, de quibus lege mythologos.

919. Athamantiadesqve Palæmon] de hoc lib. 4. parentes eius Athamas, & Ino.

920. Ante tam. mortalis eram] homo eram. Non proditur litteris cuius filius: obſcurum fuiſſe liquet ex eo, quòd piſcator tantum.

921. Nam modo dvcen. dvcen. ret. &c.] reti, iaculo, & hamo piſcabatur. Linum vocat ſetam, vnde hamos cum eſca dependet. Acœtes D lib. 3. de patre ſuo:

Pauper & ipſe fuit, linoq́; ſolebat & hamis
Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.

924. Svnt viridi prat. conf. littora, &c.] Topographia loci herboſi, & viridiſſimi, à vaccis, ouibus, capris, apibus, hominibus intacti penitus.

928. Apis sedvla] Pleni ſunt libri de ſedulitate inſecti huius. Horat. ode 2. lib. 4.

— Ego apis Matinæ
More modóque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, vuidiq́;
Tiburis ripas operoſa paruus
Carmina fingo.

929. Genialia serta] genio conuenientia, ad voluptatem & lætitiam facientia.

930. Primvs in illo cespite consedi] Ceſpes eſt terra auulſa cum ſuo gramine. Abutitur voce, ſolum viride ſic appellans.

931. Dvm lina madentia sicco] De lino conficiuntur retia. Synecdoche eſt. 1. Georg. *Pelagoq́; alius trahit humida lina.*

932. Vtqve recensere capt. ord. pisces, &c.] Inſuper exponebam in herba captos à me piſces tum retibus, tum hamo, vt eos numerarem.

933. Qvos avt in retia casvs, &c.] Nota in captione diſcrimen. Qui piſces reti concluduntur, caſui hoc debent: qui hamum deuorant, credulitati ſuæ, quippe qui eſcam ſolam ſe deuorare crediderunt. Inde cautela, de qua Ouidius 2. Pontic. 7.

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.

935. Res similis fictae, &c. sed qvid, &c. προθεραπεία. Lumen quoddam orationis eſt, cùm veremur ne explodatur quod dicturi ſumus, ideoq́ue legentium ſiue audientium animos præmunimus & præparamus. Præmunitio à quibuſdam dicta.

Sed qvid mihi fingere prodest? Etiam eùm nihil prodeſt, delectat interdum fingere quæ nec facta ſunt, nec fient. Qui autē vtilitatis al cuius cauſſa mentiantur ſępiùs, eorū infinita eſt multitudo, in magnis præſertim populis, & vrbibus.

937. Terraq. vt in aeqvore niti, &c.] viſi ſunt piſces illi natatum quendam per gramina incipere, & in mare reſilire.

939. Dominvmqve novvm] vetus eorum dominus erat Neptunus.

941. Nvm Devs hoc aliqvis, nvm svccvs, &c.] Alterum horum feciſſe debuit, non dabatur tertium. An herbæ contactus feciſſet, contactu, & maximè guſtatu explorandum fuit.

945. Cvm subito trepidare intvs, &c.] effectus herbæ.

949. Di maris except. & dign. honore] in numerū ſuum me referunt, quemque ſibi mutuò, eundem mihi honorem habent. Occaſionem figmenti huius de Glauci ἀποθεώσει habes apud Palæphatum.

951. Oceanvm Tethynq. rogant] luſtrationem mihi ab his petunt, maris præſidibus. Antè iam monui, marinam aquam exiſtimatam à veteribus vim expiatricem & purgatricem habere.

952. Et pvrgantes nef. n. mihi carmine dicto] Diſcriminum vnum quendam expiatorium. Carmen, ſeu concepta verba ſuper luſtrandum nouies dicebantur.

953. Pectora flvmin. ivb. svpp. cent.] Aliquoties dictum in hiſce libris de fluminibus à toto terrarū orbe in mare confluentibus. Certum numerū ponit pro incerto. Cōcurrerūt ergo iuſſu Oceani & Thetyos ſupra caput Glauci, vt ipſum abluerent & luſtrarent flumina mari illapſa vniuerſa, & ipſum quoque mare ſe illi ſuperfudit.

956. Hacten. acta r. possvm, &c.] Quæ memini & memoria digna ſunt, hæc ſunt.

957. Nec mens mea cætera sensit] Citra animaduerſionē facta in me ſunt quæ ſequuntur

958. Qva

958. QVÆ POSTQ. REDEVNT] poſtquam à me abeuntes, me deſerẽtes lapſum ſuum reperũt: nam ad me purgandum Oceani & Thetyos imperio declinauerunt.

AL. ME CORP. TOTO, NEC EVND. MENTE] mutatus ſum corpore & animo.

960. VIRIDEM FERRVGINE BARBAM] cæruleam, nam in cæruleo colore ferrugineus & viridis mixti apparent. Rectiùs legitur, *viridi ferrugine*.

961. QVAM LONGA PER ÆQVORA VERRO] quam traho per æquor, vbi me altiùs immergo aquis. Suprà enim dixit, ea humeros eius, & terga tegi.

964. QVID TAMEN HÆC SPECIES, &c.] Nihili pendit honores ſuos præ Scylla. Ita & Polyphemus, Galateam ſe venerari vnam, præ illa Iouem cum ſuo fulmine, deoſque omnes iubere longum valere.

966. TALIA DICENT. ET DICT. PLVRA RELIQV.] Garriebat incredibilia, quæ tamen vera videri cupiebat, more mentientiũ qui proteſtantur ſe neutiquam mentituros, cùm mentiri inſtituunt.

967. FVRIT ILLE, IRRITATVSQVE REPVLSA, &c.] Furebat etiam Polyphemus, & cùm non poſſet necare, à qua ſpernebatur (ſub vndas enim ſe abdebat) occidit eum à quo præpediebatur, Acin videlicet.

968. PRODIGIOSA PETIT TITAN. A. CIRCES] ad ſagam Circem, Solis filiam (Sol autem vnus de Titanibus) ſpe ſua deiectus confugit Glaucus: id quod etiam hodie à Chriſtianis quibuſdam impiis fit, vt in his & aliis rebus veneficorum auxilia expoſcant. Atria Circes *prodigioſa* nominat, quoniam ibi varia prodigia, hoc eſt, homines in diuerſas feras prodigiosè mutati eius præſtigiis & carminibus.

ELECTORVM

LIBER DECIMVSQVARTVS.

Indignata Circe repudium Glauci, & in prælatam ſibi Scyllam exardeſcens (hanc enim repugnãtem, & fugitantem vt ſibi malis artibus ſuis conciliaret orauerat Glaucus) ſuccis & cantionibus aquas, vbi illa corpus abluere conſueuerat, inficit, & monſtris tum hîc à noſtro, tum in 3. Æneid. à Marone deſcriptis miſeram deformat.

SECTIO I.

INDIGNATA dea eſt: & lædere quatenus ipſum
Non poterat nec vellet amans: iraſcitur illi,
Quæ ſibi prælata eſt: Veneriſque offenſa repulſa
Protinus horrendis infamia † pabula ſuccis † gramina
Conterit, & tritis Hecateia carmina miſcet.
Cæruláque induitur velamina, pérque ferarum
Agmen adulantûm media procedit ab aula.
Oppoſitúmque petens contra Zanclëia ſaxa
Rhegion, ingreditur feruentes æſtibus vndas.
*In quibus, vt ſolida * ponit veſtigia terra,* * poſuit
Summáque decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis:
Paruus erat gurges, curuos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ; quò ſe referebat ab æſtu
Et maris, & cæli, medio cùm plurimus orbe
Sol erat, & minimas à vertice fecerat vmbras.

Hunc dea præuitiat, portentificiſq́; venenis
Inquinat: hîc preſſos latices radice nocenti
Spargit, & obſcurum verborum ambage nouorum,
Ter noules carmen magico demurmurat ore.
Scylla venit, mediáque tenus deſcenderat aluo;
Cùm ſua fœdari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit; ac primò non credens corporis illas
Eſſe ſui partes, refugitque, abigitque, timétque
Ora proterua canum: ſed quos fugit, attrahit vnà,
Et corpus quærens femorum crurúmque pedumq́;,
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Státque canum rabies, ſubiectáque terga ferarum
Inguinibus truncis, vteróque extante coërcet.
Fleuit amans Glaucus; nimiúmque hoſtiliter vſæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco manſit: cumq́; eſt data copia primùm,
In Circes odium ſocijs ſpoliauit Vlyſſem.
Mox eadem Teucras fuerat merſura carinas,
Ni priùs in ſcopulum, qui nunc quoque ſaxeus extat,
Transformata foret: ſcopulum quoque nauita vitat.

40. INDIGNATA DEA EST] Et quòd dea, & quòd ſponte, non rogata ſe offerens in coniugem pro Scylla, repudiaretur, & quidem cum tanta affirmatione, hoc bilem Circæ in naſum conciebat. A

ET LÆD. QVAT. IPSVM NON POTVIT, &c.] *ἀνανάλυθον* eſt, nam voci *quatenus*, nihil reſpondet, *eatenus* videlicet. Videtur autem poni pro *quoniam* cauſali. Cur non iraſcitur Glauco, ſed omnem iram in Scyllam conuertit? quoniam lædere Glaucum, vt deum, nequibat; ideo nec iraſcendum ei putauit. Quòd ſi etiam poſſet, non faceret, quia amabat eum. Hanc autem lædere poterat: & ſatis cauſſæ ſe inueniſſe arbitrabatur, quòd propter illam deſpiceretur.

43. PROTIN. HORREND. INFAM. PAB &c.] herbas ſuccis nocentibus, & ideo horrendis infames conterit, ſeu comminuit: verba magica, quæ ipſam Hecate mater docuerat, ſeu qualia Hecate nobilis venefica vſurpabat, ſuperaddit. B

45. CÆRVLAQVE INDVITVR VELAMINA] Color niger, qui vicinus eſt cæruleo, huiuſmodi in opere conuenit. Nigrum enim ad malum, album & candidum ad bonum ſolet conferri.

PERQVE FERAR. AGMEN ADVLANTVM] Caudis & auribus agitatis ſignificabant ſe agnoſcere dominam ſuam. Cic. 2. de nat. deor. agens de canibus: *Canum verò tam fida cuſtodia, tamq́; amans dominorum adulatio.*

47. CONTRA ZANCLEIA SAXA RHEG. INGRED.] Rhegium extremum in Brutiis oppidum, Brutij vltimi Italiæ incolæ, verſus mare Siculum, Zanclen ex aduerſo reſpiciens. Rhegium itaque petens, oppoſitum Zancleis ſaxis, vbi Charybdis, ingreditur fretum; illæ ſiquidem feruentes æſtibus vndæ.

49. IN QVIBVS VT SOLIDA P. VESTIG. TERRA, &c.] Calcauit vndas velut terram ſolidam, nec pedes madefecit. Ad Chriſti, & quorundam Sanctorum ſuper vndas tutò ambulantium miraculum exprimendum, quid his duobus verſibus accommodatius? Camillæ Volſcorum reginæ velocitatem curſus volens indicare Maro lib. 7. gemina comparatione id facit:

Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Hîc autem non celeritatem, ſed diuinitatem & potentiam Circes oſtendere Naſo voluit.

51. PARVVS ERAT GVRGES, CVRVOS SIN. &c.] Veluti ſpecus erat in ipſis vndis, teſte etiam Virgil. *At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris*, &c. mox vaſtum antrum nominat, vbi Scylla in æſtu, qui maximus eſt meridiano tempore, cùm ſolis plurimum, & vmbrarum eſt minimum, lauare conſueuerat.

55. HVNC DEA PRÆVITIAT, &c.] Exponit quo pacto gurgitem illum, Scyllæ balneum, & ſuccis ſparſis, & carminibus ter nouies demurmuratis infecerit.

PORTENTIFICIS VENENIS] quibus portenta ac monſtra euadunt.

56. PRESSOS LATICES] expreſſos de radicibus recèns lectis.

60. CVM SVA FOED. LATRANTIB. INGVINA MONST.] Hemiſtichium Maronis ex eclog. 6. & 3. Æneid. qui loci, vt cum Ouidiano conferri poſſint, à me huc transferentur. Ex eclog. 6.

Quid loquar, aut Scyllam Niſi, aut quã fama ſecuta eſt,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis?

Ex 3. Æneid.

At Scyllam tacis tobibet ſpelunca latebris,
Ora cxertantem, & naues in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus: poſtrema immanis corpore piſtrix,
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.
Praſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni
Ceſſantem, longos & circumflectere curſus,
Quam ſimul informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam, & caruleis canibus reſonantia ſaxa.

Affertur ex Salluſtio locus, affirmante ſaxum eſſe in mari prominens, quod procul viſentibus muliebrem furmam repræſentet, in quod illiſi fluctus, quoniam & luporum eiulatum, & canum latratum videntur imitari, finxerunt illam pube tenus feris huiuſmodi ſuccinctam eſſe.

61. AC PRIMO NON CRED. CORP. &c.] Res inexſpectatiſſima & fœdiſſima vehementiſſimè Scyllam turbauit, vt debuit. Quamobrem omnimodis ſe liberare conata eſt, ſed incaſſum.

65. CERBEREOS RICTVS] ingentes rictus, A qoales Cerberi, canis & cuſtodis inferni, de quo in 6. Aeneid.

66. STATQVE CAN. RAB.] horret.

SVBIECTAQVE TERGA FERAR. &c.] Virgil. *Delphinum caudas vtero commiſſa luporũ.* Pro femoribus, cruribus, pedibus ſuis videbat immania & canina extare capita, ita vt canum ipſorum terga inguinibus & vtero ſubdita videretur continere.

68. NIMIVMQVE HOSTILIT. VSÆ VIRIBVS, &c.] poterat ſe vlciſci parciùs, præſertim de immerita.

70. CVMQVE EST DATA COP. PRIMVM] quæ prima facultas & occaſio fuit.

71. IN CIRCES ODIVM S. SPOL. VLYSSEM] Nouerat Scylla Vlyſſem à Circe amari. Ideo gratiam illi hanc retulit: ſex enim de ſocijs ſuis ibidem amiſit. Homerus Odyſſ. 13.

72. MOX EADEM TEVCRAS F. MERS. CARIN. &c.] cùm illic præternauigaret Aeneas, iam ſaxum tota induerat; alioqui & ipſi nocuiſſet: quanquam, cur noceret, ratio nulla ſubeſſet.

Ab aditu ipſo Italiæ Æneas in Libyam tempeſtate repulſus, à Didone Carthaginenſium regina hoſpitio liberali excipitur. Ob eius diſceſſum illa in gladium incumbit. In Siciliam reuertitur. Varia loca præteruehitur, in ijs Pithecuſas inſulas, quarum indigenas fraudulentos & periuros Iupiter in ſimias commutauit.

HVNC vbi Troianæ remis, auidámque Charybdim II.
Euicere rates, cùm iam prope littus adeſſent
Auſonium, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Ænean illic animóque domóque,
Non bene diſcidium Phrygij latura mariti
Sidonis: inque pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro, deceptáque decipit omnes.
Rurſus areno ſæ fugiens noua mœnia terræ
Adſedes Erycis, fidúmque relatus Aceſten
Sacrificat, tumulúmque ſui genitoris adorat,
Quáſque rates Iris Iunonia penè cremarat,
Soluit: & Hippotadæ regnum, terráſque calenti
Sulphure fumantes, Acheloiadumq́; relinquit
Sirenum ſcopulos, orbatáque præſide pinus
Inarimen, Prochytenque legit, ſteriliq́ue locatas
Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.
Quippe deûm genitor fraudem & periuria quondam
Cercopum exoſus, gentiſq́; admiſſa doloſæ,
In deforme viros animal mutauit, vt ijdem
Diſſimiles homini poſſent ſimiléſque videri.

Mem-

Membráque contraxit; naréſque à fronte remiſſas
Contudit, & rugis perarauit anilibus ora:
Totáque velatos flauenti corpora villo,
Miſit in has ſedes: nec non priùs abſtulit vſum
Verborum, & natæ dira in periuria linguæ
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit.

75. HVNC VBI TROIAN. &c.] vbi Scyllam & Charybdim ſalui reliquerunt Troiani, ab Heleno præmoniti, vt eſt in 3. Æneid. *Dextrum Scylla latus*, &c. A

76. CVM IAM P. LITT. ADESS. AVSON.] cùm iam Italiam à fatis ſibi deſponſam eſſent ingreſſuri, è Sicilia venientes, ventis aduerſantibus in Libyam eiecti ſunt, & Carthaginem peruenerunt. Quam narrationem habet argumentum 1. Æneid.

77. LIBYCAS REFER. AD ORAS.] Virgil.
Defeſſi Aeneadæ, quæ proxima littora, curſu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras.

78. EXCIPIT ÆNEAN ILLIC ANIMOQVE DOMOQVE] Lege Virgil. ab eo verſu, *Tum breuiter Dido vultum demiſſa profatur*, &c. Porrò hîc, cum conſequentibus, vſque ad transformationem Cercopum, quaſi quædam librorum Æneid. 1. 5. 6. 3. periocha videtur.

79. NON BENE DISCID. PHRYG. &c.] B Omnino pro *diſſidium* legamus oportet *diſcidium*, exponentes ſeparationem, diſceſſum. Tulit autem impatientiſſimè, vt eſt legere lib. 4. vbi & necem ſibimet conſciſcit, & ab Ænea decepta (quod tamen ille negat, his verbis, *nec coniugis vnquam Prætendi tedas, aut hæc in fœdera veni*) omnes decipit: ſacra enim Ioui Stygio ſe facturam, & animũ curis illis, quibus ob diſceſſum Phrygis macerabatur, exſoluturam ſimulat. Appoſitè Auſonius in Epigramm.
Infelix Dido, nulli bene nupta marito:
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

82. RVRSVS ARENOSÆ IVG. &c.] Arenoſam terram cape Libyam, & inde, quod conſequitur, aridam, & ob æſtum ſiticuloſam. Catull.
Quàm magnus numerus Libyſſæ arenæ
Laſerpiciferis iacet Cyrenis.
Quanquam & ſine tropo ſimpliciter *arena* pro terra, vt infrà ex Virgilio, *nota arena* de Sicilia. Illic C ergo, nempe in Libya, à Didone noua vrbs Carthago condebatur, quam ab ea receptus, tandem Ioue per internuntium Mercurium mandante reliquit Æneas, & in Siciliam ad amicum & hoſpitem Troianæ gentis Aceſten regem eſt reuectus. In ea inſula viſitur mons Eryx, ab Eryce Veneris filio dictus, qui in lucta ab Hercule interfectus, & ibidem ſepultus, loco nomen dedit. Dido in 1. reſpondens Ilioneo, & Troianis legatis:
Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaq; arua,
Siue Erycis fines, regemq; optatis Aceſten,
Auxilio tutos dimittam, opibuſq; iuuabo.
De reditu Æneæ in Siciliam, & occurſu Aceſtæ initio 5. Aeneid. ita ſcriptum eſt:
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelſo miratus vertice montis
Aduentum, ſociaſq; rates, occurrit Aceſtes,
Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ:
Troïa Criniſo conceptum flumine mater
Quem genuit. Veterũ non immemor ille parentũ,
Gratatur reduces, & gaza lætus agreſti
Excipit, ac feſſos opibus ſolatur amicis.

84. SACRIF. TVMVLVMQVE S. GENIT. HONOR.] Lege quæ poſt verſus iamiam recitatos continenter ponuntur: *Poſtera cùm primo ſtellas oriente*, &c.

QVASQVE RATES IRIS IVNONIA, &c.] Iuno etiam tunc infeſta Troianis, cupiens eorum in Italiam aduentum impedire, Irim ad fœminas Troianas in littore ſedentes, & tam diuturnam ac periculoſam nauigationem deplorantes mittit, & per eam ſub imagine anus Beroës, item Troianæ, iis ſuadet, vt naues incendant, quò hac tatione Aeneas in Sicilia ſedes figere cõpellatur.
Hic primùm fortuna fidem mutata nouauit.
Dum variis tumulo referunt ſollemnia ludis,
Irim de cælo miſit Saturnia Iuno, &c.

86. ET HIPPOTADÆ REGN. &c] B Aeolias inſulas prætteruehitur, quæ ſunt ſeptem, inter Italiam & Siciliam, aliàs Vulcaniæ. Habitauit ibi Aeolus ventorum rex, Hippotæ Troiani ex Segeſta filia nepos.

TERRASQVE CALENTI SVLPH. FVMANTES] Num de aliqua Aeoliarum inſularum, an de ipſa Sicilia propter Aetnam montem, & ſulphurea eius incendia, de quibus lib. 15. hoc accipiendum?

87. ACHELOIADVMQVE RELINQVE SIREN. SCOPVL.] 5. Aeneid.
Iamq; adeò ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat,
Difficiles quondam, multorumq; oſſibus albos.
Monſtra marina, Acheloi fluuij, & Calliopes Muſæ filiæ, quæ nauigantes cantibus demulcentes ad ſe trahebant, & altiſſimè conſopitos in mare deturbabant. Noſter in 3. de Arte:
Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quaſlibet admiſſas detinuere rates.
C Iuxta Pelorum Siciliæ promontorium habitarũt. Fusè de his Natal. lib. 7. cap. 13. Scripſimus *Acheloiadum* pro *Acheloidum*, ne diaſtolem in tertia vocali, i. puta, concedere neceſſe foret. Nam lib. 5. corripitur, *Vobis Acheloides vnde Pluma pedeſq; auium.*

88. ORBATAQVE PRÆSIDE PINVS] nauis, ſeu claſſis, amiſſo Palinuro gubernatore Inarimẽ, Prochyten, Pithecuſas (nomina inſularum ſunt) præterit. De morte Palinuri, quomodo à Somno deo conſopitus, & in vndas præcipitatus ſit, agitur in extremo quinto Aeneid. qui his verſibus clauditur:
Cùm pater (Aeneas) *amiſſo fluitantem errare magiſtro*
Senſit, & ipſe ratem nocturnis rexit in vndis,
Multa gemens, caſuq; animum concuſſus amici.
O nimiùm cælo, & pelago confiſe ſereno,
Nudus in ignota, Palinure, iacebis arena.

89. INARIMEN] Homer. 2. Iliad. dixit εἰν Ἀρί-μοις. Virgilius primus & declinationem & numerum mutare auſus, dixit *Inarime*, lib. 9. Æneid. A

Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumq́ue cubile
Inarime, Iouis imperiis impoſta Typhæo.

Secuti exemplum ſunt Ouidius, Statius, Lucan. Claudian. &c. Vide indicem Erythræi.

90. HABITANT. NOMINE DICT. *Cercopes* fuerunt homines doloſi, fraudulenti & impoſtores, quos exoſus Iupiter in ſimias conuertit, quas Græci πιθήκους vocant. Inde *Pithecuſa*. Prouerb. *Cercopum forum*. Scholia Schotti noſtri in Adagia Zenobij, item Iunium conſule, adagio 38. Cent. 7. *Cercops*.

93. IN DEFORME VIROS ANIMAL, &c.] deſcriptio bella ſimiæ. Primis duobus carminibus expreſſit Ennianum, *Quàm ſimilis ſimia eſt turpiſsima beſtia nobis?* Adducit Cicero. 2. de Nat. deor. In 1. autem de Diuinat. monſtroſiſſimam beſtiam vocat. Plinius lib. 8. cap. 21. cercopithecos genus ſimiarum ait eſſe, capite nigro, pilo aſinino, voce cæteris diſſimili. Cauda longa præditos græca vox ſignificat. Martial lib. 14.

Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

In tale itaque genus Cercopes conuerſos putare debemus, non quale ab Ouidio deſcribitur.

Ad antrum Sibyllæ Cumeæ deuenit Æneas, cuius ductu conuenire apud inferos patrem cupit. Laudat illa virum; ducem ſe fore ſpondet; ramum quem geſtet, demonſtrat. Deſcenditur. Audit, & cognoſcit quæ in ſexto Æneid. Virgil. latè exſequitur. In reditu diuinos ei honores, vt optimè de ſe meritæ, homo gratiſsimus promittit.

HAs vbi præteriit, & Parthenopeïa dextra III.
Mœnia deſeruit, læua de parte canori
Æolidæ tumulum, & loca fœta paluſtribus vndis,
Littora Cumarum, viuaciſq; antra Sibyllæ
Intrat, & vt manes adeat per auerna paternos
Orat. At illa diu vultum tellure moratum
Erexit tandémque deo furibunda recepto,
Magna petis, dixit, vir factis maxime, cuius
Dextera per ferrum eſt, pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen, Troiane, metum, potiere petitis;
Elyſiáſque domos, & regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces, ſimulacráque chara parentis:
INVIA VIRTVTI NVLLA EST VIA, dixit, & auro
Fulgentem ramum ſylua Iunonis Auernæ
Monſtrauit, iuſſitq; ſuo deuellere trunco.
Paruit Æneas, & formidabilis Orci
Vidit opes, atauóſque ſuos, vmbrámque ſenilem
Magnanimi Anchiſæ: didicit quoque iura locorum,
Quǽque nouis eſſent adeunda pericula bellis.
Inde ferens laſſos aduerſo tramite paſſus,
Cum duce Cumæa ſallit ſermone laborem.
Dumque iter horrendum per opaca crepuſcula carpit,
Seu dea tu præſens, ſeu dijs gratiſſima, dixit,
Numinis inſtar eris ſemper mihi; méque fatebor
Muneris eſſe tui; quæ me loca mortis adire,
Quæ loca me viſe voluiſti euadere mortis.
Pro quibus aërias meritis euectus ad auras,
Templa tibi ſtatuam: tribuam tibi thuris honores.

101. Es

101. ET PARTHENOPEIA DEXTRA MOEN. A DESER.] Neapolim, quæ Parthenopes nomen tulit ab vna Sirenum, illic tumulata.

102. LÆVA DE PARTE] Vide annotat. Glareani.

CANORI ÆOLIDÆ TVMVLVM] Miſenus egregius tubicen, Æoli filius, cùm deos marinos ad certamen tubæ prouocaſſet, à Tritone fertur ſummerſus. Deinde ab Ænea inuentus, & in monte Miſeno, ab eo poſtmodum ſic appellato, ſepultus eſt. Eius elogium hoc eſt 6. Æneid.

Miſenum Aeoliden, quo non præſtantior alter
Aere ciere viros, Martemq́; accendere cantu.

103. LOCA FOETA PALVSTRIA VNDIS] 1. Æneid. *Loca fœta furentibus Auſtris.* Lege ibidem Cerdium noſtrum de verbo *Fœtus.*

104. LITT. CVM. VIVACISQVE ANTRA SIBYLL. INTRAT] Principio 6. Æneid. B

Sic fatur lacrymans, claſſiq́; immittit habenas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Et poſt pauca:

At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
Præſidet, horrendæq́; procul ſecreta Sibyllæ,
Antrum immane petit.

Cur *viuacis*, paulo pòſt dicetur. *Longæuam* dicit Virgil. Vide prouerb. *Sibylla viuacior.* In Italiam veniſſe ſcribitur Aeneas antè Romam conditam annis ampliùs 400. Carthaginem conditam ante Romam annis 72. ſecundùm alios 97. Vnde colligas quanto antiquiorem Didonem faciat Maro, vtique magno ἀναχρονισμῷ.

105. ET VT MANES ADEAT P. AVER. PAT.] Virg. *Vnum oro (quando hic inferni ianua regis*
Dicitur, & tenebroſa palus Acheronte refuſo)
Ire ad conſpectum chari genitoris & ora
Contingat: doceas iter, & ſacra oſtia pandas, &c. C

106. ILLA DIV VVLT. TELLVRE MORAT. EREXIT] Cogitabundam aliquandiu ſiluiſſe intelligimus. Sic de facundo Vlyſſe pro ſe dicturo, lib. ſuperiore:

Aſtitit, atque oculos paulùm tellure moratos
Suſtulit ad proceres, exſpectatoq́; reſoluit
Ora ſono.

Quòd autem Dido 1. Æneid. Troianis reſpondens breuiter, & vultum demiſſa profatur, vtique matronæ pudenti decorum eſt.

107. TANDEMQVE DEO FVRIB. RECEPTO] De eius furore Virgil.

At Phœbi nondum patiens, immanis in antro
Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe deum. Tanto magis ille fatigat
Os rabidū, fera corda domans, fingitq́; premendo, &c. D

108. MAGNA PETIS, DIXIT] quia nimium
—— Facilis deſcenſus Auerni,
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, ſuperaſq́; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
Dis geniti potuere.

CVIVS DEXT. P. FERR. PIET. SPECT. P. IGNES] Vtrumque clarum ex 2. Aeneid. Ibi enim ſociis non multis comitatus acerrimè dimicat, & hoſtium ſternit quamplurimos, patremque ſenem ardente Troia exportat. Illud fortitudinis, hoc pietatis fuit. Virg. nobilitatis eius tantùm rationem habet hoc loco. Sic enim Sibylla, *Sate ſanguine diuûm, Tros Anchiſiade.*

110. PONE TAMEN, TROIANE, METVM] Animum Æneæ quem deiecerat difficultate propoſita, rurſum promiſſis erigit. A

111. ELYSIASQVE DOMOS, ET REG. NOVISS. MVNDI] De Elyſijs campis annotauimus quædam in Symb. ſuper 6. Aeneid. vbi de iis hunc in modū Poëta:

Deuenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſq́; beatas.
Largior hic campos æther & lumine veſtit
Purpureo, ſolemq́; ſuum, ſua ſidera norunt, &c.

Poſitum ſub terra mundum vocat noſter lib. 10. Ibidem *inamœna regna:* vbi loca damnatorum reſpicit. Supremum regnum mundi eſt cælum, medium terra cum aquis, infimum, ſeu nouiſſimum loca infera. Habet autem vnumquodque regem ſuum, de quo alibi.

112. SIMVLACRAQ. CHARA PARENTIS] Non ipſum parentem Anchiſen, ſed eius imaginem & vmbram. Vnde & Plutonem non animarum, ſed *vmbrarum dominum* in 10. appellat, & *leues populos, ſimulacraq́; functa ſepulchro.* Interdum tamen *animas* etiam poëtę nominant, vt ibid. *Exangues flebant animæ.* Vide Comment.

113. INVIA VIRT. NVLLA EST VIA] De efficacitate virtutis audi quid dicat Seneca epiſt. 66. *Nullum habent momentū vexatio & dolor, & quidquid aliud incommodi eſt, virtute enim obruitur. Quemadmodum minora lumina claritas ſolis obſcurat, ſic dolores, moleſtias, iniurias virtus magnitudine ſua eludit atque opprimit: & quocunque affulſit, ibi quidquid ſine illa apparet, extinguitur: nec magis vllam portionem habent incommoda, cùm in virtutem inciderint, quàm in mari nimbus.* Lege cætera. Opus ergo erit Aeneæ ad C deſcenſum iſtum virtute, quam ipſe præſtabit: deinde auro non qualicunque, ſed ramo aureo, qui Proſerpinæ donum offeratur.

114. FVLGENT. RAM. MONSTRAT] De hoc Maro: *—— Latet arbore opaca*
Aureus & foliis, & lento vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus ſacer: hunc tegit omnis
Lucus, & obſcuris claudunt conuallibus vmbræ.
Sed non antè datur telluris operta ſubire,
Auricomos quàm quis decerpſerit arbore fœtus.
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit.

Sed hunc tantum Aeneæ ibidē non Sibylla monſtrat; verùm geminæ columbæ illum eò perducunt, vbi & ſpecies eius deſcribitur.

SYLVA IVNONIS AVERNÆ] Proſerpina dici- D tur *Iuno auerna*, ſeu inferna, quomodo Pluto *Iuppiter infernus* Claudiano in 1. de Raptu, & noſtro iterū, atque etiam Maroni, vt vidiſti.

116. ET FORMIDAB. ORCI V. OPES, &c.] Lege Virgilium hæc omnia pertractantem, ad quæ digitum quaſi intendit Ouidius.

120. INDE FERENS LASSOS, &c.] Ab inferis aduerſa via cum laſſitudine ad ſuperos regrediens, ſermone miſcendo cum Sibylla laboris ſenſum ſibi minuit.

122. DVMQVE ITER H. PER OP. CREPVSC. CARP.] Virgil. *Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbram.*

123. SEV DEA TV PRAESENS, &c.] Gratiſſimus animus Aeneæ aduerſus bene meritam. Pro numine eam templis & ſacrificiis culturū ſpondet, cui vitam & ſalutem ſuam in acceptis ferat.

Sibylla

Sibylla promiſſos honores, vt ſe maiores, ingenuè deprecatur, & aperit, quo pacto virginitatis conſeruandæ oblatam cum perpetua iuuentute immortalitatem contempſerit, & nihilominus immenſam ſenectutem, quam nunc ingrediatur, adepta ſit.

RESPICIT hunc vates, & ſuſpiratibus hauſtis IV.
Nec dea ſum, dixit, ne ſacri thuris honore
Humanum dignare caput, neu neſcius erres,
Lux æterna mihi, carituráque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuiſſet amanti.
Dum tamen hanc ſperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit, elige, ait, virgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis. ego pulueris hauſti
Oſtendens cumulum, quot haberet corpora puluis,
Tot mihi natales contingere vana rogaui.
Excidit vt peterem iuuenes quoque protinus annos:
Hos tamen ille mihi dabat, æternámque iuuentam,
Si Venerem paterer. contempto munere Phœbi
Innuba permaneo: ſed iam fælicior ætas
Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra ſenectus,
Quæ patienda diu eſt: nam iam mihi ſæcula ſeptem
Acta vides: ſupereſt numeros vt pulueris æquem,
Ter centum meſſes, ter centum muſta videre,
Tempus erit, cùm de tanto me corpore paruam
Longa dies faciet; conſumptáque membra ſenecta,
Ad minimum redigentur onus, nec amata videbor,
Nec placuiſſe deo. Phœbus quoque forſitan ipſe
Vel non agnoſcet, vel dilexiſſe negabit,
Vſque adeò mutata ferar, nullique videnda,
Voce tamen noſcar: vocem mihi fata relinquent.

129. ET SVSPIRATIBVS HAVSTIS, &c.] A 1. Æneid. *Suſpirans, imoq́, trahens à pectore vocem.* Alicubi noſter, *Suſpiria ducit ab imo.*

130. NEC DEA SVM, NE S. THVRIS HONORE, &c.] *Haud equidem tali me dignor honore*, ait perſonam diſſimulans, & ſe Carthaginenſem virginem venatricem ſimulans Venus 1. Aeneid.

131. NEV NESCIVS ERRES, &c.] Dubitantem dea ne ſit, an tantùm diis acceptiſſima, cùm ei tanta libertas conceſſa ſit, vt impunè horrida & infeſta illa loca peragret, nunc conditionem ſuam docet.

132. LVX ÆTERNA MIHI, &c.] dies æterna, tempus viuendi perpetuum, citra mortem mihi offerebatur.

133. SI MEA VIRGINIT. PHOEBO, &c.] Exemplum φιλοπαρθενίας admodum notabile. Quamuis deo, & diuinitatem ſpondenti, corporis ſui florem vendere non vult. Vbi ſunt, quæ illum pecuniola permutant, cum dedecore ſuo & ignominia? Quàm porrò tectè & verecundè, vt virgo, ſtuprum circumloquitur?

134. PRAECORRVMPERE DONIS] antequam corrumperet corpus meum, priùs ſtuduit donis mentem polluere, & ſperans ſe impetraturum quod volebat, quidquid optaſſem, daturum ſe pollicitus eſt.

137. QVOT HAE. CORP. PVLVIS, &c.] tot natales (hoc eſt, tot annos, ſingulis enim annis natalis redit) optaui, quot atomos pugillus pulueris contineret, quem hauſeram. Poteſt nomine pulueris & arena capi, cuius corpora ſeu grana numeratu faciliora, quia maiora.

138. VANA ROGAVI, &c.] inconſideratè rogaui, quia, vt ſequitur, non addidi tot iuueniles, ſeu citra ſenectutem. Annos tam multos, ſed ſemper floridos optare me oportebat.

141. SI VENEREM PATERER] ætatem ſemper

per viridem cum immenſa annorum multitudine annuebat, ſi ipſi vellem obſequi. Tectè, & honeſtè dictum de fœminis, *pati Venerem*. hîc alicubi, *paſſa Iouem*. Et lib. 12. *Aequoreí vim paſſa dei.* A

Contempto mvn. Phoeb. innvb. perm.] chariorque mihi fuit integritas mea rebus quibuſcunque, & qualibuſcunque. Duo aureorum millia à viro nobili & copioſo pro vno concubitu oblata, virginem catholicam reſpuiſſe, ex litteris Patrum Societatis noſtræ iam pridem didicimus.

142. Sed iam felicior ætas terga dedit] anni meliores abierunt. Propter lapſum & præteritionem celerem, tempus & ætas fugere dicuntur.

143 Tremvloqve gradv ven. ægra senect.] *Aegra ſenectus*, quia ſenectus ipſa morbus eſt, vt alij in eam morbi non incurrant, quod ſecùs eſt. *Anni fragiles, & inertior ætas* 4. Triſt. eleg. 7. *Deterior ætas* 1. de Ponto eleg. 5. de Pallade anum fingente apud Arachnen lib. 3. B

— Poſuitq; ad tempora canos,
Sulcauitq; cutem rugis, & curua trementi
Membra tulit greſſu.

Seneca Medea: *Senio trementem debili, atque æuo grauem.* Manil. lib. 2. *Seros demum complectitur annos, Labenteſq; dies vitæ, tremulamq; ſenectam.*

144. Qvæ patienda div est] quia puluis ille habet nimiùm multa corpuſcula, quæ æquare debebit annorũ vitæ numerus. Et diu eſſe ſenem, eſt diu pati moleſtiam, ſeu incommoda multa.

Nam iam m. sæcvla sept. acta vid. &c.] Diſputant de *ſæculo*, quot annos includat. Si centum ponamus, vt plurimi, Sibyllæ vixit annos D C C. & victura eſt inſuper trecentos, vt ſumma conficiat mille, quia tot corpuſcula puluis hauſtus continuerit. Per æſtates & autumnos, vt per hyemes, non autem per ver, conſueuerunt poëtæ annos numerare. Quis hoc neſcit? ſed heus tu, etiam quæ ſciuntur in memoriam redigenda nonnunquam ſunt ſcientibus. Mirum verò manum vel pulueris, vel arenæ plenam non plures nongentis vel atomos, vel areolas continuiſſe. Diuinauit Ouid. hunc numerum velut in tranſitu.

147. Cvm de tanto me corp. parv. l. dies faciet, &c.] Dies genere muliebri pro tempore ſæpiùs. Tibullus, *Longa dies homini docuit parere leones.* Cicero ad Attic. lib. 3. epiſt. 15. *Dies autem non modò luctum hunc leuat, ſed etiam auget.* Corpus hominis diu viuendo decreſcit. Horat. ode 16 lib. 2. *Longa Tithonum minuit ſenectus*; fuitque ſimile fatum Sibyllæ, Tithoni Auroræ mariti. A qua cùm immortalitatem petiuiſſet, oblitus eſt ſimul *ἀγηρασίαν*, id eſt, vitam ſenectute carentẽ, perpetuamque iuuentam petere. Adeò igitur ſenectute exſiccatus, & contractis artubus ad paruitatem redactus eſt, vt in cicadam (id quod orabat) inſectum aridum & canorum conuerſus ſit. *De tanto corpore*, non quanto nunc ſum, multo enim iam minor ſum: ſed quanto fui, cùm Phœbo placerem, & ille mihi diſpliceret.

149. Nec amata videbar. nec placvisse deo, &c.] nemo credet, qui tum me videbit, formoſam fuiſſe, & Phœbo expetitam. Nec ipſe forſitan ampliùs me agnoſcet, qui nimirum agnouit, ſed non cognouit.

153. Voce tamen noscar] vocis nomine accipio non ſonum tantummodo vocis, ſeu inanem vocem: ſed fatidicam vocem, vt indicet, ſe facultatem vaticinandi cum corporea mole non amiſſuram.

Emerſus ab infernis ſedibus Æneas ad Caietam (ſic à nutrice ſua poſtmodum dictam) illic Macareum de ſociis Vlyſſis vnum reperit. Is Achæmenidem Græcum hominem, comitem ſuum inter Æneæ claſſiarios agnoſcit. Quærit de conditione ipſius. Achæmenides beneficium Æneæ erga ſe ampliſſimè prædicat, déque Polyphemi crudelitate, & ſorte ſua pluribus verbis memorat: fortunam, quam Macareus expertus ſit, viciſſim noſſe percupit.

V.

Talia conuexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam ſtygus emergit in vrbem
Troius Æneas; ſacriſq; ex more litatis,
Littora adit, nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoque ſubſtiterat poſt tædia longa laborum
Neritius Macareus, comes experientis Vlyſſei:
Deſertum quondam mediis in rupibus Ætnæ
Noſcit Achæmeniden, improuiſóque repertum
Viuere miratus, Quis te caſuſue, deuſue
Seruat Achæmenide? cur, inquit, barbara Graium

Prora

*Prora vehit? petitur veſtra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirſutus amictu,
Iam ſuus, & ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur Achæmenides: Iterum Polyphemon, & illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus,
Hæc mihi ni potior domus eſt, Ithacique carina:
Si minùs Ænean veneror genitore: nec vnquam
Eſſe ſatis potero (præſtem licet omnia) gratus.
Quòd loquor, & ſpiro, cælumque & lumina ſolis
Aſpicio (poſſúmne ingratus, & immemor eſſe?)
Ille dedit: quòd non anima hæc Cyclopis in ora
Venit: & vt lumen iam nunc vitale relinquam,
Aut tumulo, aut certè non illa condar in aluo.
Quid mihi tunc animi, niſi quòd timor abſtulit omnem
Senſum animumque, fuit, cùm vos petere alta relictus
Æquora * conſpexi? volui inclamare, ſed hoſti* * proſpexi
*Prodere me timui. veſter quoque clamor Vlyſſis
Pœnè rati nocuit. Vidi cùm monte reuulſum
Immanem ſcopulum medias permiſit in vndas.
Vidi iterum veluti tormenti viribus acta
Vaſta giganteo iaculantem ſaxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctúſue lapíſue carinam
Pertimui, iam me non eſſe oblitus in illa.
Vt verò fuga vos ab acerba morte reduxit,
Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam:
Prætentátque manu ſyluas, & luminis orbus
Rupibus incurſat; fœdatáque brachia tabo
In mare protendens, gentem execratur Achiuam,
Atque ait: O ſi quis referat mihi caſus Vlyſſem,
Aut aliquem ex ſociis, in quem mea ſæuiat ira;
Viſcera cuius edam; cuius viuentia dextra
Membra mea laniem: cuius mihi ſanguis inundet
Guttur, & eliſi trepident ſub dentibus artus,
Quàm nullum, aut leue ſit damnum mihi lucis ademptæ!
Hæc, & plura ferox. me luridus occupat horror
Spectantem vultus, etiamnum cæde madentes,
Crudeléſque manus, & inanem luminis orbem,
Membráque, & humano concretam ſanguine barbam.
Mors erat ante oculos: minimumque habet ipſa doloris.
Et iam prenſurum, iam nunc mea viſcera rebar
In ſua merſurum: mentique hærebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum
Ter quater affligi ſociorum corpora terræ.
Cùm ſuper ipſe iacens hirſuti more leonis,
Viſceráque, & carnes, cumque albis oſſa medullis,
Semianiméſque artus auidam condebat in aluum.
Me tremor inuaſit: ſtabam ſine ſanguine mœſtus,*

Mandentémque videns, eiectantémque cruentas
Ore dapes, & fruſta mero glomerata vomentem.
Talia fingebam miſero mihi fata parari;
Pérque dies latitans multos, omnémque tremiſcens
Ad ſtrepitum, mortémque timens, cupidúſq; mori,
Glande famem pellens, & miſta frondibus herba,
Solus, inops, exſpes, letho pœnæque relictus,
Hanc procul aſpexi longo pòſt tempore nauem,
Oráuique fugam geſtu, ad littuſque cucurri:
Et moui, Graiumque ratis Troiana recepit.
Tu quoque pande tuos, comitum gratiſſime, caſus,
Et ducis, & turbæ, quæ tecum eſt credita ponto.

154. TAlia convex. per iter memor. Sibylla] Hæc in reditu ab inferis dicta fuerunt, vt alia, quæ tacet; dixit enim, eos ſermone feſelliſſe viam. *Conuexum iter*, erant enim in aſcenſu, & arduo. Quanquam ratione deſcendentis potiùs conuexum, quàm aſcendentis. Nam conuexum eſt ex omni parte declinatum, qualis eſt natura cæli, quod ex omni parte ad terram verſus declinatũ eſt, vt ait Feſtus. Virgil. eclog. 4. *Aſpice conuexo nutantem pondere mundum.*

155. Evboicam in vrbem] Cumas, coloniam Chalcidenſium: Chalcis oppidum Eubœæ: quæ inſula Turcis hodie *Negroponto.*

157. Nondvm nvtricis habentia nomen] nondum dicebatur Caieta, quod nomen illi à nutrice Æneæ impoſitum eſt 7. Æneid.

Tu quoque littoribus noſtris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam, Caieta, dediſti.

Epitaphium infrà recitatur Sect. 10.

158. Post tanta l. laborvm] Ithacenſis erat hic Macareus. Neritus mons eius inſulæ. Hic cum Vlyſſe à Troia nauigans, varia cum eodem pericula & labores adierat.

159. Experientis Vlyssei] prudentis, prudentiam enim multa rerum experientia generat. Homero πολυμήτης. Cicer. pro Cluent. *A. Aurius vir fortis & experiens.*

160. Desert. qvond. in rvpib. Ætnæ] quod apud Æneam queritur, cùm ab eo in nauim recipi ſuppliciter orat, 3. Æneid.

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocij vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere.—

161. Noscit Achæmenio.] Cùm nullum inueniatur ἔτυμον vocis Achæmenides, conijcit Nannius Miſcellan. lib. 7. cap. 3. verum nomen fuiſſe Agamenides, quòd nimiùm diu manſerit in ſpelunca Polyphemi, dum ſocij abeunt: quomodo dictus eſt Parmeno, quòd aſſiduò permanſerit apud fores Thaidis, &c. Ingenioſè. Sed quis præſtabit ſyllabam *ga* extendi? Sanè in vocabulo *Agamemno* cõtrahitur. Eſt enim vtrobiq; ab *ἄγαν valdè.*

162. Qvis te casvsve, devsve servat, &c.] Tria quærit. Caſu aliquo, an diuinitus ſit ſeruatus? Quomodo factum, vt homo Græcus in naui barbara (nam omnes præter ſe Græci vocabant *barbaros*) atque adeò hoſtium naui aduenint? Quò tendat?

165. Iam non hirsvt. a. et spin. con-A ſert. &c.] Lib. proximè antecedente: *Iam liber hirſutam tibi falce recidere barbam.* De vtroq; Virgil.

Cùm ſubitò è ſyluis macie confecta ſuprema
Ignoti noua forma viri, miſerandaq; cultu,
Procedit, ſupplexq; manus ad littora tendit.
Reſpicimus: dira illuuies, immiſſaq; barba,
Conſertum tegmen ſpinis.

166 Iam svvs] iam ſui ſimilis. Aut, iam liber. Qui enim liber non eſt, alterius eſt.

168. Itervm Polyphem. et illos aspiciam, &c.] Deuouet ſe, & precatur ſibi denuò antrum Polyphemi, in quo ſocios vidit deuorari, niſi malit cum Ænea eſſe, quàm cum Vlyſſe ipſo: quem parentis loco veneretur: cuius in ſe meritorum partem nulla gratia, ne cogitanda quidem, ne dum referenda aſſequi poſſit, cùm tamen non B gratus eſſe non poſſit: quandoquidem eius beneficio viuat.

175. Et vt lvmen i. n. vitale relinq. &c.] Pone me iam mori, præſtitit mihi Æneas, vt humo operiar, vt terra, aut ſaltem non illo ventre immaniſſimæ belluæ condar. Lucret. lib. 6. *Dulcia linquebant labentis lumina vita.*

177. Qvid mihi tvnc animi, &c.] Lib. 1. *Quis tibi, ſi ſine me fatis erepta fuiſſes, Nunc animus, miſeranda, foret?* Ibidem annotata regusta.

Nisi qv. t. abstvl. om. sens. anim.] Correctio eſt. Quid quæro, quid mihi tunc animi fuerit, cùm timor, & tremor propter mortem ante oculos verſantem mihi omnem animum ſenſúmque adimeret? *Nullam partem animi habeo,* inquit ille apud Plautum.

178. Cvm vos petere alta relict. &c.] C Qui ſequuntur in hac ſectione verſus multiſaus, nihil aliud ſunt, quàm periphraſis eorum, quæ in 3. Æneid. de feritate & ingluuie Polyphemi Æneę commemorat Achæmenides. Tu locum cum loco, ſi placet, contende.

184. Giganteo lacerto] validiſſimo & maximo, quales gigantum lacerti.

186. Iam me non esse oblit. in illa] Eram extra nauim Vlyſſis, vagus in ſyluis, & ideo mihi timendum non erat, ne nauis pondere ſaxi in eam proiecti, aut alioqui fluctibus periret, & ego ſimul. Tamen timui, oblitus ſecuritatis meę.

187. An aeterna morte resolvit] nam ſi vos comprehendiſſet, deuoraſſet, aut ſaltem mactaſſet omnes.

189. Prætentaqve manv sylv. &c.] vt

cæcus

cæcus planè, propter oculum vnicum ab Vlyſſe A & ſociis effoſſum, de qua effoſſione tacere Ouidium miror. Virgil. autem his verbis:

Nam ſimul expletus dapibus, vinoq́ sepultus
Ceruicem inflexam poſuit, iacuitq; per antrum
Immenſum, ſaniem eructans, ac fruſta cruento
Per ſomnum commiſta mero: nos magna precati
Numina, ſortitiq; vices, vnà vndiq; circùm
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat.

Queritur Neptuno patri de hac iniuria apud Lucianum Tom. I. qui pollicetur vltionem: Vlyſſem enim adhuc nauigare.

192. O SI QVIS REFER. M. CAS. VLYSS. &c.] Oſtendit magnũ amiſſi oculi ſolarium habiturũ, ſi in Vlyſſem & ſocios pro arbitrio ſæuire poſſit.

199. SPECTANT. VVLT. ETIAMNVM, &c.] B Qualis aſpectus eius fuerit, vt meritò horrorem incuteret videnti. Totus ſanguine perfuſus, etiam ex vacuitate orbis illius in fronte media tam ingentis, fiebat horribilis & formidabilis.

202. MINIMVMQ. HABET IPSA OCL.] non dolebam quòd moriendum mihi videbam: ſed quòd tam miſerabiliter & crudeliter moriendũ.

205. QVO VIDI BINA MEOR. TER QVATER, &c.] Liuius Andronic. Odyſſ. *Quum ſocios noſtros mandiſſet impius Cyclops.* Virgil.

Vidi egomet, duo de numero cùm corpora noſtro
Prenſa manu magna, medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum.

Glareanus poſt *ter*, putat diſtinguendum, vt ſenſus ſit, vidi ter bina corpora quater affligi. Sex enim ſocios Vlyſſis deuorauit, vt Homerus ſcribit, A binos identidẽ affligens, & vt Maro ait, *ad ſaxum frangens*. Quid dicere potuerit Vlyſſes ipſimet Cyclopi, videns ita immaniter deuorari ſocios, Libanius in Progymnaſmatis pag. 156. Pariſ. Vide & Homeri Odyſſ. II. Potuit propemodum omnia & Achæmenides dicere. Mariangel Accurſius hîc *viua* pro *bina* legi in vett. libris annotat, & conciliare Homeri locum cum Maroniano nititur.

207. CVM SVPER IPSE IACENS HIRSVTI, &c.] Inaudita voracitas. Omnia deuorauit, etiam oſſa ipſa, quod nulla beſtia faceret. Ennius Annal. 9. *Cyclopis venter velut olim turſerat alts Carnibus humanis diſtentus.*

210. STAT. SINE SANGVINE MOESTVS] Refugit ſanguis timẽtibus, ideo exangues videntur.

211. MANDENT. VID. EIECTANT. &c.] quia B nimium ingerebat, ſurſum fruſta indigeſta egerebat. Virgil. *Vidi, atro cùm membra fluentia tabo Manderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus.*

212. MERO GLOMERATA] quod merum illi Vlyſſes dederat, eoq́ue priùs ebrium fecerat, vt Homerus refert.

214. PERQVE DIES LATITANS, &c.] Vide Virgil.

215. CVPIDVSQ. MORIRI] Priſcus infinitiuus. Ennius, *Seu viuimus' ſiue morimur*. Plaut. Vidul. apud Nonium, *Malim moriri meos, quàm mendicarier.*

217. INOPS, EXSPES] Horat. ad Piſon. *Si fractis enatat exſpes Nauibus.*

221. TV QVOQVE PANDE TVOS, &c.] Viciſſim de Macarei, Vlyſſis & ſociorum caſibus audite, vt Græcus de Græcis deſiderat, & hanc velut *ἀντίδοσιν* petit.

Ab Æolo Vlyſſes ventos vtri incluſos accepit.

Socij, rati aurum ibi eſſe, vtrem reſerant, ventiſq́ue erumpentibus ad portum repelluntur. Inde ad Læſtrygonas perueniunt, vbi regnabat Antiphates homo, vel fera potiùs importuniſſima. Mittitur ad eum Macareus cum duobus ſociis, quorum vnum deuorat, & ſuorum concitata multitudine naues ſaxis, & arborum truncis coniectis mergit: vna ſalua, in qua Vlyſſes Circæum appulſus eſt: à quo loco propter Circen Macareus Æneam abſterret, exponens porrò, quemadmodum ipſe cum 21. ſociis ex delectu deam conuenerit.

ÆOLON ille refert Thuſco regnare profundo: VI.
Æolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos:
Quos bouis incluſos tergo (memorabile munus)
Dulichium ſumpſiſſe ducem: flatuq́ue ſecundo
Lucibus iſſe nouem, & terram aſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam cùm ſeſe Aurora moueret;
*Inuidia ſocios, prædæq; cupidine * victos,* *captos,
Eſſe ratos aurum, dempſiſſe ligamina ventis.
Cum quibus iſſe retro, per quas modò venerat vndas,
Æoliique ratem portus repetiſſe tyranni.

Inde Lami veterem Læſtrygonis, inquit, in vrbem
Venimus: Antiphates terra regnabat in illa.
Miſſus ad hunc ego ſum, numero comitante duorum,
Vixque fuga quæſita ſalus, comitique mihique.
Tertius è nobis Læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo. fugientibus inſtat, & agmen
Concitat Antiphates. coeunt, & ſaxa trabéſque
Coniiciunt: merguntque viros, merguntque carinas.
Vna tamen, quæ nos ipſumque vehebat Vlyſſem,
Effugit: amiſſa ſociorum parte dolentes,
Multáque conqueſti terris allabimur illis,
Quas procul hinc cernis: procul hinc (mihi crede) videnda eſt
Inſula viſa mihi: tuque ô iuſtiſſime Troum
Nate dea (NEQVE ENIM FINITO MARTE VOCANDVS HOSTIS ES, ÆNEA) *moneo, fuge littora Circes.*
Nos quoque Circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores, immanſuetique Cyclopis
Ire negabamus: ſed tecta ignota ſubire
Sorte ſumus lecti: ſors me, fidúmque Politen
Eurylochúmque ſimul, nimiíque Elpenora vini,
Bíſque nouem ſocios Circæa ad mœnia miſit.

223. AEOL. ILLE REFERT THVSCO REGN. PROF. &c.] Æolum ex Sergeſta, ſeu Aceſta, Hippotæ Troiani filia, & Ioue natum narrat regnare in inſulis Æolus, quæ ſitæ ſunt in mari Tyrrheno Omnia quæ ſequuntur, vſque ad fabulam de Pico Latij rege, ex Homeri theſauris, ex Odyſſea, inquam, deſumpta ſunt, lib. 10.

THVSCO PROFVNDO] Sicut *altum* ſine adiecto, ita *profundum* pro mari, aut pelago. 12. Æneid. *Petet ille fugam, penitusq́ profundo Vela dabit.* *Profundum*, inquit Feſtus, *quod longè habet fundum.*

224. COHIBENT. CARCERE VENTOS] Lib. 4. *Clauſerat Hippotades æterno carcere ventos* 1. Æneid. de eius regno:

—— Hic vaſto rex Aeolus antro
Luctantes ventos tempeſtatesq́, ſonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat, &c.

225. BOVIS INCLVS. TERGO] vtri, de corio bouis confecto.

MEMORABILE MVNVS] memoria & mentione dignum, quo antea neminem affecerat, nec pòſt affecit. Ergóne ſine ventis manſit Æolus?

226. DVLICHIVM RVMPSISSE DVCEM] *Dulichium* inſulæ nomen, cui præfuit Vlyſſes, quomodo & *Ithaca*. Ambę poſitæ in mari Ionio.

227. LVCIBVS ISSE NOVEM] vſus eſt ventis fauentibus, per dies nouem.

ET TERRAM ASPEXISSE PETITAM] Ithacam ſuam petebat, quam in conſpectu iam habebat: cuius deſiderio, vt patriæ, quanto teneretur, ſatis inde patet quòd Calypſone dea immortalitatem pollicente, ſi apud eam maneret, recuſarit. Odyſſ. 5. Cicero 1. de Orat. *Ac ſi nos, id quod maximè debet, patria noſtra delectat: cuius rei tanta eſt vis, tanta natura, vt Ithacã illam aſperrimis ſaxulis, tanquã nidu-* A *lum affixã, ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.*

228. PROXIMA P. N. C. SESE AVR. MOVER.] ſurgente aurora decima, die decimo.

229. INVIDIA SOCIOS P. CVPID. CAPT. &c.] Infideles ſocij Vlyſſis partim inuidia ſtimulati, & bono domini ſui minimè gaudentes, quod debebant, ſed dolentes potiùs; partim cupidine auri ibidem latentis, vt putabant, excæcati vtrem vinculis demptis aperiunt.

231. CVM QVIBVS ISSE RETRO, &c.] Primum ex eo malum, quòd reiecti ſunt in littus vnde ſoluerant, ad Æolias nimirum.

233. LAMI VET. LÆSTRYG. IN VRBEM] Lamus Neptuni filius imperauit in Italia Læſtrygonibus: vrbem Læſtrygoniam vocat Homerus, quæ poſtea dicta eſt Formiæ, quamuis tunc Antiphates regnabat. Læſtrygonas Plin. lib. 7. tradit humanis carnibus veſci ſolitos. Vnde eorum immanitas ſatis conſtat. B

235. MISSVS AD HVNC EGO SVM, &c.] ad hoſpitium, ſeu commeatum petendum. Sed parum hoſpitaliter accepti ſunt. Vnum rex deuorauit; duo ægrè effugerunt.

238. FVGIENTIB. INST. ET AGM. C. ANTIPH.] deſcribitur crudelitas regis, & populi totius, Læſtrygonum, inquam, in Vlyſſem, cuius naues præter vnam, qua ipſe vehebatur, ſummerſerunt.

243. TERRIS ALLABIM. ILLIS, QVAS PROCVL, &c.] Circæum, ſiue Circæios oppidum, & promontoriũ. Fuiſſe olim inſulam teſtatur Plin. & affirmat nunc Ouidius.

244. PROCVL HINC VIDENDA] propter ea, quę ibidem paſſi ſunt, auerſatur eius aſpectum. Vel *procul*, inſinuans, nemini accedendam, quia nemo ibi tutus.

245. TVQVE Ô IVSTISS. TROVM, &c.] quod fama

ſama cognoſcetat, nempe Æneam eſſe virum probiſſimum, & Veneris filium.

246. NEQVE ENIM FINITO MARTE VOCAND. HOST.] Hoſtilitas vltra bellum, hoc eſt, tempus belli, durare non debet: nec poſitis armis retinendus animus armatus, ſi modò homines ſumus. Quare & conſulendum eſt rebus eorum, qui inimici eſſe deſierunt; & exſpectandum ab illis, quod fecerimus illis.

249. IMMANISVETIQ. CYCLOPIS] Pro feritate Polyphemi hoc attributum tanquam nimis leue notant Critici. in his copioſè Mariang. Accurſius in Diatriba. Defendit Ciofan.

250. IRE NEGABAMVS] ne contingeret nobis tale quid, quale apud Læſtrygonas & Cyclopem, A detrectabamus legationem ad Circen, moniti à Macareo, vt locum illum fugeremus.

SED TECTA IGNOTA SVBIRE S. SVM. LECTI] Neceſſe fuit igitur, ſorte deligi qui irent. Exiit ſors mea, Politæ, Eurylochi, Elpenoris, & aliorum 18. quos nominare nimis longum foret, & nihil attinet. Summa conficit 22. Homerus 23. habet.

252. NIMIIQVE ELPENORA VINI] vinoſi, temulenti. Hic apud Circen ad ebrietatem vſque cùm bibiſſet, de ſcalis lapſus, fractis ceruicibus extinctus eſt. Odyſſ. κ'. Meminit noſter 3. Triſt. 4. & in Ibin. Dixit *vini nimij*, vt Cic. in epiſt. quadam, *hominem accipies non multi cibi, ſed multi ioci*: vt habitû magis, quàm actû ſignificatû nouerimus.

Beſtiæ in atrio domus Circææ. A famulabus ad dominam deducuntur. Eius grauitas, habitus, gynecæum, opus, humanitas in aduenas. Quibus ex rebus potionem illis miſcuerit. Qua hauſta, verſi omnes in porcos præter Eurylochum, qui bibere detrectarat. Monita Mercurij, & flos donatus Vlyſſem tutum præſtiterunt. Porrigentem poculum, & virga caput permulcere volentem, ſtricto enſe ab ſe abegit. Datur mutua fides. Initur coniugium. Pro dote reſtituuntur in ſtatum priſtinum ſocij ſingulari cærimonia. Gratias agunt. Annum ibi hærent. Multa vident, & miranda audiunt. Ex quadam famularum Macareus mutationem Pici in auem diſcit.

QVÆ ſimul attigimus, ſtetimúſque in limine tecti, VII.
Mille lupi, miſtique lupis vrſique, leæque
Occurſu fecere metum: ſed nulla timenda,
Nulláque erant noſtro factura in corpore vulnus.
Quin etiam blandas mouere per aera caudas:
Noſtráque adulantes comitant veſtigia, donec
Excipiunt famulæ, pérque atria marmore tecta
Ad dominam ducunt. Pulchro ſedet illa receſſu,
Sublimi ſolio: pallámque induta nitentem,
Inſuper aurato circùm velatur amictu.
Nereïdes Nymphæque ſimul, quæ vellera motis
Nulla trahunt digitis, nec fila ſequentia ducunt.
Gramina diſponunt: ſparſóſque ſine ordine flores
Secernunt calathis, variáſque coloribus herbas.
Ipſa, quod hæ faciunt, opus exigit; ipſa quis vſus
Quoque ſit in folio, quæ ſit concordia miſtis
Nouit, & aduertens, penſas examinat herbas.
Hæc vbi nos vidit, dicta acceptáque ſalute,
Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.
Nec mora, miſceri toſti iubet ordea grani,

Melláque, vimque meri, & cum lacte coagula paſſo.
Quique ſub hac lateant furtim dulcedine, ſuccos
Adiicit. accipimus ſacra data pocula dextra,
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore,
Et tetigit virga ſummos dea dira capillos,
Et pudet, & referam. ſetis horreſcere cœpi:
Nec iam poſſe queri, pro verbis edere raucum
Murmur, & in terram toto procumbere vultu,
Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro:
Colla tumere toris: & qua modò pocula parte
Sumpta mihi fuerant, illa veſtigia feci.
Cúmque eadem paſſis (tantum medicamina poſſunt)
Claudor in antra. Suis ſolum caruiſſe figura
Vidimus Eurylochum: ſolus data pocula fugit.
Quæ niſi vitaſſet, pecoris pars vna fuiſſet
Nunc quoque ſetigeri: nec tantæ cladis ab illo
Certior ad Circen vltor veniſſet Vlyſſes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant ſuperi, nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitiſque ſimul cæleſtibus, intrat
Ille domum Circes, & ad inſidioſa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos
Reppulit, & ſtricto pauidam conterruit enſe.
Inde fides, dextræque datæ: thalamóque receptus
Coniugij dotem ſociorum corpora poſcit.
Spargimur ignotæ ſuccis melioribus herbæ:
Percutimúrque caput conuerſæ verbere virgæ,
Verbáque dicuntur verbis contraria dictis.
Quò magis illa canit, magis hoc tellure leuati
Erigimur; ſetæque cadunt: bifidóſque relinquit
Rima pedes: redeunt humeri, & ſubiecta lacertis
Brachia ſunt. flentem flentes complectimur illum,
Hæremúſque ducis collo: nec verba locuti
Vlla priora ſumus, quàm nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multáque præſens
Tempore tam longo vidi: multa auribus hauſi.
Hoc quoque cum multis, quod clàm mihi rettulit vna
Quattuor è famulis ad talia ſacra paratis.
Cum duce namque meo Circe dum ſola moratur,
Illa mihi niueo factum de marmore ſignum
Oſtendit iuuenile, gerens in vertice picum
Æde ſacra poſitum, multiſque inſigne coronis.
Quis foret, & ſacra quare coleretur in æde,
Cur hanc ferret auem, quærenti, & ſcire volenti,
Accipe, ait, Macareu: dominæque potentia quæ ſit
Hinc quoque diſce meæ: tu dictis adiice mentem.

254 STETIMVSQ. IN LIMINE TECTI] Me- A
tuentes id, quod poſtea euenit, videnteſque tot alioqui feroces beſtias, non audebant progredi à ianua.

255. MILLE LVPI, MISTIQ. LVPIS VRSIQ. &c.] Ex hominibus in hæc animalia potẽtibus herbis, & carminibus à Circe mutatos ait Virgil. cuius verba in ſuperioribus adduxi. Ergo luporum, vrſorum, leænarum, ſeu leonum formæ occurrentes, Macareum cum ſociis terrebant. Verùm nihil erat, cur timerent. Quaſi enim illos agnoſcentes, blandiebantur, & ſimul incedebant. Veritatem hoc habere opinati ſunt quidam, Circen fuiſſe meretricem, & quos amore ſui irretiuerat, pecuniis emunctos, & ad egeſtatem redactos, prædatores, viarum inſeſſores, homicidas effeciſſe. Quę vitia cùm ferarum ſint potiùs quàm hominum, ab B
Homero, & veteribus poëtis rem fabulæ velamẽto contectam eſſe, in beſtias, inquam, mutatos quos illa de poculo medicato, & à ſe porrecto bibentes virga ſua tetigiſſet.

259. COMITANT VESTIGIA] ἀρχαϊκῶς pro *comitantur*, vt *contemplo*, & alia multa apud Plautum. Vſus eſt eo in Triſtib. & in hiſce libris aliquoties: nec abſtinuit Propert. Locos congerit Ciofanus.

260. PERQVE ATRIA MARM. TECTA] marmore conſtrata.

261. PVLCHRO SEDAT ILLA RECESSV] in domo interiore, in conclaui ornatiſſimo, ſublimi in throno, in veſte aurea, & palla fulgenti ſedebat illa triuenefica.

264. QVÆ VELLERA MOT. N. TRAH. DIGIT. &c.] lanas & penſa in fila non deducunt. C

266. GRAMINA DISPONVNT, &c.] Habebat ergo Nereidas Nymphaſque dupliciter occupatas: alias in lanis, alias in herbis & floribus.

268. IPSA, QVOD HÆ F. OPVS EXIGIT] inſtat operis Circe, & vacare non ſinit. ἐργοδιῶκται Græcis qui præſunt operibus, & opus exigunt.

IPSA QVIS VSVS QVOQ. SIT IN FOLIO, &c.] Nouit quam vim per ſe ſingulæ herbæ, frondes & flores habeant, & quid efficiant hæc commiſta.

270. PENSAS EXAMINAT HERBAS] in pharmacis componendis & conficiendis ratio ponderis ducitur, vt neúe nimis parum, neúe nimis multum aſſumatur. Proinde trutina, ſeu libra adhibetur, qua omnia examinantur & penſantur.

271. VBI NOS VIDIT O. ACCEPTAQVE SALVTE] facta eſt conſalutatio inter nos & illam. Videtur autem illa, quod humanitatis fuit, ſalu- D
tando præueniſſe.

272. DIFFVDIT VVLTVS] ſignum lætantis animi exporrecta frons, & vultus diffuſus, qui contractus triſtitiam nuntiat. Lib. 8 *bonos vultus* nominauit, vbi de Philemone & Baucide ruſticis coniugibus Iouem & Mercurium hoſpitalem in modum accipientibus: *Super omnia vultus Acceſſere boni.*

ET REDDIDIT OMNIA VOTIS] reſpondit ex noſtra ſententia. Reſpondit non ſecùs ac volebamus.

273. MISCERI TOSTI IVBET HORDEA GRANI, &c.] Quibus ex rebus potionem miſcuerit hoſpitibus.

274. CVM LACTE COAGVLA PASSO] cum caſeo, vt exponit Raphaël.

276. ACCIPIM. S. DATA POCVL. DEXTRA] Honorarius fuit iſte hauſtus, porrectumque poculum ab ipſa domina beneuolentiæ indicium. *Sacra dextra*, vt *auri ſacra fames*, execranda dextra.

278. ET TETIGIT VIRGA SVMMOS, &c.] Vis tranſmutationis non in ſola potione venefica, ſed etiam in virga fuit, qua illorum capita leniter contigit. Infrà Pici famulos ſimiliter virgæ contactu in feras transferet.

DEA DIRA] nullam diritatem præſeferebat. Sed ad effectum dirum & dolendum reſpicit. Quid enim dirius, quàm in ſuem, immundam beſtiam ex homine tranſire?

279. SETIS HORRESCERE COEPI] Vt ſolet, mutationem iſtam particulatim deſcribit.

280. EDERE RAVCVM MVRMVR] grunnitum.

281. ET IN TERR. T. PROCVMB. VVLTV] De nullo animante veriùs, quàm de ſuibus illud Salluſtianum ex proœmio Catilin. vſurpari credo: *Quæ natura prona, ventriq; obedientia finxit.* Et illud de lib. 1. *Pronaq; cùm ſpectent animalia cætera terram.*

283. COLLA TVMERE TORIS] collum muſculoſum fieri, toroſum. *Colla toroſa boum* alibi.

ET QVA MODO POCVLA PARTE, &c.] manus, ſeu brachia abierũt in pedes porcinos anteriores.

285. CVMQVE EADEM PASSI, &c.] Omnes, præter Eurylochum, mutati ſunt in porcos, & proinde in antro, ſeu ſtabulo, ſeu, quod proprium eſt, in hara ſimul clauſi, vnus ſupra viginti.

287. SOLVS DATA P. FVG.] Mirum de tanto numero vnicum Eurylochum ſubodoratum eſſe maleficium. Sed eum liberat, quò ſuperſit ad Vlyſſem nuntius.

288. PECORIS PARS VNA FVISS. SETIG.] de numero porcorum fuiſſet. Setigerum pecus porci, lanigerum oues, ſquamigerum piſces, cornigerum boues. Lucretio lib. 2. capræ dicuntur *cornigeræ matres*, & oues *balantûm pecudes*. Verſiculos, quia ſuaues & venuſti, huc adſcribam:

Præterea, teneri tremulis cum vocibus hædi
Cornigeras norunt matres, agniq; petulci,
Balantûm pecudes. ita quod natura repoſcit,
Ad ſua quiſq; ferè decurrunt vbera lactis.

289. NEC TANTÆ CLAD. AB ILLO. &c.] nec fuiſſet, qui de tanta clade certiorem faceret Vlyſſem. Qui poſtmodum vindex aduenit.

291. PACIFER H. DEDERAT FLOR. CYLLEN. ALB.] Sceptrum Mercurij *caduceus* eſt, mittiturque deus ille ad pacem conciliandam. Vnde & ipſa virga ſignum pacis, qualem & præcones, ac pacis internuntij & interpretes geſtabant, *caduceatores* appellati. De herba *moly* Plin. lib. 24. cap. 4. *Radicem habet nigram, florem luteum, inuentu difficillima.* Odyſſ. κ'. Homerus.

Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δ' εἴκελον ἄνθος,
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. χαλεπὸν δ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι, θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Hanc igitur herbam pro amuleto contra Circæa veneficia Mercurius Vlyſſi dedit & monita adiecit. Vnde mox addit, *monitus cæleſtibus*.

296. ET STRICTO PAVID. CONTERRVIT ENSE] Porrigentem ſibi perinde vt aliis medicatum illud poculum, volentemque caput eius virga illa portentifica permulcere, indignabundus Vlyſſes educto gladio ab ſe repulit. Quem ob id, vt ob alia quoque laudat Horat. epiſt. 2. lib. 1.

A

Sirenum voces, & Circes pocula noſti,
Quæ ſi cum ſocys ſultus cupiduſq; bibiſſet,
Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors:
Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.

297. INDE FIL. DEXTRÆQ. DATA] viri virtutem & conſtantiam admirata Circe eum thalamo recepit, qui pro dote ſocios in priſtinam figuram ſibi reſtitui petiuit, & impetrauit.

299. SPARGIM. IGNOTÆ SVCCIS MEL. &c.] triplex genus cærimoniarũ adhibuit. Succis quibuſdam nobilibus corpora porcorum illorum conſperſit: capita eorundem virga conuerſa tetigit: verba ſuper iis, prioribus pugnantia effata eſt.

B

302. MAGIS HOC TELLVRS LEVAT. ERIG. &c.] Reuerſionem in antiquum corporis ſtatum, & humanam effigiem particulatim declarat.

305. FLENT. FLENT. COMPLECT. ILLVM, &c.] Lacrymæ & amplexus illi gaudium eorum de liberalitate & liberatione teſtabantur. Succedebant ſermones, quibus liberatori ſuo gratias ingentes agebant.

308. MVLTAQ. PRÆSENS TEMP. T. L. VIDI, &c.] Quantũ toto anno & videre, & audire poſſumus?

309. MVLT. AVRIB. HAVSI] 4. Æneid. *Vocemq; his auribus hauſi.* Aptè dictum, nam & aures ab hauriendis vocibus appellatas opinantur. Ad animum, & oculos quoque transfert Maro 4. Æneid. *Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.* Et lib 12. Latinus Turno: *Simul hæc animo haurï.*

311. VNA QVAT. E. FAM. AD TAL. S. PARAT.] Adminiſtras veneficiorum ſuorum habebat quatuor, alias vtique & diſtinctas à Nereidibus & Nymphis illis, de quibus ſuprà. Tametſi Pauſan. in Eliacis eaſdem fuiſſe autumat.

314. GERENS IN VERTICE PICVM] Statuam marmoream Pici iuuenis oſtendit Macareo hæc ancilla, in cuius capite viſebatur picus auis, quò συμβολικῶς cuius eſſet, indicaretur.

315. ÆDS SACRA POSITVM] velut ſacellum quoddam habebat Circe, ſiue lararium, vbi diis ſuis operabatur. In eo & honoris cauſſa Pici ſimulacrum poſuerat, & corona ornauerat, ob virtutem, quam in eo cognouerat, de qua mox dicetur.

319. TV DICTIS ADIICE MENTEM] aduerte animum, mentem mihi attende.

Picus Saturno genitus, Latij rex, iuuenis animo & facie inſignis, venationibus delectabatur. Quem Circe cùm expugnare molliſſimis precibus nequiret, quòd Canenti legitimæ vxori fidem inuiolatam ſeruare ſtatuerat, veneficio in auem ſui nominis conuertit. Exemplum commemorabile caſtitatis maritalis minas æquè vt blanditias fortiter aſpernantis.

VIII.

Picus in Auſoniis, proles Saturnia, terris
Rex fuit, vtilium bello ſtudioſus equorum.
Forma viro, quam cernis, erat: licet ipſe decorem
Aſpicias, fictáque probes ab imagine veram.
Par animus formæ; nec adhuc fortaſſe per annos
Quinquennem poterat Graiam quater edere pugnam.
Ille ſuos Dryadas Latiis in montibus ortas
Verterat in vultus: illum fontana petebant
Numina Naïades; quas Albula, quáſque Numici,
Quas Anienis aquæ, curſúque breuiſſimus Almo,
Narue tulit præceps, & opacæ Farfarus vndæ,
Quæque colunt Scythicæ ſtagnum nemorale Dianæ,
Finitimóſque lacus. ſpretis tamen omnibus, vnam
Ille colit nympham, quam quondam in colle Palatî
Dicitur ancipiti peperiſſe Venilia Iano.
Hæc vbi nubilibus primùm maturuit annis,
Præpoſito cunctis Laurenti tradita Pico eſt,
Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi,
Vnde Canens dicta eſt: ſyluas & ſaxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore ſuo, volucréſque vagas retinere ſolebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina voce,
Exierat tecto Laurentes Picus in agros,

Indi-

Indigenas fixurus apros, tergumq́; premebat
Acris equi, læuáque haſtilia bina gerebat,
Phœniceam fuluo chlamydem contectus ab auro.
Venerat in ſyluas & filia ſolis eaſdem:
Vtque nouas legeret fœcundis collibus herbas
Nomine dicta ſuo Circæa reliquerat arua.
Quæ, ſimul ac iuuenem virgultis abdita vidit,
Obſtupuit: cecidere manu, quas legerat herbas,
Flammáque per totas viſa eſt errare medullas.
Vt primùm valido mentem collegit ab æſtu,
Quid cuperet, faſſura fuit. ne poſſet adire
Curſus equi fecit, circumfuſusq́; ſatelles.
Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
Si modò me noui, ſi non euanuit omnis
Herbarum virtus, nec me mea carmina fallunt.
Dixit: & effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri. prætérque oculos tranſcurrere regis
Iuſſit, & in denſum trabibus nemus ire videri,
Plurima quà ſylua eſt, & equo loca peruia non ſunt.
Haud mora: continuò prædæ petit inſcius vmbram
Picus, equique celer ſpumantia terga reliquit,
Spémque ſequens vanam, ſylua pedes errat in alta.
Concipit illa preces, & verba precantia dixit,
Ignotosq́; deos ignoto carmine adorat:
Quo ſolet & niueæ vultum confundere Lunæ,
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoque cantato denſatur carmine cælum,
Et nebulas exhalat humus: cæciſque vagantur
Limitibus comites: & abeſt cuſtodia regis.
Nacta locum tempusq́;, Per, ô, tua lumina, dixit,
Quæ mea ceperunt, pérque hanc, pulcherrime, formam,
Quæ facit vt ſupplex tibi ſim dea, conſule noſtris
Ignibus, & ſocerum, qui præuidet omnia, Solem
Accipe; nec durus Titanida deſpice Circen.
Dixerat: ille ferox ipſámque precéſque repellit,
Et, quæcunque es, ait, non ſum tuus: altera captum
Me tenet, & teneat per longum, comprecor, æuum:
Nec Venere externa ſocialia fœdera lædam,
Dum mihi Ianigenam ſeruabunt fata Canentem.
Sæpe retentatis precibus Titania fruſtra,
Non impunè feres, neque, ait, reddêre Canenti:
Læſáque quid faciat, quid amans, quid fœmina, diſces
Rebus, ait, ſed amans, & læſa, & fœmina, Circe eſt.
Tum bis ad occaſum, bis ſe conuertit ad ortum,
Ter iuuenem baculo tetigit: tria carmina dixit.
Ille fugit, ſed ſe ſolito velociùs ipſe
Currere miratus, pennas in corpore vidit.

Séque nouam ſubitò Latiis accedere ſyluis
Indignatus auem, duro fera robora roſtro
Figit, & iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem:
Fibula quod fuerat, veſtémque momorderat aurum,
Pluma fit, & fuluo ceruix præcingitur auro,
Nec quidquam antiquum Pico, niſi nomina, reſtat.

320. IN AVSONIIS TERRIS] in Latio, quæ pars eſt Auſoniæ, ſiue Italiæ. In Latium autem venit pulſus à Ioue Saturnus, vt eſt 1. Faſt. & 8. Æneid.

321. VTIL. BELLO STVDIOS. EQVOR.] *Picus equûm domitor, ἱππόδαμος*, 7. Æneid. *Equus* eſt animal bello maximè idoneum, de quo ſuperioribus libris. Quis verò & vectariũ eſt, & arationi aptum, Anchiſes conſpectis in Italiæ littore quatuor equis paſcentibus, & bellum inde, & pacem ominatur. Verſus apponam:

Quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi,
Tondentes campum latè candore niuali.
Et pater Anchiſes, Bellum ô terra hoſpita portas.
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen iidem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & fræna iugo concordia ferre,
Spes eſt pacis, ait.

Vtrumque ſimiliter, bellum puta, & pacem cum vbertate rerum ad victum pertinentium ominati ſunt Carthaginenſes effoſſo capite equino, illo loco, vbi Iunoni templum excitare parabant. Sic enim legimus 1. Æneid.

Lucus in vrbe fuit media, lætiſſimus vmbra,
Quo primùm iactati vndis & turbine Pœni
Effodere loco ſignum, quod regia Iuno
Monſtrarat, caput acris equi: ſic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per ſecula gentem.

322. LICET IPSE DECOR. ASP. &c.] intuere, & crede oculis tuis, & ex ἀντιτύπῳ τὸ πρωτότυπον cognoſce.

324. PAR ANIMVS FORMÆ] Sæpe videmus animum formæ imparem. Id eſt, pulchritudine oris excellentes tum viros tum fœminas: ſed mente ſtolidos, quę maior multo eſt quàm corporis deformitas. Quemadmodum autem inuenuſta eſt puella pulchris oculis nihil videns: ita odioſa eſt in corpore belliſſimo anima nihil ſapiens. Eccleſiaſtici verbum eſt: *Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra, & fatua.*

NEC ADHVC SPECTASSE PER ANN. &c.] Lego ex editione & correctione Lipſienſi hoc modo, *nec adhuc ſpectaſſe per annos Quinquennem poterat Graiam quater edere pugnam.* Id eſt, vt Corrector ille explicat, nondum per ætatem ei licuit quater ſpectatorem agere ludorum Olympicorũ, qui quinto quoque anno celebrabantur: quippe minori natu annis xx. τὸ *edere* vult *dicere*. Nondum poterat dicere Picus, ſe quater ſpectaſſe olympiam. Ergo annum viceſimum nondum attigerat. *Olympia* vrbs inter Oſſam & Olympum montes, quæ & *Piſa* Stephano, à Piſa fonte. *Olympia* ludi publici ac ſollemnes in honorem Iouis, ab vrbe proxima, ſicut ipſa vrbs à vicino monte: mons à ſplendore, ſeu claritate, quaſi ὅλος λαμπρός, totus ſplendidus, qui excelſitate ſua penetrat nubes. Vnde poëtis pro cælo. De ludis Olympicis dictum lib. 1.

326. ILLE SVOS DRYADAS, &c.] Quærit Poëta tanto maiorem laudem Canenti, cuius coniugiũ & amorem tot nymphis antepoſuit Picus.

327. SVOS VERTERAT IN VVLTVS] omnium nympharum oculos in ſe conuerterat. Cic. alibi ex Poëta vetuſto: *Cuius ob os Graij ora obuertebant ſua.* Illecebroſius nihil eſt ex rebus omnibus aut dignitate in viro, aut venuſtate in fœmina.

329. CVRSVQ. ABSVMS. ALMO] quia non procul à capite ſuo in Tiberim ſe exonerat.

331. SCYTHICÆ DIANÆ] quæ apud Tauros Scythiæ Europææ populos humano ſanguine, aduenis videlicet immolãdis colebatur. Quam crudelitatem Romani ſuſtulerunt. De eius ſimulacro per Oreſten ablato, & in nemus Aricinum tranſlato ſimul cum ſacris & ſorore Iphigenia eius ſacerdote, (vnde Oreſtæa dea) 1. de Pont. eleg. 3. Vide item 4. Triſt. eleg. 4.

333. IN COLLE PALATI, &c.] in monte Palatino. Venilia antiquiſſimo regi Italiæ Iano Canentem peperit.

335. VIX NVBILEM. PRIM. MATVR. ANNIS] Imitatio Virgiliana. Sic enim ille li. 7. de Lauinia. *Iam matura viro, plenis iam nubilis annis.* Claudian. 1. de Rapt. *Iam vicina toro plenis adoleuerat annis.* Huiuſcemodi puellas viro tempeſtiuas, ac nubiles Græci λυσιζώνους vocant, quaſi dicas ſoluizonas. Lege Hieronym. Magium lib. 1. c. 2. Loquens de filiabus Lycomedis regis iam nubilibus Statius li. 1. Achilleid.

—— Omnibus idem
Cultus, & expleto teneri iam fine pudoris
Virginitas matura toris, animiq́; tumentes.

336. PRÆPOSITO CVNCT.] Procos enim plures habebat: ſed parentibus placuit ex omnibus Picus; hunc generum aſciuerunt. Laurentem dicit ab oppido Laurento, quod condidit. Cui oppido nomen datum à lauro, ibidem loci inuenta.

337. RARA QVIDEM FACIE, SED RARA, &c.] Exſequitur laudes Canentis. Primùm facie excelluit. *Rara facies*, quia rarò inuenitur ſingularis & eximia pulchritudo. Et omnia præclara ſunt rara, ideo verbum hoc *rarum* adhibent ſcriptores pro eo quod inſigne admodum, viſendum, admirandum, valdè commendandum eſt. Deinde talis in ea canendi facultas (ex qua etiam vocabulum ſortita eſt) vt planè Orpheum æquaret, nec minùs quàm ille arbores, ſaxa, feras & flumina traheret, non lyræ ſonitu, ſed vocecula, qua nihil ſuauius audiri poterat.

342. EXIERAT TECTO LAVR. PICVS IN AGROS] cùm vt illam audiret: tum vt viciois in ſaltibus apros venaretur.

343. TER-

A

343. TERGVMQVE PREMEBAT] Lib. 8.

Purpureuſq; albi ſtratu inſignia pictis
Terga premebat equi, ſpumantiaq; ora regebat.

344. LÆVAQVE HASTIL. BINA GEREN.] 1. Æneid. *Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.*

345. PHOENICEAM FVLVO CHLAMYD. &c.] cuius chlamydē purpureā limbus ambibat aureus.

346. ET FILIA SOLIS] Circe.

347. NOVAS HERBAS] recentes, ad veneficia.

350. CECIDERE MANV QVAS LEG. HERB.] In repentinis & vehementioribus affectibus ſolet contingere, vt è manibus labantur, quæ tenebamus, reſolutis viribus. Vide ſcripta ad illud non longè ab initio lib. 3. *Effluxere vnda manibus.*

352. VALIDO MENT. COLLEG. AB ÆSTV] vt ad ſe rediit, vt ſe collegit. Abripiuntur homines viſis & auditis ſubitò, & ſurripiuntur ſibimet: nec ſunt in poteſtate noſtra, quos motus primos appellant. B

354. CIRCVMFVSVSQVE SATELLES] Regem ſtipatores nunquam deſerere debent. Et digni ſunt cuſtodia perpetua, qui totam rempublicam cuſtodiunt.

355. VENTO RAPTARE LICEBIT] Venti ſunt rapidi, & in exprimenda celeritate, eorum mentio ſolet eſſe.

356. SI MODO ME NOVI, SI NON EVAN. &c.] Vno verbo, ſi ſum Circe. Omnia hac voce continentur. Huiuſcemodi orationis lumen in re maiore habes lib. 3. vbi Iuno pellicem è Ioue grauidam dolens, cum magnis minis:

Ipſa petenda mihi eſt: ipſam, ſi maxima Iuno
Rite vocor, perdam: ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet, ſi ſum regina, Iouiſq;
Et ſoror & coniux.

C

358. EFFIG. NVLLO C. CORP. FALSI F. APRI] Spectrum, εἴδωλον excitauit, quo rex in deuia seduceretur.

361. PRÆDÆ PET. INSCIVS VMBRAM] *Prædam* dicunt plerumque Poëtæ, quod inſectantur venatores. Hic aper nuda & ſola imago erat prædæ.

363. SPVMANTIA TERGA RELIQVIT] Terga equorum tectiùs ſudantia, ni fallor. Deſcendit igitur de equo Picus, quoniam loca equis peruia non erant, propter denſitatem nemoris, vt dictum eſt.

364. SPEMQVE SEQVENS VANAM, &c.] Bina haſtilia ferens, & pedibus veſtigans aprum illum imaginarium, ſperabat ſe reperturum, & confixurum. D

366. IGNOTOSQVE DEOS IGNOT. CARM. ADORAT.] illius loci deos, quos ipſa non nouerat, veneratur carmine ignoto, quod illi ante id tempus non audierant, magico inquam.

367. QVO SOLET ET NIVEÆ VVLT. &c.] Atrum illum colorem, vt videtur, cùm luna deficit, putabantur ſagæ ſuis cantionibus inducere, cùm illam conarentur cælo deducere. *Niueam* intellige candidam, & quaſi argenteam, cùm ſolis lux appareat auro ſimilis, & ob id *ſol aureus*, luna nunquam.

368. ET PATRIO CAPIT. EXH. SVBTEX. NVB. &c.] ipſi ſuli. 3. Æneid. *Calum ſubtexere fumo.* Tibull. eleg. 1. lib. 4.

Quamuis prætexens picta ferrugine cælum
Venturam admittat imbrifer arcus aquam.

Creant eædem mulieres, ſæculorum incommoda & miniſtræ cacodæmonum tempeſtates, & quaſuis cæli perturbationes, vt tunc quoque fecit Circe, quò ſolum inueniret iuuenem dilapſis comitibus, & per nebulas dominū vagè quęritantibus.

372. PER Ô TVA LVMINA, &c.] nihil charius oculis: & per quæ ſunt hominum chariſſima & gratiſſima orare conſueuimus. Catull. ad Quintium ſcitè:

Quinti, ſi tibi vis oculos debere Catullum,
Aut aliud, ſi quid charius eſt oculis:
Eripere ei noli multo quod charius illi
Eſt oculis, ſeu quid charius eſt oculis.

373. QVÆ MEA CEPERVNT] Oculi capiunt oculos. In oculis eſt laqueus, quo irretiuntur & implicantur amantes. Iuditha cap. 9. orans Deum ſuper extinguendo Holoferne: *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me.* Id eſt, oculi, & vultus meus, ſpecies mea fiat oculis eius laqueus, quo capiatur & teneatur. Cùm Telemus vates prænuntiaſſet Polyphemo, futurum, vt vnicum illi lumen, ſeu oculus, quem in media fronte gerebat, raperetur, irridens ille vaticinium, ab alia iam raptum dicit, puta à Galatea, quam ſpectauerat, lib. 13.

375. SOCERVM SOLEM ACCIPE] me ſi ducas, Solem habebis ſocerum, quem nihil latet. Magna vtique potentia. Lib. 2. *Sol oculus mundi, quibus aſpicit omnia vidit.*

377. ILLE FEROX IPSAMQVE PRECESQVE REPELLIT] animoſus, plenus ingentis ſpiritus (non enim, quod imperitiores putant, ſemper eſt in vitio iſtuc verbum) rogantē iubet ab ſe faceſſere. Sic Auroram ſe ſollicitantem, amore Procridis legitimæ coniugis ab ſe reijcit lib. 7. Cephalus.

378. QVÆCVNQVE ES, AIT, NON SVM TVVS] ſiue tu filia Solis, ſiue ipſius Iouis es, ſiue dea es, vt dicis, ſiue non es, nihil volo mihi tecum eſſe. *Tuus* & *meus* in amoribus conceſſis inconceſſis ponuntur.

ALTERA CAPTVM ME TENET, &c.] Quàm caſtè, & vt ita dicam coniugaliter? Totum ſe Canentis ſuæ dicit eſſe. Sibi & illi longam ætatem precatur. Fœdus coniugale vſque ad vltimum halitum illius ſeruaturum affirmat. Sic Stat. Claudiæ vxori, quam κυρίδιον κυρίδιαν, adoleſcens virginem duxerat, inuictam & perpetuam in caſtitate coniugali conſtantiam ſpondet Syluar. 4.

—— Hæc mens tua nempe benigna,
Quam mihi ſorte Venus iunctam florentibus annis
Seruet & in ſenium. Tua, quæ me vulnere primo
Intactum thalamis, & adhuc iuuenile vagantem
Fixiſti; tua fræna libens, dociliſq; recepi,
Et ſemel inſertas non mutaturus habenas
Vſque premo. ——

383. NEQVE REDDERE CANENTI] quia mutabatur is in auem.

384. LÆSAQ. QVID FACIAT, QVID AMANS, &c.] Syllogiſmus eſt, continet enim propoſitionem, & aſſumptionem, vnde colligitur concluſio. Et fæmina, & læſa, & amans grauiter iraſcitur, & vlciſcitur ſe acerrimè. Sed Circe eſt fæmina, & læſa, quia etiam cum precibus repulſa, & amans. Ergo, quod hinc efficitur, ſe vlciſcetur grauiſſimè.

386. TVM BIS AD OCCASVM, BIS SE CONVERT.

VERT.&c.] Cærimoniæ magicæ. Et obſerua numerum ternarium in iis valere, de quo ſcripſimus in Symb. ad eclog. 8.

388. ILLE FVGIT, SED SE SOLITO VELOCIVS,&c.] metamorphoſis, & natura Pici roſtrũ in arbores impingentis. Impactionis huius faceta ratio ſubiicitur.

393. PVRPVREVM CHLAMYDIS PENNÆ, &c.] Quænam in quid mutata ſint. Phœnicea chlamyde coopertum fuiſſe dixit ſuprà.

394. VESTEM QVE MOMORDERAT] *Teritur* A *quà ſutilis aluo Balthem, & laterum iuncturas fibula mordet*, Virgil. 12.

395. ET FVLVO CERVIX PRAECINGITVR AVRO] fibula aurea conuerſa eſt in circulum aureum, ambientem collum Pici.

396. NEC QVICQV. ANTIQV. PICO, &c.] Omnia perdidit, præter nomen. Nihil de priſtina forma & figura in eo remanſit, niſi ſolum nomen, vt in compluribus. E Seruio diſcimus ideo fictam hanc metamorphoſin, quòd primus hac aue in auſpiciis vſus ſit: augur quippe fuit.

Comites Pici dominum per agros inclamare, & à Circe ſola reperta cum minis requirere. Illa variis & portentoſis rebus productis, eos conſternare, & tactis virga capitibus in feras omnes transformare. Inquiritur à reliqua famulorum turba, & à populo per ſyluas, per noctem etiam cum facibus, ab vxore in primis ſex continuis diebus & noctibus. Quæ demum ad ripam Tiberis contabeſcit. Locus ab ea nomen ſortitur. Circe poſt annum diſceſſuris Vlyſſi cum ſociis reliqua pericula prædixit.

IX.

INTEREA comites clamato ſæpe per agros
Nequicquam Pico, nulláque in parte reperto,
Inueniunt Circen (nam iam tenuauerat auras,
Paſſáque erat nebulas ventis ac ſole reſolui)
Criminibuſq́; premunt veris, regémque repoſcunt:
Vimque ferunt, ſæuiſque parant inceſſere telis.
Illa nocens ſpargit virus, ſuccóſque veneni:
Et noctem noctiſque deos erebóque chaóque
Conuocat: & longis Hecaten vlulatibus orat.
Exiluere loco (dictu mirabile) ſyluæ:
Ingemuitq́; ſolum: vicináque palluit arbor:
*Sparſáque ſanguineis rubuerunt *gramina guttis:* * pabula
Et lapides viſi mugitus edere raucos:
Et latrare canes: & humus ſerpentibus atris
Squallere: & tenues animæ volitare videntur.
Attonitum monſtris vulgus pauet, illa pauentûm
Ora venenata tetigit mirantia virga:
Cuius ab attactu variarum monſtra ferarum
In iuuenes veniunt; nulli ſua manſit imago.
Preſſerat occiduus † Tarteſſia littora Phœbus, † Carteſia
Et fruſtra coniux oculis animóque Canentis
Exſpectatus erat, famuli populuſq́; per omnes
Diſcurrunt ſyluas, atque obuia lumina portant.

Nec

Nec ſatis eſt Nymphæ flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem: facit hæc tamen omnia, ſéque
Proripit, & latos errat veſana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia ſolis
Lumina viderunt inopem ſomnique cibique
Per iuga, per valles, quà fors ducebat, euntem.
Vltimus aſpexit feſſam luctúque viáque
Tibris, & in gelida ponentem corpora ripa:
Illic cum lacrymis ipſos modulata dolores,
Verba ſono tenui mœrens fundebat: vt olim
Carmina iam moriens canit exequialia cycnus.
Luctibus extremùm tenues liquefacta medullas
Tabuit, inque leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt: quem rite Canentem
Nomine de Nymphæ veteres dixêre coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Viſáque ſunt. reſides, & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum, rurſus dare vela iubemur:
Ancipitéſque vias, & iter Titania vaſtum
Dixerat, & ſæui reſtare pericula ponti.
Pertimui, fateor, nactúſque hoc littus, adhæſi.

397. INTEREA COMITES CLAMATO SÆPE, &c.] Quem oculis non videbant, inueſtigare cogebantur fideles famuli, & ſublatis altè clamoribus requirere.

399. NAM IAM TENVAVERAT AVRAS, &c.] ne quis obijciat, illam videri in caligine illa & nebulis non potuiſſe. Ventus & ſol eas diſcuſſerant.

401. CRIMINIS VSQ. PR SMVNT VERIS, &c.] Verum ei crimen obiectant. Eam ſcite quid eo factum ſit, & vbi ſit. Reddi eum ſibi cum minis & telis intentatis poſtulant.

403. ILLA NOCENS SPARGIT VERVS, &c.] Ad ſolita præſidia, ad artes, inquam, ſuas confugit, quarum vim ſummam oſtendit primùm in rebus inanimis. Syluæ ſubſiluerunt, tellus ingemuit, arbores expalluerunt, gramina rore ſanguineo perfuſa ſunt, lapides ſonuere. Deinde in animans. Latrarunt canes: effuderunt ſe humi ſerpentes: viſæ ſunt vmbræ & manes per aërem ferri: vulgus (ita vocat ſatellitum Piei numerum, ſeu cohortem) pauore concuſſum eſt.

411. TENVES ANIMÆ] exangues lib. 10. Virgil. libr. 6.

Et ni docta comes tenues ſine corpore vitas
Admoneat volitare caua ſub imagine formæ,
Irruat, & fruſtra ferro diuerberet vmbras.

VOLITARE VIDENTVR] Exemplaria quædam *Silentûm* pro *videntur* præferre monet Accurſius, vt legendum intellectus, qui à ſuperioribus dependet monſtris, poſtolat. Hoc enim ait: *Et viſa ſunt tenues ſilentûm ani ma volitare.*

412. ILLA PAVENT. ORA VENENATA, &c.] Omnes in monſtra attactu virgæ ſuæ conuertit, nec vnus euaſit. Lupos, canes, vrſos, leones, apros effecit.

416. PRESSER. OCCID. TARTES. LIT. PHOEB.] A *Carteſia littora*, legit Ciofanus, à Carteia vrbe Hiſpaniæ, quæ ſit eadem cum Tarteſſo, teſte Plin. l. 3. cap. 1. Lib. 11. *Pronus erat Titan, inclinatoq́; petebat Heſperium temone fretum.*

417. ET FRVSTRA CONIVX OCVLIS, &c.] Canens virum ſuum ad veſperam domi exſpectabat magno deſiderio, ſed fruſtra.

418. FAMVLI, POPVLIQ. P. OMN. D. SYLV. &c.] Miſit complures famulos, quibus de populo ſe non pauci adiunxerunt, cum accenſis lampadibus & funalibus per ſyluas indagantes.

420. NEC SATIS EST NYMPHÆ FLERE, &c.] Tenera mulier non fuit contenta fleuiſſe, capillum laniaſſe, pectus planxiſſe, quæ ſatis amorem eius in maritum teſtari poterant; etiam foras erupit, poſitoq́; pudore, & neglecta grauitate per agros, montes, valles, ceu lymphata diſcurrens, eum vt inue-
B niret laborauit.

423. SEX ILLAM NOCTES, TOTIDEM, &c.] Cibi & ſomni expers manſit diebus ac noctibus ſex. De Orpheo poſt iteratò perditam Eurydicen l. 10.

——— Septem tamen ille diebus
Squallidus in ripa Cereris ſine munere ſedit:
Cura dolorq́; animi, lacrymaq́; alimenta fuere.

Cibo potuque carere hominem poſſe dies 11. ſtatuit Plin. lib. 11. cap. 24. Mulierem ſe nouiſſe Coloniæ ſcribit Albert. Magnus de Anima libr. 7. tract. 3. quæ 30. diebus nihil omnino guſtarit: virum verò, qui idem diebus 50. fecerit, niſi quòd alternis diebus pauxillum aquæ aut vini ſumebat.

426. VLTIMVS ASPEXIT FESS. &c. TIBRIS] tandem ad Tiberim deuenit.

428. ILLIC CVM LACRYM. IPSOS MODVL. DOLOR. &c.] In ripa Tiberis ſedens, cum lacrymis dolores ſuos cantauit, ſono tenui, imitata cycnum,

qui moribondus dicitur io funus ſuom cãtare ſuauiſſimè. Et notiſſimum eſt ea de re diſtichon Martialis, in quam ſententiam & Dido epiſtolam ſuam ad Æneam iochoat:

Sic, vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

Eſt hæc quidem communis opinio, hauſta ex quibuſdam ſcriptoribus, & poëtis maximè: ſed falſa, vt oſteodimus & docoimus in Symbolis ad librom 1. Æoeid. ibi: *Et cœtu cinxere polum, cantuſq́ dedere.*

431. LVCTRA. EXTREM. TEN. LIQ. MEDVLL. &c.] Hic finia optimæ Caoeotis. Luctus perpetoitate rabefacta & abſumpta eſt penitus; quemadmodum & Artemiſia regioa Cariæ, propter Mauſolom cooiugem ſuum. Porrò Canenti ſimilis fingitur lib. 4. Clytie, qoę à ſole ſpreta, tandem io heliotropiom migrat:

——— Et ſub Ioue noctē dieq́
Sedit humo nuda, nudis incompta capillis.
Perq́ nouem luces expers vndeq́ cibiq́,
Rore mero, lacrymiſq́ ſuis ieiunia pauit.

433. FAMA TAMEN SIGN. LOCO EST, &c.] Hypallage videtur, potiùs enim locus ſignatos, notatus & celebratus eſt fama: dicitor enim paſſim Caoens, eò quòd ibi in auras extabuerit Caneos, Pici règis vxor.

435. TALIA MVLTA MIHI LONG. NARRA. PER ANNVM] Suprà:

Annua nos illic tenuit mora: multaq́, præſens
Tempore tam longo vidi: multa auribus hauſi.

Hauſit ab ancillis multas fabellas Macareus io ſummo otio, & tam longo temporis ſpario. Vidit etiam monimenta quædam locorum illorum: oec enim ſemper iotra ædes Circæas latitabat. Sæpiùs loca illa luſtratum exibat.

436. RESIDES, ET DESVETVD. TARDI RVRS. &c.] Exacto anoo, iam otio illo tam longo marcidi & deſueti nauigare, iubemur à Circe denuo oauem conſcendere.

438. ANCIPITASQ. VIAS, ET ITER TIT. &c.] Ipſa Circe de curſu quem teneremus noa docuit, deq́oe periculis monuit. Facit hoc ab Ænea rogatus Helenus 3. Æneid.

*440. NACTVSQVE HOC LITT. ADHÆSI] Io hoc Cumano littore metu periculorum nobis denuntiatorum reſtiti, cùm me ſcilicet à ſocijs ſubduxiſſem.

Ad res Æneæ regreditur. Epitaphium Caietæ nutricis. Latini regis filiam duxit, deuicto priùs Turno, cui antè pacta fuerat. Adiutus eſt vterque armis alienis. Turnus per legatum Venulum à Diomede in Apulia nihil impetrauit, obijciente præſertim naufragium teterrimum, quod in reditu ad Caphareum pertulerint Græci, & odium Veneris in ſe grauiſſimum: à qua item ſocij, numinis illius contemptores in aues Diomedeas ſint mutati.

X.

FINIERAT Macareus, vrnáque Æneïa nutrix
Condita, marmoreo tumulo breue carmen habebat.
HIC ME CAIETAM NOTÆ PIETATIS ALVMNVS
EREPTAM ARGOLICO, QVO DEBVIT IGNE, CREMAVIT.
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias, inſtammatæque relinquunt
Tecta deæ; lucóſque petunt, vbi nubilus vmbra
In mare cum fulua prorumpit Tibris arena:
Faunigenæque domo potitur, natáque Latini,
Non ſine Marte tamen. bellum cum gente feroci
Suſcipitur: pactáque furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota; diúque
Ardua ſollicitis victoria quæritur armis.
Auget vterque ſuas externo robore vires:
Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur
Caſtra: neque Æneas Euandri ad mœnia fruſtra,

At

At Venulus fruſtra profugi Diomedis ad vrbem
Venerat. Ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat,dotaliáque arua tenebat.
Sed Venulus Turni poſtquam mandata peregit,
Auxilium petijt.vires Ætolius heros
Excuſat,nec ſe,aut ſoceri committere pugnæ
Velle ſui populos:aut quos è gente ſuorum
Armet habere vllos.néve hæc commenta putetis
(Admonitu quanquam luctus renouentur amari)
Perpetiar memorare tamen.Poſtquam alta cremata eſt
Ilios,& Danaas pauerunt Pergama flammas,
Naritiúſque heros à virgine,virgine rapta
Quam meruit pœnam ſolus,digeſſit in omnes:
Spargimur,& ventis inimica per æquora rapti
Fulmina,noctem,imbres,iram cælique mariſque
Perpetimur Danai,cumulúmque (aphareæ cladis.
Néve morer referens triſtes ex ordine caſus,
Græcia tum potuit Priamo quoque flenda videri.
Me tamen armiferæ ſeruatum cura Mineruæ
Fluctibus eripuit. patrijs ſed rurſus ab agris
Pellor:& antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus:tantóſque per alta labores
Aequora ſuſtinui:tantos terreſtribus armis,
Vt mihi fælices ſint illi ſæpe vocati,
Quos communis hyems,importunúſque Caphareus
Merſit aquis:vellémque horum pars vna fuiſſe;
Vltima iam paſſi comites,bellóque fretóque,
Deficiunt,finémque rogant erroris.At Acmon
Feruidus ingenio,tùm verò & cladibus aſper,
Quid ſupereſt,quod iam patientia noſtra recuſet
Ferre viri?dixit.quid habet Cytherea quod vltrà
(Velle puta)faciat? NAM DVM PEIORA TIMENTVR,
EST LOCVS IN VOTO:SORS AVTEM VBI PESSIMA RERVM EST,
SVB PEDIBVS TIMOR EST:SECVRAQVE SVMMA MALORVM.
Audiat ipſa,licet,&, quod facit,oderit omnes
Sub Diomede viros:odium tamen illius omnes
Spernimus:& magno ſtat magna potentia nobis.
Talibus iratam Venerem Pleuronius Acmon
Inſtimulat verbis,veterémque reſuſcitat iram.
Dicta placent paucis.numeri maioris amici
Acmona corripimus,cui reſpondere volenti,
Vox pariter,vociſque via eſt tenuata,comæque
In plumas abeunt: plumis quoque colla teguntur,
Pectoráque,& tergum:maiores brachia pennas
Accipiunt;cubitique leues ſinuantur in alas.
Magna pedis digitos pars occupat:oráque cornu
Indurata rigent,finémque in acumine ponunt.

Hunc Lycus, hunc Idas, & cum Rhetanore Nycteus,
Hunc miratur Abas, &, dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem: numerúſque ex agmine maior
Subuolat, & remos planſis circumuolat alis.
Si volucrum quæ ſit dubiarum forma requiris:
Vt non cycnorum, ſic albis proxima cycnis.
Vix equidem has ſedes, & Iapygis arida Dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorum.

441. VRNAQ. ÆNEIA NVTRIX, &c.] Cineres Caietæ nutricis in vrnam collectos Æneas honorificè in tumulo marmoreo repoſuerat, addito ad eius memoriam breui epitaphio.

442. MARM. TVMVL. A. CARM.] Lib. 2. de ſororibus Phaëthontis, *Signant quoque carmine ſaxum.*

443. NOTÆ PIETATIS ALVMNVS] Pietas eius in deos, in patrem, in ſuos omnium vbique ſermonibus iactata, fecit notiſſimum. Ipſe de ſe 1. Æneid.

Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus.

444. EREPT. ARGOLICO Q. DEA. IGNE CREM.] Troia ardente me ſecum huc vſque deduxit; nec paſſus eſt igne hoſtili concremari; quo nimirum Troia tota à Græcis inflammata perijt.

445. SOLVIT. HERA. RELIG. AB AGG. FVNIS] funis quo nauis religatur in littore, nomen habet ora. Inde oram ſoluere apud Quintilian. quanquam in metaphora; loquitur enim de ſcriptione ſua, ſeu Inſtitutionibus, quas aggrediebatur conſcribere, niſi me fallit animus.

447. ET PROCVL INSID. INFAMATÆQVE, &c.] Longè recedit, ſeu procul prætermauigat Æneas domum illius inſidiatricis (propter poculum monſtrificum, quo bibentes decipiebat) & famoſæ mulieris, quæ vbique malè audiebat, ſicut erat monitus à Macareo.

448. LVCOSQ. PET. VBI NVBIL. VMBRA, &c.] Hæc ex Maronis principio lib. 7. facilè intelliguntur & illuſtrantur:

Atque hic Aeneas ingentem ex æquore lucum
Proſpicit. hunc inter fluuio Tiberinus amœno
Verticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit, &c.

449. FAVNIGENÆQ. DOMO POTIT. NATAQVE, &c.] Latinus Latinorum rex, fuit Fauni & Maricæ filius, Pici nepos, Saturni pronepos. Mirificè hæc quodammodo exponuntur à Liuio libr. 1. ab V.C. ipſo ſtatim initio. Æneam ab ſimili clade domo profugum, ſed ad maiora rerum initia ducentibus fatis, primò in Macedoniam veniſſe: inde in Siciliam quærentem ſedes delatum: ab Sicilia claſſe Laurentem agrum tenuiſſe, &c. Volumen eſt in promptu. De Lauinia ex oraculo Fauni Æneæ deſponſa 7. Æneid. non longè à primis verſibus.

450. NON SINE MARTE TAMEN] Hic Mars totis 6. libris poſterioribus à Virgilio cantatur. Eorum enim eſt iſta propoſitio:

——— Dicam horrida bella,
Dicam acies, actoſq́; animis in funera reges,
Tyrrhenamq́; manum, totamq́; ſub arma coactam
Heſperiam.

BELL. CVM GENTE FEROCI SVSCIPIT] cum Rutulis, quorum rex Turnus.

451. PACTAQ. FVRIT PRO CONIVGE TVRN.] Ex reſponſo Fauni iuſſus eſt Latinus Lauiniam externo iungere. Externus ille fuit aduentans in agrum Laurentem Æneas, cui eam pactus eſt. Deſponderat autem Turno priùs, id quod magnopere cupiebat Amata Veniliæ ſoror & matertera Turni, *quem regia coniux Adiungi generum miro properabat amore,* inquit Maro. Et cùm aduenam pati non poſſet, precibus magnis & lacrymis perſuaſit regi, vt abdicato Ænea rurſus Turno deſponderet. Ob quam perfidiam multis ſe conflictatum malis conqueritur ipſi Turno lib. 12. in quo maximè videre eſt iratum ac furentem propter præreptam ſibi ſponſam. Sic ergo Latinus:

O præſtans animi iuuenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere, atq; omnes metuentem expendere caſus;
Sunt tibi regna patris Dauni, ſunt oppida capta
Multa manu: nec non aurumq́; animuſq́; Latino eſt.
Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,
Nec genus indecores. Sine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis: ſimul hæc animo hauri.
Me natam nulli veterum ſociare procorum
Fas erat: idq; omnes diuiq; hominesq́; canebant.
Victus amore tui, cognato ſanguine victus,
Coniugis & mœſtæ lacrymis, vincla omnia rupi,
Promiſſam eripui genero, arma impia ſumpſi,
Ex illo, qui me caſus, quæ, Turne, ſequantur
Bella, vides.

452. CONCVRRIT LATIO TYRRHENIA TOTA] à partibus Turni ſteterunt Tyrrheni ſiue Thuſci, quorum rex Mezentius: Aeneæ Latini.

DIVQVE ARDVA SOLLICIT. V. QVÆR. ARMIS] non quæreretur diu, niſi eſſet ardua, id eſt, difficilis.

453. AVGET VTERQ. SVAS EXTERN. ROB. VIRES] vnde poſſunt, vterque & Aeneas & Turnus ſibi auxilia adiungunt, vt mos eſt bellum gerentibus. Patent omnia ex Virgilio.

456. NEQ. AEN. EVANDRI AD MOEN. FR.] libr. 8. Aeneid. ad eum proficiſcitur duabus biremibus, & ſic affatur:

Optime Graiugenûm, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos, &c.

457. AT VANVL. FRVSTRA PROFVGI DIOMED. &c.] *Diomedes*, vnus è ducibus Græcorum apud Troiam, factis illuſtris, non eſt reuerſus domum, odio vxoris, quam audierat factam adulteram. Conceſſit autem in Apuliam, vbi Arpos oppidum (*Argyripam* Virgil. quo nomine primùm dicta eſt) condidit. *Iapygem* vocat Daunum, à parte Apuliæ *Iapygia*.

459.DOTALIAQ.ARVA TENEBAT] cum filia Dauoi partem regni in dotem accepit.

460.SED VENVLVS T.POST. MANDATA,&c.] poſtquam dixit quæ illi mandauit Turnus,addidit petitionem copiarum auxiliarium, quarum cauſſa illa alis præfatus erat. Et ſpes erat, Diomedem,vt Græcum,&Troianis etiamnum infenſum,non negaturum. Sed irrita fuit ſpes. De hac legatione,& eius ſumma ſic apud Maronem lib.8 initiò:

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,
Qui petat auxilium,& Latio conſiſtere Teucros,
Aduectum Aeneam claſſi,victoſq; penates
Inferre,& fatis regem ſe dicere poſci
Edoceat:multaſq; viro ſe adiungere gentes
Dardanio,& latè Latio increbreſcere nomen.
Quid ſtruat his cœptis;quem, ſi fortuna ſequatur,
Euentum pugnæ cupiat,manifeſtius ipſi,
Quàm Turno regi,aut regi apparere Latino.

461.VIRES AETOLIVS HEROS EXCVSAT,&c.] Primùm negauit Diomedes ſuppeditare ſibi quas mitteret ſuppetias.Secundo loco confirmauit,nec ſocero Dauno,nec ſibi ſubditos velle mittere contra Troianos, quamuis eſſent,qui mitterentur. *Aetolius heros*, fuit enim rex Aetoliæ, Tydeo & Deiphile progoatus.

464.NEVE HÆC COMMENTA PVTET.] ne videat fictè loqui, & voluntatis huius cauſſam nullam habere,etſi iucunda memoratu res non eſt,tamē memorabo.Summa narrationis eſt,quia Troiæ excidium,Græcis nobis,& ſigillatim mihi infæliciter euenit,paſſiq; ſumus in reditu diriſſima,vt reliquiæ iſtæ Troianorum mihi tangendæ non ſint.

465.ADMONITV QVANQVAM LVCT. RENOV.] 2.Aeneid. *Quanquam animus meminiſſe horret, luctuq; refugit.*

466.POSTQV.ALTA CREMATA EST ILIOS, &c.] Vide reſponſum Diomedis 11.Æneid. vnde mutuatus eſt ſuum bona ex parte Ouidius. 3.Æneid. *Poſtquam res Aſiæ,* &c. *& omnis humo fumat Neptunia Troia. Alta Ilios,* ſicut 1.Æneid. *Atque altæ mœnia Romæ.*& ibid *Troia ſub mœnibus altis.*

467.ET DANAAS PAVEN. PERG. FLAMMAS] quas Danai excitarunt. Vnde ignis alitur, & vires ſumit,eius quaſi pabulum eſt,quo dicitur paſci.

468.NARITIVSQ.HEROS A VIRG. VIRG. RAPTA] & poſtquam Aiax Oilei filius Locrenſis, patria Naritius (Narina vrbs Locridis) pœnam ſibi ſoli luendam,puta horribilem illam tempeſtatem, à virgine Minerua, propter Caſſandram regiam virginem, ab eodem a templo eius abſtractam & D conſtupratam, in omnes tranſtulit, quoniam cum eo,& propter eum omnes afflicti ſumus.Hac de re Maro 1.Æneid.ſic loquentem Iunonem inducit:

——— *Pallaſne exurere claſſem*
Argiuûm,atque ipſos potuit ſubmergere ponto,
Vnius ob noxam,& furias Aiacis Oilei?
Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem
Disiecitq; rates,euertitq; æquora ventis:
Illum exſpirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto.

Apud Smyrnæum Minerua Ioui de Aiacis in ſacerdotem ſuam ſacrilega libidine côqueriens,veniam ab eo vindicandi ſceleris petit.Qui fulgura,fulmina & tonitrua illi concedit. Mittit ipſa Iridem ad Æolum pro ventis, qui mare infeſtum reddunt. Sequuntur Græcorum naufragia.Aiax ſe omnibus A dijs inuitis euaſurum ſperat, & inſolentiſſimè iactat. Iugo montis ſuperiniecto diſperit. Græcos premit & opprimit extrema calamitas.

470.SPARGIMVR, ET VENTIS INIMICA PER ÆQVORA,&c.] Virgil. *Scit triſte Mineruæ Sidus,& Euboica cautes,vltorq; Caphareus,*&c. *Caphareus* promontorium Eubœæ, vbi fraude Nauplij cladem maximam Græci acceperunt. Vide Symbolas.

473.NEVE MORER REFERENS TRIST.&c.] ne ſingulos caſus ordine referens longum faciam, dico nos talia pertuliſſe, vt noſtri vel Priamum hoſtem miſereri potuerit.

474.GRÆCIA TVM POT. PRIAMO Q. FLENDA VIDERI] De Niobe in 6.iam calamitoſa ex tanta fælicitate: *At nunc miſeranda vel hoſti.* Vide illic Com-
B mentat. Seneca Agamemn. *Cladibus noſtris daret vel Troia lacrymas.* Ennius 5.Annali: *Cogebant hoſtes lacrymantes vt miſererent.* Claud. *Lugenda Getis & flenda Sueuis Hanſimus: ipſa meos horreret Parthia caſus.* Sophocles Oedipo Colonæo:

Ὡς καὶ παρ' ἐχθροῖς ἀξίως θρήνων τυχεῖν.
Miſerandum & ipſis hoſtibus ſpectaculum.

475.ME TAMEN ARMIFERÆ SERVAT. &c.] Armipotentem vocat,& armiſonam Virgil.

476.PATRIIS SED RVRSVS AB AGRIS PELLOR] Eo modo, quo ſuprà dixi. Venus enim ab eo vulnerata, dum Æneam eius filium,quem ipſa pugnæ ſubtrahebat, inſequitur 5.Iliad. Ægialem vxorem ipſius tanta libidine concitauit, vt alienum admitteret. Apud Maronem:

Inuidiſſe deos,patrijs vt redditus oris
Coniugium optatum,& pulchram Calydona viderem?
C Noſter 1.Remed Cupidinem alloquens:

Non ego Tydides,à quo tua ſaucia mater
In liquidum redijt æthera Martis equis.

De Venere vulnerata meminit & Maro:

Hæc adeò ex illo mihi iam ſperanda fuerunt
Tempore,cùm ferro cæleſtia corpora demens
Appetij,& Veneris violaui vulnere dextram.

478.TANTOSQ.PER ALTA LAB. Æ.Q. SVSTIN. &c.] Seruatus ſum quidem cura Mineruæ è fluctibus·ſed adeò terris & alto iactatus, vt ſæpe fælices præ me duxerim, qui naufragio apud Caphareum perierunt. Contrà libr.1.Æneas in media illa tempeſtate exclamat, & ante mœnia Troiæ in prælio occubuiſſe optat,beatoſque indicat,quibus id datum eſt:

——— *O terq; quaterq; beati,*
Queis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere,&c.

483.VLTIMA IAM PASSI COMITES,&c.] Primùm egit de communi miſeria Græcorum poſt captam & direptam atque incenſam Troiam,in diſceſſu & reditu ipſo: poſtmodum de ſua priuata. Nunc demum de ſociorum ſuorum, quomodo ob contemptam Venerem in aues migrauerint. Cùm igitur 10. annis,quibus durauit bellum Troianum, & in ipſo reditu grauia pertuliſſent plurima, optabant iactationum & errorum iſtorum per maria finem aliquando.

484.AT ACMON FERVID.INGEN.&c.] Vnus de illis,nomine Acmon, naturæ impotentioris, & aſſuetus ferendis incommodis,in verba contumelioſa aduerſus Venerem prorupit.

486.QVID SVPEREST Q.IAM P.N. RECVS.&c.] nihil patiendum fuit, quod non paſſi ſimus: pro-

inde nihil habet patientia noſtra quod recuſare poſſit, quaſi nimiùm multa tolerauerit.

487. QVID HAB. CYTHEREA QVOD VLTRA, &c.] Ponamus velle nobis adhuc malefacere Venerem. Conſumpſit in nos omnia ſua maleficia.

488. NAM QVVM PEIORA TIMENT. E. LOCVS IN VOTO, &c.] Homine proiecto & deſperato digna gnome. Qui in malis & infortunijs ſuis acerbiora metuunt, quàm paſſi ſunt, illi poſſunt timere, & optare ne veniant, & deos rogare, vt ea auertant. Qui autem perpeſſi ſunt, & perpetiuntur adhuc acerbiſſima, nihil eſt quod metuant. Timorem conculcent. Summa, ſeu extrema mala ſecuritatem afferunt. 2. de Pont. eleg. 2.

Tuta petant alij, fortuna miſerrima tuta eſt.
Nam timor euentus deterioris abeſt.

491. AVDIAT ILLA LICET, ET Q. FACIT, &c.] Creſcit audacia, & inſultat Veneri, quæ nihil vltrà in eos poſſit, cui proinde medium digitum oſtendant, contemnentes illius odium in dominum Diomedem, adeoq; in ipſos eius clientes & ſocios.

493. ET MAGNO STAT M. POTENT. NOBIS] Cùm tamen eius potentia fecerit, vt patria carendum ſit.

495. VETEREMQ. RESVSCITAT IRAM] quę iam ceu ignis ſub cinere latebat.

496. DICTA PLACENT PAVCIS, &c.] Maiori A parti, & cordatioribus tam impudens & impia oratio diſplicuit; proinde hominem amicè monuerunt, videret quò progrederetur. Deos impunè non laceſſiri.

498. VOX PARITER, VOCISQ. VIA EST, &c.] Explicatur ἀφρίνωσις blaſphemi huius, & quorundam ei aſſentientium.

499. PLVMIS QVOQ. COLLA] Libri quidam vett. teſte Mariangelo præferunt, *noua colla*.

507. NVMERVSQ. EX AGMINE MAIOR SVBVOLAT, &c.] Tamen dicit numeri maioris amicos ipſum Aemonem corripuiſſe. Cur ergo maior pars punitur, cùm minor peccauerit? Ad formam & magnitudinem harum auium quod attinet, ad B cycnos proximè accedunt. De hac metamorphoſi Virgil.

Nunc etiam horribili viſu portenta ſequuntur:
Et ſocij amiſſi petierunt æthera pennis:
Fluminibuſq; vagantur aues (heu dira meorum
Supplicia!) & ſcopulos lacrymoſis vocibus implent.

510. VIRES QVIB. HESSOES, ET IAPYGIS, &c.] Redit ad excuſationem à ſuorum paucitate, de qua ſuprà, *vires Aetolus heros Excuſat*. Apud Maronem recuſat quoque munera Diomedes: valdè commendat à fortitudine Æneam: cum Hectore comparat, pietate illi anteponit; ad pacem & fœdus cum eo ineundum hortatur.

Appulus quidam paſtor cum irriſione conuicia in nymphas euomens, in arborem oleaſtrum conceſſit, vt amarulentiam verborum eius ſuccus ille amarus argueret.

XI.

HACTENVS Oenides Venulus Calydonia regna,
Puteolóſque ſinus, Meſſapiáque arua reliquit:
In quibus antra videt, quæ multa nubila ſylua,
Et leuibus guttis manantia ſemicaper Pan
Nunc tenet: at quodam tenuerunt tempore nymphæ.
Appulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit: & primò ſubita formidine mouit.
Mox vbi mens redijt, & contempſere ſequentem,
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor; ſaltúque imitatus agreſti
Addidit obſcœnis conuicia ruſtica dictis.
Nec priùs obticuit, quàm guttura condidit arbor.
Arbor enim eſt: ſuccóque licet cognoſcere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaſter amaris
Exhibet: aſperitas verborum ceſſit in illas.

512. HACTENVS OENIDES] Diomedes Oenei filius ſic reſpondit, vt audiſti.

CALYDON. REGNA] non Ætoliam, in qua Calydon: ſed regna Calydonij Diomedis, id eſt, Apuliam, ſeu partem illam Apuliæ dotalem Diomedis. C Quò pertinent quę ſequuntur de Puteolis, & Meſſapijs aruis. Nam *Meſſapia arua* à Meſſapo duce appellata, ſunt ipſa Apulia, cuius vrbs *Puteoli*; ſicut *Peucetia* tota peninſula, quæ & *Calabria*, & *Meſſapia*. Hoc ſcholion eſt Correctoris, cuius ſedulitate laudabili

dabili in delectu meliorum ſcripturatum & ſæpiſſimè iam vti ſumus, & adhuc ſæpe vtemur: quanquam ille accuratiſſimæ diligentiæ Ciofani, ſi minùs totum, certè plurimum debet.

514. QVÆ MVLTA NVBILA SYLVA] Ob denſitatem arborum, quibus circundatur, obnuptum eſt quodammodo, & obſcurum hoc antrum: accipit enim pro vno κατ' ἐναλλαγὴν numeri.

515. ET LEVIB. GVTTIS MANANTIA] Quia ſoli inacceſſa, ideo nebulis ſemper humida, & guttis ſorantia.

SEMICAPER PAN] à parte inferiore caprum referens. Paſtorum, venatorum, ruſticorum præſidem Pana antiquitas credidit. Mercurij filium, bicornem & capripedem in hymnis facit Homerus. De eo Natalis lib. 5. Mytholog. cap. 6.

518. ET PRIMO SVBITA FORMID. MOVIT, &c.] A Fœmineum genus naturâ timidum, facilè terroribus cedit. Tamen vbi ad ſe redierunt iſtę nymphę, contempſeruor paſtorem hunc, & antrum quidem, ſeu locum, vnde fugatæ erant, non reperiuerunt: ſed choros, quomodo fortaſſis antè, eo inſpectante & tingente duxerunt.

521. IMPROB. HAS PAST. SALTVQ. IMITAT. &c.] Admodum petulans hic paſtor, ſiue opilio, ſiue bubulcus fuit, qui tam apertè puellis deabus illudere & maledicere non dubitauit, ſine vlla cauſſa.

523. QVAM GVTTVRA CONDIDIT ARBOR] vocem ei lignum, in quod tranſibat, interclusit.

524. SVCCOQVE LICET COGNOSCERE MORES] Verſus in oleaſtrum, baccarum ſuarum amaritudine mentis ſuæ amarulentiam, & inde veniens verborum ſuorum fel demonſtrat.

Turnus Troianas naues cremare occœperat. Verùm Berecynthia mater, quòd earum materia in Ida monte ſibi conſecrato cæſa fuiſſet, per cælum inuecta auctorem increpuit, miſſóque imbri incendium reſtinxit. Vento ſurgente naues à retinaculis abruptæ, in nymphas mutantur, quæ nauibus poſtea ſæpè auxilio fuêre. At non Græcorum.

HINC vbi legati rediere negata ferentes XII.
Arma Ætola ſibi, Rutuli ſine viribus illis
Bella infauſta gerunt, multúmque ab vtraque cruoris
Parte datur. fert ecce auidas in pinea Turnus
Texta faces: ignéſque timent, quibus vnda pepercit.
Iámque picem, & ceras, alimentáque cætera flammæ
Mulciber vrebat: pérque altum ad carbaſa malum
Ibat, & incuruæ fumabant tranſtra carinæ;
Cùm memor has pinus Idæo vertice cæſas
Sancta deûm genitrix, tinnitibus æthera pulſi
Æris, & inflati compleuit murmure buxi:
Pérque leues domitis inuecta leonibus auras,
Irrita ſacrilega iactas incendia dextra,
Turne, ait, eripiam: nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes & membra meorum.
Intonuit dicente dea, tonitrúmque ſecuti
Cum ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi.
Aeráque, & tumidum ſubitis concurſibus æquor
Aſtræi turbant, & eunt in prælia, fratres.
E quibus alma parens vnius viribus vſa,
Stuppea prærupit Phrygiæ retinacula puppis:* *claſſis.
Fértque rates pronas, medióque ſub æquore mergit.
Robore mollito, lignóque in corpora verſo,

 In

In capitum facies puppes mutantur aduncæ.
In digitos abeunt, & crura natantia remi:
Quódque ſinus fuerat, latus eſt: mediiſque carina
Subdita nauigijs, ſpinæ mutatur in vſum.
Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.
Cærulus, vt fuerat, color eſt. quáſque antè timebant,
Illas virgineis exercent luſibus vndas
Naiades æquoreæ, ſummis in montibus ortæ
Molle fretum celebrant; nec eas ſua tangit origo.
Non tamen oblitæ quàm multa pericula ſæpe
Pertulerint pelago, iactatis ſæpe carinis
Suppoſuere manus, niſi ſi qua vehebat Achiuos,
Cladis adhuc Phrygiæ memores, odêre Pelaſgos:
Neritiæque ratis viderunt fragmina lætis
Vultibus; & lætis vidêre rigeſcere puppes
Vultibus Alcinoi, ſaxúmque increſcere ligno.

527. HINC VAT. LEG. REG. NEGAT. FER. ARM. ÆTOL.] Summa renuntiatæ legationis apud Virgilium, lib. 11.

Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce ſuper mœſti magna Diomedis ab vrbe
Legati reſponſa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum impenſis operum: nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuiſſe preces: alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendum.

528. ARMA ÆTOLA] auxilia Ætoli hominis, Diomedis.

529. MVLTVMQ. AB VTRAQ. CRVOR. F. PARTE] cadunt vtrimque multi, ſic tamen, vt res Troiana ſit ſuperior: quia destituti Rutuli petitis auxilijs, B bella infauſta gerunt, & aduerſo Marte decertant.

530. FERT ECCE AVID. IN PIN. TVRN. TEXTA FACES] Auidas faces, quia ignis auidus, rapidus, edax, abſumens quæ vrit omnia. *In texta pinea*, in naues è trabibus pineis compactas. Catul. de nupt. *Pinea coniungens inflexa texta carina.* Sed ſpecies eſt pro genere. *Alnos cauatas* ſeu noſter alibi, ſeu alius eadem figura nominat.

531. IGNESQ. TIM. Q. VNDA PEPERCIT] Troiani ea vndis ſeruati, meruunt ne ignibus pereant; ſiquidem claſſis lateri caſtrorum Troianorum adhærebat; iuxta Prouerb. *Tunc tua res agitur, paries cùm proximus ardet*. De hoc incendio à Turno nauibus illato, vt Troianos è caſtris in æquum campum C eliceret, Virgil. lib. 9.

Haud aliter Rutulo muros & caſtra tuenti
Igneſcunt iræ, & duris dolor oſſibus ardet:
Qua tentet ratione aditus, & quæ via clauſos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in æquor.
Claſſem, quæ lateri caſtrorum adiuncta latebat,
Aggeribus ſeptam circùm, & fluuialibus vndis
Inuadit: ſociosq. incendia poſcit ouantes,
Atque manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum verò incumbunt: vrget præſentia Turni:
Atq. omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen
Tæda, & commiſtam Vulcanus ad aſtra fauillam.

532. IAMQ. PICEM, ET CERAS, &c.] quibus rimæ nauium obliuuntur & obſtruuntur, ne aquam accipiant.

535. CVM MEMOR HAS PINVS IDÆO VERT. &c.] Narrat Virgil. cùm Æneas claſſem fabricaret ad Idam montem, Berecynthiam deûm matrem oraſſe Iouem, vt eas naues de luco ſibi ſacro confectas præſtaret tutas à quacumque tempeſtate, neúe vnquam frangerentur. Reſpondiſſe Iouem, non poſſe quod mortali manu fabricatum eſſet immortalitatem adipiſci; non enim fata hoc permittere. Nec Æneæ poſſe plus quàm deo concedi, vt omnis periculi timore ſolutus nauiget; quotquot ſuperfuerint naues, eas in nymphas marinas conuerſurum. Poſt hæc docet, quomodo in tempore affuerit Berecynthia, Troianos pellere ignes vetuerit, naues in nymphas mutarit. Lege locum:

Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Aeneas claſſem, & pelagi petere alta parabat, &c.

536. TINNITIB. ÆTHER. PVLSI ÆRIS, &c.] cymbalorum tinnitus, & tibiarum buxearum ſonitus aduentum deæ prænuntiabant.

538. DOMITIS INVECTA LEONIBVS] 3. Æneid. *Et iuncti domina currum ſubiere leones.*

539. IRRITA SACTAS INCENDIA] non exures has naues mihi ſacras, vt tute cogitas.

540. ERIPIAM] ſubaudiendum, eas tibi, & ignibus tuis.

NEC ME PATIENTE CREMAB. &c.] non patiar igne conſumi de ſylua mea cæſam materiam, vnde naues illæ compoſitæ.

542. TONITRVMQ. SECVTI CVM SALIENTE, &c.] Audita repentè tonitrua, crepuit grando, ceciderunt imbres effuſiſſimi, extinctus ignis, ventis furentibus turbatum totum cælum, exagitatum mare, abrupti funes quibus tenebantur ad littus alligata nauigia: feruntur per fluctus, merguntur, & emergunt, euaduntque paulatim in corpora virginea, in Naiadas, & per vndas luſitant.

545. ASTRÆI FRATRES INPRÆL. P.] Venti, Aſtræi gigantis, & Auroræ filij. 1. Georg. *Omnia ventorum concurrere prælia vidi.* Et 1. Æneid. *Luctantes ventos.* Hor. ode 3. l. 1. *Africum decertantem Aquilonibus.*

557. Sum-

557. SVMMIA IN MONTIBVS ORTÆ] Cybele apud Maronem:

> *Pinea ſylua mihi multos dilecta per annos,*
> *Lucus in arce fuit ſumma, quò ſacra ferebant*
> *Nigranti picea, trabibuſq; obſcurus acernis:*
> *Has ego Dardanio iuueni, cùm claſſis egeret,*
> *Læta dedi, &c.*

558. NACAAS SVA TANGIT ORIGO] non meminerunt originis ſuæ humilis. Oblitæ ſunt ſe quondam arbores fuiſſe.

559. NON TAMEN OBLITÆ QVAM MVLTA, &c.] Recordabantur periculorum & caſuum, quos in longinqua nauigatione ſubierant, & miſerabantur nauigantes, nauibuſque vt placidè ferrentur, iuxta A nantes ſupponebant manus, Græcorum exceptis, quos etiam tum, vt Troiæ vaſtatores, oderant, & vexari fluctibus ac tempeſtate haud grauatè patiebantur.

563. NARITIÆQ. RATIS VID. FRAG. &c.] Iucundum fuit illis videre tabulas diffractæ nauis Vlyſſis, inimici Troianorum. *Neritia*, quia Vlyſſes Neritius, à monte Nerito in Ithaca.

564. ET LÆT. VIDERE RIGESCERE PVPPAS; &c.] Alcinous Phæacum rex Vlyſſem naufragum hoſpitio accepit liberaliter; nauem ei dedit inſtructam, qua in Ithacam ſuam perueheretur. Sed eam Neptunus vt vindicatum iret Polyphemum ſuum, in ſcopulum mutauit, Odyſſ. 13.

Nihil commoti hoc monſtro nauium Rutuli, bellum continuant, magis vt vincant, quàm vt cum Lauinia regnum Latini obtineant. Sed occumbit Turnus. Ardeam victores exurunt, cuius cinis in auem ardeam mutatur.

SPes erat, in nymphas animata claſſe marinas XIII.
Poſſe metu monſtri Rutulum deſiſtere bello.
Perſtat, habétque deos pars vtraque: QVODQVE DEORVM EST
INSTAR, HABENT ANIMOS. *nec iam dotalia regna,*
Nec ſceptrum ſoceri, nec te, Lauinia virgo,
Sed viciſſe petunt; deponendique pudore
Bella gerunt. tandémque Venus victricia nati
Arma videt, Turnúſque cadit: cadit Ardea, Turno
*Soſpite dicta potens. quam poſtquam barbarus * ignis* *enſis
Abſtulit, & tepida latuerunt tecta fauilla,
Congerie è media tum primùm cognita præpes
Subuolat, & cineres plauſis euerberat alis:
Et ſonus, & macies, & pallor, & omnia captam
Quæ deceant vrbem, nomen quoque manſit in illa
Vrbis: & ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.

566. SPES ERAT, IN NYMP. ANIMAT. &c.] Quis aliud putaret? quis, inquam, non crederet, hoc tanto miraculo & indicio diuini fauoris erga Æneam conſpecto, Rutulos ab armis receſſuros?

568. PERSTAT] nihil turbatur, & in voluntate Troianos ad vnum delendi perſtat. Virg. fusè eius pertinaciam ac ſuperbiam declarans, portentum hoc contra Troianos interpretantem facit, libr. 9. Æneid.

> *At non audaci ceſſit fiducia Turno:*
> *Vltrò animos dictis tollit, atque increpat vltrò.*
> *Troianos hæc monſtra petunt: his Iuppiter ipſis*
> *Auxilium ſolitum eripuit: non tela, nec ignes*
> *Exſpectant Rutulos. Ergo maria inuia Teucris,*
> *Nec ſpes vlla fugæ: rerum pars altera adempta eſt:* B
> *Terra autem in manibus noſtris: tot millia gentes*
> *Arma ferunt Itala. nil me fatalia terrent*
> *Si qua Phryges præ ſe iactant reſponſa deorum.*

HABETQ. DEOS PARS VTRAQ.] Troiani Venerem & Apollinem, Rutuli Iunonem. Superioribus hæc adiunguntur continenter apud Maronem:

> *Sat fatis Veneriq; datum eſt: ſunt & mea contrà*
> *Fata mihi, ferro ſceleratam exſcindere gentem.*

QVODQVE DEOR. E. INSTAR, HAB. ANIMOS] Quid proſit habere deos amicos & adiutores, ſi non habeas animum, vel potiùs animos? Contrà animi, id eſt, mens imperterrita & generoſa, nullis cedens laboribus atque periculis, eſt inſtar cuiuſdam numinis. Idem de talibus animis dicas, quod de virtute ad Demonicum Iſocrates: Τὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀδύνατα δυνατὰ καθιστᾶσα· τὰ δὲ τῷ αὐτῆς.

πάνθ' ἐν φοβερά, θαρσαλέως ὑπομένουσι· καὶ τὸν μὲν ὄκνον, ψόγον, τὸν δὲ πόνον, ἔπαινον ἡγημένη. Nam quæ alij efficere non poſſunt, ea facit vt obtineri poßint: quæ multitudini horrenda videntur, magno animo ſubit; deſidiam in vitio ponit, laborem ſibi laudi ducit.

569. NEC IAM DOTAL. REG. NEC SCEPT. SOCERI, &c.] Vnum hoc iam ſpectant, vt bellum continuent, & altera pars alteram vincat, nec ante victoriam arma ſemel capta deponant; id enim ſibi magnæ ignominiæ fore ducunt. Lauiniæ nuptias, & cum ea regnum Latini in dotem, valere iubent.

572. TANDEMQ. VENVS VICTR. NATI ARM. VID.] Ad finem rerum Æneæ properat, quò ad initia imperij Romani accedat, & multa in medio relinquens, exitum huius belli vno verbo perſtringit, dum ait, Venerem vidiſſe ſuum Æneam victorem, cadente Turno. Duellum hoc à Marone l.12. pertractatum eſt.

573. CAD. ARDEA TVRN. SOSP. D. POT.] Virgil. 7. de Alecto Furia:

Protinus hinc fuſcis triſtis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
Acriſioneis Danaë fundaſſe colonis:
Præcipiti delata Noto. locus Ardea quondam
Dictus auis, & nunc magnum manet Ardea nomen.

574. QVAM POSTQ. BARBARVS IGNIS ABSTVL. &c.] Malè Seruius, capiendum hoc loco *barbarum enſis* pro Annibalis enſe. Non enim nunc de ijs ſermo eſt, quæ Punico bello ſecundo acciderunt. Quod obijcitur, cùm Ouidius Auguſto blandiatur per Æneam Veneris filium, non potuiſſe eum barbarum appellare; nec vnquam ita appellatum tota Æneide, ficulneum eſt argumentum. Credibile prorſus eſt, *barbarum enſem* hîc intelligendum Aeneæ peregrinum & aduenam enſem. Verè enim Aeneas in Latio ignotus, & Latinus *barbarus*, quomodo Græci omnes præter ſe nominare ſolebant. Deleuerunt ergo Troiani ferro & igne hanc vrbem, Turno interempto. Maluimus nos legere ex antiquis libris, quos profert Ciofan. *barbarus ignis*, cui probè reſpondet verſus alter. Valebit etiam ſic explanatio.

576. CONGER. E MED. T. PRIM. COGN. &c.] ſuis nunquam antea viſa, noua ſpecies auis ex cineribus & ruderibus Ardeatinis euolauit, cui à loco nomen inditum.

578. ET SONVS, ET MACIES] non ſolum nomen, verùm etiam alia quædam prætulit hæc volucris, quæ vrbi ſubactæ & euerſæ conueniant, eamque denotent, vt triſtem vocis ſonum, pallorem, maciem, &c.

580. IPSA SVIS DEPLANGITVR ARDEA PENNIS] ipſa vrbs Ardea in aue ardea ex ſe nata ſuiſmet pennis (dum illa alas volando concutit) videtur ſemet deplangere.

Conſtituto & firmato in Italia Troianorum regno, Venus Ioui promiſſa in memoriam redigens, Æneam filium referri inter deos orat. Iupiter annuit libenter; nec Iuno, quamuis Troianis ſemper antehac infeſta, contradicit. Mandat Numicio flumini Venus, vt Æneæ mortalitatem abluat. Deinde odoribus luſtratum, ac perfuſum in cælum tollit, fitque vnus de Indigetum numero.

XIV. *IAMQVE deos omnes, ipſámque Æneïa virtus*
*Iunonem veteres finire * coërcuit iras:* *coëgerat
Cùm bene fundatis opibus creſcentis Iuli,
Tempeſtiuus erat cælo Cythereius heros.
Ambierátque Venus ſuperos: collóque parentis
Circumfuſa ſui, Nunquam mihi, dixerat, vllo
Tempore dure pater, nunc ſis mitiſſimus opto:
Æneæque meo, qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum, quamuis paruum, des, optime, numen,
Dummodo des aliquod. ſatis eſt inamabile regnum
Aſpexiſſe ſemel, ſtygios ſemel iſſe per amnes.
Aſſenſere dei: nec coniux regia vultus
Immotos tenuit, placatóque annuit ore.
Tum pater, Eſtis, ait, cæleſti numine digni:

Quód-

Quódque petis, pro quóque petis, cape nata quod optas.
Fatus erat; gaudet, gratéſque agit illa parenti:
Pérque leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit Laurens: vbi tectus arundine ſerpit
In freta flumineis vicina Numicius vndis.
Hunc iubet Aeneæ quæcunque obnoxia morti
Abluere, & tacito deferre ſub æquora curſu.
Corniger exequitur Veneris mandata, ſuíſque,
Quidquid in Aenea fuerat mortale, repurgat,
Et reſpergit aquis: pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genitrix diuino corpus odore
Vnxit: & ambroſia dulci cum nectare miſta
Contigit os, fecitque deum: quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem, templóque aríſque recepit.

581 IAM Q. DEOS OMNES, &c.] Deinceps agit de apotheoſi Æneæ. Coëgit & Herculea virtus inuicta Iunonem ſibi infeſtam veteres iras finire, eumque cælo ſuccedere, & dijs annumerari, æquo animo ſuſtinere, cui inſuper Heben filiam vxorem dedit. *Deos omnes*, ſcilicet ſibi aduerſarios, vnà cum Iunone. Magnitudo teſtatiſſimę virtutis eius, compulit eos odia deponere.

582. VETERES IRAS] Cauſſæ irarum eius in Troianoos, ac propterea in ipſum quoque Æneam Troianum, à quo priuatim offeoſa oon fuerat, recenſentur in veſtibulo 1. Æneid.

583. CVM BENE FVNDAT. OPIB. CRESCENT. IVLI] Iulus idem qui Aſcanius. Ergo Aſcanius abundante Lauinij multitudine (verba Liuij) iam vt tum res erant, florentem atque opulentam vrbem matri, ſeu oouercæ reliquit: nouam ipſe aliam ſub Albano monte condidit, quæ in ſitu porrectæ in dorſo vrbis longa Alba appellata. Inter Lauinium, & Albam longam coloniam deductam triginta fermè interſuere anni. Tautum tameu opes creuerant, maximè fuſis Etruſcis, vt ne morte quidem Aeneæ, nec deinde inter muliebrem tutelam, rudimeutumque primum puerilis regni mouere arma aut Mezeorius, Etruſcique, aut vlli alij accolæ ſtor auſi.

584. TEMPEST. ER. CÆLO CYTHER. HEROS] ætate iam prouecta, & meritorum plenus, quique etiam gloriæ ſatis iam vixerat, cæleſtibus adſcribeodus videbatur.

585. AMATERATQ. VEN. SVPEROS] mater pro filio ſollicita, ſeorſum vnumquemque de dijs ſuperis conuenerat, & ſuffragium ei petiuerat. Appoſitè adhibuit verbum *ambierat*.

COLLOQ. PARENT. CIRCVMF. SVI] Iouem oportebat in primis habere propitium, quem iure ſuo vt filia partem amplexu demulcet, & animum eius ad aſſentiendum præparat. 2. Aeneid. *Ter conatus ibi collo dare brachia circum.*

586. NVNQ. MIHI VLLO TEMPOR. DVRA, &c.] Quàm blandè, quàm venuſtè orat Venus? Scit enim gaudere parentes, cùm liberi, ipſorum in eos indulgentiam & charitatem grata memoria agnoſcuot, indeque reddi amantiores ipſorum, & dandis beoeficijs liberaliores. Si vnquam in me fuiſti A mitis, vt fuiſti ſemper, nunc, quia rem magnam abs te rogatura ſum, eſto quæſo mitiſſimus.

588. AENEÆQ. MEO QVI TE DE SANG. &c.] Petitio eſt, cum cauſſa coucedendi. Fac Aeneam deum; noo maiorum tamen ſed minorum gentium, quia nepos eſt tuus.

590. SATIS EST INAMAB. REG. ASPEXISSE, &c.] Cognationem allegat, præterea oihil. Nam quòd ſemel viuus ad inferos Sibylla duce penetrarit, oon hoc in meritis eius reputat, ſed pro argumento aſſumit. Indignum eſt talem virum, qualem ipſemet noſti, bis ad inferos deſceodere: in cęlum igitur aſcendat.

592. ASSENSERE DEI] nutu & verbis ſignifica- B runt Venerem iuſta petere. Libr. 1. *Partes aſſenſibus implent.*

NEC CONIVX REG. VVLT. IMMOT. TEN. &c.] Ex his verbis planum fit, & reliquos deos vultu, ſi minùs voce, annuiſſe.

594. EST IS, AIT, CÆLEST. NVM. DIGNVS, &c.] Eſt tempeſtiuus cælo, & diuinitatem meretur. Eſto deus. Ecce, quantum apud Iouem Veuus auctoritate valet. Iunoni Iupiter 12. Aeoeid.

Indigetem Aeneam ſcis ipſa, & ſcire fateris
Deberi cælo, fatiſq; ad ſidera tolli.

596. GRATESQ. AGIT ILLA PARENTI] Quod precatiò obtinuit, pro eo iure gratias agit.

597. IVNCTIS INVECTA COLVMBIS] Lib. 10. cur- C rum eius trahi à cycnis dixit:

Vecta leui curru medias Cytherea per auras,
Cypron olorinis nondum peruenerat alis.

Sappho ait trahi à paſſeribus, auiculis ſalaciſſimis. Ob eandem ſalacitatem columbis quoque datum hoc munus. Sed quod à cycnis, hoc ſibi vult μυθολογικῶς, munditiem ornatumq; corporis ad amorem, præcurſorem Veneris conciliandum oppidò conducere. Omnium ſiquidem auium candidiſſima & mundiſſima cycnus.

599. NVMICIVS] qui & *Numicus*, Latij fluuius, in quem ſe Anna Didonis ſoror proiecit. 3. Faſt.

600. QVÆCVNQ. OBNOXIA MORTI, &c.] mortalitatem, eaſque fæces in mare ſecum deuoluere.

602. CORNIG. EXEQVIT. VEN. MANDATA] Cornuti enim, & taurino capite deſcribuntur pinguntur que fluuij, de quo diſſeruimus lib. 1. De Tiberi

beri 8. Aeneid. *Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.*

604 PARS OPTIMA RESTITST ILLI]remanſit in eo quod immortale erat. Inſinuatur in Numicio flumine mortuus Aeneas, & ibi corpus reliquiſſe, quæ eſt pars noſtri deterior. Partem meliorem ſui vocat animam, in epilogo huius operis.

605. LVSTRAT. GENIT. D. CORP. ODORE, &c.] Relabitur ad commentum, fingitque vnguentis delibutum, & odoribus reſperſum corpus in cælum transferri.

607. QVEM TVRBA QVIRINI]populus Romuli, Romani.

608. NVNCVPAT INDIGET.] Liuij locum recitabo de libr. 1. *Situs eſt, quemcumque eum dici ius faſq; eſt, ſuper Numicium flumen. Iouem indigetem appellant.* Patrij dij, qui præſunt ſingulis ciuitatibus, vt Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes propriè A dij ex hominibus, quaſi in dijs agentes, vt Aeneas, Romulus. Ita Seruius. *Indigetes quos in cælum merita vocauerunt*, vt eſt in 1. Tuſcul. etiam à nouitate *Nouenſiles* dicebant veteres. Aeneæ autem ſacellum hac inſcriptione dicatum eſt, Πατρὸς θεοῦ χθονίου, ὃς ποταμοῦ Νουμικίου ῥεῦμα διέπει. Tibull. l. 2. eleg. 5.

Illic ſanctus eris, cùm te veneranda Numicî
Vnda deum cælo miſerit indigetem.

Græcis vocantur huiuſmodi dij ἀνθρωποδαίμονες, θεοὶ πολῖται, ἀστύνομοι, δαίμονες, ἐγγενεῖς, ἐπιχώριοι, πολιοῦχοι. Vide Gyraldum Syntag. 1. Effectum ergo dedit Iupiter, quod 1. Aeneid. Veneri ſpoponderat. Cuius ſponſionis cur eam hîc non admonuit

——Cernes vrbem, & promiſſa Lauini
Mœnia; ſublimemq; feres ad mœnia cæli
Magnanimum Aeneam.

Certè infrà Mars de cælo Romulo promiſſo audet eum appellare.

Series & ſucceſſio regum Albanorum, & vnde nomen Tiberi fluuio, atque Auentino monti. Pomonæ deæ in hortis excolendis induſtria, & à caſtitate laus.

XV.

INDE ſub Aſcanij ditione binominis Alba,
Reſque Latina fuit: ſucceſſit Syluius illi:
Quo ſatus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum ſceptro: clarus ſubit ecce Latino
Epitus ex illo: poſt hunc Capetúſque, Capyſque.
Sed Capys antè fuit: regnum Tiberinus ab illis
Cepit; & in Thuſci ſubmerſus fluminis vndis
Nomina fecit aquæ. De quo Remulúſque, feróxque
Acrota ſunt geniti: Remulus maturior annis
Fulmineo perijt imitator fulminis ictu
Fratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino: qui, quo regnarat, eodem
Monte iacet poſitus, tribuitque vocabula monti.
Iámque Palatinæ ſummam Proca gentis habebat.
Rege ſub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſollertiùs hortos:
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtus:
Vnde tenet nomen. non ſyluas illa, nec amnes,
Rus amat, & ramos fælicia poma ferentes:
Nec iaculo grauis eſt, ſed adunca dextera falce,
Qua modò luxuriem premit, & ſpatiantia paſſim
Brachia compeſcit: fiſſo modò cortice, lignum
Inſerit, & ſuccos alieno præſtat alumno.
Nec ſentire ſitim patitur: bibulæque recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat vndis.
Hic amor, hoc ſtudium. Veneris quoque nulla cupido eſt.

Vim

635. *Vim tamen agreſtem metuens, pomaria claudit*
Intus, & acceſſus prohibet refugitque viriles.
Quid non & Satyri ſaltatibus apta iuuentus
Fecere, & pinu præcincti cornua Panes,
Silenúſque, ſuis ſemper iuuenilior annis,
641. *Vt potirentur ea? ſed enim ſuperabat amando*
Hos quoque Vertumnus: neque erat fælicior illis.
O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit, verique fuit meſſoris imago?
645. *Tempora ſæpe gerens fœno religata recenti,*
*Deſectum poterat gramen * verſare videri,* *verſaſſe
Sæpe manu ſtimulos rigida portabat, vt illum
Iuraſſes feſſos modò disiunxiſſe iuuencos.
Falce data frondator erat, vitiſque putator.
650. *Induerat ſcalas; lecturum poma putares.*
Miles erat gladio, piſcator arundine ſumpta.
Denique per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Repperit, vt caperet ſpectata gaudia formæ.

609. INDE SVB ASCANII DITIONE, &c.] Dictus A eſt etiam Iulus, & Ilus; & ita fuit τριώνυμος, ſeu trinominis. 1. Æneid.

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno.

Succeſſionem regum Albanorum leges apud Liuium lib. 1. apud Ouid. Faſt. 4. apud Dionyſium lib. 1. Florum lib. 1.

610. SVCCESSIT SYLVIVS ILLI] Liuius: *Syluius deinde regnat, caſu quodam in ſyluis natus.*

611. ANTIQVO REN. REPETIT. LAT. N. C. SCEP.] Syluium creaſſe Æneam Syluium, auctor eſt Liuius: ex hoc natum Latinum. Ouid. hunc medium omittit. Iterum Liuius, Latinum quoque Syluium cognominatum, & hoc cognomen omnibus poſt- B ea, qui Albæ regnarunt, manſiſſe tradit. *Cum antiquo ſceptro*, quod à Latino Lauiniæ patre ad eum cum regno peruenit.

612. CLARVS SVBIT ECCE LATINO EPYTVS] Liuius: *Latino Alba ortus Epitum* non habet.

613. POST HVNC CAPETVSQ. CAPYSQ.] Liuius: *Alba Atis. Atis Capys, Capys Capetus.*

614. SED CAPYS ANTE FVIT] ſed Capys Capeti pater fuit, quamuis metri cauſſa poſterius eum nominauerim.

REGNVM TIBERIN. AB ILLIS CEPIT] Capeto natus eſt Tiberinus, qui in traiectu Albulæ amnis ſummerſus, celebre ad poſteros flumini nomen C dedit.

616. DE QVO REMVLVSQ. FEROXQ. ACROTA] Liuio Agrippa ſuccedit Tiberino, Agrippæ Remulus: qui dum ſuperbia tumidus Iouem fulminatorem imitari inſtituit, fulmine ab eo percuſſus interiit. Talis & Salmoneus rex Elidis, de quo in 6. Aeneid.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur olympi, &c.

619. FRATRE SVO SCEPT. MOD. &c.] Acrota minor natu genuit Auentinum, qui Liuio eſt Remuli frater.

621. TRIBVITQ. VOCAB. MONTI] Fulmine ictus, & ſepultus in eo colle, qui nunc eſt pars Romanæ vrbis, cognomen colli fecit, ait Liuius. Procam filium & ſucceſſurem reliquit, cuius filij Numitor & Amulius.

622. PALATINÆ GENT. SVMMAM] Summum, ſeu regium imperium habebat in gentem habitantem circa montem Palatinum, & in locis, vbi poſtmodum à Romulo Roma conſtructa eſt.

623. QVA NVLLA LATIN. INTER HAMADRYADAS, &c.] Genus nympharum agreſtium Hamadryades, quòd vnà cum arboribus oriantur & intereant, ſic nominatæ. Pomona hortorum colendorum ſcientia & diligentia parem non habuit.

625. NEC FVIT ARBOREI STVD. A. POET.] accuratiſſimè colebat arbores, quarum fructus generatim *mala*, ſiue molliore, ſiue duriore ſint cortice. Quanquam nonnulli diſtinguentes, poſterioris generis *nuces* appellant.

626. VNDE TENET NOMEN] à pomis fructibus, non arboribus. Nametſi pyrum quoque eſt in pomis, non tamen arbor ipſa pomus, ſed pyrus vocatur. Idem puta dictum de cæteris.

NON SYLVAS ILLA, NEC AMN. RVS AMAT, &c.] Cùm eſſet Hamadryas, cur non amauit ſyluas? Nam cur non amaret amnes, cauſſa patet, non erat Naias, aut Nereis: ſed abutitur voce, cùm ſuprà dicit, *Inter Hamadryadas Latinas.* Nymphas enim Latinas generatim intelligit. Totum igitur eius ſtudium ruri, & in hortis conſumebatur, vbi naſcuntur fælicia poma, non illa agreſtia, aſpera & immitia.

628. NEC IACVLO GRAVIS E. SED ADVNCA, &c.] Quædam nymphæ delectantur venatione, quæ proinde geſtant iacula feris configendis. Pomonæ pro iaculo fuit falx.

629. QVA MODO LVXVRIEM PREMIT, ET SPAT. &c.] Eleganter & diſtributè officium cultoris hortorum

torum deſcribitur. Virgil.1.Georg. *Falce premes vmbras*, id eſt, frondes & ſurculos inutiles, quia nimiam erant vmbram, amputabis.

Et spatiantia pass. brach. compescit, &c.] Ramos ſe latiùs diffundentes quaſi brachia quædam præcidit. Horat. ode 2. Epod.

Inutileſq́; falce ramos amputans,
Feliciores inſerit.

631. Svccos alien. præst. alvmno] Per inſitionem, quæ Græcis ἐμφύτευσις, alitur quaſi à nouerca in aliena arbore ſurculus. Libr.1. Antholog. Tit.20. εἰς δένδρα, *in arbores*, epigram.2. lætatur pyraſter, ſe per inſitionem in agreſtibus numerari deſiiſſe, & colono gratias agit:

Ἡ πίρος ἐν δρυμοῖσι νόθης ζείδωρος ὀπώρης
Ἀχράς, θηροβότου πλήμμυρος ἐρημοσύνης,
Ὀθνείοις ὄζοισι μετεμφυτὸς ἡμέρα θάλλω,
Οὐκ ἐμὸν ἡμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος.
Πολλή σοι φυτοεργὲ πόνου χάρις· εἵνεκα σεῖο
Ἀχρὰς ἐν ὑγχνάροισι δένδρεσιν ἐγγράφομαι.

Latinè vertam liberè: *Ego pyrus agreſtis, quæ priùs in ſylua fructus donabam ſpurios, hoc eſt agreſtia & immitia pyra, eramq́; ſtirps, ſeu ſtipes ſolitudinis, in qua feræ, ſeu beſtiæ paſcuntur: nunc inſertis mihi ramis peregrinis, vt arbor ſatiua, ſeu hortenſis, non ſyluatica floreo, nec iam onus meum ramis meis, ſed alienum alienis ſuſtineo. Multa tibi ſit gratia, ô inſitor: tu enim feciſti, vt ego agreſtis, iam in arboribus bonos edentes fructus numerer.*

632. Nec sentire sitim patitvr] Frondationem, putationem, inſitionem, tria poſuit ſeruanda in cultura arborum. Addit quarto loco rigationem.

634. Veneris qvoq. nvlla cvpido est] Prima laus Pomonæ, peritia & ſollertia culturæ hortenſis. Altera, obfirmata, & nullis machinis expugnabilis virginitas, cuius fidelis cuſtos labor; quoniam amor eſt otioſorum negotium. Cuſtodes etiam ſolitudo, & fuga aſpectus virilis; vt in viro vitatio vultus fœminei. Claudebat igitur Pomona pometum ſuum, & virorum ad ſe neminem adire ſinebat, quò tutior eſſet. Fœminis pudicitiæ amantibus non minùs virorum, quàm viris fœminarum congreſſiones, familiaritates, cohabitationes, aſpectus, fugiendæ ſunt.

637. Qvid non et Satyri, &c.] Satyri, Panes, Silenus tentarunt omnia, nec voti compotes facti ſunt. Fruſtrata eſt illos hiteos.

Saltatib. apta ivvent.] Gaudent ſaltationibus Satyri. Eclog.5. *Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibæus.*

638. Pinv præcincti cornva Panes] lib.1. *Pan videt hanc, pinuq́; caput præcinctus acuta*, &c.

639. Silenvsq. svis semp. ivvenil. annis] Nequitia nimirum non ſinebat eum eſſe ſenem, vt de Sileno dixit in Faſtis. De Bacchi nutritore, ſeu educatore loqui non videtur: plures enim Sileni fuerunt. Natalis libro 5. Mythologiæ capite 8. & Pauſanias in Atticis ait, maximos natu Satyrorum *Silenos* nominatos.

641. Vt potarentvr eas] *Potirentur* non ferebat verſus, propter ſecundam longam. Sic etiam libr. antecedente: *Tuq́; tuis armis, nos te poteremur, Achille.*

642. Hos qvoq. Vertvmnvs] De ratione nominis eius, & mutabilitate in varias figuras, Propert. lib.4. eleg.2. Explicatiùs Baptiſta Pius Annotat. poſter. cap.33. quòd primis muneribus vertentis anni donabatur. Seu quòd rebus vertendis, hoc eſt diſtrahendis, præerat. Seu quòd vertit ſedem, & relicta patria Hetruria Romam ſeceſſit. Seu quòd in varias formas ſeſe verteret.

Neq. erat fælicior illis] quamuis amando alios ſuperaret. Contemnebat & illum. Similia de Syringe lib.1.

Non ſemel & Satyros eluſerat illa ſequentes,
Et quoſcunq́; deos vmbroſaq́; ſylua, feraxq́;
Rus habet.

643. O qvoties habitv dvri messor.] Quàm variè ſe mutauerit Vertumnus, vt Pomonam falleret. In meſſorem, & ſpicas in corbe ad eam tulit. Propert. *Corbis at impoſito pondere meſſor eram. Durum* vocat *meſſorem*, id eſt, laborum patientem. Horat. ode 3. Epod. deteſtans allium, *ô dura meſſorum ilia.* Illi namque, vt & ruſtici, allio & alliato plurimùm veſcuntur. In fœniſecam, in aratorem, in frondatorem, in putatorem, ſeu vinitorem, in pomorum decerptorem, in militem, in piſcatorem.

645. Temp. sæpe gen. fœn. relig. recent. &c. Propert. lib.4. eleg.2.

Da falcem, & torto frontem mihi comprime fœno,
Iurabis noſtra gramina ſecta manu.

Mos fœniſecis erat, vt inter operam, ad æſtus ſolis defendendos maximè caput fœno, & quidem recenti, obnuptum obuinctumque haberent.

647. Stimvlos portare. &c.] Tibull.1. eleg.1. *Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues.*

650. Indverat scal. lect. pom. pvtar. &c.] Si ſumpſiſſet ſcalas ad conſcendendas arbores, vt inde poma decerperet.

651. Miles erat gladio] Propert. *Arma mihi quondam, & memini, laudabar in illis.*

Piscator arvndine svmpta] Propert. *Supponat hoc, piſces calamo prædabor.*

652. Deniq. per mvltas adit. &c.] In plures formas ſe vertit prauo conſilio. Nam vt apud Propert. ait: *Opportuna mea eſt cunctis natura figuris.* Vnde & illi nomen impoſitum à *vertendo Vertumnus.*

At mihi quòd formas vnus vertebar in omnes
Nomen ab euentu patria lingua dedit.

Infrà verſ.661. *Vlmus erit contrà ſpecioſa nitentibus vuis*, peruetuſti Codices habét *ſpec. tumentibus vuis*, vt in ſequ. libro: *Tumidaq́; in vitibus vua.* & Auſonius: *Vitrea vindemia turget in vuis.* Poſt rurſum verſ.770. *Vimq́; parat, ſed vi non eſt opus, inq́; figura*; ſyncera lectio eſt & verior: *Vimq́; parat, ſed opus non eſt vi; namque figura Capta Dei nympha eſt.*

Amulio

Amulio & Numitore mortuis Roma condita, Sabinis deuictis, & Tito Tatio conſorte regni ſublato, Romulus ſolus rerum potitur. Hunc ſtabilito iam imperio Mars ſecundùm promiſſa à Ioue cælo donari contendit. Currum conſcendit, Romulum è media concione rapit: qui poſtea Quirini vocabulum obtinuit. Ad ſolandam Herſiliam Iris à Iunone mittitur.

XVI.

PROXIMVS Auſonias iniuſti miles Amuli
Rexit opes, Numitórque ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit; feſtiſque Palilibus vrbis
Mœnia conduntur. Tatius, patréſque Sabini
Bella gerunt; arciſque via Tarpeia recluſa
Dignam animam pœna congeſtis exuit armis.
Inde ſati Curibus tacitorum more luporum
Ore premunt voces: & corpora victa ſopore
Inuadunt, portáſque petunt, quas obice firmo
Clauſerat Iliades: vnam tamen ipſa recluſit,
Nec ſtrepitum verſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidiſſe repagula ſenſit:
Et clauſura fuit: niſi quòd reſcindere nunquam
Dijs licet acta deûm. Iano loca iuncta tenebant
Naiades Auſoniæ, gelido rorantia fonte:
Has rogat auxilium. nec nymphæ iuſta petentem
Suſtinuere deam; venáſque, & flumina fontis
Elicuere ſui. nondum tamen inuia Iani
Ora patentis erant, nec iter præcluſerat vnda.
Lurida ſupponunt fœcundo ſulphura fonti,
Incendúntque cauas fumante bitumine venas.
Viribus his, aliiſque vapor penetrauit ad ima
Fontis, & Alpino modò quæ certare rigori
Audebatis aquæ, non ceditis ignibus ipſis.
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes:
Portáque nequicquam rigidis promiſſa Sabinis
Fonte fuit præſtructa nouo, dum Martius arma
Indueret miles: quem poſtquam Romulus vltro
Obtulit, & ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Corporibus, ſtrata eſtque ſuis, generique cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis:
Pace tamen ſiſti bellum, nec in vltima ferro
Decertare placet, Tatiúmque accedere regno.
Occiderat Tatius, populiſque æquata duobus
Romule iura dabas: poſita cùm caſſide Mauors

Talibus affatur diuûmque hominúmque parentem:
Tempus adeſt genitor, quoniam fundamine magno
Res Romana valet, & præſide pendet ab vno)
Præmia iam promiſſa mihi, dignóque nepoti
Soluere, & ablatum terris imponere cælo.
Tu mihi concilio quondam præſente deorum
(Nam memoro, memorique animo pia verba notaui)
Vnus erit, quem tu tolles ad ſidera cæli,
Dixiſti: rata ſit verborum ſumma tuorum.
Annuit omnipotens; & nubibus aëra cæcis
*Occuluit, tonitrúque & fulgure terruit * orbem,* *vrbem.
Quæ ſibi promiſſæ ſenſit data ſigna rapinæ,
Innixúſque haſtæ preſſos temone cruento
Impauidus conſcendit equos Gradiuus, & ictu
Verberis increpuit: pronúmque per aëra lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle Palatî:
Reddentémque ſuo tunc regia iura Quiriti
Abſtulit Iliaden. corpus mortale per auras
Dilapſum tenues, vt lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo.
Pulchra ſubit facies: & puluinaribus altis
Dignior eſt, qualis trabeati forma Quirini.
Flebat vt amiſſum coniux, cùm regia Iuno
*Irin ad Herſiliam deſcendere * limite curuo* *tramite
Imperat, & vacuæ ſua ſic mandata referre.

772. PROXIMVS AVSON. INIVST. MIL. AMVLI, &c.] A digreſſione de Pomona dea, quæ fuit ſub Latino Syluio rege Albano, & inſtitutam narrationem de ortu vrbis Romæ reuertitur. Proximus à Proca regnum tenuit depulſo fratre ſeniore, videlicet Numitore, Amulius, magiſque vi & armis, quàm humanitate & iuſtitia ciues ſuos ad officium adegit. Liuius libro 1. *Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Syluia gentis legat. Plus tamen vis potuit, quàm voluntas patris. Pulſo fratre Amulius regnat. Addit ſceleri ſcelus, ſtirpem fratris virilem interimit*, &c. Vides quare iniuſtum vocet. 3. Faſt.

Hoc vbi cognouit contemptor Amulius æqui
(Nam raptas fratri victor habebat opes)

773. NVMITORQVE S. AMISS. NEP. MVN. REG. CAP.] Romulus & Remus iam adulti, interfecto Amulio auo Numitori regnum reſtituerunt. Lege Liuium. Faſt. 3.

Romuleóq; cadit traiectus Amulius enſe,
Regnaq; longæuo reſtituuntur auo.

774. FESTISQ PALILIB. VRB. MOEN. CONO.] Agebantur Palilia XII. Kalend. Maias, quo die vrbis fundamenta iacta ſunt primùm. Plutarchus in Romulo. Vrbem igitur ad XII. Kaléd. Maias cœptam ædificari, opinione omnium ſatis conſtat: eúmque diem feſtum Romani agunt, natalem patriæ nuncupantes. Eo die mos erat ouilia purgare; tranſilire flammas; ſapa, & milio ſacra facere; genium curare; nullam mactare hoſtiam: quòd eum diem, qui pa- A triæ natalis erat, à cæde & ſanguine purum eſſe deceret; cœnas apparare; à litibus abſtinere. Feſta tamen Palilia etiam ante vrbem conditam à paſtoribus, qui proxima vrbis incolebant, celebrari ſolita inuenimus. Pales enim dea pabuli & paſtorum eſt, quam plerique Veſtam, alij matrem deûm nuncupant; cui pro partu & prouentu pecorum lacte & libo ſine victima immolabatur, cui Palilia dicauêre. Alex. ab Alex. cap. 22. libr. 2. Propert. eleg. 4. libr. 4.

Vrbi feſtus erat, dixere Palilia patres.
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

Ouid. Faſt. 2.

Apta dies legitur, qua mœnia ſignet aratro.
B *Sacra Pales ſuberant, inde mouetur opus.*

Cenſorinus de die Natal. Euſeb. in Chron. Varro de re ruſtica lib. 2. lib. 1. Cic. 2. de Diuinat. Sueton. Calig.

775. TATIVS, PATRESQ. SABINI BELLA GER.] propter raptas ipſorum filias à Romanis. Liuius lib. 1. Florus lib. 1. Dionyſ. lib. 2. Plutarchus in Romulo, Propert. lib. 4.

776. ARCISQ. VIA TARPEIA R. DIGN. ANIM. &c.] Rem omnem aperient verba Liuij. *Sp. Tarpeius Romanæ præerat arci. Huius virginem filiam auro corrumpit Tatius, vt armatos in arcem accipiat. Aquam fortè ea tum ſacris extra mœnia petitum ierat. Acceptit armis obrutam necauere: ſeu, vt vi capta arx potiùs videretur; ſeu prodendi exempli cauſſa, ne quid vſquam fidum proditori eſſet.* Additur fabula, quòd vulgò Sabini aureas armillas

millas magni ponderis brachio læuo, gemmatoſq; magna ſpecie annulos habuerint, pepigiſſe eam, quod in ſiniſtris manibus haberent. Eò ſcuta illi pro aureis donis congeſta. Sunt qui eam ex pacto tradendi, quod in ſiniſtris manibus eſſet, directò arma petiſſe dicant: & fraude viſam agere, ſua ipſam peremptam mercede.

778. SATI CVRIAVS] Sabini ab vrbe ſua, cui vocabulum *Cures*.

781. CLAVSERAT ILIADES] Iliæ filius, Romulus.

VNAM TAMEN IPSA RECLVSIT] quam tamen aqua frigida in feruentem à Iano conuerſa, ipſis imperuiam reddidit, vt mox dicetur ex Faſtis. Hîc autem aquas illas à Nymphis calefactas ait.

782. NEC STREPIT. VERSO SATVRN. CARD. F.] Iuno Romanis propter eorum à Troianis originem necdum conciliata.

784. ET CLAVSVRA FVIT] vtpote amica etiam poſteris Æneæ ſui.

NISI QVOD RESCINDI N. DIIS L. FACTA DEVM] vt eſt in fabulis, non licebat alicui deo, quamuis factum non probaret, quod antea ab aliquo deo geſtum eſſet, diſturbare. Lege Victor. lib. 38. cap. 11.

785. IANO LOCA IVNCT. TENET. NAIAD. AVSON. &c.] Sacello Iani cõtigua loca tenebant Naiades Auſoniæ. Narrat paulo aliter idé 1. Faſt. Ianus:

Vtq; leuis cuſtos armillis capta, Sabinos
Ad ſumma tacitos duxerat arcis iter.
Inde, velut nunc eſt, per quem deſcenditis, inquit,
Arduus in valles per fora cliuus erat.
Et iam contigerant portam: Saturnia cuius
Dempſerat oppoſitas inuidioſa feras.
Cum tanto veritus committere numine pugnam,
Ipſe meæ mouit callidus artis opus.
Oraq;, qua pollens ope ſum, fontana recluſi:
Sumq; repentinas eiaculatus aquas.
Antè tamen madidis ſubieci ſulphura venis,
Clauderet vt Tatio feruidus humor iter.

789. NOND. TAM. INVIA IANI O. PAT.] Eo tempore Ianus nondum clauſus viſebatur, quomodo ſeculis deinde ſecutis. Vide Symb. 1. Æneid. ibi: *Claudentur belli porta*, &c.

794. ALPINO RIGORI] Prouerbio ſimile. *frigus Alpinum*, *vt frigus Scythicum*, pro ſummo & acutiſſimo. Virg. eclog. 10.

795. NON CEDITIS IGNIAVS IPSIS] Hyperbole.

797. RIGIDIS SABINIS] Caue attributum hoc ad arma referas, ſed ad mores eorum, de quibus Liuius lib. 1. loquens de Numa Pompilio Sabino, quem dicit inſtructum fuiſſe non tam peregrinis artibus, quàm diſciplina tetrica ac triſti veterum Sabinorum: quo genere nullum quondam incorruptius fuit.

799. QVEM POSTQ. ROMVL. VLTRO OBIICIT, &c.] quem fontem poſtquam Sabinis arcem inuadentibus oppoſuit, & fuſus eſt vtrimque ſanguis, placuit pacem componere, & Tatium in ſocietatem regni accipere. Regnarunt 5. annis ſimul. Liuius ſcribit, Romanos Sabinoſque in media conualle duorum montium redintegraſſe prælium; ſed rem Romanam fuiſſe ſuperiorem. Sabinas autem mulieres anſas ſe inter tela volantia inferre, inter ſoceros & generos pacem feciſſe. Inde non modò commune, ſed concors etiam regnum duobus regibus fuiſſe.

803. NEC IN VLTIMA FERRO DECERTARE] vſque ad internecionem alterius partis.

805. OCCIDERAT TATIVS] De eius morte hunc in modum Liuius: *Poſt aliquot annos propinqui Tatij legatos Laurentium pulſant. Cumq; Laurentes iure gentium agerent, apud Tatium gratia ſuorũ, & preces plus poterant. Igitur illorum pœnam in ſe vertit. Nam Lauinij, cùm ad ſollemne ſacrum eò veniſſet, concurſu facto interficitur.*

806. POSITA CVM CASSIDE MAVORS] Mars clypeo, haſta, galea inſtructus incedit, vt armorum & belli dominus. 2. Faſt.

Bellice, depoſitis clypeo paulisper & haſta,
Mars ades, & nitidas caſſide ſolue comas.

807. DIVVMQ. HOMINVMQ. PARENT.] *Diuûm pater, atque hominum rex*, Virgilio. Et ſæpiùs legas diuûm patrem, hominum rariùs. Quid enim diceret Prometheus, quem hominum plaſten & patrem poëtarum natio ſtatuit? Lucret. de Venere: *Aeneadum genitrix, hominum diuûmq; voluptas.*

808. QVON. FVNDAM. MAG. RES ROMAN. &c.] quandoquidem Romana res ſatis firmo iam fundamento nititur. quoniam radicem egit, & ſe tueri poteſt, monarchamque ſuum habet.

811. ET ABLAT. TERRIS IMPONERE CÆLO] Hoc ſibi promiſſum dijs audientibus affirmat Mars. Promiſſa autem ſeruanda ſunt viro bono; quanto magis deo, & deorum ſupremo?

814. VNVS ERIT Q. TV TOLLAS AD SID. CÆLI] Verba Iouis ex verſu Enniano, aliquantum immutato. Ille enim ſic: *Vnus erit, quem tu tolles ad cærula cæli Templa.* Fabula narratur & in 2. Faſt.

Nam pater armipotens, poſtquam noua mœnia vidit,
Multaq; Romulea bella peracta manu:
Iupiter, inquit, habet Romana potentia vires:
Sanguinis officio non eget illa mei.
Redde patri natum: quamuis intercidit alter:
Pro ſe, proq; Remo, qui mihi reſtat, erit.
Vnus erit, quem tu tolles ad ſidera tali:
Tu mihi dixiſti: ſint rata dicta Iouis.

Hunc reſpexit vtrique Virgil. 6. Æneid. *Et pater ipſe ſuo ſuperûm iam ſignat honore.* Et Horat. ode 3. lib. 3.

———Protinus & graues
Iras, & inuiſum nepotem
Troica quem peperit ſacerdos,
Marti redonabo. Illum ego lucidas
Inire ſedes, ducere nectaris
Succos, & adſcribi quietis
Ordinibus patiar deorum.

816. ET NVBIB. ATRA CÆCIS OCCVL. &c.] Exceſſum, ſiue apotheoſin Romuli paucis verbis ita exſequitur Liuius: *His immortalibus editis operibus cùm ad exercitum recenſendum concionem in campo ad Capræ paludem haberet, ſubitò coorta tempeſtas cum magno fragore, tonitribuſq; tam denſo regem operuit nimbo, vt conſpectum eius concioni abſtulerit: nec deinde in terris Romulus fuit.* Vide & Cic. 1. de Leg. Val. Max. lib. 5. cap. 3. Auguſt. Ciuit. lib. 3. cap. 15.

818. QVÆ SIBI PROM. S. O. SIG. R. AP.] Intellexit Mars, ſibi Iouem quaſi ſignum rapiundi Romuli dare voluiſſe.

820. CONSCENDIT EQVOS] conſcendit currum, cuius temo cruentus, propter cædes & ſtrages quas facit, & ſanguinem quo conſpergitur, dum per medias acies inuehitur, & prælianiibus addit animos, & ſuſcitat iras.

Et ictv verberis increpvit] *inſonuitq́, A flagello*, Virgil.5. & 7. de Alecto furia, *verberaq́ inſonuit*.

824. Corp. mort. p. avr. dilaps. ten.] non ſine corpore in cælum venit; ſed cum corpore non graui, non tantæ molis, non mortali, verùm tenuiſſimo, & diuino.

827. Et pvlvinarib. alt. dig. e. qvalis, &c.] Etiam dignior eſt altè extructis puluinaribus, vt dijs extrui in templis ſolebant, taliſque tunc viſus eſt, qualis deinde eius imago trabeati pingi ac fingi ſolita eſt. De puluinaribus dixi in Symbol.

829. Fleb. vt amiss. conivx &c.] Iuno Herſiliam reginam orbitatem ſuam deflentem conſolatum cum mandatis Irim demittit. Fauet enim mulieri, quamuis Romulo non fauerit. De eius connubio cum Romulo Silius lib. 13.

——— Hirſutos cùm ſperneret olim
Gens vicina procos, paſtori nupta marito
Luſtrauitq́, caſam, culmenq́, è ſtramine ſultum
Preßit læta torum, & ſoceros reuocauit ab armis.

830. Descend. limite cvrvo imp.] per arcum, quem in nubibus cernimus, deſcendere ad terras, rurſumq́; in cælum aſcendere fingitur. Lib. 11. *Effugit, & remeat per quos modò venerat arcus.*

Concepta Iunonis verba conſolandæ Herſiliæ. Inſuper iubet, ſi eum videre cupiat, in collem Quirinalem ſe conferat. Quod cùm Iride præeunte feciſſet, ipſa quoque aſtris immigrans, à Romulo excepta, & Ora deinceps appellata eſt.

XVII. 832. *O Et de Latio, ô & de gente Sabina*
Præcipuum matrona decus, digniſſima tanti
Antè fuiſſe viri coniux, nunc eſſe Quirini:
Siſte tuos fletus, &, ſi tibi cura videndi
Coniugis eſt, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui viret, & templum Romani regis obumbrat.
Paret, & in terram pictos delapſa per arcus,
Herſiliam iuſſis compellat vocibus Iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
O dea (namque mihi, nec quæ ſis dicere promptum eſt,
Et liquet eſſe deam) duc, ô duc, inquit, & offer
Coniugis ora mei: quem ſi modò poſſe videre
Fata ſemel dederint, cælum aſpexiſſe fatebor.* *accepiſſe
Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantæa
Ingreditur colles, ibi ſidus ab æthere lapſum
Decidit in terras; à cuius lumine flagrans
Herſiliæ crinis cum ſidere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis Romanæ conditor vrbis
Excipit; & priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat, Orámque vocat, quæ nunc dea iuncta Quirino eſt.

832. O et de Latio, &c.] totius Latij, non tantùm Sabini populi ornamentum.

833. Digniss. tan. ante fviss. &c.] Digniſſima quà forma, quà prudentia, quà probitate, quà verecundia, quà grauitate, & moribus. *Tanti viri*, Romuli, Martis filij, regum Albanorum nepotis, prudentiſſimi & fortiſſimi regis.

834. Nvnc esse Qvirini] quæ fuiſti antea coniux regis Romuli, nunc es coniux Quirini (ſic enim poſt exceſſum ſuum eſt nuncupatus) non hominis ampliùs, ſed dei.

835. Siste tvos fletvs] quia cauſſam flendi non habes, ſed gaudendi potiùs.

836. Colle Qvirino qvi viret] [illegible], nam poſtea demum *Quirinalis* fuit cognominatus.

837. Et templvm Rom. reg. obvmbrat] in quo luco eius templum eſt; immò erit potiùs.

839. Ivssis compellat vocibus] quas voces non iterat Ouidius, quod ſemper facit Homerus dum mandata exponit. Parcè admodum Virgilius:

vt

vt in Arte poëtica verſibus Latinis eleganter do- A
cet M. Hieronymus Vidas Cremonenſis, Albæ Epiſcop.

840. ILLA VERECVND. VIX TOLL. L. VVLTV] Deijcere quàm attollere oculos magis decet probam ac pudicam fæminam; & hoc in Didone & Andromacha laudat Virgilius.

841. O DEA NAMQ. MIHI NEC QVÆ SIS, &c.] Manifeſta μίμησις ex 1. Æneid. vbi in ſylua mater Æneæ diſſimulanter apparet:

O quam te memorem, virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem ſonat, ò dea certè,
An Phœbi ſoror, an nympharum ſanguinis vna?

842. ET OFFER CONIVGIS ORA MIHI, &c.] offer mihi videndum, nihil enim tam cupio.

844. CÆLVM ASPEXISSE FATEBOR], beatiſſimam me iudicabo. *In cælo eſſe*, prouerb. pro incredibiliter fælicem ac beatum eſſe. Geminum huic, *deum eſſe.*

845. ROMVL. COLLES] collem Quirinalem.

CVM VIRG. THAVMANTÆA] Iris filia Thaumantis. Cauſſam appellationis alibi oſtendimus.

846. IBI SID. AB ÆTH. LAPS. DECID. IN TERR. &c.] Cuius hoc ſidus fuit? Certè non ſolùm crinem Herſiliæ incendit, verùm etiam ſecum totam in cælum rapuit. Non igitur in terris Romulum, ſed in cælo vidit, vbi eam excepit obuijs vlnis: vbi & corpus adeptum eſt immortalitatem, & nomen eius mutatum.

851. ORAMQ. VOCAT] Aliam quaſi linguam dijs tribuit Homerus, dum non ſemel res quaſdam alio vocabulo ab illis, quàm à mortalibus appellari ſolitas ait. Vt *Chalciden* ab ijs, quam homines *Cymindin*. Auis genus eſt. Et *Xanthum* à diis, quem mortales *Scamandrum*. Collem ante vrbem Troianam *Batican* dici ab his, *monimentum Myrrhines* ab illis. Prætetea *Briareum* à diis, *Aegeona* ab hominibus. Secutus hoc Ouid. dixit, *Herſiliam* in deos tranſlatam à Quirino vocatam *Oram*. Sic lib. 11. *Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus Nominat.* De hac eadem dea Ennius 1. Annali: *Teq́; Quirine pater venerans, Oramq́; Quirini.* Romani eam in comprecationibus cum Nerione Martis vxore inuocare conſueuerunt.

ELECTORVM
LIBER DECIMVSQVINTVS.

PRÆFATIO.

NOVISSIMVS *hic liber laudatiſſimi operis ab eruditis omnibus, totus penè eſt phyſicus & hiſtoricus; multa comprehendens, quæ partim ad rerum naturam, ad earum, inquam, ortum, interitum, proprietates, ingenia, viciſſitudinem; partim ad vrbis & imperij Romani, quod vnum in terris ſecundùm deorum opes, vt ait Liuius, maximum extitit, laudesq́; Iulij & Augusti Cæſarum ſpectant. Abſurdum prorſus, & omnium irriſione ludendum Pythagoræ dogma* περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, *de abſtinentia ab animatis, ſiue* περὶ σαρκοφαγίας, *de carnibus non edendis (ne quis videlicet in animalibus cædendis amicorum, propinquorũ, conſanguineorum animas nouo domicilio per ſummum nefas exturbaret, & inquilinas alibi atque alibi fieri miſellas compelleret: tranſmigrationem ſiquidem animarum in alia corpora philoſophus ille docuit: immò verò propter hanc carnium epulas prohibuit) hoc, inquam,* παράδοξον *facundiſſimè & feſtiuiſſimè* κατ' εἰρωνείαν, *per diſſimulationem tractat. Eſt itaque liber hic quà eruditione, quà materia, rerumq́; copia, pondere, varietate horum omnium librorum princeps; tantoq́; parentis atque auctoris ſui ingenio, tam cumulata doctrina, tam inimitabili facundia digniſſimus, & ad liberalem delectationem animis ingenerandam appoſitiſſimus. Quanquam primus magna in parte ad dignitatem & grauitatem quod attinet, nihil ei conceſſerit.*

Romulo ſucceſſor Numa Pompilius deligitur. Eius φιλομάθεια & peregrinatio. De conditore vrbis Græcæ in Italia ſciſcitatur.

SECTIO I.

*Q*Væritvr *interea, quis tantæ pondera molis*
Suſtineat, tantóque queat ſuccedere regi.
Deſtinat imperio clarum prænuntia veri
Fama Numam, non ille ſatis cognoſſe Sabinæ
Gentis habet ritus: animo maiora capaci
Concipit, &, quæ ſit rerum natura, requirit.
Huius amor curæ patria, Curibúſque relictis
Fecit vt Herculei penetraret ad hoſpitis vrbem.
Graia quis Italicis auctor poſuiſſet in oris
Mœnia quærenti, ſic è ſenioribus vnus
Rettulit indigenis, veteris non inſcius æui.

1. QVæritvr interea, qvis &c.] Planiſſimè iſtuc ex T. Liuio explicabitur. Sic enim ille, poſt narratum Romuli exitum: *Patrum interim animos certamen regni, ac cupido verſabat. Necdum à ſingulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenerunt factiones. Inter ordines certabatur. Oriundi à Sabinis, ne, quia poſt Tatij mortē à ſua parte non erat regnatum, in ſocietate æqua poſſeßionem imperij amitterent, ſui corporis creari regem volebant. Romani veteres peregrinum regem aſpernabantur. In varijs voluntatibus regem tamen omnes volebant, libertatis dulcedine nondum experta.* Iam quòd quæri debuiſſe ait, qui ſuccederet Romulo, idipſum tacitè deceſſoris virtutem & præſtantiam indicat. Et ſignatè, *quæritur*, inquit. Nam vt facilius eſt ſubeſſe quàm præeſſe, parere quàm imperare: ita minore negotio inuenias qui bene pareant, quàm qui bene imperent, ſi præſertim de regno agatur. Rectè Iſocrates in Parœneſi ad Nicoclem ac[cuſ]at eos, qui regnum tanquam ſacerdotium, cuiuslibet hominis putent eſſe, cùm ſit ſummum in rebus humanis, maioremque prouidentiam poſtulet. Et quoniam, vt mox ſubijcitur, magnæ molis opus eſt regnare, idcirco etiam humeros validiores, animũ nempe varijs inſtructum dotibus requirit. *Ars artium, & ſcientia ſcientiarum eſt*, inquit Gregor. Nazianzenus in Apologet. *hominem regere & moderari, animal verſutiſſimum, & maximè varium.* Huc pertinet etiam prooemium Cyripædiæ apud Xenophontem.

Tantæ pond. molis svstin.] Vides, opinor, tangi fabulam Atlantis, cælum humeris fulcientis. Eam ſæpiùs ſcriptores, cùm de magiſtratu, regno, imperio ſermo eſt, occultè nobis ſuggerunt. Noſter 2. Triſt. de Augusto:

Non ea te moles Romani nominis vrget,
Inq; tuis humeris tam leue fertur onus.

Molem immenſam Romani imperij ſua memoria hac verborum circuitione expreſſit Ouidius. De ſucceſſore Iulij Augusto in extremo libri, *Impoſitum feret vnus onus.* Liuius in præfat. *Res eſt præterea & immenſi operis, vt quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur: & quæ ab exiguis profecta initijs eò creuerit, vt iam magnitudine laboret ſua.* Moles frequenter difficultatis notionem habet μεταφορικῶς. Virgil. 1. Æneid. *Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*

2. Tantoq. qveat svcced. regi.] Cùm per ſe difficile ſit bene regnare, hoc difficilius redditur, quò præſtantiori deceſſori ſuccedimus. Paria quippe, aut maiora ſemper à rectoribus poſtulantur: & ex comparatione cuiuſque vel virtus, vel vitium manifeſtiùs cognoſcitur. De Romulo primo rege Romanorum, & æternæ vrbis conditore præter Liuium, Halicarnaſſ. libr. 1. & 2. Plutarchus, Ouid. 3. & 4. Faſt. Alios præterea multos taceo, quos enumerant, qui in Florum, & Auctorem de viris illuſtribus Commentarios ediderunt. Ex quibus intelliges, non ſine cauſſa *tantum regem* à poëta nominatum. Narrationem de eo his verbis claudit Liuius: *Hæc fermè Romulo regnante domi militiæq; geſta. Quorum nihil abſonum fidei diuinæ originis, diuinitatisq; poſt mortem creditæ fuit: non animus in regno auito recuperando; non condendæ vrbis conſilium; non bello ac pace firmanda. Ab illo enim profectis viribus datis tantum valuit, vt in quadringentos deinde annos tutam pacem haberet.* Regno præfuit annos XXXVII. Deceſſit Nun. Quintilib.

3. Destinat impar. fam. clar. Nvm.] Rurſum cape ſis verba Liuij de Numæ claritate ac nomine. *Inclyta iuſtitia religioq; ea tempeſtate Numæ Pompilij erat. Curibus Sabinis habitabat, conſultiſſimus vir, vt in illa ætate quiſquam eſſe poterat, omnis diuini atque humani iuris.* Prædicat eundem & Vergil. in 6. ab ijſdem rebus:

Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ
Sacra ferens? noſco crines, incanaq; menta
Regis Romani: primus qui legibus vrbem
Fundabit. Curibus paruis, & paupere tecto
Miſſus in imperium magnum.

Vide inſuper eoſdem auctores, quos ſuprà de Romulo

mulo nominaui. Deceſſit Numa annos natus 83. cùm regnaſſet 43. Occœpit igitur regnum quadragenarius.

4 FAMA PRÆNVNTIA VERI] Verè ſucceſſit. Non igitur hîc mendax fuit fama. Alioqui, *tam ficti prauiq; tenax, quàm nuntia veri*, vt eſt in 4. Æneid.

NON ILLE SATIS COGNOS. SAB. &c.] Non illi ſufficiebat notitia iuris humani & diuini apud Sabinos ſuos: ad maiora & reconditiora perdiſcenda aſpirabat animus. Da autem Liuio: *Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuiſſe opinor magis: inſtructumq; non tam peregrinis artibus, quàm diſciplina tetrica ac triſti veterum Sabinorum*, &c.

5. ANIMO MAIORA CAPACI CONCIP.] *Capax animus* hîc & alibi non aliud eſt quàm bonum & nobile ingenium, cuius vis & facultas ex intelligendi celeritate potiſſimùm perſpicitur. Hinc illa, pro Marcello: *Quæ tam magna ſunt, vt ea vix cuiuſquã mens, aut cogitatio capere poſſit.* Et in Piſonem: *Non capiunt anguſtiæ pectoris tui, nõ egeſtas animi recipit tantam perſonam.* Propriè dixit 1. Tuſcul. *Qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi poteſt? aut quæ tanta omnino capacitas?*

6. ET QVÆ SIT RERVM NAT. REQ.] Hæc ſunt illa maiora, *Phyſiologia* videlicet, aut *Phyſica*, quam cum Cicerone *naturæ rationem*, aut *naturæ explicationem* interpretari licet: vt *Phyſicum*, ſpeculatorem, venatoremque, ſeu indagatorem naturæ. Eſt autem *Phyſice* ſcientia, quæ cuiuſque rei naturalis initiorum, cauſſarum, virium ac proprietatum explicationem complectitur. De qua cùm habeamus VIII. libros Ariſtotelis, qui περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως. *de naturali auſcultatione* inſcribuntur, idoneè Perionius interpres *de natura* eos inſcripſit, vt *de rerum natura* ſuos Lucretius. Tametſi & Græcum & Latinum vocabulum patet latiùs, quàm vt in illos VIII. libros tantùm ſit aptum.

7. HVIVS AMOR CVRÆ, PATRIA, &c.] Ex deſiderio perdiſcendæ rerum naturæ, cuius facultatem in Sabinis, atque adeò Curibus in patria ſua nullam inueniebat, in externam regionem voluntariam peregrinationem ſuſcepit Numa. Idem aliquot philoſophos feciſſe legimus. In Ægyptum A Pythagoras, qui vt in Memphitico ſacerdotum collegio poſſet obtinere locum, & per eam occaſionem Ægyptiorum diſciplinas percipere, ſacris eorum initiari, ac circumcidi ſuſtinuit; id quod etiam Theodoretus de curandis Græcorum affect. ſcriptum reliquit. Similiter Plato in Ægyptum, deinde in Italiam venit. Teſtis Cicero Tuſcul. 1. *Platonem ferunt*, inquit, *vt Pythagoreos cognoſceret, in Italiam veniſſe, & in ea cùm alios multos, tum Archytam Timæumq; cognouiſſe, didiciſſeq; Pythagorea omnia.* Apollonius Tyaneus in Indiam, vt Iarcham Brachmanorum principem audiret, iter longiſſimum inſtituit. Thales Mileſius in Ægyptum profectus, ſacerdotibus Ægyptijs familiariter adhæſit; alioqui nullo præceptore vſus Laërt. Ibidem & Cleobu- B lum nominat, qui Ægyptum Philoſophiæ gratia petiuerit. Homerum quoque in Ægyptum peregrinatum, & multa quæ ibi didicerit in ſuos libros tranſtuliſſe, ex Diodoro relatum eſt à Iuſtino Martyre, Exhortat. ad Gentes.

8 HERCVLEI AD HOSPITIS VRBEM] *Crotonem* oppidum Calabriæ, poſitum in ſinu Tarentino, peninſulam, à Crotone nominatum, qui Herculem eò venientem hoſpitio ſuſcepit, vt narrabitur: qui Hercules per Myculum eius condendi occaſionem præbuit.

9. GRAIA QVIS ITALICIS, &c.] Mirabatur Numa, Græcam vrbem in Italia ædificatam, & conditorem noſſe cupiebat. Similis admiratio apud Na- C ſonem 3. Triſt. eleg. 9. Docturus enim, vnde vocabulum oppidulo *Tomis*, vbi exul viuebat, ſic orditur:

Hic quoque ſunt igitur Graiæ (quis crederet) vrbes?
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoque Mileto miſſi venêre coloni,
Inq; Getis Graias conſtituêre domos.

10. E SENIORIBVS VN.] Senes enim diu viuendo multa viderunt, multa audiuerunt, multa meminerunt, quos de antiquitate conſuli & reſpondere par eſt: vnde mox additur, *veteris non inſcius æui.* Apud Catul. *Omne æuum tribus explicare chartis*, eſt omnium præteritorum temporum memoriam breui libello concludere.

Crotonis oppidi origo.

DIVES ab Oceano bobus Ioue natus Iberis II.
Littora fælici tenuiſſe Lacinia curſu
Fertur: & armento teneras errante per herbas,
Ipſe domum magni, nec inhoſpita tecta Crotonis
Intraſſe, & requie longum releuaſſe laborem.
Atque ita diſcedens, æuo, dixiſſe, nepotum
Hic locus vrbis erit: promiſſáque vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Myculus, illius dijs acceptiſſimus æui.
Hunc ſuperincumbens preſſum grauitate ſoporis
Clauiger alloquitur: Patrias age deſere ſedes,
I, pete diuerſi lapidoſas Æſaris vndas.
Et, niſi paruerit, multa ac metuenda minatur.

Poſtea diſcedunt pariter ſomnúſque, deuſque.
Surgit Alemonides, tacitáque recentia mente
Viſa refert: pugnátque diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet: prohibent diſcedere leges:
Pœnáque mors poſita eſt patriam mutare volenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat ſol:
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox:
Viſus adeſſe idem deus eſt, eadémque monere,
Et, niſi paruerit, plura ac grauiora minari.
Pertimuit: patriumque ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale nouas. Fit murmur in vrbe:
Spretarumque agitur legum reus: vtque peracta eſt
Cauſſa prior, criménque patet ſine teſte probatum:
*Squallidus ad ſuperos * tendens reus ora manuſque:* *tollens
O cuius cælum bis ſex fecere labores,
Fer, precor, inquit, opem, nam tu mihi criminis auctor.
*Mos erat * antiquus, niueis atriſque lapillis,* *antiquis,
His damnare reos, illis abſoluere culpa.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis: & omnis
Calculus immitem demittitur ater in vrnam.
Quæ ſimul effudit numerandos verſa lapillos,
Omnibus è nigro color eſt mutatus in album:
Candidáque Herculeo ſententia numine facta
Soluit Alemoniden: grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ: ventiſque fauentibus æquor
Nauigat Ionium, Lacedæmoniumque Tarentum
Præterit, & Sybarin, Salentinúmque Neæthum,
Thurinóſque ſinus, Temesénque, & Iapygis arua.
Vixque pererratis, quæ ſpectant littora, terris
Inuenit Æſarei fatalia fluminis ora.
Nec procul hinc tumulum, ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus: iuſſáque ibi mœnia terra
Condidit: & nomen tumulati traxit in vrbem.
Talia conſtabat certa primordia fama
Eſſe loci, poſitæque Italis in finibus vrbis.

12. DIVES AB OCEANO, &c.] Vrbs Croton qua occaſione extructa fuerit, inuenies apud Iamblichum de vita Pythagoræ lib. 1. cap. 8. Inſula Oceani Erythrea, ſeu, vt Turneb. emendat, *Erythia*, vicina Gadibus, vnde Geryoni regi boues has, monumentum victoriæ ſuæ abegit Hercules. Quas proinde *prædam Erytheida* dixit Faſt. 5. Ouidius. Hîc autem *Iberas* a vicina regione, Hiſpania nimirum, quæ & *Iberia* ab *Ibero* flumine. Eas Hercules inde poſtmodum egit, vbi Romulus vrbem ſtatuit. Liuius lib. 1. *Herculem in ea loca, Geryone interempto, boues miræ ſpecie abegiſſe, memorant, ac prope Tiberim fluuium, quà præ ſe armentum agens nando traiecerat*, &c. Adi & Propert. eleg. 10. lib. 4.

IOVE NATVS] Fatetur ipſe Iupiter Amphitruoni apud Plautum, ſe Alcumenæ vſuram corporis cepiſſe, grauidam feciſſe filio, & ſuo ſuſceptum ſemine. Euander apud Liuium: *Ioue nate Hercules, ſalue.*

13. LITTORA LACINIA] Promontorium eſt *Lacinium*, à Lacinio latrone nuncupatum, inter Petiliam & Crotonem, Ionium mare ab Adriatico dirimens, vbi Iunonis templum. Ob id Virgil. 3. Æneid. *Diuam Laciniam* appellauit. Meminit rurſum lib. 15. noſter.

14. TENERAS ERRANTE PER HERBAS] Nomine *herba* ſæpiùs *gramen* capiendum. Iſidorus lib. 17. omnem herbam *gramē* vocari, ab eo, quòd germinetur. Virgil. eclog. 5. cùm ait: *Nulla neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam*, videtur *herbam* facere genus, *gramen* ſpeciem. Errare dicitur pecus per prata, per herbas, per gramina, cùm libe-

tè

rè paſcit. Virgil. eclog. 1. *Ille meas errare boues, vt cernis.* Et ſequenti: *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.*

15. NEC INHOSPITA TECTA] ergo hoſpitalia tecta. Contrà Iupiter de ſe lib. 1. *Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni Ingredior.* Loquitur de Lycaone, qui ipſi necem machinabatur: ſiquidem diuinitas eius in dubium illi veniebat.

16. ET REQVIE LONGVM RELEVARE LABOR.] laborem longi itineris ex Hiſpania, ſeu ex inſula Erythrea vſque. Et augebat eum laborem cura bonum, tantis ſpatijs agendorum curandorumque.

17. ÆVO NEPOTVM] poſterorum tuorum memoria. Virgil. 3. Æneid. *Maneat noſtros ea cura nepotes.* Minores libr. 1. *Nunc fama minores Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.* Catull. ad Ciceron. *Diſertiſſime Romuli nepotum.*

18. HIC LOCVS VRBIS ERIT] hemiſtichium Maronis ex 3. Æneid. niſi quòd quidam codices ibi legunt: *Is locus vrbis erit.*

19. NAM FVIT ARGOLICO] Nunc longiuſcula narratione palàm facit, quemadmodum Herculis promiſſa euentus confirmarit; quando Myſcelus quidam Argiuus, ab eodem Hercule per quietem monitus, patriam contra leges deſeruit, eoque inuocato poſtmodum omnibus calculis albis abſolutus, ad Aeſarem fluuium in Italiam venit, & vrbem conditam, ob oſſa Crotonis huius, propè in tumulo reperta, Crotonem indigetauit.

20. ILLIVS DIIS ACCEPTISSIMVS ÆVI] Omnium mortalium ſæculi ſui optimus, proptereaque dijs cariſſimus. Lib. 12. de Neſtore: *O facunde ſenex, æui prudentia noſtri.* Cic. in ſom. Scip. *Nihil illi principi deo acceptius*, id eſt, gratius, charius, iucundius. Plaut. Capt. *Eſſent ii ſerui apud te acceptiſſimus?* Idem Mercat. *Acceptum animo.*

21. HVNC SVPER INCVMBENS] ἀναστροφὴ, ſuper hunc incumbens, huic innitens, vt quidem dormienti videbatur.

PRESSVM GRAVITATE SOPORIS] Lib. 1. *Nocte grauem ſomno*, id eſt ſtertentem. l. 8. *Altoque ſopore ſepultum.* Deiphobus in 6. Maronis: *Preſſitque iacentem Dulcis & alta quies.* Huiuſmodi ſomnum deſcribit noſter etiam lib. 12.

In tanto fremitu, cunctis ſine fine iacebat
Sopitus venis, & inexperrectus Aphidas.

22. CLAVIGER ALLOQVITVR] à claua (quæ græcè ῥόπαλον) clauiger Hercules: à claue autem Ianus quoque *clauiger*: cælum enim claudit & aperit. 1. Faſt. *Præſideo, inquit, foribus cæli.*

LAPIDOSAS AESARIS VNDAS] Ab *Aeſar*, caſu recto, fit *Aeſaris, Aeſari*, &c. Legimus item *Aeſarem*, flexione ſecunda. Fluuius eſt Calabriæ (quæ dicta *magna Græcia*) non procul à Crotone. Non tacitè autem, ſed cum ſtrepitu labi, eius amnem lapidoſum eſſe arguit.

23. DIVERSI] longè diſtantis à ſolo tuo patrio. *Argi* enim in Peloponneſo, *Aeſar* in Calabria, vt dictum eſt.

25. DISCEDVNT PARIT. SOMN. DEVSQ.] Somnium ſuum Scipio apud M. Tullium in 6. de Repub. his verbis abſoluit: *Ille diſceſſit; ego ſomno ſolutus ſum.*

26. ALEMONIDES] Alemonis filius Myſcelus.

TACITAQ. RAL. MENTE VISA REFERT] ſecundùm quietem viſa, ſecum voluitur. Verbum *referre* ſic vſurpat alibi quoque vates noſter, pro recogitare, cogitatione & animo repetere, ſecum recolere. A

te. Hoc ipſo libr. *Mente memor refero.* Faſt. 4. *Et ſecum ambages cæcaque viſa refert.* 1. Pont. eleg. 10. *Sæpe refert animus luſus grauitate carentes.* Eadem notio in illo Propert. lib. 1. eleg. 1.

Quòd ſi quis monitis tardas aduerterit aures,
Heu referet quanto verba dolore mea!

magno cum dolore verborum meorum recordabitur.

27. PVGNAT Q. DIV SENTEN. SECVM] Virgilius huiuſmodi pugnam animi inter velle & nolle, & hæſitationem inter duas pluréſve ſententias pulchrè declarauit 4. Aeneid.

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia verſat.

Cicero item 1. Offic. *Cùm enim vtilitatis ſpecies ad ſe rapere, honeſtas contrà reuocare ad ſe videtur, fit, vt diſtrahatur deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi.*

B 28. PROHIB. DISCED. LEGES] Lexerat Argis, ne quis aliò, relicta patria, habitatum diſcederet. Hoc, vt apparet, venerationi & amori ſanctiſſimæ & communis omnium parentis tribuebatur.

29. POENAQ. MORS POSITA EST] Ex grauitate ſupplicij legis ſeueritas, ex legis ſeueritate æſtimandum eſt, quæ fuerit Argiuorum erga patriam reuerentia & charitas.

30. CANDIDO. OCEANO NITID. CAP. &c.] Sic Ennius: *Exin candida ſe radijs dedit icta foras lux.* Et rurſum: *Simul aureus exoritur ſol.* Duo verſus notatu digni, ob antitheta bellè poſita, *abdiderat, extulerat*; & μονοσυλλαβίαν in fine. Faſt. 5.

Quid ſolito citiùs liquido iubar æquore tollit
Candida Lucifero præueniente dies?

Tibull. libr. 4. *Splendidior liquidis cùm ſol caput extulit vndis.* Catull. in Epithalam. *Clarum ab Oceano diem*
C *Viderit venientem.* Manil. libr. 1. *Atque vbi ſe primis extollit Phœbus ab vndis Caput nitidum*, vel quia ſemper nitet: vel quia ſe abluere marinis aquis fingitur. Stat. 2. Theb.

Soluerat Heſperij deuexo in margine ponti
Flagrantes ſol pronus equos, rutilamque lauabat
Oceani ſub fonte comam.

Infrà *nitidum iubar* appellabit.

31. ET CAP. EXTVL. SIDER. NOX] Lib. 4. Metam. *Et lux tardè diſcedere viſa Præcipitatur aquis, & aquis nox exit ab iiſdem.* Etenim noctem ex Oceano prodire poëtæ dictitant, non ea parte vtique qua ſol, ſed aduerſa. Virgil. 2. Æneid. *Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox.* Verùm hîc ad illum egreſſum non reſpicitur. Et quoniam nocte procedente aſtra videmus in cælo crebreſcere, & denſari tenebras,
D tribuit illi tanquam animanti caput, ſideribus ornatum, vocatque denſiſſimam.

DENSISSIMA NOX] Virgil. 12. Æneid. *Nox atra caua circumuolat vmbra.* Pacuuius apud Ciceron. 3. de Orat. *Tenebræ conduplicantur, noctiſque & nimbûm occæcat nigror.* Sed iſtuc ferme cum obiectu nubium occultantur ſidera, quibus conſpicuis non adeò contenebrat.

32. VISVS ADESSE IDEM DEVS EST] Hercules, de quo antè, denuo ſe quieſcenti Myſcelo obiecit, eademque monuit cum comminatione. Virgil. de dijs penatibus, & Ænea dormiente: *In ſomnis viſi ante oculos aſtare iacentis.* 3. Æneid. Et de Hectore narrat idem Æneas eodem libro: *In ſomnis ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi.* Quod ab Ennio ex 1. Annal. eſt mutuatus. Ille namque de Homero: *Viſus Homerus adeſſe poëta.* Benè *viſus*, ait Seruius:

Seruius: ſomnia enim videntur tantùm, non ſunt naturaliter vera.

33. PLVRA ET GRAVIORA MINARI] Suprà: *Et, niſi paruerit, multa ac metuenda minatur.* Meritò, nam quòd primis mandatis non paruit, dicat fortaſſe, incertum ſibi fuiſſe, num verus Hercules fuerit. Si nunc non pareat, ſuſpicionem contemptus vix effugiet: atque ideo maiore pœna multandus cenſebitur. Sed enim poëta cunctationis cauſſam veram ait fuiſſe metum necis. Neque enim Hercules illi tutelam ſuam præſidiumque in tanto periculo promiſerat. Atqui fidere illi oportebat & imploratus poſtea ſuccurrit. *Minari* apud Horatium eſt promittere, *ἀπειλεῖν*; promittimus enim bona, *minamur* bona. Lib. 2. ſat. 3. *Atqui vultus erat multa & præclara minantis.* & epiſt. 8 l. 1. *Si quæret quid agam, dic, multa & pulchra minantem Viuere.* Viciſſim, *promittere* Virgilio eſt minari 2. Æneid. *Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui.*

34. PERTIMVIT] Minas Herculis magis extimeſcere cœpit, quàm adhuc legem capitalem de patria non deſerenda timuerat.

35. PATRIOS PENETRALE IN SED. T. NOVAS] aliò commigrare, in extera loca, ibique ſeu in patria degere. De ſupellectile, & rebus mobilibus ſibi à patre maioribuſque relictis & commendatis, non de ipſa domo paterna interpretare. Ea enim transferri aliò non poterat. Domicilium ſibi cum paternis laribus in alia regione conſtituere iuſſit Hercules.

FIT MVRMVR IN VRBE] muſſant ciues, & murmurando, quod facere parabat Mycilus, id ſe minimè probare teſtantur. Virgil. 12.

Talibus incenſa eſt iuuenum ſententia dictis
Iam magis atque magis, ſerpitq; per agmina murmur.

Eodem ſenſu de Troianis dixiſſe puto 1. Æneid. *Talibus Ilioneus, cuncti ſimul ore fremebant Dardanidæ.* Id eſt, murmure quodam indignari ſe quas acceperant iniurias profitebantur.

36. SPRETAR. AGITVR LEGVM REVS] *reum agere* huius vel illius criminis, eſt illum accuſare, in iudicium vocare. *Reum peragere* aliud eſt, vt ex Budæo docere memini in eleg. 1. lib. 1. Triſt. Odioſè *ſpretarum*. Non tantùm non ſeruauit legem; ſed etiam ſpreuit & contempſit, vt videri volebant ciues, qui, quòd eum diligerent, ob id fortaſſe ægriùs etiam abire patiebantur, & rem exaggerabant.

VTQVE PERACTA EST CAVSSA PRIOR] poſtquam accuſator perorauit, poſtquam cauſſam ſecundùm leges dixit. *Cauſſam priorem* vocat accuſationem, vt defenſio fuerit cauſſa poſterior, quæ tamen ſecuta non eſt.

37. CRIMENQ. PATENS SINE TESTE PROB.] Non opus erat teſtibus; nam & reus confitebatur, & res ipſa loquebatur. Negabat tamen crimen ſe committere, & erat de facti nomine controuerſia.

38. SQVALIDVS REVS] Mundiriarum negligentes ſunt, qui lugent: idcirco in luctu ſqualoris & ſordium frequens mentio. Lugent enim rei, aut lugentium ſimiles ſunt. Quare & eos ad miſericordiam inde commouẽdam ſquallor ac ſordes haud dedecent. *Rei* autem Rhetoribus, quod aliàs non ſemel docui, qui deferuntur, quorum res in iudicium venit, etiamſi damnati nondum ſint.

AD SVPER. TEN. ORA MAN.] 3. Æneid. *Tendoq; ſupinas Ad cælum cum voce manus.* Et 12. *Suſpiciens cæ-*
A *lum, tendenſq; ad ſidera dextram.* Ennius lib. incerto:

Quanquam multa manus ad cæli cærula templa
Tendebam lacrumans, & blanda voce rogabam.

39. OCIVS CÆL. ESS SEX I. LABORES] Plures feruntur labores Herculis, quàm XII. & à poëtis celebrantur. Sed tamen XII. inſigniores, ob quos cælum meruiſſe creditus eſt. De iis vide libr. 8. Æneid. Virg. & quos ibid. in Symb. adduxi, Lucret. Auſon. Sophocle, &c. Cic. 1. Tuſc. *Abijt ad deos Hercules.* Nunquam eò abijſſet, niſi dum hîc eſſet, eam ſibi viam muniuiſſet. Monet nos hic verſiculus, quibus ſperanda à CHRISTO Seruatore nunquam intermoritura poſt hanc vitam gaudia: laborantibus vtique, & pugnantibus, & vincentibus ſemetipſos, mundum & cacodæmonem, & per anguſtam portam intrare omni conamine contendentibus.
B Hæ victoriæ faciunt cælum nobis, hoc eſt, portas eius aperiunt.

40. NAM TV MIHI CRIMINIS AVCTOR] non veri criminis: ſed eius, quod pro crimine habetur. Tuo impulſu feci quod feci.

41. MOS ERAT ANTIQ. N. ATRISQ. LAP. &c.] *Antiquus* recepi pro *antiquis*, vt vitemus *ὁμοιοτέλευτον* & ſibilum, *antiquis, niueis.* Fuit hic mos Areopagitarum Athenis. Inde *album calculum addere*, pro approbare. Adagia conſule. Apud Romanos qui quæſtioni præerat, tres litteras dabat iudicibus: *abſolutionis* A. *condemnationis* C *ampliationis* NL. *non liquet.* Indicabatur, cauſſam denuò agi oportere, quia verum adhuc incertum. *Damnationis* calculo inſcripſiſſe dicuntur Athenienſes Θ. quo ſignificabant reum eſſe *θανατωτέον*. Hinc Perſius ſat. 4. *Et*
C *potis es vitio nigrum præfigere theta.* Præterea veteres dies fauſtos albo lapillo, ſeu creta, infauſtos atro notabant. Nihil notius ſtudioſis. Ad calculos vt redeamus, obſeruat ex Vlpiano in Demoſth. H. Iunius libr. 2. Animaduerſorum cap. 5. iudicum calculos fuiſſe quidem duplices, nigros & albos, vt dictum eſt: ſed illos pertuſos, ſeu perforatos. qui condemnabant: hos integros, qui abſoluebant. Priores ab auctoribus nominati *τετρυπημένας ψήφους, καὶ μέλαινας, καὶ ἀναιρούσας, καὶ τετρυπημένας*: poſteriores *ἀτρήτους, λευκὰς, σωζούσας, ἐλεούσας*, & apud Æſchinem *πλήρεις*. Sitella, ſeu vrna *καδίσκος*. Ea duplex erat, vna *mortis*; altera *miſericordiæ* nomen habebat.

43 LATA EST SENTENTIA TRISTIS] Litteram condemnationis *litteram triſtem* vocat in ea pro Mi-
D lone M. Tullius: vt contra abſolutionis *ſalutarem*. Ferre, pronunciare ſententiam dicuntur iudices. *Triſtis, triſte* idem valere interdum, quod ſeuerus, ſeuerum, ex hoc ipſo loco, ex T. Liuio, Seruio confirmat Floridus lib. 2. cap. 12. Aut *triſtis*, quæ triſtem reddere queat, vt *frigus pigrum*, & ſimilia *μετωνυμικῶς*.

44. CALCVL. IMMIT. DEMIT. AT. IN VRNAM] Quem antè *lapillum*, nunc *calculum*; quem modò *atrum*, mox *nigrum* appellabit. Rectè *immittit in vrnam*, quoniam damnationis erant omnes illi calculi. De ſortibus & vrna in iudicijs & actionibus Cicer. Verrin. 3 *Quod ab eo pridie, cum multis lacrymis cùm oraret atque obſecraret Heraclius, impetrare non potuerat, id ei poſtero die venit in mentem, è lege Rupilia ſortiri dicas oportere: educit ex vrna tres: iis abſentem Heraclium condemnent, imperat; itaque condemnant.* Etiam apud inferos *vrnam mouere* iudicem Minoa dicit

Maro,

Maro, & ducta ſorte animabus ſedes diſtribuere. Ad communem omnium noſtrûm neceſſitatem moriendi accommodat idem verbum moremque Horatius ode 3. libr. 2. & rurſum ode 1. libr. 3. Carm.

45. VERSA] Solebant enim vrna agitanda ſortes confundere, antequam eas educerent. Vnde & Horat. *Omnium verſatur vrna*. Et Virg. Minoëm *mouere vrnam*, lib. 6.

46. OMNES A. NIG. COL. &c.] Miraculum magnum (ſi factum crederemus) ab Hercule patratum. Docemur tamen hoc commento, Deum ſibi obſequentes diſcrimini ſolere eripere.

48. GRATES AGIT ILLE PAR. AMPHIT.] Ipſum Herculem Amphitruonis, vt putabatur, filium vocat *parentem*, id eſt, patrem: quo nomine, honoris & venerationis ergò dij appellari ſolent. Atque vt ingratus eo ipſo quod accepit beneficio ſpoliari: ſic è diuerſo, gratus plura meretur accipere.

49. VENTISQ. FAVENTIB.] *fauentes* ventos vocat *ferentes* 1. Triſt. eleg. 2. *Vt mare ſubſidat, ventiſq; ferentibus vtar*. Virgil. 5. *Ferunt ſua flamina claſſem*.

50. ÆQVOR NAVIG. IONIVM] *Ionium* rorem per τὸ πείνωνον nominauit Propertius lib. 2. eleg. 26. Aliter *mare ſuperum*, vt *Tyrrhenum mare* inferum. De vtroque Virgil. 2. Georg. in laudibus Italiæ: *An mare quod ſuprà memorem, quodq; alluit infrà?* Et 1. Æneid. *Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor*.

LACEDÆMON. TARENTVM] Sic cognominatur & Horatio ode 5. lib. 3. vtpote à Phalanto Spartiata conditum. ode 6. lib. 2. *Et regnata petam Laconi rura Phalanto*. Teſtatur idem Pauſan. in Phocaicis. Autumant alij à Cretenſibus originem, & ab eorum duce *Tarante* nomen duxiſſe. Deinde Partheníos, Lacedæmone patribus dubijs procreatos, *Phalanto* ductore locum occupaſſe.

51. SYBARIN] *Sybaris* oppidum clarum Magnæ A Græciæ, dictum poſtea Thurium. Videatur Stephanus de vrbibus.

SALENTIN. NEÆTHVM] Fluuius eſt in Salentinis. *Temeſe, Iapygia*, vrbes Calabriæ, de quibus Strabo, & alij.

53. VIXQ. PERERRATIS] Virg. 1. eclog. *Ante pererratis amborum finibus*. Et 2. Æneid. *Magna pererrato ſtatues quæ denique ponto*.

QVÆ SPECTANT LITTORA TERRIS] maritimis vrbibus & locis.

54. ÆSARIS FATAL. FLVM. ORA] oſtia Æſari fluminis ingreditur, ad quem vt veniret, ei fatale B fuit.

55. SACRATA OSSA] Sanctitatem oſſa hæc non aliunde obtinuerunt, quàm quòd Croto Herculem, mox futurum deum, hoſpitio excepit, & ab eodem vaticinium de vrbe eo loco condenda audiuit. Aut dictum eſt *ſacrata oſſa*, pro ſacra oſſa. *Magnum* vocanit initio Sectionis. ineſt tamen quędam religio humanis oſſibus, quæ colliguntur, & in oſſuaria inferuntur.

56 IVSSAQ. IRE MOEN. TERR. CONO.] κατὰ τὸ σιωπώμενον. nuſquam enim narratur iuſſiſſe: ſed tantùm imperaſſe vt patria excederet.

C 57. ET NOM. TVMVL. TRAX. IN VRB.] Nec iſtuc mandauit ei Hercules verbis: ſed tacito eius admonitu inſtinctuque id feciſſe Mycilum cogitare debemus.

58. TALIA CONSTAB. CERTA PRIM. &c.] Hæc fuiſſe initia Crotonis in Italia excitatæ, communis & conſtans erat incolarum finitimorumque opinio. Crotoniatas quondam floruiſſe omnibus copijs, & in Italia cumprimis beatos eſſe numeratos, exordiens librum alterum de Inuent. prodit memoriæ Cicer. Nobilitauit hanc vrbem, patriam ſuam Milo, athletarum robuſtiſſimus, de quo Plin. l. 7. c. 20. & ibidem Dalechamp. Scholiaſtes.

Patria & laus Pythagoræ. Eius ἐχεμυθία, doctrina Phyſica, concio de abſtinentia à carnibus animantium, ſeu contra σαρκοφαγίαν, & de epulis terreſtribus, ijs ſcilicet, quæ è terra progignuntur.

VIR fuit hic, ortu Samius; ſed fugerat vnà III.
Et Samon, & dominos, odióque tyrannidis exul
Sponte erat: iſque licet cæli regione remotus,
MENTE DEOS ADIIT; ET QVÆ NATVRA NEGABAT
VISIBVS HVMANIS, OCVLIS EA PECTORIS HAVSIT.
Cúmque animo, & vigili perſpexerat omnia cura,
In medium diſcenda dabat, cœtúmque ſilentûm,
Dictáque mirantûm, magni primordia mundi,
Et rerum cauſſas, & quid natura, docebat;
Quid deus, vnde niues, quæ fulminis eſſet origo;
Iuppiter, an venti diſcuſſa nube tonarent;
Quid quateret terras; qua ſidera lege mearent;

Et quodcunque latet: primúſque animalia menſis
Arguit imponi: primus quoque talibus ora
Docta quidem ſoluit, ſed non & credita, verbis:
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora: ſunt fruges, ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo, tumidæque in vitibus vuæ.
Sunt herbæ dulces, ſunt quæ miteſcere flamma
Mollirique queant: nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.
Prodiga diuitias, alimentáque mitia tellus
Suggerit, atque epulas ſine cæde & ſanguine præbet.
Carne feræ ſedant ieiunia, nec tamen omnes:
Quippe equus, & pecudes, armentáque gramine viuunt.
At quibus ingenium eſt immanſuetúmque ferúmque,
Armeniæ tigres, iracundique leones,
Cúmque lupis vrſi dapibus cum ſanguine gaudent.
Heu quantum ſcelus eſt in viſcera viſcera condi,
Congeſtóque auidum pingueſcere corpore corpus?
Alteriúſque animantem animantis viuere letho?
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat, nil te niſi triſtia mandere ſæuo
Vulnera dente iuuat? ritusque referre Cyclopum?
Nec, niſi perdideris alium, placare voracis
Et malè morati poteris ieiunia ventris.

60. ORTVS SAMIVS] Pythagoras primùm commendatur, vt vir multifariam ſapientiſſimus, quem & Cic. Tuſc. 4. *Præſtanti ſapientia, & nobilitate*, & 2. de Legibus, *virum doctiſſimum* vocauit. Horatio ode 28. libr. 1. eſt *non ſordidus auctor naturæ*. Vide ibidem Lambinum. Forma excellentiſſimum ſui ſæculi fuiſſe teſtantur Laërtius, Iamblichus & Apuleius. Loquẽs de eius peregrinationibus Laërtius lib. 8. *In Aegypto quoque adyta ingreſſus eſt*, inquit, *pòſt Samum rediẽs, offendenſq́, patriam à tyranno Polycrate incubari, Crotonem in Italia petijt, ibiq́, leges Italis dedit, atque cum diſcipulis clarus eſt habitus.* &c. Sexcentos ait fuiſſe Iamblichus cap. 6. & cur patriam fugeret, etiam occupationes politicas, & ſtudia ſapientiæ, quæ tum in Italia florerent, cauſſam habuiſſe. Ab eo *Italica* philoſophorum ſecta, quemadmodum à Thalete Mileſio *Ionica* ſumpſit originem. Iamblichus 22. annos in Aegypto commoratum. Cæterùm de eius patria, peregrinationibus, concionibus, diſcipulis, obitu, auctoritate, ſeu admiratione, & de eius vita Porphyrius ſeu Malchus, nuper editus à Rittershuſio Iureconſulto: prætereà legendus Iuſtinus l. 20. Facit eum Numæ *σύγχρονον* Ouidius, quod refutat Liuius libr. 1. & Seruio Tullo regnante, centum poſt annos & ampliùs in vltima Italiæ ora, circa Metapontum, Heracleamque & Crotonem, iuuenum æmulantium ſtudia cœtus habuiſſe confirmat, &c. Cic. 1. Tuſcul. Tarquinio Superbo regnante in Italiam veniſſe. Lapſus etiam vir maximus Clemẽs Alexand. ſi, quod ait Stromat. lib. 1. cap. 6. *Numam fuiſſe Pythagoreum*, A de *συγχρονισμῷ* item accipias. Euſeb. in Chron. inter Numam & Pythagoram non paucas interceſſiſſe olympiadas teſtatur.

61. EXVL SPONTE ERAT] Voluntarium exilium plures, varijs de cauſſis elegerunt. Conon dux Athenienſium, Protagoras, Solon, Lycurgus, Scipio Africanus, & quem celebrat lib. 15. noſter, Genutinus Cippus, ne rex Romanorum fieri cogeretur. In horum numero etiam M. Tullius eſt reponendus. Lege orationes eius poſt reditum ad Quirites, & Senatum.

62. CÆLI REGIONE REMOTVS] in terris enim pro humana conditione conſiſtebat. Corpus è terra fabricatum gerimus, cuius terra ſedes & domicilium eſt: qua parte cum beſtijs nobis ſocietas eſt. At verò animum cum cæleſtibus communem haB bemus, intelligentiæ conſilijq́ue participes, & immortales. Mente, ſiue animo celerrimè per omnia ferimur. Nihil illi inuium, aut impenetrabile, nihil nimis remotum, ac longè poſitum. Vnde ait de Pythagora ſequentia:

63. MENTE DEOS ADIIT] Puta hæc de eius *Theologia* dici: de *Phyſiologia* enim mox adiungit. Deus autem cùm ſit mens quædam ſoluta & libera, ſegregata ab omni concretione mortali, &c. non mirum ſi mente, & ſola mente adeatur à ſapientibus: immò & à precantibus, & ſacrificantibus, quibus veteri lege rectè præcipitur, *Ad deos castè adeunto.* Ad mentem enim æquè, vt ad corpus pertinere poteſt, quin ad illam magis. Norunt hoc ex diſtichis Catonianis, vt inſcribuntur, et-

iam

iam pueri ſcholaſtici. *Si deus eſt animus*, &c.

Et qvæ nat.neg.visis.hvman.]Reſpondet ſequentibus, *oculis pectoris*, vt oculi oculis, corporei incorporeis opponantur. Animo vidit multa Pythagoras, quæ oculis, vt homo, cernere nequibat.

64. Ocvlis ea pectoris havsit]Verbum *haurire* ad oculorum auriumque ſenſum, præterea ad animum transfertur. Oculi pectoris, ſiue mentis noſtræ, quid tandem ſunt, niſi intelligendi ac perſpiciendi vis? quæ in quibuſdam acrior eſt, in alijs hebetior; quomodo aſpectus corporis bis acutior, illis obtuſior contigit: quanquam aquila viſu præſtare dicitur nobis omnibus. Quando igitur animus noſter ſuos quoque oculos habet, conſequens fit, vt etiam cæcitatem quandam ſuam habeat; qua quid tandem miſerius? hinc illa Lucretij exclamatio lib.2.

O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca,
Qualibus in tenebris vitæ, quantiſq; periclis
Degitur hoc æui, quodcunque eſt?

Lactant. lib.7.cap.13. reprehendens Ariſtoxenum, qui docuit animam conſtare dumtaxat harmonia, Id eſt, vim ſentiẽdi in homine tantùm ex compage viſcerum, ac vigore membrorum exiſtere, quo dici delirius nihil poſſit; verùm ille *oculos quidem habuit*, inquit, *incolumes, cor tamen cæcum, quo videre ſe, & habere mentem, qua idipſum cogitauerat, non videbat*. Addit quiddam animaduertendum: *Sed pleriſq; hoc philoſophis accidit, vt putarent omnino non eſſe, quidquid oculis non appareret: cùm mentis acies multo clarior eſſe debeat quàm corporis, ad ea percipienda, quorum vis ac ratio ſentitur potiùs quàm videtur. Eſſe in oculis, ferre in oculis* aliquem, *ponere* quippiam *ante oculos*, & ſi qua ſunt ſimilia, de oculis vtique pectoris accipienda ſunt.

62. Et vigili perspex. omnia cvra] Non ſufficit ingenium & ſollertia: curam vigilem, id eſt diligentiam, laborem, ſedulitatem addas oportet, ſi ſapientiæ compos euadere deſideras. Nonnullos eius adipiſcendæ vel ad multam noctem vigilaſſe conſtat. Veruntamen non omnia quę docuit vigili & ſuapte cura perſpexit: multa etiam, vt Clemẽs I. Stromat. prodidit, ex noſtris litteris in ſuam ſapientiam deriuauit; quod alij quoque & philoſophi, & poëtæ fecerunt. Noſtra illos priſcos ſapientes probè ſapere magnam partem docuerunt.

66. In medivm discenda dabat]ἐμμισθὸν ..... erat Pythagoras. Nec legitur pretium à diſcentibus popoſciſſe, vt Zeno & Antiſthenes. Qui cùm interrogaretur, cur adeò paucos haberet diſcipulos; *Quia*, inquit, *argentea eos virga eycio*. Indicare voluit, ideo ad ſe audiendũ paucos ventitare, quòd nimis grandi mercede doceret. Sed ſi hi vituperandi, qui nemini planè ſe ad docendum dant, (quod deeodem Antiſthene retulit Laërtius in Diogene) an non longè meliùs noſter Sapiens? *Quam* (ſapientiam) *ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem illius nõ abſcondo*. *In medium*, id eſt, in commune. Cicer.1.Offic. *In medium omnes vtilitates ferre*. Virgil. libr.11. *Conſulite in medium, & rebus ſuccurrite feſſis*.

Coetvmq. silent. dictaq. mir. ant.]De diſciplina Pythagorea agit Gellius l.1. cap.9. ex quo non erit abs re quędam ad verbum huc deſumere, quæ Ouidij ſententiam monſtrabunt liquidiſſimè. *Eum, qui exploratus ab eo, idoneuſq; fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim iubebat, & tempus certum tacere: non om-*

A *nes idem: ſed alijs aliud tempus, pro æſtimato captu ſollertia. Is autem qui tacebat, quæ dicebantur ab alijs audiebat: neque percunctari, ſi parum intellexerat: neque commentari quæ audierat, fas erat. Sed non minùs quiſquam tacuit, quàm biennium. Hi appellabantur intra tempus tacendi audiendiq; ἀκουστικοί. At vbi res didicerant omnium rerum difficillimas, tacere audireq;, atque eſſe iam cœperant ſilentio eruditi, cui erat nomen ἐχεμυθία, tum verba facere, & quærere, quæq; audiſſent ſcribere, & quæ ipſi opinarentur, expromere poteſtas erat. Hi dicebantur ex eo tempore μαθηματικοί. ſcilicet ab ijs artibus, quas iam diſcere atque meditari inceptauerant.* Quinquennium eos ſiluiſſe, tradit Laërtius. De eodem ſilentio Theodoret. de Græcor. affect. ſerm.1. Adhæc non pauciores trecentis ad eum audiendum noctu conuenire ſolitoa. Quantum verò magiſtrum hunc diſcipuli ad-
B mirati ſint, vel inde liquet, quòd eius auctoritatem pro ratione habebant, cùm reſponderent αὐτὸς ἔφα, *Ipſe dixit*: quod & Cicero alicubi nos monuit. Quantum Crotoniatis ciuibus ad virtutem profuerit, ex Iamblicho & Porphyrio, qui de vita & diſciplina illius Commentarium confecerunt, & Iuſtino libr.20. cognoſcas. *Pythagoreorum* quoque *nomen multa ſæcula ſic viguit* (quod 1. Tuſc. ſcriptum eſt) *vt nulli alij docti putarentur*.

67. Magni primordia mvndi]*Magnum mundum* vocauit cælum, ex Callimacho Catullus, de coma Beronices:

Omnia qui magni diſpexit ſidera mundi,
Qui ſtellarum ortus comperit atque obitus, &c.

Aſt hîc corpus ex cælo & elementis coagmentatum accipimus, quod non ſolùm quouis corpore maius eſt: ſed etiam corpus omne comprehendit
C & includit. Sed horum ipſorum, elementorum puta, principia ſunt materia, forma & priuatio. *Principia* Ariſtoteli definiuntur, quæ neque ex ſe mutuo, neque ex alijs fiunt: ſed ex quibus cætera fieri neceſſe eſt. Elementa igitur principia mundi non verè dicuntur; ex alijs enim, nempe ex materia prima & forma, ſunt concreta. De initijs ergo mundi ſeu principijs quid ſenſerit Pythagor. à Laërtio & Plutarchi placitis pete. Mundi cauſſas è Platone quinque recenſet Seneca epiſt.56. *Id ex quo, id à quo, id quo, id ad quod, & propter quod*. Prima eſt *materia*: quæ ante mundum ex nihilo conditum nulla extitit. Secunda *artifex*, ſeu *efficiens*. Tertia eſt *forma*. Quarta *exemplar* & *idea*, quæ fuit in mente diuina ab omni æternitate. Quinta *finis*; ſeu *propoſitum effi-*
D *cientis*. Haſce quinque cauſſas Plutarchus ad tres redigit, *à quo, ex quo, ad quod*, id eſt, ad efficientem, materiam, finem; vt exemplaris & formalis in efficiente incluſæ intelligantur, quemadmodum Lipſius in ſcholijs docet. Philo item Hebræus lib. de Cherubim, vt ad quamuis aliam rem gignendam, ſic ad mundum efficiendum quatuor cauſſis opus fuiſſe oſtendit, pag.87.

68. Et rer. cavssas docer.] Hoc enim eſt *ſcire*, ait Ariſtotel. rem per cauſſas ſuas cognoſcere. Herillum tradidiſſe ait Cicero 5. de finib. nihil eſſe bonum præter ſciẽtiam. Quare bene exclamat noſter 1. Faſt. *Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſſas*. Docuit ſuos Pythagoras, vnde omnia, præter ſua illa principia, ex quibus mundum concretum aſſerebat: ſeu præter mundi, quaſi cuiuſdam maximi ædificij, partes, orirentur: quas in Chriſtiana Religione *creaturas* nominare conſueuimus. Sunt autem

& harum naturales cauſſæ quatuor, *materia*, *forma*, *efficiens*, *finis*. De quibus plura nos loqui haud neceſſe eſt; quandoquidem ſcholas Phyſicas non habemus; & noſtrum munus curamus, poëtam quantum ſatis eſt, explicantes.

ET QVID NATVRA] *Naturam* definit Ariſtoteles Phyſicor. lib. 2. cap. 1. principium, & cauſſam, vt id moueatur, & quieſcat, in quo primò, per ſe, & non ex accidente ineſt, cuius explicationem ſume, ſi lubet, ex noſtris Conimbricenſibus, quæſt. 2. articul. 1.

69. QVID DEVS] Plato in Timæo, *Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν, καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.* Cic. de Vniuerſ. ſic reddidit: *Atque illum quidem quaſi parentem huius vniuerſitatis inuenire difficile eſt: & cùm inueneris, indicare in vulgus nefas*. Nos diceremus, *impoſſibile*. Hanc ſententiam recitans orat. 2. de Theologia Nazianzenus, à profano Theologo (ſic enim Platonem nominat) non incallidè dictum putat, *nempe vt ex eo, quod intellectu difficile affirmat, hominibus opinionem afferat, ſe eam cognitione percepiſſe: ex eo autem quòd nullis verbis eum explicari poſſe ait, hoc agit, ne inſcitia ſua prodi ac deprehendi queat. Ego verò ita potiùs dicendum cenſeo, Dei naturam nullis quidem verbis explicari poſſe; animo autem atque intellectu comprehendi multo minùs poſſe. Nam quod quis animo & ratione complexus fuerit, id quoque fortaſſe ſermone declarare queat; ſi non ſatis dilucidè ac perſpicue, at ſaltem obſcurè, modò auditorem nactus ſit non omnino ſurdum, tardiq; ac ſtupidi ingenij. At rem tantam animo comprehendere, omnino impoſſibile eſt, non modò ignauis ac languidis, deorſumq; vergentibus: ſed magnis etiam & excellētibus viris, Deiq; amore flagrantibus, ac mortalibus perequè omnibus, in quibus ad veri cognitionē caligo hæc, & carnis craſſities tenebras offudit. Atque haud ſcio, an hoc quoq; ſublimioribus illis & intelligibilibus naturis negatum ſit*, &c. Sanctiſſ. Doctor ad Simonidis illud cogitationem intendebat, qui Hieroni tyranno interroganti quid eſſet Deus, diem, deinde biduum, deinde triduum ad cogitandum petebat, mirantique reſpondebat: quò diutiùs cogitaret, eò ſibi rem obſcuriorem videri. Difficillimum eſſe de Deo diſſerere, probat item antiquiſſimus & eruditiſſimus ſcriptor Clemens Alexand. Stromat. lib. 5. cap. 5.

VNDE NIVES] Peramplum ſanè campum habebit, qui de his rebus, quas *τὰ μετέωρα* vocant, quia in ſuperis locis à natura efficiuntur, diſſerendo exſpatiari volet. De ijs ſtrictìm à nobis diſputatum in Dialogis primæ partis volum. 3. Nix efficitur, cùm nubes in media aëris regione ob vehemens frigus, antequam in aquam ſoluatur, gelaſcit; vt nihil ſit aliud, quàm nubes, friabili denſitate conglaciata. Eſt autem mollior quā pruina, quoniam hæc prope terram oritur; atque ita plus excretionis terrenę continet, cuius vi magis dureſcit. Et ſiccior eſt nix quàm aqua, ideoque continuata decidit: minùs autem ſicca quàm pruina, vnde in morem lanæ extenditur. Ita Conimbricenſes in Meteora Ariſtot. tractat. 7. cap. 5. *Niuis* vtilitates recenſet Plin. libr. 17. cap. 2.

QVÆ FVLMINIS ESSET ORIGO] Fulmen eſt exhalatio ignita, ſeu ignis in exhalatione accenſus, & è nube magno impetu excuſſus. Seneca 2. Natural. cap. 40. tria genera fulminum ponit. Vnum quod terebrat ac penetrat res ictas, propter exhalationis, qua conſtat, tenuitatem. Alterum quod afflat, & obiectum diſſipat, propter denſitatem. Tertium quod vrit, propter glutinoſam materiam. Lege cætera de fulmine Comment. Conimb. tractat. 2. cap. 5.

70. IVPIT. AN VENT. DIS. NVBE TON.] Variæ fuerūt antiquorum philoſophorum opiniones de tonitru. Secundùm Ariſtotelem ita fit: Cùm ſicca & calida exſpiratio in magnam nubem, & lateribus craſſam ac denſam includitur, accidit, vt per nubis cauitatem huc illuc diffugiat, & vel motu, vel antiperiſtaſi, vel ab vtraque cauſſa ſimul incaleſcat & rarefiat, proindeque ampliorem locum poſcat. Tum verò, dum nubes magis magiſque frigore coarctatur, ſpiritus incitato impetu fugam

B quærens, ictu vehementi in nubem impingit, eamque diſrumpit, ſicque ingens ſonitus exiſtit, quem tonitruum vocamus. Vide item Senecam Natural. lib. 2. cap. 12. 16. 55.

71. QVID QVATERET TERRAS] Claudian. de Magnete, principio: *Trepida quis viſcera terræ Concutiat motus*. Sententia Ariſtotelis de terræmotu eſt 2. Meteor. cap. 7. eum fieri ab halitu, ſeu ſpiritu, terrę viſceribus incluſo, & foras exire contendēte. Etenim cùm is viam, qua prodeat, non inuenit, retro fertur, atque in ſe reuoluitur, & exitu fruſtra quæſito, omnes anguſtias dimouet: dumque effringere claustra & conuellere nititur, motum & tumultum facit. De agitatione, ſeu tremore terrę, agit Lucret. libr. 6. ab eo loco: *Nunc age quæ ratio terræ motibus extet*, &c. Deſcribit eum quoque poſtea hoc eodem libro: *Vis fera ventorum cæcis incluſa cauernis*, &c. Quidam quatuor eorum genera ſtatuunt, *tre-*

C *morem, concuſſionem, arietationem, inclinationem*. Vel enim ſic agitatur terra, vt vibretur: vel ſurſum ac deorſum fertur, & ſubſultat: vel quaſi repercutitur: vel nutat, & ſubſidit. Animaduertenda denique, quæ leguntur apud Plinium l. 2. cap. 79. Neque enim vnquam intremiſcunt terræ, niſi ſopito mari, cæloque adeò tranquillo, vt volatus auium non pendeant, ſubtracto omni ſpiritu qui vehit, nec vnquam niſi poſt ventos conditos, ſcilicet in venas & cauernas eius occulto afflatu. Neque aliud eſt in terra tremor, quam in nube tonitruum. Idem cap. 84. terræ motum mortalium memoria maximum accidiſſe Tiberij principatu, quando XII. vrbes Aſiæ vna nocte proſtratæ ſunt.

QVA SIDERA LEGE MEARENT] qui curſus aſtrorum, ſiue ſtellarum. Aliæ ſiquidem, vt plane-

D tæ, ſpatium ſuum celeriùs, aliæ tardiùs abſoluunt. Aliæ hoc, aliæ alio tempore oriuntur & occumbunt. Ergo Aſtrologiam quoque, non modò Phyſicen Pythagoras tradebat.

72. ET QVODCVNQ. LATERET] Hoc non potuit præſtare, niſi admodum perfecteque ſapiens, vt rerum omnium occultam naturam, vim, cauſſaſque exponeret. Porrò Pythagoram eam quoque philoſophiæ partem attigiſſe, quæ de virtutibus & vitijs, deque rebus bonis & malis agit, ante Socratem, contrà quàm Cicer. 1. Academ. ſcripſit, Petrus Victorius lib. 13. Variarum lection. cap. 8. demonſtrauit.

PRIMVSQ. ANIMAL. MENS. ARG. INP.] *περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων*, *de abſtinentia ab edendis animatis*, primus præcepit: quo de argumento Porphyrius librum egregium edidit. Quibus ſit rationibus

vius

vſus Pythagoras, tam ex eius oratione, quam ei poëta ... affingit, videbimus. Eas mirificè & auget, & exornat. Quamobrem carnium & fabæ eſum prohibuerit Pythagoras, ipſemet apud Lucianum à Micyllo interrogatus, ſub forma galli quam induerat; hanc rationem profert: *Animaduertebam, ſi conſueta modò atque eadem qua vulgo traduntur à multis, præcepiſſem non fore, vt mortales in admirationem adducerem: ſed quo peregriniora, magiſq; aliena propoſuiſſem, futurum, vt hoc magis nouus, magis q; viderer admirandus*, &c. Sic Dialogo qui *Somnium* ſiue *Gallus* inſcribitur.

73. TALIBVS ORA SOLVIT] Lib. 1. *Talibus inde modis ora indignantia ſoluit*. Et 1. Faſt. *Proſſerat ora Deus, tunc ſic ego noſtra reſolue.*

74. DICTA QVIDEM SED NON ET CREDITA] Difficile eſt ad ventrem concionari, aiebat Cato, B quoniam aures non habet. Ipſa eloquentia eloquentiorem oportet, qui hoc nobis perſuaſerit, vt ab edendis carnibus abſtinere velimus.

75. PARCITE MORTALES TEM. NEF. CORP.] Maro 3. Æneid. *Parce pias ſcelerare manus*. Huculq; de multiplici eruditione Pythagoræ: ſequitur nunc longa concio, ſiue diſputatio eiuſdem ſuper carnibus non edendis. Quas primis ſæculis in cibu vſurpatas non fuiſſe, ex facris Literis docemur. Quòd ſi aliquod animal ea de cauſa mactarent illi veteres, aliquam partem inde Deo adolendam conſecrabant. Qui aliter faceret ... dicebatur, atque prouerbium in hon... improbos iactabatur. Vnde quodcumque animal in cibum mactarent ... appellabat. Casaubon. in Athen. lib. 1. cap. 11. vbi & hoc obſeruatum, parcè initio, & ferè non niſi ſalitis carnibus veſci mortales conſueuiſſe, vbi eos ... ſatietas cepit. Iuuenal. ſat. 11.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus:
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, ſi quam dabat hoſtia carne.

Nolite veſtris dapibus exectandis, quibus polluatis & inquinetis etiam corpora veſtra. Inquinari enim eſca tali menteſ, ... non eſt qui ſentiat Pythagoras. Imm... apertè ſcelus vocat. De iſtoc Pythagoreo dogmate Sex. Empiricus ita ſcripſit: *Empedoclem, & reliquam Italicorum philoſophorum multitudinem tradidiſſe, non nobis ſolùm inuicem vt cum dijs, verùm etiam cum brutis animantibus quandam communionem intercedere: quòd vnus ſit ſpiritus, qui vniuer D ſum mundum peruadat, in modum animæ, qui etiam nos cum illis coniungat & copulet. Proinde illas mactantes, & earum carnes eſitantes, & velut cognatos occidentes & deuorantes, non tantùm iniuſtos, verùm etiam impios videri.* Hæc Empiricus. Apud Ægyptios quondam qui animantem volens interemiſſet, ſane capitali pœna expiabat; qui fortuitò, ac nolens, ei mulcta indicebatur. Tamen inter quadrupedes feles, inter aues tantùm ibis excipiebatur. Has ſeu ſponte, ſeu caſu quis occidiſſet, citra vllam veniam necabatur. Duo libelli de hoc argumento extant, non ita ſerij, Plutarchum auctorem præferentes. Priore his epulis nobis penitus interdicitur. In altero, ex deſperatione obtinendi remiſſius agitur, eiuſque carnium permittitur, ſed ita, ſi exigat id magis neceſſitas, quàm imperet voluptas. Non pauca in illis Syntagmatis leges hiſce Ouidianis geminæ

vtraque enim ex commentarijs Pythagoreorum deprompta ſunt. Qui quidem voce communiore vtentes, non ..., ſed ..., non carnibus, ſed animatis nos abſtinere cupiebant. Vnde duo illi libelli commodiùs ..., quàm ... inſcriberentur, quod H. Steph. cenſuit. Licet autem plantæ quoque ſuam habeant animam, non eſt tamen credibile, eos philoſophos herbis & fructibus veſci noluiſſe. Quid in quarto librorum ſuorum ... Porphyrius ex Aſclepiade Cyprio de Pygmalione fratre Didonis memoret, tradit Victorius lib. 12. cap. 12.

76. SVNT FRVGES, SVNT DEDVCENT. RAM. &c.] Non ſolùm vt tranſmigrantibus in corpora beſtiarum animabus conſuleret, verùm etiam vt ab intemperantia & luxu in victu ad frugalitatem, & à feris moribus ad manſuetudinem homines traduceret, animantes iugulari, & carnes earum eſitari diſſuaſit Pythagoras. Nam cùm terra proferat quæ nos alere poſſint, facilè apparere carnes non neceſſitati, ſed luxui ſeruire. Nec abſque iniuſtitia & crudelitate animalia innocentiſſima interfici ac deuorari. Multa igitur enumerat, quibus fames expleri queat præter carnes, facileque ac parabilem victum demonſtrat. In primo libello illo ſeu Plutarchus, ſeu quis alius: *O vos beatos, inquit, & dijs charos, qui nunc viuitis! In quale ſæculum vita veſtra incidit, quo bonorum omnium abundantiam ſortiti eſtis, vt ne fruſ poſſitis? quàm multa vobis naſcuntur! quantum bonum eſt vobis vindemia? quàm vtilis ex campis diuitias, quot eſt ipſis ... voluptates percipere poteſtis? Vt delicatè ac molliter viuatis, vos contaminare nec ſi non habetis.* C Hæc ibi. Iam vt differentiam noſcas, fruges ſunt, quæ ſiliqua, ſeu folliculo continentur, vt faba, lupinum, & leguminum reliqua genera: frumenta quæ ariſtam habent, vt triticum, auena, hordeum, ſiligo; quæ nondum demeſſa, ſegetes appellantur. Interdum *frugis* nomen generale eſt: ſiquidem Plin lib. 18 duas frugum ſpecies facit, frumenta, vt auenam, triticum, hordeum: legumina, vt fabam, cicer. Ex Antonio Pompa de differentiis verb lib. 2.

DEDVCENT. RAM. PONV. POMA SVV.] Suprà: *Sunt poma grauantia ramos*. Et aliàs: *Aſpice curuatos pomorum pondere ramos. Pomorum* vocabulo hîc intelligere generatim omnes arborũ fructus ad eſum idoneos, ſiue molli, ſiue duro tegantur corio. Qua ratione nuces, ficos, & vuas etiam *poma* eſſe Iuriſconſulti ſcribunt. Quomodo autem ramis ita laborantibus, & ad terram præ onere vergentibus ſuccurrendum ſit, monet Nux, ita loquens in poëmatio lepidiſſimo, quod abiudicatur tamen Ouidio:

Pomaq; laſſiſſent matrem, niſi ſubdita ramo
Longa laboranti furca tuliſſet opem.

77. TVMIDAQ IN VITIBVS VVA.] Quod diſcrimen alibi quoque adnotaui, vuæ ſunt maiores, quarum acini craſſiores. Igitur aptè dictum *tumida*. Racemi minores, acinis minoribus, qui plerumq; ſub folijs latentes, legulos fallunt, relictique poſtmodum colliguntur. Quæ collectio dicitur *racematio*. Poëtæ his reciprocè vtuntur, quibus maior quàm oratoribus verborum libertas indulgetur.

78. SVNT HERBÆ DVLCES] Sanè, quædam herbæ dulcè ſapiunt. Sed hîc ad palatum, herbarum eſu gaudentium reſpicit, quibus eæ vnà ſunt dulces, hoc eſt, iucundæ & gratæ ſunt. *Dulce* enim frequenter

quenter dicimus quod delectat & placet. Apollonius Tyaneus carnibus non veſcebatur, quòd earum eſum impurum duceret,& inde mentis aciem proſpectumque hebetari crederet. Terreſtribus verò fructibus & oleribus ſe reficiebat, pura eſſe dicens, quæcumque à terra darentur hominibus. Vinum putam quidem eſſe potionem, cùm ex arbore minimè ſylueſtri ad homines proueniret: veruntamen ipſum bono ſtatui mentis aduerſari, & eius ſublimem diuinamq́; partem aliquando peruertere. Philoſtratus lib.1. vitæ Apollonij c.5.

SVNT QVÆ MITESCERE FLAMMA, &c] Et herbæ, & præter herbas ſunt alia, quæ coqui poſſunt, & parari ad alimoniam; ne quis fortè crudas epulas ſibi vſurpandas conqueratur, ſi carnes comedendæ non ſint. Lucret. lib.5. coquendi principium vnde natum ſit doceos, quid ſcribat vide quæſo:

Inde cibum coquere, & flamma mollire vapore
Sol docuit, quoniam miteſcere multa videbant
Verberibus radiorum, atque æſtu victa per agros.

79. NEC VOBIS LACTEVS HVMOR ERIPITVR] Periphraſis lactis, quod etiam ſuadet: & lactaria procul dubio, cum caſeo non negat.

80. NEC MELLA THYMI REDOL. FLORE] Virgil. *Redolentq; thymo fragrantia mella.* Tātam ineſſe melli efficaciam, vt vitam in ſenectam longam producat, medicorum eſt ſententia. Eſſe alimentum familiare, dulcedine ſua naturæ amicum & iucundum, obſtructiones eximere, inſtructu liberare, vētrem mollire, corporis habitum calefacere, vrinam ciere, & thoracem & pulmones iuuare tonſillis & vuæ mederi. Athenæus libr.2.cap.3. Cyrnios Corſicæ inſulæ incolas ideo tam μακροβίους ſcribit eſſe, quòd aſſiduò mel edant. Pythagoreorum menſa pane & melle definiebatur. Democritus dies aliquot ſolo mellis odore diſtuliſſe mortem memoratur: qui alioqui aſſiduo mellis guſtatu, vſque ad annum nonum ſupra centeſimum vitam propagauit.

81. PRODIGA DIVIT. ALIMENTAQ. &c.] Videnda quæ de laudibus terræ l.2. diſſeruimus, vbi vultus eius dicuntur *omniferi*. *Omniparentem* dicunt poëtæ. In querimonia ſua ad Iouem, ardente mundo ex incendio Phaëthontis, ſic ait:

Hóſne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
Officijq́; refers quòd adunci vulnera aratri
Raſtrorumq; fero, totoq; exerceor anno,
Quòd pecori frondes, alimentaq; mitia fruges
Humano generi, vobis quoque thura miniſtro?

Lib.1. *Nec tantùm ſegetes, alimentaq; debita diues Poſcebatur humus.* Plutarchus libello iam dicto: *Cur in tellurem mendaces eſtis, quaſi vos nutrire nequeat? Cur impij in legiſeram Cererem, & Liberum patrem, manſuetudinis & comitatis auctorem dedecore afficitis, quaſi non accipiatis ab his, quæ vobis ſatis eſſe poſſint?*

82. EPVLAS SINE CAEDE ET SANGVINE PRÆ[illegible]] Inde *Cœna ſine ſanguine.* Vide Adagia. Et hic eſt victus Hegionis præparci ſenis in Captiuis, quē ait non ſcrupoſam commeare viam: additque: *Terreſtris cœna eſt, multis oleribus.* Et Horatius inemptas laudat dapes, in rei ruſticæ laudibus & agricolatione.

83. CARNE FERÆ SEDENT IEIVNIA] Ab abſurdo & crudeli dehortatur, comparans σαρκοφάγους beſtijs quibuſdam immanioribus & carniuoris. Plutarch. *Non vos pudet mites fructus* [illegible] *guini miſcere? atqui vulgo truculentos appellatis dracones,* *pardos, leones cùm ipſi nefarij ſitis: adeò ut quas perpetra*[illegible] *bil illis ad crudelitatem reliqui faciatis. Illis enim cædes* *eſt paſtus, at vos inde comparatis obſonium. Non enim leones & lupos vlciſcentes voramus: ſed his omiſſis innocua manſuetaq; animantia, & quæ aculeis ac dentibus ad mordendum carent, comprehendimus atque interficimus: quæ certè pulchritudinis & venuſtatis cauſſa natura videtur edidiſſe.*

85. AT QVIB. INGEN. E. IMMANSVET. &c] *Ingenium* cape hic pro *natura*: quod eſt etiam in [illegible] ſenſu carentibus. *Ingenium loci* apud noſtrum in Triſt. lib. *ingenium* & *proprietas lactis* apud Gell. *ingenia cœnarum* apud Plin. meditati cœnarum luxus & apparatus, vt etc. *ingenia pœnarum* apud Tertul. de reſurrect. carnis, id eſt, vt interpretor, nouæ cru[illegible]tuum molitiones excogitata denuò à tyrannis noua in SS Martyres tormenta. Idem lib. de veland. virginib. *Diabolo ſemper operante, & adijciente quotidie aliquid ad iniquitatis ingenia.* Plin. Panegyr. *Aliud ſollicitudinis, aliud ſecuritatis ingenium eſt.* 2. Georg. *Nunc locus aruorum ingenijs.*

86 IRA[illegible] VI[illegible] LEONES] Lib 3. Lucret. leonibus maximam iracundiam rabiemque inbuit; ſunt quippe calidiſſimi:

Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda,
Iracundaq; mens facilè efferuescit in ira.
Quo genere imprimis mens eſt violenta leonum,
Pectora qui fremitu rumpunt plerumque [illegible]
Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.

Horat. ode 16. l.1 *Inſani leonis vim* ait Pro[illegible]um principi luto appoſuiſſe. Item ode 2. lib[illegible] *cruenta Per medias rapit ira cædes.* In theatris R[illegible] experientia ſæpius compertum eſt, vt [illegible]one Plinius libr.8. bene iubatos eſſe animoſiores, criſpos, & iubis breuibus degeneres & pauidiores. Vim leoni peculiarem di[illegible]. Off. [illegible] vulpeculæ fraudē. Poëtæ in pugna ferociores [illegible] μ-λέοντας dicunt. Vniuersè [illegible]am [illegible]um nihil molleos, intuentes te[illegible]is vis eſt & maxillas. Hinc Græci a[illegible] poetæ in terrore deſcribendo, ab hoc anim[illegible] parationē ducūt.

88. IN VISCERA VISCE[illegible] CONDI] Infrà de Polyphemo: *Iam nunc mea viſcera rebar In ſua merſurum.* Et longiùs infra: *Ne ſanguine ſanguis alatur.* Traductio eſt, vt & mox ſequentibus, *pingueſcere corpore corpus*, *animantem animantis*. Eſt autem *traductio* apud Q. Cornificium l[illegible] R[illegible]one ad [illegible]n. genus figuræ, quæ facit, [illegible] idem verbum [illegible]briùs ponatur, non modo non offendat animum: ſed etiam concinniorem [illegible]nem reddat, hoc pacto: *Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non poteſt colere*, & Licebit & apu[illegible] ſtium exempla obſeruare. *Viſcera* propriè [illegible] partes inteſtinæ [illegible], & al aid genus *artus* dicuntur [illegible] corporis in[illegible] iunctoras continentq; te oſſa cum neruis [illegible]. *Membra* [illegible] ſunt caro, & pellis, quæ [illegible]nt artus. Sue[illegible]n. Calig. *Neque antè ſatiatus eſt, quam membra, & artus, & viſcera hominis tracta per vicos, ante e congeſta [illegible] eſſent.* Aliquando tamen *membra* gener[illegible] & viſcera [illegible]. A[illegible] Popma de d[illegible] verb. lib.1.

8[illegible]. AVIDVM CORPVS] hypallage, auidi [illegible]dorum corpus.

91. QVAS O OPTIMA MATR. TERRA CREAT]Benignissima altrix terra, propter multiplices fructus & alimenta. Suprà: *Alimentaq; mitia tellus Suggerit.* Lib. 7. *Alimentaq; mitia fruges Humano generi, vobis quoque, blanda ministro.* Cicero 2. de leg. *Terra fruges fert, & vt mater, cibos suppeditat.* Alia notione *magnam parentem* vocauit lib. 1. A

92. TRISTIA MAND. SÆVO IN DENTE] Perinde quasi crudas carnes, neque assas, neque elixas priùs manderemus, & tanquam de immanibus Cyclopibus crudas atque adhuc sanguine rotantes vorantibus, ita de nobis loquitur, admodum odiosè, & amplo significatu, atque exaggeratione auidissimæ crudelitatis, crudelissimæ auiditatis.

93. RITVS CYCLOP.]De *Polyphemo* Virgil. 3. Æneid.

Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cùm corpora nostro
Prensa manu magna, medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum, saniéq; aspersa natarent
Limina: vidi atro cùm membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus.

Et noster libro superiore ingluuiem eiusdem lepidè narrat, hunc Maronis locum, vt alios in hoc opere, fœliciter imitatus, *mentiq; hærebat imago Temporis illius*, &c. Notantur itaque Cyclopes ἀνθρωποφάγοι. *Cyclopem* Euripidis consule.

94. PLACARE IEIVNIA] Suprà legimus: *Carne fera sedeat ieiunia.* Horat. l. 2. sat. 2. *Cùm sale panis Latrantem stomachum bene leniet.*

95. VORACIS, ET MALE MORATI VENTRIS]Epitheta significantia, *venter vorax*, & *malè moratus*, vbi plùs appetitur, & quæritur, & ingeritur cibi, quàm naturæ modus postulat, idque sine discrimine, & cum aliorum damno aut incommodo. Quasi sensu & intellectu esset præditus venter, *voracem* & *malè moratum* nominat. Verè tales, qui ventri & gulæ seruiunt, quos & *ventres* dicimus honoris caussa. Exemplum *Aglaida*, tœmiuæ mulriuoræ ponit Ælian. Variarum histor. libro 1. cap. 26. Idem capite sequenti *voraces* longa serie recenset.

Laus aurei sæculi, à simplicitate victus. Initium & caussa occidendorum animalium, defensio sui (sunt enim quædam homini noxia, vt feræ) & sacrificia. Commiseratio erga oues & boues, animantes vtilissimas. Falsò putari deos gaudere victimis. Minimè omnium boues ad cibum adhibendos.

At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen, IV.
Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis,
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aëra pennas,
Et lepus impauidus medijs errauit in aruis.
Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.
Cuncta sine insidijs, nullamque timentia fraudem,
Plenaque pacis erant: postquam non vtilis auctor
Victibus inuidit, quisquis fuit ille deorum,
Corporeasque dapes auidam demersit in aluum,
Fecit iter sceleri: primóque è cæde ferarum
Incaluisse potest maculatum sanguine ferrum,
(Idque satis fuerat) nostrúmque petentia lethum
Corpora missa neci, salua pietate fatemur.
Sed quàm danda neci, tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abijt, & prima putatur
Hostia sus meruisse mori: quia semina pando
Eruerit rostro, spemque interceperit anni.
Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras
Dicitur vltoris: nocuit sua culpa duobus.
QVID MERVISTIS OVES PLACIDVM PECVS? INQVE TVENDOS

NATVM HOMINES, PLENO QVÆ FERTIS IN VBERE NECTAR?
MOLLIA QVÆ NOBIS VESTRAS VELAMINA LANAS
PRÆBETIS, VITAQVE MAGIS QVAM MORTE IVVATIS?
QVID MERVERE BOVES, ANIMAL SINE FRAVDE, DOLOQVE,
INNOCVVM, SIMPLEX, NATVM TOLERARE LABORES?
Immemor eſt demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit curui dempto modò pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum: qui trita labore
Illa quibus toties durum renouauerat aruum,
Tot dederat meſſ[illegible]s, percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt quòd tale nefas committitur, ipſos
Inſcripſere deos ſceleri, numénque ſupernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.
Victima labe carens, & præſtantiſſima forma,
(NAM PLACVISSE NOCET) vittis præſignis & auro,
Siſtitur ante aras, auditque ignara precantem,
Imponique ſuæ videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges, percuſſáque ſanguine cultros
Inficit in liquida præuiſos forſitan vnda.
Protinus ereptas viuente è corpore fibras
Inſpiciunt, mentéſque deûm ſcrutantur in illis.
Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum eſt?
Audetis veſci, genus ô mortale? quod oro
Ne facite, & monitis animos aduertite veſtros:
Cúmque boum dabitis cæſorum membra palato,
Mandere vos veſtros ſcite & ſentite colonos.

96 AT VE[illegible]VS ILLA ÆT. C. F. AVREA NOM.] De hac ætate, vt de tribus item conſecutis, ſcripſimus lib. 1.

97. FOETIBVS ARBOREIS, &c.] Ad inanima accommodat verbum hoc quoque Virgil. 2. Georg. *Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu.* Ibid. *Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit.* Lib. 1. in eius ſæculi deſcriptione n[illegible]:

Arboreos fœtus montanaq; fraga legebant,
Cornaq;, & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.

Glandes, poma, herbas frumento nondum inuento, eſui fuiſſe pr[illegible]ſcis mortalibus, narrat & Virgil. 1. Georg. Tibull. libr. 1. eleg. 3. Ouid. 4. Faſt. Iuuenalis ſat. 6. Plutarchus Coriolano. Lege, ſi placet, Pererium noſtrum in Geneſin tom. I.

98. NEC POLLVIT ORA CRVORE] Antea dixit, nos vulnera ſæuo dente mandere. Velut de lupis, vrſis, tigribus, ita de nobis, carnes quaſi crudas & cruentas etiamnum edentibus concionatur.

99 TVNC [illegible]T AVES [illegible]VTÆ, &c. [illegible] Tribus verſibus doc[illegible]t, gulę delicias in cælo, terris & aqua quęſitas eſſe [illegible]gittis, retibus, aut canibus hamiſ: aues (tametſi his quoque retia tenduntur) feras, pi[illegible]es. Qui Turcarum mores & inſtituta litteris comprehenderunt, inter alia memorant, eos volu[illegible]res captas non eſitare, pretio autem red[illegible]mptas libertati reſtituere. Quamquam porrò in omne genus animãtium miſericordes ſunt, pennigerum maximè, nullam tamen ijs adeo ſacroſan[illegible]ſt, quin illo appoſito ſiue aſſo, ſiue elixo iucunde veſcantur. A

100. LEPVS IMPAVIDV[illegible]pe qui nullas ſibi inſidias fieri ſentiret: al[illegible] natura plus ſatis meticuloſus, & trepidationis ac pauoris hieroglyphicum. *Auriti* 1. Georg. Virgil. omnium quippe animalium maximas habent aures [illegible] pro corpore ſuo. Q[illegible]n ipſi[illegible] nomen λαγωὸς ab aurium magnitudine eſt inditum. Nam λα particula ſignificatum auget: & [illegible] eſt *auris*. Lep[illegible] nam creditum eſt formoſos reddere, & melan[illegible]hol[illegible]am alere. V[illegible]de prouerb. *Leporem non edit* & Pierium [illegible] hieroglyph.

B 1[illegible]. SVA CR[illegible]DVLIT. P[illegible]S [illegible]M] Et exterioribus & interioribus ſenſibus imperfect[illegible]ſſima animaliũ piſces, cùm in aqua degant, elemento nempe craſſo & ſpiſſo. Prouerbium, *nullus malus magnus piſcis*, de hominibus prægrandi corpore, & n[illegible]o ingenio, ſeu ſtupidis. Leguntur tamen quorum[illegible]a[illegible] piſ[illegible]ũ calliditates a[illegible]d ſcrip[illegible]ores P[illegible]yſ[illegible] vt ſunt P[illegible]in. Æ[illegible]ianus, [illegible]elnerus. Ca[illegible]uras p[illegible]ſcium pecunia redem[illegible]e traditur etiam miſericors Pythagoras. Rem h[illegible] verbis expoſuit in Ap[illegible] Apuleius: *Cùm animaduertiſſet à quibu[illegible]m piſcatoribus euerriculum trahi [illegible]rtunam ta[illegible] e[illegible]emi[illegible]e, & pretio dato i[illegible]ſſe illico p[illegible]s eos qui ta[illegible]t[illegible]ebantur ſ[illegible]lui retibus, & reddi profundo, memoriap[illegible]tum eſt.*

103. POSTQ.

103. POSTQ. NON VTIL. AVCT. VICTIB. INVID. &c.] Originem *σαρκοφαγίας* vult eſſe exemplum dei alicuius, qui primus carnes vorauerit. Inde homicidijs perpetrandis via patefacta, hoc modo. Homines, primùm animalia noxia occiderunt, quod ſalua pietate fieri potuiſſe concedit: ſed eadem abſumpſerunt, hoc reprehendit. Longiùs mox progreſſi, veſcendi cauſſa mitia quoque & innoxia mactarunt, tandemque ferrum in naturæ conſortes conuerterunt. Victibus hunc deum inuidiſſe ait, qui priſtinam herbis, fructibus, leguminibus victitandi facilem & commodam rationem inducto carnium eſu non ita prompto & parato mutauit.

104. QVISQVIS FVIT ILLA DEORVM] Cùm adeò morem hunc exagitauit, vt vidiſti, mirum, cur eius auctorem deum quempiam faciat. Sed ſi cogites alia quoque multa & indigna de dijs Gentilium à poëtis prædicari ſolere, ceſſabit protinus admiratio. Hemiſtichium vſurpatum & lib. 1. *Sic vbi diſpoſitam, quiſquis fuit ille deorum Congeriem ſecuit*, &c.

105. CORPOREASQ. DAPES] Omnes dapes ſunt corporeę: ſed per corporeas hîc *σαρκικὰς* intelligit, *carneas dapes*.

106. FECIT ITER SCELERI] ad ſcelus viam præiuit exemplo ſuo. Viã, feneſtram ſceleri aperuit.

E CAEDE FERARVM] nam tacentes animantes non nocent. Sus tamen & hircus Cereri & Baccho nocuerunt. Potes & nomine ferarum ſimpliciter bruta animantia accipere.

107. INCALVISSE POTEST FERRVM] ſanguis enim eſt calidus, & eo ferrum occidentis imbuitur. Infrà: *Ictaq; ſuccinctos incalfacit hoſtia cultros.* Horat. ſat. 3. lib. 1. *Ia matris iugulo ferrum tepefecit acutum.*

109. CORPORA MISSA NECI] ſicut morti mittere. 2. Æneid. *Demiſere neci.*

SALVA PIETATE FATEMVR] niſi fateremur, feras nobis anteponeremus, & illarum vitam noſtræ potiorem duceremus. Cuius hoc foret philoſophiæ? Maneat igitur, homini vitæ ſuæ tuendæ cauſſa non modò cuiuis beſtiæ, verùm etiam cuiuis homini licere vitam eripere: quod nec ipſa Theologia negauerit.

110. SED QVAM DANDA NECI, &c.] Quædam noxia cæduntur & eduntur. Quædam cæduntur, quia noxia ſunt, & pellibus, aut alia ratione proſunt. Quædam ob hoc ſolùm, quia noxia ſunt, ex quibus nulla petitur præterea vtilitas.

111. LONGIVS INDE NEFAS ABIIT] vlterius progreſſum eſt ſcelus. Non his terminis ſe gula continuit: à feris ad non feras paulatim ventum eſt: occiſique porcus, & caper, quia deos læſerant: ſed tamen poſtea ad eſum dumtaxat.

ET PRIMA PVTAT. H. SVS MERVISSE MORI] 1. Faſt.

Prima Ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ,
Vlta ſuas merita cæde nocentis opes.
Nam ſata vere nouo teneris lactentia ſuccis
Eruta ſetigeræ comperit ore ſuis.

Sus græcè χοῖρος, & ὗς. Nam, vt docet Varro 2. de Re ruſt. olim vocabatur θύτης à θύειν, quod eſt *immolare*: ſacri enim inſtituti initium à ſuillo genere promanauit.

112. QVIA SEM. P. ERVERIT ROSTRO] Salaminij lege lata ſtatuerunt, vt eorum ſuum dentes attere-
A rentur, qui ſegetibus nocuiſſent. Pierius lib. 9. Hieroglyph.

113. SPEMQ. INTERCEPERIT ANNI] quod toto anno ſperari ſolet, frumentum ſcilicet, in prima ſegete interceperit, dum eam roſtro incuruo eruit. Libr. 1. *vota colonorum*, & *laborem anni* vocat; diu enim in agri cultura & frumentis per annum occupantur ruſtici.

114. VITE CAPER MORSA BACCHI, &c.] Sequuntur ibidem hæc continenter de hirco ſeu capro, in 1. Faſtor. quorum diſtichon, *Rode, caper, vitem*, Angel. Polit. in Miſcellaneis explanauit:

Sus dederat pœnas, exemplo territus huius
Palmite debueras abſtinuiſſe caper.
Quem ſpectans aliquis dentes in vite prementem,
Talia non tacito dicta dolore dedit:
B *Rode, caper, vitem: tamen hinc cùm ſtabis ad aram*
In tua quod fundi cornua poſſit, erit.
Verba fides ſequitur: noxa tibi deditus hoſtis
Spargitur effuſo cornua, Bacche, mero.

Martial. lib. 13.

Laſciuum pecus, & viridi non vtile Baccho
Dat pœnas, nocuit tam tener ille deo.

116. QVID MERVIST. OVES PLACID. PECVS, &c.] Ibid. Ouid.

Culpa ſui nocuit, nocuit ſua culpa capella,
Quid bos, quid placidæ commeruiſtis oues?

Commendat hanc pecudem, eo conſilio, vt ab ea edenda homines magis abducat, ſi poſſit. Primùm, ait eſſe mite ac placidum animal, minimè incommodans. Deinde, habere magnam vtilitatem: tum ea lacte, vnde caſeus: tum ex lana, vnde veſtis. Nos verò, qui Pythagorea deliria nihili pendimus, etiam ex carum, & quos pariunt agnorum carnibus
C & pellibus commoda non mediocria percipimus. Vtiliſſimum animans *ouis*. Quanquam quod ſequitur, negandum non eſt, plus eam dum viuit, toties pariendo, & lac reddendo, dum mulgetur, & lanam toties deponendo, quàm dum occiditur, & ad epulas impenditur, prodeſſe. Veteres, vt notat Pierius libr. 10. Hieroglyph. adeò honorarunt *oues*, vt ex ijs opes dumtaxat colligi exiſtimarent: *pecuniamq;*, & *peculium* inde dicta Iureconſulti tradunt. Et inde fictum, *oues* olim auream lanam habuiſſe. Hinc cùm Hercules ex Africana victoria præter oues nihil abegiſſet, *aurea mala* ſecum aſportaſſe dictus eſt: *μῆλον* enim & *ouis* & *pomum*.

120. ANIMAL SINE FRAVDE DOLOQ.] A quatuor locis *bos* commendatur. *Incallidum* animal.
D Non ita vulpes, & alia quædam, de quibus Plin. & Ariſt. *Innocens*, nõ enim lædit quempiã. Sunt tamen quidam cornupetæ: ſed illi fermè tauri, de quibus hîc non videtur locutus. *Simplex*, paret armẽtario, & quà ducitur ambulat, ſuo qualicunq; victu contentũ. *Laborioſum*, in terra excolenda. Cic. 2. de nat. deor. *Quid de bobus loquar? quorum ipſa terga declarant, nõ eſſe ad onus accipiendum figurata, ceruices autẽ nata ad iugum: tum vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda.* Vide Prouerb. *Bos ſub iugum.* Varro 2. de Re ruſt. c. 5. *Hic ſocius hominum in ruſtico opere, & Cereris miniſter.* Laudat bouem in progymnaſmatis Libanius pag. 94. Pariſ.

122. IMMEM. E. DEM. NEC FRVG. MVN. DIG.] Vitium magnum exprobrat mactatori bouis, ingratum animum aduerſus bene merentem: & indignum pane profitetur, qui abſque bouis labore non

non ei ſuppeditaret. Quomodo enim ſine aratione ſeges, ſine ſegete meſſis, ſine meſſe frumentum, vnde panis? Atqui bos arat. Priſci enim mortales equis ad bellum potiùs vtebantur.

124. QVI TRITA LABORE, &c.] Exaggerat *μονίας* bonis, & inde ſcelus eum occidentis, & abſumentis. Atq; ob hanc ſummam vtilitatem quam præbet, longior eſt in deterrendis ab eo veſcendo mortalibus. Vetat & Heſiodus bouem aratorem mactare. Ælian. lib. 5. var. hiſt. id Attica lege prohibitum ſcribit. Quinimò Athenis in Prytaneo quotannis illius ſecuris cauſſam eſſe actam, quæ Erechtheo rege bouem primum ad aram mactaſſe dicebatur, proditum à Nic. Leonico in var. hiſt. Vide inſuper Plin. lib. 8. c. 45. De *βουφονία*, à quibus vſurpata, & contrà, à quibus religioni habita, Stuckius de ſacris & ſacrificijs Gentilium, pag. 44. & ſequent.

128. IPSOS INSCRIPSERE DEOS SCELERI] Aliud nefas, quod cum dijs communicatur ab ijs, qui bouem in ſacrificium ipſis immolant. Immoratur in cærimonijs *βουθυσίας*, quas non niſi meras crudelitates iudicari poſtulat. De vniuerſo genere cærimoniarum in ſacrificandis animalibus, accuratè Alex. ab Alex. libr. 4. cap. 17. Multo autem latiùs, magno ſcilicet volumine poſt eum Gulielmus Stuckius.

NVMENQ. SVP. C. LABOR. CRED. &c.] Cenſet Pythagoras, deos minimè gaudere cruentis ſacrificijs. Ex ipſomet Crotoniata quidam ſe audiſſe cõfirmauit, deos cæleſtes ſacrificantium affectionibus haud minùs, quàm ſacrificiorum multitudini intentos eſſe. Terreſtres verò deos ex contrario, quaſi minorum heredes factos, cœnis, ſeu comeſſationibus, ac lamentationibus, itemque continentibus inferijs, potationibuſque & ferculis bellarijſue & ſacrificijs, ſeu ſumptuoſis & opiparis victimis delectari. Hæc Iamblichus lib. 1. cap. 27. Conſentanea his Seneca: *Vultiſne vos deum cogitare magnum, & placidum, & maieſtate leni verendum, amicum, & ſemper in proximo? Non immolationibus, & ſanguine multo colendum (quæ enim ex trucidatione immerentium voluptas eſt?) ſed mente pura, bono honeſtoq; propoſito.* Recitat Lactant. lib. 6. cap. 25.

130. VICTIMA LABE CARENS] Non temere, & ſine delectu boues ſacrificabantur. Omni labe carere oportebat tum hanc, tum alias quoque victimas, quomodo & Hebræorum, vt videmus in Leuitico, hoc eſt, non claudas eſſe, non ſcabioſas, non mutilas, non morboſas, aut vllo denique modo vitioſas, quòd alioqui futura ex ijs prænoſci nequirent, nempe ex aruſpicina, ſeu extiſpicina.

ET PRÆSTANTISSIMA FORMA] Altera conditio. Pulcherrimus quiſque deligebatur, & albi potiſſimùm coloris, quoniam is deo gratus putaretur. Et hæ dicebantur *eximiæ* hoſtiæ, quòd propter ſpeciem è grege eximerentur, ſacrificioque deſtinarentur.

131. NAM PLACVISSE NOCET] Ideo deformes tuti ſunt, quia non placent, ob id ipſum, quia deformes. Multis etiam formoſis hominibus nocuit placuiſſe, quod hiſtoriæ teſtificantur.

VITTIS PRÆSIGNIS ET AVRO] Illigabantur

A boum ſacrificandorum cornua vittis, & inaurabantur. Virgil. 9. *Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum.* Plin. lib. 33. cap. 3. Deorum verò honori in ſactis nihil aliud excogitatum eſt, quàm vt auratis cornibus, hoſtiæ maiores duntaxat immolarentur. Martial. lib. 9.

Fœlix tunc ego debitorq; voti,
Caſuram tibi ruſticas ad aras
Ducam cornibus aureis iuuencam.

132. SISTITVR ANTE ARAS] quaſi in conſpectu deorum, quibus immolatur. *Statuitur ante aras*, vt Virgil. modò dicebat.

AVDITQ. IGNARA PRECANTEM] non enim ſine precibus ſacrificabatur, quibus aut boni quippiam precarentur; aut malum aliquod deprecarentur; aut gratias agerent.

B 133. IMPONIQ. SVÆ MED. &c.] Mola ſalſa, id eſt, farina ſale miſta frons & tergum victimæ aſpergebatur: quam & toſtam eſſe oportebat ex inſtituto Numæ; alioqui non eſſe pura, & rei diuinæ haud apta cenſebatur. Virgil. 2. Æneid. *Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ.* Hic autem ritus *immolatio* dicebatur.

135. IN LIQVIDA PRÆVIS. FORM. VNDA] quàm mundiſſimis enim vti volebant, & ideo in peluim aqua plenam eos conijciebant. Faſt. 1. *An quia prænuiſos in aqua timet hoſtia cultros.*

136. EREPT. VIV. PECT. FIB. INSPIC.] antequam marceſcere incipiant, adhuc trepidantes ex ſpiritibus. Virgil. 4. Æneid. *Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.*

137. MENTESQVE DEVM SCRVTANTVR IN ILLIS] percuſſa & iugulata victima, miniſtri partim ſubiecto vaſculo ſanguinem excipiebant: partim victimæ pellem detrahebant, partim eam abluebant. Mox aruſpex, flamen, aut ſacerdos cultro ferreo viſcera & iecinora rimabatur, in illiſque deos conſulebat, & an perlitatum foret, attentè explorabat. Stat. 3. Thebaid. *Principio fibris, pecudumq; in ſanguine diuos Explorant.* Si exta eſſent ſplendida (ex Briſſonio de Formulis) bene colorata, integra, plena, ſolida, & abſque vlla labe, macula & vitio, bona & læta appellabant. Si pallida, tabida, liuida, marcida, exilia, vitioſa, aut ſi omnibus partibus ſuis non conſtarent, ſi quid deeſſet, ſi qua labe, & tetris notis adſperſa, ſi ſede ſua mota, & naturali ſitu minùs poſita, ea non bona vocabant, triſtia,
D aduerſa, quod aduerſos caſus & damna minarentur.

138. VNDE FAMES HOMINI VETITORVM, &c.] Impietatem & audaciam hominum in huiuſmodi epulis, non quidem à deo (immò deum aliquem, non valdè ſcrupuloſum, harum auctorem fuiſſe, ſuſpicatur, vt habuimus) ſed à natura, magiſtra optima veritis, vehementer admiratur.

139. QVOD MONEO NE FACITE, &c.] *συμπαθῶς*, & de boue inprimis eſt ſollicitus, qui propter merita ſua in genus humanum haud abſque ſumma iniuſtitia in cibum conceditur.

140. MONIT. ANIM. ADVERT. NOSTRIS] Plaut. Capt. *Aduorte animum ſis tu.* Propert. eleg. 1. libr. 1. *Quòd ſi quis monitis tardas aduerterit aures.* Lucret. lib. 2. dixit: *Nunc animum nobis adhibe veram ad rationem.*

Multa

Multis verſibus ſequenti diſputationi attentio-nem & beneuolentiam comparat. Primùm tollit inferos, vt commentum poëtarum. Mox migrationem animarum in alia atque alia corpora ſtatuit. Se quoque bello Troiano Euphorbum fuiſſe. Nihil interire, beſtiarumq; ſpiritus in humana, & hominum in beſtiarum corpora transferri. Similitudo à cera. Sequitur cauſſa non edendi carnes, ne animæ cognatorum expellantur impiè.

ET quoniam Deus ora mouet, ſequor ora mouentem* *ſequar IV.
Rite Deum, Delphóſque meos, ipsúmque recludam
Æthera, & auguſtæ reſérabo oracula mentis;
Magna, nec ingenijs inueſtigata priorum.
Quæque diu latuêre canam: iuuat ire per alta
Aſtra, iuuat terris, & inerti ſede relicta
Nube vehi, validique humeris inſiſtere Atlantis:
*Palantéſque homines paſſim, & * rationis egentes* *ratione carentes
Deſpectare procul, trepidóſque, obitúmque timentes
Sic exhortari, ſortémque euoluere fati.* *ſeriemque
O genus attonitum gelidæ formidine mortis,
Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana timetis,
Materiem vatum, falsique pericula mundi?
Corpora ſiue rogus flamma, ſeu tabe vetuſtas
Abſtulerit, mala poſſe pati non vlla putetis.
Morte carent animæ, ſempérque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitántque receptæ.
Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum læuæ geſtamina noſtræ
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.
OMNIA MVTANTVR, NIHIL INTERIT. errat, & illinc
Huc venit, huc illuc, & quoſlibet occupat artus
Spiritus, éque feris humana in corpora tranſit,
Inque feras noſter, nec tempore deperit vllo.
Vtque nouis facilis ſignatur cera figuris,
Nec manet vt fuerat, nec formas ſeruat eaſdem:
Sed tamen ipſa eadem eſt: animam ſic ſemper eandem
Eſſe, ſed in varias doceo migrare figuras.
Ergo ne pietas ſit victa cupidine ventris,
Parcite (vaticinor) cognatas cæde nefanda
Exturbare animas, ne ſanguine ſanguis alatur.

143. ET QVON. DEVS ORA MOVET, &c.] Pythagoreæ huius concionis pars prior fuit deprecatoria, pro animantibus cibi cauſſa non iugulandis. Sequitur altera, vt longior, ita reconditior, de perpetua rerum omnium conuerſione, cùm tamen nihil intereat, quod μετεμψυχώσεως fundamentum eſt. Principiò magna, inaudita, nec adhuc cuiquam indagata & comperta enuntiaturum, hominesque veritatem docendo, erroribus liberaturum pollicetur. Vult porrò excutere nobis timorem mortis, quandoquidem animæ non intereant: ſed in alia corpora concedant. Ob quam ipſam cauſſam non oportere κρεοφαγεῖν, ne cognatorum propinquorumque animæ per ſummum nefas è domicilijs ſuis exturbentur.

DEVS ORA MOVET] Deus pro me loquitur, ore meo vt inſtrumento ad audientes vtitur. Verè Deus noſter Prophetarum ſuorum ora mouebat, & ipſorum linguæ erant *calami ſcribæ velociter ſcribentis*, vt apud Dauidem ſcriptum Pſalm. 44. te non fugit.

SEQVOR ORA MOVENTEM] Piè dictum. Parendum Deo in omnibus, ſi modò Deus eſt: nihil enim iubere, inſpirare, ſuadereúe aut iniquum, aut improbum poteſt.

144. DELPHOSQ. MEOS RECLVD.] velut Apollo Delphicus quidam ipſe quoque fundam oracula. Ventoſus homo Pythagoras, qui ſe cum tanto, & tam ſapiente deo conferre non veretur.

145. IPSVMQVE ÆTHERA RECLVD.] Conſentiunt iſta cum antegreſſis, ſi quis modò vt vera probet, nempe:

——— Isq; licet tali regione remotus
Mente deos adijt, & quæ natura negauit
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit.

Eſt verò vtrique loco valdè affinis Lucretianus l. 1. vbi ille de Epicuro ſuo, cuius ductu & auſpicijs militat, quemque pro deo ſuſpicit, magnificis verbis hunc in modum prædicat:

Quem nec fama deûm, nec fulmina, nec minitanti
Murmure compreßit cælum: ſed eò magis acrem
Virtutem irritât animi, confringere vt arcta
Naturæ primus portarum clauſtra cupiret:
Ergo viuida vis animi peruicit, & extra
Proceßit longè flammantia mœnia mundi.
Atq; omne immenſum peragrauit mente animoq;,
Vnde refert nobis victor, quid poßit oriri,
Quid nequeat.

AVGVSTÆ MENTIS] In homine, præſertim erudito ac ſapiente, nihil eſt mente ipſa diuinius; de qua potiſſimùm diſſerendum eſt, quoties de hominis dignitate & præſtantia diſſeritur.

146. MAGNA ORACVLA] ad rerum, de quibus dicturus eſt, dignitatem grauitatemque reſpicit. Etenim vt non omnia oracula magna, ita nec omnis diſputatio illuſtris.

NEC INGENIIS INVESTIG. PRIOR.] nemini ante me cognita. Quæ ego primus in lucem protuli, & quidem, vt ſequitur, tamdiu latentia.

147. IVVAT IRE PER ALTA ASTRA, &c.] iuuat mente cæleſtia percurrere. Non ita diſparia ſunt his, & proximè antecedentibus illa Lucretij in exorſu lib. 4. vbi & ipſe primum ſe naturæ obſcuritatem verſibus egregijs explicare gloriatur:

Auia Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita ſolo: iuuat integros accedere fontes,
A *Atque haurire: iuuatq; nouos decerpere flores,*
Inſignemq; meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velarint tempora Muſæ:
Primùm quòd magnis doceo de rebus, & arctis
Religionum animos nodis exſoluere pergo:
Deinde quòd obſcura de re tam lucida pango
Carmina, Muſæo contingens cuncta lepore.

Et Virgilianum 3. Georg.

——— Tentanda via eſt, qua me quoque poßim
Tollere humo, victorq; virûm volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum (modò vita ſuperſit)
Aonio rediens deducam vertice Muſas, &c.

148. INERTI PONDERE] inertem vocat terram propter pondus & immobilitatem ipſius. Sic etiam de Chao lib. 1. *Nec quicquam niſi pondus iners.*

149. VACVOQ. NVB. INSIST. ATLANTIS] vt Atlas, qui cælum humeris ſuis ſuſtentare fingitur, me B quoque geſtare quodammodo in cælo verſantem videatur. Illic enim propemodum quiſque videtur eſſe, vbi toto animo & cogitatione conſiſtit. Fabulæ, Atlantem Afrum, Promethei fratrem humeris cælum ſuſtinuiſſe, occaſionem dedit, quòd ſphæram & aſtrologiam excogitarit. Hic, vt eſt lib. 4. cùm Perſeo hoſpitium recuſaſſet, Meduſæ capitis aſpectu, quod ei Perſeus obiecit, in montem ingentem conceſſit. Fuit alius Atlas, primus Italiæ rex; & inſuper alius Arcadiæ rex, Maiæ pater, Mercurij auus.

150. PALANTESQ. HOM. PASSIM, &c.] Quouis pignore certare auſim, hunc, & qui proximè ſubiunguntur verſus non pauci, id eſt totum locum, ex Lucretij velut imagine conformatum. Sic enim ille lib. 2.

C *Sed nil dulcius eſt, bene quàm munita tenere*
Edita doctrina ſapientum templa ſerena:
Deſpicere vnde queas alios, paßimq; videre
Errare, atque viam palantes quærere vitæ:
Certare ingenio, contendere nobilitate:
Noctes atque dies niti præſtante labore,
Ad ſummas emergere opes, rerumq; potiri.
O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantiſq; periclis
Degitur hoc æui, quodcunq; eſt?

Sed demiſſo Lucretio, quæramus cum Horatio de Pythagora, dicamusque:

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

153. O GENVS ATTON. GELID. FORMID. MORT. &c.] *Attonitum*, pro pauidum cape. *Pauere* autem D plus eſt quàm timere, aut metuere. *Gelida mors*, quia corpus inde gelidum. Nihil æquè vt mortem formidant homines; quia nihil malunt quàm viuere vitam, quantumuis infælicem ac miſeram. Vide Auguſtinum de Ciuitate l. 11. cap. 27. quo liquidò oſtendit, quantum homines, etiam calamitoſi, & beſtiæ, & res ſenſu carentes ab interitu refugiant.

154. QVID STYGA, QVID TENEB. ET NOM. &c.] Haud ſanè his abſona leguntur Tuſcul. 1. *Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranſuectio Acherontis, mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus? Tum illud, quod Siſyphus verſat Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum?* &c. Reſpondet Auditor: *Adeóne me delirare cenſes, vt iſta eſſe credam?* Sed Cicero hæc poëtarum & pictorum portenta idcircò è medio tollit, vt mortem non eſſe miſeram doceat, quia nulli ſint inferi: ſed bea-

tam

tam potiùs, cùm in beata loca hinc profecturus ſit animus. Pythagoras autem alia de cauſſa hæc eſſe negat, nempe, vt ſuam tranſitionem animarum in alia corpora ſtabiliat, quæ omni pœna vacent, ſintque immortales. Inferos manifeſtè negat Plin. lib. 2. cap. 63. Cicero quoque in Cluentiana, Seneca Conſolat. ad Martiam, Lucret. lib. 3. eos non alibi, quàm in hac vita reperiri putauit. Adi Rhodigin. lib. 10. cap. 12.

155. MATERIAM VATVM] valdè enim diſerti ſunt, cùm de illis fabulantur. Quàm multa Virgil. lib. 6. & Ouid. lib. 4. & 10? Mitto alios. *Poëtarum & pictorum portenta* M. Tullius 1. Tuſcul. *Terriloqua vatum dicta* lib. 1. vocat Lucretius.

FALSIQ. PERICVLA MVNDI] Poſitum ſub terra mundum appellauit Orpheus libr. 10. Pythagoras hunc mundum ementitum, & prorſus nullum eſſe contendit, tantumque materiam vatum: vates autem iſti plurima mentiuntur. Fatetur hoc ipſe Naſo lib. 13. *Et ſi non omnia vates Ficta reliquerunt.* Sæpè tamen eorum mendacijs, hoc eſt, figmentis, nihil ſapientius, etiam in his, quæ per hoſce libros tractantur, fabulis: modò *μυθολογούμενα* conſulere ne ſpernas.

156. CORPORA SIVE ROGVS, &c.] Non eſſe timendos inferos, atque ideo nec mortem, hoc argumento per hypotheticum ſyllogiſmum contendit. Si ſunt inferi, aut corpus patietur, qui finguntur ibidem cruciatus, aut anima: ex his enim duobus conſtamus. Non corpus, quia videmus illud vel ignibus in cineres redigi poſt obitum: vel longinquitate marceſcere, & conſumi penitus. Non anima, quoniam cùm animæ interitus ſint expertes, in alia atque alia corpora mutatis ſedibus ſemper migrant. Ergo quod ibi torqueatur nihil eſt. Quo fit, vt neque inferi ſint, quia fruſtra ſint. In hac argumentatione falſum pro vero ſumit, animas ad loca ſubterranea non deſcendere, ſed hîc in terris remanere poſt mortem, & tamquam inquilinas morari in corporibus beſtiarum, vel etiam aliorum hominum.

158. MORTE CARENT ANIMÆ, &c.] Quid ſit *παλιγγενεσία*, cui tanquam ſpecies ſubijciuntur *μετεμψύχωσις*, & *ἐνσωμάτωσις*, quæ tamen re idem ſunt, & cum venia Latinitatis *tranſanimatio* & *tranſcorporatio* dici poſſunt, dilucidè Lectorem erudit.

159. NOVIS DOMIB. VIVVNT] ſiue domus illæ ſint hominum, ſiue brutorum corpora. Opinationem de tranſmigratione animarum hinc exortam ſtatuit Philo de Somnijs, quòd ante corpora eas extitiſſe creditum eſt. Quod vbi ſemel cœptum eſt exiſtimari, ſemper vlteriùs ad proxima quæque progrediendo, & prodigioſa quædam proferendo, huc tandem ventum eſt.

160. IPSE EGO TROIAN. TEMP. BELLI, &c.] Suo ipſius exemplo rem & paradoxon ſuum confirmat. Fuiſſe enim Troicis temporibus Euphorbum Panthoi filium, à Menelao interemptum, quod ex eius clypeo in æde Iunonis Argiuæ ſuſpenſo, atq; ab ſe recognito didicerit. Quare ludens Horatius ode 28. lib. 1. eum *Panthoiden* vocat, qui naturà erat Mneſarchi filius, iterumque orco demiſſum dicit. Priùs nempe vt Euphorbum, quem Menelaus occidit: deinde vt Pythagoram, à ciuibus ſuis interemptum, cùm tamen magnificè docuerit, mortem contemnendam, quia nemo periret, ſed domicilium tantummodò per *μετεμψύχωσιν* commutaret:

——Habentq;
Tartara Panthoiden iterum orco
Demiſſum: quamuis clypeo Troiana refixo
Tempora teſtatus nihil vltra
Neruos atque cutem morti conceſſerat atræ.

Nec Euphorbum modò, ſed pauonem quoque, & Homerum, & inſigni forma ſcortum, nomine *Alcen* ſe aliquando fuiſſe prædicabat. Lege Crinit. lib. 11. c. 3. vbi & Laberij verſiculi de dogmate iſtoc metempſychico proferuntur, quos & Tertullian. in Apologet. adducit. Empedocles quoque huius ſectæ candidatus, ſe aliquando puerum, puellam, fruticem, auem, piſcem fuiſſe ſcripſit:

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε
Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.

Atque hunc, credo, intelligit Philo de Somniis, cum quendam ſapientem hoc de ſe prędicaſſe ſcribit. Et Ennius animam Homeri in ſe immigraſſe gloriatus eſt. Vnde ſuſpicari poſſis, à Criticis alterum Homerum dictum. Teſtis Horat. epiſt. 1. libr. 2. Summa, migrationem animarum non ſolùm hominum in homines, ſed etiam hominum in beſtias, & beſtiarum in homines Pythagoras docuit, & iſta ratione, commutatione videlicet tabernaculorum, non ſolùm noſtras, ſed pecudum quoque, ſeu animantium animas immortales eſſe, nec vnquam interire. Quæ ſententia, vti Lactant. ait lib. 7. cap. 12. deliri hominis fuit, quoniam ridicula, & mimo quàm ſchola dignior. Nec refelli quidem debuit. Quod qui facit, videtur vereri, ne quis id credat.

162. MEVORIS ATRIDÆ] Menelai, qui poſt captam Troiam latè vagatus domum rediit, nec multo pòſt viuus in campos Elyſios tranſlatus, à Lycophrone narratur: quam ei fælicitatem Proteus prędicit Odyſſ. δ'. & Dioſcuri in Helena Euripid. Vide Annotat. Gul. Canteri in Epitaphia Heroum Homericorum.

164. ABANTEIS IN ARGIS] à rege vetuſto Abante epitheton.

165. OMNIA MVTANTVR, NIHIL INTERIT] Ex priore placito ſuo, falſo planè de *μετεμψυχώσει*, ad aliud, & veriſſimum delabitur, omnium rerum eſſe viciſſitudinem: nec quidquam funditus perire, atque in nihilum ſolui. Quod antequam tractet, & quàm plurimis per naturam rerum exemplis probet, priùs id verum eſſe in animabus, tam noſtris quàm animalium aſſerit: vagari enim vtraſque, & horum tranſire in noſtra, noſtras in illorum membra, ſiue corpora, de qua fatuitate paulo antè. Totum mundum mutationibus eſſe obnoxium longa & feſtiua inductione demonſtrat exorſu lib. de Pallio Tertullianus.

NIHIL INTERIT] De corporibus verum eſt, de anima brutorum ſentiente falſum nobis: de illis axioma eſt philoſophorum. Vnius corruptio alterius eſt generatio. Quod ipſum eleganter in hunc modum Lucret. lib. 1.

Haud igitur penitus pereunt quæcunq; videntur:
Quando alid ex alio reficit natura nec vllam
Rem gigni patitur, niſi morte adiutam aliena.

Perſius ſat. 3. *Gigni de nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti.* Marcus Antonin. Imp. l. 4. de vita ſua, ὡς ἐκ

τῦ μηδενὸς ἔρχεται, ὥσπερ μηδ' εἰς τὸ οὐκ ὂν ἀπέρχεται, nihil ex eo quod non eſt oritur; ſicut nihil quoq; in id quod non eſt interit.

168. INQ. FERAS NOSTER] In eiuſmodi omnium feras, ſeu beſtias, quibus vita & moribus ſimiles fuerant, vt *παιδαγωγίζων* in Phædone ſcribit Plato. Quemadmodum eos, inquit, qui guloſitates, contumelias, laſciuias cogitarint, nec ab illis rebus cauerint, in aſinorum genera, ſimiliumq; ferarum formam indui veriſimile eſt: eos verò, qui iniuſtitias, tyrannides, rapacitates in pretio & honore habuerunt, in luporum, accipitrum, miluorumque genera commutari, &c. Nec in Phædone tantùm, verùm etiam in Phædro, Timæo, de Repub. huius deliramenti ſunt indicia. Conſona his, & pleniora B Plotinus, familiæ Platonicæ domeſticus, quæ recitat Crinit. lib. 11. cap. 3. Platonem porrò docuiſſe *μετεμψύχωσιν*, teſtis eſt etiam magnus illius admirator Auguſtin. Ciuit. lib. 10. cap. 30. Atque vt tertiùm dicam, dogma Pythagoreum eſt, animas hominum in animalia terreſtria, aquatica, aërea, & eorum viciſſim in homines; item hominum in homines, & animalium in homines & animalia tranſire, quoniam nihil interiret. Vbi enim animæ meliùs, quàm in corporibus immortales ſeruarentur? Herodotus Euterpe auctor eſt, primùm docuiſſe hoc Ægyptios, animos humanos corporibus ela- A pſos in hominum & pecudum corpora ſe condere. Cæſar Gallicor. lib. 6. etiam Druidum ſacerdotum hanc opinionem fuiſſe tradit: qui tamen tráſanimationem iſtam ad beſtias pertinere non putaruut, quod ex eius verbis colligitur. Plura lege apud Hier. Columnam in Fragm. Ennij lib. 1. Petr. Crinit. lib. 11. cap. 4. Pro corollario hoc addam, *μετεμψύχωσιν* hâc Epiphanio nominari *μεταγγισμὸν*, *tranſuaſationem*, quandoquidem corpus eſt tanquam vas animi. Sic Clemens Alexand. Stromat. l. 3. cap. 2. ait Pythagoreos cenſere, animas in corpora immitti, iiſque alligari, & tanquam in vaſa transfundi, *μεταγγίζεσθαι*.

169. VTQVE NOVIS FACIL. SIGNAT] Rei illuſtrandæ ſimilitudinem ceræ adhibet, quæ cùm diuerſas figuras ſuſcipiat & induat, manet tamen ipſa eadem ſemper, quod ad ſubſtantiam attinet: ita animam ſemper eandem eſſe, quamuis varia corpora ſubiens, varias quaſi figuras & facies capeſſere videatur.

175. ERGO NE PIET. SIT VICTA CVPID. VENT.] *σαρκοφαγίας* à ſe vetitæ cauſſam legitimam ponit, quæ tamen ex dictis elucebat ſatis, pietatem videlicet in cognatos; vt parcatur eorum animis, quæ fortè in animali abs te ventris cauſſa mactato, io oue, boue, ſue, &c. latebat: & ne ita eorum ſanguine ſanguinem noſtrum alere nos appareat.

Propoſitio repetitur, omnium rerum mundi contingere mutationem. Id apparere in temporibus, in die & nocte, in facie cæli & lunæ, in anno, cuius quatuor tempeſtates cum quatuor gradibus ætatis humanæ, pueritia, adoleſcentia, iuuentute, ſeu virili æuo, & ſenectute componit. In noſtris corporibus, vbi rem à prima eorum conformatione in vtero materno arceſſit.

VI. *ET quoniam magno feror æquore, plenáque ventis*
Vela dedi: NIHIL EST TOTO QVOD PERSTAT IN ORBE,
CVNCTA FLVVNT, OMNISQVE VAGANS FORMATVR IMAGO.
Ipſa quoque aſſiduo labuntur tempora motu,
Non ſecus ac flumen: neque enim conſiſtere flumen,
Nec leuis hora poteſt: SED VT VNDA IMPELLITVR VNDA,
VRGETVRQVE EADEM, VENIENS VRGETQVE PRIOREM,
TEMPORA SIC FVGIVNT PARITER, PARITERQVE SEQVVNTVR,
ET NOVA SVNT SEMPER. *nam quod fuit antè, relictum eſt,*
Fitque quod haud fuerat, momentáque cuncta nouantur.
Cernis & emenſas in lucem tendere noctes,
Et iubar hoc nitidum nigræ ſuccedere nocti:
Nec color eſt idem cælo, quum laſſa quiete
Cuncta iacent media, cumque albo Lucifer exit
Clarus equo: rurſúſque alius, cùm præuia lucis

Traden-

Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.
Ipſe dei clypeus, terra cùm tollitur ima,
Mane rubet; terráque rubet cùm conditur ima,
Candidus in ſummo eſt: melior natura quòd illic
Ætheris eſt, terræque procul contagia fugit.
Nec par, aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Eſſe poteſt vſquam, ſempérque hodierna, ſequenti
Si creſcit, minor eſt: maior, ſi contrahit orbem.
Quid? non in ſpecies ſecedere quatuor annum
Aſpicis, ætatis peragentem imitamina noſtræ?
Nam tener, & lactens, puerique ſimillimus æuo
Vere nouo eſt. Tunc herba nitens, & roboris expers
Turget, & inſolida eſt, & ſpe delectat agreſtes.
Omnia tunc florent, florúmque coloribus almus
Ludit ager; nec adhuc virtus in frondibus vlla eſt.
Tranſit in Æſtatem poſt Ver robuſtior annus,
Fitque valens iuuenis: neque enim robuſtior ætas
Vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat vlla eſt.
Excipit Autumnus poſito feruore iuuentæ,
Maturus, mitiſque inter iuuenémque ſenémque,
Temperie medius, ſparſus quoque tempora canis.
Inde ſenilis Hyems tremulo venit horrida paſſu,
Aut ſpoliata ſuos, aut, quos habet, alba capillos.
Noſtra quoque ipſorum ſemper, requiéque ſine vlla
Corpora vertuntur: nec, quod fuimúſque ſumúſque
Cras erimus: fuit illa dies, qua ſemina tantùm
*Spéſque hominum primæ, *matriſque habitauimus aluo.* *materna
Artifices natura manus admouit, & angi
Corpora viſceribus diſtenta condita matris
Noluit, éque domo vacuas emiſit in auras.
Editus in lucem iacuit ſine viribus infans;
Mox quadrupes, rituque tulit ſua membra ferarum,
Paulatimque tremens, & nondum poplite firmo
Conſtitit, adiutiſque aliquo conamine neruis.
*Inde valens velóxque *furit, ſpatiumque iuuenta* *fugit
Tranſit, & emeritis medij quoque temporis annis,
Labitur occiduæ per iter decliue ſenectæ.
Subruit hæc æui, demoliturque prioris
Robora, flétque Milo ſenior cùm ſpectat inanes
Illos, qui fuerant ſolidarum more ferarum,
Herculeis ſimiles, fluidos pendere lacertos.
Flet quoque vt in ſpeculo rugas conſpexit aniles
Tyndaris, & ſecum cur ſit bis rapta, requirit.
TEMPVS EDAX RERVM, TVQVE INVIDIOSA VETVSTAS
OMNIA DESTRVITIS; VITIATAQVE DENTIBVS ÆVI
PAVLATIM LENTA CONSVMITIS OMNIA MORTE.

176. ET QVOD. MAG. FEROR ÆQVORE] Anauigatione ſolent poëtæ ſimilitudinem ducere, & cum ea ſcriptionem ſuam comparare. Propert. eleg. 9. lib. 3.

Quid me tam vaſtum ſcribendi mittis in æquor?
Non ſunt apta meæ grandia vela rati.

1. Faſt. noſter:

Excipe pacato Cæſar Germanice vultu
Hoc opus, & timidæ dirige nauis iter.

Secundum ita finit:

Venimus in portum libro cum menſe peracto.
Nauiget hinc alia iam mihi linter aqua.

Quem in locum, ſi Deus annuerit, plura de hac allegoria dicentur. Quoniam igitur campum latiſſimum diſſerendi nactus ſit, & tamquam velis explicatis, mare quoddam ingreſſus, velle ſe nauigare porrò.

177 NIHIL EST TOTO Q. PERSTET IN ORBE, &c.] Duobus verſibus propoſitio continetur; nihil perpetuò manere idem, ſeu inuariabile, eandemque retinere faciem atque formam. Hanc propoſitionem longa inductione probabit. Illuſtris ſanè diſſertatio, nec viro ſapiente indigna. Tertullian. ex reuolubili rerum ordine (ſic enim appellat) carnis reſurrectionem libr. ſic inſcripto, aſtruere nititur.

178. CVNCTA FLVVNT] omnia prætereunt. *Nihil ſub ſole permanet*, ait Eccleſiaſtes. Omnia fluxa & caduca ſunt: *Mors etiam ſaxis nominibuſq. venit.* Auſonius.

OMNISQ. VAGANS FORMAT. IMAGO] imaginem intellige faciem & aſpectum rei. Eam *vagantem* in re qualibet, id eſt, inconſtantem & mutabilem eſſe.

179. IPSA QVOQ. ASSIDVO LAB. TEMP. MOTV] Inductionis, qua vſurus eſt ad theorema probandum, initium capit à temporibus. *Tempus* eſſe ens non re, ſed ratione tantùm, aſſeuerat lib. 1. Lucret. Ex rebus autem aliquando geſtis, ac prætentis tempus præteritum cognoſci: ex iis quæ hodie ſunt ac viuunt, præſens: ex iis quæ futura ſunt, futurum. Carmina ſubnectam:

Tempus item per ſe non eſt: ſed rebus ab ipſis
Conſequitur ſenſus tranſactum quid ſit in æuo:
Tum quæ res inſtet: quid porrò deinde ſequatur.
Nec per ſe quemquam tempus ſentire fatendum eſt
Semotum ab rerum motu, placidaq. quiete.

Ariſtoteles 4. Phyſicor. cap. 14 *Tempus* definiuit numerum motionis ex eo, quod eſt prius & poſterius. Quam definitionem optimè & perſpicuè explanant Conimbricenſes noſtri quæſt. 2. art. 2.

ASSIDVO MOTV] cæli puta, quod continenti & incitatiſſima conuerſione torquetur. Lib. 2. *Adde quòd aſſidua rapitur vertigine cælum.*

180. NON SECVS AC FLVMEN] Idonea imprimis, & euidens collatio. 3. Georg *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.*

181. NEC LEVIS HORA POTEST] Si hora non conſiſtit (cuius fluxum nobis arenaria illa horologia indicant) cùm horis diem, & diebus hebdomadas, & hebdomadibus menſes, & menſibus annos, & annis ſæcula metiamur, efficitur, nullum tempus conſiſtere, & otioſis elabi, occupatis autem impendi, vt Seneca dixit.

VT VNDA IMPELLITVR VNDA] Hor. ode 2. l. 2.

——*Truditur dies die,*

A *Nouaq. pergunt interire lunæ.*

Seneca Tragicus alicubi, *vt fluctus fluctu, truditur ſic dies die.* Diſertiſſimè tractatur hæc comparatio, & eſt euidentiſſima.

183. TEMP. SIC FVGIVNT] Lib. 10. *Labitur occultè, falliq. volatilis ætas, Et nihil eſt annis velocius.* Seneca epiſt. 105. Quoties Virgil. de celeritate temporum loquitur, hoc vtitur verbo, *fugit:*

Optima quæq. dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſq. ſenectus.

Ille qui ad philoſophiam ſpectat, hæc eadem quâ debet, adducit: *Nunquam Virgilius*, inquit, *dies dicit ire, ſed fugere, quod currendi genus concitatiſſimum eſt: & optimos quoſque primos rapi. Quid ergo ceſſamus nos ipſi concitare, vt velocitatem rapaciſſimæ rei poſſimus æquare?* Item Natur. 6. cap. vlt. *Fluit tempus, & auidiſſimos ſui*
B *deſerit. Nec quod futurum eſt, verum eſt, nec quod fluit. In puncto fugientis temporis pendeo: & magni eſt modicum fuiſſe. Eleganter Lælius ille ſapiens, dicenti cuidam, Sexaginta annos habeo: hos*, inquit, *dicis ſexaginta quos non habes?*

184. QVOD FVIT ANTE, RELICTVM EST] iam præteriit, & ex præſenti euaſit præteritum.

185. FITQ. QVOD HAVD FVERAT] futurum fit præſens, de quo Seneca de Breuitate vitæ cap. 10. *Præſens tempus breuiſſimum eſt, adeò quidem, vt quibuſdam nullum videatur. In curſu enim ſemper eſt, fluit & præcipitatur: antè deſinit eſſe quàm venit: nec magis moram patitur quàm mundus, aut ſidera, quorum irrequieta ſemper agitatio manet nunquam in eodem veſtigio.* Hæc ille. Rectè igitur ſubiungit Poëta:

MOMENTAQ. CVNCTA NOVANT.] Suprà dixit, nec leuem horam poſſe conſiſtere, quin fluat: modò plus dicit, nec momentum durare. Eſt autem
C momentum in tempore, quo nihil minus cogitari poteſt, vocaturque punctum (quod Mathematici definiunt magnitudinis principium, vt numeri monadem) omnis magnitudinis expers. De tempore, quid, quàm breue ac fluens ſit, ex Stoicorum placitis, & vnius Senecæ ſententiis potiſſimùm, diſputat Lipſius Phyſiologiæ Stoicæ libr. 2. Diſſertat. 24.

186. CERNIS ET EMENS. IN LVCEM, &c.] Quod vniuersè fit in tempore, vt præſens præterito, futurum præſenti ſuccedat, vſque ad momentum, hoc videmus in nocte & die fieri quotidie. Peragit illa ſpatium ſuum ad lucem vſque: ſurgit deinde ſol, & ſuum quoque ad veſperam vſque conficit: ἡμερονύκτιον iſtuc, ſeu viciſſitudinem noctis &
D diei ſic complectitur 2. Achilleid. Stat.

Iam premit aſtra quies, tumidoq. ex æquore Titan
Rorantes inducit equos.

Ouidius ſuprà:

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat ſol,
Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox.

Cur Deus noctem diei voluerit ſuccedere, cauſſam tradit S. Chryſoſt. de incomprehenſa Dei natura Homil. 5. vt oculos, lucis, quanquam iucundiſſimæ, aſpectu defatigatos demiſſis ſuperciliis operiret: & pupillis quietem conciliaret: vtque ita vim recrearet videndi, & ad futurum officium redderet aptiorem. De concordia verò conſenſuque amborum, ita ad pop. Antioch. Homil. 9. *Velut ſorores quædam paternam hæreditatem partitæ, cum charitate multa, nullo modò inter ſe calumniantes: ſic & dies & nox cum omni diligentia annum æqualitate tanta*

diſtri-

diſtribuunt & proprios cõſeruant fines, nec vnquam alterã altera pellit. Nunquam hyeme dies fuit longa: ſicut nec vnquã æſtate longa fuit nox, tot præteritis generationibus: ſed eodem interuallo, & longitudine neq; modicum, nec dimidiam horã, nec oculis ictum altera quam altera plus habuit.

187. IVBAR HOC NITIDVM] Periphraſis ſolis. *Lucis caput* Lucretio lib. 5. Ibid. *Tremulum iubar ignis.* Item *roſea fax, roſea lampas.* Ennius, *Sol qui candentem in cælo ſublimat facem.*

NIGRA NOCTIS] Vt luna candida nuncupatur, ita tenebræ atræ, nigræ, & ob eas etiam nox nigra & cæca; quoniam tum niſi lumine illato nihil videtur. Lucret. lib. 4.

Perpetuum ferme nigrãi noctis ad vmbram
Aurora perductum ab exoriente nitore.

Virgil. 2. Æneid.

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna cælumq; polumq;.

Tertullian. ecce quàm eleganter de viciſſitudine & iteratione diei atque noctis, lib. quem ſuprà nominaui: *Dies moritur in noctem, & tenebris vſquequaque ſepelitur. Funeſtatur mundi honor, omnis ſubſtantia denigratur. Sordent, ſilent, ſtupent cuncta: vbique iuſtitium eſt, quies rerum. Ita lux amiſſa lugetur. Et tamen rurſus cum ſuo cultu, cum dote, cum ſole eadem & integra & tota vniuerſo orbi reuiuiſcit, interficiens mortem ſuam noctem, reſcindens ſepulturam ſuam tenebras, hæres ſibimet exiſtens, donec & nox reuiuiſcat, cum ſuo & illa ſuggeſtu. Redaccenduntur enim & ſtellarum radij, quos matutina ſuccenſio extinxerat. Reducuntur & ſiderum abſentia, quas temporalis diſtinctio exemerat.*

188. NEC COLOR EST IDEM CÆLO, &c.] media nocte non idem eſt cæli color, qui ſub auroram, & in aurora, quando ſe oſtendit lucifer: immò ſæpiſſimè nullus eſt color, quando, vt ait Stat. 2. Thebaid. *Nox nigra polos inuoluit amictu.*

CVM LASSA QVIETE C. IAC. MED.] Lib. 5. *Noctis erat medium, curaſq; & corpora ſomnus Soluerat.* Expone item, *media quiete*, id eſt, alta quiete, ἐν δύμῳ ὕπνῳ, *intempeſta nocte*, quod expreſſit etiam in animantibus, rebuſque cæteris (*cuncta* ſiquidem non ad homines, & pecudes duntaxat referendum) Virgil. 4. Æneid.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluæq;, & ſæua quierant
Aequora, quum medio voluuntur ſidera lapſu,
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres,
Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſita ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

189. CVMQ. ALBO LVCIF. E. CLAR. EQVO] non cùm exit, id eſt, cùm lucere deſinit: ſed cùm coacto, & quaſi domum compulſo ſtellarum agmine, ipſe ſolus ad lucendum exiiſſe videtur. Iam cùm ſoli quadrigas, lunæ bigas, lucifero tamen non niſi vnum equum tribuebant. 3. Triſt. eleg. 5.

Hoc vtinam nitidi ſolis prænuntius ortus
Afferat, admiſſo lucifer albus equo.

Claud. 1. de Raptu: *Dum mane humectat flauentes lucifer agros, Rorantis prouectus equo.* Stat. Thebaid. 8. oſtendens luciferum & Heſperum eundem eſſe, *mutato nocturnus equo.*

190. RVRSVMQ. ALIVS CVM PRÆVIA, &c.] Iam diximus de matutino colore cæli. Auroram Pallantis filiam, vt fingitur, vocat *præuiam lucis*, id eſt, prænũtiam. Præparat illa ſoli quodammodo viam,

A & orbem illuminandum tradit, dum reliquias tenebrarum exigit. Silius lib. 5. *Aurora ingrediens terris exegerat vmbras.*

192. IPSE DEI CLYP. TERRA, &c.] Hactenus de temporum & cæli mutationibus: nunc de ſolis, quem manè & veſperi, cùm oritur & occidit, rubere dicit: medio autem cælo cerni candidum; quòd illa ætheris, ſiue aëris natura ſit melior, hoc eſt, purior, ab exſpirationibus craſſis & terreſtribus liberior: quibus nitor ſolis obnubitur, dum aër illis inquinatur. Cur autem *clypeum* nominat orbem ſolis? quia tantus apparet, & rotundus, quãtus & qualis eſt clypeus. Scutum non eſt rotundum. Virgil. quoque Polyphemi oculum deſcribens vnicum illum, media ſub fronte latentem 3. Æneid. dum fuiſſe inſtar *Argolici clypei* dicit, illicò ſubdit, *aut Phœbeæ lampadis inſtar*, hoc ipſum inſinu-
B ans, ſolem repræſentare clypeum.

196. NEC PAR AVT EADEM NOCT. P. DIANÆ] Nunc de inconſtantia & mutationibus Lunæ.

198. SI CRESCIT, MINOR EST: MAIOR, SI C. ORB.] ἀξύμωρον. Quomodo enim minor, ſi creſcit? quod creſcit maius fit. Sed expone, dum creſcit, & intellige conditionalem poſitam pro aduerbio temporis. Quamdiu enim creſcit, minor eſt. Dum autem cõtrahitur, dũ cornua ſcilicet coëunt pleno orbe, eſt maior. Quis hoc non videt? Glareanus interpretatur, *ſi contrahit orbem*, id eſt, ſi decreſcit.

199. NON IN SPECIES SACER. QVATT. ANNVM] In ipſo anni ſpatio, quod ad tempeſtatem attinet, & cæli habitum, fit item quadripartita mutatio, ſuccedunt orque in orbem ſibi ver, æſtas, autumnus, hyems. Quorum primum comparat cum pueritia, alterum cum iuuentute, tertium cum virili æ-
C tate, quartum cum ſenectute: & hac ratione etiam ætatum mutationem varietatemque declarat. De 4. temporum anni varietate & ſucceſſione venuſtè Tertullian. *Reuoluuntur hyemes & æſtates & verna, & autumna cum ſuis viribus, moribus, fructibus. Quippe etiam de calo diſciplina eſt, arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuò colorare, herbas rurſus imponere, exhibere eadem quæ abſumpta ſunt ſemina: nec priùs exhibere, quàm abſumpta. Mira ratio. De fraude ſeruatrix: vt reddat, intercipit: vt cuſtodiat, perdit: vt integret, vitiat: vt etiam ampliet, priùs decoquit. Siquidem vberiora & cultiora reſtituit, quàm exterminauit.*

204. FLORVMQ. COLOR. ALM. LVD. ABER] In Catalect. Maronianis, poëtæ Scholaſtici ludunt in deſcribenda hac commutatione 4. Tempeſtatum. Veris exemplum hoc habeto:

D *Ver pingit vario gemmantia prata colore.*
Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
Ver agrum gemmis nitidum ſtellantibus ornat.
Purpureos flores humus effert vere comantes.
Flore ſolum vario depingit odoriferum ver.

206. TRANSIT IN ÆSTAT. P. VER ROB. ANNVS] Horat. ode 7. lib. 4. pulchrè & rotundè hanc anni quadripartitam viciſſitudinem, & vnius temporis in alterum tranſitum explicauit:

Frigora miteſcunt Zephyris, ver proterit æſtas
Interitura, ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox
Bruma recurret iners.

208. NEC QVÆ MAGIS ARDEAT] Ardet iuuentus ignibus amantium, ob calorem ſanguinis, qui corporibus ſeneſcentibus frigeſcit. Et ſunt iſta æta-

tis freta Lucretio: *Tum quibus ætatis freta primitus inſinuantur*, &c. lib. 4.

212. SPARS. QVOQ. TEMP. CANIS] Caneſcere incipit auctumnus, propior enim fit hyemi.

213. AVT SPOLIATA SVOS, &c.] Pulchra εἰδωλοποιία hyemis. Quomodo ſenes, aliqui calui ſunt, aliqui capillati quidem, ſed cani: ita hyems illius ætatis imitatrix aut caluo eſt capite, aut cano, cùm tellus niuibus operitur. Principio lib. 2. *Et glacialis hyems, canos hirſuta capillos.*

214. NOSTRA QVOQ. IPSOR. &c. CORP.] A mutatione temporum & ætatum, ad mutationem corporum noſtrorum procedit, quæ per accretionem & diminutionem mutantur quotidie. Itaque non ſumus omnino, & καθ' ὅλου quod heri fuimus: nec erimus cras quod hodie. Alia enim iiſdem corporibus in dies accidentia prætereo.

216. QVÆ SEMINA TANTVM, SPESQ. HOMIN.] Corporis humani maximas & præcipuas mutationes recenſet. Primò ſolũ, & merum ſemen ſuimus: deinde coagulum cum auctu ſanguinis: pòſt embryo. Hinc natura in membra nos diſtinxit & formauit. Tandem infuſa à Deo anima, nos mater decimo menſe edidit, ſuimuſque puſilli infantes, repauimus, paulatim cum adminiculo ambulauimus, idque viribus firmatis abiecimus. Spatium iuuentutis, & conſtantis ætatis emenſi, ad ſenectutem deducimur, quo tempore viribus deſtituimur, & rugis deformamur. Locus huic penè cõpar l. 7.

Vſq; hominis ſpeciem materna ſumit in aluo,
Perq; ſuos intus numeros componitur infans,
Nec niſi maturus communes exit in auras, &c.

Memento, lector, verborum Iob: huc enim mirificè pertinẽt, primamque originem noſtram egregiè pateſaciunt. Sic ille c. 10. *Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? pelle, & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me: vitam & miſericordiam tribuiſti mihi; & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.* Aptiſſima, & in primis naturali comparatione vſus eſt vir ſanctiſſimus. Multis enim modis ſemini cũ lacte conuenit. Et ita quidem Iob de ortu ſingulorum hominum ex ſemine. De primo autem illo, & antiquiſſimo, ſeu de prima omnium formatione hominis, verbis proximè antecedentibus: *Memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me*: quam Promethæa illa fabricatio, de qua lib. 1. adumbrat, traluceťque per vetus commentum vetuſtiſſima veritas.

218. ARTIFICES NATVRA MANVS ADMOVIT] Ipſa natura artifex ſcientiſſima. Indicia hominis in vtero materno inchoati, & maſculi quæ ſint, Plin. l. 7. c. 6. *Cor primum naſcentibus in vtero formari tradũt: deinde cerebrum, ſicut tardiſſimè oculos. Sed hos primùm emori, cor tardiſſimè. Huic præcipuus calor.* Idem l. 11. c. 37. Ariſtot. de ſignis conceptus l. 7. c. 3. hiſt. animal. Solin. c. 4. Quod naturæ artifices manus dat in formando intra viſcera materna infantili corpore, cõſentit cum Varrone, qui id in vtero matris *edolari* dicit; quæ metaphora in operibus ingenij locum habet. Notat Pet. Victorius l. 4. Var. Lect. c. 18. Vide inſuper Lal. Biſciol. l. 18. c. 21.

219. ANGI CORP. VISCERIB. DISTANT &c.] Intra materna viſcera, velut in anguſto carcere viua iam & perfecta corpora concludi natura noluit: ſed ea in lucem per partitudinem produxit, tempore tamen, & menſibus præfinitis. Quàm inuitus

A detineretur in clauſtro materni vteri Ioannes Baptiſta, præſente Chriſto in vtero virginali, & quid dicere potuerit, ea ſubſultibus eius præclarè meditatur Ioan. Chryſoſtomus, Hom. in Viſitat. B. V.

221. EDITVS IN LVCEM IACVIT, &c.] Nunc agit de progreſſu & incremento, ac tandem de imminutione humani corporis, in ſenectute videlicet. Atque hæc ipſa commemoratio pars eſt argumenti propoſiti de mutatione rerum omnium. Quod autem dicit, iacere infantem natum, ad voces & ſermonem trahendum: nihil enim à mutis animantibus differt. Alioqui vagire & plorare puerulos non ſine clamoribus, notum eſt.

222. MOX QVADRVPES] Tangit ænigma Sphingis, quæ in ſcopulo mari imminenti ſedens, viatoribus ænigmata proponebat, & ſoluere neſcientes

B dirè multabat. Aliquando hoc propoſuit: Quodnam eſſet animal, primùm quadrupes, deinde bipes, poſtremò tripes. Solutionem inuenit Oedipus Laij & Iocaſtæ regum Thebanorum filius, & hominem eſſe dixit, qui prima infantia ſua inſtar quadrupedis repit manibus & pedibus; vbi creuerit, duobus pedibus; vbi ſenuerit, adhibito ſcipione tribus ingreditur. Quale autem mõſtrum fuerit Sphinx, diſces ex Gyrald. libello de ænigmatis, & deſcribit Statius Thebaid. 2. Inde ortum illud Terentianum prouerbium: *Dauus ſum, non Oedipus.*

224. ADIVTISQ. ALIQVO CONAMINE NERVIS] Antequam ſuò ambulent pueri, opus eſt illis, ne labantur, ſulcimine aliquo. Ergo adminicula quædam illorũ geniculis alligare mos erat, quæ greſſum eorum ſuſtentarent, &, ne varæ, aut compernes fierent, prohiberent. Ea ſerperaſtra dice-

C bantur. Meminit Varro de ling. lat. lib. 8.

225. INDE VALENS, VELOXQ. FVRIT] Quid hic, quæſo, facit, verbum *furit*? Lipſienſis editio in margine ex manuſcriptis corrigit, *fuit*. Nec iſta lectio arridet. Tu, mea fide lege, *fugit*, quod reſpondet voci *velox*: vt hæc ſit ſententia; genitum infantem primò repere; poſt cum ſerperaſtro ambulare: confirmatis cruribus, non ambulare modò liberum, ſed etiam currere.

SPATIVMQ. IVVENTÆ TRANSIT] Infantiam, & pueritiam duos gradus iam conſtituit: nunc tertium nominat, iuuentutem, ſub quo adoleſcentiam, pueritiæ proximam comprehendit. Ita habemus quatuor gradus.

226. ET AMARITIS MED. QVOQ. TEMP. ANNI]

D A militia trahit metaphoram. Milites enim merendo, & ſtipendia faciendo annos tranſigunt. Vocatur autem ætas virilis media, inter iuuentutem nempe & ſenectutem intercedens. Et hic eſt quintus gradus.

227. LABIT. OCCID. PER IT. DECLI. SEN.] tendit in ſenectutem, ſextum gradum. Appellat *occiduam ſenectam*, quoniam vicina eſt hominis occaſui: ſiquidem morientes occidere dicuntur: & mors eſt vitæ occaſus. Item, *iter decliue*. Alijs namque ætatibus eſt iter accliue, quando videmur vita propaganda quaſi aſcendere: huic verò decliue, cùm metæ propinquamus. Venuſtè Horat. ad Piſon. illos annos *venientes*, hos *recedentes* nominauit: *Multa ferunt anni venientes commoda ſecum, Multa recedentes adimunt.* Sic & Statius Thebaid. 4. de Adraſto: *Rex triſtis, & æger Pondere curarũ, propiorq; abeuntibus annis.*

228. SVBRVIT HÆC ÆVI, DEMOL. &c.] Ex plurimit

mis ſenectutis miſerijs tantùm duas affert: in viris imbecillitatem virium, deperdito robore: in fœminis rugas, amiſſa pulchritudine; præ qua ipſæ quid non vilipendunt? ſuperbientes ea miris modis.

229. FLETQVE MILO SENIOR, CVM SPECTAT INANES] Exemplum in viris proponit Milonem athletam, qui iam ſenex robore ſe deſtitutum lamentatur. Hiſtoriam narrat Cicero Catone his verbis: *Quæ enim vox poteſt eſſe contemptior, quàm Milonis Crotoniatæ? qui cùm iam ſenex eſſet, athletaſq́; ſe in curriculo exercentes videret, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrymanſq́; dixiſſe: At hi quidem iam mortui ſunt.* De eiuſdem robore Ælian. libr.2.cap.24. vbi ſimul quamuis corpore validiſſimum, animo tamen effœminatum fuiſſe, exemplo propoſito oſtendit.

INANES LACERTOS] nullarum virium, præmortuos iam.

230. SOLID. MORE FERAR. HERCVL. SIMIL.] Lacerti Milonis fuerant Herculeis lacertis pares, more ferarum ſolidarum, tanquam ſi eſſent leonum, aut vrſorum; adeò valentes ac robuſti; quales etiam Herculis fuiſſe veriſimile eſt, quem belluas interfeciſſe, roborè prævalidas, omnes ſciunt. Milo quoque vitulum humeris tulit, & eundem factum bouem: quem & pugno in caput illiſo occidit; &, quod longè remotius eſt à fide, vno prandio abſumpſit.

232 FLET QVOQ. TYNDAR. &c.] Helena Tyndarei, vt quidem videri potuit (ille enim Ledæ maritus) re autem vera Iouis filia, omnium ætatis ſuæ formoſiſſima mulier, iam ex anilitate rugoſa, quod illa ſpeculum oſtendebat, mirata eſt cur bis (primùm à Theſeo, deinde à Paride Troiano) rapta fuerit. Sed aliatum erat facies. Iſocrates dicet in eius encomio. Deſcribitur plenè à Conſtantino Manaſſe in Annalibus vocaturq́ue *nemus quoddam Gratiarum*, & viua elegantia.

VT IN SPECVL. RVGAS CONSPEX. ANIL.] 3. Triſt. eleg.7. ad filiam:

Iſta decens facies longis vitiabitur annis,
Rugaq́; in antiqua fronte ſenilis erit.
Iniicietq́; manus formæ damnoſa ſenectus,
Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.
Cumq́; aliquis dicet, Fuit hæc formoſa, dolebis,
Et ſpeculum mendax eſſe quereris tuum.

234. TEMPVS EDAX RERVM, TVQ. INVID. VET. A &c.] Locus communis de temporis diuturnitate, quo vitiantur, conſumunturq́ue ac pereunt omnia. Vide 4. Triſt. eleg.6. vt nos diuiſimus. Tempus ἀφαιρεῖ aufert, καθαιρεῖ deſtruit, κατήκει corrumpit, μαραίνει labefacit, δαπανᾷ conſumit, vt clariſſimi auctores dixerunt. Hoc eſt, quod ambage quadam nos monet Saturni filios deuorantis fabula. Saturnus quippe Græcis κρόνος, quaſi χρόνος *tempus*. Denique *omnia fert ætas*, vt eſt eclog.9. Grauiſſimus eſt locus apud Sophoclem in Oedipo Coloneo, & ad inſtitutum peridoneus. Ærumnoſus ille ſenex admonet Theſeum Ægei filium, quod in B ſe expertus fuerat, è rege extorris ac mendicus factus, ſolas diuinas ac cœleſtes res non ſeneſcere, neque interire vnquam: permiſceri alia cuncta, & tempore extingui. Quo autem fine hunc ſermonem habeat Oedipus, docet Petr. Vict. l.5. Variar. Lect. c.23. ipſoſque verſiculos, admodum ſanè politos & ſuaues producit, nempe hos:

Ὦ φίλτατ' Αἰγέως παῖ, μόνοις οὐ γίγνεται
Θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ κατθανεῖν ποτε.
Τὰ δ' ἄλλα συγχεῖ πάνθ' ὁ παγκρατὴς χρόνος.
Φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος·
Θνήσκει δὲ πίστις, βλαστάνει δ' ἀπιστία,
Καὶ πνεῦμα ταυτὸν οὔποτ' ἐν ἀνδράσιν
Φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν.
Τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ
Τὰ τερπνὰ πικρὰ γίγνεται, κἀὖθις φίλα.

Quos iiſdem numeris expreſſit hunc in modum C Georgius Ratallerus:

O Aegei chariſſima ſoboles, dijs
Solis datum eſt à mortis & ſenij grauis
Liberum agere æuum nexibus: reliqua omnia
Tempus potens confundit. haud alma ſuus
Terræ manet vigor: ſuum nec corpori
Immane robur hæret. emoritur fides,
Subnaſcitur perfidia nec hominis in hominem,
Nec vrbis in vrbem ſemper eadem ſpiritus
Perſiſtit aura: alijs ſtatim, poſt temporum
Longa ſpatia alijs dulcia admiſcet potens
Fortuna amaris, atque amara dulcibus.

235. VITIATAQ. DENTIBVS ÆVI] Sicut dentibus animalia cibum ac pabula præmoluunt, quæ deinde in ventrē traijciunt: & tum ea conſumpſiſſe dicuntur: ita longinquitas tēporis, quam *æui* nomine ſignificat, quaſi quibuſdam dentibus prærodit, præmandit, & magis magiſq́ue res ad interitum præparat.

Quattuor eſſe elementa, duo leuia, duo grauia: illa ſurſum, hæc deorſum ferri, & viciſſim in ſe conuerti. Repetit ἀξίωμα omnia mutationem perpeti, nihil perire in nihilum. Naſci, & mori quid ſit Sæculum ab aureo, veniſſe in argenteum, deinde in æreum, deinde in ferreum. Ex terra factum mare, ex mari terram: ex campo vallem, ex monte planitiem: ex palude aridam, ex arida paludē. Illic irrupiſſe fontes, hîc deſiiſſe.

237. HÆc quoque non perſtant, quæ nos elementa vocamus: VII.
Quáſque vices peragant, animos adhibete, docebo.
Quattuor æternus genitalia corpora mundus

Continet; ex illis duo ſunt oneroſa, ſuóque
Pondere in inferius Tellus atque Vnda feruntur:
Et totidem grauitate carent, nullóque premente
Alta petunt, Aër, atque aëre purior Ignis.
Quæ quanquam ſpatio diſtant, tamen omnia fiunt
Ex ipſis, & in ipſa cadunt: reſolutáque tellus
In liquidas rareſcit aquas, tenuatus in auras,
Aëráque humor abit: dempto quoque pondere rurſus
In ſuperos aër tenuiſſimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idémque retexitur ordo.
Ignis enim denſum ſpiſſatus in aëra tranſit.
Hinc in aquas; tellus glomerata cogitur vnda.
Nec ſpecies ſua cuique manet, rerúmque nouatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras.
Nec perit in toto quidquam (mihi credite) mundo:
Sed variat, faciémque nouat: naſcique vocatur
Incipere eſſe aliud, quàm quod fuit antè: morique
Deſinere illud idem, cùm ſint huc forſitan illa,
Hæc tranſlata illuc; ſumma tamen omnia conſtant.
Nil equidem durare diu ſub imagine eadem
Crediderim. Sic ad ferrum veniſtis ab auro
Secula; ſic toties verſa eſt fortuna locorum.
Vidi ego quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus,
Eſſe fretum: vidi factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ iacuere marinæ:
Et vetus inuenta eſt in montibus anchora ſummis.
Quódque fuit campus, vallem decurſus aquarum
Fecit, & eluuie mons eſt deductus in æquor:
Eque paludoſa ſiccis humus aret arenis;
Quæque ſitim tulerant, ſtagnata paludibus hument.
Hic fontes natura nouos emiſit, & illic
Clauſit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt: aut exſiccata reſidunt.

237. HÆC QVOQ. NON PERST. Q. NOS ELEM.] De elementorum mutua conuerſione. De ijs multa lib. 1. Quorum ſeruitia Tertullian. lib. de Patientia his verbis declarat: Refrigerat aër, calefacit ignis, irrigat aqua, fructificat terra. Patiuntur ergo & elementa inſtabilitatem ac mutationem ſuam: quam anteqnam exponat Ouidius, priùs ſtatuit eſſe quatuor, terram, aquam, aërem, ignem: quorum duo prima propter eorum grauitatem deorſum, poſteriora duo propter leuitatem ſurſum feruntur: & quanquam ſpatio ſeiunctis, cùm vnumquodque definitam & circumſcriptam habeat regionem, ex ijs tamen corpora omnia confieri & coagmentari, & in eadem reſolui.

239. ÆTARNVS MVNDVS] Ab omni æternitate mundum extitiſſe, doctrina eſt Ariſtotelis, quanquam falſa. Æternũ fore, & nos credimus, ſed immutatum. Pythagoras, & Stoici, vt refert Plutarch. A l.2.c.4. de placit. genitum à Deo mundum, & interitui obooaium, ſi naturam quidem ipſius conſideres (vtpote qui ſenſui ſubiectus, propter corpulentiam) nec ideò tamen interiturum, docuerunt, diuina eum continente natura. Idem ſcripſit Plato in Timæo. Xenophanes ingenitum, & ſempiternum, interitus immunem.

GENITALIA CORPORA] omnia gignentia corpora M. Tull. 1. Tuſculan. vbi præterea horum verſuum ſimilia, vel potiùs eadem planè diſſerit. Vocat & Lucretius ſæpiſſimè *genitalia corpora*, & *corpora prima*; ſed ſuas atomos, ex quibus omnia conflari, etiam ipſa elementa, & in eaſdem perire vt probet, quid non conatur? Sed vt ipſius verbis in eum vtamur: *Magnopere à vera lapſus ratione videtur.* Seqnuntur verſus:

Nam tibi de ſumma cæli ratione, deûmq́;
Diſſerere incipiam, & rerum primordia pandam,

Vnde

Vnde omnes natura creet res, auctet alatq́,
Quóue eadem rurſum natura perempta reſoluat:
Quæ nos materiam, & genitalia corpora rebus
Reddunda in ratione vocare, & ſemina rerum
Appellare ſuemus: & hæc eadem vſurpare
Corpora prima, quòd ex illis ſunt omnia primis.

Ex Epicuri ſchola vtique. Epicuri enim ſunt omnia quæ delirat Lucretius, vt inquit Lactantius de Opif. Dei c.6. Vide inſuper eiuſd. de Ira Dei c.10. Omnes appellationes iſtas, quas atomis dedit, Ouidius elementis tribueret.

244. OMNIA FIVNT EX IPSIS, ET IN IPS. CAD.] Nec ſingula per ſe elementa, nec duplicata, nec quatuor ſimul eſſe rerum primordia vult Lucret. lib.1. & in eo Empedoclem reprehendit: *Qui materiem rerum eſſe putarunt ignem atque ex igni*, &c. Totum porrò locum hunc eleganter imitatus eſt Iouian. Pontanus in Meteoris ſuis, cap.2. verſus mox ſubijciam.

245. RESOLVTAQVE TELLVS IN LIQ. RAR. AQ. &c.] Diſcors amicitia elementorum, apta tamen, penitusque neceſſaria rebus naſcituris & perituris; alterniq́ue per occaſum atque obitum partium recurſus. Partium, inquam, non ipſorummet corporũ vniuersè. Igitur ex terra aqua, ex aqua oritur aër, ex aëre ignis. Deinde retrorſum viciſſim ex igni aër, ex aëre aqua, ex aqua terra generatur: atque ita ſeſe ad moderationem, & velut æquilibrium, quoad fieri poteſt, exæquant grauibus leuia, calidis frigida, ſuperis infima: eo ſine nimirum, vt permaneant. Hanc elementorum reciprocam mutationem, vniuſque ex altero reparationem ita explicauit Lucretius lib.1.

Quin etiam repetunt à cœlo, atque ignibus eius:
Et primùm faciunt ignem ſe vertere in auras
Aëris: hinc imbrem gigni, terramq́, creari
Ex imbri retroq́, à terra cuncta reuerti,
Humorem primùm, & pòſt aera deinde calorem:
Nec ceſſare hæc inter ſe mutare, meare
De cœlo ad terram, de terra ad ſidera mundi.

Nunc Pontani verſus huic ipſi loco, & qui hunc proximè antecedit congruentes adiicio:

Principio genus omne hominum, genus omne ferarum,
Prognata & ſyluis volucres, quæq́, æquora ponti
Monſtra colunt, quæq́, herba ſolo florente nitescit,
Et quæ ſublimis creſcens ſubit arbor ad auras,
Quattuor à primis ducunt exordia cauſis.
Hinc etenim proprias ducunt animantia vitas,
Huc redeunt, quoties fragiles mors ſoluerit artus.
Ipſa æterna manent elementa, viceſq́, miniſtrant,
Dum ſua iura ſimul cedant, aut ceſſa repoſcunt,
Alternoſq́, agitant conſtanti fœdere motus,
Vertunturq́, eademq́, aut mox diuerſa reſurgunt.

252. NEC SPECIES SVA CVIQ. MANET] nulla res ſuam ſpeciem, figuram, & quaſi aſpectum retinet: & quod interire dicimus, non eſt aliud quàm mutari & variari. Suprà: *Omniſq́, vagans formatur imago.*

255. NASCIQ. VOCAT. INCIP. ESSE ALIVD, &c.] Definit quid ſit naſci, ſeu generari, & ait, naſci illud, quod incipit eſſe aliud. Ex nihilo enim naturaliter nihil fit. Mori autem, ſeu corrumpi, quod deſinit tale eſſe. Verumtamen propriè ſi loquamur, mori id dicimus quod viuit: viuit autem quod habet animam, & per eam quandam vitam: ſiue ea anima compos rationis ſit, ſiue ſentiens, ſiue vegetans

A tantùm. Herbæ enim quoque verè moriuntur. At lapis cùm ignis vi in calcem redigitur, ἀκύρως dicetur mori.

258. SVMMA TAMEN OMNIA CONSTANT] interim in tanta neceſſitudine, & tot mutationibus certa eſt rerum ſumma quarumlibet, eaq́ue conſtans: infinitioni ſiquidem nullus eſt in natura locus.

259. NIL EQVIDEM DVRARE DIV, &c.] Non ſolùm nihil eſt immutabile; ſed nec diu manet immutatum, quod vocat ſub eadem imagine durare. Illa autem imago, facies, ſpecies (his enim pro eodem vtitur Poëta) Phyſicis eſt forma ſubſtantialis, per quam aliquid hoc eſt.

260. SIC AD FERR. VENIST. AB AVRO SÆCVL.] Sequuntur crebra exempla mutationis in rebus, & locis quidem potiſſimùm. Sed priùs κατὰ γένος,
B tum κατ' εἶδος, & παραδειγματικῶς. Docere autem vult his verbis, non poſt aurum effoſſum eſſe ferrum: nam lib.1. priùs ferrum, quàm aurum prodijſſe ait: ſed mutationem ſæculorum eſſe factam, & ab aureo deuentum ad argenteum, ab argenteo ad æneum, ab æneo demum ad ferreum: verùm breuitatis cauſſa duo extrema tantùm nominat. Iam verò per hæc quatuor metallorum genera quatuor morum diſcrimina accipienda norunt omnes. Eſt porrò iſta mutatio non tam phyſica, quàm ethica, & neſcio quomodo huc irrepſit.

261. SIC TOTIES VERSA EST FORT. LOCOR.] Hæc propoſitio eſt; parat enim demonſtrare in locis mutationes inſignes, & maximas.

262. VIDI EGO Q. QVONDAM SOLID. TELL. &c.] Teſti oculato firmior adiungenda fides. Quæramus licet, vbi ex terra fretum viderit, & alicubi
C in ſuis libris id prodiderit, vt etiam id, quod ſtatim ſequitur.

263. VIDI FACT. EX ÆQVORE TERRAS] Contrarium ſuperiori, vidiſſe nimirum aquas, ſeu aquarum loca verſa in continentem. De inſulis præcipuè intelligendus eſt. Vtrumque tamen contigiſſe teſtatur Horat. ad Piſones:

Debemur morti nos, noſtraq́,. ſiue receptus
Terra Neptunus claſſes Aquilonibus arcet,
Regis opus, ſterilisq́, diu palus, aptaq́, remis
Vicinas vrbes alit, & graue ſentit aratrum.

De inſulis è mari enatis Plinius lib.2.cap.86.& 87. Seneca Nat. Quæſt. lib.2.cap.26.

264. ET PROCVL A PELAGO CONCHÆ, &c.]
D Ex receſſu maris longiore facta eſt terra ſolida, relictis conchis, quarum copia in littoribus.

265. ET VET. INVENT. A. IN MONT. ANCHORA] Non ſolùm terra extitit vbi fuit mare quondam; ſed etiam montes, ex aggeſtu puta arenarum, ſordium & rerum naufragijs amiſſarum.

266. QVODQVE F. CAMP. VALL. DECVRS. AQVAR.] Aſſiduitas aquæ decurrentis per campum effecit vallem.

267. ET ELVVIE MONS E. DED. IN ÆQVOR] Alluuio minuit terram, & abradit ſemper aliquid. Et dum inferiora exeduntur, ſuperiora ruunt. Id apparet in ripis, & poteſt contingere vel montibus maritimis, dum crebris feriuntur fluctibus, & exundationes patiuntur.

268. EQVE PALVD. SICCIS HVM. ARET AREN. &c.] Solum paludoſum, & arenoſum prorſus contraria ſunt; vnum tamen in alterum migrat.

270. Hic

270. Hic font. nat. novos emisit, &c.] Idem fit in fontibus. Alicubi ſcatere aquæ incipiunt, alicubi deſinunt.

271. Et antiqu. tam multa trem. orbis flum. &c.] Idem repeeritur in fluminibus, dum terra quaſſatur: alia exiſtunt, alia fugiunt, & abſorbentur. Seneca Natural. 6. cap. 4. de effectis terræmotus diſputans: *Quæramus ergo quid ſit, quod terram ab infimo moueat, &c. nunc amnes magnitudinis notæ conuertat introrſus, nunc nouos exprimat.*

272. Aut exsiccata residunt] Vide Ælian. Var. hiſt. lib. 8. cap. 10.

Miracula & mutationes fluminum, fontium, lacuum. Inſulæ verſæ in continentem, continentes in inſulas, abruptæ regiones, ex planitie montes.

VIII. *Sic vbi terreno Lycus eſt epotus hiatu,*
Exiſtit procul hinc, alióque renaſcitur orbe.* *ore.
Sic modò combibitur, tecto modò gurgite lapſus
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in agris.* *arvis.
Et Myſum capitiſque ſui, ripæque prioris
Pœnituiſſe ferunt; alia nunc ire Caicum.
Nec non Sicanias voluens Amaſenus arenas
Nunc fluit: interdum ſuppreſſis fontibus aret.
Antè bibebatur, iam quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas, poſtquam (niſi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lauêre Bimembres
Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.
Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, ſalibus vitiatur amaris?
Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa, Pharóſque
Et Phœniſſa Tyros, quarum nunc inſula nulla eſt.
Leucada continuam veteres habuere coloni,
Nunc freta circumeunt. Zancle quoque iuncta fuiſſe
Dicitur Italiæ, donec confinia pontus
Abſtulit, & media tellurem reppulit vnda.
Si quæris Helicen, & Buran Acheidas vrbes,
Inuenies ſub aquis, & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.
Eſt prope Pitheiam tumulus Trœzena ſine vllis
Arduus arboribus, quondam planiſſima campi
Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, cæcis incluſa cauernis,
Exſpirare aliquà cupiens, luctatáque fruſtra
Liberiore frui cælo, cùm carcere rima
Nulla foret toto, ne peruia flatibus eſſet,
Extentam tumefecit humum, ceu ſpiritus oris
Tendere veſicam ſolet, aut direpta bicornis
Terga capri: tumor ille loci permanſit, & alti
Collis habet ſpeciem, longóque induruit æuo.

Plu-

Plurima cùm ſubeant audita, aut cógnita nobis,
Pauca ſuper referam: quid? non & lympha figuras
Dátque capítque nouas? medio tua, corniger Ammon
Vnda die gelida eſt, ortúque obitúque caleſcit.
Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur, minimos cùm luna receſſit in orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis, & hinc Sybaris veſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt auróque capillos.
Quódque magis mirum eſt, ſunt qui non corpora tantùm,
Verùm animos valeant etiam mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vnda?
Æthiopéſque lacus, quos ſi quis faucibus hauſit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem?
Clitorio quicunque ſitim de fonte leuarit,* *leuauit.
Vina fugit, gaudétque meris abſtemius vndis.
Seu vis eſt in aqua calido contraria vino:
Siue (quod indigenæ memorant) Amithaone natus
Prœtidas attonitas poſtquam per carmen, & herbas
Eripuit furijs, purgamina mentis in illas
Miſit aquas, odiúmque meri permanſit in vndis.
Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis:
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.
Eſt lacus Arcadiæ, Phenium dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto,
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.
Sic alias aliáſque lacus & flumina vires
Concipiunt: tempúſque fuit, quo nauit in vndis,
Nunc ſedet Ortygie: timuit concurſibus Argo
Vndarum ſparſas Symplegadas eliſarum,
Quæ nunc immotæ perſtant, ventiſque reſiſtunt.

273 SIC VBI TERRAE N LYCVS, &c.] De miraculis aquarum agit Vitruuius lib 8. cap. 3. Earundem mirabilia perſequitur Plin. lib. 31. cap. 2. 3. 4. 5. Et lib. 2. c. 3. vbi & hi duo fluuij, *Lycus*, inquam, & *Eraſinus*, & *Tigris* nominantur. Ibid. *Et in Aſinate campo fluuius merſus, poſt XX millia paſſuum exit: & in Aquileienſi Timauus.* *Anas* in Hiſpania Bætica quinque circiter leucis terra conditur, deinde prope oppidum, quod vulgò dicitur *Villa barta*, erumpit. *Eurotas* in Arcadia rurſus emergit in Lacedæmoniorum agro. Flumina abſorberi humo, & aliquouſque labentia rurſum alio loco emergere, dixit etiam in primo: *Quæ diuerſa locis partim ſorbentur ab ipſa*, (terra ſcilicet) *In mare perueniunt partim.* Vide ibidem à nobis annotata. Seneca Natural. 3. cap. 36. *Omnis autem humor naturâ ad inferius, & ad mare defertur. Illò igitur recepta flumina curſus egere ſecretò: ſed cùm primùm aliquid ſolidi, quod obſtaret, occurrit, præru*A *pta parte, qua minùs ad exitum repugnabat, repetiere curſum ſuum.* Mox quatuor hiſce verſibus teciraris hæc ſubiungit: *Idem & in Oriente Tigris facit: abſorbetur, & deſideratus diu, tandem longè remoto loco, non tamen dubius, an idem ſit, emergit. Lycus* Aſiæ, *Eraſinus* Arcadiæ fluuius. De *Tigri* Lucan. lib. 3.

At Tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu,
Occultoſq; tegit curſus, rurſuſq; renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnuit vndis.

274. ALIOQ. RENASCITVR ORAE] Vitiosè ſcriptum eſt *ore*, tu lege *orbe*. *Alius orbis* eſt alia pars orbis, ſeu alia regio.

277. ET MYSVM CAPITISQ. SVI, &c.] *Myſus* Myſiæ fluuius alueo mutato, quaſi eum prioris originis riparumq́ue pœniteret, terra hauſtus, & alibi emerſus labitur, mutato nomine: *Caicus* enim vocabulum adipiſcitur.

279. NEC NON SICAN. VOLVENS AMASEN. AR.] Sici-

Siciliæ fluuius *Amaſenus* aliquando exareſcit, & ite- A
rum manat. Amnis quidam Syriæ, inter Arceam & Rhaphaneam vrbes, ſex dies continuos deficit, ac ſiccum tranſituris præbet alueum, ſeptimo die iterum manat, aquis abundans.

281. ANTE BIBEBATVR, NVNC QVAS, &c.] Anigri fluminis aquas potu dulcis erat: ſed vbi in eo lauerunt Centauri, ab Hercule vulnerati, amaritiem induit. Bimembres Centauri *Semiuiriq́ue boues, ſemibouesq́ue viri.* Occidit multos Hercules, dum Pholo hoſpiti ſuo aduerſum illos ſuccurrit. Pauſan. Eliacis priorib. Natalis Comes de Hercule in Mythologicis, & Lilius Giraldus.

285. NISI VATIB. OMN. ABIPI. FIDES] ſi quid vatibus creditur, qui ſua dicta non obligant fide hiſtorica, vt dicit ipſe lib. 1. Amor. eleg. 11. de quo
B vide quæ ſcripſimus in Hortulis Naſonianis, Tit. Poëtæ. Eos non omnia fingere, ait alibi. Non igitur eis omnis abroganda fides. Horat. ad Piſones de Homero:

Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet,
Primum ne medio, medium ne diſcrepet imo.

285. QVIDNON ET SCYTHICIS HYPANIS, &c.] Hypanis Scythiæ fluuius aliquot dierum itinere dulcis, ob fontem ſalſum in eum iuxta fines Scythiæ influentem ſalſus redditur.

286. SALIBVS AMARIS] *Sales* numero multitudinis propriè facetię & lepores. Poëtis datur venia.

287. FLVCTIBVS AMBITÆ F. ANTISSA, &c.] Tres inſulæ factæ continentes. *Antiſſa* eſt adiuncta Leſbo. Plin. libr. 5. cap. 89. *Pharos* vicina Ægypto. Idem lib. 2. c. 85. *Tyrus* Phœniciæ, quam continentem fecit Alexander M. Tyrus quondam inſula,
C inquit Plin. lib. 5. cap. 19. præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa: nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara vrbibus genitis, Lepti, Vtica, & illa Romani imperij æmula terrarum orbis auida, Carthagine: etiam Gadibus extra orbem conditis. Vide inſuper Diodorum Siculum lib. 7. Arrianum libr. 2. Curtium libr. 4. Inſulæ terris continuatæ etiam referuntur *Zephyrium* Halicarnaſſo, *Erbuſa* Mindo, *Dromiſcus* & *Perne* Mileto, *Narthecuſa* Parthenio promontorio. E mari autem emerſerunt vltro inſulæ *Delos*, *Rhodus*, *Anaphe*, *Nea*, *Alone*, *Thera*, *Theraſia*, *Hiera*.

289. LEVCADA CONTIN. VET. HAB.] Contrà, continentes redactæ ſunt in inſulas. Leucas vrbs per accolas facta penin ſula, quæ tamen aggeſtu arenarum iterum euaſit continens. Plin. lib. 4. c. 1.

D 291. DONEC CONFIN. PONT. ABSTVL. &c.] Virgilium cogitabat hæc ſcribens, qui 3. Æneid. de Italia à Sicilia, maris interuentu ſeparata hunc in modum:

———*Venit medio vi pontus & vndis*
Heſperium Siculo latus abſcidit, aruáque & vrbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.

Lege Symbol. noſtras. Ea imitatione Claudian. aliquanto latiùs 1. de Raptu:

———*Trinacria quondam*
Italiæ pars vna fuit: ſed pontus & æſtus
Mutauere ſitum. rupit confinia Nereus
Victor, & abſciſſos interluit æquore montes,
Paruáque cognatas prohibent diſcrimina terras.

Sicut autem Sicilia ab Italia, ita Cyprus à Syria, Eubœa à Bœotia, Beſbycum à Bithynia auulſæ ſcribuntur.

A 293. SI QVÆRIS HELICEN, &c.] Helice & Bura oppida, mari ſunt obruta.

296. EST PROPE PITTHEAM TVMVL.] Trœzene quæ eſt vrbs Peloponneſi, regnauit Pittheus, Theſei maternus auus. Iuxta illam area matura eſt in collem.

298. NAM (RES HORR. REL.) VIS FERA VENT.] Cauſſam ipſemet admirans addit, hanc nimirum. Vim magnam exhalationum in cauernis ſubterraneis (*feram vim ventorum*, propter ſimilitudinem nominat: quin ipſe ventus exhalatio à philoſophis definitur) non inuenientem vllum exitum, tumefeciſſe & extendiſſe humum non ſecùs quam veſicam, aut vtrem inflando ſolemus tumefacere & extendere.

B 307. PLVR. CVM SVB. AVD. AVT COGN. NORIS] Duo ſunt ſenſus diſciplinæ, viſus, & auditus. Audiſſe ſe adhuc multa, in iſto genere mutationis putat, & legendo quoque cognouiſſe, quod ſine oculorum opera non potuit. Sed non omnia ſibi referenda, ne otio lectorum abutatur. Pauca additurum.

308. NON ET LYMPH. FID. DAT Q. CAP. NOV.] Iouis Ammonis fons in Libya meridie frigidus, mane & veſperi calidus ſentitur. Haſce qualitates, frigus nempe, & calorem eiuſdem fontis, *figuras* nominat. Eundem hunc locum ecce quomodo verbis tantùm mutatis, eandem ſententiam Silius tractauerit, lib. 3.

Quæ (aqua Ammonis) *naſcente die, quæ deficiente tepeſcit.*
Quáque riget, medium cùm ſol aſcendit olympum,
Atque eadem rurſus nocturnas feruet in vmbras.

C Iupiter *Ammonis* cognomentum eſt nactus ab ἄμμῳ *arena*, quòd Bacchum per arenoſa loca Africæ exercitum ducentem, & in magna ſiti ſe inuocantem, forma arietis capeſſens ad aquas deduxerit. De fonte illo Plin. lib. 2. cap. 103. *Iouis Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus feruet.* Curt. lib. 4. Arrianus lib. 3. Mela lib. 8. Lucret lib. 6. falſam huius rei rationem refutans, veram afferre conatur:

Eſſe apud Ammonis fanum fons luce diurna
Frigidus, & calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant ſubter terras ferueſcere raptim,
Nox vbi terribili terras caligine texit,
Quod nimis à vera eſt longè ratione remotum, &c.

Conſule Meteora Iouiani Pontani, cap. 46.

D 311. ADMOTIS ATHAMANTIS AQVIS ACCENDERE LIGNVM] De hoc fonte ſic eod. cap. Plinius: *In Dodone* (in Epiro puta, in Dodonæi Iouis delubro) *Iouis fons cùm ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoueantur, accendit. Idem meridie ſemper deficit: qua de cauſſa ἀναπαυόμενον vocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat, ab eo rurſum ſenſim deficit.* Eadem Solinus capite 12. Pomponius Mela libro 2. cap. 3. Idem miraculum narrat, & cauſſas eius producit Lucret. lib. 6. *Frigidus eſt etiam fons, ſupra quem ſita ſæpè Stupa iacit flammas*, &c. Athamanes autem apud Strabonem lib. 7. populos Epiroticus. Ex Achaicis Pauſaniæ narrat Alex. ab Alex. apud Achæos in Cereris templo manare fontem, in quem grauiore morbo impliciti introſpicientes, ſpeculo in fontem dimiſſo, euentus valetudinis internoſcant.

313. FLVM. H. CICON. Q. POT. SAXEA, &c.] Ad flumina

Ad flumina redit. Plin.eod.c. quod iorũ eſt de miraculis aquarum, fontium & fluminum, *In Ciconum flumine*, inquit, *& in Piceno lacu Velino, lignum deiectum lapideo cortice obducitur: & in Surio Colchidis flumine, adeò vt lapidem pleramque durm adhuc integat cortex Similiter in flumine Sybaro, vltra Sarrentum, non virgulta modò immerſa, verùm & folia lapideſcunt, aliàs ſalubri potu eius aqua.* Adſcribemus & verba Senecæ Natural.lib.3. cap.20. quò hic locus plus fidei & lucis accipiat: *Intereſt vtrum aqua loca ſulphure, an nitro, an bitumine plena tranſeant. Hac ratione corrupta cum vitae periculo bibantur. Vnde & apud Ouidium legimus, Flumen habent Cicones*, &c. *Medicatum vtique, & eius habet naturalimam, vt corpora agglutinet, ac induret: quemadmodum Puteolanus pulau, ſi aquam attigit, ſaxum eſt. Sic è contrario hac aqua, ſi ſolidam tetigit, haret, & affigitur. Inde eſt, quòd res abiecta in eundem lacum lapidea ſubinde extrahantur. Quod in Italia quibuſdam locis euenit: ſiue virgam, ſiue frondem demerſeris, lapidem poſt paucos dies extrahis. Circumfunditur enim limus, paulatimq́ allinitur.*

315. CRATHIS, ET HINC SYBARIS] Hi duo fluuij Calabriæ capillos reddunt flauos, & aurei coloris, cuius eſt electrum. De Crathide Euripid. Troad.

317. SVNT QVI NON CORPORA TANTVM, &c.] Sanè miraculum magnum, aquæ genus reperiri, quod in ipſum quoque animum penetret, & mores effæminet, qualis eſt in Caria fons Salmacia. *Obſcenam* vndam nominat propter Hermaphroditum ibidem ex vtroque ſexu coagmentatum. Lib. 4. de eodem fonte:

Vnde ſit infamis, quare malè fortibus vndis
Salmacis eneruet, tactoſq́ remolliat artus,
Diſcite, cauſſa latet: vis eſt notiſſima fontis, &c.

Veruntamen tota res commentitia eſt. Stat.1. Syluar.in balneum Etruſci: *Procul hinc & fonte doloſo Salmacis.*

320. ÆTHIOPESQ. LACVS, QVOS SI QVIS F. &c.] Si vnicus eſt in Æthiopia talis lacus, cur non dixit quem? An plures, & ideo bene *quos*? Habet ergo iſtorum lacuum aqua tantam vim, vt bibentes aut in furorem, aut ad veternum adigat, qui eſt ſopor altiſſimus.

321. AVT FVRIT, AVT PATITVR MIRVM GRAVITATE SOPOREM] Recitat hunc verſum Seneca Natural.libr.3.cap.20.& ait: *Similem habet vim mero, ſed vehementiorem.* Nam quemadmodum ebrietas, donec exſiccetur, dementia eſt, & nimia grauitate defertur in ſomnum: ſic aquæ huius ſulphurea vis habet quoddam acrius ex aëre noxio virus, quod mentem aut furore monet, aut ſopore opprimit.

322. CLITORIO QVICVNQVE SITIM, &c. VINA FVGIT, GAVDETQVE MERIS, &c.] *Clitorius* in Arcadia fons, cuius aqua pota abſtemios reddit. Duplicem cauſſam ſub diſiunctione ponit, quarum priorem libentiùs arripuerim: poſterior enim poëtica, hoc eſt prorſus fabuloſa, & nimis à vera animi ratione remota eſt, vt inquit Lucretius. Eſt ergo vis quædam in illa aqua, quæ vini appetitum adeò extinguit, vt etiam illius odium creet, nec odorem ſuſtineat. Plinius lib. 31.cap.2. & Pauſanias in Bœoticis memoriæ prodiderunt, iuxta antrum Trophonij duos eſſe fontes inter propinquos, quorum alterius aqua rerum omnium obliuionem

A bibenti pareret, alterius omnium quæ nonquam vidiſſet memoriam excitaret.

324. CALIDO VINO] Non ideo eſt contraria aqua Clitorij vino, quia ipſa natura frigida, vinum calidum (poteſtate ſeu virtute, non vſu ipſo, functione, & actu, vt loquuntur phyſici) ita enim quęuis aqua abſtemios redderet. Non hoc voluit, cùm vinum calidum dixit. Alia quædam & occultiſſima cauſſa ſubeſt.

325. SIVE QVOD INDIG. &c.] Hæc eſt illa altera ratio, quòd Amithaonis filius Melampus medicus, quatuor virgines, Prœti Argiuorum regis filias in mulas ab Iunone propter formæ ſuperbiam commutatas (vt ipſæ quidem per furorem, & inſaniam putabant, & ideo agros percurſabant) cùm herbis quibuſdam & cantionibus purgaſſet, ac
B morbo liberaſſet, ἀποκαθάρματα, & purgamina in illum fontem coniecerat. Nomina earum fuerunt Mera, Euryale, Lyſippe, Iphianaſſa. Alij tres numerant, Lyſippen, Ipponoen, Cyrianaſſam. Quidam duas tantùm, Elegen, & Cælenen. Vide Politian. Miſcellan. cap.50. & Probum in eclog.6. Virgilij, vbi ex earum comparatione deteſtatur Paſiphaën, & Prœtidas in vaccas abijſſe inſinuat; ſiquidem illis mugitum tribuit:

Prœtides implerunt falſis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen vlla ſecuta eſt
Concubitus, quamuis collo timuiſſet aratrum,
Et ſæpe in leui quæſiſſet cornua fronte.

Seneca Oedipo: *Prœtides ſyluas petiere, & agros.* Vide & Rhodigin.lib.17.cap.2.

AMITHAONE NATVS] Melampus, vt dictum eſt, medicus & vates, quem ſimul cum Amphiarao
C de bello contra Etheoclem Thebanor. regem pro Polynice genero ſuſcipiendo conſulit Adraſtus Argiuorum rex apud Stat.3. Thebaid.

——— *Sollers tibi tura futari,*
Amphiarae, datur, iuxtaq́ Amithaone cretus
Iam ſenior, ſed mente viret, Phœboq́ Melampus
Aſſociat paſſus dubium cui dexter Apollo,
Oraq́ Cyrrhæa ſatiarit largiùs vnda.

329. HINC FLVIT EFFECTV DISPAR LYNCEST. &c.] Opponit Clitorio fonti fluuium Thraciæ Lynceſtium. Nam vt ille vini oſores, ita hic ſuis aquis quaſi οἰνοφλύγας, & temulentos efficit. *Lynceſtia aqua*, inquit Plinius, *quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit.* Cui ſimile quod tradit idem libro 2. cap.103. In Andro inſula fontem eſſe Liberi pa-
D tris, qui Nonis Ianuarij ſaporem vini habeat: quòd ſi è conſpectu templi auferatur, ruſum in aquam tranſire.

330. PARVM MODERATO GVTTVRE, &c.] Non ſequitur hic effectus, niſi ἀμυστὶ bibas, & pleno te hauſtu proluas. Et hoſce duos verſus ponit Seneca libro 3. Natural. cap. 20. dicitq́ue Lynceſtium amnem hoc habere mali. Muretus in Notis verba Theopompi nobis annumerat: ἐν Λυγκηστῷ φησὶ πηγὴν εἶναι, τῇ μὲν γεύσει ὀξίζουσαν, τοὺς δὲ πίνοντας μεθύσκεσθαι. *Lynceſtidis fontem ait eſſe, guſtatu quidem acidum, ſed qui bibentes dimittat ebrios.*

332. EST LACVS ARCAD. PHAN. &c.] An non & hoc mirum, eandem aquam ſi noctu bibas nocere, ſi interdiu, iuuare?

DIXERE PRIORES] maiores, vt vetus eſſe hoc eius nomen intelligamus.

335. SIC ALIAS, ALIASQ. LACVS, &c.] Cõcludit

 locum

locum de mirandis aquarum, id eſt, fontium, lacuum fluminum,& ad alias mutationum ac metamorphoſeωn varietates, nullo ordine ſeruato tranſit. Afferunt plura in ſingulis admiranda Conimbricenſes in Meteorolog. Tractatu 9.c.7.8.9.

336. TEMPVSQ. F. QVO NAVIT IN VND. ORTYGIE] Ortygia, quæ poſtmodum Delos, inſula, aliquando inſtabilis fuit, & fluitauit. Apollo terram natalem ſuam non eſt paſſus diutiùs natare; ſed cum duabus inſulis vicinis coniunxit,& quaſi alligauit: quanquam nunc diſiuncta cernatur. Hac de re Virgil.3.Æneid.

Sacra mari colitur medio gratiſſima tellus
Nereidum matri,& Neptuno Aegæo.
Quam pius arcitenens oras & littora circum
Errantem, Mycone celſa, Gyaroq. reuinxit,
Immotamq. coli dedit,& contemnere ventos.

337. TIMVIT CONCVRSIBVS ARGO VND.&c.] A Symplegades, inſulæ in ponto, alio nomine Planctæ,& Cyaneæ. Plin.l.6.c.12.Idem l.4.c.13. *Cyaneæ, alijs Symplegades appellatæ, traditæq. fabulis inter ſe concurriſſe: quoniam paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur, paulumq. deflexa acie, coeuntium ſpeciem præbebant.* Hinc à συμπλήσσεσθαι collidi nomen adeptæ ſunt, vt à concurſu συνδρομάδες, vt Cyaneæ à colore fuſco. Vide Melam lib.2.c.7.& Delrium noſtrum Comment. in Medeam Senecæ pag.41.& Chorum einſdem tragœdiæ, Act.2. Huc reſpicit Ouidius, cùm ait, Argo primam illam nauem, qua vecti ſunt in Colchos Argonautæ, timuiſſe Symplegadas concurſibus vndarum eliſatum ſparſas, ne fortè ipſa tranſeunte, concurſus ille accideret.

339. QVÆ NVNC IMMOTÆ PERSTANT,&c.] manent coniunctæ, ſicut reuera erant: ſed procul intuentibus diſiunctæ apparebant.

Ætnæ exſpirationum ignitarum cauſſæ. Homines quomodo abeant in aues. Apes ex morticina bubula, ex equo crabrones, ex cancro ſcorpionem, ex papilione bombycem, ex limo ranam generari. Vrſos catulorum carnem informem lambendo conformare. Rurſum de ortu apum. Pauonem, aquilam, columbas, volucreſque omnes ex oui vitello, ex hominis ſpina anguem gigni.

IX. *NEc quæ ſulphureis ardet fornacibus Ætna,*
Ignea ſemper erit: neque enim fuit ignea ſemper:
Nam ſiue eſt animal Tellus,& viuit, habétque
Spiramenta, locis flammam exhalantia multis;
Spirandi mutare vias, quotiéſque mouetur,
Has finire poteſt, illas aperire cauernas.
Siue leues imis venti cohibentur in antris,
Saxáque cum ſaxis,& habentem ſemina flammæ
Materiam iactant, ea concipit ictibus ignem,
Antra relinquentur ſedatis frigida ventis;
Siue bituminea rapiunt incendia vires,
Luteáve exiguis ardeſcunt ſulphura fumis.
Nempe vbi terra cibos, alimentáque pinguia flammæ
Non dabit, abſumptis per longum viribus æuum,
Naturáque ſuum nutrimen deerit edaci,
Non feret illa famem, deſertáque deſeret ignes.
Eſſe viros fama eſt in Hyperborea Pallene,
Qui ſoleant leuibus velari corpora plumis,
Cùm Tritoniacam noues ſubiere paludem.
Haud equidem credo: ſparſæ quoque membra veneno

Exer-

Exercere artes Scythides memorantur eaſdem;
Si qua fides rebus tamen eſt addenda probatis,
Nónne vides quæcunque mora, fluidóque calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?
I quoque, delectos mactatos obrue tauros
(Cognita res vſu) de putri viſcere paſſim
Florilegæ naſcuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operique fauent, in ſpémque laborant.
Preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt.
Concaua littoreo ſi demas brachia cancro,
Cætera ſupponas terræ, de parte ſepulta
Scorpius exibit, caudáque minabitur vnca.
Quæque ſolent canis frondes intexere filis
Agreſtes tineæ, res obſeruata colonis,
Ferali mutant cum papilione figuram.
Semina limus habet virides generantia ranas,
Et generat truncas pedibus: mox apta natando
Crura dat; vtque eadem ſint longis ſaltibus apta,
Poſterior ſuperat partes menſura priores.
Nec catulus, partu quem reddidit vrſa recenti,
Sed malè viua caro eſt; lambendo mater in artus
Fingit, & in formam quantam capit ipſa reducit.
Nónne vides, quos cera tegit ſexangula fœtus
Melliferarum apium ſine membris corpora naſci?
Et ſeróſque pedes, ſeráſque aſſumere pennas?
Iunonis volucrem, quæ cauda ſidera portat,
Armigerúmque Iouis, Cytherëidáſque columbas,
Et genus omne auium medijs è partibus oui
Ni ſciret fieri, naſci quis poſſe putaret?
Sunt qui cùm clauſo patefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

340. NEC QVÆ SVLPHVR. ARD. FORN. ÆTNA, &c.] Nec Ætnam quidem ſemper arſiſſe, nec ſemper arſuram: cuius flammarum, & incendij cauſſas tres ponit: quarum prima eſt naturalis, ſi terra eſt animal quoddam, & reſpirat: altera à ventis incluſis: tertia à ſulphure, & bitumine. Hortans Lucillium Seneca ad Ætnam deſcribendam, epiſt. 79. *Aetnam*, inquit, *deſcribas tuo carmine, & hunc ſollẽnem omnibus poetis locum attingas: quem quo minùs Ouidius tractaret* (hoc ipſo libro, vt opinor) *nihil obſtitit quod iam Virgilius impleuerat* (lib. 3. Æneid.) *Nec Seuerum quidem Cornelium* (cui hodie opuſculum de Ætna quod fertur adſcribi ſolet) *vterque deterruit. Omnibus præterea feliciter hic locus ſe dedit, & qui præceſſerũt, non præripuiſſe mihi videntur, quæ dici poterant, ſed aperuiſſe.* Plenè diſſerit de hoc incendio, eiuſque cauſſas inueſtigat Claudian. 1. de Raptu:

In medio ſcopulis ſe porrigit Aetna peruſtis,
Aetna gigantæos nunquam tacitura triumphos, &c.

De Ætnæis ignibus præterea Lucret. lib. 6.

Nunc ratio quæ ſit, per fauces montis vt Aetna
Exſpirent ignes interdum turbine tanto
Expediam, &c.

Lib. 1 Siciliam, & Ætnam deſcribit: initium attexã:

Quam fluitans circum magnis anfractibus æquor
Ionium glaucis vrim aſpergit ab vndis, &c.

Silius lib. 14.

Aſt Aetna eructat tremefactis cautibus ignes,
Incluſi gemitus, pelagiq; imitata furorem
Murmura per cæcos tonat irrequieta fragores, &c.

Vide, ſi lubet, Symbolas meas, ad 3. Æneid.

342. NAM SIVE EST ANIMAL TELLVS] Prima cauſſa Si terra eſt animal, hæc ſunt eius ſpiramẽta, ſeu exſpirationes, quas multas multis locis eſſe oportet. Innuit occultè Poëta, & alijs locis flammas exſpirari, vt in mõte Veſuuio, ſeu Veſuuo in Campania, prope Nolam. De Tellure legendus Natal. l. 5. c. 20. & Gyrald. Syntag. 1. Deam fecerunt antiqui, nedum animal. Adi Natal. lib. 5. cap. 20.

344. QVOTIESQ. MOVET. HAS FIN. POTEST, &c.] Quoties concutitur & quaſſatur, poteſt priores cauernas claudere, & nouas iſtis igneis exhalationibus & ſpiritibus recludere: quos l. 5. dicit eſſe halitus & vomitum Typhoei gigantis ſub Ætna iacen-

tis, qui quoties motat latus, toties terra Sicula tremat.

346. SIVE LEVES IMIS VENTI COHIB. &c.] Secunda cauſſa, venti in imo concluſi, dum luctantur erumpere, ſaxa ſaxis illidunt, quæ inde, alioqui cõcipiendo igni, propter materiam qua conſtant, pinguem & tenacem appoſita, flammam emittunt. Nam ventis quieſcentibus cauernæ, & receſſus illi manent frigidi.

350. SIVE BITVMEN. RAP. INCEND. VIR.] Tertia cauſſa, bitumen & ſulphur, quorũ in eius montis viſceribus magna copia, quæ aptis exhalationibus incenduntur. Exiguos fumos ominat. Sed etſi hæc cauſſa eſt incendiorum illorum, deſinent, quando diuturnitate exhauſta & debilitata terra, cibos iſtos & alimenta flãmis ſuppeditare deſinet.

354. NATVRÆQ. SVVM NVT. DAFRIT EDACI] Ignis viuax & edax dicitur, quoniam abſumit omnia, quæcunque abſumi ab eo poſſunt, nec vnquam ſatiatur. Edacitatem hanc expreſſit Virgil. 2. Æneid.

Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
Voluitur; exſuperant flammæ, furit æſtus ad auras.

SVVM NVTRIMEN] quo nutritur. *Nutrimenta* vocauit Maro 1. Æneid.

Ac primùm ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitq́; ignem folijs, atque arida circùm
Nutrimenta dedit, rapuitq́; in fomite flammam.

355. NON PERAT ILLA FAMEM] perſiſtit in metaphora, dixerat enim naturam edacem.

356. ESSE VIR. FAM. EST IN HYPERB.] Vrbs Thraciæ Pallene, à filia Sithonis, Cliti vxore dicta. Tritonis, nomen paludis, in qua nouies ſe mergẽtes Pallenenſes, ex hominibus aues euadũt. Georgius Sabinus, qui fabulas Ouidiana Metamorphoſi deſcriptas ethicè, phyſicè, hiſtoricè interpretatur, per corpora plumata homines niue conſperſos intelligit. Herodotus enim ſcribit, pennas, quibus vltra Aquilonem aër oppletus fingitur, ſignificare niues. Cùm igitur apud Hyperboreos denſæ, & ferè continuæ niues cadant, fabulatum fuit, homines illic verſantes velari plumis, hoc eſt, niue cõſpergi. Huic narrationi aſſentiatur, qui volet: mihi quidẽ vnum mendacium per alterum explicari videtur.

359. HAVD EQVID. CREDO, SPARSÆ QVOQVE MEMBR. &c.] Mulieres Scythicæ, vbi corpus vnguento magico infecerunt, in aues ſe transformãt. Hoc poëtæ prorſus apparet incredibile. At qui tam credere potes hoc me auctore, quàm quod antecedebat. Similia dicuntur apud nos perpetrare veneficæ.

361. SI QVA FID. REB. TAM. EST, &c.] Martial. de Arria lib. 1. *Si qua fides, vulnus quod feci non dolet, inquit*. Non penitus fidem abrogat ei, quod proximè narrauit de mulieribus Scythicis; quando & aliæ ſunt, eæq́; certiſſimæ mutationes corporum grandiorum, tempore longiore putrefactorum, in minora corpora, in vermes, muſcas, & alia inſecta.

362. NONNE VIDES QVÆCVNQ.] Libenter & ſæpe verſum ſic inchoat Lucret. vt lib. 2. *Nónne vides longos flammarum ducere tractus?* Ibid. *Nónne vides etiam guttas in ſaxa cadentes*, &c. Et l. 5. *Nónne vides etiam quàm latè paruus aquai Prata riget fons interdum*, &c. Et lib. 6. *Nónne vides etiam terra quoque ſulphur in ipſa Gignier?* Virgilius Lucretizans, vt aliàs crebrò, 1. Georg. *Nónne vides, croceos vt Tmolus odores, India mittit ebur?* Et 3. *Nónne vides, vt tota tremor pertentet equorum Corpora?* Aratus, οὐχ ὁρᾷας. & Demoſthenes.

A

364. MACT. ORA. T. &C. FLORILEGÆ NASC. APES] Generatim quod dixerat, ſpeciatim probat. Ac primùm de apibus, quas è corporibus boum mactatorum poſt diem nonum reparari, in 4. Georg. aſſerit Maro: *Sed ſi quem proles ſubitò defecerit omnis*, &c. Vide ibid. Symbol. noſtras, vbi in eandem ſententiam Varro, Plinius, & Columella adducuntur, quibus adde Ælianum de animalibus lib. 2. cap. 57. Et Faſt. 1. Ariſtæum ſic docet Proteus:

Obrue mactati corpus tellure iuuenci:
Quod petis à nobis, obrutus ille dabit.
Iuſſa facit paſtor: feruent examina putri
De boue, mille animas vna necata dedit.

DELECTOS, MACTATOS TAVROS] Nota
B duo attributa ſeu epitheta vnius ſubſtantiuo elata ἀσυνδέτως, quod in Poëtis perrarum eſt.

365. DE PVTRI VISCERE PASSIM] de tota corrupta carne. 1. Æneid. *Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant*. Ibi Seruium lege. Nos antea ex eodem.

366. FLORILEGÆ APES] Paulo pòſt vocabit *melliferas*. De apum induſtria, & quibus potiſſimùm floribus inſideant, conſule 4. Georg.

QVÆ MORE PARENT. RVRA COLVNT] Mente volutabat locum Maronis ex 1. Æneid.

Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor, cùm gentis adultos
Educunt fœtus; aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas.

367. OPERIQ. FAVENT] opere delectantur. Et cùm paruula ſit apis, eſt tamen ipſa quoque, vt formica, magni laboris.

C IN SPEMQVE LABORANT] in ſpem mellis conficiendi ex præda florea, & rore matutino, quem è floribus hauriunt; & noui examinis propagandi.

368 PRETS. HVM. BEILAT. EQ. CRABRON. ORIGO] Alterum exemplum de crabronibus, ex equino corpore ſub terra defoſſo ac tabeſcente. De equis fucos, de mulis crabrones naſci, ait Seruius in 1. Æneid. Sed cum Ouid. ſentit Plin. libr. 11. cap. 20. cuius verba damus: *In totum verò amiſſas reparari* (apes) *ventribus bubulis recentibus, cum fimo obrutis, Virgil. iuuencorum corpore exanimato, ſicut equorum veſpas atque crabrones ſicut aſinorum ſcarabæos, mutante natura ex alijs quædam in alia.*

BELLATOR EQVVS] Virgil. 2. Georg. *Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert*. Et 3. Æneid. *Bello armantur equi bellum hæc armenta minantur*. Inde equus
D Marti ſacer, cui, vt gratiſſima hoſtia immolabatur. Scribit & Pauſanias in Laconicis, Tyndareum conuocatis Helenæ procis, ſuper exſecti equi teſtibus iuſiurandum concepiſſe, cuicumque Helena deſponſaretur, armis ſe illius iniuriam, ſi à quoquam nuptiæ illæ violatæ fuiſſent, vindicaturum. Cùm hoc illos ſacramento adegiſſet, equum eo ipſo in loco defodit.

369. CONCAVA LITTOR. SI DEMAS BRACH. CANCRO, &c.] Tertium exemplum, minutiorum animalium, ex corpore quamuis non grandi, ſcorpij ex cancro, chelis deſectis terra obruta. *Littoreo*, quoniam cancri intra ripas habitant, & inde è latibulis ſuis extrahuntur.

371. CAVDAQVE MINABIT. VNCA] Libro 2. vbi de Phaëthonte aurigante per ſigna cæleſtia diſſeritur:

Hunc

Hunc puer vt nigri madidum ſudore veneni
Vulnera curuata minit antem cuſpide vidit,
Menſu inops, gelida formidine lora remiſit.

Scorpium deſcribit Tertullian. initio Scorpiaci aduerſus Gnoſticos.

372. QVÆ Q. SOL. CAN. PROND. INTXX. &c.] Ex agreſti tinea, ſeu eruca papilio prodit. Plin. lib. 11. c. 32. Multa autem inſecta & aliter naſcuntur, atq; inprimis ex rore. Inſidet hic raphani folio primo vere, & ſpiſſatus ſole, in magnitudinem milij cogitur. Inde oritur vermiculus paruus, & triduo mox eruca: quę adiectis diebus accreſcit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantùm mouetur. Araneo ſa hęc eruca, quam chryſalidem appellant. Rupto deinde cortice volat papilio.

374. FERALI CVM PAPILIONE.] Cur feralem nominet, ex Plinij verbis patet, l. 28. c. 10. Papilio quoq; lucernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium eſt iecur caprinum; ſicut fel veneficijs ex muſtela ruſtica factis.

375. SEM. LIM. HAB. VIRID. GENER. RANAS, &c.] Quàm lepida ranarum expreſſio? nullus pictor penicillo meliùs imitaretur. Libr. 6. de ruſticorum in eas metamorphoſi: vbi & hæc, ad naturam earum pertinentia, multo plura:

——*Iuuat eſſe ſub vndis,*
Et modò tota caua ſummergere membra palude:
Nunc proferre caput: ſummo modò gurgite nare:
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere: ſæpe
In gelidos reſilire lacus, &c.

379. NEC CATVL. PARTV Q. REDD. VRSA, &c.] Ælian. l. 2. hiſt. animal. c. 19. Plin. lib. 8. c. 36. Pariunt triceſimo die, plurimùm quinos. Hi ſunt candida informiſque caro, paulo muribus maior, ſine oculis, ſine pilo: vngues tantùm prominent: hanc lambendo paulatim figurant. Nec quicquam rarius, quàm parientem videre vrſam. Plutarch. de amore parent. tom. II. Idem tradit Solin. c. 39. Oppian. 3. Cyneget. Ariſtot. 6. hiſt. animal. cap. 30. & quis non tandem ex vetuſtioribus? Tamen falſiſſimum eſſe, eruditus quidam vir contendit. Se enim in vtero grauidæ vrſæ, à venatoribus captæ, & exenteratæ, omnibus ſuis membris diſtinctos catulos, ac natos vidiſſe. Fabulæ cauſſam prębere catulorum ortum, craſſiſſimis ſecondinis obuolutorum, quas non niſi diu lambendo mater reuellere poteſt. Sic videlicet contecti, informis carnis ſpeciem monſtrant. Ex falſa hiſtoria iſta extitit mos loquendi de diligenti emendatione ſcriptionum, *lambere fœtum ſuum*, quem fertur de carminibus ſuis vſurpare ſolitus Virgilius. Sic cycnæa cantio, de vltimis alicuius ſapienter dictis, aut ſcriptis; cùm tamen cycni nunquam, ne ſub mortem quidem canrent.

382. QVOS CERA TEGIT SEXANG. POET. MELLIP. AP. &c.] De apibus, quæ in alueari naſcuntur, ſermo eſt: ſuprà de ijs, quæ ex corpore bouis ſub A terra putreſcentis exoriren tur. Vtrùm autem ibi eodem modo, quo hîc naſcantur, primùm vt exiſtat vermiculus ſine pedibus, vnde apes dicuntur: deinde pedes & alas, & inſecti formam acquirant alij viderint. Sine concubitu eas generare, docet Virgil. 4. Georg.

Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſoluunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verùm ipſa natos folijs & ſuauibus herbis
Ore legunt.

383. MELLIFERARVM APIVM] Antea dicebat florilegas. Vtrumq; vno verſu complexus eſt Virg. nempe hoc: *Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.*

385. IVNON. VOLVCR. Q. CAVD. SID. PORT. &c.] Claud. 1. de Raptu: *Non talis volucer pandit Iunonius alas.* Pauonem Iunonis, aquilam Iouis, columbas Veneris aues, & omne demum genus auium è viB tello naſci certum eſt, non ex illo albo & viſcoſo liquore, qui vitellum circumfundit, albumen appellant. Lib. 1. de cæde Argi centoculi:

Excipit hos, volucriſq; ſuæ Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.

Sidera igitur portat, id eſt, quaſi gemmas ſtellantes. Ipſum adhuc viuum, propter oculos ſideribus comparari ſolitos, *ſtellatum* nominauit l. 1. Iunoni conſecratum pauonem, ex Athenæo tradit Pierius lib. 24. quòd huiuſmodi aues in Samo inſula priùs repertæ fuerint, indeque ad gentes alias delatæ: ſacra enim apud veteres fuit Iunoni Samos, & in Samiorum pecunia impreſſus pauo. Belliſſimè autem hanc depingit Tertullian. de Pallio.

386. ARMIGER IOVIS] Sic & Virgilius 12. libro autem 1. *Iouis alitem. Miniſtrum fulminis* Horat. ode 4. lib. 4. Cur armiger Iouis, Plinius libro 10. cap. 13. cauſſam hanc prodit: *Negant hanc alitem ſolam fulmine vnquam exanimatam fuiſſe, vnde armigerum Io*C *uis conſuetudo iudicauit.* Regnum ei in aues commiſſum, ibid. ait Horat. quòd eius fidem in raptu Ganymedis expertus eſſet. Cauſſas quidam alias & naturales adducunt: quia celerrimè volat: & quia ſolem irretortis oculis intuetur.

CYTHAREIOASQ. COLVMBAS] Veneri dicatæ columbæ. Ideò de Ænea Virgil. 6. *Maternas agnoſcit aues.*

387. MEDIIS E PARTIB. OVI] vitelli periphraſis. De auibus, quarum partus non viui fœtus, ſed oua, vnde poſtmodum fotu & incubatu pullos excludunt, pulchrè Ennius: *Oua parire ſolet genus pennis condecoratum.* Ouipara ſunt animalia, ſicut reliqua viuipara.

389. SVNT QVI CVM CLAVSO PVTREF. E. SPIN. SEP. &c.] Hoc Plin. l. 10. cap. 66. his verbis: *Anguem ex medulla hominis ſpina gigni accepimus à multis. Pleraque enim occulta & cæca origine proueniunt, etiam in quadrupedum genere.*

De palingeneſia phœnicis. De Hyæna, quæ mutat ſexum. De chamæleonte, lyncurio lapide, corallio.

X. *HÆc tamen ex alijs generis primordia ducunt;*
Vna eſt, quæ reparet, ſéque ipſa reſeminet ales;
Aſſyrij Phœnica vocant: nec fruge, nec herbis
Sed thuris lacrymis, & ſucco viuit amomi.
Hæc vbi quinque ſuæ compleuit ſæcula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulæque cacumine palmæ,
Vnguibus, & duro nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas,
Quaſſáque cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha,
Se ſuper imponit, finitque in odoribus æuum.
Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum phœnica renaſci.
Cùm dedit huic ætas vires, onerique ferendo eſt,
Ponderibus, vidi, ramos leuat arboris altæ;
Fértque pius cunáſque ſuas, patriúmque ſepulchrum:
Pérque leues auras Hyperionis vrbe potitus,
Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit.
Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis,
Alternare vices, & quæ modò fœmina tergo
Paſſa marem eſt, nunc eſſe marem miremur Hyænam.
Id quoque quod ventis animal nutritur & aura,
Protinus aſſimulat, tetigit quoſcunque colores.
Victa racemifero lyncas dedit India Baccho:
E quibus, vt memorant, quidquid veſica remiſit,
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.
Sic & coralium, quo primùm contigit auras
Tempore, dureſcit; mollis fuit herba ſub vndis.

391. HÆC TAM. EX AL. GEN. PRIMORD.] Ex his quæ hactenus de auium generatione diſputata ſunt, vides illas ſui primordium ex alijs ducere, ex ouis nimirum, quæ parentes ipſarum poſuerunt, indeque pullos creuuerunt. De phœnice mirabilius quiddam proditum eſt literis.

392. VNA EST QVÆ REP. SESEQ. RESEM. ALES, &c.] 2. Amor. eleg. 6. *Et viuax phœnix vnica ſemper auis.* Hunc verſum credo cogitaſſe Tertullianum, cùm ſcriberet lib. de reſurrect. carnis hæc verba: *Si parum vniuerſitas reſurrectionem figurat; ſi nihil tale conditio ſignat, quia ſingula eius non tam mori, quàm deſinere dicuntur; accipe pleniſſimum & firmiſſimum huius ſpei ſpecimen. Siquidem animalis eſt res, & vitæ obnoxia & morti: illum dico alitem Orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum: qui ſemetipſum libenter funerans renouat, natali fine decedens, atque ſuccedens iterum Phœnix.* De victu, ætate, morte, item fœcundo ortu, ſiue, vt ita dicam, renaſcentia, & inſtauratione natalis (tot enim modis reddi queat vox græca παλιγγενεσία) picture, ſeu gratitudine phœnicis, agit fuſiùs. Adi Plin. l. 10. c. 2. Herodot. l. 2. Solin. c. 36. Tacit. Annal. l. 5. Ælian. l. 5. c. 58. Glycam 1. part. Annal. Horapollinem l. 1. c. 34. & 35. vt alios omittam de veteribus. Ex recentioribus Iſidorum l. 12. Albertum, Volater. Geſnerū, Pierium, Aldrouandum, &c. Extant de eadem aui nō inuenuſta duo poëmatia, quorum alterum ad Lactantium refertur, alterum eſt Claudiani. Nec modò eſt vna illa auis in orbe terrarum, ſed etiam vnica. Hinc adagium Φοίνικος σπανιώτερος, *phœnice rarior.* Lactantius:

Hoc nemus, hos lucos auis incolit vnica phœnix,
Vnica: ſed viuit morte refecta ſua.

Claudianus:

Hic neque concepto fœtu, nec ſemine ſurgit,
Sed pater eſt, prolesq́; ſui, nulloq́; creante
Emeritos artus fœcunda morte reformat.

Sym-

Symposij ænigma de phœnice libet adſcribere:

Vita mihi mors eſt, morior ſi cœpero naſci.
Sed prius eſt fatum lethi, quàm lucis origo,
Sic ſolos manes ipſos mihi dico parentes.

Eſt etiam in prouerbijs, Phœnicis inſtar reuiuiſcere, de eo, qui morbis, curis, aliterúe maciatus, ad ſe redit, vireſque recuperat. Vide Iunium. Et virtute ac litteris ſuprà omnes excellentes, ideoq; rariſſimos, ſolemus phœnices appellare. Tertullianus, vt ſuprà obſeruaſti, Epiphanius, Ambroſius, ab hoc exemplo animorum immortalitatem, corporumque noſtrorum in vitam reſtitutionem aſtruunt.

393. NEC FRVGE, NEC HERB. SED TVR. LACR. &c.] De eius alimonia aliter Claudianus:

Non epulis ſaturare famem, non fontibus vllis
Aſſuetus prohibere ſitim: ſed purior illum
Solis feruor alit, ventoſaq; pabula libat,
Tethyos innocui carpens alimenta vaporis.

395. HÆC VBI QVINQ. S. COMPL. SÆCVLA VITÆ] Nomine ſæculi Ouidius comprehendit centum annos. Viueret igitur phœnix annos quingentos. Vnde Claudian. *Par volucer ſuperis, ſtellas qui viuidus æquat Durando.* Mille annos ei tribuit. *Namque vbi mille vias longinqua retorſerit æſtas*, &c.

396. ILICIS IN RAMIS, TREMVL. &c.] De nido, quem ſibi in ilice aut palma conſtruit, & quas res odoriferas eò congerat, vt ita exardeſcente materia in medijs odorum ſuauitatibus moriatur. Nihil Ouid. de igne & cinere, vnde reſurgat, & quaſi ex putreſcente materia nouus exiſtat. Clarè tamen Claudianus:

Arentes tepidis de collibus eligit herbas,
Et tumulum texens pretioſa fronde Sabæum,
Componit buſtumq; ſibi, partumq; futurum.
Hic ſedet, & ſolem blando clangore ſalutat
Debilior, miſcetq; preces, & ſupplice cantu
Præſtatura nouas vires incendia poſcit.

401. INDE FERVNT TOTID. &c. CORP. DE PATRIO] Duobus carminibus geneſin nouam huius auis complectitur, quam pluribus explicat Claudianus:

Parturiente rogo curis natura laborat
Aeternam ne perdat auem, flammaſq; fideles
Admonet, vt rerum decus immortale remittant.
Continuo diſperſa vigor per membra volutus
Aeſtuat, & venis rediuiuus ſanguis inundat.
Victuri cineres, nullo cogente moueri
Incipiunt, plumaq; rudem veſtire fauillam.
Qui fuerat genitor, natus nunc proſilit idem,
Succeditq; nouus, gemina confinia vitæ
Exiguo medius diſcrimine ſeparat ignis.

403. CVM DEDIT HVIC ÆTAS VIRES, &c.] cùm paulùm creuit noua volucris, habetq; iam viriculas, cunas ſuas, & nidum, ac ſepulchrum patrium per aërem volitans ad vrbem Solis defert, vbi ante eius templum deponit. Hoc oppidum in Ægypto fuit, de quo Plinius lib. 5. c. 9. *Vnum præterea intus, & Arabia conterminum, claritatis magnæ, Solis oppidum.* Eleganter & feſtiuè rem tractat Claudianus, cui auſcultemus licet:

Clara per Aegyptum, placidis notiſſima ſacris

A *Vrbs Titana colit, centumq; immane columnis*
Inuehitur templum, Thebano monte reuulſis.
Illic (vt perhibent) patriam de more reponit
Congeriem, vultumq; Dei veneratus herilem,
Iam flammæ commendat onus: iam ſuſtinet aris
Semina, relliquiaſq; ſui. Myrrhata relucent
Limina, diuino ſpirant altaria fumo:
Et Peluſiacas productus ad vſque paludes
Peruenit Indus odor penitus, completq; ſalubri
Tempeſtate viros, & nectare dulcior aura
Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat.

ONERIQ. FERENDO EST] Tale hoc, quale illud, Non eſt ſoluendo. Cic. pro Flacco: *Illud quæro, ſunt iſta prædia cenſui cenſendo?*

B 408. SI TAM. EST ALIQ. MIRÆ NOVIT. &c.] Si quid iſta iam dicta nouitatis & admirationis habent, non minùs noua & admiranda ſunt quæ ſequuntur.

409. ALTER. VICES ET Q. M. FÆM. &c.] Hyæna alternis annis ſexum mutat. De hac fera Plin. l. 8. c. 30. Hyænis vtramq; eſſe naturam, & alternis annis mares, alternis fæminas fieri, parere ſine mare, vulgus credit, Ariſtoteles negat. Collum & iuba continuitate ſpinę porrigitur, flectique niſi circumactu totius corporis nequit. Multa præterea mira traduntur. Sed maximè, ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimulare, nomenque alicuius addiſcere, quem euocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad ſollicitandos canes, quos inuadat, &c.

C 411. ID QVOQ. QVOD VENT. AN. NVT. ET AVRA, &c.] Chamæleon tantùm aura, ſiue aëre hauriendo alitur, & quidquid tetigerit, eius colorem mox refert, præter album & rubrum. Prouerb. *Chamæleonte mutabilior.* Plin. l. 8. cap. 33. Ipſe celſus hianti ſemper ore, ſolus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento; circa caprificos ferus, innoxius alioquin. Et coloris natura immutabilior: mutat namque eum ſubinde & oculis, & cauda, & toto corpore, redditque ſæpe quemcunque proximè attingit, præter rubrum candidumque. Omiſi quæ antecedunt & ſequuntur in deſcriptione hac, quæ tu leges. Deſcribit eum egregiè & Tertullian. de Pallio p. 590. & ſeq. edit. B. Rhenani. Chamæleon pellicula viuit, capitulum ſtatim

D à dorſo, &c. Plutarchus libello de diſcrimine adulatoris & amici, albi duntaxat meminit, & adulatorem chamæleonti ſimilem dicit. Nam vt ille colorum omnium ſimilitudinem exprimit, præterquam albi: ſic aſſentator, cùm ſe ſimilem præſtare non poſſit, in his quę digna ſunt ſtudio, turpia quęque imitatur, quantum poteſt. Vide emblema Alciati 53. & Pierium lib. 27. cuius teſtimonio vix palmum excedit, cùm Plinius ei portentoſam magnitudinem adſcribat, & crocodilo parem teſtetur.

413. VICTA RACEMIF. LYNCAS, &c.] Ex India Bacchus victor lyncas adduxit, quorum vrina in lapidem, ſeu gemmam dureſcit, cui nomen lyncurius.

416. SIC ET CORALIVM QVO PRIM.] Corallium ſub aquis herba eſt, extra aquas lapis fit.

De conuerſionibus regnorum, & vrbium. Exempla ſunt Troia, Sparta, Mycenæ, Thebæ, Athenæ, Roma item, quam ab exiguis profectam initijs, Helenus vates orbis reginam fore prædixerit. Vaticinium eius illuſtriſſimum. De apotheoſi Auguſti aliquid aſpergitur.

XI. *DESINET antè dies, & in alto Phœbus anhelos *Deſinet
Æquore tinget equos, quàm conſequar omnia dictis
In ſpecies tranſlata nouas: ſic omnia verti
Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes,
Concidere has: ſic magna fuit censúque viríſque,
Pérque decem potuit tantum dare ſanguinis annos;
Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas,
Et pro diuitijs tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ;
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile ſolum Sparte eſt; altæ cecidere Mycenæ:
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtant, niſi nomen Athenæ?
Nunc quoque Dardaniam fama eſt conſurgere Romam:
Appenninigenæ quæ proxima Tibridis vndis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſcendo mutat; & olim
Immenſi caput orbis erit: ſic dicere vates,
** Faticináſque ferunt ſortes: quantúmque recordor,* *Fatidicaſque
*Dixerat Æneæ cùm res Troiana * labaret,* *periret.
Priamides Helenus flenti, dubióque ſalutis:
Nate dea, ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mentis habes, non tota cadet te ſoſpite Troia.
Flamma tibi ferrúmque dabunt iter: ibis, & vnà
Pergama rapta feres; donec Troiǽque tibique
Externum patrio contingat amicius aruum.
Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
Quanta nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis.
Hanc alij proceres per ſæcula longa potentem,
Sed dominam rerum de ſanguine natus Iüli
Efficiet: quo cùm tellus erit vſa, fruentur
Ætheriæ ſedes, cælúmque erit exitus illi.
Hæc Helenum ceciniſſe penatigero Æneæ
Mente memor refero, cognatáque mœnia lætor
Creſcere: & vtiliter Phrygibus viciſſe Pelaſgos.

418. DESINAT ANTE DIES &c.] Virgil. 1. Æneid. *Antè diem clauſo componet veſper olympo.* Plaut. Captiu. *Diem nox citiùs adimat.* Cicero pro Cælio: *Dies me deficiet, ſi, quæ dici in eam ſententiam poſſunt, coner exprimere.* Diem ait Poëta ſibi non ſuffecturum narrandis omnium rerum mutationibus.

IN ALTO PHOEB. ANHEL. TING. EQVOS] Lib. 7. *Ter iuga Phœbus equis in Ibero flumine merſis Dempſerat.* Silius lib. 1.

Atque vbi feſſus equos Titan immerſit anhelos,
Flammiferum tendunt fumanti gurgite currum.

420. SIC OMNIA VERTI CERNIMVS] nulla re excepta, ne cælis quidem, qui aſſiduò voluuntur & conuerſantur. Nihil permanere ſub ſole, ait Eccleſiaſtes, ſubaudi in eodem ſtatu continenter.

421. ATQVE ALIAS ASSVM. ROBORA GENTES, &c.] Populi, gentes, vrbes, aliæ viribus, opibus, multitudine per tempus creſcunt & amplificantur: aliæ his omnibus minuuntur. Teſtantur vtrumque hiſtoriarum monumenta.

422. SIC MAGNA FVIT CENSVQ. VIRISQ. &c.] Ab illuſtriore & celebratiore exemplo, quàm à Troia, & Troianis initium ſumere non potuit. Dido 1. Æneid.

Quis genus Æneadûm, quis Troiæ neſciat vrbem,
Virtuteſq; viroſq; & tanti incendia belli?

Et Æneas libr. 2. *O patria, ô diuûm domus Ilium, & inclyta bello Mœnia Dardanidûm.* Cenſus eſt facultatum bonorumque æſtimatio, ſecundùm quam vectigal, ſiue tributum ſoluitur. Inde cenſum agere, inſtituere, in cenſum deferre, cenſum perſoluere. Generatim fortunæ, opes, pecuniæ, diuitiæ. Homo tenui cenſu, pauperior. Sine cenſu, egens, inops. Amor. 3. eleg. 7. *Ecce recens* diues *parto per vulnera cenſu Præfertur nobis.* Et 1. Faſt.

In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores,
Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.

423. PERQVE DECEM POTVIT T. DARE SANG. ANN.] Virgil. 2.

Talibus inſidijs, periuriq; arte Sinonis
Credita res: captiq; dolis, lacrymiſq; coactis,
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Conuenit loco huic qui eſt poſitus in eodem libro verſiculus: *Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?* Tantum ſanguinis dediſſe dicit, propter tot centena hominum millia vtrimque trucidata, de quo nos alibi. Vnde non ineptè Catullus Troiam commune ſepulchrum Europæ Aſiæque vocauit, virorumque & virtutum omnium acerbam cinerem. Addo epigramma Iulij Scaligeri ex eius Vrbibus:

Bis veterum euerſum eſt Argiuis Ilion armis:
Bis noua victores Græcia luget anos:
Maxima Troianos retulit cùm Roma nepotes:
Atq; iterum imperium tùm modò Turca habet.

426. CLARA FVIT SPARTA] Præter Troiam nominat inſuper exempli cauſſa quatuor vrbes inclytas, Spartam, ſiue Lacedæmonem, Mycenas, Athenas, Thebas: ac deinde ſingularum calamitates per diſtributionem declarat. Spartam Horatius ode 7. libro 1. *patientem* dixit, propter ſeueram Lycurgi diſciplinam. Æmilius Probus in Alcibiade. Eundem prædicant apud Lacedæmonios

A (quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur) ſic duritiæ ſe dediſſe, vt parſimonia victus atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret. Ex Homeri interprete annotat Lamb. agrum Lacedæmonium Lacedæmona appellari: Spartam vrbem: nonnullos autem eſſe, qui ipſius vrbis partem Lacedæmona, partem Sparten nominent. Iſocrates oratione ad Philippum eaſdem quatuor ciuitates, vt totius Græciæ principes nominat; quibus inter ſe reconciliatis, facilè cæteras quoque in concordiam reductum iri exiſtimat.

MAGNÆ VIGVERE MYCENÆ] Virgilius 2. Æneid. *Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.* Quamquam ibi Mycenarum nomine Græciam συνεκδοχικῶς intellectam vult: quod non feciſſet, niſi reuera ampliſſima vrbs fuiſſet. *Fortes* præterea & *claras* nuncupat. Item *Agamemnonias*
B quòd ibi regia Agamemnonis fuerit, vt Argis: niſi pro ipſis Argis, quod non inſolitum eſt poëtis, dicuntur. Horatio ſunt *dites*, vt Sophocli πολυχρύσοι in Electra.

427. NEC NON ET CECROPIS ARCES] 1. Æneid. *Vt terra, vtq; noua pateant Carthaginis artes.* A Cecrope primo rege, qui vrbem inſtaurauit, Athenas, inquam, Cecropias dicit. Catullus ſimpliciter *Cecropiam*, de nupt. *Quam talia Cretam Funera Cecropia nec funera portarentur.* *Dictas à Pallade terras* Ouidius libro 2. & *Palladias arces* libro 7. Ἀθήνη enim Græcis eſt, quæ nobis Pallas, ſeu Minerua. *Intacta Palladis vrbem*, Horatius ode 7. lib. 1.

Sunt quibus vnum opus eſt intactæ Palladis vrbem
Carmine perpetuo celebrare, &
C *Vndique decerpta frondi præponere oliuam.*

Significat fuiſſe, qui Athenas ex inſtituto laudarent totis poëmatis. Et verè omni laude digna ciuitas fuit, ac iure Græciæ oculus, & Ἑλλὰς τῆς Ἑλλάδος. Doctrinarum omnium inuentrices M. Tullio 1. de Orat.

AMPHIONIS ARCES] Horatius ad Piſones: *Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa mouere ſono teſtudinis.* Commentum poëticum, ſaxa ad ſonitum eius lyræ ita coijſſe, vt inde mœnia Thebarum exiſterent, μυθολογικῶς monet, orationis ſuauitate & blanditijs agreſtes ac duras hominum mentes eum emolliuiſſe, atque ad condendas vrbes & leges, omnemque ciuilis vitæ cultum humanitatemque traduxiſſe: quod & Hora-
D tius eodem loco retulit, quaſi fabulam interpretatus.

428. VILE SOLVM SPARTA EST] Dicit has vrbes quondam nobiles & præclaras fuiſſe, hodie præter ruinas, & nudum nomen nihil earum ſupereſſe.

ALTÆ CECIDERE MYCENÆ] *alta* propter ædificiorum celſitatem; aut famam & gloriam; ſicut *alta mœnia Romæ* 1. Æneid. Et initio 3. *Ceciditq; ſuperbum Ilium.*

429. OEDIPODIONIÆ] à rege Oedipo, qui neſcius matrem vxorem habuit. Reprehendit hoc epitheton Ioſeph. Scalig. Commentar. in Manil. pag. 40.

430. PANDIONIAE ATHENAE] vbi Pandion regnauit, Prognes & Philomelæ pater, de quo libro 6. In Catalectis Maronianis legi non inſcitum epigramma de interitu iſtarum vrbium.

Athe-

Athenarum puta, & Mycenarum. Tu eadem cogitabis de Sparta, Thebis, & ſimilibus. *Quiſquis Cecropias hoſpes cognoſcis Athenas*, &c. Et plane poſſunt hæ, quodam tempore, florentiſſimæ vrbes, vel potuerunt potiùs illis annis, quibus hæc commentabatur Ouidius, *oppidorum cadauera* vocari, ſicut Ægina, Megara, Piræeus, Corinthus: de quibus in illa pulcherrima conſolatoria ad M. Tullium Seruius Sulpitius iuriſconſultorum eloquentiſſ. & eloquentium iuriſconſultiſſimus lib. 4. ep. 5. Nam hodie ne cadauera quidem, ſed loca tantummodo & nomina ſunt.

431. NVNC QVOQ. DARDAN. &c.] apud Virgilium 1. Æneid.

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.

Exiſtimo huius loci in mentem veniſſe Ouidio. Redit longo interuallo ad hiſtoriam Romanam, vnde librum inchoarat, & ad vrbis exordia: atque etiam eius exemplo docet, omnia eſſe incerta & inconſtantia, & in volubilitate quadam perpetua. *Dardaniam* nominat propter eius conditorea, & populum, à Dardanidis, hoc eſt, Troianis oriundum; quomodo & *Aeneadas* Romanos Maro libr. 8. *Dardanidæ in ferrum pro libertate ruebant.* Et Auguſtin. Ciuitate libro 1. cap. 4. Troiam populi Romani matrem. Condi cœpta eſt Roma ab euerſa Troia annis 432. ante Chriſtum natum 750. Aprilis die 21. quo die Palilia agebantur. Concertationem Romuli & Remi ſuper nomine vrbi imponendo (vterque enim à ſe indigetari cupiebat, ille Romam, hic Remam, ſiue Remuriam) & de augurio ab iiſdem captato Liuius libr. 1. *Curantes magna cum cura, concupientes*, &c. Quæ carmina ex Ennio proferuntur 1. de Diuinat. à M. Tullio. Vnde nomen vrbi Romanæ impoſitum, quærit Plutarchus initio Romuli, diuerſaſque opiniones recenſet.

432. APENNINIGENÆ QVÆ PROXIM. TIBR. VNDIS] quam alluit Tiberis, in monte Apennino oriens.

433. MOLE SVB ING. RERVM FVNO.] quæ ingenti mole rerum magnarum fundamenta iacit. Quæ vrbem rerum dominam futuram, vt mox dicet, molitur.

434. HÆC IGITVR FORM. CRESCENDO MVTAT] Dum augetur ædificiis, & noua ſobole, & aliis rebus, in ipſo incremento ſuo mutatur.

ET OLIM IMMENS. CAP. ORBIS ERIT] Romulus poſt exceſſum ſuum cælo delapſus, vt eſt apud Liuium, Proculo Iulio, Abi, inquit, nuntia Romanis, cæleſtes ita velle, vt mea Roma caput orbis terrarum ſit. Noſter Faſt. 1.

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo:
Romanæ ſpatium eſt vrbis & orbis idem.

435. SIC DICERE VATES FATICIN. &c.] De oraculis, & potiſſimùm de Sibyllarum vaticiniis hæc capere poſſumus, quibus Romanæ vrbis potentiam maieſtatemque tanto antè prænuntiarint.

436. QVANTVMQ. RECORDOR] Appoſitè ad dogma & deliramentum ſuum, *quantum recordor.* Affirmabat enim, ſe Troianis temporibus Euphorbum fuiſſe. Fingit igitur huius prædictionis (Heleni, inquam, Priami filii, eiuſdemque vatis) rumo-

A rem etiam ad aures ſuas perueniſſe. Prædixit autem hæc Æneæ ſub occaſum Troiæ.

437 CVM RES TROIANA LABARET] *cùm iam diffideret armis* Priamus, vt eſt 3. Æneid. Nam res ponitur in iis, quæ ad commune, ſeu ad totam rempublicam, ſiue ad imperium ſpectant. Sic Ennius: *Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.* Ponitur item in poſſeſſionibus priuatis. Plaut. Sticho: *Vt cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt. Si res labat, itidem amici collabaſcunt.* Ægram & labantem rempublicam ſanare & confirmare, Ciceronis eſt pro Milone.

438. FLENTI DVBIOQVE SALVTIS] fuit enim patriæ amantiſſimus, cuius interitum videbat imminere: & in communi pernicie ſuam quoque incluſam cernebat. 3. Triſt eleg. 3. *Dumque ego ſum vi-*

B *ta dubius.* Et principio eiuſdem: *Incertuſque meæ pæne ſalutis eram*, quod idem eſt.

439. NATE DEA, SI NOTA SATIS PRÆSAGIA NOSTRÆ, &c.] Perſonam vatis Heleni Pythagoras aſſumit. Sic compellat & 3. Æneid. multa et futura prædicturus, & præceptis eum inſtructurus. Senſus verborum eſt; ſi noſti, me futurorum habere ſcientiam: ſi noſti me fatidicum eſſe, crede mihi, &c.

440. NON TOTA CADET TE SOSPITA TROIA] cadet quidem, & omnis humo fumabit Troia, peribuntque ciues hoſtium gladiis, & incendiis: tu tamen ſuperſtes eris, & flammam inter & enſes illæſus abibis. Illum in Italiam portabis, & deos Latio inferes, vbi tibi comitibuſque tuis ſedes quietas fata pararunt. Confer cum hoc loco illum Creuſæ in extremo ſecundo Æneid. vbi

C ſimiliter illi, vt marito, euentura nuntiat:

Ad terram Heſperiam venies, vbi Lydius arua
Inter opima virûm leni fluit agmine Tibris.
Illic res gestæ, regnumque, & regia coniux
Parta tibi, &c.

444. VRBEM ETIAM CERNO PHRYGIOS DEB. NEP.] Præuidere ſe autumat vrbem, quam reliquiæ Troianorum, fatis ita cogentibus, conditurae ſint, puta in Italia, ſeu in Latio, quæ pars quædam eſt Italiæ.

445. QVANTA NEC EST, NEC ERIT, NEC VISA PRIORIBVS ANNIS] Omnium ſcilicet vrbium quæ ſunt, fuerunt, & erunt rebus omnibus præſtantiſſimam, & maximam. *Princeps vrbium* Horatio libro 4. ode 3. Quid ego multa

D hîc congeram de Romæ laudibus? Meliorem copioſioremque Commentarium in hunc verſiculum libris Lipſianis de Magnitudine vrbis Romæ, ſiue Admirandorum noli quærere. Auſonius: *Prima vrbes inter diuûm domus, aurea Roma.* De eius incremento & laudibus Claudian. quoque Panegyr. 3. in Stiliconem:

Hæc eſt exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, paruaque à ſede profecta
Diſperſit cum ſole manus, &c.

Tria tempora concludit Ouid. hoc verſu, præſens, præteritum & futurum, id eſt, vniuerſitatem temporis, quam Catullus hunc in modum efferre gaudet:

Non harum modò: ſed quot aut fuerunt,
Aut ſunt, aut aliis erunt in annis.

446. HANC ALII PROCERES PER SÆCVL. &c.] Primùm quidem ipſi reges ſeptem, deinde Bruti,

Ca-

Camilli, Scipiones, Fabij, Marcelli, Pompeij, Iulij, qui tot gentes debellarunt, hi, inquam, paulatim, virtute duce, comite fortuna potentem Romam reddiderunt.

447. SED DOMIN RERVM DE SANG. NATVS IVLI] Aug. Cæſar adoptione Iulij, natura Attiæ, filiæ Iuliæ, ſororis Iulij, & Octauij filius, mundi dominam faciet, ſubactis tot gentibus, tot ſecundis prælijs. de quibus lege Sueton. qui te etiam docebit, quo pacto Romam exornauerit. Eius victorias item, & domitas ab eo gentes memorat in clypeo Æneæ à Vulcano expreſſas lib. 8. Virg. Homini de ſe poſtmodum tam malè merituto, en vt caput demulcet Ouidius: vt etiam lib. 1. *Nec tibi grata minus*, Atque hoc eſt quod ait 2. Triſt. qui liber totus eſt ad Auguſt compoſitus:

Inſpice maius opus, quod adhuc ſine fine reliqui,
In non credendos corpora verſa modos.
Inuenies veſtri præconia nominis illic.

448. QVO CVM TELLVS ERIT VSA] vſa eſt eo imperante annis LVI. ſi annos triumuiratus annumeres 10. aut 12. Notatur hoc participio principes minimè otioſi, & prouincialium ſuorum vſibus expoſiti. Sunt enim quandoque, qui ſe magis ſomno, poculis, luſibus, ſcortis vtendos præbent.

449. FRVENTVR ÆTHEREÆ SEDES] 1. Georg. *Tuq; adeò, quem mox quæ ſint habitura deorum Concilia, incertum eſt.* Et in extremo lib. *Iam pridem nobis cæli te regia Cæſar, Inuidet.* Horat. ode 2. lib. 1. *Serus in cælum redeas.* Boni enim, & amantes Reipob. bonorumq; omnium Principes. quaſi diuino quodam munere hominibus conceſſi, ac de cælo delapſi, eòdem redire, cæloque deberi videntur.

450. PENATIGERO ÆNEÆ] 1. Æneid. de ipſo potiſſimùm Iuno:

Gens inimica mihi Troianum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victoſq; penates.

Et ipſe de ſe:

Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus.

Hos illi Hector per quietem viſus commendat lib. 2.

Sacra, ſuoſq; tibi commendat Troia penates:
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære.

451. COGNATAQ. MOENIA LÆTOR CRESCERE] *cognata* propter Romanos Troianorum poſteros ac nepotes. Æneid. 1.

Multa quoque & bello paſſus, dum conderet vrbem,
Inferretq; deos Latio, genus vnde Latinum,
Albaniq; patres, atque altæ mœnia Romæ.

452. ET VTILITER PHRYGIB. VICISSE PELASG.] Dicit ſe lætari, quòd Græci Troianos vicerint: victis enim id magno bono fuit. Eſt igitur, cùm calamitatem accepiſſe fælicitatis ſit initium. Et leguntur, qui niſi in calamitatem decidiſſent, ad dignitates & opes nunquam aſcendiſſent. Inſigne exemplum eſt Themiſtocles, cùm ab Athenienſibus relegatus, ad regem Perſarum ſe contulit, & ab eo tribus magnis copioſiſque vrbibus donatus fuit. Ioſephus Iacobi Patriarchæ filius vtiliter ſibi à fratribus odio habitus, & in Ægyptum venditus eſt. Vtiliter à domina impudica de appellatione accuſatus eſt. Inde ſiquidem quaſi pater Pharaonis, & totius Ægypti dominus euaſit.

Summa longæ diſputationis, cælum & terras, & quæcunque ſub cælo, & in terris ſunt, mutari. Cur beſtiæ non occidendæ. σαρκοφαγίαν rurſus deteſtatur, miſerans animantes. Earum cædem eſſe crudelitatis in homines præludium. Sinenda prodeſſe, quæ proſunt: perdenda quæ obſunt, non tamen in cibum abſumenda.

453. *NE tamen oblitis ad metam currere, longè* XII.
Exſpatiemur equis, cælum, & quodcunque ſub illo eſt,
455. *Immutat formas, tellúſque, & quidquid in illa eſt.*
Nos quoque pars mundi (quoniam non corpora ſolùm,
Verùm etiam volucres animæ ſumus, inque ferinas
Poſſumus ire domos, pecudúmque in pectora condi)
Corpora, quæ poſſunt animas habuiſſe parentum,
460. *Aut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,*
Aut hominum certè, tuta eſſe & honeſta ſinamus.
Néve Thyeſtæis cumulemus viſcera menſis.
Quàm malè conſueſcit, quàm ſe parat ille cruori.
Impius humano, vituli qui guttura cultro

Rum-

Rumpit, & immotas præbet mugitibus aures?
Aut qui vagitus ſimiles puerilibus hædum
Edentem iugulare poteſt; aut alite veſci,
Cui dedit ipſe cibos. Quantum eſt quod deſit in iſtis
Ad plenum facinus? quia tranſitus inde paratur.
Bos aret, aut mortem ſenioribus imputet annis:* *
Horriferum contra Borean ouis arma miniſtret:
Vbera dent ſaturæ manibus preſſanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueóſque, artéſque doloſas
Tollite, ne volucres viſcata fallite virga:
Nec formidatis ceruos includite pennis:
Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.
Perdite ſi qua nocent; verùm hæc quoque perdite tantùm:
*Ora vacent epulis, alimentáque * congrua carpant.* *mitia

453. NE TAM OBLIT. &C. EXSPATIEM. EQVIS] Metaphora ab aurigis & equitibus, ſeu allegoria potiùs. Sententia eſt, ne nimiùm orationem producamus in iſta diſſertatione de rerum viciſſitudine, ac metamorphoſibus, quaſi finis aliquando faciendi immemores. Eadem figura ſermonis ſecundum Georg. terminat Virg. *Et iam tempus equûm ſpumantia ſoluere colla.* Faſt. 2. *Ing, ſuo noſter puluere currat equus.*

454. CÆLVM, ET QVOD SVB ILLO EST IMMVT. &c.] Et explicatas, & explicandas mutationes hoc & ſequenti verſu concludit.

456. NOS QVOQ. PARS MVNDI] Cùm ſimus igitur pars mundi, & ſanè nobiliſſima, conſtemuſque B non corpore tantùm, verùm etiam anima, qua nihil eſt ſubtilius & velocius; & ſecundùm quam in corpora animalium migramus, ibique latemus, par eſt illis non nocere, ne, quod impietate non caret, domicilijs ſuis aut parentum, aut fratrum, aut propinquorum, aut neceſſitudine aliqua nobis coniunctorum, aut denique hominis cuiuſcumque, id eſt, naturæ conſortis, animas expellere voluiſſe iudicemur. Quis hæc delitia refutanda niſi deliras putet? Non ſolùm pars mundi humanum genus, verumetiam vnuſquiſque homo paruus mundus, μικρόκοσμος, quod toties & ſcriptis & dictis iactatum eſt.

461. ET HONESTA] Mirè enim deturpantur & fœdantur animalia, cùm vinciuntur, percutiuntur, iugulantur, exenterantur, pellibus exuuntur, in C fruſta conciduntur.

462. NEVE THYESTÆIS CVMVL. V. MENSIS] hypallage, pro, ne cumulemus Thyeſtæas menſas viſceribus. Id eſt, ne imitemur Atreum, qui Thyeſtæ fratris ſui filios coxit, patrique appoſuit. Ne ſimus adeò crudeles, vt corpora & domos parentum, fratrum, &c. noſtrorum carnibus comedendis deuoremus. Vide Senecæ Thyeſt. Horat. ad Piſones:

Indignatur enim priuatis, ac propè ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſta.

Poteris item citra hypallagen dictum accipere, hoc ſenſu. Ne Thyeſtæas menſas conſectantes, humanis carnibus eas extruamus.

463. QVAM MALE CONSVESCIT] quàm malè rei A conſuetudinem capeſſit? Cuius ergo? ecce tibi.

QVAM SE PARAT ILLE CRVORI IMP. HVM.] effundendo ſanguini humano, à quo facinore minùs atque minùs abhorrere incipit: nec pluris vitam hominis, quàm pecudis æſtimat. Quid ad hoc argumentum dicerent noſtri lanij? Pythagoram, opinor, ἀνόητα φυσιολογεῖν, & nugas loqui. Vnde porrò crudeles, & humanum ſanguinem ſitientes, ponit quæſtionem, & diſſoluit Rhodigin. lib. 11. cap. 13. in calce.

464. VITVLI QVI GVTT. CVLTRO RVMPIT] Vitulum, hœdum, ouem loco omnium, quæ ventris cauſſa interficiuntur, proponit.

466. VAGIT. SIMIL. PVERIL. EDENTEM] Hœdorum, agnorumque voces ſimiles ſunt vagitibus puerorum in cunis iacentium. Et quia paruum, & adhuc tenerum pecus eſt, meritò miſerandum Pythagoras homo miſericors arbitrabatur.

468. CVI DEDIT IPSE CIBOS] Pro abſurdo habet, cui tu cibum porrexeris vt viueret, eundem tibi cibum facere. Si nolebas eum viuere, cur paſcebas? Reſpondebit ſtatim ſarcophagus; vt creſceret & pingueſceret, meliuſque ſaperet, ac nutriret.

469. AD PLENVM FACINVS] Mactationes iſtæ animalium parum differunt ab homicidijs, quod eſt plenum & conſummatum facinus, id eſt, maximum, & crudelitatis vltimæ.

QVIA TRANSITVS INDE PARATVR] Lego, *quia* pro quis, *quia tranſitus inde paratur*; citra interroga- C tionem: vt cauſſa explicetur, cur parum deſit ad plenum facinus. Quanquam & hoc ſuprà dixerat: ſed vt magni ponderis argumentum, repetendum & inculcandum putat. Si interrogationem retines, lege, *quàm tranſitus inde paratur?* Sequuntur editiones baſilicæ, cum magna auctoritate, de relinquendis bubus, ouibus, capellis, auibus, feris, piſcibus.

470. BOS ARET, AVT MORT. &c.] Bouis vſum verum & iuſtum docet. Ad aratrum adhibendus. Quòd ſi arare ampliùs præ ſenio nequeat, ſeneſcat magis, donec moriatur. Lego, *Bos aret, & mortem*, &c. cum copulatiua, pro diſiunctiua.

471. HORRIFER. CONTRA BOR. O. ARMA MINIST.] Ventus eſt frigidus Boreas, aliter Aquilo. 1. Georg. *Aut Boreæ penetrabile frigus adurat* Vſus ouiū. Lana ab ijs petenda ad veſtes conficiendas, quibus corpus

corpus noſtrum contra frigus, tamquam armis muniatur. Petitur etiam ab eis lac premendis caſeis. Sed hoc capellis ſeruat, quæ lanam non habent; tametſi noonúmquam & doctos viros de lana caprina acerrimè diſputantes vel legimus, vel audimns.

472. VB.DENT SAT.MAN.PRESSANDA CAPELLÆ] Eclog 10. *Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ.* Et 3. *Si lac præceperit æſtus, Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis.* Et 3. Æneid. de Polyphemo: *Lanigeras claudit pecudes, atque vbera preſſat.*

473. RETIACVM PEDICIS, LAQ. &c.] Triplicem venationem tollit. Ferarũ, quæ ab vſu canum κυνηγετικὴ Græcis, nobis venatus, ſeu venatio: commune enim vocabulum facit ſuum. Auium, ἰξευτικὴν, καὶ ὀρνιθευτικὴν, quam nos aucupiũ. Piſcium, ἁλιευτικὴν, quam piſcatum, ſeu piſcationem dicimus. Quid multa? Omne genus animantium, terreſtre, aërium, aquaticum occidi prohibet. Tripartitum venatum indicauit & Virgil. 1. Georg.

Tum laqueis captare feras, & fallere viſco
Inuentum, & magnos canibus circumdare ſaltus.
Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens, pelagoq; alius trahit humida lina.

474. NEC VOLVCRES VISCATA FALLERE VIRGA] Ad amorem tranſtulit Plaut. Bacchid. vbi Piſtoclerus adoleſcens impuræ mulieri: *Viſcus merus veſtra eſt blanditia.* Et Philoxenus ſenex: *Tactus ſum vehementer viſco, cor ſtimulo foditur.*

475. NEC FORMIDATIS CERV. INCLVD. PENN.] De linea, ſeu formidine, quæ ex diuerſis auium pennis contexebatur, quaque conterritæ feræ, & cerui potiſſimùm in retia impellebantur, conſule noſtrum Delrium Comment. in Hippolytum Senecæ pag 159. & quos ibidem ſcriptores recenſet. Diximus & nos in Symbol. ad illud Maronis 3. Georg. *Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ.* In eundem verſum, lege, ſi vacat, Ludouicum Cerdium.

476. NEC CELATA CIBIS VNC. &c.] Lib. 8. *O qui pendentia paruo Æra cibo celas moderator arundinis.* Et 2. Pont. 7.

Qui ſemel eſt captus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus æra cibis vnca ſubeſſe putat.

Plaut. Curcul. *Meus eſt, hamum vorat.* De eo, qui fraude non animadneſa circumuenitur.

477. PERDITE SI QVA NOCANT, &c.] Rigorem ſuum remittit, & temperat aliquantum, vti ſuprà quoque, permittitq; mactari noxias nobis beſtias: parati tameo ad eſum non ſinit, quia ſcilicet nullum genus carniũ edi ab hominibus conueniat, quamuis in illo animante anima nulla delitescat.

478. ALIMENTAQVE CONGRVA CARPANT] quæ ſupiâ vocauit *mitia*, & hominum propria, vbi nihil cruoris effunditur; nec animæ de corporibus profligantur.

Numa Pythagorea inſtructus diſciplina regnum Romanorum init, ſacros ritus docet, populum bellis aſſuetum pacis artibus format. Illacrymans eius morti Egeria coniux, in vallem Aricinam ſeſe abdit; queſtibus indulgentem Hippolytus conſolatur.

479. *TALIBVS, atque alijs inſtructo pectore dictis* XIII.
Jn patriam remeaſſe ferunt; vltróque petitum
Accepiſſe Numam populi Latialis habenas.
Coniuge qui fêlix Nympha, ducibúſque Camœnis
Sacrificos docuit ritus, gentémque feroci
Aſſuetam bello, pacis traduxit ad artes.
Qui poſtquam ſenior, regnumque æuumque peregit,
Extinctum Latiæque nurus, populuſque, patréſque,
Defleuere Numam: nam coniux vrbe relicta,
Vallis Aricinæ denſis latet abdita ſyluis;
Sacráque Oreſteæ gemitu queſtúque Dianæ
Jmpedit. Ah quoties Nymphæ nemoriſque lacúſque
Ne faceret, monuere? & conſolantia verba
Dixerunt? quoties flenti Theſeius heros,
Siſte modum, dixit? nec enim fortuna querenda

Sola tua eſt: ſimiles aliorum reſpice caſus:
495. *Mitiùs iſta feres: vtinámque exempla dolentem*
Non mea te poſſent releuare: ſed & mea poſſunt.

479. TALIA. ATQ. ALIIS, &c.] Hæc, & alia molta Pythagoram Numam, vt magiſter diſcipulum docuit: neq; enim breue tempus apud eum commoratum par eſt credere. Audiuit quidẽ Numa doctorem Pythagoram quendam, Spartanum hominem, per id tempus in Italia exulantẽ. Ex quo nominum ſimilitudo errorem peperit, & falsò creditus eſt magiſter illius regis Samius Pythagoras, cùm repugnent tempora, annis circiter ducentis.

480. IN PATRIAM REMEASSE FERVNT] Cures in Sabinis, vnde Crotonem venit, famæ Pythagoræ excitus. Et hoc antequam rex Romanus, Romulíque ſucceſſor crearetur, quod ſtatim docet hîc Ouid.

VLTROQ. PETITVM] minimè enim regnum ambiebat: ſed id Romani ad eum, vt virum optimum, & imperio aptiſſimum conſenſu deferebant.

482. CONIVGE Q. FEL. NYMPH. DVCIAVSQ. CAM. &c.] Nihil opus, quæ tu ipſe apud Liuium potes legere de congreſſu Numæ cum Egeria & Camœnis, earumq́ue conſilijs, huc tranſſcribere. Idem fecerunt legiſlatores alij, quò numinum reuerentia faciliùs populi ad eas ſeruandas inducerentur. Oſiris & Menas Ægyptiorum reges, quas ferebant leges, à Mercurio ſe accipere ſimulabant, Minos Cretenſium rex à Ioue, Lycurgus Lacedæmonius ab Apolline, Solon Athenienſis item à Ioue, Zamolxis Getarum & Scytharum νομοθέτης à Veſta, nouiſſimè Mahumetes ab angelo Gabriele. Fertur quoque Numa leges conſcripſiſſe libris 12. partim græcè, partim latinè, quibus Pythagorea & pontificia ſacra explicarẽtur: quos etiam in monumento ſuo condi voluit, vt profanũ vulgus à ſacris amoueret: vel potiùs ſacra profanis ſubduceret.

483. SACRIFICOS RITVS DOCVIT] Romanos Numa operoſiſſimis ſuperſtitionibus onerauit, Tertullian. in Apologet. Clemens Stromat. libr. 1. cap. 6. ait, Numam prohibuiſſe Romanis, ne homini, aut animali ſimilem facerent Dei imaginem, Moſen auctorem ſecutum videlicet; centumq́ue & ſexaginta annis nullam neque pictam, neque fictam imaginem apud Romanos in templis viſam; quoniam numen non alia ratione, quàm mente attingi poſſet. De hoc ampliùs Crinit. libr. 14. cap. 12. & 13. Moſes quidem ſtatuas & imagines ideo fieri interdicto vetuit, ne adorarentur.

484. PACIS TRADVXIT AD ARTES] Bonæ leges, ſine quibus non poteſt conſtare ciuitas, ſunt artes pacis, quæ ſilent inter arma. Has ſe ab Egeria diſcere perſuaſit ſuis Numa, qui & inde nomen tulit, ἀπὸ τῶν νόμων. Antea enim Pompilius audiebat tantùm, Virgil. 6.

Tu regere imperio populos, Romane, memento
(Hæ tibi erunt artes) paciq́; imponere morem.

486. LATIÆ Q. NVRVS, POP. PATRESQVE, &c.] Fuerat enim propter lene imperium omnibus chariſſimus. Certiſſimum, & maximum, & pulcherrimum teſtimonium bene geſti principatus ciuium fletus in funere. *Stipendiarias lacrymas* vocat S. Ambroſius in funebri, quam dixit Mediolani Valentiniano II. Quanta cum pompa, quibus lacrymis ordinum omnium elatus fuerit Iuſtinus minor Auguſtus, narrabit tibi Corippus poëta libr. 3. de eiuſdem laudibus, à principio.

487. NAM CONIVX VRBE RELICTA, &c.] Separatim oportebat meminiſſe vxoris Egeriæ, quæ mariti obitum dulentiùs luxit. Luctui autem ſola loca, ſyluæ, nemora, montes ſunt idonea. Ne pigeat videre quæ annotauimus in Symbolis, ad illum locum eclog. 2. *Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos*, &c.

489. SACRAQVE ORESTEÆ DIAN. IMPED.] Signum Dianæ ex Taurica regione Oreſtes in Italiam abſtulit, & in nemore Aricino depoſuit. Eſt autem Aricia oppidum, non procul Roma diſtans. 4. Triſt. 4.

Lata dea ſignum, crudelia ſacra peroſa
Tranſtulit ex illis in meliora locis.

491. NE FACERET MONVERE, &c.] non monuerunt vt nihil faceret, vt non lugeret: ſed ne tam immodicè, & tamdiu lugeret, cùm id fruſtra faceret. Addebant inſuper ſolatia, quæ dolorem eius lenire poſſent. Verumtamen incaſſum omnia, vt audiemus.

492. THESEIVS HEROS, SISTE MOD. DIXIT] Sine intermiſſione gementem & lacrymantem Egeriam conſolari nitebatur etiam Hippolytus Theſei filius, communem ei conditionem grauia patiendi, neceſſitatemq́ue moriendi inculcans, & ſuum fatum enarrans. Hunc ab equis ipſius per ſaxa & dumeta raptatum, ac dilaniatum, Æſculapius ad vitam reduxit, vt ſcribit Pauſan. in Corinthiacis, & affirmat Ouidius. Qui poſtea patri nunquam ignoſcere voluit, ſpretaq́ue omni eius deprecatione in Italiam venit, Aricinis imperauit, & ibi nemus Dianæ conſecrauit. Plura Gyrald. Syntagm. 12. De eodem habemus Tragœdias Euripidis, & Senecæ. Caſtitatem coluit, & Dianam veneratus eſt maximè. Imaginem habes apud Philoſtratum lib. 1.

THESEIVS HEROS] Quod ſuperioribus libris inſerere pluribus locis potuiſſem, quibus punitur vocabulum *heros*, ponam iſtuc tandem notatu dignum. Poteſtatẽ olim à Deo permiſſam dæmunibus ad perſequendos Chriſtianos etiam vnlem Eccleſiæ fuiſſe ait S. Auguſtin. Ciuitat. lib. 10. cap. 21. vt Martyrum numerus impleretur. Quos multo elegantiùs heroas noſtros vocaremus, ſi Eccleſiaſtica loquendi conſuetudo pateretur: non quòd eſſet eis cum dæmonibus in aëre ſocietas, vbi volebant cum illis heroas, alicuius ſcilicet meriti defunctorum animas, habitare: ſed quòd eoſdem dæmunes, id eſt aëreas vicerint poteſtates. Hactenus ille. Plato in Epinomide ἡμιθέους *ſemideos*, altero ſcilicet parente deo, altero mortali, matre nimirum appellauit. Quò reſpiciens Hieronymus Vida Chriſtum heroëm dixit in Chriſti ode, grauemq́ue & iuſtam inde Scaligeri in Hypercritico animaduerſionem meruit.

494. SIMIL. ALIOR. RESPICE CAS. MIT. ISTA FERES] Seneca in Conſolatione ad Polybium, cap. 20. qui fratrem morte amiſerat: *Maximum ſolatium*

tium eſt, cogitare id ſibi accidiſſe, quod ante ſe paſſi ſunt omnes, omneſq́; paſſuri: & ideo mihi videtur rerum natura quod grauiſſimum fecit, commune feciſſe, vt crudelitatem fati conſolaretur æqualitas. Leuare dolorem animi recordatione communis conditionis, ſcripſiſſe alicubi in epiſtolis & M. Tullium recordor. Symmachus epiſt. 17. lib. 8. Aduerſa quæ cum pluribus perferimus, more ingenij humani habent aliquod de ſocietate ſolatium. Quæ verò ſpecia- A tim alicui caſus durus adiecit, altiùs imprimi ſolent.

495. VTINAMQVE EXEMPLA NON MEA TE, &c.] Ex multis exemplis ſuum illi ante oculos ponit, priùs optans non habere, quod illi proponeret, id eſt, in eam calamitatem non incidiſſe. Quis enim non mallet multò non deueniſſe in miſeriam, quàm ſuo exemplo alium confirmare ad æqua mente perferendam miſeriam?

Phædra nouerca Hippolyti, cùm iuuenem caſtiſſimum fruſtra ſollicitaret, ab eo ſeſe interpellatam finxit, & apud patrem Theſeum accuſauit, id quod plures fœminæ malæ priuignis fecerunt. Pater eum vrbe cum deteſtatione expellit. Iuxta littus proficiſcentis equi, phocæ è mari emergentis horrendo aſpectu conterriti, ipſum lora tenentem per inuia raptāt, adeò, vt effuſis viſceribus nec artus artubus cohæreant. Reuocatum ad ſuperos ope Æſculapij, Diana Aricinum nemus habitare, & mutato nomine Virbium dici iuſſit. Aſſiduò plorantem Egeriam eadem dea in fontem cognominem vertit.

Fando aliquem Hippolytum, veſtras ſi contigit aures, XIV.
Credulitate patris, ſcelerata & fraude nouercæ
Occubuiſſe neci, mirabere, vixque probabo.
Sed tamen ille ego ſum: me Paſiphaëia quondam
Tentatum fruſtra patrium temerare cubile,
QVOD VOLVIT, FINXIT VOLVISSE; & crimine verſo,
(Indiciine metu magis, offenſáve repulſæ?)
Arguit, immeritúmque pater proiecit ab vrbe:
Hoſtilique caput prece deteſtatur euntis.
Pyttheiam profugo curru Trœzena petebam:
Iamque Corinthiaci carpebam littora ponti:
Cùm mare ſurrexit, cumuluſque immanis aquarum
In montis ſpeciem curuari, & creſcere viſus,
Et dare mugitus, ſummóque cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur vndis,
Pectoribuſque tenus molles erectus in auras,
Naribus & patulo partem maris euomit ore.
Corda pauent comitum: mihi mens interrita manſit,
Exilijs contenta ſuis. cùm colla feroces
Ad freta conuertunt, arrectiſque auribus horrent
Quadrupedes, monſtrique metu turbantur, & altis
Præcipitant currum ſcopulis. ego ducere vana
Frena manu, ſpumis albentibus oblita luctor:

Et retrò lentas tendo reſupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies ſuperaſſet equorum:
Ni rota, perpetuum quæ circum voluitur axem,
Stipitis occurſu fracta & disiecta fuiſſet.
Excutior curru; loriſque tenentibus artus
Viſcera viua trahi: neruóſque in ſtirpe teneri:
Membra rapi partim, partim reprenſa relinqui:
Oſſa grauem dare fracta ſonum, feſſámque videres
Exhalare animam, nulláſque in corpore partes,
Noſcere quas poſſes, vnúmque erat omnia vulnus.
Num potes, aut audes cladi componere noſtræ
Nympha tuam? vidi quoque luce carentia regna:
Et lacerum foui Phlegethontide corpus in vnda.
Nec, niſi Apollineæ valido medicamine prolis,
Reddita vita foret: quam poſtquam fortibus herbis,
Atque ope Pæonia Dite indignante recepi,
Tum mihi, ne præſens augerem muneris huius
Inuidiam, denſas obiecit Cynthia nubes.
Vtque forem tutus, poſſémque impune videri,
Addidit ætatem; nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi: Cretenque diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon: Delo Cretáque relictis
Hic poſuit: noménque ſimul quod poſſit equorum
Admonuiſſe, iubet deponere: quique fuiſti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius eſto.
Hoc nemus inde colo: de Diíſque minoribus vnus
Numine ſub dominæ lateo, atque aſſentior illi.
Non tamen Egeriæ luctus aliena leuare
Damna valent: montiſque iacens radicibus imis
Liquitur in lacrymas, donec pietate dolentis
Mota ſoror Phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit; & æternas artus tenuauit in vndas.

497. FANDO ALIQVEM HIPPOLYTVM] Sic Virgil. 2. Æneid. *Fando aliquid ſi fortè tuas peruenit ad aures.* Tale eſt 1. Georg. *Vritq; videndo Fæmina.* Et eclog. 3. *Frigidus in prato cantando rumpitur anguis.* Plaut. Curculione:

Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit, niſi
Si eſt oſculando quiſpiam impudicior.

Hæc & ſimilia patiendi, non agendi verba ſunt.

VESTRAS SI CONTIGIT AVRES] Lib. 1. *Contigerat noſtras infamia temporis aures.* Plaut. Rud. *Mulier eſt, muliebris vox mihi ad aures venit.* Et mox iterum: *Certè vox muliebris tetigit aures meas.* Virgil. 2. Æneid. *Si veſtras fortè per aures Troia nomen iit.* Et 3. *Hic incredibilis rerum fama occupat aures.*

498. CREDVLITATE PATRIS, SCELERATÆ FRAVD. NOVERCÆ, &c.] Propoſitio eſt, quam ipſe ſtatim narrando explicabit, verbis pauciſſimis tamen, & modeſtiſſimis. Fraus Phædræ, quam iure *ſceleratam* nominat, propter adulterium, & inceſtum, quem meditabatur, & credulitas Theſei perdiderunt Hippolytum. Pœnitens facti poſtmodum Phædra, laqueo ſe præfocauit. Huius generis fraudes mulierum in adoleſcentes, ſeu viros, quorum formam adamauerant, octo collegit M. Anton. Muretus lib. 1. Variar. Lection. cap. 12. Guilielmus Canterus Nouar. Lect. libr. 6. cap. 2. quinque adiecit Muretianis, vt ſint numero 13. Adijce tu decimum quartum, ex libr. 7. ſub finem, Hiſtoriarum de regno Italiæ Caroli Sigonij, de Maria Auguſta, Othonis III. regis Italiæ, & Imperatoris vxore, & Comite Mutinenſi. Quem illa in amorem ſui pellicere conata vbi fruſtra fuit, ira furens, apud maritum de ſtupro, quo ab illo tentata eſſet, innocentiſſimum virum inſimulauit. Credulus Imp. capite plecti iuſſit. Comperta poſtmodum eius innocentia ipſam Auguſtam rogo addixit. Contigit res anno Chriſti 996.

MIRABERE VIXQVE PROBABO, &c.] Si audiſti Hippolytum interijſſe, mirabere hunc eſſe, qui tecum loquitur, & vix fidem adiunges

ges mihi Sed tamen egomet reuera ille ipſus ſum, *αὐτόπτης*.

500. Me Pasiphaeia qvond. tent. f.] *Phædra* Minois & Paſiphaës filia. Euripides, & Seneca in Tragœdijs ambos, illam, inquam, mirè blandientem, & hunc generosè repugnantem luculenter deſcribunt. Cùm ſe illa omnioperè, & præ omnibus mortalibus eum amare fateretur, reſpondit iuuenis:

Ἄχαρις ὢν οὐδὲν ἐχθροῦ διαφέρει.
Hoſtis mihi eſt amicus importunior.

501. Patrivm temerare cvbile] Indulſit tamen Seleucus Syriæ rex Antigono filio Stratonicen nouercam, cuius amore ictus, propemodum moriebatur. Refert è varijs antiquis ſcriptoribus in Miſcellaneis Paulus Leopardus Belga. Plura autem exempla huius ſceleris, tam in patre, quàm in filio haud facilè reperi. Vt patris ſui vxorem quis habeat, Apoſtolus ne inter Gentes quidem talem fornicationem auditam ait, 1. Cor. 5. *Cubile* à cubando. Sæpiùs inuenias dici pro commiſtione corporum in cubili. Lib. 10. *Sociare cubilia*. *Duplex cubile vſurpare mulierem*, ea veteri Tragico dicit M. Tull. ad Pætum, epiſt. 22. lib. 9. quæ cum adultero eſt. Ibidem ea eodem: *Pheras huc cubile inire eſt auſus*.

502. Qvod volvit, finxit volvisse, &c.] Quod ipſa voluit, hoc me voluiſſe mentita eſt. Quod impura illa cupiuit pati, hoc me finxit vltro voluiſſe facere. Nequitia mulieris, & audacia, quæ ſuam impudicitiam adoleſcentis crimen eſſe ſtuduit: & ſeu timore rei manifeſtandæ ab ipſo, cui nullo effectu blandita fuerat: ſeu indignatione repulſæ, quam paſſa erat, eum in capitis periculum adduxit. Dubitat enim vtra de cauſſa magis ad patrem eius nomen detulerit Phædra. Ob vtramque autem detuliſſe, non dubitat.

503. Indicitne metv, &c.] Verſum hunc cum parentheſi & interrogatione legendum cenſui. Hoc enim *χαριέστερον*.

504. Immeritvmqve pater proiecit ab vrbe] Incipit commemorare, quàm ſibi accuſatio nouercæ apud patrem calamitoſa, immò exitioſa fuerit. Inſontem ſolum vertere iuſſit. Significans admodum verbum *proiecit*. Languidiora fuiſſent, dimiſit, expulit, atque adeò, reiecit. *Proijcere* enim eſt porrò iacere. Cicero 3. Catilinaria: *Patria mihi lætari videtur, quòd tantam peſtem euomuerit, foraſq; proiecerit*. Ineſt item negligentiæ & contemptus notio in hoc verbo. Cicer. ad Atticum epiſt. 4. lib. 9. *Prima* (epiſtolæ Attici) *monent, & rogant, ne me proijciam*. Catullus de nupt. *Ipſe ſuum Theſeus pro charis corpus Athenis Proijcere optauit potius*. *προΐεσθαι*.

505. Hostiliqve capvt prece detestatvr evntis] proſequitur abeuntem in exilium execrationibus, & deuotionibus. Malam ei peſtem hoſtili animo imprecatur. *Preces τῶν μέσων* eſt, & in vtramque partem capitur. Sunt enim bonæ, ſunt malæ & hoſtiles preces. Caueant filij parentes offendere, ne ipſis malè precentur: meminerintque illius Eccleſiaſtici cap. 3. *Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta*.

506. Pittheiam prof. cvrrv Troez. petebā.] De hac vrbe ſuprà ſcripſimus, ibi: *Eſt prope Pittheiam tumulus Trœzena*, &c.

A 507. Iamqve Corinthiaci carp. litt. v.] iam mari Corinthiaco propinquabam.

508. Cvm mare svrrexit, &c.] intumuit. 1. Æneid. *Sequitur cumulo præruptus aquæ mons*. Et 3. *Continuò venti voluunt mare, magnaq; ſurgunt Aequora*. Et 4. Georg. *Vt illum Curuata in montis faciem circumſtetit vnda*.

511. Corniger hinc tavrvs] Neptunum rogauerat Theſeus, quod refert Cicero 1. Offic. vt Hippolytum interimeret. Deſcribitur monſtrum, ab eodem Neptuno ad terrendos equos oſtentatum.

513. Partem maris evomit ore] *ἐμφατικῶς*, magnam aquæ vim. Haud diſpar ſeu emphaſis, B ſeu hyperbole eſt 5. Æneid. de Menœte trierarcha, è mari, quò eum Gyas dux deturbarat, emerſo:

Illum & labentem Teucri, & riſere natantem:
Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus.

Noſter lib. 4. in fabula Andromedæ: *Bellua puniceos miſtos cum ſanguine fluctus Ore vomit*.

514. Mihi mens interrita mansit, &c.] Nihil aſpecto illo motus eſt Hippolytus: quippe quem exilium ſuum ſatis territum & mœſtum habebat.

516. Arrectisq. avribvs horrent] 1. Æneid. *Arrectiſq; auribus aſtant*, de populo, per ſeditionem tumultuante, & vrbem concurſante, ad conſpectum viri boni & grauis, eum à furore reuocantis, ſeſe colligente. Metaphora eſt ab aſinis, equis, C aliiſque animalibus.

517. Monstriq. metv tvrbantvr] Scimus leuioribus quibuſdam rebus horrere & turbari equos vulgares ſolere. Sed cùm hos feroces, id eſt, generoſos vocet, neceſſe eſt ſpeciem tauri illius marini fuiſſe terribilem valdè.

518. Altis præcip. cvrrvm scop.] per altos ſcopulos currum præcipitant.

Ego dvcere van. fræn. manv] *vana manu*, quia retinere & regere equos temere ruentes, ipſe curru excuſſus nequibat.

519. Spvmis albentibvs oblita] 4. Æneid. de equo Didonis: *Stat ſonipes, & fræna ferox ſpumantia mandit*. Et 12.

Obiecit ſeſe ad currum, & ſpumantia frænis
Ora citatorum dextra contorſit equorum.

Lvctor] Sic legendum pro *luſtro*, quod bene D reſpondet verbo *deducere*. Legit ita Raphaël quoque Regius.

520. Et retro tend. len. resvp. hab.] Geſtus aurigarum, equos concitatiùs concurrentes laborioſè moderantium. Lib. 2. Phœbus de ſuis equis: *Labor eſt inhibere volantes*.

521. Nec vires tamen has, &c.] cohibuiſſet equos, & tenuiſſet quantumuis frementes & rapientes.

522. Ni rota perpetvvm, &c.] Perpetuus axis eſt continens & porrectus axis.

524. Lorisqve tenentibvs artvs, &c.] Videtur dicere, membra loris implicata fuiſſe, vt ſe extricare nequiret, & ſic corpus in fruſta laceraretur, & oſſa confringerentur.

527. Fessam animam] cum ipſo corpore tam miſerè iactatam & raptatam.

528. Nvllasqve in corpore partes noscere qvas possas] Sic erant omnia

tis, qui quoties motat latus, toties terra Sicula tremat.

346. SIVE LEVES IMIS VENTI COHIB. &c.] Secunda cauſſa, venti in imo concluſi, dum luctantur erumpere, ſaxa ſaxis illidunt, quæ inde, alioqui cõcipiendo igni, propter materiam qua conſtant, pinguem & tenacem appoſita, flammam emittunt. Nam ventis quieſcentibus cavernæ, & receſſus illi manent frigidi.

350. SIVE BITVMIN. RAP. INCEND. VIR.] Tertia cauſſa, bitumen & ſulphur, quorũ in eius montis viſceribus magna copia, quæ aptis exhalationibus incenduntur. Exiguos fumos nominat. Sed etſi hæc cauſſa eſt incendiorum illorum, deſinent, quando diuturnitate exhauſta & debilitata terra, cibos iſtos & alimenta flãmis ſuppeditare deſinet.

B 354. NATVRÆQ. SVVM NVT. DESSIT EDACI] Ignis viuax & edax dicitur, quoniam abſumit omnia, quæcunque abſumi ab eo poſſunt, nec vnquam ſatiatur. Edacitatem hanc expreſſit Virgil. 2. Æneid.

Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
Voluitur; exſuperant flammæ, furit æſtus ad auras.

SVVM NVTRIMEN] quo nutritur. *Nutrimenta* vocauit Maro 1. Æneid.

At primùm ſilici ſcintillam excudit Achates,
Suſcepitq́ ignem foliis, atque arida circùm
Nutrimenta dedit, rapuitq́ in fomite flammam.

355. NON FERAT ILLA FAMEM] perſiſtit in metaphora, dixerat enim naturam edacem.

356. ESSE VIR. PAM. EST IN HYPERB.] Vrbs Thraciæ Pallene, à filia Sithonis, Cliti vxore dicta. Tritonis, nomen paludis, in qua nouies ſe mergẽtes Pallenenſes, ex hominibus aues euadũt. Georgius Sabinus, qui fabulas Ouidiana Metamorphoſi deſcriptas ethicè, phyſicè, hiſtoricè interpretatur, per corpora plumata homines niue conſperſos intelligit. Herodotus enim ſcribit, pennas, quibus vltra Aquilonem aër oppletus fingitur, ſignificare niues. Cùm igitur apud Hyperboreos denſæ, & ferè continuæ niues cadant, fabula innuit, homines illic verſantes velari plumis, hoc eſt, niue cõſpergi. Huic narrationi aſſentiatur, qui volet: mihi quidẽ vnum mendacium per alterum explicari videtur.

C 359. HAVD EQVID. CREDO, SPARSÆ QVOQVE MEMBR. &c.] Mulieres Scythicæ, vbi corpus vnguento magico infecerunt, in aues ſe transformãt. Hoc poëtæ prorſus apparet incredibile. Atqui tam credere potes hoc me auctore, quàm quod antecedebat. Similia dicuntur apud nos perpetrare veneficæ.

D 361. SI QVA FID. REB. TAM. EST, &c.] Martial. de Arria lib. 1. *Si qua fides, vulnus quod feci non dolet, inquit.* Non penitus fidem abrogat ei, quod proximè narrauit de mulieribus Scythicis; quando & aliæ ſunt, eæq; certiſſimæ mutationes corporum grandiorum, tempore longiore putrefactorum, in minora corpora, in vermes, muſcas, & alia inſecta.

362. NONNE VIDES QVÆCVNQ.] Libenter & ſæpe verſum ſic inchoat Lucret. vt lib. 2. *Nónne vides longos flammarum ducere tractus?* Ibid. *Nónne vides etiam guttas in ſaxa cadentes,* &c. Et l. 5. *Nónne vides etiam quàm latè paruum aquai Prata riget fons interdum,* &c. Et lib. 6. *Nónne vides etiam terra quoque ſulphur in ipſa Gignier?* Virgilius Lucretizans, vt aliàs crebrò, 1. Georg. *Nónne vides, croceos vt Tmolus odores, India mittit ebur?* Et 3. *Nónne vides, vt tota tremor pertentet equorum Corpora?* Aratus, οὐχ ὁρᾷς, & Demoſthenes.

364. MACT. OBR. T. &C. FLORILEGÆ NASC. APES] Generatim quod dixerat, ſpeciatim probat. Ac primùm de apibus, quas è corporibus boum mactatorum poſt diem nonum reparari, in 4. Georg. aſſerit Maro: *Sed ſi quem proles ſubitò defecerit omnis,* &c. Vide ibid. Symbol. noſtras, vbi in eandem ſententiam Varro, Plinius, & Columella adducuntur, quibus adde Ælianum de animalibus lib. 2. cap. 57. Et Faſt. 1. Ariſtæum ſic docet Proteus:

Obrue mactati corpus tellure iuuenci:
Quod petis à nobis, obrutus ille dabit.
Iuſſa facit paſtor: feruent examina putri
De boue, mille animas vna necata dedit.

DELECTOS, MACTATOS TAVROS] Nota duo attributa ſeu epitheta vnius ſubſtantiuo elata ἀσυνδέτως, quod in Poëtis perrarum eſt.

365. DE PVTRI VISCERA PASSIM] de tota corrupta carne. 1. Æneid. *Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.* Ibi Seruium lege. Nos antea ex eodem.

366. FLORILEGÆ APES] Paulo pòſt vocabit *melliferas.* De apum induſtria, & quibus potiſſimùm floribus inſideant, conſule 4. Georg.

QVÆ MORE PARENT. RVRA COLVNT] Mente voluebat locum Maronis ex 1. Æneid.

Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor, cùm gentis adultos
Educunt fœtus; aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas.

367. OPERIQ. FAVENT] opere delectantur. Et cùm paruula ſit apis, eſt tamen ipſa quoque, vt formica, magni laboris.

IN SPEMQVE LABORANT] in ſpem mellis conficiendi ex præda florea, & rore matutino, quem è floribus hauriunt; & noui examinis propagandi.

368. PRESS. HVM. BELLAT. EQ. CRABRON. ORIGO] Alterum exemplum de crabronibus, ex equino corpore ſub terra deſoſſo ac tabeſcente. De equis fucos, de mulis crabrones naſci, ait *Seruius* in 1. Æneid. Sed cum Ouid. ſentit Plin. lib. 11. cap. 20. cuius verba damus: *In totum verò amiſſas reparari* (apes) *ventribus bubulis recentibus, cum fimo obrutis, Virgil. iuuencorum corpore exanimato, ſicut equorum veſpas atque crabrones ſicut aſinorum ſcarabæos, mutante natura ex aliis quædam in alia.*

BELLATOR EQVVS] Virgil. 2. Georg. *Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert.* Et 3. Æneid. *Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.* Inde equus Marti ſacer, cui, vt gratiſſima hoſtia immolabatur. Scribit & Pauſanias in Laconicis, Tyndareum conuocatis Helenæ procis, ſuper exſecti equi teſtibus iuſiurandum concepiſſe, cuicumque Helena deſponſaretur, armis ſe illius iniuriam, ſi à quoquam nuptiæ illæ violatæ fuiſſent, vindicaturum. Cùm hoc illos ſacramento adegiſſet, equum eo ipſo in loco defodit.

369. CONCAVA LITTOR. SI DEMAS BRACH. CANCRO, &c.] Tertium exemplum, minutiorum animalium, ex corpore quamuis non grandi, ſcorpii ex cancro, chelis deſectis terra obruta. *Littoreo,* quoniam cancri intra ripas habitant, & inde è latibulis ſuis extrahuntur.

371. CAVDAQVE MINABIT. VNCA] Libro 2. vbi de Phaëthonte aurigatore per ſigna cæleſtia diſſeritur:

Hunc

Hunc puer vt nigri madidum ſudore veneni
Vulnera curuata minitantem cuſpide vidit,
Mentis inops, gelida formidine lora remiſit.

Scorpium deſcribit Tertullian. initio Scorpiaci aduerſus Gnoſticos.

372. QVÆ Q. SOL. CAN. FRONN. INTEX. &c.] Ex agreſti tinea, ſeu eruca papilio prodit. Plin. lib. 11. c. 32. Multa antem inſecta & aliter naſcuntur, atq; inprimis ex rore. Inſidet hic raphani ſolio primo vere, & ſpiſſatus ſole, in magnitudinem milij cogitur. Inde oritur vermiculus paruus, & triduo mox eruca: quę adiectis diebus accreſcit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantùm mouetur. Araneoſa hęc eruca, quam chryſalidem appellant. Rupto deinde cortice volat papilio.

374. FERALI CVM PAPILIONE.] Cur feralem nominet, ex Plinij verbis patet, l. 28. c. 10. Papilio quoq; lucernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium eſt iecur caprinnm; ſicut fel veneficijs ex muſtela ruſtica factis.

375. SAM. LIM. HAB. VIRID. GENER. RANAS, &c.] Quàm lepida ranarum expreſſio? nullus pictor penicillo meliùs imitaretur. Libr. 6. de ruſticorum in eas metamorphoſi: vbi & hæc, ad naturam earum pertinentia, multo plura:

———Iuuat eſſe ſub vndis,
Et modò tota caua ſummergere membra palude:
Nunc proferre caput: ſummo modò gurgite nare:
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere: ſæpe
In gelidos reſilire lacus, &c.

379. NEC CATVL. PARTV Q. RENN. VRSA, &c.] Ælian. l. 2. hiſt. animal. c. 19. Plin. lib. 8. c. 36. Pariunt triceſimo die, plurimùm quinos. Hi ſunt candida informiſque caro, paulo muribus maior, ſine oculis, ſine pilo: vngues tantùm prominent: hanc lambendo paulatim figurant. Nec quicquam rarius, quàm parientem videre vrſam. Plutarch. de amore parent. tom. II. Idem tradit Solin. c. 39. Oppian. 3. Cyneget. Ariſtot. 6. hiſt. animal. cap. 30. & quis non tandem ex vetuſtioribus? Tamen falſiſſimum eſſe, eruditus quidam vir contendit. Se enim in vtero grauidæ vrſæ, à venatoribus captæ, & exenteratæ, omnibus ſuis membris diſtinctos catulos, ac natos vidiſſe. Fabulæ cauſſam prębere catulorum ortum, craſſiſſimis ſecundinis obuolutorum, quas non niſi diu lambendo mater reuellere poteſt. Sic videlicet contecti, informis carnis ſpeciem monſtrant. Ex falſa hiſtoria iſta extitit mos loquendi de diligenti emendatione ſcriptionum, *lambere fœtum ſuum*, quem fertur de carminibus ſuis vſurpare ſolitus Virgilius. Sic cycnæa cantio, de vltimis alicuius ſapienter dictis, aut ſcriptis; cùm tamen cycni nunquam, ne ſub mortem quidem cantent.

382. QVOS CERA TEGIT SEXANG. FOET. MELLIF. AP. &c.] De apibus, quæ in aluearì naſcuntur, ſermo eſt: ſuprà de ijs, quæ ex corpore bouis ſub

A terra putreſcentis exoriebantur. Vtrùm autem ibi eodem modo, quo hîc naſcantur, primùm vt exiſtat vermiculus ſine pedibus. vnde apes dicuntur: deinde pedes & alas, & inſecti formam acquirant alij viderint. Sine concubitu eas generare, docet Virgil. 4. Georg.

Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſoluunt, aut fœtus nixibus edunt:
Verùm ipſæ natos folijs & ſuauibus herbis
Ore legunt.

383. MELLIFERARVM APIVM] Antea dicebat florilegas. Vtrumq; vno verſu complexus eſt Virg. nempe hoc: *Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.*

385. IVNON. VOLVCR. Q. CAVD. SID. PORT. &c.] Claud. 1. de Raptu: *Non talis volucer pandit Iunonius alas.* Panonem Iunonis, aquilam Iouis, columbas Veneris aues, & omne demum genus auium è vi-

B tello naſci certum eſt, non ex illo albo & viſcoſo liquore, qui vitellum circumfundit, albumen appellant. Lib. 1. de cæde Argi centoculi:

Excipit hos, volucriſq; ſua Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.

Sidera igitur portat, id eſt, quaſi gemmas ſtellantes. Ipſum adhuc viuum, propter oculos ſideribus comparari ſolitos, *ſtellatum* nominauit l. 1. Iunoni conſecratum panonem, ex Athenæo tradit Pierius lib. 24. quòd huiuſmodi aues in Samo inſula priùs repertæ fuerint, indéque ad gentes alias delatæ: ſacra enim apud veteres fuit Iunoni Samos, & in Samiorum pecunia impreſſus pano. Belliſſimè autem hanc depingit Tertullian. de Pallio.

386. ARMIGER. IOVIS] Sic & Virgilius 12. libro autem 1. *Iouis alitem. Miniſtrum fulminis* Horat. ode 4. lib. 4. Cur armiger Iouis, Plinius libro 10. cap. 13. cauſſam hanc prodit: *Negant hanc alitem ſolam fulmine vnquam exanimatam fuiſſe, vnde armigerum Io-*

C *uis conſuetudo iudicauit.* Regnum ei in aues commiſſum, ibid. ait Horat. quòd eius fidem in raptu Ganymedis expertus eſſet. Cauſſas quidam alias & naturales adducunt: quia celerrimè volat: & quia ſolem irretortis oculis intuetur.

CYTHERAIOASQ. COLVMBAS] Veneri dicatæ columbæ. Idcò de Ænea Virgil. 6. *Maternas agnoſcit aues.*

387. MENIIS A PARTIB. OVI] vitelli periphraſis. De auibus, quarum partus non viui fœtus, ſed oua, vnde poſtmodum fotu & incubatu pullos excludunt, pulchrè Ennius: *Oua parire ſolet genu' pennis condecoratum.* Ouipara ſunt animalia, ſicut reliqua viuipara.

389. SVNT QVI CVM CLAVSO PVTREF. E. SPIN. SEP. &c.] Hoc Plin. l. 10. cap. 66. his verbis: *Anguem ex medulla hominis ſpina gigni accepimus à multis. Pleraque enim occulta & cæca origine proueniunt, etiam in quadrupedum genere.*

De palingeneſia phœnicis. De Hyæna, quæ mutat ſexum. De chamæleonte, lyncurio lapide, corallio.

X.

HÆc tamen ex alijs generis primordia ducunt;
Vna eſt, quæ reparet, ſéque ipſa reſeminet ales;
Aſſyrij Phœnica vocant: nec fruge, nec herbis
Sed thuris lacrymis, & ſucco viuit amomi.
Hæc vbi quinque ſuæ compleuit ſæcula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulæque cacumine palmæ,
Vnguibus, & duro nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias, & nardi lenis ariſtas,
Quaſſáque cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha,
Se ſuper imponit, finitque in odoribus æuum.
Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum phœnica renaſci.
Cùm dedit huic ætas vires, onerique ferendo eſt,
Ponderibus, vidi, ramos leuat arboris altæ;
Fértque pius cunáſque ſuas, patriúmque ſepulchrum:
Pérque leues auras Hyperionis vrbe potitus,
Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit.
Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis,
Alternare vices, & quæ modò fœmina tergo
Paſſa marem eſt, nunc eſſe marem miremur Hyænam.
Id quoque quod ventis animal nutritur & aura,
Protinus aſſimulat, tetigit quoſcunque colores.
Victa racemifero lyncas dedit India Baccho:
E quibus, vt memorant, quidquid veſica remiſit,
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.
Sic & coralium, quo primùm contigit auras
Tempore, dureſcit; mollis fuit herba ſub vndis.

391. HÆC TAM. EX AL. GEN. PRIMORD.] Ex his quæ hactenus de auium generatione diſputata ſunt, vides illas ſui primordium ex alijs ducere, ex ouis nimirum, quæ parentes ipſarum poſuerunt, indeque pullos creauerunt. De phœnice mirabilius quiddam proditum eſt literis.

392. VNA EST QVÆ REP. SESEQ. RESEM. ALES, &c.] 2. Amor. eleg. 6. *Et viuax phœnix vnica ſemper auis.* Hunc verſum credo cogitaſſe Tertullianum, cùm ſcriberet lib. de reſurrect. carnis hæc verba: *Si parum vniuerſitas reſurrectionem figurat; ſi nihil tale conditio ſignat, quia ſingula eius non tam mori, quàm deſinere dicuntur; accipe pleniſſimum & firmiſſimum huius ſpei ſpecimen. Siquidem animalis eſt res, & vitæ obnoxia & morti: illum dico alitem Orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum: qui ſemetipſum libenter funerans renouat, natali fine decedens, atque ſuccedens iterum Phœnix.* De victu, ætate, morte, item ſecundo ortu, ſiue, vt ita dicam, renaſcentia, & inſtauratione natalis (tot enim modis reddi queat vox græca παλιγγενεσία) pietate, ſeu gratitudine phœnicis, agit fuſiùs. Adi Plin. l. 10. c. 2. Herodot. l. 2. Solin. c. 36. Tacit. Annal. l. 5. Ælian. l. 5. c. 58. Glycam 1. part. Annal. Horapollinem l. 1. c. 34. & 35. vt alios omittam de veteribus. Ex recentioribus Iſidorum l. 12. Albertum, Volater. Geſnerū, Pierium, Aldrouandum, &c. Extant de eadem aui nō inuenuſta duo poëmatia, quorum alterum ad Lactantium refertur, alterum eſt Claudiani. Nec modò eſt vna illa auis in orbe terrarum, ſed etiam vnica. Hinc adagium Φοίνικος σπανιώτερος, *phœnice rarior.* Lactantius:

Hoc nemus, hos lucos auis incolit vnica phœnix,
Vnica: ſed viuit morte refecta ſua.

Claudianus:

Hic neque concepto fœtu, nec ſemine ſurgit,
Sed pater eſt, proleſq́; ſui, nulloq́; creante
Emeritos artus fœcunda morte reformat.

Sym-

Symposij ænigma de phœnice libet adſcribere:

Vita mihi mors eſt, morior ſi cœpero naſci.
Sed prius eſt fatum lethi, quàm lucis origo,
Et ſolos manes ipſos mihi dico parentes.

Eſt etiam in prouerbijs, Phœnicis inſtar reuiuiſcere, de eo, qui morbis, curis, aliterúe maciatus, ad ſe redit, vireíque recuperat. Vide Iunium. Et virtute ac literis ſuprà omnes excellentes, ideoq́; rariſſimos, ſolemus phœnices appellare. Tertullianus, vt ſuprà obſeruaſti, Epiphanius, Ambroſius, ab hoc exemplo animorum immortalitatem, corporumq́ue noſtrorum in vitam reſtitutionem aſtruunt.

393. NEC FRVGE, NEC HERB. SED TVR. LACR. &c.] De eius alimonia aliter Claudianus:

Non epulis ſaturare famem, non fontibus vllis
Aſſuetus prohibere ſitim: ſed purior illum
Solis feruor alit, ventoſaq́; pabula libat,
Tethyos innocui carpens alimenta vaporis.

395. HÆC VBI QVINQ. S. COMPL. SÆCVLA VITÆ] Nomine ſæculi Ouidius comprehendit centum annos. Viueret igitur phœnix annos quingentos. Vnde Claudian. *Par volucer ſuperis, ſtellas qui viuidus æquat Durando.* Mille annos ei tribuit. *Namque vbi mille vias longinqua retorſerit æſtas,* &c.

396. ILICIS IN RAMIS, TREMVL. &c.] De nido, quem ſibi in ilice aut palma conſtruit, & quas res odoriferas eò congerat, vt ita exardeſcente materia in medijs odorum ſuauitatibus moriatur. Nihil Ouid. de igne & cinere, vnde reſurgat, & quaſi ex putreſcente materia nouus exiſtat. Clarè tamen Claudianus:

Arentes tepidis de collibus eligit herbas,
Et tumulum texens pretioſa fronde Sabæum,
Componit buſtumq́; ſibi, partumq́; futurum.
Hic ſedet, & ſolem blando clangore ſalutat
Debilior, miſcetq́; preces, & ſupplice cantu
Præſtatura nouas vires incendia poſcit.

401. INDE FERVNT TOTID. &c. CORP. DE PATRIO] Duobus carminibus geneſin nouam huius auis complectitur, quam pluribus explicat Claudianus:

Parturiente rogo curis natura laborat
Aeternam ne perdat auem, flammaſq́; fideles
Admonet, vt rerum decus immortale remittant.
Continuò diſperſa vigor per membra volutus
Aeſtuat, & venis rediuiuus ſanguis inundat.
Victuri cineres, nullo cogente moueri
Incipiunt, plumaq́; rudem veſtire fauillam.
Qui fuerat genitor, natus nunc proſilit idem,
Succeditq́; nouus. gemina confinia vitæ
Exiguo medius diſcrimine ſeparat ignis.

403. CVM DEDIT HVIC ÆTAS VIRES, &c.] cū paulùm creuit noua volucris, habetq́; iam viriculas, cunas ſuas, & nidum, ac ſepulchrum patrium per aërem volitans ad vrbem Solis defert, vbi ante eius templum deponit. Hoc oppidum in Ægypto fuit, de quo Plinius lib. 5. c. 9. *Vnum præterea intus, & Arabiæ conterminum, claritatis magnæ, Solis oppidum.* Eleganter & feſtiuè rem tractat Claudianus, cui auſcultemus licet:

Clara per Aegyptum, placidis notiſſima ſacris

A *Vrbs Titana colit, centumq́; immane columnis*
Innititur templum, Thebano monte reuulſis.
Illic (vt perhibent) patriam de more reponit
Congeriem, vultumq́; Dei veneratus herilem,
Iam flammæ commendat onus: iam ſuſtinet aris
Semina, relliquiaſq́; ſui. Myrrhata relucent
Limina, diuino ſpirant altaria fumo:
Et Peluſiacas productus ad vſque paludes
Peruenit Indus odor penitus, completq́; ſalubri
Tempeſtate viros, & nectare dulcior aura
Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat.

ONERIQ. FERENDO EST] Tale hoc, quale illud, Non eſt ſoluendo. Cic. pro Flacco: *Illud quæro ſunt iſta prædia cenſui cenſendi?*

B 408. SI TAM. EST ALIQ. MIRÆ NOVIT. &c.] Si quid iſta iam dicta nouitatis & admirationis habent, non minùs noua & admiranda ſunt quæ ſequuntur.

409. ALTER. VICES ET Q. M. FÆM. &c.] Hyæna alternis annis ſexum mutat. De hac fera Plin. l. 8. c. 30. Hyænis vtramq; eſſe naturam, & alternis annis mares, alternis fœminas fieri, patere ſine mare, vulgus credit, Ariſtoteles negat. Collum & iuba continuitate ſpinę porrigitur, flectíque niſi circumactu totius corporis nequit. Multa præterea mira traduntur. Sed maximè, ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimulare, nomenq́ue alicuius addiſcere, quem euocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad ſollicitandos canes, quos inuadat, &c.

C 411. ID QVOQ. QVOD VENT. AN. NVT. ET AVRA, &c.] Chamæleon tantùm aura, ſiue aëre hauriendo alitur, & quidquid tetigerit, eius colorem mox refert, præter album & rubrum. Prouerb. *Chamæleonte mutabilior.* Plin. l. 8. cap. 33. Ipſe celſus hianti ſemper ore, ſolus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento; circa caprificos ferus, innoxius alioquin. Et coloris natura immutabilior: mutat namque eum ſubinde & oculis, & cauda, & toto corpore, redditq́ue ſæpe quemcunque proximè attingit, præter rubrum candidumque. Omiſi quæ antecedunt & ſequuntur in deſcriptione hac, quæ tu leges. Deſcribit eum egregiè & Tertullian. de Pallio p. 590. & ſeq. edit. B. Rhenani. Chamæleon pellicula viuit, capitulum ſtatim

D à dorſo, &c. Plutarchus libello de diſcrimine adulatoris & amici, albi duntaxat meminit, & adulatorem chamæleonti ſimilem dicit. Nam vt ille colorum omnium ſimilitudinem exprimit, præterquam albi: ſic aſſentator, cùm ſe ſimilem præſtare non poſſit, in his quę digna ſunt ſtudio, turpia quęque imitatur, quantum poteſt. Vide emblema Alciati 53. & Pierium lib. 27. cuius teſtimonio vix palmum excedit, cùm Plinius ei portentoſam magnitudinem adſcribat, & crocodilo parem teſtetur.

413. VICTA RACEMIF. LYNCAS, &c.] Ex India Bacchus victor lyncas adduxit, quorum vrina in lapidem, ſeu gemmam dureſcit, cui nomen lyncurius.

416. SIC ET CORALIVM QVO PRIM.] Corallium ſub aquis herba eſt, extra aquas lapis fit.

De conuerſionibus regnorum, & vrbium. Exempla ſunt Troia, Sparta, Mycenæ, Thebæ, Athenæ, Roma item, quam ab exiguis profectam initijs, Helenus vates orbis reginam fore prædixerit. Vaticinium eius illuſtriſſimum. De apotheoſi Auguſti aliquid aſpergitur.

XI. *DESINET antè dies, & in alto Phœbus anhelos *Deſenet
Æquore tinget equos, quàm conſequar omnia dictis
In ſpecies tranſlata nouas: ſic omnia verti
Cernimus, atque alias aſſumere robora gentes,
Concidere has: ſic magna fuit cenſúque viriſque,
Pérque decem potuit tantum dare ſanguinis annos;
Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas,
Et pro diuitijs tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ;
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile ſolum Sparte eſt; altæ cecidere Mycenæ:
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtant, niſi nomen Athenæ?
Nunc quoque Dardaniam fama eſt conſurgere Romam:
Appenninigenæ quæ proxima Tibridis vndis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſcendo mutat; & olim
Immenſi caput orbis erit: ſic dicere vates,
* *Faticináſque ferunt ſortes: quantúmque recordor,* *Fatidicaſque
Dixerat Æneæ cùm res Troiana labaret,* *petiret.
Priamides Helenus flenti, dubióque ſalutis:
Nate dea, ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mentis habes, non tota cadet te ſoſpite Troia.
Flamma tibi ferrúmque dabunt iter: ibis, & vnà
Pergama rapta feres; donec Troiæque tibique
Externum patrio contingat amicius aruum.
Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
Quanta nec eſt, nec erit, nec viſa prioribus annis.
Hanc alij proceres per ſæcula longa potentem,
Sed dominam rerum de ſanguine natus Iüli
Efficiet: quo cùm tellus erit vſa, fruentur
Ætheriæ ſedes, cælúmque erit exitus illi.
Hæc Helenum cecinisse penatigero Æneæ
Mente memor refero, cognatáque mœnia lætor
Creſcere: & vtiliter Phrygibus viciſſe Pelaſgos.

418. DESINAT ANTE DIES &c.] Virgil. 1. Æneid. *Antè diem clauſo componet veſper olympo.* Plaut. Captiu. *Diem nox citiùs adimat.* Cicero pro Cælio: *Dies me deficiet, ſi, quæ dici in eam ſententiam poſſunt, coner exprimere.* Diem ait Poëta ſibi non ſuffecturum narrandis omnium rerum mutationibus.

IN ALTO PHOEB. ANHEL. TING. EQVOS] Lib. 7. *Ter iuga Phœbus equûm in Ibero flumine merſis Dempſerat.* Silius lib. 1.

Atque vbi feſſos equos Titan immerſit anhelos,
Flammiferum condunt fumanti gurgite currum.

420. SIC OMNIA VERTI CERNIMVS] nulla re excepta, ne cælis quidem, qui aſſiduò voluuntur & conuerſantur. Nihil permanere ſub ſole, ait Eccleſiaſtes, ſubaudi in eodem ſtatu continenter.

421. ATQVE ALIAS ASSVM. ROBORA GENTES, &c.] Populi, gentes, vrbes, aliæ viribus, opibus, multitudine per tempus creſcunt & amplificantur: aliæ his omnibus minuuntur. Teſtantur vtrumque hiſtoriarum monumenta.

422. SIC MAGNA FVIT CENSVQ. VIRISQ. &c.] Ab illuſtriore & celebratiore exemplo, quàm à Troia, & Troianis initium ſumere non potuit. Dido 1. Æneid.

Quis genus Aeneadûm, quis Troia neſciat vrbem,
Virtuteſq́ue, viroſq́ue, & tanti incendia belli?

Et Æneas libr. 2. *O patria, ô diuûm domus Ilium, & inclyta bello Mœnia Dardanidûm.* Cenſus eſt facultatum bonorumque æſtimatio, ſecundùm quam vectigal, ſiue tributum ſoluitur. Inde cenſum agere, inſtituere, in cenſum deferre, cenſum perſoluere. Generatim fortunæ, opes pecuniæ, diuitiæ. Homo tenui cenſu, pauperior. Sine cenſu, egens, inops. Amor. 3. eleg. 7. *Ecce recens* diues *parto per vulnera cenſu Præfertur nobis.* Et 1. Faſt.

In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores,
Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.

423. PERQVE DECEM POTVIT T. DARE SANG. ANN.] Virgil 2.

Talibus inſidijs, periuriq́ue arte Sinonis
Credita res: captiq́ue dolis, lacrymiſq́ue coacti,
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Conuenit loco huic qui eſt póſitus in eodem libro verſiculus: *Dardanium toties ſudarit ſanguine litus?* Tantum ſanguinis dediſſe dicit, propter tot centena hominum millia vtrimque trucidata, de quo nos alibi. Vnde non ineptè Catullus Troiam commune ſepulchrum Europæ Aſiæque vocauit, virorumq́ue & virtutum omnium acerbam cinerem. Addo epigramma Iulij Scaligeri ex eius Vrbibus:

Bis vetus euerſum eſt Argiuis Ilion armis:
Bis noua victores Græcia luget auos:
Maxima Troianos retulit cùm Roma nepotes:
Atq́ue iterum imperium cùm modò Turcus habet.

426. CLARA FVIT SPARTA] Præter Troiam nominat inſuper exempli cauſſa quatuor vrbes inclytas, Spartam, ſiue Lacedæmonem, Mycenas, Athenas, Thebas: ac deinde ſingulatim calamitates per diſtributionem declarat. Spartam Horatius ode 7. libro 1. *patientem* dixit, propter ſeueram Lycurgi diſciplinam. Æmilius Probus in Alcibiade. Eundem prædicant apud Lacedæmonios (quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur) ſic duritiæ ſe dediſſe, vt parſimonia victus atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret: Ex Homeri interprete annotat Lamb. agrum Lacedæmonium Lacedæmona appellari: Spartam vrbem: nonnullos autem eſſe, qui ipſius vrbis partem Lacedæmona, partem Sparten nominent. Iſocrates oratione ad Philippum eaſdem quatuor ciuitates, vt totius Græciæ principes nominat; quibus inter ſe reconciliatis, facilè cæteras quoque in concordiam reductum iri exiſtimat.

MAGNÆ VIGVERE MYCENÆ] Virgilius 2. Æneid. *Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.* Quamquam ibi Mycenarum nomine Græciam συνεκδοχικῶς intellectam vult: quod non feciſſet, niſi reuera ampliſſima vrbs fuiſſet. *Fortes* præterea & *claras* nuncupat. Item *Agamemnonias* quòd ibi regia Agamemnonis fuerit, vt Argis: niſi pro ipſis Argis, quod non inſolitum eſt poëtis, dicantur. Horatio ſunt *dites*, vt Sophocli πολυχρύσοι in Electra.

427. NEC NON ET CECROPIS ARCES] 1. Æneid. *Vt terram, viq́ue noua pateant Carthaginis arces.* A Cecrope primo rege, qui vrbem inſtaurauit, Athenas, inquam, Cecropias dicit. Catullus ſimpliciter *Cecropiam*, de nupt. *Quam talia Cretam Funera Cecropia nec funera portarentur.* *Dictas à Pallade terras* Ouidius libro 2. & *Palladias arces* libro 7. Ἀθήνη enim Græcis eſt, quæ nobis Pallas, ſeu Minerua. *Intactæ Palladis vrbem*, Horatius ode 7. lib. 1.

Sunt quibus vnum opus eſt intactæ Palladis vrbem
Carmine perpetuo celebrare, &
Vndique decerpta frondi præponere oliuam.

Significat fuiſſe, qui Athenas ex inſtituto laudarent totis poëmatis. Et verè omni laude digna ciuitas fuit, ac iure Græciæ oculus, & Ἑλλὰς τῆς Ἑλλάδος. Doctrinarum omnium inuentrices M. Tullio 1. de Orat.

AMPHIONIS ARCES] Horatius ad Piſones: *Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa mouere ſono teſtudinis.* Commentum poëticum, ſaxa ad ſonitum eius lyræ ita coijſſe, vt inde mœnia Thebarum exſtiterent, μυθολογικῶς monet, orationis ſuauitate & blanditijs agreſtes ac duras hominum mentes eum emolliuiſſe, atque ad condendas vrbes & leges, omnemq́ue ciuilis vitæ cultum humanitatemq́ue traduxiſſe: quod & Horatius eodem loco retulit, quaſi fabulam interpretatus.

428. VILE SOLVM SPARTA EST] Dicit has vrbes quondam nobiles & præclaras fuiſſe, hodie præter ruinas, & nudum nomen nihil earum ſupereſſe.

ALTÆ CECIDERE MYCENÆ] *alta* propter ædificiorum celſitatem; aut famam & gloriam; ſicut *altæ mœnia Romæ* 1. Æneid. Et initio 3. *Ceciditq́ue ſuperbum Ilium.*

429. OEDIPODIONIÆ] à rege Oedipo, qui neſcius matrem vxorem habuit. Reprehendit hoc epitheton Ioſeph. Scalig. Commentar. in Manil. pag. 40.

430. PANDIONIAE ATHENAE] vbi Pandion regnauit, Prognes & Philomelæ pater, de quo libro 6. In Catalectis Maronianis legi non inſcitum epigramma de interitu iſtarum vrbium, Athe-

Athenarum puta, & Mycenarum. Tu eadem cogitabis de Sparta, Thebis, & ſimilibus. *Quiſquis Cecropias hoſpes cognoſcis Athenas*, &c. Et planè poſſunt hæ, quodam tempore, florentiſſimæ vrbes, vel potuerunt potiùs illis annis, quibus hæc commentabatur Ouidius, *oppidorum cadauera* vocari, ſicut Ægina, Megara, Piræeus, Corinthus: de quibus in illa pulcherrima conſolatoria ad M. Tullium Seruius Sulpitius iuriſconſultorum eloquentiſſ. & eloquentium iuriſconſultiſſimus libr. 4. ep. 5. Nam hodie ne cadauera quidem, ſed loca tantummodo & nomina ſunt.

431. NVNC QVOQ. DARDAN. &c.] apud Virgilium 1. Æneid.

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtendant: illic fas regna reſurgere Troiæ.

Exiſtimo huius loci in mentem veniſſe Ouidio. Redit longo interuallo ad hiſtoriam Romanam, vnde librum inchoarat, & ad vrbis exordia: atque etiam eius exemplo docet, omnia eſſe incerta & inconſtantia, & in volubilitate quadam perpetua. *Dardaniam* nominat propter eius conditores, & populum, à Dardanidis, hoc eſt, Troianis oriundum; quomodo & *Aeneadas* Romanos Maro libr. 8. *Dardanidæ in ferrum pro libertate ruebant.* Et Auguſtin. Ciuitate libro 1. cap. 4. Troiam populi Romani matrem. Condi cœpta eſt Roma ab euerſa Troia annis 432. ante Chriſtum natum 750. Aprilis die 21. quo die Palilia agebantur. Coocertationem Romuli & Remi ſuper nomine vrbi imponendo (vterque enim à ſe indigetari cupiebat, ille Romam, hic Remam, ſiue Remuriam) & de augurio ab iiſdem captato Liuius libr. 1. *Curantes magna cum cura, concupientes*, &c. Quæ carmina ex Ennio proferuntur 1. de Diuinat. à M. Tullio. Vnde nomen vrbi Romanæ impoſitum, quærit Plutarchus initio Romuli, diuerſaſque opiniones recenſet.

452. APENNINIGENÆ QVA PROXIM. TIBR. VNDIS] quam alluit Tiberis, in monte Apennino oriens.

453. MOLE SVB ING. RERVM FVND.] quæ ingenti mole rerum magnarum fundamenta iacit. Quæ vrbem rerum dominam futuram, vt mox dicet, molitur.

454. HÆC IGITVR FORM. CRESCEND. MVTAT] Dum augetur ædificiis, & noua ſobole, & aliis rebus, in ipſo incremento ſuo mutatur.

ET OLIM IMMENS. CAP. ORBIS ERIT] Romulus poſt exceſſum ſuum cælo delapſus, vt eſt apud Liuium, Proculo Iulio, Abi, inquit, nuntia Romanis, cæleſtes ita velle, vt mea Roma caput orbis terrarum ſit. Noſter Faſt. 2.

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo:
Romanæ caput eſt vrbis & orbis idem.

455. SIC DICERE VATES FATICIN. &c.] De oraculis, & potiſſimùm de Sibyllarum vaticiniis hæc capere poſſumus, quibus Romanæ vrbis potentiam maieſtatemque tanto antè prænuntiarint.

456. QVANTVMQ. RECORDOR] Appoſitè ad dogma & deliramentum ſuum, *quantum recordor*. Affirmabat enim, ſe Troianis temporibus Euphorbum fuiſſe. Fingit igitur huius prædictionis (Heleni, inquam, Priami filii, eiuſdemque vatis) rumorem etiam ad aures ſuas perueniſſe. Prædixit autem hæc Æneæ ſub occaſum Troiæ.

A 437 CVM RES TROIANA LABARET] *cùm iam diffideret armis* Priamus, vt eſt 3. Æneid. Nomen *res* ponitur in iis, quæ ad commune, ſeu ad totam rempublicam, ſiue ad imperium ſpectant. Sic Ennius: *Moribus antiquis res ſtat Romana viriſq.* Ponitur item in poſſeſſionibus priuatis. Plaut. Sticho: *Vt cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt. Si res labat, itidem amici collabaſcunt.* Ægram & labantem rempublicam ſanare & confirmare, Ciceronis eſt pro Milone.

438. FLENTI DVBIOQVE SALVTIS] fuit enim patriæ amantiſſimus, cuius interitum videbat imminere: & in communi pernicie ſuam quoque incluſam cernebat. 3. Triſt. eleg. 3. *Dumq. ego ſum vita dubius.* Et principio eiuſdem: *Incertuſq. meæ penè ſalutis eram*, quod idem eſt.

B 439. NATE DEA, SI NOTA SATIS PRÆSAGIA NOSTRÆ, &c.] Perſonam vatis Heleni Pythagoras aſſumit. Sic compellat & 3. Æneid. multa ei futura prædicturus, & præceptis eum inſtructurus. Senſus verborum eſt; ſi noſti, me futurorum habere ſcientiam: ſi noſti me fatidicum eſſe, crede mihi, &c.

440. NON TOTA CADET TE SOSPITE TROIA] cadet quidem, & omnis humo fumabit Troia, peribuntque ciues hoſtium gladiis, & incendiis: tu tamen ſuperſtes eris, & flammam inter & enſes illæſus abibis. Ilium in Italiam portabis, & deos Latio inferes, vbi tibi comitibuſque tuis ſedes quietas fata pararunt. Confer cum hoc loco illum Creuſæ in extremo ſecundo Æneid. vbi C ſimiliter illi, vt marito, euentura nuntiat:

Ad terram Heſperiam venies, vbi Lydius arua
Inter opima virûm leni fluit agmine Tibris.
Illic res læta, regnumq. & regia coniux
Parta tibi, &c.

444. VRBEM ETIAM CERNO PHRYGIOS DEBEN. NEP.] Præuidere ſe autumat vrbem, quam reliquiæ Troianorum, fatis ita cogentibus, conditure ſint, puta in Italia, ſeu in Latio, quæ pars quædam eſt Italiæ.

445. QVANTA NEC EST, NEC ERIT, NEC VISA PRIORIBVS ANNIS] Omnium ſcilicet vrbium quæ ſunt, fuerunt, & erunt rebus omnibus præſtantiſſimam, & maximam. *Princeps vrbium* Horatio libro 4. ode 3. Quid ego multa hîc congeram de Romæ laudibus? Meliorem D copioſioremque Commentarium in hunc verſiculum libris Lipſianis de Magnitudine vrbis Romæ, ſiue Admirandorum nuli quærere. Auſonius: *Prima vrbes inter diuûm domus, aurea Roma.* De eius incremento & laudibus Claudian. quoque Panegyr. 3. in Stiliconem:

Hæc eſt exiguis quæ finibus orta tetendit
In geminos axes, paruaq. à ſede profecta
Diſperſit cum ſole manus, &c.

Tria tempora concludit Ouid. hoc verſu, præſens, præteritum & futurum, id eſt, vniuerſitatem temporis, quam Catullus hunc in modum efferre gaudet:

Non horum modò: ſed quot aut fuerunt,
Aut ſunt, aut aliis erunt in annis.

446. HANC ALII PROCERES PER SÆCVL. &c.] Primùm quidem ipſi reges ſeptem, deinde Bruti,

Ca-

Camilli, Scipiones, Fabij, Marcelli, Pompeij, Iulij, A qui tot gentes debellarunt, hi, inquam, paulatim, virtute duce, comite fortuna potentem Romam reddiderunt.

447. SED DOMIN RERVM DE SANG. NATVS IVLI] Aug. Cæſar adoptione Iulij, natura Attiæ, filiæ Iuliæ, ſororis Iulij, & Octauij filius, mundi dominam faciet, ſubactis tot gentibus, tot ſecundis prœlijs, de quibus lege Sueton. qui te etiam docebit, quo pacto Romam exornauerit. Eius victorias item, & domitas ab eo gentes memorat in clypeo Æneæ à Vulcáno expreſſas lib. 8. Virg. Homini de ſe poſtmodum tam malè merituro, en vt caput demulcet Ouidius: vt etiam lib. 1. *Nec tibi grata minus*, Atque hoc eſt quod ait 2. Triſt. qui liber totus eſt ad Auguſt compoſitus:

Inſpice maius opus, quod adhuc ſine fine reliqui, B
In non credendos corpora verſa modos.
Inuenies veſtri præconia nominis illic.

448. QVO CVM TELLVS ERIT VSA] vſa eſt eo imperante annis LVI. ſi annos triumuiratus annumeres 10. aut 12. Notantur hoc participio principes minimè otioſi, & prouincialium ſuorum vſibus expoſiti. Sunt enim quandoque, qui ſe magis ſomno, poculis, luſibus, ſcortis vtendos præbent.

449. FRVENTVR ÆTHEREÆ SEDES] 1. Georg. *Tuq; adeò, quem mox quæ ſint habitura deorum Concilia, incertum eſt.* Et in extremo lib. *Iam pridem nobis cæli te regia Cæſar, Inuidet.* Horat. ode 2. lib. 1. *Serus in cælum redeas.* Boni enim, & amantes Reipub. bonorumq; omnium Principes, quaſi diuino quodam munere hominibus conceſſi, ac de cælo delapſi, eòdem redire, cæloque deberi videntur.

450. PENATIGERO ÆNEÆ] 1. Æneid. de ipſo potiſſimùm Iuno:

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victoſq; penates.

Et ipſe de ſe:

Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus.

Hos illi Hector per quietem viſus commendat lib. 2.

Sacra, ſuoſq; tibi commendat Troia penates:
Hos cape fatorum comites; his mœnia quære.

451. COGNATAQ. MOENIA LÆTOR CRESCERE] *cognata* propter Romanos Troianorum poſteros ac nepotes. Æneid. 1.

Multa quoque & bello paſſus, dum conderet vrbem,
B *Inferretq; deos Latio, genus vnde Latinum,*
Albaniq; patres, atque altæ mœnia Romæ.

452. ET VTILITER PHRYGIB. VICISSE PALASG.] Dicit ſe lætari, quòd Græci Troianos vicerint: victis enim id magno bono fuit. Eſt igitur, cùm calamitatem accepiſſe fœlicitatis ſit initium. Et leguntur, qui niſi in calamitatem decidiſſent, ad dignitates & opes nunquam aſcendiſſent. Inſigne exemplum eſt Themiſtocles, cùm ab Athenienſibus relegatus, ad regem Perſarum ſe contulit, & ab eo tribus magnis copioſiſque vrbibus donatus fuit. Ioſephus Iacobi Patriarchæ filius vtiliter ſibi à fratribus odio habitus, & in Ægyptum venditus eſt. Vtiliter à domina impudica de appellatione accuſatus eſt. Inde ſiquidem quaſi pater Pharaonis, & totius Ægypti dominus euaſit.

Summa longæ diſputationis, cælum & terras, & quæcunque ſub cælo, & in terris ſunt, mutari. Cur beſtiæ non occidendæ. σαρκοφαγίαν rurſus deteſtatur, miſerans animantes. Earum cædem eſſe crudelitatis in homines præludium. Sinenda prodeſſe, quæ proſunt: perdenda quæ obſunt, non tamen in cibum abſumenda.

NE tamen oblitis ad metam currere, longè XII.
Exſpatiemur equis, cælum, & quodcunque ſub illo eſt,
Immutat formas, tellúſque, & quidquid in illa eſt.
Nos quoque pars mundi (quoniam non corpora ſolùm,
Verùm etiam volucres animæ ſumus, inque ferinas
Poſſumus ire domos, pecudúmque in pectora condi)
Corpora, quæ poſſunt animas habuiſſe parentum,
Aut fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
Aut hominum certè, tuta eſſe & honeſta ſinamus.
Néve Thyeſtæis cumulemus viſcera menſis.
Quàm malè conſueſcit, quàm ſe parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura cultro

Rum-

Rumpit,& immotas præbet mugitibus aures?
Aut qui vagitus ſimiles puerilibus hœdum
*Edentem iugulare poteſt;aut alite veſci,**
Cui dedit ipſe cibos. Quantum eſt quod deſit in iſtis
Ad plenum facinus?quia tranſitus inde paratur.
Bos aret, aut mortem ſenioribus imputet annis:* *a
Horriferum contra Borean ouis arma miniſtret:
Vbera dent ſaturæ manibus preſſanda capellæ.
Retia cum pedicis,laqueóſque,artéſque doloſas
Tollite,ne volucres viſcata fallite virga:
Nec formidatis ceruos includite pennis:
Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.
Perdite ſi qua nocent;verùm hæc quoque perdite tantùm:
*Ora vacent epulis,alimentáque * congrua carpant.* *mitia

453. NE TAM. OBLIT. &c. EX SPAT. IAM. EQVIS] Metaphora ab aurigis & equitibus, ſeu allegoria potiùs. Sententia eſt, ne nimiùm orationem producamus in iſta diſſertatione de rerum viciſſitudine, ac metamorphoſibus, quaſi finis aliquando faciendi immemores. Eadem figura ſermonis ſecundum Georg. terminat Virg. *Et iam tempus equûm ſpumantia ſoluere colla.* Faſt. 2. *Inq; ſuo noſter puluere currat equus.*

454. CÆLVM, ET QVOD. SVB ILLO EST IMMVT. &c.] Et explicatas, & explicandas mutationes hoc & ſequenti verſu concludit.

456. NOS QVOQ. PARS MVNDI] Cùm ſimus igitur pars mundi, & ſanè nobiliſſima, conſtemuſque B non corpore tantùm, verùm etiam anima, qua nihil eſt ſubtilius & velocius; & ſecundùm quam in corpora animalium migramus, ibique latemus, par eſt illis non nocere, ne, quod impietate non caret, domicilijs ſuis aut parentum, aut fratrum, aut propinquorum, aut neceſſitudine aliqua nobis coniunctorum, aut denique hominis cuiuſcumque, id eſt, naturæ conſortis, animas expellere voluiſſe iudicemur. Quis hæc delitia refutanda niſi delirus putet? Non ſolùm pars mundi humanum genus, verumetiam vnuſquiſque homo paruus mundus, μικρόκοσμος, quod toties & ſcriptis & dictis iactatum eſt.

461. ET HONESTA] Mirè enim deturpantur & fœdantur animalia, cùm vinciuntur, percutiuntur, iugulantur, exenterantur, pellibus exuuntur, in C fruſta conciduntur.

462. NEV THYESTÆIS CVMVL. V. MENSIS] hypallage. pro, ne cumulemus Thyeſtæas menſas viſceribus. Id eſt, ne imitemur Atreum, qui Thyeſtæ fratris ſui filios coxit, patrique appoſuit. Ne ſimus adeò crudeles, vt corpora & domos parentum, fratrum, &c. noſtrorum carnibus comedendis deuoremus. Vide Senecæ Thyeſt. Horat. ad Piſones:

Indignatur enim priuatis,ac propè ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtæ.

Poteris item citra hypallagen dictum accipere, hoc ſenſu. Ne Thyeſtæas menſas conſectantes, humanis carnibus eas extruamus.

463. QVAM MALE CONSVESCIT] quàm malè rei A conſuetudinem capeſſit? Cuius ergo? ecce tibi.

QVAM SE PARAT ILLE CRVORI IMP. HVM.] effundendo ſanguini humano, à quo facinore minùs atque minùs abhorrere incipit: nec pluris vitam hominis, quàm pecudis æſtimat. Quid ad hoc argumentum dicerent noſtri lanij? Pythagoram, opinor, ἀσύφως φλυαρεῖν, & nugas loqui. Vnde potiò crudeles, & humanum ſanguinem ſitientes, ponit quæſtionem, & diſſoluit Rhodigin. lib. 11. cap. 53. in calce.

464. VITVLI Q. GVTT. CVLTRO RVMPIT] Vitulum, hœdum, ouem loco omnium, quæ ventris cauſſa interficiuntur, proponit.

466. VAGIT. SIMIL. PVERIL. EDENTEM] Hœdorum, agnorumque voces ſimiles ſunt vagitibus puerorum in cunis iacentium. Et quia paruum, & adhuc tenerum pecus eſt, meritò miſerandum Pythagoras homo miſericors arbitrabatur.

468. CVI DEDIT IPSE CIBOS] Pro abſurdo habet, cui tu cibum porrexeris vt viueret, eundem tibi cibum facere. Si nolebas eum viuere, cur paſcebas? Reſpondebit ſtatim ſarcophagus; vt creſceret & pingueſceret, meliuſque saperet, ac nutriret.

469. AD PLENVM FACINVS] Mactationes iſtæ animalium parum differunt ab homicidijs, quod eſt plenum & conſummatum facinus, id eſt, maximum, & crudelitatis vltimæ.

QVIA TRANSITVS INDE PARATVR] Lego, *quia* pro quis, *quia tranſitus inde paratur*; citra interroga- C tionem: vt cauſſa explicetur, cur parum deſit ad plenum facinus. Quanquam & hoc ſuprà dixerat: ſed vt magni ponderis argumentum, repetendum & inculcandum putat. Si interrogationem retines, lege, *quàm tranſitus inde paratur*? Sequuntur edictiones baſilicæ, cum magna auctoritate, de relinquendis bobus, ouibus, capellis, auibus, feris, piſcibus.

470. BOS ARET, AVT MORT. &c.] Bouis vſum verum & iuſtum docet. Ad aratrum adhibendus. Quòd ſi arare ampliùs præ ſenio nequeat, ſeneſcat magis, donec moriatur. Lego, *Bos aret, & mortem*, &c. cum copulatiua, pro diſiunctiua.

471. HORRIFER. CONTRA BOR. O. ARMA MINIST.] Ventus eſt frigidus Boreas, aliter Aquilo. 1. Georg. *Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.* Vſus ouiũ. Lana ab ijs petenda ad veſtes conficiendas, quibus corpus

corpus noſtrum contra frigus, tamquam armis muniatur. Petitur etiam ab eis lac premendis caſeis. Sed hoc capellis ſeruat, quæ lanam non habent; tametſi non numquam & doctos viros de lana caprina acerrimè diſputantes vel legimus, vel audimus.

472. VB. DENT SAT. MAN. PRESSANDA CAPELLÆ] Eclog 10. *Ite domum ſaturæ, venit Heſperus, ite capellæ.* Et 3. *Si lac præceperit æſtus, Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis.* Et 3. Æneid. de Polyphemo: *Lanigeras claudit pecudes, atque vbera preſſat.*

473. RETIA CVM PEDICIS, LAQ. &c.] Triplicem venationem tollit. Ferarũ, quæ ab vſu canum κυνηγετική Græcis, nobis venatus, ſeu venatio: commune enim vocabulum facit ſuum. Auium, ἰξευτικὴν, καὶ ὀρνιθευτικὴν, quam nos aucupiũ. Piſcium, ἁλιευτικὴν, quam piſcatum, ſeu piſcationem dicimus. Quid multa? Omne genus animantium, terreſtre, aërium, aquaticum occidi prohibet. Tripartitum venatum indicauit & Virgil. 1. Georg.

Tum laqueis captare feras, & fallere viſco
Inuentum, & magnos canibus circumdare ſaltus.
Atque alius latum funda iam verberat amnem
Alta petens, pelagoq; alius trahit humida lina.

474. NEC VOLVCRES VISCATA FALLERE VIRGA] Ad amorem tranſtulit Plaut. Bacchid. vbi Piſtoclerus adoleſcens impuræ mulieri: *Viſcus merus veſtra eſt blanditia.* Et Philoxenus ſenex: *Tactus*

A *ſum vehementer viſco, cor ſtimulo foditur.*

475. NEC FORMIDATIS CERV. INCLVD. PENN.] De linea, ſeu formidine, quæ ex diuerſis auium pennis contexebatur, quaque conterritæ feræ, & cerui potiſſimùm in retia impellebantur, conſule noſtrum Delrium Comment. in Hippolytum Senecæ pag 159. & quos ibidem ſcriptores recenſet. Diximus & nos in Symbol. ad illud Maronis 3. Georg. *Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ.* In eundem verſum, lege, ſi vacat, Ludouicum Cerdium.

476. NEC CELATE CIBIS VNC. &c.] Lib. 8. *O qui pendentia paruo Æra cibo celas moderator arundinis.* Et 2. Pont. 7.

B *Qui ſemel eſt captus fallaci piſcis ab hamo,*
Omnibus æra cibis vnca ſubeſſe putat.

Plaut. Curcul. *Meus eſt, hamum vorat.* De eo, qui fraude non animaduerſa circumuenitur.

477. PERDITE SI QVA NOCENT, &c.] Rigorem ſuum remittit, & temperat aliquantum, vti ſuprà quoque, permittitq; mactari noxias nobis beſtias: parari tamen ad eſum non ſinit, quia ſcilicet nullum genus carniũ edi ab hominibus conueniat, quamuis in illo animante anima nulla delitescat.

478. ALIMENTA QVÆ CONGRVA CARPANT] quæ ſuprà vocauit *mitia*, & hominum propria, vbi nihil crooris effunditur; nec animæ de corporibus profligantur.

Numa Pythagorea inſtructus diſciplina regnum Romanorum init, ſacros ritus docet, populum bellis aſſuetum pacis artibus format. Illacrymans eius morti Egeria coniux, in vallem Aricinam ſeſe abdit; queſtibus indulgentem Hippolytus conſolatur.

TALIBVS, atque alijs inſtructo pectore dictis — XIII.
In patriam remeaſſe ferunt; vltróque petitum
Accepiſſe Numam populi Latialis habenas.
Coniuge qui fęlix Nympha, ducibúſque Camœnis
Sacrificos docuit ritus; gentémque feroci
Aſſuetam bello, pacis traduxit ad artes.
Qui poſtquam ſenior, regnumque æuumque peregit,
Extinctum Latiæque nurus, populuſque, patréſque,
Defleuere Numam: nam coniux vrbe relicta,
Vallis Aricinæ denſis latet abdita ſyluis;
Sacráque Oreſteæ gemitu queſtúque Dianæ
Impedit. Ah quoties Nymphæ nemoriſque lacúſque
Ne faceret, monuere? & conſolantia verba
Dixerunt? quoties flenti Theſeius heros,
Siſte modum, dixit: nec enim fortuna querenda

 Sola

Sola tua eſt: ſimiles aliorum reſpice caſus:
Mitiùs iſta feres: vtinámque exempla dolentem
Non mea te poſſent releuare: ſed & mea poſſunt.

479. TALIB. ATQ. ALIIS, &c.] Hæc, & alia multa Pythagoras Numam, vt magiſter diſcipulum docuit: neq; enim breue tempus apud eum commoratum par eſt credere. Audiuit quidē Numa doctorem Pythagoram quendam, Spartanum hominem, per id tempus in Italia exulantē. Ex quo nominum ſimilitudo errorem peperit, & falsò creditus eſt magiſter illius regis Samius Pythagoras, cùm repugnent tempora, annis circiter ducentis.

480. IN PATRIAM REMEASSE FERVNT] Cures in Sabinis, vnde Crotonem venit, fama Pythagoræ excitus. Et hoc antequam rex Romanus, Romulíque ſucceſſor crearetur, quod ſtatim docet hîc Ouid.

VLTROQ. PETITVM] minimè enim regnum ambiebat: ſed id Romani ad eum, vt virum optimum, & imperio aptiſſimum conſenſu deferebant.

482. CONIVGE Q. FEL. NYMPH. DVCIBVSQ. CAM. &c.] Nihil opus, quæ tu ipſe apud Liuium potes legere de congreſſu Numæ cum Egeria & Camœnis, earumque conſilijs, huc tranſſcribere. Idem fecerunt legiſlatores alij, quò numinum reuerentia faciliùs populi ad eas ſeruandas inducerentur. Oſiris & Menas Ægyptiorum reges, quas ferebant leges, à Mercurio ſe accipere ſimulabant, Minos Cretenſium rex à Ioue, Lycurgus Lacedæmonius ab Apolline, Solon Athenienſis item à Ioue, Zamolxis Getarum & Scytharum νομοθέτης à Veſta, nouiſſimè Mahometes ab angelo Gabriele. Fertur quoque Numa leges conſcripſiſſe libris 12. partim græcè, partim latinè, quibus Pythagorea & pontificia ſacta explicarētur: quos etiam in monumento ſuo condi voluit, vt profanũ vulgus à ſacris amoueret: vel potiùs ſacra profanis ſubduceret.

483. SACRIFICOS RITVS DOCVIT] Romanos Numa operoſiſſimis ſuperſtitionibus onerauit, Tertullian. in Apologet. Clemens Stromat. libr. 1. cap. 6. ait, Numam prohibuiſſe Romanis, ne homini, aut animali ſimilem facerent Dei imaginem, Moſen auctorem ſecutum videlicet; centumque & ſexaginta annis nullam neque pictam, neque fictam imaginem apud Romanos in templis viſam; quoniam numen non alia ratione, quàm mente attingi poſſet. De hoc ampliùs Crinit. libr. 14. cap. 12. & 13. Moſes quidem ſtatuas & imagines ideo fieri interdicto vetuit, ne adorarentur.

484. PACIS TRADVXIT AD ARTES] Bonæ leges, ſine quibus non poteſt conſtare ciuitas, ſunt artes pacis, quæ ſilent inter arma. Has ſe ab Egeria diſcere perſuaſit ſuis Numa, qui & inde nomen tulit, ἀπὸ τῶν νόμων. Antea enim Pompilius audiebat tantùm, Virgil. 6.

Tu regere imperio populos, Romane, memento
(Hæ tibi erunt artes) pacíq; imponere morem.

486. LATIAE Q. NVRVS, POP. PATRES QVE, &c.] Fuerat enim propter leue imperium omnibus chariſſimus. Certiſſimum, & maximum, & pulcherrimum teſtimonium bene geſti principatus ciuium fletus in funere. *Stipendiarias lacrymas* vocat S. Ambroſius in funebri, quam dixit Mediolani Valentiniano II. Quanta cum pompa, quibus lacrymis ordinum omnium elatus fuerit Iuſtinus minor Auguſtus, narrabit tibi Corippus poëta libr. 3. de eiuſdem laudibus, à principio.

487. NAM CONIVX VRBE RELICTA, &c.] Separatim oportebat meminiſſe vxoris Egeriæ, quæ mariti obitum dolentiùs luxit. Luctui autem ſola loca, ſyluæ, nemora, montes ſunt idonea. Ne pigeat videre quæ annotauimus in Symbolis, ad illum locum eclog. 2. *Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos*, &c.

489. SACRAQVE ORESTEÆ DIAN. IMPED.] Signum Dianæ ex Taurica regione Oreſtes in Italiam abſtulit, & in nemore Aricino depoſuit. Eſt autem Aricia oppidum, non procul Roma diſtans. 4. Triſt. 4.

Læta deæ ſignum, crudelia ſacra peroſa
Tranſtulit ex illis in meliora locis.

491. NE FACERET MONVERE, &c.] non monuerunt vt nihil faceret, vt non lugeret: ſed ne tam immodicè, & tamdiu lugeret, cùm id fruſtra faceret. Addebant inſuper ſolatia, quæ dolorem eius lenire poſſent. Verumtamen incaſſum omnia, vt audiemus.

492. THESEIVS HEROS, SISTE MOD. DIXIT] Sine intermiſſione gementem & lacrymantem Egeriam conſolari nitebatur etiam Hippolytus Theſei filius, communem ei conditionem grauia patiendi, neceſſitatemque moriendi inculcans, & ſuum fatum enarrans. Hunc ab equis ipſius per ſaxa & dumeta raptatum, ac dilaniatum, Æſculapius ad vitam reduxit, vt ſcribit Pauſan. in Corinthiacis, & affirmat Ouidius. Qui poſtea patri numquam ignoſcere voluit, ſpretaque omni eius deprecatione in Italiam venit, Aricinis imperauit, & ibi nemus Dianæ conſecrauit. Plura Gyrald. Syntagm. 12. De eodem habemus Tragœdias Euripidis, & Senecæ. Caſtitatem coluit, & Dianam veneratus eſt maximè. Imaginem habes apud Philoſtratum lib. 2.

THESEIVS HEROS] Quod ſuperioribus libris inſerere pluribus locis potuiſſem, quibus ponitur vocabulum *heros*, ponam iſtoc tandem notatu dignum. Poteſtatē olim à Deo permiſſam dæmonibus ad perſequendos Chriſtianos etiam vtilem Eccleſiæ fuiſſe ait S. Auguſtin. Ciuitat. lib. 10. cap. 21. vt Martyrum numerus impleretur. Quos multo elegantiùs heroas noſtros vocaremus, ſi Eccleſiaſtica loquendi conſuetudo pateretur: non quòd eſſet eis cum dæmonibus in aëre ſocietas, vbi volebant cum illis heroas, alicuius ſcilicet meriti defunctorum animas, habitare: ſed quòd eoſdem dæmones, id eſt aëreas vicerint poteſtates. Hactenus ille. Plato in Epinomide ἡμιθέους *ſemideos*, altero ſcilicet parente deo, altero mortali, matre nimirum appellauit. Quò reſpiciens Hieronymus Vida Chriſtum heroëm dixit in Chriſti ode, grauemque & iuſtam inde Scaligeri in Hypercritico animaduerſionem meruit.

494. SIMIL. ALIOR. RESPICE CAS. MIT. ISTA FERES] Seneca in Conſolatione ad Polybium, cap. 20. qui fratrem morte amiſerat: *Maximum ſolatium*

tium eſt, cogitare id ſibi accidiſſe, quod ante ſe paſſi ſunt omnes, omneſq; paſſuri: & ideo mihi videtur rerum natura quod grauiſſimum fecit, commune feciſſe, vt crudelitatem fati conſolaretur æqualitas. Leuare dolorem animi recordatione communis conditionis, ſcripſiſſe alicubi in epiſtolis & M. Tullium recordor. Symmachus epiſt. 27. lib. 8. Aduerſa quæ cum pluribus perferimus, more ingenij humani habent aliquod de ſocietate ſolatium. Quæ verò ſpecia- A tim alicui caſus durus adiecit, altiùs imprimi ſolent.

475. VTINAMQVE EXEMPLA NON MEA TE, &c.] Ex multis exemplis ſuum illi ante oculos ponit, priùs optans non habere, quod illi proponeret, id eſt, in eam calamitatem non incidiſſe. Quis enim non mallet multò non deueniſſe in miſeriam, quàm ſuo exemplo alium confirmare ad æqua mente perferendam miſeriam?

Phædra nouerca Hippolyti, cùm iuuenem caſtiſſimum fruſtra ſollicitaret, ab eo ſeſe interpellatam finxit, & apud patrem Theſeum accuſauit, id quod plures fœminæ malæ priuignis fecerunt. Pater eum vrbe cum deteſtatione expellit. Iuxta littus proficiſcentis equi, phocæ è mari emergentis horrendo aſpectu conterriti, ipſum lora tenentem per inuia raptãt, adeò, vt effuſis viſceribus nec artus artubus cohæreant. Reuocatum ad ſuperos ope Æſculapij, Diana Aricinum nemus habitare, & mutato nomine Virbium dici iuſſit. Aſſiduò plorantem Egeriam eadem dea in fontem cognominem vertit.

FAndo aliquem Hippolytum, veſtras ſi contigit aures, XIV.
Credulitate patris, ſceleratæ & fraude nouercæ
Occubuiſſe neci, mirabere, vixque probabo.
Sed tamen ille ego ſum: me Paſiphaëia quondam
Tentatum fruſtra patrium temerare cubile,
QVOD VOLVIT, FINXIT VOLVISSE; & crimine verſo,
(Indiciine metu magis, offenſáve repulſæ?)
Arguit, immeritúmque pater proiecit ab vrbe:
Hoſtilique caput prece deteſtatur euntis.
Pyttheiam profugo curru Trœzena petebam:
Iamque Corinthiaci carpebam littora ponti:
Cùm mare ſurrexit, cumuluſque immanis aquarum
In montis ſpeciem curuari, & creſcere viſus,
Et dare mugitus, ſummóque cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur vndis,
Pectoribuſque tenus molles erectus in auras,
Naribus & patulo partem maris euomit ore.
Corda pauent comitum: mihi mens interrita manſit,
Exilijs contenta ſuis. cùm colla feroces
Ad freta conuertunt, arrectiſque auribus horrent
Quadrupedes, monſtrique metu turbantur, & altis
Præcipitant currum ſcopulis. ego ducere vana
Fræna manu, ſpumis albentibus oblita luctor:

Et retrò lentas tendo reſupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies ſuperaſſet equorum:
Ni rota, perpetuum quæ circum voluitur axem,
Stipitis occurſu fracta & disiecta fuiſſet.
Excutior curru; loriſque tenentibus artus
Viſcera viua trahi: neruóſque in ſtirpe teneri:
Membra rapi partim, partim reprenſa relinqui:
Oſſa grauem dare fracta ſonum, feſſámque videres
Exhalare animam, nulláſque in corpore partes,
Noſcere quas poſſes, vnúmque erat omnia vulnus.
Num potes, aut audes cladi componere noſtræ
Nympha tuam? vidi quoque luce carentia regna:
Et lacerum foui Phlegethontide corpus in vnda.
Nec, niſi Apollineæ valido medicamine prolis,
Reddita vita foret: quam poſtquam fortibus herbis,
Atque ope Pæonia Dite indignante recepi,
Tum mihi, ne præſens augerem muneris huius
Inuidiam, denſas obiecit Cynthia nubes.
Vtque forem tutus, poſſémque impune videri,
Addidit ætatem; nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi: (Creténque diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon: Delo Cretáque relictis
Hic poſuit: noménque ſimul quod poſſit equorum
Admonuiſſe, iubet deponere: quíque fuiſti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius eſto.
Hoc nemus inde colo: de Diíſque minoribus vnus
Numine ſub dominæ lateo, atque aſſentior illi.
Non tamen Egeriæ luctus aliena leuare
Damna valent: montíſque iacens radicibus imis
Liquitur in lacrymas, donec pietate dolentis
Mota ſoror Phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit; & æternas artus tenuauit in vndas.

497. FANDO ALIQVEM HIPPOLYTVM] Sic Virgil. 2. Æneid. *Fando aliquid ſi fortè tuas peruenit ad aures.* Tale eſt 1. Georg. *Vritq́, videndo fœmina.* Et eclog. 3. *Frigidus in prato cantando rumpitur anguis.* Plaut. Curculione:

Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit, niſi
Si eſt oſculando quiſpiam impudicior.

Hæc & ſimilia patiendi, non agendi verba ſunt.

VESTRAS SI CONTIGIT AVRES] Lib. 1. *Contigerat noſtras infamia temporis aures.* Plaut. Rud. *Mulier eſt, muliebris vox mihi ad aures venit.* Et mox iterum: *Certè vox muliebris tetigit aures meas.* Virgil. 2. Æneid. *Si veſtras fortè per aures Troia nomen iit.* Et 3. *Hîc incredibilis rerum fama occupat aures.*

498. CREDVLITATE PATRIS, SCELERATÆ FRAVD. NOVERCÆ, &c.] Propoſitio eſt, quam ipſa ſtatim narrando explicabit, verbis paucißimis tamen, & modeſtißimis. Fraus Phædræ, quam iure *ſceleratam* nominat, propter adulterium, & inceſtum, quem meditabatur, & credulitas Theſei perdiderunt Hippolytum. Pœnitens facti poſtmodum Phædra, laqueo ſe præfocauit. Huius generis fraudes mulierum in adoleſcentes, ſeu viros, quorum formam adamauerant, octo collegit M. Anton. Muretus lib. 1. Variar. Lection. cap. 12. Guilielmus Canterus Nouar. Lect. libr. 6. cap. 2. quinque adiecit Muretianis, vt ſint numero 13. Adijce tu decimum quartum, ex libr. 7. ſub finem, Hiſtoriarum de regno Italiæ Caroli Sigonij, de Maria Auguſta, Othonis III. regis Italiæ, & Imperatoris vxore, & Comite Mutinenſi. Quem illa in amorem ſui pellicere conata vbi fruſtra fuit, ira furens, apud maritum de ſtupro, quo ab illo tentata eſſet, innocentiſſimum virum inſimulauit. Credulus Imp. capite plecti iuſſit. Comperta poſtmodum eius innocentia ipſam Auguſtam rogo addixit. Contigit res anno Chriſti 996.

MIRABERE VIXQVE PROBABO, &c.] Si audiſti Hippolytum interijſſe, mirabere hunc eſſe, qui tecum loquitur, & vix fidem adiunges

ges mihi Sed tamen egomet reuera ille ipſus ſum, A αὐτὸ τοῦτο.

500. ME PASIPHAEIA QVONI. TENT. F.] *Phædra* Minois & Paſiphaës filia. Euripides, & Seneca in Tragœdijs ambos, illam, inquam, nimiè blandientem, & hunc generosè repugnantem luculenter deſcribunt. Cùm ſe illa nimiopere, & præ omnibus mortalibus eum amare fateretur, reſpondit iuuenis:

Α᾽πας ἐς ὤν εὔνους οὐδὲν ἐχθροῦ διαφέρει.

Hoſtis mihi eſt amicus importunior.

501. PATRIVM TEMERARE CVBILE] Indulſit tamen Seleucus Syriæ rex Antigono filio Stratonicen nouercam, cuius amore ictus, propemodum moriebatur. Refert è varijs antiquis ſcriptoribus B in Miſcellaneis Paulus Leopardus Belga. Plura autem exempla huius ſceleris, tam in patre, quàm in filio haud facilè repeti. Vt patris ſui vxorem quis habeat, Apoſtolus ne inter Gentes quidem talem fornicationem auditam ait, 1. Cor. 5. *Cubile* à cubando. Sæpiùs inuenias dici pro commiſtione corporum in cubili. Lib. 10. *Sociare cubilia*. *Duplex cubile vſurpare mulierem*, ex veteri Tragico dicit M. Tull. ad Pætum, epiſt. 22. lib. 9. quæ cum adultero eſt. Ibidem ea eodem: *Pheras hic cubile inire eſt auſus*.

502. QVOD VOLVIT, FINXIT VOLVISSE, &c.] Quod ipſa voluit, hoc me voluiſſe mentita eſt. Quod impura illa cupiuit pati, hoc me finxit vltro voluiſſe facere. Nequitia mulieris, & audacia, quæ ſuam impudicitiam adoleſcentis crimen eſſe ſtuduit: & ſeu timore rei manifeſtandæ ab ipſo, C cui nullo effectu blandita fuerat: ſeu indignatione repulſæ, quam paſſa erat, eum in capitis periculum adduxit. Dubitat enim vtra de cauſſa magis ad patrem eius nomen detulerit Phædra. Ob vtramque autem detuliſſe, non dubitat.

503. INDICIINE METV, &c.] Verſum hunc cum parentheſi & interrogatione legendum cenſui. Hoc enim χαριέστερον.

504. INNOXIVMQVE PATER PROIECIT AB VRBE] Incipit commemorare, quàm ſibi accuſatio nouercæ apud patrem calamitoſa, immò exitioſa fuerit. Inſontem ſolum vertere iuſſit. Significans admodum verbum *proiecit*. Languidiora fuiſſent, dimiſit, expulit, atque adeò, reiecit. *Proijcere* enim eſt porrò iacere. Cicero 3. Catilinaria: *Patria mihi lætari videtur, quòd tantam peſtem euomuerit, foraſq; proiecerit*. Ineſt item negligentiæ & con- D temptus notio in hoc verbo. Cicer. ad Atticum epiſt. 4. lib. 9. *Prima* (epiſtolæ Attici) *monent, & rogant, ne me proijciam*. Catullus de nupt. *Ipſe ſuum Theſeus pro charo corpus Athenis Proijcere optauit potius*. πεοίεσθαι.

505. HOSTILIQVE CAPVT PRECE DETESTATVR EVNTIS] proſequntur abeuntem in exilium execrationibus, & deuotionibus. Malam ei peſtem hoſtili animo imprecatur. *Preces* τῶν μέσων eſt, & in vtramque partem capitur. Sunt enim bonæ, ſunt malæ & hoſtiles preces. Caueant filij parentes offendere, ne ipſis malè precentur: meminerintque illius Eccleſiaſtici cap. 3. *Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta*.

506. PITTHEIAM PROF. CVRRV TROEZ. PETEB.] De hac vrbe ſuprà ſcripſimus, ibi: *Eſt prope Pittheiam tumulus Træzena*, &c.

507. IAMQVE CORINTHIACI CARP. LITT. F.] iam maris Corinthiaco propinquabam.

508. CVM MARE SVRREXIT, &c.] intumuit. 1. Æneid. *Sequitur cumulo præruptus aquæ mons*. Et 3. *Continuò venti voluunt mare, magnaq; ſurgunt Aequora*. Et 4. Georg. *Vt illum Curuata in montis faciem circumſtetit vnda*.

511. CORNIGER HINC TAVRVS] Neptunum rogauerat Theſeus, quod refert Cicero 1. Offic. vt Hippolytum interimeret. Deſcribitur monſtrum, ab eodem Neptuno ad terrendos equos oſtentatum.

513. PARTEM MARIS EVOMIT ORE] ἐμφαντικῶς, magnam aquæ vim. Haud diſpar ſeu emphaſis, ſeu hyperbole eſt 5. Æneid. de Menœte trierarcha, è mari, quò eum Gyas dux deturbarat, emerſo:

Illum & labentem Teucri, & riſere natantem:

Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus.

Noſter lib. 4. in fabula Andromedæ: *Bellua puniceo miſtos cum ſanguine fluctus Ore vomit*.

514. MIHI MANS INTERRITA MANSIT, &c.] Nihil aſpectu illo motus eſt Hippolytus: quippe quem exilium ſuum ſatis territum & mœſtum habebat.

516. ARRECTISQ. AVRIBVS HORRENT] 1. Æneid. *Arrectiſq; auribus aſtant*, de populo, per ſeditionem tumultuante, & vrbem concurſante, ad conſpectum viri boni & grauis, eum à furore reuocantis, ſeſe colligente. Metaphora eſt ab aſinis, equis, auritiſque animalibus.

517. MONSTRIQ. METV TVRBANTVR] Scimus leuioribus quibuſdam rebus horrere & turbari equos vulgares ſolere. Sed cùm hos feroces, id eſt, generoſos vocet, neceſſe eſt ſpeciem tauri illius marini fuiſſe terribilem valdè.

518. ALTIS PRÆCIP. CVRRVM SCOP.] per altos ſcopulos currum præcipitant.

EGO DVCERE VAN. FRÆN. MANV] *vana manu*, quia retinere & regere equos temere ruentes, ipſe curru excuſſus nequibat.

519. SPVMIS ALBENTIBVS OBLITA] 4. Æneid. de equo Didonis: *Stat ſonipes, & fræna ferox ſpumantia mandit*. Et 12.

Obiecit ſeſe ad currum, & ſpumantia frænis Ora citatorum dextra contorſit equorum.

LVCTOR] Sic legendum pro *luſtro*, quod benè reſpondet verbo *deducere*. Legit ita Raphaël quoque Regius.

520. ET RETRO TENO. LAN. RESVP. HAB.] Geſtus aurigarum, equos concitatiùs concurrentes laboriosè moderantium. Lib. 2. Phœbus de ſuis equis: *Labor eſt inhibere volantes*.

521. NEC VIRES TAMEN HAS, &c.] cohibuiſſet equos, & rexiſſet quantumuis frementes & rapientes.

522. NI ROTA PERPETVVM, &c.] Perpetuus axis eſt continens & porrectus axis.

524. LORISQVE TENENTIBVS ARTVS, &c.] Videtur dicere, membra loris implicata fuiſſe, vt ſe extricare nequiret, & ſic corpus in fruſta laceraretur, & oſſa confringerentur.

527. FESSAM ANIMAM] cum ipſo corpore tam miſerè iactatam & raptatam.

528. NVLLASQVE IN CORPORE PARTES NOSCERE QVAS POSSES] Sic erant omnia

confuſa lo corpore, vt partem à parte ioternoſce-re ooo poſſes.

529. Vnvmqva arat omnia vvlnvs] Lib. 1. in re maiori: *Omnia pontus erant*. Et 3. *Iam loca vulneribus deſunt*, in laniena Actæonis. Lib. 6. de Marſya excoriato, *Nec quidquam niſi vulnus erat*. Statius 5. Thebaid. de Archemoro puero in ſylua, abſente nutrice miſerandum io modum ab ingenti ſerpente dilaniato:

———Non ora loco, non pectora reſtant,
Rapta cutis, tenera oſſa patent, nexuſq́; madentes
Sanguinis imbre noui, totumq́; in vulnere corpus.

530. Nvm potes, avt avdes clad. &c.] Rectè diſiungit: homines enim interdum audent etiam quæ non poſſunt. Egeriã Hippolytus tam impudentem fore non putat, vt ſuum malum ea obitu Numæ cum ſua tam indigna diſtractione collatura ſit. Et ſubeſt argumentatio hæc à maiore. Cùm intuemur aliena mala grauiora, leuiùs ferre noſtra minora diſcimus. At qui mea grauiora fuerunt quàm tua ſunt. Æquiore igitur animo tua tibi ferenda ſunt.

531. Vidi qvoqve lvce carent. regna, &c.] Laniatu ipſo vitam amiſi, ad inferos deueni, per Phlegethonſem nataui, vbi perpetuò mihi mœrendum erat, niſi Apollinea, &c. Loca infera poëtæ ſæpiùs *regna* vocant, & Plotonem *regem*. Virgil. in 6. Æneid. *Inania regna*, *inania, duriſsima*, & in 7. *pallida*.

532. Et lacer. p. Phlegat. cor. in vnda] Qui hoc intelligi poteſt? An non corpus ijs in locis manſit, vbi diſcerptum fuit? Et quo pacto fortibus herbis illud rediuiuũ fecit, ſi ſouebatur Phlegethontide in vnda? Huic nodo ſit hic cuneus. Non ipſas animas, cùm è corporibus exceſſiſſent, ſed ſimulacra quædam dumtaxat corporum, & imagines. σκιὰς καὶ εἴδωλα, ſeu ſpectra quædam ad inferos deſcendere opinabantur Pythagorei. Vnde poëtæ crebrò *ſimulacra*, *vmbras*, *figuras* nominant: animas autem vel in beſtiarum corpora trãſmigrare, vel (ſi bonorum fuiſſent) ad aſtrorum locum, vnde veniſſent, ad originem ſcilicet ſuam, redire. Corpus ipſum aut ignibus exuſtum, aut terra obrutum abſumi videbant. Cicero 1. Tuſcul. quòd ignorarent homines, qua in ſede manerent poſt mortem animæ, & quales eſſent, finxiſſe inferos, & formidines illas, ac pœnas: *In terram enim cadentibus corporibus hiſq́; humo tectis, ſub terra cenſebant reliquam vitam agi mortuorum: tantumq́; valuit error, vt corpora cremata cùm ſcirent; tamen ea fieri apud inferos fingerent, quæ ſine corporibus nec fieri poſſent, nec intelligi. Animos enim per ſeipſos viuentes non poterant mente complecti; formam aliquam figuramq́; quærebant. Et has imagines loqui volunt, quod fieri nec ſine lingua, nec ſine palato, nec ſine faucium, laterum, pulmonum vi & figura poteſt. Nihil enim animo videre poterant, ad oculos omnia referebant.* Hunc locum ad verbum etiam protuli lib. 4. cùm de ſtudijs & exercitijs inferorum diſſererem. Mirè fauent Ouidio verſus Lucretij, quibus Ennij (quem fuiſſe Pythagoreum apparet ex antecedentibus) ſomnium exponit, lib. 1.

Etſi præterea tamen eſſe Acheruſia templa
Ennius æternis exponit verſibus, edens,
Quò neque permaneant animæ, neq́; corpora noſtra;
Sed quædam ſimulacra modis pallentia miris:
Vnde ſibi exortam ſemper florentis Homeri
Commemorat ſpeciem, lacrymas & fundere ſalſas
Cœpiſſe, & rerum naturam expandere dictis.

533. Nec niſi Apollin. valido medicamina, &c.] Æſculapius Apollinis ex Coronide nympha filius & medicus, ab inferis Hippolytum precibus Dianæ motus excitauit, & ea de cauſſa à Ioue percuſſus fulmine interijt. Lactantius libro 1. cap. 10. *Aeſculapius & ipſe non ſine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, niſi quòd ſanauit Hippolytum? Mortem ſanè habuit clariorem, quòd ideo meruit fulminari.* Hunc Tranquillus diſſerens de viris illuſtribus, ait incertis parentibus natum, expoſitum, & à venatoribus inuentum, canino lacte nutritum, Chironi traditum didiciſſe medicinam: fuiſſe autem Meſſenium, ſed Epidauri moratum. Tullius etiam Cynoſuris vrbe Arcadiæ ſepultum. Quadrant huc Virgiliani verſus ex libro 7. de vtroque, Hippolyto, inquam, & Æſculapio, itémque de mercede, qua illum affecit Iupiter:

Namque ferunt fama Hippolytum, poſtquam arte nouerca
Occiderit, patriaſq́; explerit ſanguine pœnas,
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
Aetheria & ſuperas cæli veniſſe ſub auras,
Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.
Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere vitæ,
Ipſe repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad vmbras.

Verumtamen ex Pindaro narrat Tertullian. in Apologet. *Aeſculapium auaritiæ merito, quia medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum.* Et addit: *Malus Iupiter, ſi fulmen illius eſt; impius in nepotem; inuidus in artificem.* Sunt qui adeò fulmine extinctum exiſtiment, quòd propter fœlicitatem curandi ſuam, ſupra hominem ſe extulerit, & tanquam deo, thus ſibi adoleri voluerit ab ijs, quibus ſanitatem reddidiſſet. Ab ipſamet Diana vitæ reſtitutum canit Claudian. de bello Gerico:

Et iuuenem ſpreta laniatum fraude nouercæ
Non ſine Circæis Latonia reddidit herbis.

535. Ope Pæonia] ope medica. Sic apud Virg. 12. *Pæonium in morem*, eſt more medicorum. *Pæon* à Pæane factum conijcio. *Pæan* autem Apollo, qui & medicus, & inuentor medicinæ, vt ſe iactat libro 1.

Dita indignanta]. Lib. 2 Ocyroë in ſua de illo prædictione: *Idq́; ſemel dijs indignantibus auſus.* Nam quis rex ſibi ſubiectos auferri, regnumque ſuum diminui æquo animo ferat? *Dis* vocatus eſt Pluto, vt 2. de Natura deorum Cicero tradit, quòd terrena vis omnis, & natura illi dicaretur. Nam & omnia in terras recidunt, & ex ijs oriuntur. Quidam volunt appellari *Ditem*, quòd minimè diues ſit, κατ' ἀντίφρασιν. Mortui enim omnibus exuti bonis ſunt crediti. Qui ergo nihil habentibus præſidet, quomodo diues?

536. Ne præs. avolr. mvn. hvivs invid.] Nemo libenter moritur, ne miſer quidem. Efficitur ergo, vt nemo non libenter reuiuiſceret, ſi poſſet. Excipio quibus cæleſtes ſedes, beatorum loca contigerunt. Quotus autem quiſque eſt, qui bonum alterius, quo ipſe caret, non limis oculis intueatur? Velleij eſt: *Nunquam eminentia caret inuidia.*

537. Den-

557. DENSAS OBIECIT CYNTHIA NVBES] Vt Apollo *Cynthius*, ſic Diana eius ſoror nonnunquam *Cynthia*. Hæc fecit Hippolyto, quod Venus Æneæ filio, & Achati eius comiti 1. Æneid. & ijſdem de cauſſis, ob vltimam cauſſam, inuidiam amoliendam videlicet:

At Venus obſcuro gradientes aëre ſepſit,
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet,
Moliriue moram, aut veniendi poſcere cauſſas.

538. VTQVE FOREM TVTVS, POSSEMQVE, &c.] Quò magis clienti ſuo conſuleret Diana, minuſque agnoſceretur, pro iuuenili virilem ætatem ei contulit, & ſpeciem oris cum nomine immutauit.

540. CRETENQVE DIV DVBIT. HAB. &c.] *Habere* latinis eſt etiam *habitare*. Oſtendimus alibi. Dubi- B tauit ergo ſecum Diana, vtro in loco magis Hippolytum ſuum collocaret, in Creta, an in Delo. Sed cur in Creta? nam cur in Delo; eſt eius patria, & colitur à Delijs.

541. DELO CRETAQVE RELICTIS HIC POS.] In Aricino nemore me habitare voluit, loco incelebri.

542. QVOD POSSET EQVOR. ADMON.] Nam ſi vocarent adhuc Hippolytus, in memoriam regrederentur homines eius ab equis dilaniati, & ita cognoſcerent reuixiſſe, & inuiderent.

544. NVNC IDEM VIRBIVS ESTO] Pro Hippolyto *Virbium*, id eſt, *bis virum*, quaſi dicas, bis natum, appellauit. Hunc Virbium, qui ſe Hippolytum prædicabat, fuiſſe impoſtorem quempiam, à Dianæ Aricinæ ſacrificulis ſubornatum, quò maiore A hominum concurſu nemus illud celebraretur, & ipſi, quæſtum vberiorem colligerent, monet Ge. Sabinus, quem hîc lege.

545. HOC NEMVS INDE COLO] Totam rem prodidit & Maro in extremo ſeptimo, vbi & illa, quæ paulo antè recitaui:

At Triuia Hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus, & nymphæ Egeriæ, nemoriq́ue relegat:
Solus vbi in ſyluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, verſoq́ue ibi nomine Virbius eſſet.

Obſeruandum quod adijcit de equis ab aditu illius loci, aut nemoris prohiberi ſolitis. Pertinet enim eòdem, quò illud de nomine Hippolyti mutato:

Vnde etiam Triuiæ templo, luciſq́ue ſacratis
Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum,
B *Et iuuenem monſtris pauidi effudêre marinis.*

DE DIISQVE MINORIBVS VN. NVM. SVB. DOM. &c.] *Minores* dij ſunt ſyluarum, fluminum, nemorum, & omnino terreſtres dij. *Maiores* autem cæleſtes. Sub numine Dianæ latet Virbius, hoc eſt, totus eſt in eius tutela, arbitrio & obſequio.

547. NON TAMEN EGER. LVCTVS &c.] nihil profecit in Egeria conſolanda Hippolytus. Nebulas diuerberauit.

549. LIQVITVR IN LACRYMAS] tota reſoluitur & abit in lacrymas. Epiſt. 3. *Lacrymiſq́ue abſumitur omnis*. Claudian. de Raptu:

Vtq́ue ſub aduentum ſpirantis lene Fauonij
Sole remolleſcit, quæ frigore conſtitit vnda:
Sic lacrymis conſumpta meis.

551. ÆTERNAS IN VNDAS] perennes, iugiter manantes.

De gleba per Tuſcum agricolam mota, & in puerum Tagen verſa, qui poſtea Tuſcos aruſpicina erudiuit. Præterea de Romuli haſta in cornum mutata.

AT Nymphas tetigit noua res; & Amazone natus XV.
Haud aliter ſtupuit, quàm cùm Tyrrhenus arator
Fatalem glebam medijs aſpexit in aruis
Sponte ſua primùm, nulloque agitante moueri:
Sumere mox hominis, terræque amittere formam,
Oráque venturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixere Tagen: qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.
Vtque Palatinis hærentem collibus olim,
Cùm ſubitò vidit frondeſcere Romulus haſtam,
Quæ radice noua, non ferro ſtabat adacto:
Et iam non telum, ſed lenti viminis arbor,
Non exſpectatas dabat admirantibus vmbras.

Vináque dat pateris: mactatarúmque bidentum
Quid ſibi ſignificent trepidantia conſulit exta.
Quæ ſimul aſpexit Tyrrhenæ gentis aruſpex,
Magna quidem rerum molimina vidit in illis,
Non manifeſta quidem. Cùm verò ſuſtulit acre
A pecudis fibris ad Cippi cornua lumen,
Rex, ait, ô ſalue: tibi enim, tibi, Cippe, tuiſque
Hic locus, & Latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modò rumpe moras, portáſque intrare patentes
Appropera; ſic fata iubent. namque vrbe receptus
Rex eris, & ſceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem, toruámque à mœnibus vrbis
Auertens faciem; Procul, ô procul omina, dixit,
Talia dij pellant; multóque ego iuſtius æuum
Exul agam, quàm me videant Capitolia regem.
Dixit; & extemplò populúmque, grauémque ſenatum
Conuocat: antè tamen capitis noua cornua fronde
Velat, & aggeribus factis à milite forti
Inſiſtit; priſcóque deos de more precatus,
Eſt, ait, hîc vnus, quem vos niſi pellitis vrbe,
Rex erit; is qui ſit, ſigno, non nomine dicam.
Cornua fronte gerit: quem vobis indicat augur,
Si Romam intrarit, famularia iura daturum.
(Ille quidem potuit portas irrumpere apertas:
Sed nos obſtitimus: quamuis coniunctior illo
Nemo mihi eſt) vos vrbe virum prohibete Quirites:
Vel, ſi dignus erit, grauibus vincite catenis;
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia ſuccinctis, vbi trux inſibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt: aut qualia fluctus
Æquorei faciunt, ſi quis procul audiat illos;
Tale ſonat populus: ſed per confuſa trementis
Verba tamen vulgi vox eminet vna: Quis ille eſt?
Et ſpectant frontes, prædictáque cornua quærunt.
Rurſus ad hos Cippus: Quem poſcitis, inquit, habetis.
Et dempta capiti, populo prohibente, corona,
Exhibuit gemino præſignia tempora cornu.
Demiſere oculos omnes, gemitúmque dedêre:
Atque illud meritis clarum (quis credere poſſit?)
Inuiti videre caput: nec honore carere
Vlteriùs paſſi, feſtam impoſuere coronam.
At proceres, Quoniam muros intrare vetaris,
Ruris honorati tantum tibi, Cippe, dedêre,
Quantum depreſſo ſubiectus bobus aratro
Complecti poſſes ad finem lucis ab ortu.
Cornuáque æratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt, longum manſura per æuum.

565. AVT SVA FLVMIN. CVM VID. CIPP. &c.] Tertia comparatio. Hiſtoriam narrat Valer. Maxim. lib. 5. cap. 6. cum aliquo diſcrimine, in hunc modum: *Genutio Cippo, Prætori paludato portam egredienti, noui & inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite eius ſubitò veluti cornua emerſerunt: reſponſumq́; fuit, regem eum fore, ſi in vrbem reuertiſſet. Quod ne accideret, voluntarium ſibimet ac perpetuum indixit exilium. Cuius rei teſtandæ gratia capitis effigies ærea, qua exceſſerat, portæ incluſa eſt: dictaq; Rauduſculana, quòd olim æra raudera dicebantur.* En præclarum modeſtiæ & moderationis exemplum. Oraculo ſibi deſtinatum, & à ciuibus oblatum regnum Genutius repudiauit: & ſunt qui regna & prouincias per ſummum nefas, vi & armis ad ſe rapiant. Præſtigias & impoſturam diaboli fuiſſe, quod de Bacchi aureo cornu, & duobus Genutij cornibus eſt creditum, vt foueret ſcilicet errorem & inſcitiam vulgi de Moſis cornibus, putat noſter Delrius Adagial. ſacris ver. teſtam. Malè illi pictores & ſculptores addũt vera cornua. Nam quod Exodi c. 24. facies eius ex colloquio cũ Domino *cornuta* euaſiſſe dicitur, pro *radiata* accipiẽdum eſt. Fulgebat enim & cornuum inſtar radios fundebat. Quare velabat eam, ne tanta luminis claritate intuentium oculos percelleret. Vera cornua velo, quod illa protuberantia ſua eleuaſſent, tegere faciem non potuiſſet. Pingendus & ſculpendus igitur cum radijs, vt cæliites conſueuimus, qui *radij* cornua Hebræis dicuntur, quibus cornuum vocabulo robur & maieſtas quædam, & regnum intelliguntur.

568. IAM NON SVA LVMINA DAMNANS] iam credens oculis cùm id teſtarentur manus.

572. SEV LÆTVM EST ALIQVID, PATRIÆ, POPVLOQVE QVIRINI] ſi hoc prodigium aliquid feſtum & lætum portendit, patriæ, & populo Romano contingat: ſi infauſtum ac triſte, mihi eueniat, in me recidat. Vides bonum ciuem, & patriæ commoda anteponentem ſuis?

573. VIRIDIQVE E CESPITE FACT. &c.] Excitata ara ceſpititia, crematiſque herbis odoriferis, & mactata hoſtia, aruſpicinam facit. *Placat aras*, ſic expone, placat deos, quorum ſunt aræ, ſeu per aras.

574. HERBOSAS ARAS] Deorum aras, victimas, ſeipſos earum arborum frondibus coronare & ornare mos fuit, quæ dijs illis, quos ſacrificija venerarentur, conſecratæ erãt. *Iouis* aram æſculeis, *Phœbi* laureis, *Mineruæ* oleaginia, *Veneris* myrteis, *Herculis* populeis, &c. Quoniam igitur aræ frondibus, herbis, floribus cingebantur, eæ ruis à poëtis *frondentes, gramineas, herboſas, virides, coronatas* nominari. Teſtimonia ſunt obuia. Ex Stuckio breuiter, de Sacrificijs gentilium.

575. VINAQVE DAT PATERIS] 5. Æneid. *Vinaq́; fundebat pateris*. Vna hæc è ſacrorum cæremonijs, vinum in aram fundere. Eodem & victimam perfundebant. 4. Æneid.

Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

577. TYRRHENÆ GENTIS ARVSPEX] iam enim ſuprà dixit, Etruſcam gentem hanc diſciplinam à Tage didiciſſe.

578. MAGNA RER. MOLIMINA] non paruas rerum conuerſiones.

580. A PECVD. FIBRIS] *Fibræ* ſunt illæ velut lineæ per exta pecudum diſcurrentes. *Inteſtina* patet latiùs.

581. REX, AIT, O SALVE] Miretur quiſpiam, quare aruſpex conſpectis cornibus in Cippo, regem exclamarit. Pierius in Hieroglyph. libr. 41. *coronam* regum geſtamen à *cornu* dictam prodit, monetq́ue, paſſim in diuinis quoque Litteris *cornu* pro *rege* poſitum inueniri: & conuenire ſimilitudine quadam inter ſe *cornu, radium*, & *coronam*. Vnde Moyſen cornuta pingi facie, cùm radiata eſſe deberet, de quo paulo antè.

582. LATIÆ ARCES] Latij oppida. Quidam intelligunt Capitolium.

583. TV MODO RVMPE MORAS] Virgil. Georg. 3. *En age ſegnes Rumpe moras*. Et lib. 8. *Præcipitate moras*.

585. SCEPTRO POTIERE PERENNI] regnabis continuato, non caſu quopiam interrupto regno. Non enim hoc vult, ſic regnaturum, vt ſucceſſorem non ſit vnquam habiturus, immortaliter nempe. 9. Æneid. *Si verò capere Italiam, ſceptriſq́; potiri Contigerit.*

586. RETTVLIT ILLE PEDEM, &c.] Argumentum euidens hominis minimè ambitioſi, & de ſe ſubmiſsè admodum ſentientis. 2. Æneid. *Retroq; pedem cum voce repreßit.*

589. QVAM MA VID. CAPITOLIA REGEM] Quàm paucos inuenias, qui malint exulare, quàm regnare? Inuenias tamen apud Chriſtianos, ſed veteres magis, quibus omnia terrena & caduca ſordebant præ cæleſtibus ſempiternis. Capitolij nomen tunc non habebat: accepit autem ſub Tarquinio Superbo, à capite humano ibidem eff.ſſo, dum fundamenta foderentur. Dicebatur mons Tarpeius, habebatq́ue arcem. Liuius libr. 1. *Spurius Tarpeius Romanæ præerat arci*, &c.

590. GRAVEMQVE SENATVM] Graues tantùm viri, & bene morati, ac ſenes in ſenatum legendi: à ſenibus enim dictus *ſenatus*, & ob eandem cauſſam *Patres*. 1. Æneid. *Sanctumq́; ſenatum*. Cicero in Catone: *Conſilium, ratio, ſententia: quæ niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium maiores noſtri appellaſſent, ſenatum.*

591. CAPITIS NOVA CORNVA FRONDE VELAT] coronæ frondibus occultabat cornua. Veriſimile cornicula potiùs, quàm cornua fuiſſe: nam hæc frondibus occultari quî poterant? Aſininas aures Mida rex tiara non incommodè celauit: niſi quòd famulus tonſor eas deprehendit. lib. 11.

592. AGGERIB. F. A MILITE FORTI INSISTIT] Aggere ad tempus excitato à militibus, vt ab omnibus videri audiriq́ue poſſet. Sic lib. 5. Maronis: *Socios in cœtum littore ab omni Aduocat Aeneas, tumuliq́; ex aggere fatur.*

593. PRISCOQVE DEOS DE MORE PRECATVS] Quomodo & antiqui oratores principio orationis deos inuocabant. Teſtis Cicero in Diuinat. his verbis, contra Cæcilium, qui ſibi Verris accuſationem depoſcebat: *Et ſi quid ex vetere oratione aliqua, Iouem ego opt. max. aut, Vellem, ſi fieri potuiſſet, Iudices; aut aliquid eiuſmodi ediſcere potueris.* Vbi Paulus Manutius notat ex Seruio, Catonem Cenſorium in omnibus orationum ſuarum procemijs deorum mentionem facere ſolitum. Videantur Formulæ Briſſonij.

596. QVEM

596.Qvem vobis inoic.avgvr] Etruſcus aruſpex hoc vobis prænuntiat.

597.Famvlaria cvra] Suſpicioſè, vt eorum animos à ſe rege renuntiando alienet. Famulis enim & ſeruis duriùs imperatur quàm liberis. Regi autem ciues liberûm loco eſſe debent.

598.Ille qvid.pot.portas, &c.] Suſpendit audientes feſtiua diſſimulatione, & in re ſeria quodammodo iocatur.

599.Conivnctior illo nemo mihi] ac propterea non debuiſſem illi obſiſtere, & ad regnum ei diuinitus deſtinatum, vt exta indicabant, adiutorem me præbere. Eſt autem ſibi quiſque proximus: nec quiſquam alium magis quàm ſe diligit: ideo meritò ac verè, *coniunctior illo nemo mihi.*

600.Vos vrbe virvm prohibete Qvirites] ne non tam regem (eum enim cupiunt Quirites, iam regio aſſueti imperio ſub Romulo & Numa) quàm dominum & tyrannum admittatis: Id quod cornua in eius capite vos præmonent.

601.Vel, si dignvs erit.gravibvs, &c.] Tres modos profert, quibus ſe liberare poſſint imminenti hoc malo. Vt vrbe eum excludant. Vt, ſi fortè irruperit, catenis vinciant, ſi videbitur. Vt eum è medio tollant.

603.Qvalia svccinct.] Duabus comparationibus, ventorum ſibilis in pinetis, fluctuum marinorum fremitibus, qui procul remiſſiùs audiuntur, admurmurationem Quiritium cogitationi ſubijcit.

Svccinct.pinetis] quoniam prope cacumen demum ramos propagant. Sicut qui ſe ſuccingunt, extremo corpore nudi, medio tecti ſunt, & denſiùs.

606.Sed per confvsa trem.verba, &c.] In illo murmure populi, ad verba Cippi nonnihil conterriti, audita eſt præ alijs vox interrogantis, quiſnam eſſet ille de quo loqueretur.

608.Et spectant front.prædictaqve, &c.] Circumferebant oculos, & in frontibus illi adſtantium, atque inter ſe quoque cornua illa videre geſtiebant.

609.Qvam poscitis, inqvit, habetis] Libro 6. Progne coniux Tereo Thraciæ regi, Ityn filiolum requirenti, quem illi coctum antepoſuerat: *Intus habes quem poſcis*, ait. Æneas

A libro 1. *Coràm quem quæritis, adſum.*

610.Popvlo prohibente, corona, &c.] dum parat deponere coronam, iam cornutus incipiebat videri. Quod optimo ciui, & tam bene merito accidiſſe dolebat populus. Vnde & oculos, vt ad ingratum ſpectaculum demittebat, & ingemiſcebat.

613.Qvis credere possit?] homines enim, & capita bene de nobis meritorum libentes & gaudentes aſpicimus. At huius viri quàm optimè de repub. meriti caput, cornibus in morem beſtiarum deformatum inuiti & triſtes aſpiciebant. Quis hoc futurum putaſſet?

615.Festam imposvere coronam] Intelligendum eſt, cornua apparere deſijſſe, & ad rei mo-

B nimentum coronam ei perpetuam decretam, cum parte agri.

616.At proceres] ſenatus, & optimates.

Qvoniam mvros intrare vetaris] non quidem ab haruſpice: ſed à ſemetipſo, dum regnum recuſat, quod erat adepturus, ſi vrbem introiſſet, intrare prohibebatur.

618.Qvantvm depresso] tot agri iugera honoris cauſſa illi donata ſunt, quot vno die à manè ad veſperam par boum exarare poſſet. Sic Liuius libr. 2. de Horatio Coclite, qui Romanis fugientibus, pro ponte reſciſſo ſtans, impetum Etruſcorum aliquandiu ſuſtinuit: *Grata erga tantam virtutem tota ciuitas fuit. Statua in comitio poſita, & agri,*

C *quantum vno die circumarauit, datum.* Benemeritos de repub. iſto honore mactare pop. Rom. eſt ſolitus. Eadem penè ad verbum ſcriptor de Viris Illuſtrib. cap. 11. de Horatio Coclite, & de Manio Curtio cap 33. *Agri iugera quingenta publicè data.*

620.Cornvaqve æratis mir.&c.] Vitioſè legitur *aaratis*. Fuit enim porta illa ære vincta, vt Feſt. *ærata*, vt Varro ſcripſit, cuius audi verba: *Deinde porta Rauduſcula, quòd ærata fuit. Aes raudam dictam. Ex eo in veteribus mancipijs ſcriptum: Rauduſculo libram ferito.*

Miram rei. formam] Caput humanum cum gemino cornu à temporibus exiſtente inſculpſerunt illi portæ. Quæ res mira fuit videntibus, quia planè antè non viſa, & inſueta.

621.Longvm mansvra per ævvm] pro æterno rei geſtæ monumento.

Peſtilentia atrociſſimè graſſante, Romani Apollinem ſciſcitatum Delphos miſerunt, quid eius depellendæ facerent. Reſpondit, Æſculapium aduocandum. Mittuntur Epidaurum Legati. Quibus ipſe deus per quietem ſe offerens, eo habitu, quo in æde colebatur; ſub imagine magni ſerpentis, eos ſecuturum ſpondet.

XVII.

622. Pandite nunc Muſæ præſentia numina vatum
(Scitis enim, nec vos fallit ſpacioſa vetuſtas)
Vnde Coroniden circumflua Tibridis alti
625. Inſula Romuleæ ſacris *arceſſerit vrbis.

*adiecerit

Dira

Dira lues quondam Latias vitiauerat auras,
*Pallidáque exangui ſqualebant corpora * morbo.* *tabo.
Funeribus feſſi, poſtquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentûm,
Auxilium cæleſte petunt, mediámque tenentis
Orbis humum Delphos adeunt oracula Phœbi;
Vtque ſalutifera miſeris ſuccurrere rebus
Sorte velit, tantæque vrbis mala ſinat, orant.
Et locus, & laurus, & quas habet ipſe pharetras
Intremuere ſimul, cortináque reddidit imo
Hanc adyto vocem, pauefactáque corpora mouit.* *pectora
QVOD PETIS HINC, PROPIORE LOCO, ROMANE, PETISSES:
ET PETE NVNC PROPIORE LOCO: NEC APOLLINE VOBIS,
QVI MINVAT LVCTVS, OPVS EST; SED APOLLINE NATO.
ITE BONIS AVIBVS; PROLEMQVE ACCERSITE NOSTRAM.
Iuſſa dei prudens poſtquam accepere ſenatus,
Quam colat, explorat iuuenis Phœbeius vrbem:
Quique petant ventis Epidauria littora mittunt.
Quæ ſimul incurua miſſi tetigere carina;
Conſilium, Graióſque patres adiere, daréntque
Orauere deum: qui præſens funera gentis
Finiat Auſoniæ; certas ita dicere ſortes.
Diſſidet, & variat ſententia: párſque negandum
Non putat auxilium: multi retinere, ſuámque
*Non * emittere opem, nec numina tradere ſuadent.* *amittere
Dum dubitant, ſeram pepulere crepuſcula lucem,
Vmbráque telluris tenebras induxerat orbi:
Cùm deus in ſomnis opifer conſiſtere viſus
Ante tuum, Romane, torum; ſed qualis in æde
Eſſe ſolet; baculúmque tenens agreſte ſiniſtra,
Cæſariem longæ dextra deducere barbæ:
Et placido tales emittere pectore voces.
Pone metus, veniam, ſimulacráque noſtra relinquam,
Hunc modò ſerpentem, baculum qui nexibus ambit,
Perſpice, & vſque nota, viſum vt cognoſcere poſſis:
Vertar in hunc; ſed maior ero; tantúſque videbor,
In quantum verti cæleſtia corpora poſſunt.
Extemplò cum voce deus, cum voce, deóque
Somnus abit, ſomnique fugam lux alma ſecuta eſt.
Poſtera ſidereos aurora fugauerat ignes,
Incerti quid agant proceres, ad templa petiti
Conueniunt operoſa dei: quáque ipſe morari
Sede velit, ſignis cæleſtibus indicet, orant.

622. PANDITE NVNC MVSÆ, &c.] Non tantùm initio carminis, ſed in medio quoque, & quoties libet, poëtis conceſſum eſt inuocare numina ſua, id quod ſemel iterumque antea monui. Præſens autem deus, ſeu numen, eſt admodum
A propitium & fauens. Dixi in 1. eclog. ibi: *Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.* Quærit ergo à Muſis occaſionem, qua in inſula Tiberina cœptus ſit coli Æſculapius, Apollinis ex Coronide filius.

623. PANDITE, &c. SCITIS ENIM, NEC VOS, &c.]

&c. Imitatio Virgiliana ex lib. 7. v. 641. & Homeri ex 2. Iliad.

Pandite nunc Helicona deæ, cantúsque monete.

Et mox:

Et meministis enim diuæ, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

Quod ait, illas non fallere ... vetustatem hoc ... meminisse, quæ multis retro sæculis ac ... ad earum ... mentem connect... aduntur enim Iouis, & Mnemosynes, id est, memoriæ filiæ. Quo figmento docemur, ad ... peruenire cupientibus, intelligentiam & memoriam esse prorsus necessarias. Qui non pollet ingenio, nihil aut parum capit. Quem memoria destituit, etiam quæ cepit effundit.

626. DIRA LVES QVONDAM LATIAS VITIAVERAT, &c. Pestilentia (*pestilitas* Lucretio) ... cum ... tribuit. De alia, & quidem tam insima, habes lib. 7. *Dira lues populis odio Iunonis iniquæ Incidit.* Loquitur autem de illa, quam corruptus cæli tractus, seu infectio cæli affert de qua & Virgil. 3. Æneid.

——— Subitò cum tabida membris
Corrupto cæli tractu miserandaq; venit
Arboribusq; satisq; lues, & letifer annus.
Linquebant dulces animas: aut ægra trahebant
Corpora.

Hanc luem definit Hieronymus Mercurialis, medicus sæculi nostri etiam ... cap. 4. de Pestilent. *Est morbus communis, compluribus simul, etiam diuersarum regionum infestus, letalis, & maxime contagiosus.* Quæ definitio in alios etiam morbos contagiosos conuenit. Alia proinde quærenda. Hippocrates, siue quis alius, libro περὶ φυσῶν, *de spiritibus*, omnium morborum communem originem ait esse aërem, quando vel copiosior, vel paucior, vel cumulatior, atque morbosis inquinamentis infectus corpus ingreditur. Etsi negandum non est, aliunde quoque morbos nasci posse.

628. FVNERIBVS FESSI] Assiduè multis perennibus ... numero magis opere imminuto. Hæc ... contigit anno Vrbis conditæ CDLX. ... ore ...

630. AVXILIVM CÆLESTE PETVNT] Humana præsidia spernenda non sunt, nec contemnendus, immò honorandus medicus, propter necessitatem. Semper tamen ... in Deo figenda. nec valetudinis recuperatio medicinæ, sed Deo, qui herbis & medicamentis eam vim dedit, adscribenda; qui etiam ... nutu & voluntate curare morbos desperatissimos potest. Ad quem proinde tamquam ad remedium remediorum omnium confugiendum: quod nos poëtæ, vt alia innumera ... à Christi disciplina aliena, docuerunt. Et potest quisque medicus, cùm ægrotum sanat, dicere, cum Iapide libro 12. apud Maronem, dum vulnus Æneæ fouet, aqua occultè à Venere salubribus succis imbuta, vt sagitta sponte excideret:

Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt, neq; te, Ænea, mea dextera seruat.
Maior agit deus, &c.

De petito porro cælesti auxilio ab Æsculapio per legatos Epid... ex libris Sibyllinis Valer. Maxim. lib. 1. cap. 8.

MEDIAMQVE TENENTIS ORBIS HVMVM DELPHOS] *Delphi* oppidum sub monte Parnasso, vmbilicus orbis & terrarum appellabatur. In ea vrbe oraculum Apollinis nobilissimum omnium. In fabulis est, & memorat Strabo lib. 9. Iou... vt sciret medium & vmbilicum mundi, ... aquilas, vnam ab oriente, alteram ... emisisse, quæ apud Delphos ... Quam rem Claudianus de Consulatu Manlij Theodori his versibus complexus est:

Iuppiter, vt perhibent, spatium cùm discere vellet
Naturæ regni nescius ipse sui,
Armigeros virimque duos per nubibus alis
Misit ab Eou, occiduisq; plagis.

632. MISERIS SVCCVRRERE VELIT] Dido 1. Æneid. *Miseris succurrere disco.*

633. TANTAQVE VRBIS] Magis ad sua tempora respiciens dixit *tanta*: nondum enim erat tanta.

634. ET LOCVS, ET LAVRVS, ET QVAS HABET IPSE, &c. Ad maiestatem venerationemque Apollinis spectat, quòd omnia tremuisse dicit, antequam daretur responsum. Erat hæc quædam animorum præparatio. Adumbrauit locum ex 3. Æneid. vbi Delo oraculum consulunt de suo itinere Troiani:

Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repentè
Liminaq; laurusq; dei, totusq; moueri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.

635. CORTINAQVE REDDIT IMO HANC ADYTO VOCEM] De cortina respons... tibi Seruius in locum Virgilij iam iam pro... Sunt qui dicant *tripodes* mensas fuisse in templo Delphici Apollinis, super quibus recumbentes Phœbades responsa redderent, quas etiam mensas *cortinas* vocarunt, à corio Pythonis, cùm eo tripus Delphicus tegeretur. Alij tamen *cortinam* vas esse crediderunt tribus effulrum pedibus, in quod Phœbas vaticinatura mergebatur. Alij sellam, quæ tribus pedibus fulciretur, super qua sedens oracula ederet. Natal. lib. 4. Mytholog. cap. 10.

636. PAVEFACTAQ. CORPORA MOVIT] corpora legatorum pauentium concussit. Pauefaciendo eos in tremorem dedit. Nam qui pauent tremunt.

637. QVOD PETIS HINC, PROPIORE LOCO, ROM. PETES, &c.] Oracula Apollinis plerumque obscura fuerunt, vnde & Λοξίας, *obliquus*, illi cognomentum. Hoc tamen nihil planius. Mittit eos Epidaurum ad filium Æsculapium. H. Glareanolocus videtur inexplicabilis. Nam è Roma nauigatio per sinum Corinthiacum Delphos longè breuior est, quàm ad Epidaurum Peloponnesi vrbem, ad latus Orientis. Nec enim alia est Epidaurus Æsculapio sacra.

640. ITE BONIS AVIBVS] Quòd omnia grauiora ... aptatis priùs auspicijs aggrediebantur, & auspicatò faciebant; hinc Prouerbia: *Bonis auibus, mala aui, sinistris auibus.* Catullus in Epithalamio: *Bona cum bona nubit alite virgo.* Tibull.

A lib.3.eleg.3. *Fulſerit hic niueis Delius aliticibus*. Horat. ode 15.l.1. *Mala ducis aui domum Quam multo repetet Græcia milite*. Et ode 4.lib.3.

Troiæ renaſcens alite lugubri
Fortuna triſti clade iterabitur.

Sic Græci ὄρνιθι αἰγίῳ, ἀπαισίῳ, *aui fauſta, infauſta*.

PROLEMQVE ACCERSITE NOSTRAM] Liuius extremo libro 10. *Inuentum in libris Aeſculapium ab Epidauro Romam arcerſendum. Neque eo anno, quia bello occupati Conſules erant, quidquam ea de re actum, præterquam, quòd vnum diem Aeſculapio ſupplicatio eſt habita*. Et libro 29. *Nullas dum in Aſia ſocias ciuitates habebat populus Romanus, tamen memores Aeſculapium quoque ex Græcia quondam haud dum vllo fœdere ſociata, valetudinis populi cauſſa accerſitum*. Annotauit hæc Ciofanus.

641. PRVDENS SENATVS] ob id prudens, quia è ſenibus, ſecundùm notionem vocabuli, conſtare debet. Prudentia autem ſenum, ſicuti vires iuuenum. *Conſilium ſapiens* vocauit in Partitionibus Cic.

B ACCEPARE SENATVS] Vt, *turba ruunt, pars in fruſta ſecant*, & ſimilia. Eſt enim collectiuum: & docet iſta Syntaxis.

643. QVIQVE PETANT VENTIS] Virgilius 2. Æneid. *Et nunc quòd patrias vento petiere Mycenas*. Et 4. *I, ſequere Italiam, ventis pete regna per vndas*. Quamquam omnes libri poſt *ventis* interpungunt.

EPIDAVRIA LITTORA] *Epidaurus*, vrbs Peloponneſi, Æſculapij cultu nobilis.

644. INCVRVA CARINA] Lib.1. *Et ſubiecta tegunt curua vineta carina*.

C 645. CONSILIVM GRAIOSQVE PATRES ADIERE] *Conſilij* nomine accipe *ſenatum vrbis* (in Catilinar. ſenatum Romanum *ſummum orbis terræ conſilium* appellat Cicero.) *Patres*, optimates. Eos adierunt, in quorum arbitrio populus erat.

646. FVNERA AVSONIÆ] Non igitur tantùm Romæ lues ſerpebat. Aut κατ' ἐξοχὴν pro Roma, *Auſonia*. Aut totum pro parte, κατὰ συνεκδοχήν.

647. CERTAS ITA DICERE SORTES] Variè legitur hic locus in editione Lipſienſi. Libri duo habent, *certas ita dicere ſortes*, quæ lectio expedita & facilis eſt, hac mente: orant Græcos illos proceres, vt ſibi velint dare abducendum deum ſuum, ad ſedandam peſtilentiam. Apollinem enim, vt hunc peterent, auctorem ſibi fuiſſe.

D 648. DISSIDET, ET VARIAT SENTENTIA] Audita legatione duplex Epidauriorum fuit ſententia. Pars mitior aſſentire, pars durior, & ſui commodi tenacior diſſentire. Sed deus ipſe litem diremit.

651. DVM DVBITANT, SERAM PEPVLERE CREPVSCVLA LVCEM] Nox huic deliberationi interuenit. *Seram lucem* extremum diei appellat. Crepuſculum quid ſit norunt etiam indoctiores. Notatu libro 1. de dubia illa luce matutina non dici. Et *pepulere*, quaſi pro iure ſuo ſic, vt viciſſim dies noctem pellere & fugare dicitur.

A 652. VMBRAQVE TELLVRIS] Definitio noctis. Nihil enim eſt aliud nox, quàm vmbra terræ. Baſilius: νὺξ ἐστι σκίασμα γῆς, ἀποκρυφθέντος ἡλίου γενόμενον, *nox eſt vmbra terræ, quæ ſole occumbente exiſtit*. 2. Æneid. *Ruit Oceano nox inuoluens vmbra magna terramq́ue polumq́ue*. Et adeò comitatur noctem vmbra ſemper, vt pro nocte *vmbras* dixerit Virgil. 1. Georg. *Et medium luci atque vmbris iam diuidit orbem*. Præterea de nocte vide Iſidor. lib.5. Originum cap 31

653. DEVS OPIFER] deus ægros curans, deus medicus. De eodem Stat. 3. Syluar. *Vbi maximus agris Auxiliator adeſt*. *Opem* & auxilia vocant medicinas & medicamina Latini. Ipſemet Apollo de ſe libr. 1. *Inuentum medicina meum eſt, opiferq́ue per orbem Dicor*.

B 654. QVALIS IN ÆDE ESSE SOLET] Ea forma per quietem ſe principi legationis obtulit Æſculapius, qua forma viſitur in delubro ſuo: nam poſtea ſerpentis faciem induit.

655. BACVLVMQVE TENENS AGRESTE] Exponit nunc ipſam hanc formam, & ait, viſum ſiniſtra tenere *baculum agreſte* (nota genus neutrum) id eſt, impolitum & rudem ſcipionem. Item εὐπώγωνα, *bene barbatum*, quam barbam ſibi dextra demulſerit. Monet Frid. Morellus Notis in Statij Syluas, in quibuſdam ſignis Æſculapij hunc ſerpentem non baculo implicatum conſpici; ſed ita eius pedibus ſubſtratum, vt tibias & crura dei ambiat. Profert item verba Macrobij. Saturnal.1.cap.10. *Simulacris Aeſculapij & Salutis draco ſubiungitur, quòd hi ad Solis naturam Lunæq́ue referuntur*. & eſt Æſculapius vis ſalubris de ſubſtantia ſolis, ſubueniens animis C corporibuſque mortalium.

656. CÆSARIEM LONGÆ DEXTRA DEMVLCENS BARBÆ] Geſtum, ſeu actum ipſum barbam demulcentis bellè expreſſit. Sic 1. Faſt. de Iano *Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam*. Occurrit hiſtoria de Dionyſio Siciliæ Tyranno, qui cum fana ſpoliaret, barbam auream Æſculapij ſtatuæ iuxta Apollinem patrem conſtitutæ auſus eſt detrahere, cùm diceret, non conuenire filium eſſe barbatum, cùm pater eſſet imberbis. Cicero 3. de natura Deorum, Petrus Victorius libr.21. Variarum capite 10. Porrò *cæſaries* propriè eſt capitis, & virorum. Dicitur enim à cædendo. At mulierem tonſam eſſe non decet. Virgilius tamen 4. Georg. de nymD phis quoque vſurpauit *Cæſariem effuſa nitidam per candida colla*.

657. PLACIDO EMITTERE PECTORE VOCES] 1. Æneid. *Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit*. Verbis placidis, vtpote ex animo placido & benigno venientibus. Lib 7. *Atque hæc ingreſſis placido prior edidit ore*.

658. PONE METVS] Non ſine cura & ſollicitudine legatus dormitum conceſſerat, & de euentu anxiè ſecum cogitabat. 1. Æneid. *Parce metu Cytherea*. Ibid. Dido Troianis: *Soluite corde metum Teucri*.

SIMVLACRAQVE NOSTRA RELINQVE] Veniam, id eſt, ſequar vos Romam; ſed non iſta figura & ſpecie, qua me conſpicis. Qua nam igitur? Subtexit.

659. HVNC MOOO SERPENTEM, BACVLVM QVI NEXIBVS AMBIT] Sub forma ſerpentis baculo circumuoluti, ſed magni, ſe ſecuturum promittit. In æde porrò ſerpentem baculus non habebat.

662. IN QVANTVM VERTI CAELESTIA CORPORA POSSVNT] Grandius humano & auguſtius corpus dijs tribuebant. Lege quæ atrulı in Symbol. ſuper illa verba 2. Æneid. de Venere: *Qualiſq́; videri Cælicolis, & quanta ſolet.* Docet ergo, ſe, pro eo ac deum decet, ingentem fore, etiam in ſerpente. Certè inſrà, eo iam nauim ingreſſo, ait, *deus eminet altè.*

663. EXTEMPLO CVM VOCE DEVS, CVM VOCE DEOQVE] Pulchra rerum gradatio; ſilet deus, & diſparet; & abit ſimul ſomnus, euigilante legato; & ſequitur lux, ſeu dies, vt ſub diluculum hoc viſum contigiſſe veriſimillimum ſit.

665. POSTERA SIDEREOS AVRORA FVGAVERAT IGNES] Libro 4. *Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes.* 3. Æneid. *Iamq́; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis.* *Ignes* nominat, quoniam & cælum, & aſtra quibuſdam philoſophis ignea natura conſtare credita ſunt. Horatius ode 12. libro 1. vocat *ignes minores*, propter ſolem & lunam ſcilicet, qui ſunt maiores haud dubiè, ſi oculis credimus.

666. INCERTI QVID AGANT PROCERES] Epidaurij ſummates pendebant animi, quid agerent. Romanis ita laborantibus & afflictis auxilium negare, inhumanum; ſuam autem vrbem tam præſenti numine ſpoliare, temerarium, & propè inſanum videbatur. Inueniunt tamen conſilium.

AD TEMPLA OPEROSA] magnis operis & ſumptibus ædificata. At nullum profectò in orbe terrarum maioribus, quàm Salomonis. Cicero 2. de Legibus: *Ne'qui ſepulchrum facerent operoſius, quàm quod decem homines effecerint triduo.* 2. Officior. *Artes operoſas* nuncupat, quas nos mechanicas: *Quæ in vſu ac tractatione belluarum fiunt vtiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operoſis.*

668. SIGNIS CÆLESTIBVS] non ſigno aliquo, quod in cælis fieret: ſed ſignis deo ac cælite dignis, ſignis diuinis.

Æſculapij in ſerpentem verſi aduentu templum, & in eo omnia contremiſcunt. Sacerdos numen exclamat, & cum præſentibus preces concipit, deus annuit. Per humum floribus ſparſam ad portum lapſus, in nauem ſe ingerit. Lætantes Romani, bouem ſoluturi ſacrificant. Iter narratur. Ad oſtia Tiberina ſacrificijs & odoribus excipitur. Inſulam Tiberinam ſibi ſedem deligit.

669. *Vix bene deſierant, cùm criſtis aureus altis* XVIII.
In ſerpente deus prænuntia ſibila miſit:* *mouit:
Aduentúque ſuo ſignúmque, aráſque, foréſque
Marmoreúmque ſolum, faſtigiáque aurea mouit:
Pectoribúſque tenus media ſublimis in æde
Conſtitit, atque oculos circumtulit igne micantes.
675. *Territa turba pauet. cognouit numina caſtus,*
Euinctus vitta crines albente ſacerdos.
En deus eſt, deus eſt: animis, linguiſque fauete,
Quiſquis adeſt, dixit: ſis ô pulcherrime viſus
Vtiliter, populóſque iuues tua ſacra colentes.

Quiſquis adeſt, viſum veneratur numen, & omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata, piumque
Æneadæ præſtant & mente & voce fauorem.
Annuit his, motiſque deus rata pignora criſtis,
Et repetita dedit vibrata ſibila lingua.
Tum gradibus nitidis delabitur, oráque retro
Flectit, & antiquas abiturus reſpicit aras:
Aſſuetáſque domos, habitatáque templa ſalutat.
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humum, flectitque ſinus, mediámque per vrbem
Tendit ad incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hîc, agménque ſuum, turbæque ſequentis
Officium placido viſus dimittere vultu,
Corpus in Auſonia poſuit rate: numinis illa
Senſit onus; preßáque dei grauitate carina.
Æneadæ gaudent; cæsóque in littore tauro
Torta coronatæ ſoluunt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem; Deus eminet altè:
Impoſitáque premens puppim ceruice recuruam,
Cæruleas deſpectat aquas: modicíſque per æquor
Ionium Zephyris ſexto Pallantidos ortu
Italiam tenuit: prætérque Lacinia templa
Nobilitata dea, Scyllæáque littora fertur.
Linquit Iapygiam, leuibuſque Amphryſia remis
Saxa fugit, dextra prærupta Ceraunia parte,
Romechiúmque legit, Caulonáque, Naritiámque,
Euincitque fretum, Siculique anguſta Pelori,
Hippotadæque domos regis, Temeséſque metalla,
Leucoſiámque petit, tepidique roſaria Pæſti.
Inde legit Capreas, promontoriúmque Mineruæ,
Et Surrentino generoſos palmite colles,
Herculeámque vrbem, Stabiáſque, & in otia natam
Parthenopen, & ab hac Cumeæ templa Sibyllæ.
Hinc calidi fontes, lentiſciferumque tenetur
Linternum, multámque trahens ſub gurgite arenam
Vulturnus, niueíſque frequens Sinueſſa colubris,
Minturnæque graues, & quam tumulauit alumnus,
Antiphatæque domus, Trachaſque obſeſſa palude,
Et tellus Circæa, & ſpiſſi littoris Ancon.* *Auxna
Huc vbi veliferam nautæ aduertêre carinam
(Aſper enim iam pontus erat) deus explicat orbes,
Pérque ſinus crebros, & magna volumina labens,
Templa parentis init, flauum tangentia littus.
Æquore placato patrias Epidaurius aras
Linquit; & hoſpitio iuncti ſibi numinis vſus,
Littoream tractu ſquamæ crepitantis arenam

Sulcat, & innixus moderamine nauis, in alta
Puppe caput poſuit: donec caſtrúmque, ſacráſque
Lauini ſedes, Tiberináque ad oſtia venit.
Huc omnes populi paſſim, matrúmque patrúmque
Obuia turba ruit, quæque ignes Troica ſeruat
Veſta tuos, lætóque deum clamore ſalutant.
Quáque per aduerſas nauis cita ducitur vndas,
Thura ſuper ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab vtraque ſonant, & odorant aëra fumis;
Ictáque coniectos incalfacit hoſtia cultros.
Iámque caput rerum Romanam intrauerat vrbem:
Erigitur ſerpens: ſummóque acclíuia malo
Colla mouet, ſedéſque ſibi circumſpicit aptas.
Sciuditur in geminas partes circumfluus amnis:
Inſula nomen habet, laterumque à parte duorum,
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc ſe de Latia pinu Phœbeïus anguis
Contulit; & finem, ſpecie cæleſte reſumpta,
Luctibus impoſuit, venitque ſalutifer vrbi.

669. VIx BENE DESIERANT] vix precem finierant. Virgil. 3. Æneid. *Vix ea fatus erat.*

CVM CRISTIS AVREVS ALTIS, &c.] *Criſtis aureus*, babens in capite criſtas aureas, ſeu auro criſtatus. Libro 3. de dracone quem Cadmus interemit, *criſtis præſignis & auro*. Vbi eſt ἐν διὰ δυοῖν. De Hercule infante, & eliſis ab eo à Iunone immiſſis eius perdendi ſerpentibus, Seneca Hercule Fur.

——— Nanquid immanis fuit
Infantis ætas? monſtra ſuperauit priùs
Quàm noſſi poſſit. Gemina criſtati caput
Angues ferebant ora, quoi contra obuius
Repſauit infans, &c.

670. PRÆNVNTIA SIBILA MISIT] *Sibilare* ſerpentum eſt. Sibilo igitur aduentum ſuum Æſculapius μεταμορφωθεὶς prænuntiauit. 2. Æneid. de duobus ſerpentibus miræ magnitudinis: *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*

671. SIGNVMQVE] ſuam ipſius ſtatuam.

672. FASTIGIA AVREA] auro illuſa & ornata.

673. PECTORIBVSQVE TENVS SVBLIMIS CONSTITIT] erexit ſeſe ad pectus vſque.

674. OCVLOS CIRCVMTVLIT IGNE MICANTES] Hoc epitheto monere nos voluit Ouidius acutiſſimi viſus, quo valere aiunt ſerpentes & dracones, à quo & nomen illis inditum. Feſtus: *Dracones dicti ἀπὸ τοῦ δέρκειν, quod eſt videre*: clariſſimam enim dicuntur habere oculorum ſpeciem. Qua ex cauſſa incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſſa finxerunt antiqui. Ideoque Æſculapio attribuuntur, quòd vigilantiſſimi generis putantur. Quæ res medicinæ maximè neceſſaria eſt. Horatius ſatyr. 3. libro 1. *Epidaurium ſerpentem* poſuit pro quouis ſerpente: quod Æſculapio, qui colebatur apud Epidaurios, eſſet ſacer: *Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum, Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?*

675. TERRITA TVRBA PAVET] quotquot aderant, rei inexſpectatæ miraculo expaueſcebant. Nemo tamen præter ſacerdotem ibi latere deum cognoſcebat.

676. CASTVS, EVINCTVS VITTA SACERDOS] A ſacrificaturis, hoc eſt, à ſacerdotibus abſtinentiam à Venere, quamuis legitima, exigebant. Ob id eos in campis Elyſijs cum pijs vatibus locat Virgilius in 6. tametſi *caſtus* etiam eſt religioſus ac pius.

Quiq́; ſacerdotes caſti, dum vita manebat,
Quiq; pij vates, & Phœbo digna locuti, &c.

De *vitta* multa aliunde petita in Symb. ad 2. Æneid. diſſerui.

677. EN DEVS EST, DEVS EST] Geminatio facit ad incutiendam reuerentiam. Lucretius de repertore ſapientiæ, ſiue is Pythagoras, ſiue Socrates, ſiue aliquis alius fuit, *Deus ille, deus fuit, inclyte Memmi*, in exorſu lib. 5.

ANIMIS, LINGVISQVE FAVETE] Quid ſit *animo fauere*, quis neſcit? *Fauere lingua*, eſt bona verba dicere, bene precari, ſicut mox ſacerdos verba præit: *Sis ô pulcherrime viſus vtiliter*, &c. Senecæ eſt, *præſtare ſilentium in ſacris*. Sed pluribus auctorum locis certiſſimum eſt id valere quod diximus, & falli Senecam.

678. SIS VISVS VTILITER] aſpectus tuus, quamquam ſub hac effigie, nobis fælix ac fauſtus ſit. Bene eueniat quòd te vidimus.

682. ET MENTE, ET VOCE FAVOREM]Romani quoque *animis, linguiſq; fauebant*. Interptetatur enim per poſterius illud prius.

683. MOTISQ. DEVS RATA PIGNORA CRISTIS, &c.] & criſtarum motione, & ſibili iteratione ſe vota accipere oſtendit.

685. GRADIBVS NITIDIS] propter nitorem marmoris, vnde facti. Cùm enim eſſet ſolum templi marmoreum, cur non & gradus?

686. ET ANTIQVAS ABITVRVS RESPICIT ARAS, ASSVETASQVE DOMOS] More hominum, qui chara, & diu ab ſe habitata loca cùm deſerunt, ſæpe reſpiciunt, & quaſi ſentientibus valedicunt. De fęminis Troianis, quas Græci victores ſecum captiuas abducebant, lib. 13.

Troia vale, rapimur, clamant, dant oſcula terræ
Troades, & patria fumantia tecta relinquunt.

Auctor Liuius libro 30. Annibalem iam annum ſextumdecimum hærentem in Italia, cùm à ſuis Carthaginenſibus reuocaretur, adeò mœſtum abijſſe, vt nemo ferè patriam exilij cauſſa mœſtiùs aliquando reliquerit; & ſæpe Italiæ littora reſpexiſſe. Lib. 11. noſter de Ceyce tempeſtatem ſubeunte, qua etiam merſus eſt: *Patria quoque vellet ad oras Reſpicere, inq; domum ſupremos tollere vultus.*

687. SALVTAT]etiam abituri dicuntur ſalutare. 1. Triſt. eleg. 3. qua ſuum ex vrbe diſceſſum tam flebiliter commemorat:

Dijq; relinquendi, quos vrbs habet alta Quirini,
Eſte ſalutati tempus in omne mihi.

Æneid. 9. dolet Euryalus, ſe abiturum in diſcrimen, cogi matrem inſalutatam relinquere.

688. PER INIECT. ADOPERT. FLORIBVS HVMVM] In triumpho viæ conſternebantur floribus. 4. Triſt. eleg. 2.

Quaq; ibis manibus circumplaudêre tuorum,
Vndiq; iactato flore tegente vias.

Solebat item pop. Romanus (vt ibid. in Commentario docere memini) floribus aſpergere, coronas & lemniſcos proijcere in eos, quos cohoneſtare volebat, &c.

689. SERPIT HVM.] Propriè *Serpens* enim à ſerpendo.

FLECTITQVE SINVS] eſt, quod ait Virgilius 2. Æneid. de ſerpentibus item: *Sinuantq; immenſa volumina terga.*

MEDIAMQVE PER VRBEM] quò meliùs à pluribus conſpiceretur, & res quàm citiſſimè vulgaretur. Apud poëtas autem, cùm dicunt *medium*, non intelliges medium mathematicum, quod & alibi propter rudiores monuimus aliquoties.

690. TENDIT AD INCVRVO MVNITOS AGGER. PORT. &c.] Valerius Maximus lib. 1. cap. 8. *Per vrbis celeberrimas partes, mitibus oculis, & leni tractu labi cœpit, triduoq; inter religioſam omnium admirationem conſpectus, haud dubiam præ ſe appetitæ clarioris ſedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit.* Eadem de hoc ipſo ſerpente Æſculapij Romam delato Scriptor de Viris illuſtrib. cap. 52.

691. TVRBÆQVE SEQVENTIS OFFICIVM]

A 4. de Ponto, eleg. 4. ad Sex. Pomp. Coſ. deſignatum:

Inde domum repetes toto comitante ſenatu,
Officium populi vix capiente domo.

Ibidem explicaui, quid eſſet *officium* Iureconſultis.

694. PRESSAQVE DEI GRAVITATE CARINA, &c.] Numinis onus ſenſiſſe nauem Legatorum, manifeſtum ſignum, quia non modicè ſubſedit, quod Romanis ſummo gaudio fuit. De Hercule in cælum à Ioue tranſlato, libro 9. *Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris. Senſit Atlas pondus.* 6. Æneid. de Ænea: *Gemuit ſub pondere cymba.*

695. CÆSOQVE IN LITTORE TAVRO] Neptuno ſcilicet, pro fælici nauigatione. Hæc erat
B eius victima. 2. Æneid.

Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos,
Sollemnes taurum ingentem mactabat ad aras.

Quamquam & Apollinis; vnde alibi: *Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.* Et Iouis quoque. 3. Æneid. *Cælicolûm regi mactabam in littore taurum.*

696. TORTA CORONATÆ SOLVVNT RETINACVLA NAVIS] Torta retinacula ſunt torti funes, πευμανήσια, quibus naues ad littus religantur. Coronabant autem naues, ad lætitiam ſignificandam. 4. Æneid.

Vndique conuenere: vocat iam carbaſus auras:
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Valer. ibid. *Tum legati, perinde atque exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuq; anguis à peritis accepto, læti inde ſoluerunt.*

C 697. DEVS EMINET ALTE] ad vaſtitatem draconis oſtendendam hoc dicit.

699. DESPECTAT AQVAS] *Deſpicere* & *deſpectare* ab alto proſpicientium ſunt.

PER ÆQVOR IONIVM] Coniungitur mari Adriano. *Ionio rore* dixit Propertius, magna παχεινότητι, lib. 2. eleg. 26.

Vidi ego te in ſomnis fracta, mea vita, carina,
Ionio laſſas ducere rore manus.

Cynthiam compellat.

700. MODICIS ZEPHYRIS] leni vento. συνεκδοχή.

SEXTO PALLANTIDOS ORTV] ſexta aurora, id eſt, ſexto die: pars pro toto. Eadem figura eſt, *poſt duos, tres luciferos.*

701. ITALIAM TENVIT] ad littus Italiæ na-
D nis appulſa eſt. *Tenuit*, verbum nauticum. 5. Æneid. *Interea Aeneas medium iam claſſe tenebat Certus iter.* Et 3. *Poſtquam altum tenuere rates.* Cicero ad Lentulum epiſt. 9. libro 1. *Sed vt in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt; etiamſi portum tenere nequeas,* &c.

PRÆTERQVE LACINIA TEMPLA &c.] Pręteruehitur à promontorio Lacinio (à Lacinio latrone ſic appellato) Iunonis Laciniæ templum. 3. Æneid. *Attollit ſe diua Lacinia contrà.*

702. SCYLLAEAQVE LITTORA] vbi Scyllarum ſaxum, quod Maro *nauifragum Scylaceum* dixit 3. Æneid. oppidum in finibus Calabriæ.

703. LINQVIT IAPYGIAM] *Iapygiam* Stephanus vrbem Italiæ facit. vide Ortelij Theſaurum Geographicum.

LEVI-

LEVIEVSQVS AMPHRVSIA REMIS, &c.] A Adi Turneb. librum 1. Aduerſariorum cap. 26. Sequuntur & alia loca, quæ legerunt, de quibus conſulendi Geographi, ne Dictionarium conſcribamus. Eſt ſanè longus vrbium, inſularum, montium, fluuiorum catalogus. Maritimum Æneæ iter ex 3. Æneid. ab Epiro in Italiam ſumpſit imitandum.

706. EVINCITQVE FRETVM] non ſine difficultate Siculum fretum nauigat.

SICVLIQVE ANNVSTA PELORI] Ex tribus Siciliæ promontorijs *Pelorum* Italiam reſpicit, de cuius anguſtijs & Virgil. 3. Æneid.

Aſt, vbi digreſſum Sicula te admouerit ora
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori.

707. TEMESESQ. METALLA] Temeſe oppidum in Brutiis, clarum aurifodinis.

708. LEVCOSIAMQ. PETIT] Inſula eſt ex aduerſo Pæſti.

TEPIDIQVE ROSARIA PAESTI] *Paſtum* Lucaniæ oppidum maritimum, cælo elementi, & roſarum optimarum fertilitate nobile. Virgilius 4. Georg. *Biferiq. roſaria Paſti*. Martial. libro 14. *Prataq., nec bifero ceſſura roſaria Paſto.* Bis enim anno floret Pæſtanus ager.

709. CAPREAS] inſulæ nomen.

PROMONTORIVMQVE MINERVAE] prope Surrentum, in cuius imo ædicula Mineruæ.

711. HERCVLEAMQVE VRBEM] *Heracleam* vrbem Campaniæ nobilem, quo nomine fuerunt aliæ diuerſarum regionum plurimæ, vt videre eſt apud Stephan.

ET IN OTIA NATAM PARTHENOPEN] Quæ C nunc Neapolis, olim dicta eſt Parthenope, ab vna Sirenum ibidem ſepulta. Cuius amœnitas ad otium, & animi remiſſionem Romanos inuitabat. Dedit ibidem ſtudijs liberalibus operam Maro, vt eſt in fine 4. Georg. *Illo me tempore dulcis alebat Parthenope, ſtudijs florentem ignobilis oti.* Teſtamento etiam corpus ſuum in agro Neapolitano condi iuſſit, quod ab ipſomet iam morituro ſcriptum epigramma, ſanè rotundiſſimum, declarat:

Mantua me genuit; Calabri rapuere; tenet nunc
Parthenope. cecini paſcua, rura duces.

712. CVMAEAE TEMPLA SIBYLLAE] Præterijt quoque *Cumas*, vrbem Campaniæ, quæ à Sibylla famam, & quaſi quamdam ſanctimoniam accepit: quocirca *templi* vocabulo eam dignatur.

713. HINC CALIDI FONTES] *Baias* fortaſſe intelligit.

716. MINTVRNÆQVE GRAVES] propter cæli aſpirationem inſalubrem, ſeu grauitatem cæli.

ET QVAM TVMVLAVIT ALVMNVS] *Caietam*, cui nomen dedit Caieta Aeneæ nutrix, ab eodem ibidem tumulata. Principio 7. Æneid.

Tu quoque littoribus noſtris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam, Caieta, dediſti.
Et nunc ſeruat honos ſedem tuus, oſſaq. nomen
Heſperia in magna (ſi qua eſt ea gloria) ſignat.

Meminit & noſter poëta libro 14. additque venuſtum epitaphium:

——— Vrnaq. Aeneia nutrix
Condita marmoreo tumulo breue carmen habebat:
Hic me Caietam nota pietatis alumnus,
Ereptam Argolico, quo debuit igne cremauit.

717. ANTIPHATAEQVE DOMVS] *Formia*, vbi quondam Antiphates Læſtrygonum rex regnauit. De eius crudelitate libro 14. Metam. noſter Naſo.

718. ET SPISSI LITTORIS ANCON] De hoc loco conſulas cenſeo Egnatium libro Racemat. c. 8. Cioſanus legit *Anxur*, & nos cum illo.

720. ASPER ENIM IAM PONTVS ERAT] crebreſcente vento, & ſurgente fluctu, & imminente iam tempeſtate, (hæc erat ponti aſperitas) coacti ſunt terræ nauim aduertere.

DEVS EXPLICATOR SES, &c.] Æſculapius B poſitum ad littus Apollinis templum magnis voluminibus petit.

722. FLAVVM LITTVS] propter arenas flauas. Eadem de cauſſa Tiberim *flauum* dixit Maro libro 7. Aeneid.

——— Hunc inter fluuio Tiberinus amœno
Verticibus rapidis & multa flauus arena
In mare prorumpit.

Horat. ode 2. lib. 1.

Vidimus flauum Tiberim retortis
Littore Etruſco violenter vndis, &c.

724. IVNCTI NVMINIS] *iuncti* ſanguine, ſiquidem pater.

725. TRACTV SQVAMÆ CREPITANTIS, &c.] ὑποτύπωσις draconis, per ſinuoſa volumina, & arenoſum littus in nauem ſe recipientis.

727. DONEC CASTRVM] vocabulum oppidi inter Lauinium, & Oſtiam.

SACRASQVE LAVINI SEDES] propter conditorem Aeneam, puto, hoc illi epitheton dedit. Liu. lib. 1. Exponit deinde, quanto honore apud oſtia Tiberina Epidaurius iſte à Romanis acceptus, & verſus vrbem deductus ſit.

729. HVC OMNES POPVLI PASSIM, &c.] ſimul vt rumor increbuit, de aduentu Aeſculapij, vicini populi ſe ſpectatum & ſalutatum effuderunt.

730. QVÆQVE IGNES TROICA SERVAT VESTA TVOS] Periphraſis Veſtalium, quarum munus inextinctum ſeruare ignem Veſtæ, cuius ſacra ſecum Aeneas Troia extulit 2. Aeneid. D Non ſolitas autem niſi magna de cauſſa, vt in triumpho, in publicum prodire *Veſtales*, vel hinc colligimus.

731. LÆTOQ. DEVM CLAMORE SALVTANT] 3. Aeneid. *Italiam læto ſocij clamore ſalutant.*

733. THVRA SVPER RIPAS, &c.] in vtraque ripa ſtructis aris thura incendebant, quæ crepitum ſolent edere. Quomodò porrò hîc Epidaurium draconem à Romanis exceptum narret; ſic clari viri, & fœminæ principes excipiebantur. Paris Helenæ:

Ibis Dardanias ingens regina per vrbes,
Teq. nouam credet vulgus adeſſe deam.
Quaq. feres greſſus, adolebunt cinnama flamma,
Caſaq. ſanguineam victima planget humum.

Suetonius in Claudio, capite 25. *Incedenti paſſim victima caſa, ſparſo per vias identidem croco, ingeſtaq.*

ones ac lemniſci & bellaria. Hæc & plura Caſaub. in Sueton. pag. 234. num. 4.

734. ET ONERANT AERA FVMIS] totum aërem circumfuſum tantis odorum nubibus odorum reddunt. *Volat vapor ater ad auras*, Virgilius 7. Æneid. quamuis de aqua in aheno bulliente iſtuc prolatum eſt; nihilominus & in hanc rem conuenit.

735. INCALFACIT HOSTIA CVLTROS] ſanguis enim calidus.

736. CAPVT RERVM ROM. VRBEM] Suprà de Roma: *Et olim Immenſi caput orbis erit.* Et: *Sed dominam rerum*, &c.

737. SVMMOQVE ACCLIVIA MALO] ſi ſummo malo, admodum longum fuiſſe putemus licet.

739. SCINDITVR IN GEMINAS, &c.] Breuis inſulæ Tiberinæ topographia, quam ſibi ſedem Æſculapius delegit. Claudian. 3. Panegyr. in Stiliconem:

Huc depulſurus morbos Epidaurius heros
Reptauit placido tractu, vectumq; per vndas
Inſula Pæonium fixit Tiberina draconem.

Eius duo latera æqualia. Quamobrem ædes Æſculapij extra vrbem ſit Romæ, Plutarchus in problem. 94. has cauſſas affert: Siue quòd foris ſalubrius quàm in vrbe habitare crediderint. Nam Græci quoque in excelſis ac puris locis Æſculapij templa collocant. Siue quòd deum Epidauro accerſitum in vrbem veniſſe opinarentur. In Græcia enim non in vrbe, ſed procul ab Epidauro Æſculapij templum eſt. Siue quòd dum draco ex naui in inſulam deſcendiſſet, & ex oculis euanuiſſet, ipſum eo in loco ponendæ ædis auctorem ac præmonſtratorem fuiſſe putarunt.

742. PHOEBEIVS ANGVIS] quia Aeſculapius Phœbi filius.

743. SPECIE CÆLESTE] propter metrum, non enim poterat *cæleſti*. Serpentis, ſeu draconis imagine, qua cum aduenerat, abiecta, ſpeciem quamdam cæleſtem ac diuinam reſumpſit. Similiter in ſexto caſu *mare* pro *mari* dixit Lucret. libro 1. *E mare primùm homines, è terra poſſet oriri.* Dixit & Varro, *A mare ſeparata oppida.* Iocus Plauti in Milite: *Nam ſi amare abſtinuiſſem, tamquam hoc vterer.* Dubium eſt, vtrum dicat *à mare*, auferendi caſu, pro, *à mari*, an *amare*, à verbo amandi. Muretus libro 3. Variarum lectionum cap. 17. Contrà Lucret. libro 6. *Nilus in æſtati creſcit*, pro *æſtate*.

744. LVCTIBVS] propter graſſantem adeò peſtilentiam tota ciuitas erat in luctu, quæ præſentia illius conquieuit; ita luctibus finis eſt impoſitus. Valerius Maximus libro 1. cap. 8. *Atque in ripam Tiberis egreſſus legatis, in inſulam, vbi templum ei dicatum eſt, tranſnatauit: aduentuq; ſuo tempeſtatem cui remedio quæſitus erat, diſpulit.*

VENITQ. SALVTIF. VRBI] *Opifer* ſuprà. Auguſt. Ciuit. libr. 3. cap. 12. *Aeſculapius ab Epidauro ambiuit Romam, vt peritiſſimus medicus in vrbe nobiliſſima artem glorioſiùs exerceret.*

Laudes Cæſaris ex rebus geſtis, & adoptione Auguſti. Querimonia Veneris inter deos de inſidijs eius capiti comparatis.

XIX. *HIc tamen acceſſit delubris aduena noſtris:*
Cæſar in vrbe ſua deus eſt: quem Marte togáque
Præcipuum non bella magis finita triumphis,
Réſque domi geſtæ, properatáque gloria rerum
In ſidus vertêre nouum, ſtellámque comantem,
Quàm ſua progenies. nec enim de Cæſaris actis
Vllum maius opus, quàm quòd pater extitit huius.
Scilicet æquoreos plus eſt domuiſſe Britannos;
Pérque papyriferi ſeptemflua flumina Nili
Victrices egiſſe rates; Numidáſque rebelles,
Ciniphiúmque Iubam, Mithridatíſque tumentem
Nominibus Pontum populo adieciſſe Quirini:
Et multos meruiſſe, aliquós egiſſe triumphos;
Quàm tantum genuiſſe virum, quo præſide rerum
Humano generi ſuperi fauiſtis abundè.
Ne foret hic igitur mortali ſemine cretus,

Ille

Ille deus faciendus erat; quod vt aurea vidit
Æneæ genitrix: vidit quoque triſte parari
Pontifici letum, & coniurata arma moueri:
Palluit, & cunctis, vt cuique erat obuia, diuis,
Aſpice, dicebat, quanta mihi mole parentur
Inſidiæ, quantáque caput cum fraude petatur,
Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iulo.
Soláne ſemper ero iniuſtis exercita curis?
Quam modò Tydidæ Calydonia vulneret haſta;
Nunc malè defenſæ confundant mœnia Troiæ;
Quæ videam natum longis erroribus actum,
Iactarique freto, ſedéſque intrare ſilentum,
Belláque cum Turno gerere: aut, ſi vera fatemur,
Cum Iunone magis? Quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminiſſe priorum
Non ſinit, in me acui ſceleratos cernitis enſes:
Quos prohibete, precor, facinúſque repellite, néve
Cæde ſacerdotis flammas extinguite Veſtæ.
Talia nequicquam toto Venus anxia cælo
Verba iacit, ſuperóſque mouet, qui rumpere quanquam
Ferrea non poſſunt veterum decreta ſororum:
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.

745. HIC TAMEN ACCESSIT] Infrà: *Et deus accedat cælo.* Deſcendit commodè ad Auguſtum, in quo librum, atque adeò opus hoc terminat, atque hoc modo perpetuum carmen ad ſua tempora deducit, quod deos, vt poſſet, exordiens rogabat. Hic deus peregrinus eſt, & aliunde venit, Æſculapius inquam. Quid Cæſar?

746. CÆSAR IN VRB. SVA DEVS EST] Iulius Cæſar Romæ, vbi natus & educatus, diuinitatem adeptus eſt. Cuique noſtrûm patria ſua eſt vrbs ſua; ſi tamen in vrbe, non in pago, aut villa natus eſt. Quamquam eadem ratione qua vrbs, & pagus, & villa ibi natorum eſt.

QVEM MARTE TOGAQVE PRÆCIPVVM] pacis & belli artibus clariſſimum. De eo Appianus 2. Ciuil. *Vir per omnia fortunatus, & magnificus, meritoq́ cum Alexandro conferendus,* &c. Vide Plinium libro 7. cap. 25. & Velleium libro 2. Magnificè de ſe ipſo prædicans introducitur Iulius à Iuliano in Cæſaribus, vbi & Alexandro ſe antepopit: vt & in mortuorum Dialogis Scipio, Annibal, & Alexander apud Lucianum egregiè contendunt.

747. FINITA TRIVMPHIS] De triumphis eius ita Suetonius cap. 37. *Confectis bellis quinquies triumphauit; poſt deuictum Scipionem quater, eodem menſe, ſed interiectis diebus: & rurſus ſemel poſt ſuperatos Pompeij liberos. Primum, & excellentiſſimum triumphum egit Gallicum, ſequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouiſſimum Hiſpanienſem, diuerſo quemque apparatu & inſtrumento,* &c. De his apparatibus Velleius lib. 2.

749. IN SIDVS VERTERE NOVVM, STELLAMQVE COMANTEM] Virgilius eclog. 9. hoc vult: *Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum,* vbi hæc recitaui ex Suetonij Iulio cap. 88. quæ his, & proximè antegreſſis accommodata ſunt. *Periit VI. & L. anno ætatis ſuæ, atq; in deorum numerum relatus eſt, non ore modò decernentium; ſed etiam perſuaſione vulgi. Siquidem ludis, quos primò conſecratos ei hæres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem dies aſſiduò fulſit, exoriens circa vndecimam horam, creditumq; eſt animam eſſe Cæſaris in cælum recepti: & hac de cauſſa ſimulacro eius in vertice additur ſtella.*

751. QVAM QVOD PATER EXTITIT HVIVS] Mira adulatio. Omnia quæcunque de Iulij bellis ac triumphis ſcribuntur, & quę M. Tullius in ea pro M. Marcello honorificentiſſimè de eo teſtificatur, quæq́ue item alij literis mandarunt, nihil ſunt præ hoc, quòd Octauij Auguſti pater eſſe voluit: illum ſiquidem adoptauit. Ergo, quod hinc efficitur, non tam ille filio, quàm filius illi honori maximo & ampliſſimo eſt.

752. SCILICET ÆQVOREOS PLVS EST DOMVISSE BRITANNOS] Ironia. Britanniam eum petiuiſſe ſpe margaritarum, refert Sueton. cap. 45.

753. PERQVE PAPYRIFERI SEPTEMFLVA FLVMINA NILI, &c.] Libro 1. *Sic vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros Nilus.* Suetonius capite 35. *Pompeium Pharſalico prælio fudit, & fugientem Alexandriam perſecutus, vt occiſum deprehendit, cum Ptolemæo rege à quo ſibi quoque inſidias tendi videbat, bellum ſanè difficillimum geſſit: neque loco, neque tempore æquo;*

æquo; ſed hyeme anni, & intra mœnia copioſiſſimi ac ſollertiſſimi hoſtis, inops ipſe rerum omnium, atque imparatus. Regnum Aegypti victor Cleopatræ, fratriq́; eius minori permiſit: veritus prouinciam facere, ne quandoque violentiorem Præſidem nacta, nouarum rerum materia eſſet. Papyriferum nominat Nilum, quod in quieſcentibus, ſeu ſtagnantibus Nili aquis naſci ſolet. Vide Melchioris Guilandini Cummentarium *de Papyro*, in capita Plinij 11. & 12. libr. 13. in quem animaduerſiones conſcripſit Ioſephus Scaliger. Martial. libro 13. *Perdite Niliacas, Muſa, mea damna, papyros*. De inuentore autem chartæ, vſu, genere, bonitate, & veterum ſcribendi more Plinius, vt dixi, libr. 13. cap. 11. & 12. De ſeptem oſtijs Nili iam alibi diximus. Nomina horum oſtiorum ſunt *Peluſiacum, Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Phatniticum, Mendeſium, Taniticum*. Iuuenal. ſatyr. 13. affirmare non eſt veritus, vix totidem viros bonos inueniri, quot ſunt *Nili oſtia*. Satin' ὑπερβολικῶς.

754. NVMIDASQVE REBELLES, CINYPHIVMQVE IVBAM] Suetonius capite 35. *Dehinc Scipionem, & Iubam, reliquias partium in Africa refouentes, deuicit. Iubam* Mauritaniæ regem vocat *Cinyphium*, à Cinyphe fluuio in extrema Africa.

755. MITHRIDATISQVA TVMENTEM NOMINIBVS PONTVM] *Potentiſſimum regem* Cicero in Maniliana. De hoc bello in hunc modum Suetonius cap. 4. *Vaſtante regiones proximas Mithridate, ne deſidere in diſcrimine ſociorum videretur, ab Rhodo, quò pertenderat, tranſijt in Aſiam: auxilijsq; contractis, & Præfecto regis prouincia expulſo, nutantes ac dubias ciuitates retinuit in fide.* Et rurſum capite 35. *Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum tranſijt, vrgentibus de Pharnace nuntijs: quem Mithridatis magni filium, ac tunc occaſione temporum bellantem, iámque multiplici ſucceſſu præferocem, intra quintum quàm affuerat diem, quatuor quibus in conſpectum venerat horis, vna profligauit acie: crebrò commemorans Pompeij felicitatem, cui præcipua militiæ laus de tam imbelli genere hoſtium contigiſſet.*

756. POPVLO QVIRINI] populo Romano. *Quirinus* enim idem Romulus. Horat. ode 2. lib. 1. ad Auguſtum:

Serus in cælum redeas, diuq́;
Lætus interſis populo Quirini.

Vbi mendoſè ſcriptum reor in quibuſdam antiquis libris *populo Quirino*, adiectiuè ſcilicet. Quam tamen ſcripturam adducit & probat Lambinus pro ingenio ſuo. Veruntamen ſub finem huius legimus, *genitorq́; Quirina Vrbis*.

757. ET MVLTOS MERVISSE, ALIQVOS EGISSE TRIVMPHOS] De quinque triumphis illius quos egit, non multò antea mentionem fecimus. *Meruiſſe plures*, blandiùs dictum.

758. QVAM TANTVM GENVISSE VIRVM] 2. Triſt. *O vir non ipſo, quẽ regis, orbe minor*. Ad laudes Auguſti deuoluitur. Non genuit: ſed cùm ei locо filij heres eſſet, quodammodo eum genuiſſe viſus eſt: æquè enim filium, & ille æquè patrem nominabat, adoptionis iure videlicet. Cicero quoque in Philippicis non ſemel *Iulij filium* nominat. Adoptiui autem æquè *inſitiui* poſſunt nominari, quando in alienam familiam ac ſtirpem ceu poma & pira inſitiua in alienam arborem inſeruntur.

QVO PRÆSIDE RERVM, &c.] Non potuerunt dij illuſtriore argumento ſuum erga genus humanum fauorem oſtentare, quàm Auguſtum Romano, id eſt, omnium gentium imperio præficiendo. *Si omnis poteſtas à Deo eſt*, vtique & regia, & boni reges, ſeu Imperatores (nihil enim nunc intereſt) Dei munus ſunt, in cuius manu eorum corda ſunt. Qui tamen interdum propter peccata populi facit regnare hypocritam.

760. NE FORET HIC IGIT. MORTALI SEMINE CRETVS] Non decebat tantum & verè Auguſtum Imperatorem humano ſemine procreatum videri. Quapropter in deos referendus erat Iulius, vt cùm diceretur *Iulij filius*, diceretur eodem verbo *dei filius*. Atqui poſt ἀποθέωσιν ſuam Iulius Octauium nec genuit, nec adoptauit: & ante necem ſuam nulla eſt Iulio attributa diuinitas. Sed ſinamus Ouidium Principi ſuo, quantum libet, aſſentari. Profectò malè gratias retulit laudatori ſuo ingratiſſimus iſte Octauius Auguſtus, à quo nec paulo mitius ſaltem exilium vllis precibus impetrauit. de quo in Auguſto refert Sex. Aurelius Victor, & varijs de Ponto ac Triſtibus locis ipſe Poëta.

761. QVOD VT AVREA VIDIT ÆNEÆ GENITRIX, &c.] Venus, vt vidit eum deum faciendum, id eſt, inſidias & interitum illi parari, vt ita in cælum poſſet corpore ſolutus euolare, ingentem dolorem perſenſit. *Aurea*, explica pulchra, ſicut & alia pulchra vocamus aurea. Virgilius 10. *At non Venus aurea contrà Pauca refert*. Ibidem inſpice Symb. meas. Græcis poëtis χρυσῆ Ἀφροδίτη.

762. TRISTE PARARI PONTIFICI LETHVM] Suetonius capite 13. *Depoſita prouinciæ ſpe, pontificatum maximum petijt, non ſine profuſiſſima largitione*, &c. Dicta eiuſdem & facta, ſiue cauſſas huius conſpirationis & cædis, enumerat idem cap. 76. & ſequentibus.

763. ET CONIVRATA ARMA MOVERI] Conſpiratum eſt à LX. amplius, C. Caſſio, Marcelloq́ue, & Decimo Bruto principibus conſpirationis, Sueton. cap. 80.

764. ET CVNCTIS, VT CVIQVE ERAT OBVIA, DIVIS, &c.] vt in quemque deum incidebat, ſuum ei malum narrabat, auxiliumq́ue flagitabat.

765. MIHI PARENTVR INSIDIÆ] quia tamquam mater eum diligebat, in eius caſus & exitij communionem ſeſe dat.

766. QVANTAQVE CAPVT CVM FRAVDE PETATVR] *Caput* pro vita. Catullus: *Ne noſtrum inſidijs caput laceſſas*. A gladiatoribus ſumptum *petere*, quorum ictus dicuntur *petitiones*. In Oratore Cicero: *Gladiatores & vitando cautè, & petendo vehementer, omnia faciunt vtiliter ad pugnam, & ad aſpectum venuſtè*. Pro Sex. Roſcio: *Vitam & ſanguinem alicuius petere*. Non tranſlatè, & κατ' ὀνοματοποιΐαν in Ligariana: *Quid enim, Tubero, tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus mucro ille petebat?*

767. QVOD

767. QVOD DE DARDANIO SOLVM MIHI RESTAT IVLO] De gente Iulia ſolus ſupererat Iulius Cæſar. Iulij autem à Iulo Æneæ filio, Veneris nepote, 1. Æneid. de hoc ipſo:

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar
Iulius, à magno demiſſum nomen Iulo.

768. SOLANE SEMPER ERO INIVSTIS EXERCITA CVRIS] Exprobrat latenter dijs & deabus cæteris fælicitatem ipſorum, qui omni cura, ſollicitudine, timore ac dolore ſemper vacent, & immortali æuo ſumma cum pace fruantur, cùm ipſa toties vexetur, præſertim propter filium.

769. QVAN MODO TYDIDÆ] Diomedes Tydei filius, cuius pater Oeneus Calydoniæ rex, vulnerat Venerem Iliad. 5.

770. NVNC MALE DEFENSÆ CONFVNDANT MVENIA TROIÆ] Fauebant bello Troiano B Teucris Venus & Apollo. Sed fruſtra, aduerſantibus ſcilicet Iunone, Pallade, Vulcano; Ioue autem conniuente, vt videre eſt apud Homerum & Virg. Feſtinè Tertullianus in Apologet. *Sed conuerſus ad litteras veſtras, quibus informamini ad prudentiam, & ad liberalia officia, quanta inuenio ludibria? Deos inter ſe propter Troianos & Achiuos, vt gladiatorum paria congreſſos depugnaſſe.*

771. LVNGIS ERRORIBVS ACTVM] Dido Æneæ in fine lib. 1. *Nam te iam ſeptima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.* Et principio de Iunone:

His accenſa ſuper iactatos æquore toto
Troas, reliquias Danaûm atq; immitis Achilli,
Arcebat longè Latio, multoſq; per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum. C

772. SEDES INTRARE SILENTVM] deſcendens duce Sibylla ad inferos, viſum & conſultum patrem Anchiſen lib. 6.

Dij quibus imperium eſt animarum, vmbræq; ſilentes,
Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte ſilentia latè.

Noſter lib. 4.

Eſt via decliuis funeſta nubila taxo,
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes.

773. BELLAQVE CVM TVRNO GERERE] propter Lauiniam Latini regis filiam, quam Turno antè deſponſam, fata Æneæ ſeruabant. Videndus Maronis XII. potiſſimùm liber Æneidos.

774. CVM IVNONE MAGIS] quæ ſe Turno patronam præſtat, ex odio Troianorum, quos ab ipſa Italia modis omnibus reijcere, ac prohibere conata eſt. Sed hæc manifeſta Æneidem legentibus.

775. ANTIQVA DAMNA MEI GENERIS] Nimis multæ annorum centuriæ ab aduentu Troianorum in Italiam huc vſque effluxerunt. Nam ab Alba condita (condidit autem Aſcanius Æneæ filius) numerantur anni quadringenti. A condita inde Roma ad necem Cæſaris ſeptingenti octo.

TIMOR HIC MEMINISSE PRIORVM, &c.] Recentia mala veterum obliuionem inducunt.

776. IN ME ACVIS ELEVATOS CERNITIS ENSES] Suprà: *Aſpice, dicebat, quanta mihi mole parentur Inſidiæ.* Sic 1. Æneid. Æneæ filij ærumnas reputat ſuas, oratione pro eo, & Troianis ad Iouem:

Nos, tua progenies, cæli quibus annuis arces,
Nauibus, infandum, amiſſis, vnius ob iram
Prodimur: atque Italis longe disiungimur oris.

777. NEC VE CADENTE SACERDOTIS FLAMMAS EXTINGVITE VESTÆ] ne permittite, vt nece Cæſaris Pontificis religiones ac deorum cultus extinguantur.

780. VERBA IACIT] effundit fruſtra. Quanquam enim monebantur, & eius vicem dolebant, mutare tamen fata nequibant.

781. FERREA VETERVM DECRETA SORORVM] Tres ſorores fuerunt, Neceſſitatis filiæ. Natalis libro 3. cap. 6. Gyrald. Syntagm. 6. Sunt ergo Parcis, ſeu Fatis ſubiecti etiam ipſimet dij. Quod affirmat infrà Veneri, & libr. 9. dijs Iupiter, vbi deos ac deas affatur cupientes filios ſuos, & maritos in iuuentutem reſtitui. Triſt. 5. eleg. 4. *Fati dominas* indigetat:

An domina fati quidquid cecinere ſorores,
Omne ſub arbitrio deſinit eſſe dei?

Subiectionem illam fatalem appellaſſe *legem* veteres, notauit Muretus De legibus, ſenatuſconſultis, & conſuetudine. Hinc Chryſippus lib. περὶ νόμου, ὁ νόμος πάντων ἐςὶ βασιλεὺς θείων τε, καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. *Lex omnium diuinarum humanarumq; rerum domina ac regina eſt.* Ibidem multa de neceſſitate iſta fatali, quam nec dij poſſunt effugere, quamque legem, prouidentiam, Iouem, mundi opificem ſoliti ſunt appellare.

782. SIGNA TAMEN LVCTVS, &c.] Oſtendunt ſibi diſplicere quod futurum erat, certis, & ſedecim prodigijs, de quibus & Virgil. in fine 1. Georg. vnum ſupra viginti enumerans; & multa eadem Virgilianis, tametſi non anteceſſiſſe Iulij cædem, ſed ſecuta affirmat. Perſequitur nonnulla & Sueton. cap. 81.

Prodigia

Prodigia cædis eiuſdem, & ipſa cædes. Dolor Veneris.

XX. *ARma ferunt inter nigras crepitantia nubes,*
Terribileſque tubas, auditáque cornua cælo
Præmonuiſſe nefas. Solis quoque triſtis imago
Lurida ſollicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces viſæ medijs ardere ſub aſtris;
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.
Cærulus, & vultum ferrugine Lucifer atra
Sparſus erat; ſparſi lunares ſanguine currus.
Triſtia mille locis Stygius dedit omina bubo,
Mille locis lacrymauit ebur: cantuſque feruntur
Auditi, ſanctis & verba minantia lucis.
Victima nulla litat, magnóſque inſtare tumultus
Fibra monet, cæſúmque caput reperitur in extis:
Inque foro, circumque domos, & templa deorum
Nocturnos vlulaſſe canes, vmbráſque ſilentum
Erraſſe ferunt, motámque tremoribus vrbem.
Non tamen inſidias, venturáque vincere fata
Præmonitus potuere deûm; ſtrictique feruntur
In templum gladij. nec enim locus vllus in vrbe
Ad facinus, diramque placet, niſi curia, cædem.
Tum verò Cytherea manu percuſſit vtraque
Pectus, & ætherea molitur condere nube,
Qua prius infeſto Paris eſt ereptus Atridæ,
Et Diomedeos Æneas fugerat enſes.

783. ARMA FERVNT INTER NIGRAS, &c.] Primum prognoſticon. Virgil. 1. Georg. v. 474. *Armorum ſonitum toto Germania cælo Audijt.*

CREPITANTIA] Lib. 2. de bello *Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.*

784. TERRIBILESQVE TVBAS] Secundum hoc. Profertur Ennianum carmen: *At tuba terribili ſonitu taratantara dixit.* Virgilius 9. Æneid. *At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit.*

785. SOLIS QVOQVE TRISTIS IMAGO, &c.] Tertium προγνωστικὸν Virgilius ibidem v. 466.

Ille etiam extincto miſeratus Cæſare Romam,
Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit:
Impiaq; æternam timuerunt ſæcula noctem.

Sa... imago & aſpect... eius, quoties de... Aliòqui nihil eo lætius, cùm ſit ... aſtrorum ..., mun... oculus, naturæ decus, cæli pu...do. Diuinæ bonitatis imago Dio-
A nyſio Areopagitæ, de Diuinis nominibus capite 4.

787. SÆPE FACES VISÆ MEDIIS ARDERE SVB ASTRIS] Quartum, faces in aëre.

788. INTER NIMBOS GVTTAE CECIDERE CRVENTAE] Quintum hoc, pluit ſanguine.

789. CAERVLVS ET VVLTVM FERRVGINE LVCIFER &c.] Sextum, Lucifer lucidus. qui aliòqui ſtellarum lucidiſſima. Quod ...le Virgilius, ... iam vidiſti, hoc ad Lucife-
B r... accommodauit Ouidius, &, pro *obſcura* dixit *atra*, pro *texit*, *ſparſus*.

790. SPARSI LVNARES SANGVINE CVRRVS] Septimum, luna colore ſanguineo. Æneid. 1...

Iamq; dies cælo conceſſerat, almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulſabat olympum.

791. MILLE LOCIS STYGIVS DEDIT OMINA BVBO] Octauum, voces bubonis. Lib. 5.
Ignauus

Ignaeum bubo dirum mortalibus omen. Libr. 6. in nuptijs Terei cum Progne: *Tectoq; profanus Incubuit bubo*. Et Virgil. 4 Æneid.

Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.

Facilè vides hinc, quare *Stygius bubo*, funeſtus nempe.

792. MILLE LOCIS LACRYMAVIT EBVR] Nonum: mnlra ſigna ex ebore ſudarunt, quaſi lacrymarent. Virgilius: *Et mæſtum illacrymat templis ebur*. Tibullus libro 2. eleg. 5. *Et ſimulacra deûm lacrymas fudiſſe tepentes*. Vide Delrij noſtri Aduerſaria in Senecæ Tragœdias, pagina 222. & Commentar. eiuſdem, pag. 40.

CANTVSQVE FERVNTVR AVDITI] Decimnm, auium fortaſſe, præter bubonem, inauſpicatarum.

793. SANCTIS ET VERBA MINANTIA LVCIS] Vndecimnm. Virgilius: *Vox quoque per lucos vulgò exaudita ſilentes*. Luci dijs conſecrantur, in qnibus coluntur. Eos item heroum animas putabant habitare. Sola vmbra (ex libro VVouerij de Vmbra) lucos ſanctos ac venerandos efficiebat. Hoc & Seneca confirmat epiſtola 41. *Si tibi occurrit vetuſtis arboribus, & ſolitam altitudinem egreſsis frequens lucus, & conſpectum cæli denſitate ramorum aliorum alios protegentium ſubmouens, illa proceritas ſylua, & ſecretum loci, & admiratio vmbra, in aperto tam denſa atque continua, fidem tibi numinis facit.*

794. VICTIMA NVLLA LITAT] Duodecimum. Suetonius de ipſo Iulio capite 81. *Deinde pluribus hoſtijs cæſis, cùm litare non poſſet, introijt curiam, ſpreta religione. Litare*, vt docet Nonius, eſt propitiare deos, & votum impetrare. *Sacrificare*, eſt offerre ſacrum, & veniam poſcere. Perſpicuum hoc etiam faciunt Plauti verba in Pænulo:

Si hercle iſtud vnquam factum eſt, tum Iupiter
Faciat vt ſemper ſacrificem, & nunquam litem.

Nec à precibus quæ Græcis λιταὶ; ſed à luere, qnod eſt ſoluere, hæc vox, *litare*, inquam, ducta eſt. Sic enim Varro in Hecatombe: *In quo ego, vt puto, quoniam eſt luere ſoluere, litaui*. Vide Formul. Briſſonij.

MAGNOSQVE INSTARE TVMVLTVS FIB. MON.] Ad ſuperius referendum. Virgilius 1. Georg.

——— *Nec tempore eodem*
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor ceſſauit.

795 CÆSVMQ. CAPVT REPERIT. IN EXTIS] Decimum tertium. Peſtifera vocabantur exta, cùm vel cor, vel caput in iecinore non apparebat.

797. NOCTVRNOS VLVLASSE CANES] Decimum quartum. Virgilius: *Obſcæniq; canes importunæq; volucres Signa dabant*. Lucanus libro 1. *Flebile ſæui Latrauere canes*. Capitolinus narrans de portentis, quæ mortem Maximini præceſſerunt: *Canes*, inquit, *circum tentorium eius in ſecunda manſione vltra duodecim vlularunt, & ærumnam quaſi flendo poſuerunt, ac prima luce mortui ſunt deprehenſi.*

VMBRASQVE SILENTVM ERRAVISSE FERVNT] Decimum qnintnm. Virgilius: *Et ſimulacra modis pallentia miris Viſa ſub obſcurum noctis*. Inferos, furias, & alia huiuſmodi terriculamenta nocturno ſolùm tempore inter homines vagari cenſebant: luceſcente verò die robur omne amittere, & humanis ſeſe conſpectibus ſubtrahere. Cuius rei meminit & Propert. eleg 7. lib. 4.

Nocte vagæ ferimur, nox clauſas liberat vmbras;
Errat & abiecta Cerberus ipſe ſera.
Luce iubent leges Lethæa ad ſtagna reuerti:
Nos vehimur: vectum nauta recenſet onus.

Hæc aliquanto diffuſiùs noſter Delrius Commentario in Herculem Furent. pag. 223. *Noctium occurſacula* Apuleio, *ſpectra* Catio Epicureo, εἴδωλα Græcis. Cauſſam porro Phyſicam, cur vmbræ illæ, ſeu animæ mortuorum, ſeu ſpectra noctu, non etiam interdiu viſantur, eſt, vt docet Ioannes VVonerius de Vmbra capite 9. *quòd vmbra adminiculo producuntur, illa circumfuſa prodeunt, ab illa veſtitum & habitum ſumunt. Immò ſi rectè ſentiunt nonnulli philoſophi, ne conſpici quidem, nec oculis noſtris ſeſe ingerere poſſent, niſi ombra adeſſet, & conatus iuuaret. Aëreo enim, tenui, & humido, ac proinde diffluenti corpore conſtant. Cumq; aëria liqueſcant calore, & tenuiora facta diſsipentur: frigore verò cogantur & coaleſcant; manes ob calorem lucis interdiu minimè conſpiciuntur, noctu verò apparent, cùm ſcilicet circumiectu nocturni frigoris corpus denſatum aſſumpſerunt. Vnde nata opinio, nocturno tantùm tempore huiuſmodi ſpectra in terrorem immiſſa oberrare: clara luce perire ipſis vim omnem, nec ab hominibus conſpici. Hinc vmbra Anchiſa oriente ſole cogitur dimittere Aeneam.*

798. MOTAMQVE TREMORIBVS VRBEM] Decimum ſextum, terræ motus. His præſagijs, & indicijs impendentis Iulio periculi, Suetonius & Velleius libro 2. adiiciunt, de haruſpicibus, de Calpurnia vxore territa nocturno viſu, & de porrectis ei libellis, coniurationem nunriantibus, quos non protinus legit. Lucretius libro 6. *Inde tremor terras grauiter pertentat.*

799. NON TAMEN INSIDIAS, VENTVRAQVE VINCERE FATA] Præualuerunt fata tam euidentibus prodigiis, & tam multis. Paulo pòſt, *Sola inſuperabile fatum, Nata, mouere paras?* Locus huic reſpondens eſt apud Q. Smyrnæum libr. 2. vbi deos in conuiuio Iupiter ſic affatur:

Ἴστε θεοὶ περὶ πάντες ἐπισσυμένων βαρὺ πῆμα
Αὔριον ἐν πολέμῳ· μάλα γὰρ πολέμῳ μένος ἵππων
Ὄψεσθ᾽ ἀμφ᾽ ὀχέεσφι δαϊζομένων, ἑκάτερθεν
Ἄνδρας τ᾽ ὀλλυμένους. τῶν καί περ κηδόμενός τε
Μιμνέτω ὑμείων, μηδ᾽ ἀμφ᾽ ἐμὰ γούναθ᾽ ἱκάνων
Λισσέσθω. κῆρες γὰρ ἀμείλιχοί εἰσι καὶ ἡμῖν.

Exploratum habetis, dij vniuerſi, quàm grauis in bello craſtino
Clades impendeat. Quia plurimorum vim equorum
Cernetis ad currus mactari: vtrimque
Et viros occumbere; de quibus ſi quis anxius fuerit
Veſtrûm, ſe contineat; nec ad genua mea accidens

 Suppli-

Supplices. Sunt enim fata implacabilia etiam nobis.

800. STRICTIQVE FERVNTVR IN TEMPLVM GLADII] Trucidatus eſt Idibus Martii in ſenatu, in curia Pompeii, tribus & viginti vulneribus; è quibus vnum tantum, quod ſecundo loco in pectore accepit, lethale fuit. Vndique ſtrictis pugionibus petitum ait Suetonius capite 82. vbi cædem eius memorat: de qua eclog 5. Virgilius, Horatius libro 1. ode 2. Percuſſorum autem ferè neque triennio quiſquam ſuperuixit; neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes, alius alio caſu perijt: pars naufragio, pars prælio; nonnulli ſemet eodem pugione, quo Cæſarem violauerant, interemerunt. Sueton. c. 89. Ouid. 3. Faſt.

At quicunque nefas auſi prohibente deorum
Numine, polluerant pontificale caput,
Morte iacent merita. teſtes eſtote Philippi:
Et quorum ſparſis oſſibus albet humus.

801. NEQVE ENIM LOCVS, &c. NISI CVRIA] Hoc ad ſcelus percuſſorum exaggerandum, qui aptiorem curia locum non repererunt. Eſt autem curia ſanctus locus, propter ſanctum ſenatum. Curiam, in qua occiſus eſt, obſtrui placuit, Idusque Martias parricidium nominari: ac ne vnquam eo die ſenatus ageretur. Primùm cunctati ſunt coniurati, vtrùmne illum in campo tribus ad ſuffragia vocantem, partibus diuiſis, de ponte deijcerent, atque exceptum trucidarent: an in ſacra via, vel in aditu theatri adorirentur. Poſtquam ſenatus Idibus Martijs in Pompeii curiam edictus eſt, facile tempus, & locum prætulerunt. Hæc Suetonius cap. 80.

A

803. MANV PERCVSSIT VTRAQVE PECTVS] Quòd pectus percuſſit, ſignum doloris fuit: quòd vtraque manu, maximi doloris.

804. AETHEREA MOLITVR CONDERE NVBE, &c.] Cernens Venus quod futurum erat, volebat aſpectum Iulij coniuratis eripere, ſicut fecerat Menelao, ſubducto Paride è duello, quo erant congreſſuri, 3. Iliad. & Diomedi, ſubducto Aenea, Iliad. 5. ſed etiam id fruſtra facturam Iupiter admonet.

Fatorum neceſſitas. Auguſti decora. Iulij ἀποθέωσις, cui ille præfertur, & in eius prædicatione, precibúſque pro eo ad deos opus abſoluitur. Epilogus, non ſine oſtentatione glorioſa.

XXI. *TALIBVS hanc genitor; Sola inſuperabile fatum*
Nata mouere paras? intres licet ipſa ſororum
Tecta trium; cernes illic molimine vaſto
Ex ære, & ſolido rerum tabularia ferro:
Quæ neque concuſſum cæli, neque fulminis iram,
Nec metuunt vllas tuta atque æterna ruinas.
Inuenies illic inciſa adamante perenni
Fata tui generis: legi ipſe, animóque notaui:
Et referam, ne ſis etiamnum ignara futuri.
Hic ſua compleuit, pro quo Cytherea laboras,
Tempora, perfectis, quos terræ debuit, annis.
Vt deus accedat cælo, templiſque colatur,
Tu facies, natúſque tuus: qui nominis hæres
Impoſitum feret vnus onus, cæſique parentis
Nos in bella ſuos fortiſſimus vltor habebit.
Illius auſpicijs obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ, Pharſalia ſentiet illum,
Æmathiique iterum madefient cæde Philippi:
Et magnum Siculis nomen ſuperabitur vndis:

Roma-

Romanique ducis coniux Ægyptia tædæ
Non bene fiſa cadet; fruſtráque erit illa minata
Seruitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.
Quid tibi barbariem, gentéſque ab vtroque iacentes
Oceano numerem? quodcunque habitabile tellus
Suſtinet, huius erit: pontus quoque ſeruiet illi.
Pace data terris, animum ad ciuilia vertet
Iura ſuum, legéſque feret iuſtiſſimus auctor,
Exemplóque ſuo mores reget; inque futuri
Temporis ætatem, venturorúmque nepotum
Proſpiciens, prolem ſancta de coniuge natam
Ferre ſimul, noménque ſuum, curáſque iubebit.
Nec, niſi cùm ſenior ſimiles æquauerit annos
Æthereas ſedes, cognatáque ſidera tanget.
Hanc animam interea de cæſo corpore raptam
Fac iubar, vt ſemper Capitolia noſtra, forúmque
Diuus ab excelſa proſpectet Iulius æde.
Vix ea fatus erat, media cùm ſede ſenatus
Conſtitit alma Venus, nulli cernenda, ſuique
Cæſaris eripuit membris, nec in aëra ſolui
Paſſa recentem animam, cæleſtibus intulit aſtris.
Dúmque tulit, numen capere, atque igneſcere ſenſit,
Emiſitque ſimul; ſimul altiùs euolat illa;
Flammiferúmque trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat, natique videns benefacta, fatetur
Eſſe ſuis maiora; & vinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quanquam vetat acta paternis,
Libera fama tamen, nulliſque obnoxia iuſſis
Inuitum præfert; vnáque in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus:
Aegea ſic Theſeus, ſic Pelea vincit Achilles.
Denique vt exemplis ipſos æquantibus vtar,
Sic & Saturnus minor eſt Ioue: Iuppiter arces
Temperat æthereas, & mundi regna triformis:
Terra ſub Auguſto: pater eſt, & rector vterque.
Dij, precor, Aeneæ comites, quibus enſis & ignis
Ceſſerunt; diique indigetes, genitórque Quirinæ
Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini,
Veſtáque Cæſareos inter ſacrata penates,
Et cum Cæſarea tu, Phœbe domeſtice, Veſta,
Quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces,
Quóſque alios vati fas appellare, piúmque eſt,
Tarda ſit illa dies, & noſtro ſerior æuo,
Qua caput auguſtum, quem temperat, orbe relicto
Accedat cælo, faueátque precantibus abſens.

807. TALIBVS HANC GENITOR] ſubaudimus, compellat. 1. Æneid. ipſa Ioui, A
Quæ te, genitor, ſententia vertit?

SOLA INSVPERABILE FATVM] Increpatio quædam eſt. Non debet ipſa ſola niti contra fatum, putareque plus poſſe, quàm alius deorum quilibet, etiam quàm ſummus Iupiter, qui & ipſe eum cæteris dijs fato ſe ſubiectum confitetur, tum hîc, tum Metamorph. 9. & Lucianus Sophiſta. Ita putabant illi veteres, eamq; fatalem neceſſitatem appellabant *legem*, vt ſuprà ad verſ. 781. adnotare memini. Lega ſuadeo, quę hac de re ex Chryſippo, Pindaro, Euripide, Simonide, Homero, Plutarcho recitat Commentat. in Titul. de Legibus & ſenatuſconſultis doctiſſimus & cultiſſimus Muretus, pagina 45. & in Conſtantia I. Lipſius. Cæterùm oratio B ista Iouis coguata admodum eſt illi, qua idem queribundam, & Æneæ ac Troianis ſuis meliora rogantem alloquitur 1. Æneid.

810. EX AERA, ET SOLIDO RERVM TABVLARIA FERRO, &c.] Immobilitatem fatorum exprimit per æræa & ferrea Parcarum tabularia, quæ nec cæli vllum incommodum, nec vllas ruinas propter ſoliditatem timent: quibus fata inſcribunt, quæ deleri, id eſt, mutari non poſſunt. *Grammatophylacium* eſt, vbi tabulæ, & inſtrumenta publica, monumentaque rerum geſtarum, actorumque aſſeruantur. Cicer. de Natura deorum, *tabularium*. Græcis ἀρχεῖον. Inde *archiuum*, idem quod chartophylacium. Atque vt *tabularium* eſt publicum, ſic *tablinum* priuatum, de quo Plinius libro 35. intelligendus, cùm ait: *Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum*. De eodem C Vitruuius libro 6. capite 4. *Concuſſus* autem *cæli*, ſunt tonitrua. Lucretius libro 2. *Cælique ſerena Concutiat ſonitu*. Et libro 6. *Alta Concutitur cæli domus vndique.*

813. ADAMANTE PERENNI] Adamantis vox in duritia, καὶ ἐν τῷ ἀντιτύπῳ, in duratione, & robore inuicto, de quo alibi ſat multa. Quoniam ergo nihil eo durius & inſuperabilius, rectè additur *perenni*. Verùm hic nota eſt ſententiæ, & decreti nullis temporum ſpatijs immutandi. Vide noſtrum Delrium, Adagial. Tom. I. pag. 454. & deinceps.

814. FATA TVI GENERIS] Romanorum, qui ab Ænea ducunt genus. Sed de Iulio, & ſucceſ- D ſore eius Auguſto potiſſimùm capiendum, quibus totum imperium Romanum nitatur.

815. ET NE SIS ETIAMNVM IGNARA FVTVRI] Simile illi 1. Æneid. vbi Iupiter eadem de Ænea:

Hic (tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet,
Longiùs & voluens fatorum arcana mouebo.)

816. HIC SVA COMPLEVIT TEMPORA] Recitat Iupiter, quæ à Parcis conſcripta in illo tabolario legerit. Scripta autem fuerunt, quæ ſequuntur. Victurum ſcilicet Iulium annos ſex, & quinquaginta. Cura & ſtudio Veneris atque Æneæ, qui iam cum dijs æuum agitabat, cælo ſucceſſurum, & templis cultum iri. Quod & 1. Æneid. promiſit Veneri:

A *Hunc tu olim cælo ſpolijs Orientis onuſtum*
Accipies ſecura; vocabitur hic quoque votis.

819. QVI NOMINIS HÆRES IMPOSITVM FERET VNVS, &c.] Imperium excipiet Auguſtus, ab eo adoptatus, & Cæſar dictus. Atiæ matri, & Philippo vitrico non placebat adiri nomen inuidioſæ fortunæ *Cæſaris*; ſed aſſerebant ſalutaria reipublicæ terrarumque orbis fata conditorem conſeruatoremque Romani nominis, inquit Velleius libro 2. Spreuit itaque cæleſtis animus humana conſilia, & cum periculo potiùs ſumma, quàm tutò humilia propoſuit ſequi; maluitque auunculo, & Cæſari de ſe, quàm vitrico credere, dictitans, nefas eſſe, quo nomine Cæſari dignus eſſet viſus, ſibimetipſi videri indignum.

B 820. IMPOSITVM FERET VNVS ONVS] Nihil eſt enim difficilius, quàm bene regere, præſertim tantum imperium. Initio libri: *Quæritur interea, quis tanta pondera molis Suſtineat*. Statius Syluar. 1.

——— Ille ſubactis
Molem immenſam humeris, & vix tractabile pondus
Impoſuit.

Vnus ſignatè, nam poſterioribus temporibus duo tulerunt, & antea multi, in libera republica, Coſſ. inquam, ſenatus, Prætores, &c.

CÆSIQVE PARENTIS VOS IN BELLA SVOS, &c.] Cædem patris ſui Octauius, bello & armis interfectores eius perſequendo, vltus eſt. Ad eam vltionem Iupiter hîc ſuam & deorum opem pollicetur.

C 822. ILLIVS AVSPICIIS OBSESSÆ MOENIA PACEM, &c.] Quatuor bellorum ciuilium genera enumerat ab eo geſta, *Mutinenſe* in Italia, *Philippenſe* in Theſſalia, *Siculum* in freto Siculo, *Actiacum* in Epiro. Primum & vltimum contra M. Antonium: ſecundum aduerſus Brutum & Caſſium: tertium contra Sext. Pompeium Cn. filium. Omnium bellorum initium & cauſſam hinc ſumpſit, inquit Suetonius capite 10. quòd nihil conuenientius duceret, quàm necem auunculi vindicare, tuerique acta. Confeſtim vt Apollonia redijt, Brutum & Caſſium & vi nec opinantes, & quia præuiſum periculum ſubterfugerant, legibus aggredi, reoſque cædis abſentes deferre ſtatuit. De *Mutinenſi* vi- D de Suetonium capite 10. Flor. libr. 4. capite 4. & quos ibidem in annotat. producit Camers. De *Philippenſi* Suetonium cap. 13. Flor. lib. 4. c. 6. De *Siculo* Suetonium cap. 16. Flor. libro 4. capite 8. De *Actiaco* Sueton. cap. 17. Flor. libro 4. cap. 11. Quæſtio naſcitur, cùm Mutina in auctoritate ſenatus ac populi ſemper manſerit, in eaque D. Brutum, qui Ciſalpinam Galliam cum imperio tenebat, Antonius obſederit, à qua obſidione ipſum & vrbem victo fugatoque Antonio Hirtius, & Panſa Coſſ. & Auguſtus Propræt. liberarunt, quomodo pacem, aut à quo petiuit? Item à quo victa eſt?

823. PHARSALIA SENTIET ILLVM] Non aliud videtur hîc bellum ſignificare, quàm mox ſequentibus *Philippenſe*, ſeu Theſſalicum.

824. ITE-

824. ITERVM MAOSOIENT CABUS PHILIPPI] Virgil. 1 Georg.

Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi.

Vbi ita Seruius: *Philippi, ciuitas Theſſaliæ, ad quam primò Cæſar & Pompeius, poſtea Auguſtus contra Brutum & Caſsium dimicauit.* Quòd autem vocat *Aemathios*, Theſſalia quondam ab Æmathione nomen habuit *Aemathia*, & in ea mons *Aemus*. Ac pertinent eòdem apud Maronem conſequentes ſtatim duo verſus:

Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine noſtro
Aemathiam, & latos Aemi pingueſcere campos.

825. MAGNVM NOMEN] Quid enim celebrius Pompeij nomine, cuius hic erat filius, nêpe Sex. Pompeius? Subindicat eius cognomentum, dictus enim eſt *Magnus*. Laudes memorat Plinius lib. 7. Nat. Hiſt. cap. 26. & in Maniliana Cicero. Item Velleius lib. 2.

826. ROMANIQVE DVCIS CONIVX ÆGYPTIA] *Cleopatra* regina Ægypti cum Antonio, cui nupſerat, deuicta eſt apud Actium. Florus libro 4. cap. 11. *Furor Antonij, quatenus ambitu non interiret, luxu & libidine extinctus eſt.* Quippe poſt Parthos, cùm exoſus arma in otio ageret, captus amore Cleopatræ, quaſi bene geſtis rebus, in regio ſe ſinu reficiebat.

828. SERVITVRA SVO CAPITOLIA NOSTRA CANOPO] *Canopus* vrbs Ægypti. Florus libro 4. cap. 11. *Hæc mulier Aegyptia ab ebrio imperatore pretium libidinum Romanum imperium petijt: & promiſit Antonius: quaſi facilior eſſet Partho Romanus. Igitur dominationem parare, nec tacitè: ſed patriæ, nominis, togæ, faſcium oblitus, totus in monſtrum il-* C *lud vt mente, ita animo quoque cultuq; deſciuerat. Aureum in manu baculum, ad latus acinaces, purpurea veſtis ingentibus obſtricta gemmis, diadema aderat, vt regina rex ipſe frueretur.*

829. QVID TIBI BARBARIEM GENTESQVE AB VTROQVE, &c.] Non aliquæ, ſed omnes gentes ab Oceano ad Oceanum, ab oriente ad occidentem, & omnes inſulæ, totus inquam mundus ſubiacebit eius imperio. Adi Sueton. cap. 21.

832. PACE DATA TERRIS ANIMVM AD CIVILIA, &c.] Sueton. cap. 27. *Recepit & morum legumq; regimen æquè perpetuum*, &c. lege quæ ſequuntur cap. 28. & Caſſiodorus epiſtola 29. libro 2. *Regnantis eſt gloria ſubiectorum otioſa tranquillitas.*

836. PROLEM SANCTA DE CONIVGE] *Tiberium* ex Liuia Druſilla, & Claudio Tiberio Nerone natum, à quo illam, Druſo ſeptimum iam menſem grauidam, vxorem impetrauit, ſucceſſorem nominis & imperij creabit. *Liuiam* à pudicitia & religione in Triſt. & de Ponto commendat.

838. NEC NISI CVM SENIOR SIMILES ÆQVAVERIT, &c.] Serus in cælum redibit. Obijt ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minùs. *Senior* pro ſenex, *triſtior* pro triſtis, &c. loquendi mos vulgaris, etiam Græcis. Homerus 1. Iliad. *σαώτερος* pro *σῶς*, *ſaluior* (ſi dicere liceret) pro *ſalum*. Terent. Adelph. *Frater eius ad rem eſt attentior.*

A SIMILES ANNOS] Placet ſcholion Glareani, vnde ſumpſit Berſmannus, videri hæc ſcripſiſſe Ouidium Auguſto nondum attingente annum LVI. quot vixit Iulius. Eum enim poſtea annis 20. ſuperauit.

839. COGNATAQ. SIDERA] vbi cognati eius, & Iulius.

840. HANC ANIMAM INTEREA DE CAESO CORPORE RAPT. &c.] Hortatur Venerem, vt animam Iulij de corpore in cælum tranſlatam in ſtellam vertat. Qua de re Suetonius cap. 88. quæ verba ſuprà adduxi, vbi poëta ait, non magis eum ab rebus geſtis, quàm ab Auguſto filio in ſidus nouum, ſtellamque comantem conuerſum.

842. AB EXCELSA AEDE] Scripſerat fortaſſis *arce*, vt cælum intelligamus, vnde *Iulia* illa B *ſtella*, loco vtique excelſo, Capitolium forumque ſuſpiciat.

843. MEDIA SEDE SENATVS] in medio curiæ.

844. NVLLI CERNENDA] ne impediretur, aut etiam læderetur.

845. NEC IN AERA SOLVI PASSA] quod fieri nobis morientibus ſæpe in poëtis legas, iuxta opinionem illam, animam tenui aëre conſtare.

846. RECENTEM ANIMAM] iam iam corpore ſolutam.

CÆLESTIBVS INTVLIT ASTRIS] Hoc Veſtam, vt ſacerdoti ſuo præſtitiſſe ſcribit Faſt. 3. vbi ſic ſe alloquentem fingit:

Ne dubita meminiſſe: meus fuit ille ſacerdos,
Sacrilegæ telis me petiere manus.
C *Ipſa virum rapui: ſimul actaq; nuda reliqui.*
Quæ cecidit ferro, Cæſaris vmbra fuit.
Ille quidem cælo poſitus Iouis atria vidit:
Et tenet in magno templa dicata foro.

849. FLAMMIFERVMQVE TRAHENS SPATIOSO LIMITE, &c.] *Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.* 2. Æneid. Hîc cometam deſcribit, qui & crinita ſtella. Trahebat crinem illum dum euolaret & flammis illis viam ſignaret. Et longo limite ſulcus lucem dabat, quemadmodum de eadem ſtella ſua canit idem Maro.

850. FATETVR ESSE SVIS MAIORA] ipſum Auguſtum ſibi anteponit. Comparet eos nunc inter ſe qui volet, & ſciet vtrùm Ouidius vera dixerit.

D 851. ET VINCI GAVDET AB ILLO] Eſt enim ex gloria etiam Iulij, adoptaſſe talem filium. Sunt & parentibus honori, voluptati ac ſolatio filiorum actiones præclariſſimæ.

852. HIC SVA PRÆFERRI QVAMQ. VET. ACTA, &c.] Modeſtia Auguſti, non patientis ſe Iulio anteferri.

853. LIBERA FAMA TAMEN, &c.] non poteſt imperare famæ. Hæc illum præponit, & hac tantùm ex parte ei repugnat: cæterà talis eſt de eo, qualem ipſe vult. *Libera* eſt *fama*, quoniam nec gratiam quærit, nec odium metuit. Propert. eleg. 12. libr. 4. *Laudat vbi emeritum libera fama rogum.* Neminem veretur fama.

855. SIC MAGNIS CEDIT TITVLIS AGAMEMNONIS, &c.] Exemplis eorum, qui laudibus ſuis

patentes vicerunt, illoſtrat quod dixerat, Auguſtum eſſe Iulio clariorem. Tria petunint ab hominibus, Agamemnone, Theſeo, Achille: quartum ab ipſo Ioue.

857. IPSOS AEQVANTIBVS] vt de dijs, Iulio & Auguſto loquens, diuinis exemplis vtat.

858. IVPITER ARCES TEMPERAT AETHEREAS, ET MVNDI, &c.] Oſtendit quo pacto Auguſtus Ioui ſit ſimilis. Ille regit cælum, æthera, aërem: (hæc tria nomine *mundi triformis* accipit Raphaël) terram & maria tenet & regit Auguſtus. Quòd *ſi triformem mundum*, cælum, terram, & inferos accipiamus, Plutoni fiet iniuria. Scimus alioqui Virgilium Auguſto nondum cognitum, cognoſci tamen cupientem affixiſſe valuis palatij hos verſiculos, quibus eius potentiam prædicabat: *Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet* Et: *Iupiter in cælo, Cæſar regit omnia terris.* 2. Faſtor. *Patrem orbis* nuncupans ſubiungit mox:

Hoc tu per terras, quod in æthere Iuppiter alto
Nomen habes: hominum tu pater, ille deûm.

860. PATER, ET RECTOR VTERQVE] Vtroque nomine & in Triſtibus eum crebrò appellat. Sequitur precatio, qua illum dijs commendat.

861. DII, PRECOR, AENEAE COMITES, QVIBVS ENSIS ET IGNIS, &c.] quos ſecum Troia extulit, & indigetes, & alij quos deinceps nominat, Romanorum patronos. Sic Virgilius ſimili

A cum prece 1. Georg. claudit:

Dij patrij indigetes, & Romule, Veſtaq́ue mater,
Quæ Thuſcum Tiberim, & Romana palatia
ſeruas,
Hunc ſaltem euerſo iuuenem ſuccurrere ſæclo
Ne prohibete.

865. ET CVM CÆSAREA, TV PHOEBE DOMESTICE, VESTA] Sacellum Veſtæ erat in palatio: & in ea parte palatinæ domus, quam fulmine ictam deſiderari à deo auſpices pronuntiarant, Apollini templum excitauit Auguſtus, addita porticu cum bibliotheca Græca, & Latina. Sueton.

867. QVOSQVE ALIOS VATI FAS APPELLARE, PIVMQVE EST] & omnes alij dij, quos poëtis, vt pijs hominibus, appellare fas eſt: nam impijs non eſt fas: iraſcuntur enim rogari ab improbis.

868. NOSTRO SERIOR AEVO] ſit nobis ſuperſtes. Viriles iam annos agebat Ouidius. Cupit ergo Auguſtum ad ſenectutem peruenire.

870. ACCEDAT CAELO, FAVEATQVE PRECANTIBVS ABSENS] Immò viuus adhoc ſe pro deo coli voluit; nec templa ſibi condi prohibuit. Notatum à Seruio, ad illud eclog 1. *Namque erit ille mihi ſemper deus.* Appianus 5. Ciuil. καὶ αὐτὸν αἱ πόλεις τοῖς σφετέροις θεοῖς συνίδρυον: *Ipſum vrbes in dijs ſuis collocarunt.* Et Tacitus 4. Annal. *Cùm D. Auguſtus ſibi, atque vrbi Romæ templum apud Pergamum ſiſti non prohibuiſſet.*

EPILOGVS
OPERIS.

871. IAMQVE *opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,*
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Cùm volet illa dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat æui,
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, nomenque erit indelebile noſtrum.
Quàque patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi; perque omnia ſæcula fama
(Si quid habent veri vatum præſagia) viuam.

871. IAM Q. OPVS EXEGI, &c.] Peroratio, plena ſpei æternæ apud poſteritatem famæ. Tale προφώνημα extat & in 4. Triſt. eleg. 9.

Noſtra per immenſas ibunt præconia gentes.

Et:

Trans ego tellurem, trans altas audiar vndas.

Confert hunc locum Iul. Scaliger lib. 5. Poëticæ cap. 7. cum fine Virgilij Horatij, Statij, Lucani. Primum, & tertium laudat vt modeſtos: ſecundum, & noſtrum notat vt arrogantiores, magis tamen Horatium: in quo ordine numerare licebat & Propertium, ſibi ſimilem æternitatem magnificè prædicentem. Lucanum ait ſibi exitium prędixiſſe. Certum & exploratum eſt, poëtas præcipuè ſua monumenta diligere quàm maximè, & ea tanquam filiolas ſuas amplexari & exoſculari. Auſon. ad Greg. filium: *Commendo tibi errorem meum. Næuos noſtros, & cicatrices amamus: nec ſoli noſtro vitio peccaſſe contenti, affectamus vt amentur.* Vides illum de malis quoque poëtis loqui: vt id bonis accidere minùs admiremur.

872. NEC EDAX VETVSTAS] Suprà: *Tempus edax rerum, tuq́, inuidioſa vetuſtas*, &c. Vide Lud. Cerdium in Epilog. 1. Georg. Cernis hîc *vetuſtatis* vocabulo indicari temporum diuturnitatem in futurum. Cicero pro M. Marcello: *Quam nulla vnquam vetuſtas obruet.* Sic Plin. libr. 14. c. 2. dixit, *vites aliquas fallere vetuſtatem.*

873. CVM VOLET ILLA DIES] dies vltima huius vitæ, huius lucis me carpet quandocunque; paratus ſum ad moriendum. Additur cauſſa.

QVÆ NIL NISI CORPORIS HVIVS HABET] Ad corpus mors pertinet, non ad animum, qui mori & interire apud Chriſtianos dicitur μυστικώτερον. Et hunc quidem cum beatis illis cæleſtibuſque naturis, quos Angelos vocamus: illud *cum belluis*, vt inquit Salluſtius, *commune habemus*, quas morte diſſolui, ac planè abſumi videmus.

874. INCERTI SPAT. M. V. ÆVI] Quàm incertum ac dubium ſit humanæ vitæ ſpatium, ex eo demonſtrat Horat. ode 7. lib. 4. quòd nemo ſcit, an *dij hodiernæ craſtinum diem adiecturi ſint.* In quem locum Lambinus ex Theocrito in Hyla hunc verſum adducit:

Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμεν.
Nos qui mortales ſumus, quique finem craſtinum non cernimus.

Item illos ex Alceſtide Euripidis:

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται,
Κοὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται
Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.

Sic interpretor:

Vitare mortem nemini conceditur,
Nec ſcire cuiquam contigit mortalium,
Viſurus eſſet anne lucem craſtinam.

875. PARTE TAMEN MELIORE MEI, &c.] ingenium meum extolletur ad ſidera. 1. Amor. eleg. 15.

Ergo etiam cùm me ſupremus adusſerit ignis,
Viuam, parſq́, mei magna ſuperſtes erit.

Lib. 9. de Hercule ad ſuperos tranſlato: *Parte ſui meliore viget.* Totius epilogi huius quaſi quædam interpretatio, & paraphraſis eſt, quod apud Senecam lego, in Conſolatione ad Polybium, ſuper eius fratre mortuo cap. 21. Accipe ad verbum: *Id egit ipſe, vt meliore ſui parte duraret, & compoſitis eloquentiæ præclaris operibus, à mortalitate ſe vindicaret. Quandiu fuerit vllus litteris honos, quandiu ſteterit aut linguæ Latinæ potentia, aut Græcæ gratia, vigebit cum viris maximis, quorum ſe ingenijs vel contulit; vel, ſi hoc verecundia eius recuſat, applicuit.* Non abhorrent Ouidiana à loco M. Tullij pro Archia, vbi animorum immortalitatem ex cupiditate gloriæ probat: *Hæc ſiue à meo ſenſu poſt mortem abfutura ſunt: ſiue, vt ſapientiſſimi homines putauerunt, ad reliquam animi mei partem pertinebunt, nunc quidem cogitatione quadam ſpeq́, delector.* Obſeruat Andreas Schottus noſter Nod. Cic. lib. 1. cap. 11. in libris quibuſdam τὸ *animi* deſiderari. Similis eſt concluſio Horatij, ode vlt. lib. 3.

Non omnis moriar, magnaq́, pars mei
Vitabit Libitinam; vſque ego poſtera
Creſcam laude recens.

877. QVAQVE PATET DOMIT.] Per omnes gentes; quoniam pop. Roman. victor omnium gentium. Cui Iupiter 1. Æneid. imperium ſine fine & terrarum & temporum dedit.

879. VIVAM] *Vita mortuorum poſita eſt in memoria viuorum*, ait Cic Philipp. 10. Itaq; bis moritur, cuius nulla poſt obitum ſupereſt memoria, ob m..ita, & virtutem inquam. Nam egregiè ſceleratorum diu recordamur, qui tamen viuere non dicuntur. De hac vita ſua immortali adiungamus & hoc præſagium ex eleg. vltima 4. Triſt.

Nam tulerint magnos cùm ſecula noſtra poëtas,
Non fuit ingenio fama maligna meo.
Cumq́, ego præponam multos mihi non minor illis
Dicor, & in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatum præſagia veri,
Protinus vt moriar, non ero, terra, tuus.

FINIS.

L E C T O R I S.

P. Ovidivs Naso in Metamorphoseωn libris exemplum eſt imitatus *Parthenij* Chij poëtæ: qui idem argumentum iam antea Græco poëmate tractaſſe fertur. Sic & Virgilius Homerum, Heſiodum, & Theocritum expreſſit: Horatius Pindarum & Alcæum in Lyricis; Valerius Flaccus Apollonium Rhodium in Argonauticis, itemq́ue alij alios imitati ſunt. Tanta autem operis huius gratia etiam apud Græcos fuit, vt idem ex Latino ſermone in Græcum Maximus Planudes tranſtulerit: quandoquidem intercidit funditus Parthenij Metamorphoſis: cuius, vt vult Cornarius interpres, ſiue alterius, exſtant typis Frobenij Ἐρωτικὰ quædam, ſed proſa oratione. Exſtant & *Antonini Liberalis* Μεταμορφώσεων ſiue *Transformationum* Collectanea, ſed ſoluta pariter non vincta oratione, edente G. Xylandro: in quibus quædam eadem, quędam ab Ouidio narrantur diuerſa. Hic & *Nicandrum, Baeum*, & *Didymarchum*, vt Μεταμορφωτικοὺς à ſe lectos nominat. His & *Neſſum Lycium* adijcias licet. Quibus omnibus temporum amiſſis iniuria, Ouidianis vtamur fruamur laboribus, noſtriſque faueto.

QVI METAMORPHOSIM OVIDII NASONIS
Commentarijs Notiſq; illuſtrando exſtent.

Raphaël Regius.
Iacobus Micyllus.
Hercules Ciofanus, Sulmonenſis.
Iac. Pontanvs, Societ. Ieſu, Electorum libris xv. anno 1618.

Henrici Glareani Annotationes, an. 1551.
G. Sabini Fabularum explicatio Phyſica, Ethica, Hiſtorica.
Georgij Berſmanni Notæ perpetuæ.

Luctatij Grammatici Argumenta fabularum.
Franc. Nigri Baſſianatis Epitome, carmine Phaleucio,
& M. Ant. Tritonij Vticenſis, proſa, & Gul. Canterus lib. 1. Nouar. lect. cap. 10.

Scholia { Andreæ Naugerii.
G. Sabini.
Victoris Giſelini, ann. 1588.

IN IBIN, OBSCVRVM
Poëmation, ſcripſere.

Vetus interpres ἄδηλος, non magnæ rei. Lutetiæ olim exiit.
Domitius Calderinus.
Chriſtoph. Zarotus, Venetiis, ann. 1515.
Hercules Ciofanus.
Franc. Sanctius Brocenſis.
Valerivs Andreas Deſſelius, Iureconſ. ann. 1618.

INDEX
RERVM MEMORABILIVM
IN COMMENTARIIS
ELECTORVM
EX OVIDII METAMORPHOSEΩN
LIBRIS XV.

Primus numerus librum, & ſecundus verſum indicat Poëta.

Abioi qui. 2.519
Abire ad plures, pro mori. 8.530
Acanthus quid. 13.700
Achilles ſub ſchemate muliebri à matre traditus Lycomedi. 13.162 eius ἀπομολογία. 13.129 pro quouis viro forti vſurpatur. 12.612
Aconitum quod venenum. 1.147 eius origo. 7.409
Acontius quomodo exciterit. 4.502
Ἀκροατικοὶ Pythagorei. 15.66
Actæonis metamorphoſis & mors. 3.59
Actæi fratres. 7.682
Actium Epiri promontorium. 13.713
Acupicturam quis inuenerit. 6.23
Adagialia, aduerſus eos qui ſuos iactant amores. 3.316
Adiurare quid, apud Ciceronem. 3.534
Adulator cui comparandus. 15.412
Adulterium, ſtuprum, inceſtus, quomodo differant. 8.471 adulterium odij cædiſque cauſa inter coniuges. 1.146
Ægæon quis. 2.10
Ægina Aſopis. 7.616
Ægis quid. 2.598
Ægyptij ignem belluam animatam dicebant. 13.802 per pauonem noctem, & diem ſignificabant. 2.15 quomodo annum ſignabant. ibid patrium anni nomina quæ dabant. 1.118 per tres qualitates annum metiebantur, qui 120 diebus conſtabat. 1.118
Æneæ ἀποθέωσιν Venus à Ioue poſtulat, cui Iupiter aſſentitur. 15.80 Æneas arma mouet Turno. 14.450 eius cum Hectore comparatio. 13.667
Æneadæ, qui dicantur. 15.431
Æolides. 7.673
Æolides canorus, quis. 14.102
Æoli nepotes qui. 11.749
Æquor vnde dictum 2.6.4.176
Aer, auctor diuerſitatis temporum. 1.119
Aeris regiones tres 1.387
Æſacus in mergum mutatus. 11.790
Æſculapij formæ ſituſque deſcriptio 15.653 quomodo exceptus ſit a Romanis. 15.733
Æſtas vnde dicta 2.27
Ætas, temporis proles 1.125 ætas longa fatigat, pro debilitat. 7.163 ætas heroica Heſiodo, & quæ. 1.126
Aethiopes quare Phaëthontis eſſe dicti. 1.673
Aethiopiſſa albam prolem quomodo pepererit. 6.621
Aetolius heros, quis. 14.461
Africa cur ſerpentibus referta. 4.619
Agmon Venerem ſpernit 14.487 idcirco in auem mutatur. 14.498
Agrum caneſcere ariſtis. 1.110
Aiax probat Achillis arma Vlyſſi non conuenire. 13.103 eius oratio pro armis Achillis. 13.5
Albinus Imp. Afer, Apuleij delectatus lectione. Proleg. Diiii 3
Alciatus de inuidia. 2.639
Alcides vnde dictus Hercules. 9.13
Alcyones quomodo ſe amcar, vbi & quando pariant. 11.744
Alcinoïdes quis. 13.26
Alimentum hominum quod Saturno regnante. 1.102.106
Aliter, pro contrà. 1.160 eius varia acceptio. 2.82
Alluuiones terram minuunt. 15.167
Alphei fl. aquæ. 3.282
Alumnus, a, iam actiuè quàm paſſiuè ſumitur. 4.167.422
qui Amant, ardent. 3.339. & 365 amat & ſimul ſapit nemo. 2.639 *vide* Amor. amantium vitioſæ conditiones. 7.827
Amaſenus, Siciliæ fl. 15.279
Amazones vnde originem traxerint. 9.189 ab Hercule cæſæ fugatæque. 9.189
Ambracia oppidum Epiri. 13.713
Amenium quid. 7.789. & 12.321
Americæ populus cur ouis non veſcatur. 8.669
Amicitia quid. 12.229 inter Theſea & Pirithoum. 12.227
Amnium quæ ſint domus. 1.279
Amor in laudibus loquaciſſimus. 13.789 amoris effectus. 13.763 amoris ingentis ſignum. 2.93
Amphiaraus, Oeclei F. 8.316
Amphitrite pro Oceano. 1.13
Amyclides quis. 10.161 item Tænarides. 10.163 & Oebalides. 10.196
Amycus ſacrilegus. 12.245
Amyntor quis. 12.361
Andrus quis. 13.648
Angues qui criſtati. 3.32
Anguimani quare elephanti. 8.184
Anguipedes quare Gigantes. ibid.
Anima quid ethnicis videbatur. 5.106
Animæ vocabulum potius pro halitu vel flatu vſitatum. 5.198. 8.645
Animæ poſt mortem vagari dicuntur. 7.612 animæ an migrent in beſtiarum corpora, ex opinione Pythagoræ. 15.168 animæ heroum in circulo lacteo. 1.168 animæ pars meæ, de ſibi cariſſimis 8.403 animam, cruorem vomere pro mori. 5.83
Animalia longitudine colli excedentia. 2.374 animalium quot genera 1.75 animantium genus reſtitutum quomodo ſit poſt diluuium. 1.416 animantium genera innumera creata poſt diluuium 1.436
Anio ſacerdos & rex. 13.703
Annus vnde dictus. 2.15 annum decem menſibus contineri cur voluerit Romulus. 8.300 anni tempeſtates quomodo pingantur. 2.17. & ſeq.
Antæi deſcriptio. 9.183 fabula de eo quomodo applicetur CHRISTO. 9.183
Antipathia inter ouem & lupum. 1.304
Antiphates Læſtrygonum rex. 14.235 naues ſociorum

Vlyſſis mergit [illegible] eius Vlyſſe dilapſo fuga. ibid.
Antiqui ſolebant actionum initijs præfari 9.16, & 605.
4 [illegible] 2 ſine Deo nihil fieri recte exiſtimabant. 1.481
Antiſthenes cur paucos diſcipulos habuerit. 15.66
Antonius Cleopatram duxit 15.826
M. Antonij Mureti egregium dictum. 15.824
M. Anton. Tritonius Vticenſis. Proleg. Diſſ. 2
Apes quomodo naſcantur. 15.364
Apollo Actius. 1.715 Apollinis oraculum quale 3.8 Apollinis ſimulacrum quale. 1.443 ei templum ab Auguſto ædificatum. 2.1 Apollo in quibus excelluerit. 12.586 quando ſæcula miſerit & quare. 1.443 quare ad tempus a Ioue diuinitate priuatus, & vbi tum & quid egerit. 2.523 quomodo Pythonem occiderit. 1.441 vnde Pythius dictus. 1.446 quare Pythios ludos inſtituerit poſt Pythonis necem ibidem. variarum artium gnarus, quos artes ſuas edoceat. 13.650
Apollo & Bacchus quomodo pingantur. 1.491
Apollonius Tyaneus quare carnibus non veſceretur. 15.78 eius factum. 2.38
Apri Calydonij deſcriptio. 8.289 29[illegible] eius pellis Atalantæ tributa. 8.428
Apri feritas. 1.305 canes diſſipat. 8.345 apris dentes fulminei a poëtis tribuuntur 8.289 eorum forma quæ. 8.291.& 369
Appulus paſtor in oleaſtrum mutatur. 14.523
Apuleij Metamorphoſis. Prol. Diſſ. 3 a quo eam hauſerit. ibid.
Aqua quomodo vltimum elementum dicatur. 1.30 eius locus quis 1.31 aquarum miracula. 15.271 aquæ obliuionem inducentes. 15.322 quarum potus abſtemios reddit. ibid. quarum vſus mores effæminat. 15.317 aquæ quæ potæ capillos reddunt aurei coloris. 15.315 quibus furor imbibitur. 15.320 quibus quæ immerſa ſunt, lapideſcunt. 15.313 quibus ſomnus conciliatur. 15.321 rerum ignotarum memoriam excitantes. 15.321 temulentos quæ efficiant. 15.319
Aquæ Tritonis paludis ex hominibus aues efficiũt. 15.356
Aquila Ioui ſacra 15.585 ſerpenti infeſta. 4.714 aquilæ periphraſis. 12.560
Aquilo quis. 1.262
Ara coniurationis Deorum. 2.138
Aratus de ætatibus, Virgil. Tibullus & Seneca ſcripſere. 1.89 & 125.126
Arbores quibus Dijs ſacræ. 1.1[illegible]6
Arcades in lupos conuerſi. 1.257
Arces, pro locis editis. 2.27.& 1[illegible]3
Arcitenens vnde dictum. 1.441
Arctophylax ſiue Bootes quis. 2.450
Ardeæ crematæ cinis in auem ardeam mutatur. 14.574
Argentum Lunæ, aurum Soli ſacrum. 2.2
Argentum an in malis habendum. 1.114
Argo, nauis prima ab Iaſone conſtructa. 8.302
Argonautæ qui fuerint. 7.1
Argus centoculus cuſtos Ius a Iunone conſtitutus. 1.518 Argi oculi caudæ pauonis inſerti. 1.616 Argum fallere quid. 1.518
Ariſta quæ & vnde dicta. 1.139 ariſtæ vſus a natura repertus & quare. ibid.
Ariſtoxeni error. 15.64
Arma Doryla 1.381
Arx vnde dicta. 2.27.& 163
Aſia, mater Deucalionis. 1.390
Aſopiades quis. 7.485
Aſtra vnde dicta. 1.[illegible]5
Aſtræi fratres. 14.545
Aſtrorum diuerſus motus. 15.[illegible]1
Atalantæ curſu cum procis certantis hypotypoſis. 10.587
Atalantæ dux, copioſe quæſitum. 8.317 harum vna Calydonium aprum telo attigit. 8.384
Athamantiades quis. 13.919
Athamantis fons qualis. 15.311
Athenarum laudes. 2.638
Athos mons a continente abſciſſus. 1[illegible]5
Atlas cur cælum ſuſtinere dicatur. 4.661 Atlantis fabula cælum humeris ſuſtentantis. 15.149 in montem cur conceſſit ibid.
Atlantes quænam vocentur à Græcis. 2.295
Atrax Theſſaliæ vrbs. 12.209
Attica vnde dicta. [illegible]
Attica hoſtilitas, pro barbarica [illegible]tare. [illegible]
Auaritia quid. [illegible]
Auarorum duplex proprietas. [illegible]
Auctoritas Pythagoræ pro ratione. 15.66
Auctumnus quare inæqualis. 1.11 vnde ſic appellatus. 2.27
Aues quibus dijs dicatæ. 1.616
Augiæ ſtabulum repurgare, quid. 9.187
Augures quare recto capite deos adorabant & diſcinct[illegible] 1.382
Augurium quid ſit, & vnde. 2.[illegible]95
Auguſtæ quando dictæ Imperatorum vxores. [illegible]
Auguſti domus quare Palatium d[illegible] 2.[illegible]6 Auguſt[illegible] Cæſar Ioui comparatus. [illegible].202 quæ eius res pares. 15.8[illegible]
Auguſtus quid. [illegible]9
Aulæa, quæ dicantur. 3.111
Aurea ætas cur ſub Saturno fuiſſe dicatur. 1.113
Aurei velleris varia nomina 7.154
Aureus ramus, virtutis ſymbolum, quare elici [illegible]tur. 1.449
Aurora, lucis præuia. [illegible]
Aurora rub[illegible]nt [illegible].4[illegible]5 Auroræ lamenta ob filium Memnona interfectum. 2.385.23.30
Aurum ferro nocentius 1.41
Auſter quis ventus 1.261 vnde dictus. 1.6 & 1.142 vnde dicatur Notus. 1.66
Axis quid. 1.[illegible]5

BAbyloniæ vrbis conditores. 4.44
Bacchæ cum thyrſis. 3.41 Bacchæ in arbores mutantur. 1.[illegible]0
Bacchantium habitus. 4.6
Bacchi nutrices quæ fuerint 7.295 cur cornua ei d[illegible]tur. 4.19 lynces ei cur tribuantur. 4.25 ei [illegible]donum [illegible]liabus An[illegible]rum. 15.652 vini primitiæ eidem oblatæ. 8.2[illegible]4 cur Bromius dictus 4.11 cur bis genitus. 4.12 cur Liber dictus. 3.403 cur nudus & [illegible] pingatur. 4.18
Balænæ piſces, cete dicti. 2.9
Baleares peritiſſime funda vtuntur. 2.[illegible]0
Baliſta explodens ſaxeam molem. 8.[illegible]7
Battus 2.530 Battus, ineptus quidam poëta. 2.546 vnde battologia tropus ibid.
Belides quare damnatæ. 4.463
Belli Troiani quæ cauſa. 1.262 bellum vnde dictum. 1.26
Bellua & beſtia differunt. 1.18
Berecynthia T[illegible]ianas naues acceuſas imbre miſſo ruunt. 14.[illegible] eius [illegible]nitatus ibid.
Bili atra qui laborare dicantur. 4.514
Bona quomodo priuata facta. 1.155
Bonus & malus quis dicatur. 1.98
Bootes quis, & quare ſic dictus. 2.450
Boreas, vel Aquilo ventus vnde dictus. 1.8
Bouis laud[illegible] 15.120
Breuitas [illegible] amantibus & furentibus amica. 2.414
Brontes quis, & vnde dictus. 1.259
Bruti aſtu[illegible] 1.395
Bubo, feralis auis. 8.461

CAcus ab Hercule occiſus. 8.415
Cadaucia oppidorum quæ dici poſſint. 15.430
Cadmi coniux & liberi. 3.33 eius nuptiis interfuere Muſæ. 3.158 eius nepotes qui fuerint. 3.134
Caduceum Mercurii quid. 1.564
[illegible]æcum poëtis quid dicatur. 7.343
Cælatura in regia Solis. 2.6.& 7
Cælum vnde dictum. 1.5 quare æther vocetur. 1.67 pro aëre nonnunquam ſumitur. 4.710
Cælorum ordo 2.24 motus quales. 2.70.72
Cælitum capita quare radioſa [illegible]ngantur. 2.4[illegible]
Cæneus quis. 1[illegible]189 a vulnere immortalis. 12.206
Cæneus & Cænis, ex fæmina vir. 8.305.& 12.205
Cæſaris laudes. 15.745 eius cædis prognoſtica. 15.[illegible]83 quando & quomodo interfectus ſit. 15.800.& 801
Caij Mutij Romæ facinus. 12.548
Calathus quid. 4.10
Caliſto 16 annis vrſa manſit. 2.440
ad aprum Calydonium expugnandũ delecti. 8.301.& 3[illegible]8
Calydo-

Calydonius amnis quis. 9 2
Candidæ vittæ in igne auguratum fuit. 3.498
Candorem miſti rubore in facie 3 298.& 3.166
Canens Pici vxor, cantandi peritiſſima. 14 337
Canephoræ, quæ virgines 2.554
Canicies quibus appellent verbis à poëtis. 3 91
Canis femina pro viri genere cur aliquando reperiatur. 3 110
Cantilena Mercurij Argus delectatus. 1.571
Capharcus. 14.470
Capillorum immoderata mulierum quarundam cura. 1.456
Capilli in nodum. 8 319
Capitis quaſſatio quem ſignificet motum. 3 191
Caprea quo luam animal. 1.442
Cardinalis Papienſis lepidum reſponſum. 2.528
Carnium vſus primis ſæculis non fuit. 15 75
Caſpium mare non continuatum cum alio. 1.30
Caſſandra vates, Priami filia, qualis: dicta & Alexandra. 615
Caſſiopeia Epaphi vxor. 1 642
Caſtitatis tuta præſidia quæ. 1 454
Caſtor & Pollux, Dioſcuri. 8 301 12.401 Tyndaridæ. 8.3 2 ſidera nauigantium.ibid. candidis in equis cur viſi 8.374
Catonis ætas. 12.187
Cauſſa quid. 1.564
Cauſſæ 4. naturales. 15 68
Cauſæ efficientes diluuij quæ fuerint. 1.275
Cauſſæ quinque mundi e Platone. 15.67
Cauſſa lepida cur nigri Æthiopes. 2.235
Cauſſæ mutati primi ſæculi in peius. 1.124
Celeuma in nauigando quid. 3 493
Celeuſtes quis. ibid.
Celſi Epicurei impietas. 2 503
Cenſus quid 15.422
Centauri vnde orti 12 218.504 & qui.12 219 eorum multos occidit Hercules. 15.181
Centimani gigantes. 1.182
Cephenes quales. 5.1
Cephiſus fluuius. 1 369
Ceraſtarum ara. 10 224
Ceræ imprimitur quid, & oblitteratur. 15.169
Cercopes in ſimias. 14.90
Cereri primitiæ frumenti oblatæ 8.274 Ceres, pro cibo 3.3 2 Ceres cur prima leges dediſſe dicatur. 3.343
Cerua ab Hercule capta qualis fuerit. 9.188
Cerui a Cypariſſo imprudenter occiſi deſcriptio. 10.110
Ceruus viuax. 3.189
Chalybs, ſincerius ferrum. 1.127
Chamæleon quod animal. 15.411
Chaonia, Epiri regio vnde dicta. 13.717
Chaos quid 1.7. & ſeq. in 4. elementa diſſolutum. 1.32 Chaos cæcum. 1.24
Chiron omni ſcientia inſtinctus. 2. 481 quibus genitus. 2.519 quomodo interierit. 2.492
Chironium vulnus. ibid.
Chloris vel Flora, Fauonij venti vxor. 1 64
Cibi quod optimum condimentum. 6.356
Ciconum flumen. 15.313
Cicuta, quid. 1 570
Cimmeriæ tenebræ. 11.593
Cinis vocabulum poëtis pro mortuis vſitatum. 8.496
Circes ὑπο τύπωσις, eiuſque in aduenas humanitas. 14. 261 eius magica facta. 14.365 ardet amore Pici. 14.346
Circulus lacteus quis. 1.168 via ad domum Iouis. 1.176
Cithæron. 2.223
Citra puluerem. pro, ſine labore. Prouerb. 9.35
Claſſis Græcorum, & nauium numerus. 12.6
Cleopatra regina Ægypti. 15.826
Clymene quæ 2.156 eius habitatio. 1.669
Clypeus & ſcutum quid differant. 15.193
Cœna olim quot partes habuerit. 8.675
Cogitationes inuidentium mirè cruciantes. 2.621
Color ex pudore natus pulcherrimus. 1 463 color in barba & in crinibus commendatus. 12.395 color albus in pecudibus gratiſſimus. 1.545
Columbæ in tutela Veneris. 13.673 eius enim aues. 15. 385 columba pauonis hieroglyphicum. 5 606
Comá detonſâ defunctos honorabant. 3.381 coma diffuſa, mœſtitiæ ſignum. 4 673
Commodus Imp Hectoris facinora imitatur. 1.184
Comparatiuum pro poſitiuo frequenter repetitur. 4.692
Comparatio de multitudine peſtifera tabe pereuntium. 7. 586 comparatio palatij Iouis cum Auguſti. 1.176 Eccleſiæ cum Republica. 1.253
Conchæ in littoribus. 15.264
Concordia diſcors. 1.433
Contingere teſſeram. 1.144
Connubium inter cælum & terram. 1.393
Conſiſtorium Iouis marmoreum. 1. 7-
Conſolatio ad Liuiam Ouidij eſt, non Pedonis Albinouani. Proleg. Diſſ 7
Contemptor Deum. 3.389
Conteſſeratio, quæ apud Plaut. Pœnulo. 1.144
Continentes quæ factæ ſint inſulæ. 15.289
Contrahere, & diducere vela, pugnantia. 3.538
Conuictum vnde dictum. 5.676
Conuiuiorum magnificentia. 13 639
Coquendi principium vnde natum. 15.73
Cor fons vitæ. 12 421
Corallum, quomodo factum. Poëtis 4.746
Cordis magnitudo, timiditatis ſignum. 3.193
Corinthia vaſa quæ. 6 416
Cornua ſumere, pro audacia. 4.19
Cornua amnium quæ. 1.39
Cornu copiæ quid. 9 88
Cornus. pro haſta, quæ ex illa fit arbore. 8.408
Coronari, pro cingi quomodo Poëtæ vtantur. 3.388
Coronæ præmia in ludis Græcorum & quales. 1.449
Coronarum vſus in conuiuiis. 3.430
Coronis quibus prognata. 2.476
Corpus de terra; animus cæleſtis. 15 62 corporis humani mutationes. 15.216 corpus pro maſſa 1.18 corpora ſimplicia quæ dicantur 1.31 corpora mortuorum quomodo efferebantur. 13.695 peſte extincta à brutis non tanguntur. 7.550
Cortina quid & vnde. 15.635
Coruus Apollini ſacer. 3.29 viuacior ceruo. 3.189
Corycium quid 1.310
Corymbus quid. 3.540
Crabrones quomodo naſcantur. 15.368
Cratis, Calabriæ fluuius. 13.749
Crepuſculum quid & vnde. 1. 219
Crœſi Lydiæ regis fortuna. 3.125
Crotoniatæ populi. 15.58
Crotonis oppidi origo. 15.12
Cruor, pro ſemine. 1.158
Cupido quare Dianam ſagittis ſuis numquam petat. 1.455
Cura Dei, Catonis virtus, pro Deo, Catone. 1.48
Curæ mordaces ſentes hamati. 2.642
Currentis celeriter περίφραςις. 10.653
Currus Phœbi, qualis. 2.107
Curſus aëreus pro volatu. 6.709
Curſus, pro nauigatione. 3 518
Cybele dea. 1.13 curru à leonibus vehi cur fingatur. ibid.
Cyclica carmina quæ. Proleg. Diſſ. 5
Cyclopes ἀνθρωποφάγοι. 15.93
Cycnus in olorem. 7 372
Cycni qui proprie ſint. 2.375 quare ſe cælò non credant. 2.377 cur canori. 2.380
Cyllene quid. 1.216
Cyrnii quare μακρόβιοι. 15.80

DÆdalus quàm ingenioſus fuerit. 8 159 cur in Siciliam Athenienſis ipſe fugiat. 8 260
Dama, timidum animal. 1.442
Damaſcena pruna. 13.817
Danubius ſeptemfluus. 1.423
Daphne fugit Apollinem 1.470 eius mutatio in laurum & quare 1 473.475 cultum negligit 1.456 eius ſtudium venandi. 1.458 procos auerſatur. ibid.
Dardanidæ qui ſint. 15.431
Dare lintea, pro vela facere. 3 515
Dares ab Entello cæſtibus contuſus. 12.236
quæ Deæ matres appellentur. 2.275
Decumani fluctus qui ſint. 11.531
Deducere carmen 1.4
Delphi vmbilicus terræ, & quomodo repertus. 15.630

Delubra, vnde dicta. 1.571
Delus inſula. 1.587
Deorum quot genera 1.173 eorum habitacula. ibid. deorum aquaticorum vbi domicilia 1.502 verùm omnia illis communia. 2.44 varia eorum concilia. 1.167 eorum ſententia erga Iouem. 1.167 dij quare Patres vocati. 2.116 quo cibo veſcantur. 2.289 dij barbati. 1.159 quare per Stygem iurent 2.188.2.45 apud Cadmum epulati, et munera dederunt 3.132 dij deæque hominibus qui ſuccurrerint. 2.523 dij agricolæ qui. 8.276 dij cur multis nominibus delectentur. 4.11 qui quibus rebus præſint. 2.57. & ſeq. quomodo iraſcantur 8.279 dii fluuiorum quatuor cornuti. 1.59 quomodo ad nuptias inuitabantur. 5.37 diis cum hominibus familiaritas quando fuerit 1.150 quare eandem poſtea fugerint. ibid. diis inferis quomodo ſacrificarum 7.245 quibus duæ alæ tributæ. 2.557
Deſpectus ex alto caliginem offundit. 2.181
Detinere dictum ſermone. 1.575
Detractio, venenum eſt. 2.620
Deucalionis & Pyrrhæ genus 1.351 in diluuio ſeruati, & cur 1.519
Deus quid ſecundùm Platonem. 15.69 non poteſt comprehendi. ibid.
Deus architectus quis. 1.441
Dextera porrecta quid indicet. 1.105
Dextræ in fide complicantur. 8.421
Dia inſula. 3.564
Diana, vnde dicta. 1.466 ἄρτεμις quare dicta. ibid. eius perpetua virginitas. ibid & 3.246 & ſenecta, cur. ibid. eius comites quæ ſint, & quod cuiuſque officium. 3.65 cur vallem Gargaphien amet 3.156 venandi ſtudio laſſa. 3.288 ei quare obſtetricandi munus commiſſum ſit. 9.283
Diana Scythica quæ. 14.331
Dictys & Helops quomodo interfecti. 12.335 & 346
Dies ciuiles & naturales quot horis conſtent. 2.16 diei ortus pulchra deſcriptio. 2.113.115 diei nox cur ſuccedit. 15.186 dies noctesque æquales haberi non poſſent ſi terra non eſſet in medio. 1.30 dierum numero noctium ſimul intelligitur. 11.575
Digiti marmorei, pro candidis. 3.356
Diluuium, de quo Poetæ, quando contigerit. 1.263
Diomedes ſuas calamitates narrat. 14.463
Diſci luſus. 10.174
Diſciplina Pythagorea. 15.66
Diuina non ſeneſcere. 15.234 & ex Sophocle in Oedipo Coloneo. ibidem
Dodona Epiri vrbs. 7.634.13.716
qui Dolent, mortem cur optent. 3.346
Domitianus ſacrificulorum turbæ inimicus. 1.641
Domus inuidiæ qualis. 2.604.605
Donum diuinæ redignum. 8.430 dona Æneæ & Anchiſæ & Aſcanio data. 13.680
Doris quæ. 2.11
Dryope in Loton arborem mutatur. 9.351
Ducere formam. 2.403

EBoratum, eburnum, eboreum quomodo differant. 1.178
Ebrietati ſomnum ferè poëtæ coniungunt. 3.483
Ἐχεμυθία quid. 15.66
Echoica Epigrammata qualia. 3.375
Echus amor in Narciſſum. 3.369 Echo eſt vocis imago. 3.371 à poëtis, & potiſſimum Auſonio deſcripta. ibid.
Eiurare bonam copiam qui dicerentur. 9.88
Elementa in Chao carebant naturalibus proprietatibus. 1.26. & ſeq. ſimul cum cælis producta. 1.31 quare rotunda. ibid. elementa grandia. 1.29 ſunt ſibi contraria 1.27.15.245 eorum 4. qualitates. 15.257 eorum diſcors amicitia. 15.245 eorum quomodo lis diremptа 1.21
Elephas Græcas aliquot voces in puluere exarauit. 1.542 elephanti quare anguimani. 1.184 elephantorum dentes an cornua. 8.288
Eloquentia ſine prudentia eſſe nequit. 12.178
Elpenoris fatum. 14.252
Emanare, & Emicare, ſignifie. actiua. 8.356
Emeriti, quando dicebantur Romani. 5.101
Empedoclis ſententia de elementis, & eorum facultatibus. 1.25 idem vt Pythagoreus, de migratione animarum. 15.160
Ennius de Homeri anima in ſe recepta. 15.160
Epaphus Iouis filius. 1.642 in Ægypto regnat. ibid. Mempheos & aliorum oppidorum conditor. ibid. in Ægypto colitur. 1.645 eius conuitia in Phaëthontem. 1.648 & ſeq.
Epica & Heroica poëſis qualis. Prol. Diſſ. 5. qualis ingreſſus poëtarum. ibidem Diſſ. 6
Epicus poëta an Ouidius. Prol. Diſſ. 5
Epitaphium Argi. 1.614
Epitheta diuerſimodè adhibentur 2.419
Equus ſacer Marti. 15.368 equi Phœbi alipedes. 2.47 equi ſolis qui, & quot. 2.153 vnde nomina ſua ſortiti. ibid. equus pulcher quis iudicetur. 12.401 equi generoſi indicium. 2.153 equos regendi ratio. 2.67
Erinnyes quæ ſint. 4.453
Ἐρωτικὰ variorum. Proleg. Diſſert. 3
Erumpere, actiua ſignificatione. 8.356 vide Emanare.
Eumenides quæ ſint. 4.455
Euœ bacchantium vox. 4.524
Euphorbus Panthoi F. 15.160 Troianis ſuis temporibus ibid. a Menelao interemptus. ibid
Eurus vnde dictus. 1.61
Eurytus quis. 12.228
Exemplum memorabile maritalis caſtitatis, & coniugalis fidei. 14.516 modeſtiæ & moderationis. 6.511.15.585 eorum qui ſtudio diſcendi & inueniendi doctum præceptorem peregrinationem ſuſcepere 15.7 de iis qui verecundè & honeſtè occubuere. 15.479
Exequiæ filiarum Orionis. 13.687
Exhaurire laborem pro finire. 5.149
Exilium voluntarium multorum. 15.61
Exta conſulere. 15.579

FAbius Pictor de aureo ſæculo. 1.90
Fabula de lapidum in homines mutatione ad hiſtoriam referri poteſt. 1.414 de aurigatione Phœbi vnde deducta. 2.153 de quatuor ætatibus deſumpta ex Danielis ſtatua. 1.89 de Gigantibus deſumpta è ſacris Litteris. 1.151
Facem quatere, vt ardeat. 3.581
Facies pro aſpectu. 3.289
Fama pro dea habita 12.59 cur ærea dicatur. 12.46 quid maximè illi aduerſetur. 12.48 neminem veretur. 15.853 comites eius qui ſint. 12.59 domicilium eius vbinam locorum 12.39 velocitas eius exemplo monſtrata. ibid.
Famæ, & inferorum ianuæ ſemper patent. 12.46
Famis deſcriptio. 8.803
Famulus quis dictus. 4.5
Fatum quid. 1.358 inexorabile. 15.808 fata nent mortalibus Parcæ. 8.454 earum nomina. 8.453
Fauonius vnde dictus. 1.64
Feminæ pulchritudine ſuperbiunt. 15.228 femina, nomen contemptus. 8.433 femina quomodo fingatur facta. 1.82
Feminæ tranſpadanæ quare ſuccina geſtent. 2.564
Feminarum nobilium & illuſtrium olim opus domeſticum. 11.575
Feminam veteres viram vocarunt. 1.608
Ferrugo quid ſit. 2.468
Ferrum quomodo nocens. 1.148
Feri animus. 1.8
Ferus, pro fera. 8.555
in Fibula olim luſos. 8.518
Fictio iucundiſſima. 2.432
Figmentum Pythagoræ de tranſmigratione animarum. 15.76
Figura rotunda infinita. 1.35
Fila ducere, mulierum labor. 4.10
Filiæ patrum eloquentiæ imitatrices. 2.481
Filij Proculei egregium reſponſum & pietas. 1.148 filiorum dedecora in parentes redundant. 1.653 eorum in parentes impietas. 1.148
Flauus capillo Menelaus Homero. 3.489

Fletus

Fletus regis Perſarum. 1.367
Flores hoc ſemine qui. 1.108
Flumina Peneo gratulantur & quare 1.505 quomodo errare dicantur 1.5 9 ſub terra ſe condentia & ruſus in terra emergentia 1. 40 fluuij auriferi, poëtarum carminibus nobilitati. 11.143
Fœda, pro crudeli. 1.65
Fœniſecæ quid inter operandum facere ſolerent. 14.645
Fons vnde dictus. 1.38
Fontis aquæ 3.182
Fornicatores oonia. 1.467
Formicæ grana tritici in os Midæ ingerentes quod prognoſticon. 11.105 fornicatorum operantium deſcriptio. 7.623
Formula iudicij Græcis & Latinis. 15.48
Fortuna vitrea. 11.98
Fratrum quare vna dicitur origo. 1.188
Fretum vnde dictum 1.36
Fruges, quæ propriè dicantur. 8.274.15.76
Fulmen quid. 15.69. fulminum trina genera. ibid.
Furiæ quæ ſint. 4.453
Furtum quid apud Poëtas. 1.515

GAleæ olim vt confectæ. 12.380
Galea & caſſis quomodo differant. 1.99
Gallicinij periphraſis. 11.598
Ganges fluuius. 4.163.
Gemelli fratelli. 2.14
Generati ſeu nati, quid. 15.255
Geniale, quid ſit. 4.162
Genitalia corpora, Lucretio. 15.139
Gentes mundum igne conſummandum cognouerunt. 1.256 in Chriſtianos cauſam calamitatum reijciunt. 1.250 apud eos ſacrorum librorum notitia 1.211 ſolem omnia videre & audire credebant. 1.854
Genua cur miſericordiæ dicata. 9.216
Genus hominũ quare editum a Deucalione dicatur 1.412
Geſtus taoros mactantium 15.248 quippiam durius dicturi. 13.643 Thebanarum lugentium. 13.683
Gigantes quibus orti. vnde dicti, quales fuerint. 1.152 quibus hoc nomen tributum. ibid. montes montibus imponunt ad deos oppugnandos. 1.153 ſunt fratres. 1.186 mole ſua obruti. 1.156 centimani. 1.183 anguipedes quare. 1.15 & 184
Gigantizare quid. 1.152
Gleba a Tuſco agricola mota vertitur in poëtam Tagem. 15.552
Gortynacus arcus. 7.779
Græci omnes, præter ſe, Barbaros vocant. 14.162
Gratiæ virium inuitis debeantur. 1.152
Gratiarum actio pro hoſpitum aduentu. 13.636
Gratitudo erga Deum & homines. 4.753
Grauis omne locum infimum quærit. 1.40
Gregorius Nyſſenus Epiſc. de louſdia. 2.615 eiuſdem opinio de multiplicatione hominum in paradiſo, ſi Adam non peccaſſet. 1.41
Grynæo Centauro oculi eruti. 12.268
Gulæ deliciæ in quibus ſitæ. 13.99

HAbenas ignarus detractes, Prouerb. 2.54
Hamadryades vnde, & quæ. 14.623
Harpe Mercurij gladius. 1.611
Haſta ſanguine tepefacta. 8.443 haſta Achillis vulnera quæ inflixit, eadem ſanauit. 12.112
Hecatombes varia interpretatio. 8.152
Hecubæ geſtus, dum Polydorum filium in littore cæſum videt. 13.538 Polymneſtora inuadit. 13.560 deplorat mortem & cædem Polyxenæ 13.494 in canem mutata. 13.568
Hegiones ſenis victus. 15.82
Helenæ raptus & variæ de eo opiniones. 12.5
Helenus quare virgineus. 2.139
Helleniſmi frequẽtes in Virgil. crebriores in Horatio 3.434
Hercules vnde dictus. 9.13 eius labores quot 9.181 quomodo mala aurea ex Africana victoria aſportaſſe dictus 15.326 eius pugna cum Antæo quid deſignet 9.183 eius eiulatus deſcribitur. 9.165 cur cælum ſuſtentaſſe dicat. 9.198 eius mors & apotheoſis. 9.212 vltimo mortuus. 9.139
Hercules Ciofanus Sulmonenſis. Proleg. Diſſ. 2
Heroes ſemidei 1.126 quinam. 13.644 quibus carnibus olim veſcebantur. 1.128
Herſes muſica venuſtas. 2.565
Herbila à Romulo exceptus & immigrat aſtris; & Ora appellatur. 14.845
Heſiodus quinque ætates numerat 1.89 quid de hominibus ſæculi ferrei narret 1.126 quid de deo quodam Momo. 1.41 eius deſiderium. 1.118
Heſperia pro Italia. 2.325
Heſperides quæ fuerint. 9.190
Hiems vnde dicta & quare prima anni pars. 2.27 canos hirſuta capillos. 13.213
Hieroglyphica 4. anni tempeſtatum. 2.27
Hippolyti equi turbantur aſpectu monſtri marini. 15.515 vitæ ab Æſculapio reſtitutus. 2.488 oſor fœminarũ. 1.412
Homerus quare Meleſigenes vocatus. 2.480
Hominibus in Deos celantis nomina adduxa indebantur. 4.1 5 eorum cauſſa omnia creata, ipſi propter Deum 1 146 ſunt ex lapidibus à diluuio Deucalionis. 1.231 homines cur duri & patientes laborum. 1.414
Homo quare vltimo loco conditus 1.78 factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei. 1.83 quomodo animal mite & durum. 1.403 eſt mortalis Deus. 1.77 eius laudes 1.76 quare os illi ſublime. 1.85
Honos in agoom in labore ſolatium. 2.386.477 onus leuius reddit. 2.477
Hora fugit, vt vnda impellitur vnda. 15.181
Horæ, equis ſolis præſunt. 2.118
Hortense ſerus. 8.428
Hortorum cultor eleganter deſcribitur. 14.629
Hoſpitalitas 1.144 eius laus. ibid.
Hoſpites ſymbola ſibi dabant & quare. ibid.
Hoſtiæ eximiæ quæ. 15.130
Hoſtium ſpolia ſuſpendi ſolita antiquitus. 8.154
Hyacinthi mors. 10.184
Hyacinthus qualis flos. 10.211
Hyades vnde dictæ. quid portendant. 3.470
Hyades, & Pleiades. ibid.
Hyæna qualis fera ſit. 15.409
Hyantes qui dicantur. 3.46
Hydri morſus lethalis. 3.804
Hylonome quæ. 12.408 ſe perimit. 12.426
Hymenæi deſcriptio. 6.429
Hypanis Scythiæ fluuius. 15.285
Hyrie in ſtagnum. 7.381

IAculum Cephali ex aquifolia confectum. 7.684
Ianua vnde dicta. 1.172
Iapetus quis fuerit. 1.390. & 395
Ibis quale auis genus. 3.332
Ictus à ſcorpione quomodo ſanetur. 2.199
Ida Phrygiæ mons. 2.218
Ieiunium vnde dictum. 1.312
Ignis ſupremum locum obtinet. 1.26 Ignis, cælum, quomodo liquida dicta. 1.13 eſt edax. 4.759 nunquam ſatiatur. ibid
Ignis eſt Amor. 3.365.8.323
Ignes diurni, pro ſole. 7.193
Ignobiliori infimus locus conuenit. 1.30
Iliubyia quæ. 9.283
Imperatoris ſacrificium quale. 8.152
Impune ferre quid Ciceroni. 8.279 aliter Naſo. ibid.
In aduerſis cæleſte numen precandum. 1.367
In deorum gremijs iacere. 13.658
In partem lethi venire. 7.565
Inachus luget filiam amiſſam. 1.510
Inanima quomodo dici queant viua. 3.437
Indignantis, iraſcentis, &c. quæ nota. 2.49
Inexpletus. 3.354
an Inferi ſint, quo argumento colligatur. 15.156
Inferiarum ſolemnitas quibus conſtiterit. 12.3
Ingenium pro natura. 15.85 ingenium & ſolertia, non ſufficit. 15.62
Initiæ cadauerum ad animas pertinent. 1.387
Inſulæ & montes vnde prodijſſe fingantur. 1.153 inſulæ è mari emerſerunt. 15.287 inſulæ mari obrutæ 15.203 inſulæ auulſæ quæ: vt ab Italia Sicilia, Cyprus a Syria, &c. ibid

Inuenire & *Reperire* quomodo differant. 1.347 . 518
Inuidia quid: quomodo à Græcis, quomodo a nobis pingatur 2.603 De ea Gregor. Nyſſenus.2.615 Menalcæ aduerſus Daphnidem.2.633 Viperinis carnibus alitur. 2.611
Inuidorum ingenium eminentia perere. 2.635
Io, apud Nilum priorem formam adepta.1.635 furijs a Iunone exagitata totum orbem percurſat. 1.618. & ſeq. in vaccam mutata quomodo a parente Inacho cognita. 1.523.1 541 & 545 Mycenæ ab ea dictæ.1.530 Iſis nominata, ab Ægyptijs pro dea culta. 6.141
Ioannes Baptiſta inuitus in matris vtero. 15.519
Iolaus ex grandæuo fit adoleſcens. 9.398
Ionica ſecta à quo originem habuerit. 15.60
Iouem loci non ferie. 13.7 6
Iouis patria quæ.3.415 eius voluntas eſt fatum. 5.510 eius 12. Conſiliarij 1.167 Iouis Ammonis fons in Libys quaſi 15.308 Iouem fruſtra ſacrificare.7 589.&ſeq. eius cognomenta. 2 61
Iphigenia quare immolanda. 12.9 & 28 eius immolandæ commenti origo 12 34 mactanda a Diana ſeruatur 12.9
Iris Iouis. 3 166
Ira cohibenda 3 158 in ea oculi tremunt. 3 452
Iris Iunonis nuntia. 1.27 1.124 quare Thaumantis filia 1 270 quot colores habeat. ibid.
Iſidis templum in campo Martio.1 641 eius ſacerdotes lineis veſtiebantur ibid. eius comitatus paraphraſis 9 687
Iſter ſeptemfluus. 1.59
Italia a Sicilia diuulſa. 15.291
Italicis Philoſophis quare impium videbatur animans mactare & edere. 15.73
Iudicem qualem eſſe oporteat. 1.96
Iugera ſingula quot pedum. 4.458
Iulij Cæſaris opinio de morte.1.224 eius dicterium.12.515
Iuno, cui *maxima* dicta.5.558 Iuno pro aëre 1.28 Iouē furijs exagitat.1.618 Iuno & Diana iratæ quandoque. 8.219 vindictam de Iouis pellice Calliſto ſumit. 2.419 apud quos educata 1 478 lædendo prodeſt. 2.461 quomodo coniux & ſoror Iouis, 3.561 Iuno Auerna quænam.14.114 quare Iouis dicta coniux & ſoror.1 28 eius varia epitheta. 6.458
Iurantes execrationes & deteſtationes ſolent adiungere. 1.666
Iuſtitia, quare Aſtræa dicta. 1.149
Iuſtitia virgo hominibus ſecundi ſeculi exprobrat & peiora futura prædicit. 1.124
Iuuenalis de fuga Iuſtitiæ cum ſorore Pudicitia 1.150
Iuuencus quis. 1.124
Iuuenes vnde dicti. 5.101
Iuueneſcere cum Æſone qui dicantur. 7.189
Iuuenis Nereius. 7.686
Iupiter quatuor anni temporibus annum diſtinxit. 1.126 capitur pro æthere vel igne.1.28 in quas formas mutatus.2.154 quare mundum incendijs non conſumpſit. 1.256 Solem obiurgat.2.304 ex Maia Mercurium genuit.1.362 nequit agere currus ſolis. 2.60
Iupiter Ammon dictus. 4.182
Ixion quare damnatus.4.462 idem fuit audax. 12.510

LAboribus xii.Herculis addidit Diagoras Melius. 9.182
Lacus vnde dictus. 8.58
Ladon amnis. 1.596
Lælij & Scipionis ludus. 13 798
Laërtius Thaletem primum finxiſſe anni tempora narrat. 1.118
Lætitia dilatat & diffundit animum 4.765
Lætus vultus quomodo ſoli ſereno comparetur. 3.570
Lanam ſola ouis ſuppeditat. 7.312
Lanificium exprimendi varij modi. 4.34 & 36
Lanigerum pecus pro oue. 7.312.3.460
Lapidum in homines commutatio. 1.fab.xx.
Lapitharum nomina. 12 385
Latus Calauræ. 7.385
Latus & femur haurit aper. 8 371
Laudes Theſei. 7.434
Laurus ante regiam ponebatur cum corona querna 1.490 triumphis dicata.1. 487 perpetui eius viroris quæ cauſa 1.491. a Phœbo in ſuam arborem electa 1 476 ea qui coronarentur. 5 110
Lectus & lectiſſimus. 8 500
Leges cui Ceres dicatur dediſſe. 3 543
Legiſlatores a quibus dijs ſinxerunt ſe ſuas leges accepiſſe. 15 482
Lemnium malum quale. 11.559
Lemniæ mulieres quæ. ibid.
Lemnos Vulcano ſacra. 2 600
Leonum maxima iracundia 15 86 eorum vis.ibid. qui ſint animoſiores. ibid.
Leporis omnium animalium aures maximæ. 15 100
Leporem non edit. ibid
Lerna quid. 9 69
Lethum vnde dictum. 11 515
Liber, cur dictus Bacchus. 3 403
Liber nullus tam malus quin aliqua parte proſit. 5 533
Libya Epaphi F.ex Caſſiopea, terræ nomen dedit 1.645
Liguſtrum quid. 1 719
Limbus quid. 5 96
Lini vſus in ſacrificijs. 3 641
Litare vnde dicatur. 1 36
Literarum profanarum vtilitas. Proleg.D 1
Litteraria res an militari anteponenda. 5 269
Locus Daphne appellatus. 1 479
Locus infimus quis in mundo. 1 30
Longè abeſſe, pro nihil poſſe. 8.435
Lucerna pinguini, de quibus dicatur. 11.149
Lucianus fabulam de Saturno eiuſque cauſam refellit. 1.113
Lucius Patrenſis apud Photium. Proleg.Diſſ.3
Lucretius poëta Epicureus. 15.133
Luctatores ante luctam quid obſeruarint. 9.35
Ludorum quot genera apud Græcos. 1.446
Lugentium mores. 2.383 4.182
Lugetur a propinquis Phaëthon. 2.329
Lumine res videri poſſunt. 5.400
Luna cur Phœbo ſimillima ſoror.1. 28 quibus prognata, & Phœbe cur dicta. 5.108 quando dicatur renouare cornua. 1 11
Lupi ſemper rabiunt. 1.233
Lycæus quid. 1.216
Lycaon fit lupus.1.237 quot filios habuerit.1.237 Ioui ſtruit inſidias. 1.198
Lycus, fluuius. 15 273
Lydia, prius dicta Mæonia. 5.458
Lynceus metalla primum fodiendo quæſiuit. 1.139
Lymphatus vnde dictum ſit. 11.15

MÆnalus quid. 1.216
Magna loqui. 1 646
Maia quomodo aſtrum facta 2.562
Maiores imitandi. 5.418
Mammarum & vberum differentia. 7.322
Manus poſt terga reuinctæ 3 450
Manus, pro cœtu comparato ad vim inferendam. 1 200
Manum vltimam imponere. pro finire. 8.15
Mare quis primus nauigarit: varij varie 1.305 cur diuiſum 5.513 eius inconſtantia.15 799 eſt fons terram irrigans.1 51 mari tranquillo intuentium imagines redduntur.13.767 mare Superum & Inferum. 15.50
Marmoreum collum, digiti, &c. 3.356
Marſyæ mors, pro crudeli ſupplicio. 6.387
Martis ad Iouem pro Romulo oratio. 14.806
Materia ignis facilis, ſarmenta. 8 460
Matertera, & matertera magna.&c.quæ. 2.589
Matrona quæ 5 409
Maximus Planudes, qui Græcè conuertit è Latinis Proleg.Diſſ. 2.Ouidij Metamorphoſin. ibidem
Meander quid. 2.246
Medicinam adhibere. 10.186
Medicorum neceſſitas. 2.486
Mediocritas aurea.& ſalutaris in omni re. 8.215
Melampus medicus Prœti regis filias ſanat. 15.329
Melancholici ea quæ non ſunt,ſe videre putant. 4.174
Meleager,ingentis animi. 8 570
Mella collecta ex arboribus.1.113 mellis efficacia 15 80

Memnonis

Memores tabellæ. 8.748
Memnonis crematι fauillæ in aues mutantur. 13.600
Menalcæ pater bis de die pecus numerabat. 15.824
Menelaus viuus in campos Elyſios translatus. 15.62
Menippa & Metiocha pro ſalute populi morientes. 13. 692
Mercurius Deorum nuntius. 1.586 callidus fur. 2.529 Argum cantu ad ſomnum inducit. 1.577. paſtorem ſe ſimulat, & canit 567 Argum occidit. 1.611 ad inferos mittitur ad reducendum Laium. 2.564 eius triplex ornatus ibid. pacis Deus. 14.291 quare Cyllenius dictus 1.607 quare Atlantiades 1.575 quomodo pingebatur 2.551 eius velocitas in obſequendo. 2.564 eius virga ſomnifera. 1.629
Meridiei deſcriptio. 3.130
Merops Clymenis maritus vitricus Phaëthontis. 1.657
Meſſapia arua quæ 14.513
Meſſis in herba Prou. 8.290
Metamorphoſis formicarum in homines. 7.640
Metamorphoſis Antonini Liberalis & aliorum. Proleg. Diſſ. 2 & 3
μετεμψύχωσις, animarum migratio. 15.158.159.160.168
Meteora, in media regione aëris generantur. 1.54. & ſeq.
Metra, quænam. 8.742
Midas quare fingatur auriculis fuiſſe aſininis. 11.180 eius auaritia. 2.593. 13.652 eius tactu omnia vertebantur in aurum. 11.101
Mileſiæ Apuleij fabulæ. Proleg. Diſſ 3
Militaris res quomodo litterariæ anteponenda. 5.269
Milonis athletæ mors miſera. 15.229 230
Minerua quomodo orta. 2.616 bellatrix cur dicta. 8.264 cur ei olea ſacra 8.274 cur Tritogenia aut Tritonis dicta. 3.117
Minotaurus quale monſtrum. 8.155
Mœnia Apollinea Troiæ. 11.204
Mœnia Neptunia quæ. ibid
Mollicies in viris notata. 3.430
Monarchiæ quatuor. 1.89
Monarchica optima regendi forma. 1.197
Monita Phœbi ad filium 2.127
Monoſyllaba animalium in fine carminum. 8.359
Monſtrum quid dicatur. 2.367. 11.212
Monſtra noua creata poſt diluuium. 1.437
Montis varijs arboribus conſiti pulchra deſcriptio. 10.86
Mors in oculis apparet. 5.71. 3.378 eſt frater ſomni. 7.329 quænam appetenda, quæ fugienda 8.518 vltimum in malis remedium. 2.554 eam cur optent, qui dolent. 3.346
Mortui extra vrbem ſepeliendi. 7.608
Mortui cur intelligantur per vocabulum, *Plures*. 8.530
Motus non fit in inſtanti. 2.401
Moyſes quare tantùm dicat Deum creaſſe cælum & terram. 2.22
Mulier, à mollicie. 8.388 mulieres Coæ in vaccas. 7.364 Mulieres, viragines. 2.608 mulierum geſtus in luctu. 2.335
Mundus an ab æterno. 15.239 eius partitio inter tres fratres 2.291 eius pulchritudo. 1.88 eius quæ dextra, quæ læua pars 1.45 eſt obnoxius mutationibus. 15. 265 Mundus, pro cælo poſitus 1.5 eius moles quare operoſa 1.258
Munera filiorum ſomni 11.635 muneribus ad corrumpendum nihil efficacius. 2.545
Munychij agri qui. 2.551
Muſarum & Pieridum certamen quale. 5.308 diuerſa earum epitheta. 5.455
Mycilus, reus ſpretæ legis iudicatus, & abſolutus. 15.36
Myrmidones quomodo prodierint. 1.251. 7.655
Myſus, Myſiæ fl. 15.477

NAiades vnde dictæ. 1.505
Narciſſi imago vt formoſi apud Philoſtratum. 3.291. & 3.384
Naritius heros quis. 14.468
Naſci & generari, quid. 15.255
Natalis Comitis Mythologia. Proleg. Diſſ. 2
Nati è ſanguine qui dicantur. 1.162
Naturæ definitio 15.68 natura pro Deo 1.21 natura nulla priuata ſed communis. 1.135 natura, & natura rerum pro vniuerſo & omni. 1.6
Naturalis iuſtitia quomodo perierit. 1.159
Naues mutantur in Nymphas 14.530 nauis prima, eiuſque vſus primus. 6.721 & 7.1
à Nauigatione poëtarum ſimilitudines. 15.176
Nauigare quando cœperunt homines. 1.134
Naupliades quis 13.38
Nautæ cur plerumque improbi. 3.613
Nauis notitia quæ neceſſaria. 3.132
Naxos vini ferax inſula 3.512 hinc Bacchi domus dicta. ibid.
Neleus quis. 2.533
Neptunus vnde dictus 1.270. & 4.275. 4.540 quare cæruleus. 1.275 quomodo maris numen. 2.291
Nereus pro mari. 1.187
Nereidum operæ. 2.13
Neſcius, actiuè & paſſiuè ſumitur. 2.710
Neſti Lycij & Parthenii, & Lucii Patrenſis Metamorphoſis interciedit. Proleg. Diſſ. 2 & 3
Neſtor longæuus 8.313 Pylius, vnde. 8.365 eius ætas. 12.187 eius epitaphium. ibid.
Nihil prodeſt quod non idem lædere poſſit, & contrà. 2.332
Nili origo. 2.151 eſt ſeptemfluus. 1.423 ei Ægyptij feſta ſolennia celebrabant & quando 1.422 Nili exundationis effectus. 1.422
Nilotica aqua ſteriles fœcundas facit. 1.415
Nimbi qui dicantur. 1.261
Niobes archetypum, prouerbij explicatio. 6.303
Nix quomodo efficiatur. 15.64
Nobiles dij qui. 1.171 illorum ædium ſplendor. ibid.
Non omnia vates finxerunt. 15.155
Nonacria virgo, quæ. 8.426
Notæ in iudicijs quænam vſitatæ. 15.41
Nothus quis dicatur. 3.145 à ſpurio quid differat. 5.199
Nouercale odium. 1.147
Nox nigra. 15.187 eius deſcriptio. 15.188 eius periphraſis. 15.30 nocti dies cur ſuccedat. 15.186
Noxia, & noxa quomodo differant. 1.215
Nubere pro ducere vxorem. 2.593
Nubentibus quare tedæ præferebantur. 1.462
Nubium quæ ſint alimenta. 1.270
Nullus malus magnus piſcis. 15.108
Nullus, pro non. 1.10
Numa Pythagoreus. 15.60
Numicius iuſſu Veneris Æneæ mortalitatem abluit 14.597
Nuptiæ vbi olim celebrabantur. 12.258
Nuptiales epulas antiqui olim celebrabant ante aras 5.295
Nymphæ quaſi Lymphæ dictæ. 1.293. 598
Nymphæ cur iurarint. 3.316
Nympharum ſtudia. 14.623

OBteſtatio fit per ea quæ hominibus chariſſima. 1.637
Obtutus Lemnias, qualis. 13.399
Occaſio inueniendæ fiſtulæ paſtoritiæ. 1.582
Oceanus & Thetys quare dijs venerabiles. 2.453
Octauiæ Tragœdiæ quis auctor. 1.97
Oculus Græciæ quis. 15.427 oculi igne micantes. 8. 284 oculi mentis qui. 15.64. eorum cæcitas. ibid. oculi ſideris inſtar. 3.295 oculis multi perierunt. 3.315
Oedipus Laij & Iocaſtę Thebanorum regum filius. 15.422
Officium boni patrisfamilias. 2.401 officia morientibus adhibita. 12.424 officium armentarij. 1.525
Olea Palladis arbor. 1.106
Oleniæ ſidus pluuialis capellæ. 3.469
Olympia 14.324
Omen ſiniſtrum in nuptijs. 10.9
Omnia corpore conſtantia ex humore & calore temperatis progignuntur. 1.450
Omnibus numeris fieri, pro perfectè. 7.126 omnia interire, excepta anima rationali. 15.365 177 omnia fluxu tranſeunt & prætereunt. 15.177. 178 etiam mors ſaxis, Auſonio. 15.178
Opera motum mulierum. 13.718
Opes non tantùm diuitiæ veteribus 1.140 ſunt irritamenta malorum. 1.140
O *verè Phrygæ*, Virgil. ex Homero expreſſit. 3.416

Oraculorum quot genera.1.368 oraculum Apollineum, omnium vetuſtiſſimum.5.8 oraculum columbis reſpondentibus & arboribus.13.717 oraculum delphicum de Hercule. 9 203
Orantis & iurantis geſtus. 1.661
Oratio quoduis opus præcedere debet. 4.702
Orbem ſibi reddi 2.348
Ordinis equeſtris,aurei velleris dicti,origo. 7.1
Orgia quæ,& vnde dicta. 4 161
Oriens & Occidens pro vniuerſo 1 354
Orithyia,& Orithia. 8.371
Ornatus cæli incredibilis. 1.71
Orpheus quomodo dilaniatus.2.289 eius necem omnia lugent.11 41 cum Mænades diſcerpunt.11.7 eius cantu inferi permouentur 10 40
Ortygia natalis tellus Dianæ. 1 587
Oſtiorum Nili nomina. 2 251
Oſtium, valuæ, fores, ianua quomodo differant. 1.176
Otium, pro ceſſatione ab armis. 1.190
Ouidij Metamorphoſis a doctis varie laudata.Prob.Diſſ.4 Latinitatis bonus auctor à Mureto cur ſit dictus 8 435 Ouidij varij argumenti poemata.Prob.Diſſ 7 quo conſilio Ouidij Metamorphoſin auctor repurgatam illuſtrarit Præfat. eius ingenium & eloquentia. 5 299
Ouis,animal placidum & vtile. 15.126
ὀξύμωρα quid ſint. 3 126

PAbulum equorum ſolis. 2.119
Pæantia proles aut Pæantiades quis. 13 45
Pagaſæa nauis quæ. 13.24
Palamedes quis. 13.308
Palatium Polyphemi. 13 810
Palilia quæ feſta, vnde dicta, & quando celebrata. 14.774
Παλιγγενεσία Pythagoræ quid 15.158.& deinceps.
Pallas, Dea bellica.2.545 cur Tritogenia dicta. 3.167
Pallor à poëtis quomodo comparatione deſcribatur. 11. 417
Pandere vela orationis 1.152
Pandora quæ. 1.390
Panthera, vnde dicta. 3.157
Papilio quomodo naſcatur. 15.372
Papyrifer Nilus. 15.753
Parcæ fata canunt in morte cuiuſque.8.456 quare lanificæ, quæ, & quot.2.497 Parcarum decreta immutabilia. 3.134
Parnaſſus vnde dictus.1.318 quibus Dijs ſacer 1.320 cum qui inhabitent.1.195 eius duo vertices. 1.316
Parthenopeia mœnia quæ. 14.101
Paſiphaëia quæ. 15.500
Pater, pro Ioue. 2.263
Patris ad filium & è conuerſo, relatio quomodo pereat. 8.258
Patientiam quàm ſuperbè Stoici perſuaſerint. 8 517
Patria, vita carior eſſe debet. 11.29
Pauo Iunonis auis 15 385 pauonis ſuperbia.1.672.13 802
Pauor per columbam deſcribi apprimè poteſt. 5.106
Pauperis eſt numerare pecus, Prouerbij ſpecie dici poteſt. 13.814
Paupertatis elogia. 8.633
Pauſarius quis in remigio, Senecæ. 3.233.& 493
Pecoris cuſtodes qui. 8 196
Pecunia & Peculium vnde dicta. 15.116
Pedes, quomodo a Poëtis fluuijs tribuantur. 2.111
Peleus, Achillis parens. 8.309
Pelles animantium olim cui vſui fuerint. 2.52
Pellex vnde dicta. 1.515
Peneus fluuius vnde oriatur. 1. 496
Periculum inimicos conciliat. 8.555
Periculoſum in virilibus vulnus. 8.399
Periphraſis piſcatoris. 8 859
Percenſere pro peragrari. 2.333
Permittere vela ventis. 2.152
Perſpicacitas Lyncei. 1.139
Peſtis deſcriptio qualis Lucretij. 7.524 & 15.626
Petræ robur incredibile. 12.327
Phæacia inſula quæ 15.719 eius rex Alcinous. ibid.
Phaëthon à matre originem ſuam petit.1.655 ab ea miſſus petit eã à Phœbo 1.668 eius immoderata cupiditas. 2. 47 Epapho animo geminus 1.645 eius pertinacia 2.104

Pharetra ex humeris pendens, ſonabat. 8.320
Philippo regi Maced. nuntius lætiſſimus.2 533 eius dictum de auri potentia. 1. 42
Philonis de ſatellitio Iouis ſententia. 2 30
Φιλοστοργίας notabile exemplum. 14 133
Philoſtratus quomodo Gigantes deos oppugnaſſe ſentiat. 1 153
Phocæ quæ. 1 300.2 267
Phœbe vnde dicta.1.11 quare duobus cornibus pingatur. ibid.
Phœbus lauri frondibus vtitur 1.487 eius temerarium promiſſum 2.50 ſolus currum ſolis regere poteſt. 388 quomodo totum ſibi mundum vindicet 2.95 eius equi ignes ſpirant. 2.84
Phœnix quomodo viuat, intereat, renaſcatur. 15.391 393. 395.396.401.& 405
Phoroneus, Inachi pater, auus Ionis. 1.561
Pictæ veſtes, quales. 3.431
Picus in auem ſui nominis tranſit. 14 387
Pigmæorum cum gruibus pugnæ origo quæ. 6.90
Pinus cui Deo ſacra. 1.591
Pinus, pro naui, poëtis. 3.496
Pirithous quis.12.210 eius regia. 12 214
Pirithous & Theſeus fidi ſocij 8 303 & 405
Piſcatores hamo & lino vtuntur.3.461 homines parui cum re plerumque. 3.463
Piſces quare taciti ſint.4 50.164 eorum quot genera. 1.74 eorum meſſis in Ægypto. 2.413
Planetæ qui currum habeant .2.153
Platanus quare veteribus in deliciis. 13 794
Plato animorum immortalitatem per μετεμψύχωσιν docuit 15.168
Pluto a Cupidine vulneratus 2 642 eius equi qui vocentur.5.402 minatur Ioui ſe ſoluturum Saturnum & quare. 2.115
Pocula elegantis cælaturæ. 13.685
Pœna Deorum Stygis numen peierando violantium. 2.45.
Pœna apud Ægyptios in eum qui animantes mactaſſet. 15. 75
Poëtarum a nauigatione ducta ſimilitudo.15.176 non omnia circumſpiciunt.1.397 hinc optimo ab obſcœnitate purgantur. Præfat.poëtæ nobiles æqualiũ morte dolucre.1.645 iis non omnis abroganda fides. 15.282
Poli qui ſint. 2.74
Polus Arcticus & Antarcticus. 2 46
Polyphemus, opilio. 13.703 eius proceritas.13.783 eius opes. 15 808
Polyxenæ iam moriturae oratio. 19.457
Pomaria & Romata quæ. 4.181
Populare murmur ſimilitudinibus illuſtratur. 15.605
Potantes vnde fingantur fieri ebrij. 3 157
Potentia in quo conſiſtat. 1.140
Præda & rapina quomodo differant. 4.144
Prima origo domus. 1.3
Principia elementorum quæ. 15.67
Principium Metamorph. Ouidij a Iulio Scalig. reprehenſum, & defenſum. Proleg. Diſſ.8
Principes Dij dicti ob iuſtitiam, religionem. 1.90
Principis officium quod. 1.190
Priſcis mortalibus quis victus. 15 97
Proci riuales qui dicantur. 9.10
Procul, pro prope. 2 519
Pro Deo Latini naturam mundi fabricatorem appellarunt. 1.22
Prodigia Cæſareæ cædis. 15.785
Profanarum diſciplinarum vtilitas. Proleg. Diſſ.1
Prometheus homines finxit, quomodo.1.364 Iouis iuſſu Caucaſi cautibus affixus 1.621.& cor 2.224 quomodo hominem creauerit. 1.82
Promiſſa quæ ſeruanda. 2.31 2.312
Prophetarum ora Deus mouebat. 13 14
Proſerpina inferorum & ſuperorum commune numen. 5.566
Proteſilai mors quare immatura. 12.67
Proteus quis.11.300 quare ambiguus.2.9 mutatus in varias formas. 8.
Pugna natorum è terra.3.118 Cephenorum procerum 12.235 inter Lapithas & Centauros.12.210 inter

Auguſtum

Auguſtum & Antonium vbi commiſſa. 13.715
Pugno cum datiuo ἑλληνικῶς conſtructum. 1.19
Pylos, Neſtoris patria. 2.517
Pyracmon quis, & vnde dictus. 8.259
Pyropus quid. 2. 2 quomodo fiat. ibid.
Pyrrhus non auro ſed ferro pugnandum ſtatuebat. 1.142
Pythagoræ laus. 15.60 quare in Italiam venerit, numerus diſcipulorū eius, quot annis in Ægypto fuerit. ibid. eius Theologia. 15.63 eius Aſtrologia 15.71 Philoſophia eius moralis. 15 72 quare carnium & fabæ vſum prohibuerit. ibid & 75.76 Pythagoræ aurei ſæculi deſcriptio. 1.104 eius miſericordia in piſces. 15.102 gratis docebat. 15.66 eius diſcipulorum magnum nomen. ibid. quid de animorum immortalitate ſenſerit. 15.160.168
Pythici ludi. 1.438
Python quis & vnde dicatur 1.438 quare Apollini inuiſus. ibid. quomodo Phœbi ſagittis interfectus dicatur. 1.443 eius magnitudo. 1.440

Q Vatuor anni partes. 15.294 199.206
Quatuor & quinque ætatum gradus. 15.225.226.227
Quercus deſcriptio ex luco Cereri ſacro. 8 747
Quercus Iouis arbor. 1.106
Quinquennium tacebant diſcipuli Pythagoræ. 15.66
Quo quis peccauit, eo apud inferos punietur. 3.380

R Adij ſolis quare lucida tela dici. 2.40
Rapere virginem, pro tradere viro. 4 758
Raphaël Regius quàm ſtudioſus. Prol. Diſſ.2
Ratio, cur bruta primùm lue peſtifera corripiantur. 7.537
Reges Ægypti vſque ad Pſammetichum vinum cur non biberint. 1.157
Reges nobiliom equarum ſtudioſi. 2. 552 eos apud ſubiectos multa loqui indecorum eſt. 1.278 regi legibus & armis opus. 6.677 regis vocabulum quam latè pateat. 6.413 eorum preces armatæ. 2.394 eorum mos in pœnis ſumendis. 2.409
Regiæ ſolis deſcriptio. 2.1
Repagula quæ. 2.155
in Repagulis ſtare. ibid.
Res aliqua propter finem fit & ea neceſſitate. 1.55 res nulla ſpeciem retinet. 15. 252 rerum humanarum inconſtantia. 13.646
Reſponſo cæleſti quare opus fuerit ad reparandum genus humanum, non item ad alia. 1.416
Reſto, pro reſiſto, Syncope. 3 501
Rex in concilio quare ſublimis ſedeat. 1.178 rex & tyrannus olim idem ſignificabant. 11.204
Rhenus bicornis. 2.39
Rhodope mons Thraciæ. 2 222
Ritus in petendis oraculis. 1.398
Rogus & pyra vnde dicta. 9 231
Roma quando cœpta ædificari. 14. 774. 15. 431 per quos potens facta. 15. 445
Romam quis mundi dominam fecerit. 15 447
Romani & Sabini fœdus ineunt. 14 799
Romani flores quando ſpargerent. 15.688
Romuli ἀποθέωσις. 14.820
in Rotundo quodnam ſit infimum. 1.50
Robor candori in vultu mixtus. 3.298.& 3 366
Rugæ in femina. 15.228 232

S Abini Capitolium aſcendentes quomodo ab aqua calida repreſſi ſint 14 785
Sacrificantium affectibus gaudent magis dii quàm ſacrificijs: è contra terreſtres. 15.128
Sacerdotes caſti eſſe debebant. 15.676
in boum Sacrificatione ceremoniæ 15.131 in boum ſacrificijs ratio deos conſulendi. 15.137
Sacrificandi deſcriptio. 7.428
Sæculum quid. & vnde dictum. 2.26 quot annis conſtet adhuc incertum. 7.275
Sæuire quomodo æquè regum quàm tyrannorum ſit. 11.271
Salacia vnde dicta. 1.13
Salaminiorum edictum de ſuum dentibus. 15.115
Sanele, vrbs Siciliæ. 15.729
Sanguis parentum, pro liberis. 5.524
Σαρκοφαγία vnde orta. 15.103
Sata vnde ſucco fœcundo impleantur Plinio. 1.168
Saturnus a filio Ioue regno exutus. 1.113 in Italiam venit ad Ianum, eumque agriculturam docet. ibid. ideo vt Deus cultus cum coniuge. ibid. Saturnus pro Rege & quare ibid. vnde dictus. ibid. ei capite operto quare olim res diuina fieret. 4.180.& 612
M. Scæuolæ virilis animus. 9.163
Scelus vnde dictum. 5.173
Sceptra veterum qualia 1. 178 quomodo iiſdem inniti poterant. ibid.
Scire quid. 15.68
Scorpij quomodo naſcantur. 15.369
Scotum & clypeus quid diſtent. 15.193
Scyllæ gurgitem Circe venenis inficit. 14 55
Semidei qui. 1.191
Semiferi & ſemiferæ. 12.404
Semina quando cœpta ſpargi. 1.113
Seminici, & ſemiceri virùm reperiantur. 1.331
Semper-frondens, per ὑφὴν. 8.295
Senecæ Tragœdiæ an Philoſophi ſint Proleg Diſſ.7 Seneca Ouidii imitator & admirator. ibid.
Senectus iuuentuti in quibus præferenda. 6.29
Senecta, & abeuntes anni. 15.227 eius ætatis incommoda. ibid. & 228
Sententiæ veræ à Poëtis elocutæ. 1.377
Septemtrio vnde ſic dictus. 2.64
Serere, pro procreare. 1.646
Series & ſucceſſio regum Albanorum. 14.610
Serpentes acutiſſimi viſus. 15.674 æſtu ſunt ſæuiores. 2.175
Serpens libidinis hieroglyphicum. 4.596
Sibyllæ, de mundi ætatibus. 1.89
Siccitas magna Thebis. 13.689
Sicilia, quare Trinacria vel Triquetra dicta: 13. 724 Sicilia ab Italia diuulſa. 15. 291 ferax eſt frumenti. 5.481
Similitudo mater amoris. 2.369 ſimilitudo inter fratres. 2.14
Simonidis reſponſum Hieroni de Deo. 15.69
Sinuare arcus in iaculando. 8.380
Sirenes cur Acheloides dictæ, 14.87
earum quæ forma ſit. 5.553
Siſyphus quare damnatus. 4. 461
Sitim ſedare, leuare, domare. 3.290
Socrates præceptores habebat mulieres. 4.419
Sol quomodo vincat nubes. 5.571 Sol quando ad Thetyn dicatur deſcendere & inde redire. 2.68 eius circumuolutio. 1.6 63 ſolis regiæ pulchritudo. 2.1 quare lucis quæſtor. 2. 35 quare ſolus ſydus æthereum dicatur. 1.424 ad imperium Ioſue ſtetit. 2.385 temperator orbis. 1. 665 irridetur, & quare. 2.32
Solatium aliquod ab illuſtribus detrimentum accipere. 2.281
Solitudo timoris cauſa. 1.359
Solon in morte filii quare fleret. 5.340 Solonis iudicium de Crœſo. 3.35
Somni domicilii deſcriptio. 11.543
Somnum vinolentiæ poëtæ coniungunt. 3.483
Somnium Iulii Cæſaris, eiuſque explicatio. 1.593
Sorores Phaëthontis. 2.346
Sortiendi ratio. 15.45
Spectra cur noctu non etiam interdiu viſantur. 15.797
a Speculo vultum auertat puella. 3.307
Spes non eſt certa. 5.596
Spumans aper. 8.287 & fulmineus. 8 289
Spurius quis dicatur. 5.145
Stabulum Augiæ quale fuerit. 9.187
Stagnum vnde dictum. 2.58
Statura longa fœminas ornat. 13.790
Stella crinita quæ dicatur. 15. 849 ſtellæ cuius naturæ. 2.114 ſtellarum ſtatio in cælo. 2.115
Sternere pro occidere. 5.85
στίφανοι iuuenes, vnde orti. 13 697
Sterupes quis, & vnde dictus. 1.239
Stipatores ſolis qui. 2.25
Stoici quid miſerum, quid non cenſeant. 11.168
Stryges quæ dicantur. 7.276
Stultacula quæ dicantur. 3.5

Stultus

Stultus poſt factum ſapit: Adag. 2.182
Sufficientia noſtra ex Deo. 3.305
Superbia punita. 4.660
Supplicum antiquorum mos. 11.280
Sus quare prima victima.15.111 à ſue Ceres læſa. ibid. ſus fulmineus, & vulnificus. 8.339 & 369
Sybaris, oppidum Magnæ Græciæ. 15.51
Syene quid ſit. 5.74
Sylua incædua. 8.329
Syluestre genus terrigenarum. 7.118
Syrinx quid.1.580.& 582 in fiſtulam mutata.1.600 Dianæ ſimilis. 1.590

TAbula laurea figuram Apollinis non admittit. 1.483
Talaria quæ. 1.564
Talus tota Creta circumtulit leges æneis tabulis inſculptas. 8.91
Tantalus quare damnatus. 4.459
Tarentum a quo conditum. 15.50
Sp. Tarpeij filia a Sabinis armis oppreſſa. 14.776
Taurus quibus dijs immolaretur.15.695 odit colorem rubrum 12.103 igniuomus ab Hercule domitus 9.186
Telamones quænam Latinis. 2.593
Telemus quis. 13.770
Telum quod, & vnde dictum.3.53 Teli iactus abartans. 8.411
Tempe quæ ſint. 1.495
Tempeſtas pro tempore. 1.182
Templum tribus modis dicitur.1.55 templa feſtis diebus floribus coronantur 8.264
Tempus quid 15.179 fugit inſtar torrentis.15.180 fugit & fluit 15.183.185.2.54 tempus quadrimeſtre.7.551 tempora, pro ætate. 1.4
Ter, quærere tentatum, non ſuccedens, ominoſum. 8.462
Teres quid. 12.321
Terra communis omnium mater.1.393 eſt inſulæ inſtar, Oceano enim cingitur.1.30 globoſa eſt.1.35 quare non cadat.1.30 eſt in medio aeris.1.12.& 13 vtrum moueatur.1.30 æqualis ab omni parte eſt 1.34 eſt inſula.1.30 ſponte frugifera.1.101 vtrum maior mari 1.13 eius ambitus quot milliarium 1.15 ſponte animalia profert poſt diluuium 1.417 per terram lacte & melle manantem quid intelligatur.1.111 terræ oſſa, ſanguis, venæ quæ ſint.1.393 eius mamillæ 2.59 terræ ad Iouem querimonia 13.81 terræmotuum quæ cauſa.15.71.27.272 eorum 4. genera. 15.71
Tethys, pro mari. 1.187
Thalamus & Parthenon quid differant. 2.580
Thebæ, ſeptem portis inſignes. 13.685
Themis. quæ dea. 1.521
Themiſtocles exul & fælix. 5.231
Thermodon fluuius Ioniæ, quare dictus Martius. 15.611
Theſeus & Pirithous ſocij. 8.303. & 405 Theſeus fama clarus. 8.267
Theſtiadæ qui. 8.304
Thetis mater Achillis. 2.13
Thyrſus quid. 3.416
Tibia, à quo inuenta. 2.580
Tibris vnde. 14.614
Tigris fluuius. 15.273
Timantes pictor quomodo ſummum luctum depinxerit. 12.31
Tireſias excæcatus à Iunone.3.389 à Ioue vaticinandi donatus arte. ibid.
Titan quis. 1.82
Titaniaci dracones. 7.399
Tityus quare damnatus. 4.458
Tonitru quomodo fiat.2.311.15.70 Tonitrua homines terrent. 1.55
Topographia loci vbi fames habitat. 8.792 topographia loci herboſi. 13.428
Traductio quid. 15.88
Trahere ignes, poëticè pro amore capi. 4.675
Transformatio, pro Metamorphoſi. Prol Diſſ.2
Tres inſulæ factæ continentes, quæ.15.287 plures etiam continuatæ. ibid.
Tridens quid 1.330 quare Neptuno tribuatur. 1.283
Triopeius quis. 8.735
Tripodes ſponte ambulantes. 2.5

Triſtitia contrahit & coarctat animum.4.765 triſtis vultus ſoli nubilo comparatur
Triton quis 1.333 2.6.3.155 eius concha qualis. 1.16
Tritonia cur Pallas dicta. 3.127
Trœzene, Peloponneſi vrbs. 15.296
Troia vnde dicta 13.4.4 à quibus expugnata 11.16 mœnia eius quomodo extructa. 11.204
Troianum regnum quando cœperit & quando defecerit. 11.404 Troiani reges quot fuerint. ibid.
Truncus, quæ corporis pars. 2.122.66
Tuba & lituus quomodo differant. 1.98
Tumuli vacui quibus olim conſtruerentur. 11.2
Turcæ hodieque miſericordes in animantes. 15.99
Turnus Troianis nauibus ignem immittit. 14.530
Tydeus apud Statium, 2. Thebaid. 8.289
Tyrannus olim pro rege. 1.276.11.204
Tyrrheni vnde orti 3.451
Tyrus quondam inſula, continens ab Alexandro facta. 15.287

VAluæ vnde dictæ. 2.4
Vani qui dicantur. 9.33
Vaticinantium furor. 2.483
Venationis deſcriptio 7.764 eius genus triplex. 15.473
Venandi apparatus 8.331
Veneficij vitium cur proprium mulierum 7.182
Venti ex aquis procreati 1.61 cognoſcendi a nautis 3.471.& 4.8 frigus & æſtum cauſantur 2.56 Ventis honor delatus, & quare 1.60 ventorum domus. 3.471 ventis ſingulis certus locus aſſignatus & quare. 1.61 venti, maris domini.1.56 in eo pugnant. ibid. eorum impetus 1.59
Venus quomodo genita 4.537 eius ampla poteſtas 15.758 Veneris querimonia apud deos. 15.761
Ver vnde dictum & quare ſecunda anni pars. 2.27 ver nouum, adultum, præceps, quod. ibid.
Vera rerum vocabula quomodo amiſſa. 5.524
Verba oraculum conſulentium. 13.677
Verecundi cur rubeant. 3.178
Vertumnus vnde ſic dictus. 14.642
Veſpertilio neque auis neque mus eſt. 4.77
Veſtalium periphraſis. 15.30
Veſtes ſolis 2.23 veſtes atræ in luctu & funere. 8.448
Veteres in duas partes annum diuiſerunt 1.118 mundum denuo in chaos rediturum putabant.1.7 leges res magni momenti, tabulis æneis inſculpebant.1.92 ijs oues in magno honore.15.116 veterum ſententiæ de anima mundi & cœlorum 1.73 de terræ ſtabilitate. 1.30
Via quid 1.172 Via ſolis difficilis. 2.67
Vibrantia, pro quæ vibrantur. 8.342
Victimæ omni labe carere debebant. 15.130
Victoria Stygis filia, Iouem adiuuat in bello giganteo. 1.43
Villæ vocabulo imperiti abutuntur. 8.686
Vincere nubes, pro diſſipare. 5.571
Vincula pro cothurnis ponuntur. 3.168
Vinum, inauratæ canla 12.280 vetuſtius cur carius recenti.8.64 vini effectus.12.241 vini flumina ſæculo aureo. 1.111
Vir vnde dictus.5.610 à virtute. 8.588
Viri præſtantes deorum filij crediti. 2.476
Virago, forma virili 8.322
Virbius quis. & cur ſic dictus. 5.543
Virginitas quid ſit 1.464 virginitatis exemplum. 14.634
Virgo nupta rapta Romæ. 4.738 virgo, pro viridis ætate interdum ponitur.5.534 virginum eſt rubore perfundi. 1.463
Virtus ſui gratia expetenda.1.449 virtuti ſuæ nimis confidentes. 8.391 & 394
Vis quanta ſit veneficus. 7.2
Vites vnde dictæ 13.800 vites vnde natæ fingantur. 1.157
Vitta quid & vnde dicta. 4.6 vittarum duo genera 1.456
Viuentia omnia ab interitu refugiunt. 3
Vlyſſis amor in patriam.14.214 eius laus apud Homerum, vituperium apud Virgilium.13.712 eius oratio pro armis Achillis 12.128 eius ſocij in porcum, fum

pra

pta Circes potione mutantur.14.275 in homines rurſum redeunt.14.300 [illegible] ab Aeolo ventos viri incluſos accipit, quem ſocij aperiunt. 14.214
Vlyſſeum commentum vnde Prouerbio dictum. 15.[illegible]
Vmbra, pro ſpecie & ſimilitudine, exemplis oſtenditur. 3.309 vmbræ laudes.15.793 cur a poetis pro morte capiatur. 8.496
Vnedones qui. 13.810
Vnguentum Phœbi. 2.122
Voce geminata cupiditas oſtenditur in imperando. 3.437
Vox virorum quare grauior. 12.203
ὑποτύπωσις deplorantis. 11.675.726
Vrbium variarum ſitus explicatur. 15.705
Vrſa maior & minor.2.171 vrſæ fœminæ maribus ferociores.15.803 quando pariant.15.379 an primo ortu fœtus informis. ibid.
Vſus aſperſionis aquæ apud gentes. 1.371
Vt pro vbi. 1.25
Vuarum duo genera. 15.77
Vulcanus quis & vnde ſic dictus.1.259 cur Mulciber dictus. 2.5
Vulnus immedicabile recidendum. 1.190
Vxoris bonæ officium. 2.416

XAnthus fluuius bis arſit & quando. 2.245
Xenophon armorum pulchrorum ſtudioſus. 2.616
Xerxis Perſarum Regis exercitus fletus cauſa. 1.367

ZEphyrus vnde dictus.1.64 a Fauonio quid differat. 1.64
Zeuxis picturas ſuas quare dabat. 2.5
Zodiaci deſcriptio, & quare ſit obliquus. 2.30
Zonæ quinque terreſtres. 1.48 totidem cæleſtes. 1.46
Zona torrida habitabilis. 1.48

FINIS.

Errata ſic corrige.

Pag 4 in Prologom. circa medium, lege: Planudes monachus Byzantinus.
13. *col.* 1. *B v.*12. Mirum cur.
18. 1. *B.* 14. Symbolas noſtras Virgilianas. *Et col.* 2. *A.* 1 *lege,* tantu' ſuat.
20. 1 C. 15. Alcyone.
36. 1. C. 12. colore.
40. 1. *B.* 11. ῥῆξαι.
43. 2. *A.* 16. eluuione.
69. 2. *B* 13. nonaginta octo.
74. 1. C. 14 arborem.
77. 2. *B.* 6 Anthol. Tit.
111. 2. *B.* 14. cap. 12.
119. 1. C. 1. relinquunt.
125. 1. *A.* 10. fræno.
126. 2. *A.* 2. Aperta.
141 1. *A.* 13. poſteros.
146. 2. *A.* 3. ad eum modum.
166. 1. *A.* 8 muſtela.
180. 1. *B.* 14. Omina,
181. 1 C 1. cuiquam.
183. *v.* 3. vos.
207. 2. *A.* 1. ſine.
217. 1 *repone* teſta, *pro* teſtu, *& inf. in Comm Rectius tamen legeretur* miſta, *cum Turnebo.*
247. 1. D. 3. *dele* ſeu.
250 307. Congelat.
253. 339. Chimæriferæ.
273. *in argum lege pro* Corinthum, Theſſaliam.
284. 2. *B* 1. habilior.
303. 1. *A.* 2. calefaciunt.
309. 2. *vlt.* ſed.

P. OVIDI NASONIS
DIRÆ
IN IBIN:

IN EASQVE

VALERI ANDREÆ DESSELI
IVRISCONSVLTI,

ET

FRANC. SANCTII BROCENSIS
Eloquentiæ Salmanticæ Profeſſoris,

VBERIORES NOTATIONES,

Nunc primùm in lucem editæ.



ANTVERPIÆ
Apud Heredes MARTINI NVTII.
Anno M. DC. XVIII.

ORNATISSIMO ATQVE CLARISSIMO VIRO

D. FRANCISCO SCHOTTO, I. C.

SENATORI ANTVERP.

VALERIVS ANDREAS, DESSELIVS D.C.Q.

ANNI decem ſunt, & quod excurrit, *Senatorum Clariſſime*, quando è Vatum ac Muſarum hortis ſpatijſque recèns prodij, & à ſtudijs ac manibus R.P. ANDREÆ SCHOTTI, viri doctrinâ celeberrimi, fratris Tui, (qui patris mihi loco ac vice ſemper fuit) licuit eſſe. Beneficium magnum tunc accepi; cui in iſta ætate paria referre opis non erat; nec adhuc eſſe, fateor equidem, & quod ingenui eſt, libenter. A politioribus illis ſtudijs ac litteris, quod reponerem, ſperabam aliquid. At neſcio, quî creſcentibus ac matureſcentibus annis Critici illius ſtudij amor in me velut decreuit, nec adhuc ad maturitatem ſuam venit. Ita fit: vbi aliò auocatur, atque alia etiam aucupatur affectatque animus, & ad antiquæ amœnitatis atque amœnæ antiquitatis hortos tedire contingit rariùs, neſcio quis etiam repor torporque inuadere atq; irrepere tacitè ſolear; qui ab inſtituto inceptoq; ſi non prorſus auertat, alienet tamen. Fateri id experto mihi liceat; qui cùm à latere doctiſſimi atq; humaniſſimi SCHOTTI receſſi (receſſi autem non niſi doctior, meliorque) & ductu eiuſdem Duacum veni, Philoſophicis me ſpatijs cœpi includere, & biennium hæſi. Hic vt ſcientiam illam, moroſam tunc mihi, & ſuperciliosam in multis, hiſce litterarum velut condimentis redderem conditiorem, in gratiam cum Muſis redij interdum: vt vel ſic ab ἀμουσίας nota purum nomen eſſet. Ab ORTHOGRAPHIÆ itaque RATIONE initium mox feci; auctamque, quantum quidem per ætatis imbecillioris iudicium licuit, typis & luci Duaci dedi. Antverpiam dum reuertor, Tornaci & ſic lateri eruditiſſimi SCHOTTI iterùm dies aliquot hæreo. Antuerpiâ, poſt anni lapſum, Louanium vocatus, ſeptimum iam annum linguæ ſanctæ Profeſſionem in Collegio trilingui Buſlidiano publicè ſuſtineo: ac de Collegij illius initijs, progreſſuque, & de Profeſſoribus eiuſdem libellum ſcri-

pſi,& Louanij vulgaui. A linguis litteriſque, ſublimiorum ſcientiarum velut pediſequis atque ornatricibus placuit diuertere aliquando,& Iuriſprudentiam ſequi; cùm ea, quamcumque vitæ viam ingrediaris atque inſiſtas, vtilis cum primis honeſtaque ſit. Sed quò iſta? vt vel ſic ab ingrati animi vitio atque inuidorum conuitio me purgem & liberem, ſi ſeriùs beneficium agnoſcam & reponam: ſimul vt otij atque negotij apud Te mei ratio conſtet. Apud quem enim potiùs, quàm illum, cuius beneficio ſtudia omnia mea atque adeò vitam ipſam, vt ita dicam, ex parte debeo? è cuius ædibus LOVANIVM primò mihi iter fuit, ſcriptumque in ijſdem Linguæ ſanctæ Encomium in Profeſſionis meæ auſpicijs publicè pronuntiatũ. Certè quoties ANTVERPIAM, in illum orbis oculum, oculos mentemque velut emitto, toties occurrunt SCHOTTI, ROELANTII, BRANTII, WOVERII, RVBENII; occurrit toties idea illa Senatoris illuſtris ac perantiqui, quem propè perpetuum Antverpia talem habuit & probauit: comem omnibus, morum grauitate & facilitate cunctis amabilem, qui hoc vnum agit maximè, vt proſit auxilio conſilioq; plurimis, lædat verò aut obſit nemini. Laudes, ſcio, iſtas non audient aut patientur aures Tuæ, *Vir Ornatiſſime*; qui à palpo ac fuco multorum fumoq; illo laudum longiùs ſemper abſuiſti, & abhorruiſti vehementiùs. atqui infra laudes Tuas etiam verba mea ſunt. Quare ne lõgior ſim, mitto ea, quæ à decem iam annis iuuenis admodum meditatus ſum IN IBIN P. OVIDII, poëma planè σκοτεινὸν, & cenſuræ ac limæ Tuæ ſubmitto, *Senator Clariſsime*. Debitum eſt, non munus, quod offero atque conſigno: & quia iuuenile, FRANCISCO filio vnico, bonorumq; ex aſſe heredi, iam pridem deſtinatum. At cùm DEO illum, vt altet Abraham, ſenectutis faculam, obtuleris, & SOCIETATI aggregari æquo ſis animo paſſus, ROELANTIIS, SCHOTTISque cognatis, ſtudia iſta tractare incipientibus laborem illum meum ſpero fore non inutilem aut ingratum: puſillum quidem illum, & nî occaſio fuiſſet ſuſtollendi partum, tenebris dignum; at ſi OVIDII verſus ac mentem ſcrutemur altiùs, theſauri inſtar erit, complectens id omne, quidquid in hiſtorijs varium, in fabulis amœnum; elegantis eruditionis atque eruditæ amœnitatis elegantiæque opus. In quo illuſtrando quid alij præſtiterint, quid item conatus ipſe ſim, Tu cenſebis, *Vir Prudentiſſime*, qui in celeberrimo illo tribunali Cenſor Iudexq; ſedes; meque tuorum in numero amicorum eſſe patieris. LOVANII, è Trilingui, xv. Kalend. Iunij, CIↃ.IↃCXVIII.

ARGV-

ARGVMENTVM.

ANNVM agens Naſo quinquageſimum, ab Auguſto Imp. in Pontum relegatus eſt. Dum autem exularet, inter reliqua ſua opera, inuectiuam in quemdam edidit, quem proprio nomine ſuppreſſo, IBIN appellat. Sicut Callimachus, qui etiam ſub hoc nomine Apollonium Rhodium diſcipulum diris imprecationibus deuouit. De *ibide* autem ita ſcribit Plin. libr. 8. cap. 32. *Simile quiddam & volucris in eadem Aegypto monſtrauit, quæ vocatur Ibis, roſtri aduncitate per eam partem ſe proluens, qua reddi ciborum onera maximè ſalubre eſt.* Herodotus verò duplicem eſſe dicit, alteram nigram, alteram ciconiæ non abſimilem, ſed tamen diuerſam. De hac etiam Cicero lib. 2. de Nat. Deorum ſic ait: *Velut ibes maximam vim ſerpentum conficiunt, cùm ſint aues excelſæ, rigidis cruribus, corneo proceroq́ roſtro, auertunt peſtem ab Aegypto, cùm volucres angues, ex vaſtitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt atque conſumunt: ex quo fit vt illæ viuæ nec morſu noceant, nec odore mortuæ.* Hæc ille. Cùm itaque tanta ſit huius auis ſpurcitas, vt proprio ore ventrem purget, Callimachus aduerſarium tamquam fœdiſſimum, vt hominem nullius decoris & commendationis ſignificet, hoc nomine vocitauit: ad cuius imitationem Ouidius inimicum quoque ſuum *Ibin* nominauit. Cauſſam autem huiuſce maledicentiæ hanc fuiſſe ipſemet aperit: Sollicitabat poëtæ vxorem, & linguæ venena auribus ſuſurrabat, vt diutiùs illum in exilium remoraretur.

TEMPVS ad hoc, luſtris mihi iam bis quinque peractis,
Omne fuit Muſæ carmen inerme meæ.
Nullaque quæ poſſit, ſcriptis tot millibus, extat
Littera Naſonis ſanguinolenta legi.
Nec quemquam noſtri, niſi me, læſere libelli,
Artificis perijt cùm caput arte ſua.
Vnus & hoc ipſum eſt iniuria magna perennem
Candoris titulum non ſinit eſſe mei.
Quiſquis is eſt (nam nomen adhuc vtcumque tacebo)
Cogit inaſſuetas ſumere tela manus.
Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus
Non ſinit exilio delituiſſe meo:
Vulneráque immitis requiem quærentia vexat,
Iactat & in toto verba canina foro.
Perpetuóque mihi ſociatam fœdere lecti
Non patitur miſeri funera flere viri.
Cúmque ego quaſſa meæ complectar membra carinæ,
Naufragij tabulas pugnat habere mei.
Et qui debuerat ſubitas extinguere flammas,
Hic prædam medio raptor ab igne petit.
Nititur vt profugæ deſint alimenta ſenectæ,
Heu quanto eſt noſtris dignior ille malis!
Dij melius: quorum longè mihi maximus ille eſt,
Qui noſtras inopes noluit eſſe vias.
Huic igitur meritas grates, vtcumque licebit,
Pro tam manſueto pectore ſemper agam.

Audiet hæc Pontus, faciet quoque forſitan idem,
Terra ſit vt potior teſtificanda mihi.
At tibi, calcaſti qui me violente iacentem,
Quàm licet, & miſero debitus hoſtis ero.
Deſinet eſſe priùs contrarius ignibus humor,
Iunctáque cum Luna lumina Solis erunt:
Párſque eadem cæli Zephyros emittet & Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus:
Et noua fraterno veniet concordia fumo,
Quam vetus accenſa ſeparat ira pyra:
Et Ver Autumno, Brumæ miſcebitur Æſtas,
Atque eadem regio veſper & ortus erit:
Quàm mihi ſit tecum poſitis quæ ſumpſimus armis
Gratia, commiſſis improbe rupta tuis:
Quàm dolor hic vnquam ſpatio euaneſcere poſſit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pax erit hæc nobis (donec mihi vita manebit)
Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.
Prima quidem cœpto committam prælia verſu,
Non ſoleant quamuis hoc pede bella geri.
Vtque petit primò plenum flauentis arenæ,
Nondum calfacti velitis haſta ſolum:
Sic ego te ferro nondum iaculabor acuto,
Protinus inuiſum nec petet haſta caput.
Et neque nomen in hoc, nec dicam facta libello,
Téque breui, qui ſis, diſſimulare ſinam.
Poſtmodò ſi perges, in te mihi liber iambus
Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.
Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo téque tuóſque modo.
Vtque ille, hiſtorijs inuoluam carmina cæcis,
Non ſoleam quamuis hoc genus ipſe ſequi.
Illius ambages imitatus in Ibida dicar
Oblitus moris iudicijque mei.
Et quoniam, qui ſis, nondum quærentibus edo,
Ibidis interea tu quoque nomen habe.
Vtque mei verſus aliquantum noctis habebunt,
Sic vitæ ſeries tota ſit atra tuæ.
Hæc tibi natali facito, Ianique Calendis
Non mentituro quilibet ore legat.
Dij maris, & terræ, quique his meliora tenetis
Inter diuerſos cum Ioue regna polos,
Huc precor, huc veſtras omnes aduertite mentes,
Et ſinite optatis pondus ineſſe meis.
Ipſáque tu tellus, ipſum cum fluctibus æquor,
Ipſe meas æther accipe ſumme preces.
Sideráque, & radijs circumdata Solis imago,

Luná-

Lunáque, quæ nunquam, quo priùs orbe micas.
Nóxque tenebrarum ſpecie reuerenda tuarum,
Quæque ratum triplici pollice netis opus.
Quique per infernas horrendo murmure valles
Imperiurata laberis amnis aquæ,
Quáſque ferunt torto vittatis angue capillis
Carceris obſcuras ante ſedere fores.
Vos quoque plebs ſuperûm Fauni, Satyrique, Laréſque,
Fluminàque, & Nymphæ, ſemideûmque genus,
Denique ab antiquo diui veteréſque nouíque,
In nóſtrum cuncti tempus adeſte chao.
Carmina dum capiti maleſido dira canuntur,
Et peragunt partes ira dolórque ſuas,
Annuite optatis omnes ex ordine noſtris,
Et pars ſit voti nulla caduca mei.
Quæque precor, fiant: vt non mea dicta, ſed ille
Paſiphaës generi verba fuiſſe putet.
Quáſque ego tranſiero pœnas, patiatur & illas,
Plenius ingenio ſit miſer ille meo.
Néve minùs noceant fictum execrantia nomen
Vota, minùs magnos commoueántve deos:
Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin,
Qui ſe ſcit factis hæc meruiſſe ſuis.
Nulla mora eſt in me, peragam rata vota ſacerdos,
Quiſquis ades, ſacris ore fauete meis.
Quiſquis ades, ſacris lugubria dicite verba,
Et fletu madidis Ibin adite genis.
Ominibúſque malis, pedibúſque occurrite læuis
Et nigræ veſtes corpora veſtra tegant.
Tu quoque quid dubitas ferales ſumere vittas?
Iam ſtat (vt ipſe vides) funeris ara tui.
Pompa parata tibi eſt, votis mora triſtibus abſit,
Da iugulum cultris hoſtia dira meis.
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget vndas,
Deneget afflatus ventus & aura ſuos.
Nec tibi Sol clarus, nec ſit tibi lucida Phœbe,
Deſtituant oculos ſidera clara tuos.
Nec ſe Vulcanus, nec ſe tibi præbeat aër,
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul, inops erres, alienáque limina luſtres,
Exiguúmque petas ore tremente cibum.
Nec corpus querulo, nec mens vacet ægra dolore,
Nóxque die grauior ſit tibi, nocte dies.
Siſque miſer ſemper, nec ſis miſerabilis vlli,
Gaudeat aduerſis fœmina virque tuis.
Accedat lacrymis odium, dignúſque puteris,
Qui mala cùm tuleris plurima, plura feras.

Sitque (quod eſt rarum) ſolito defecta fauore
Fortunæ facies inuidioſa tuæ.
Cauſſáque non deſit, deſit tibi copia mortis,
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatúſque diu cruciatos ſpiritus artus
Deſerat, & longa torqueat antè mora.
Euenient: dedit ipſe mihi modò ſigna futuri
Phœbus: & à læua mœſta volauit auis.
Certè ego quæ voueo, ſuperos motura putabo,
Spéque tuæ mortis peſſime ſemper alar.
Finiet illa dies, quæ te mihi ſubtrahet olim,
Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit.
Sed priùs hanc animam nimiùm tibi ſæpe petitam
Auferet illa dies, quæ mihi ſera venit;
Quàm dolor hic vnquam ſpatio euaneſcere poſſit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iazyges arcu:
Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit:
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
Dum Tyberis liquidas Tuſcus habebit aquas:
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras,
Sæua ſed in manes manibus arma dabo.
Tunc quoque cùm fuero vacuas dilapſus in auras,
Exanimis mores oderit vmbra tuos.
Tunc quoque factorum veniam memor vmbra tuorum,
Inſequar & vultus oſſea forma tuos.
Siue ego (quod nollem) longis conſumptus ab annis,
Siue manu facta morte ſolutus ero:
Siue per immenſas iactabor naufragus vndas:
Noſtráque longinquus viſcera piſcis edet:
Siue peregrinæ carpent mea membra volucres:
Inque meo tingent ſanguine roſtra lupi:
Siue aliquis dignatus erit ſupponere terræ,
Et dare plebeio corpus inane rogo:
Quicquid ero, Stygijs erumpere nitar ab oris,
Et tendam gelidas vltor in ora manus.
Me vigilans cernes, tacitis ego noctis in vmbris
Excutiam ſomnos viſus adeſſe tuos.
Denique quicquid ages, ante os oculóſque volabo,
Et querar, & nulla ſede quietus eris.
Verbera ſæua dabunt ſonitum, nexæque colubris
Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.
His viuus furijs agitabere, mortuus iiſdem,
Et breuior pœna vita futura tua eſt,
Nec tibi continget funus, lacrymæque tuorum,
Indeploratum proijciere caput.
Carnificiſque manu populo plaudente trahêris,

Infixúſque tuis oſſibus vncus erit.
Ipſæ te fugient quæ carpunt omnia flammæ,
Reſpuet inuiſum iuſta cadauer humus.
Vnguibus & roſtro tardus trahet ilia vultur,
Et ſcindent auidi perfida corda canes.
Déque tuo fiet (licet hac ſis laude ſuperbus)
Inſatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elyſiis diuerſa fugabere campis,
Quáſque tenet ſedes noxia turba, coles.
Siſyphus eſt illic ſaxum voluénſque peténſque,
Quíque agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ.
Quæque gerunt humeris perituras Belides vndas,
Exulis Ægypti turba cruenta nurus.
Poma pater Pelopis præſentia quærit, & idem
Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis.
Iugeribúſque nouem ſummus qui diſtat abimo,
Viſceraque aſſiduæ debita præbet aui.
Hic tibi de furijs ſcindat latus vna flagello,
Vt ſceleris numeros confiteare tui.
Altera Tartareis ſectos dabit anguibus artus,
Tertia fumantes incoquet igne genas.
Noxia mille modis lacerabitur vmbra, tuáſque
Æacus in pœnas ingenioſus erit.
In te tranſſcribet veterum tormenta virorum,
Manibus antiquis cauſſa quietis eris.
Siſyphe cui tradas reuolubile pondus habebis:
Verſabunt celeres nunc noua membra rotæ.
Hic erit, & ramos fruſtra qui captet & vndas:
Hic inconſumpto viſcere paſcet aues.
Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,
Horáque erit tantis vltima nulla malis.
Inde ego pauca canam, frondes vt ſi quis ab Ida,
Et ſummam Lybico demare carpat aquam.
Nam neque quot flores Sicula naſcuntur in Hybla,
Quótve ferat dicam terram Ciliſſa crocos:
Nec (quum triſtis hyems Aquilonis inhorruit alis)
Quàm multa fiat grandine canus Athos.
Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Tot tibi væ miſero venient, taléſque ruinæ,
Vt cogi in lacrymas me quoque poſſe putem.
Illæ me lacrymæ facient ſine fine beatum,
Dulcior hic riſu tunc mihi fletus erit.
Natus es infelix (ita dij voluere) nec vlla
Commoda naſcenti ſtella leuiſve fuit.
Non Venus affulſit, non illa Iuppiter hora,
Lunáque non apto, Sólve fuere loco.

Nec

Nec ſatis vtiliter poſitos tibi præbuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maia Ioui.
Te ſera nequicquam placidum ſpondentia Martis
Sidera preſſerunt, falciferique ſenis,
Lux quoque natalis (ne quid niſi triſte videres)
Turpis, & inductis nubibus atra fuit.
Hæc eſt in faſtis, cui dat grauis Allia nomen,
Quæque dies Ibin publica damna tulit:
Qui ſimul impuræ matris prolapſus ab aluo eſt,
Cinyphiam fœdo corpore preſſit humum.
Sedit in aduerſo nocturnus culmine bubo,
Funereóque graues edidit ore ſonos,
Protinus Eumenides lauere paluſtribus vndis,
Qua caua de Stygijs fluxerat vnda vadis.
Pectoráque vnxerunt Erebeæ felle colubræ,
Térque cruentatas increpuere manus.
Gutturáque imbuerunt infantia lacte canino,
Hic primus pueri venit in ora cibus.
Perbibit inde ſuæ rabiem nutricis alumnus,
Latrat & in toto verba canina foro.
Membráque vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A malè deſerto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret,
Molle ſuper ſilices impoſuere caput.
Jámque receſſuræ viridi ae ſtipite factas
Admorunt oculis vſque ſub ora faces.
Flebat, vt eſt fumis infans contactus amaris;
De tribus eſt quum ſic vna locuta ſoror:
Tempus in immenſum lacrymas tibi vouimus iſtas,
Quæ ſemper cauſſa ſufficiente cadent.
Dixerat, & Clotho iuſſit promiſſa valere,
Neuit & infauſta ſtamina pulla manu.
Et ne longa ſuo præſagia diceret ore,
Fata canet vates qui tua, dixit, erit.
Jlle ego ſum vates, ex me tua vulnera diſces,
Dent modò dij vires in mea verba ſuas;
Carminibúſque meis accedant pondera rerum,
Quæ rata per luctus experiere tuos.
Néve ſine exemplis æui cruciere prioris,
Sint tua Troianis non leuiora malis.
Quantáque clauigeri Pæantius Herculis hæres,
Tanta venenato vulnera crure geras.
Nec leuiùs doleas, quàm qui bibit vbera ceruæ,
Armatúſque tulit vulnus inerme potens.
Quique ab equo præceps alienis decidit aruis,
Exitio facies cui ſua penè fuit.
Id quod Amyntorides videas, trepidúſque miniſtro

Præ-

Prætentes baculo luminis orbus iter:
Nec plus aſpicias, quàm quem ſua filia rexit,
Expertus ſcelus eſt cuius vterque parens.
Qualis erat poſtquam eſt iudex de lite iocoſa
Sumptus, Apollinea clarus in arte ſenex.
Qualis & ipſe fuit, quo præcipiente columba
Eſt data Palladiæ prævia dúxque rati.
Quiq́ue oculis caruit, per quos malè viderat aurum,
Inferias nato quos dedit orba parens.
Paſtor vt Ætneus, cui caſus ante futuros
Telemus Eurymedes vaticinatus erat.
Vt duo Phineidæ, quibus idem lumen ademit,
Qui dedit, & Thamyræ, Demodocique caput.
Sic aliquis tua membra ſecet, Saturnus vt illas
Subſecuit partes, vnde creatus erat.
Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in vndis,
Quàm cui ſunt viſæ frater & vxor aues.
Solertique viro, laceræ quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles eſt miſerata ſoror.
Vel tua, ne pœnæ genus hoc cognouerit vnus,
Viſcera diuerſis ſciſſa ferantur equis.
Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putauit,
A duce Puniceo pertulit, ipſe feras.
Nec tibi ſubſidio ſit præſens numen, vt illi
Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis.
Vtq́ue dedit ſaltus è ſummo Theſſalus Oſſa,
Tu quoque ſaxoſo præcipitere iugo.
Aut velut Euyali qui ſceptrum cepit ab illo,
Sint artus auidis anguibus eſca tui.
Vel tua maturet, ſicut Minoïa fata,
Per caput infuſæ feruidus humor aquæ.
Vtq́ue parum mitis, ſed non impune Prometheus,
Aërias volucres ſanguine fixus alas.
Aut velut Etracides magno ter ab Hercule quintus
Cæſus in immenſum proijciare fretum.
Aut vt Amantiaden turpi dilectus amore
Oderit, & ſæuo vulneret enſe puer.
Nec tibi fida magis miſceri pocula poſſint,
Quàm qui cornigero de Ioue natus erat.
More vel intereas capti ſuſpenſus Achæi,
Qui miſer aurifera teſte pependit aqua.
Aut vt Achilleidem cognato nomine clarum
Opprimat hoſtili tegula iacta manu.
Nec tua quàm Pyrrhi feliciùs oſſa quieſcant,
Sparſa per Ambracias quæ iacuere vias.
Natáque vt Æacidæ iaculis moriaris adactis,
Non licet hoc Cereri diſſimulare ſacrum.

Vtque

Vtque nepos dicti noſtro modò carmine regis,
Cantharidum ſuccos dante parente bibas.
Aut pia te cæſo dicatur adultera, ſicut
Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia eſt.
Inque pyram tecum chariſſima pignora mittas,
Quem finem vitæ Sardanapalus habet.
Vtque Iouis Libyci templum violare parantes,
Acta Noto vultus condat arena tuos.
Vtque necatorum Darei fraude ſecundi,
Sic tua ſuccendens deuoret ora cinis.
Aut vt oliuifera quondam Sicyone fugato,
Sit frigus mortis cauſſa faméſque tuæ.
Aut vt Acharnides inſutus pelle iuuenci,
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.
Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi,
Qui datus eſt leto coniugis enſe ſuæ.
Quóſque putas fidos, vt Lariſſæus Alebas,
Vulnere non fidos, experiare tuo.
Vtque Milo, ſub quo cruciata eſt Piſa tyranno.
Viuus in occultas præcipiteris aquas.
Quæque in Adimantum Phileſia regna tenentem
A Ioue venerunt, te quoque tela petant.
Aut vt Amaſtriacis quondam Lenæus ab oris
Nudus Achillea deſtituaris humo.
Vtque vel Eurydamas ter circum buſta Thraſilli
Eſt Lariſſæis raptus ab hoſte rotis:
Vel qui, quæ fuerat tutatus mœnia ſæpe,
Corpore luſtrauit non diuturna ſuo:
Vtque nouum paſſa genus Hippomeneïde pœnæ,
Tractus in Actæa fertur adulter humo:
Sic vbi vita tuos inuiſa reliquerit artus,
Vltores rapiant turpe cadauer equi.
Viſcera ſic aliquis ſcopulis tua figat, vt olim
Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu:
Vtque ferox perijt, & fulmine, & æquore raptor,
Sic te merſuras adiuuet ignis aquas.
Mens quoque ſic furijs vecors agitetur, vt illi,
Vnum qui toto corpore vulnus habet.
Vtque Dryantiadæ Rhodopeïa regna tenenti,
In gemino diſpar cui pede cultus erat:
Vt fuit Oetæo quondam, generóque draconum,
Theſſimanique patri, Callirgonéſque viro.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
Qua potuit Tydeus erubuiſſe nuru.
Quæque ſui Venerem iunxit cum fratre mariti,
Locris in ancillæ diſſimulata necem.
Tam quoque dij faciant poſſis gaudere fideli

Coniuge,

Coniuge, quàm Talaï, Tyndareique gener.
Quæque parare ſuis letum patruelibus auſæ,
Belides aſſidua colla premuntur aqua.
Biblidos, & Canaces ſicut facis ardeat igne;
Nec niſi per crimen ſit tibi fida ſoror.
Filia ſi fuerit, ſit quod Pelopeia Thyeſti,
Myrrha ſuo patri, Nyctimenéque ſuo.
Filia neue magis capiti ſit fida parentis,
Quàm tua vel Pterela, vel tua Niſe fuit:
Infamémque locum ſceleris quæ nomine fecit,
Preſſit & inductis membra paterna rotis.
Vt iuuenes, pereas, quorum faſtigia vultus
Olim Piſeæ ſuſtinuere fores.
Vt qui perfuſam miſerorum cæde procorum,
Ipſe ſuo meliùs ſanguine tinxit humum.
Proditor vt ſæui perijt auriga tyranni,
Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ.
Vt qui velocem fruſtra petiere puellam,
Dum facta eſt pomis tardior illa tribus.
Vt qui tecta noui formam celantia monſtri
Intrarunt cæcæ non redeunda domus.
Vt quorum Æacides miſit violentus in altum
Corpora cum ſenis altera ſena rogum.
Vt quos obſcuris victos ambagibus oris
Legimus infandæ Sphinga dediſſe neci.
Vt qui Biſtoniæ templo cecidere Mineruæ,
Propter quod facies nunc quoque verſa deæ eſt.
Vt qui Threïcij quondam præſepia regis
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.
Therodamanteos vt qui ſenſere leones,
Quíque Thoanteæ Taurica ſacra deæ.
Vt quos Scylla vorax, Scyllæque aduerſa Charybdis
Dulichiæ pauidos eripuere rati.
Vt quos demiſit vaſtam Polyphemus in aluum:
Aut Læſtrygonias qui ſubiere manus.
Vt quos dux Pœnus merſit putealibus vndis,
Et iacto canas puluere fecit aquas.
Et velut Icaridos famulæ periere procique,
Inque caput domini qui dabat arma procis:
Vt iacet Aonio luctator ab hoſpite fuſus,
Qui (mirum) victor cùm cecidiſſet, erat.
Vt quos Antæi fortes preſſere lacerti,
Quóſque feræ morti Lemnia turba dedit.
Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias victima cæſus aquas.
Frater vt Antæi quo ſanguine debuit, aras
Tinxit: & exemplis occidit ipſe ſuis.

Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis
Impius humano viſcere pauit equos.
Vt duo diuerſis ſub eodem vindice caſi
Temporibus, Neſſus, Diſſimaqique gener.
Vt pronepos Neptune tuus, quem reddere vitam
Ipſe Coronides vidit ab vrbe ſua.
Vt Scinis, & Sciron, & cum Polypemone natus,
Quique homo parte ſui, parte iuuencus erat.
Quique trabes preſſas ab humo mittebat in auras,
Æquoris aſpectes huius & huius aquas.
Quæque Ceres vidit læto pereuntia vultu
Corpora Theſæa Cercinoea manu.
Hæc tibi quæ precibus iuſtis mea deuouet ira,
Euenient, aut his non leuiora malis.
Qualis Achæmenides Sicula deſertus in Ætna,
Troica quum vidit vela venire, fuit.
Qualis erat necnon fortuna binominis Iri,
Quique tenet pontem, qui tibi maior erit.
Filius & Cereris fruſtra tibi ſemper ametur,
Deſtituátque tuas ſæpe petitus opes.
Vtque per alternos vnda labente recurſus,
Subtrahitur preſſo mollis arena pede:
Sic tua neſcio qua ſemper fortuna liqueſcat,
Lapsáque per medias effluat vſque manus.
Vtque pater ſolitæ varias mutare figuras,
Plenus inextincta conficiare fame.
Nec dapis humanæ tibi erunt faſtidia, quaque
Parte potes, Tydeus temporis huius eris.
Atque aliquid facias, à veſpere Solis ad ortus
Cur externati rurſus agantur equi.
Fœda Lycaoniæ repetes conuiuia menſæ,
Tentabiſque iterum fallere fraude Iouem.
Téque aliquis poſito tentet vim numinis, opto,
Tantalides tu ſis, tu Tereique puer.
Et tua ſic latos ſpargantur membra per agros,
Tanquam quæ patrias detinuere vias.
Aëre Perillæo veros imitere iuuencos,
Ad formam tauri conueniente ſono.
Vtque ferox Phalaris, lingua priùs enſe reſecta,
More bouis, Paphio clauſus in ære gemas.
Dúmque redire voles æui melioris in annos,
Vt vetus Admeti decipiare ſocer.
Atque eques in medij mergare voragine cœni,
Dummodo ſint facti nomina nulla tui.
Atque vtinam pereas, veluti de dentibus orti
Sidonia iactis Graia per arua manu.
Et quæ Penthides fecit, fratérque Meduſæ,

Eue-

Eueniant capiti vota ſiniſtra tuo.
Et quibus exiguo eſt volucris deuota libello,
Corpora proiecta quæ ſua purgat aqua.
Vulnera tótque feras, quot dicitur ille tuliſſe,
Cuius ab inferijs cultor abeſſe ſolet,
Attonitúſque ſeces, vt quos Cybeleïa mater
Incitat ad Phrygios vilia membra modos.
Déque viro fias, nec fœmina, nec vir vt Atys,
Et quatias molli tympana rauca manu.
Inque pecus magnæ ſubitò vertare parentis,
Victor vt eſt ſceleri victáque verſa pede.
Soláque Limone pœnam ne ſenſerit illam,
Et tua dente fero viſcera carpat equus.
Aut vt Caſſandræ dominus, non mitior illo,
Saucius ingeſta contumuleris humo.
Aut vt Abantiades, aut vt Lyrneſius heros,
Cæſus in æquoreas præcipiteris aquas.
Victima vel Phœbo ſacras macteris ad aras,
Quam tulit à ſæuo Theudotus hoſte necem.
Aut te deuoueat certis Abdera diebus,
Saxáque deuotum grandine plura petant.
Aut Iouis infeſti telo feriare triſulco,
Vt ſatus Hipponoo, Doſithoéſque pater.
Vt ſoror Autonoës, vt cui matertera Maia eſt,
Et temere optatos qui malè rexit equos.
Vt ferus Æolides, vt ſanguine natus eodem,
Quo genita eſt liquidis quæ caret Arctos aquis.
Vt Macedo rapidis icta eſt cum coniuge flammis,
Sic precor ætherei vindicis igne cadas.
Prædáque ſis illis, quibus eſt Latonia Delos,
Ante diem rapto non adeunda Thraſo.
Quique verecundæ ſpeculantem membra Dianæ,
Quique Crotopiadem diripuere Linum.
Neúe venenato leuiùs feriaris ab angue.
Quàm ſenis Oeagri Calliopéſque nurus.
Quàm puer Hypſipyles, quàm qui caua primus acuta
Cuſpide ſuſpecti robora fixit equi.
Neúe gradus adeas Elpenore cautiùs altos:
Vimque feras vini quo tulit ille modo.
Támque cadas domitus quàm quiſquis ad arma vocantem
Iuuit inhumanum Thiodamanta Dryops.
Quàm ferus ipſe ſuo perijt mactatus in antro
Proditus incluſæ Cacus ab ore bouis.
Quàm qui dona tulit Neſſeo tincta veneno,
Euboicáſque ſuo ſanguine tinxit aquas.
Vel de præcipiti venias in tartara ſaxo,
Vt qui Socraticum de nece legit opus.

Vt qui Theſeæ fallacia vela carinæ
Vidit in Iliaca miſſus ab arce puer.
Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi,
Vt cui cauſſa necis ſerra reperta fuit.
Lydia ſe ſcopulis vt virgo miſit ab altis,
Dixerat inuito quæ mala verba deo.
Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo,
Sitque Paphageæ cauſſa leæna necis.
Quique Lycurgiden lacerauit ab arbore natum,
Idmonáque audacem, te quoque rumpat aper.
Iſque vel exanimis faciat tibi vulnus: vt illi,
Ora ſuper fixi quem cecidere ſuis.
Atque idem ſimili pinus quem morte peremit
Phrygia venator ſiſque Berentiades.
Si tua contigerit Minoas puppis arenas,
Te Corcyræum Creſſia turba putet.
Lapſurámque domum ſubeas, vt ſanguis Alebæ,
Stella Lycoridæ cùm fuit æqua viro.
Vtque vel Euenus torrenti flumine merſus
Nomina des rapidæ vel Tyberinus aquæ.
Hyrtacideque modo defixa cadauera trunco:
Digna feris, hominis ſit caput eſca tuum.
Quódque ferunt Brotean feciſſe cupidine mortis,
Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ.
Incluſúſque necem cauea patiaris, vt ille
Non profecturæ conditor hiſtoriæ.
Vtque repertori nocuit pugnacis iambi,
Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.
Vtque parum ſtabili qui carmine læſit Athenas,
Inuiſus pereas deficiente cibo.
Vtque lyræ vates fertur periiſſe ſeueræ,
Cauſſa ſit exitij dextera læſa tui.
Vtque Agamemnonio vulnus dedit anguis Oreſti,
Tu quoque de morſu virus habente cadas.
Sit tibi coniugij nox prima nouiſſima vitæ,
Eupolis hoc periit, & noua nupta modo.
Vtque cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.
Aut lacer in ſylua manibus ſpargare tuorum,
Sparſus vt eſt Thebis angue creatus auo.
Pérque feros montes tauro rapiente traharis,
Vt tracta eſt coniux imperioſa Lyci.
Quódque ſuæ paſſa eſt pellex inuiſa ſorori,
Excidat ante pedes lingua reſecta tuos.
Cognitor vt tardè læſus cognomine Myrrhæ,
Orbis in innumeris inueniare locis.
Inque tuis opifex, vati quod fecit Achæo,

Noxia

Noxia luminibus ſpicula condat apis.
Fixus, & in duris carparis viſcera ſaxis,
Vt cui Pyrrha ſui filia fratris erat.
Et puer Harpagidæ referas exempla Thyeſtæ,
Inque tui cæſus viſcera patris eas.
Trunca geras ſæuo mutilatis partibus enſe,
Qualia Myccrni membra fuiſſe ferunt.
Vtúe Syracoſio præſtricta fauce poëtæ,
Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuæ.
Nudáque direpta pateant tua viſcera pelle,
Vt Phrygium cuius nomina flumen habet.
Saxificæ videas infelix ora Meduſæ,
Cephenûm multos quæ dedit vna neci.
Potniadum morſus ſubeas, vt Glaucus, equarum,
Inque maris ſalias, Glaucus vt alter, aquas.
Vtque duobus idem dictis modò nomen habenti
Præſocent animæ Gnoſia mella viam:
Sollicitóque bibas Anyti doctiſſimus olim
Imperturbato quod bibit ore reus.
Nec tibi, ſi quid amas, feliciùs Hæmone cedat,
Vtque ſua Macareus, tu potiare tua.
Vt videas, quod iam, cùm flammæ cuncta tenerent,
Hectoreus patria vidit ab vrbe puer.
Sanguine probra luas, vt auo genitore creatus,
Per facinus ſoror eſt cui ſua facta parens.
Oſſibus inque tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarij quo cecidiſſe gener.
Vtque loquax in equo eſt eliſus guttura acerno,
Sic tibi claudatur pollice vocis iter.
Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta,
Iactáque pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.
Salmacis vtque patrem condat te Phœbus in ima
Tartara, quod natæ fecerat ipſe ſuæ.
Inque tuos ea peſtis eat, quam dextra Chorœbi
Vicit, opem miſeris Argolicíſque tulit.
Vtque nepos Æthræ Veneris moriturus ob iram,
Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes nimias vt perdidit hoſpes alumnum,
Perdat ob exiguas te tuus hoſpes opes.
Vtque ferunt fratres ſex cum Damaſichthone cæſos,
Intereat totum ſic genus omne tuum.
Addidit vt fidicen miſeris ſua funera natis,
Sic tibi ſint vitæ tædia iuſta tuæ.
Vtúe ſoror Pelopis ſaxo dureris oborto:
Et læſus lingua Battus ab ipſe ſua.
Aëra ſi miſſo vacuum iaculabere diſco,
Quo puer Oebalides ictus ab orbe, cadas.

Si qua per alternos pulſabitur vnda lacertos,
Omnis Abydena ſit tibi peior aqua.
Comicus vt liquidis periјt dum nabat in vndis,
Et tua ſic Stygius ſtrangulet ora liquor.
Aut vbi ventoſum ſuperabis naufragus æquor,
Contacta pereas vt Palinurus humo.
Vtque cothurnatum vatem tutela Dianæ,
Dilaniet vigilum te quoque turba canum.
Aut vt Trinacrius ſalias ſuper ora gigantis,
Plurima qua flammas Sicanis Ætna vomit.
Diripiántque tuos inſanis vnguibus artus
Strymoniæ matres, Orpheon eſſeratæ.
Natus vt Althææ flammis abſentibus arſit,
Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus.
Vt noua Phaſiaca comprenſa eſt nupta corona,
Vtque pater nuptæ, cúmque parente domus.
Vt cruor Herculeos abijt diffuſus in artus,
Corpora peſtiferum ſic tua virus edat.
Qua ſua Pentheidem proles eſt vlta Lycurgum,
Hæc maneat teli te quoque plaga noui.
Vtque Milo robur deducere fiſſile tentes,
Nec poſſis captas inde referre manus.
Muneribúſque tuis lædaris vt Icarus, in quem
Intulit armatas ebria turba manus.
Quódque dolore necis patriæ pia filia fecit,
Vincula per laquei fac quoque guttur eat.
Obſtrictúſque famem patiaris limine tecti,
Vt legem pœnæ cui dedit ipſa parens.
Illius exemplo violes ſimulacra Mineruæ,
Aulidis à portu qui leue vertit iter.
Naupliadæque modo ficto pro crimine pœnas
Morte luas, nec te non meruiſſe iuuet.
Ethalon vt vita ſpoliauit Iſidius hoſpes,
Quem memor à ſacris nunc quoque pellit Io.
Vtque Melantheum tenebris à cæde latentem
Prodidit officio luminis ipſa parens:
Sic tua coniectis fodiantur corpora telis,
Sic precor auxilijs impediare tuis.
Qualis equos pacto, quos fortis agebat Achilles,
Acta Phrygi timido eſt, nox tibi talis eat.
Nec tu quàm Rhæſus, ſomno meliore fruaris,
Quàm comites Rhæſi tum necis, antè viæ.
Quàm quos cum Rutulo morti Rhamnete dederunt
Impiger Hyrtacides Hyrtacidæque comes.
Cliniadæque modo circundatus ignibus atris
Membra feras Stygiæ ſemicremata neci.
Vtque Remo muros auſo tranſire recentes,

Noxia

Noxia ſint capiti ruſtica tela tuo.
Denique Sarmaticas inter Geticáſque ſagittas
His precor vt viuas, & moriare locis.
Hæc tibi tantiſper ſubito ſunt miſſa libello,
Immemores ne nos eſſe querare tui.
Pauca equidem fateor, ſed dij dent plura rogatis,
Multiplicéntque ſuo vota fauore mea.
Poſtmodo plura leges, & nomen habentia verum:
Et pede quo debent acria bella geri.

P. OVIDI NASONIS

DIRÆ

IN QVENDAM, QVEM VOCAT

IBIN:

ET IN EAS

VALERI ANDREÆ DESSELI

IVRISCONSVLTI,

NOTÆ.

Verſ. 1. TEMPVS AD HOC LVSTRIS BIS IAM MIHI QVINQVE PERACTIS, OMNE FVIT MVSÆ CARMEN INERME MEÆ] In eandem rem 4. Triſtium elegia 8. Ouid.

Iamq; decem luſtris omnis ſine labe peractis
Parte premor vitæ deteriore meæ.

Natus autem Ouidius annos erat quinquaginta, cùm ab Auguſto, quòd tres libellos amatoriæ artis conſcripſiſſet, exilio damnatus eſt. verba ſunt Aurelij Victoris, in Auguſti vita. Ætatem ipſe ſuam vindicat 4. Triſt. eleg. 9.

Poſtq; meos ortus Piſæâ vinctus oliuâ
Abſtulerat decies præmia victor eques:
Cùm maris Euxini poſitos ad læua Tomitas
Quærere me læſi principis ira iubet.

Tempus verò, quo ad Tomitas relegatus eſt, lib. 1. eleg. 10. Triſt. notat his verbis:

Aut hæc me, gelido tremerem cùm menſe Decembri,
Scribentem medijs Adria vidit aquis.

B Ceterùm apud Tomitas exul, vel, vt alijs placet, in itinere ipſo *Diras* has ſcripſit in quendam, quem ſuppreſſo nomine *Ibidem* appellauit: Callimachum hac in re ſecutus, qui Apollonium Rhodium Argonauticorum ſcriptorem, & patriæ Alexandriæ & præceptori Callimacho ingratiſſimum iſto notarat nomine. Suidas: Ἶβις ἐστὶ ποίημα πεποιημένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος, ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Noſter:

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo teq; tuoſq; modo.

Quem imitatus Politianus, in Nutricijs, de Callimacho ita canit: *Et nunc ingratum tenebroſis deuouet Ibin.* Et certè non immeritò ſortitus id nomen eſt

A Apollonius, & quem graphicè admodum hîc depingit Ouidius, cùm tanta ſit volucris eius ſpurcities, vt roſtri aduncitate per eam ſe partem proluat, qua reddi ciborum onera maximè ſalubre eſt, vt ait Plinius 8. Nat. Hiſt. cap. 32. Strabo lib. 17. duplicem facit, vti & Herodotus: alteram forma & magnitudine ciconiæ non abſimilem; nigram alteram; quarum illa etiam referta ſit Alexandria. Vt vel hinc fortè Apollonium Alexandrinum hoc nomine ornatum voluerit Callimachus: neque enim Zaroti hîc argutiæ & ſubtilitas placet. Verba Strabonis ſunt: ἡμερώτατον δ' ἡ ἶβις, πελαργώδης μὲν κατὰ σχῆμα καὶ μέγεθος. διττὴ δὲ τὴν χροιάν· ἡ μὲν πελαργώδης, ἡ δ' ὅλη μέλαινα. μεστὴ δ' αὐτῶν ἅπασα τρίοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. De priore etiam M. Tullius 2. de Nat. Deorum, *auem eſſe excelſam, rigidis cruribus, corneo proceroq; roſtro, quæ maximam vim ſerpentum in Aegypto conficiat atque conſumat: atque hinc fieri, vt viua nec morſu noceat, nec odore mortua.* Plutarchus etiam, Commentario, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα, ait Ægyptios primùm obſeruaſſe atque imitatos eſſe τῆς ἴβεως τὴν ἀποκλυζομένην ἅλμῃ καθαιρομένης, *ibidis prolutionem alui, per inteſtinorum vltimam extremitatem ingeſta marina aqua ſeſe purgantis*. Idemq; libello, an ſeni gerenda ſit Reſp. de odore eius, τὴν ἶβιν λέγουσιν, ὅταν παλαιὰ γένηται, τὸ βρομῶδες ἀποπνεύσῃ καὶ θολερόν, εὐωδέστερον τὸ ἀρωματικὸν ἴσχειν. *Ibim aiunt, cùm vetus facta eſt, exhalatis viroſis & turbidis partibus, odoratiorem habere aromaticam virtutem.* Quem verò ficto hîc *Ibidis* nomine innuat Ouidius noſter, non ea facili equidem diuinatione, nec annuerim aliorum ea de re coniecturis. Apud Lilium Gyraldum, hominem ſanè diligentiſſimum, Dialogo 4. Hiſtoriæ Poëtarum, Piſo

fragmenta

fragmenta quædam Cæcilij Minutiani Apuleij adducit, è quibus, quem ſimulato Ouidius nomine *Ibin* appellat, *Coruinum* fuiſſe conſtet, qui poëtæ exulantis vxorem ſollicitarit. Ex eodem fonte Cælius Rhodiginus libr. 13. Antiq. Lect. cap. 1. ita ait: *Auctor eſt Minutianus Coruinum ab Ouidio appellatum fuiſſe Ibin, ex auis fœditate, cui ventrem roſtro purgare inſitum ſit; & hoc ex Callimachi imitatione: pulſum quoq; in exilium, quòd Auguſti inceſtum vidiſſet.* Verùm penes auctorem fides ſit; mihi enim nondum viſum fragmentum iſtud. Cauſſam certè huius tam diræ imprecationis ac maledicentiæ, ſollicitaſſe Ibin, quiſquis is demum fuerit, exulantis vxorem, maleque de Ouidio apud Auguſtum & in foro locutum, quo diutiùs apud Tomitas exulantem temoraretur, auctor eſt in his ipſis Diris Ouidius:

Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus
Non ſinit exilio delituiſſe meo.
Vulneraq; immitis requiem quærentia vexat:
Iactat & in toto nomina noſtra foro.
Perpetuoq; mihi ſociatam fœdere lecti,
Non patitur miſeri funera flere viri.

Addam & illud; hunc fortè ipſum poëtæ aduerſarium, ſuppreſſo itidem nomine, indicari etiam 3. Triſt. eleg. 11.

Et tamen eſt aliquis, qui vulnera cruda retractet,
Soluat & in mores ora diſerta meos.

Iam verò *σκοτεινὸν* atque obſcurum hoc eſſe poëma, quiſquis legerit, mox deprehendet: nec Ouidius ipſe inficiatur, dum ſe Callimachi, & titulo & obſcuritate fatetur æmulũ. Inter cetera ſanè, quæ illius exſtant, nullum eſt adeò obſcurum, atque hiſtorijs cæcis inuolutum, vt hoc, quod in manibus eſt, *in Ibin* effuſum: ſudaruntq; in eo illuſtrando Domitius Calderinus, Chriſtophorus Zarotus, Ioan. Bapt. Egnatius, Iac. Micyllus, Franc. Sanctius Brocenſis, Rhetor Salmantinus, ac poſtremò Hercules Ciofanus Sulmonenſis. De cæteris nihil dico, cùm breuia tantùm Scholiola, idque ſaltuatim dederint. De Calderino iudiciũ adſcribam Angeli Politiani, viri diſerti & poliſſimi ingenij, è Miſcellan. cap. 75. vt miſſa faciam, quæ c. 9. fuſiùs de Domitio ſcripta: *Enarrauit Domitius libellum Naſonis in Ibin, præfatus ex Apollodoro ſe, Lycophrone, Pauſania, Strabone, Apollonio, alijſq; Græcis, etiam Latinis, accepta ſcribere. Multa in eo Commentario vana ridiculaq; confingit, & comminiſcitur ex tempore, commodaq; ſuo, quibus fidem facit, aut ſe frontem penitus amiſiſſe, aut tam magnum ſibi fuiſſe interuallum inter frontem & linguam (ſic ait quidam) vt frons comprimere linguam non potuerit.* Hæc de Domitio Politianus. De Zaroto ſaniùs rectiùſque non iudicem; qui è vetere incertoque interprete meliora ſæpè non producit, neſcio è quo cerebro nata. Nos è noſtro id non audemus. conabimur tamen è probis probatiſque ſcriptoribus tenebris iſtis lucem aliquam adferre: vbi fruſtrà; aliorum argutias vel indicaſſe fuerit ſatis.

LVSTRIS] *Luſtrum*, inquit Seruius in Æneid. 1. *dictum, quòd poſt quinquennium vnaquaque ciuitas luſtrabatur.* Et Seruio melior auctor M. Varro 5. de Ling. Latina: *Luſtrum nominatum tempus quinquennale, à Luendo, hoc eſt ſoluendo, quòd quincto quoque anno vectigalia, & vltrò tributa per Cenſores perſoluebantur.* Accedat Pompeius Feſtus, qui *Luſtrum* nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem ſignificare ait. T. Liuius etiam *Luſtrum* à Seruio Tul-

A lio & inſtitutum & appellatum auctor eſt, à luſtraro in campo Martio poſt cenſam ciuitatem exercitu: vt hinc non malè quis, Seruij, Liuij ac Feſti auctoritate nixus, *Luſtrum* dicat non tam à *Luendo*, vt Varrò, quàm à *Luſtrando* ductum, niſi conſtaret *Luſtrare* pro expiare, à *Luenda*, ſecundùm Varronem dici. Quòd verò *Luſtrum* quinquẽnale ſit ſpatium, pluribus contra Ant. Nebriſſenſem in Quinquagena diſputat Ioſ. Caſtalio I.C. Romanus, Obſeruationum in Criticos cap. 10. & Variarum Lectionum cap. 22. Et alioqui doctiſſimus poëta noſter id ſatis indicat, etiam alijs locis plurimis, quæ hîc congerere non vacat.

2. OMNE FVIT MVSÆ CARMEN INERME MEÆ] Hîc mores ſuos, candoremque & ingenium minimè maledicum indicat Naſo. *Carmen*
B *inerme* vocat, quod iamborum maledicentiæ non ſeruierit, nec adhuc quemquam læſerit.

3. NVLLAQVE QVÆ POSSIT, TOT SCRIPTIS MILLIBVS, EXSTAT LITTERA NASONIS, SANGVINOLENTA LEGI] Plenius lib. Triſtium 2. extremo:

Non ego mordaci diſtrinxi carmine quemquam,
Nec meus vllius crimina verſus habet.
Candidus à ſalibus ſuffuſis felle refugi:
Nulla venenato littera miſta ioco eſt.
Inter tot populi, tot ſcripti millia noſtri,
Quem mea Calliope læſerit, vnus ero.

Et lib. 3. elegia 14. de Ponto: *Exſtat adhuc nemo ſaucius ore meo.*

5. NEC QVEMQVAM NOSTRI, NISI ME, LÆSERE LIBELLI, ARTIFICIS PERIIT CVM CAPVT AR-
C TE SVA] Eadem alibi ac frequens poëtæ querela eſt. Lib. 1. Triſt. eleg. 1. *Ingenio ſic fuga parta meo.* 2. Triſt. initio:

Quid mihi vobiſcum eſt, infelix cura, libelli,
Ingenio perij qui miſer ipſe meo?

Paullò pòſt: *Ingenio eſt pœna reperta meo.* Lib. 3. *Ingenio perij Naſo poëta meo.* Pari modo 3 de Ponto: *Læſus ab ingenio Naſo poeta ſuo.* Et 2. de Ponto, eleg. 7.

Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis,
Infelix perij dotibus ipſe meis.

Atque alijs locis plurimis. Quod verò ab ingenio ſe ſuo læſum queritur Naſo, verum id eſt. Ita enim ipſe 2. de Ponto eleg. 9.

Neue roges, quæ ſit, ſtultam quam ſcripſimus artem,
Innocuas nobis hæc vetat eſſe manus.
Et quid præterea peccaui quærere noli,
Vt pateat ſola culpa ſub arte mea.

En duplicẽ exilij cauſſam. quarum alteram & hîc &
D alibi ſtudio ſupprimit, nec doctorum induſtria ſtudiumq; aſſequi adhuc potuit; alteram fatetur ingenuè: ob quã ſolam exilio damnatum Naſonem aſſeruit Auguſto Victor. Sidonius tamen Apollinaris etiam alteram ſuggerit, quòd nimirum Iuliam Auguſti filiam protectæ libidinis, ſuppoſito Corinnæ nomine adamauerit. ſic ille Carm. 23.

Notum Naſo tener, Tomoſq; miſſum,
Quondam Cæſareæ nimis puellæ
Ficto nomine ſubditum Corinnæ.

7. VNVS (ET HOC IPSVM EST INIVRIA MAGNA) PERENNEM CANDORIS TITVLVM NON SINIT ESSE MEI] *Vnus*, quem *Ibidis* deinceps nomine notabo.

PERENNEM CANDORIS TITVLVM] De quo 3. de Ponto, eleg. 4.

Viribus

Viribus infirmis veſtro candore valemus:
Quem mihi ſi demas, omnia rupta putem.

Et iure gloriatur titulo iſto Naſo: nam *Candor in hoc ævo res intermortua penè*, vt idem 2. de Ponto eleg. 5. canit.

11. ILLE RELEGATVM GELIDOS AQVILONIS AD ORTVS NON SINIT EXILIO DELITVISSE MEO] Hinc equidem coniicio in exilio ipſo poëma hoc videri ſcriptum, non in itinere; in quo Triſtium pleraque conſcripſit.

ILLE RELEGATVM] *Relegatus*, inquit I.C *eſt is, cui provincia, vel Roma, vel continentibus eius, perpetuò, vel ad tempus, interdicitur*, l. 14. D. de interdictis, releg. & deport.. Eſt ergò *Relegatio* velut inſulæ vinculum, cùm relegato egredi inſula non liceat: retinet tamen iura ciuitatis, bona quoque omnia, præter ea, ſi qua ei adempta ſunt. *Deportatio* verò & ciuitatem tollit, & bona adimit, d. l. 14. D. eod. *Exilium* generale vtrique commune eſt, ſæpè tamen ad ſolam *Deportationis* ſpeciem contrahitur: & ita capit poëtam noſtrum, Triſt. 2.

Adde quòd edictum quamuis immite minaxq́;,
Attamen in pœna nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exul, dicor in illo:
Parcaq́; fortuna non tibi verba mea.

Triſt. 5.

Ipſe relegati, non exulis vtitur in me
Nomine; tuta ſuo iudice cauſſa mea eſt.

GELIDOS AQVILONIS AD ORTVS] Ad Tomitas. *Tomoi* Ponti oppidum eſt Medeę crudelitate & fratricidio nobile, vnde loco illi nomen ἀπὸ τοῦ τέμνω *ſeco*. ſic lib. 3. Triſt. eleg 9.

Inde Tomoi dictus locus eſt, quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Notiſſimum verò vel ex Ouidio noſtro regiones illas Aquilonis ſiue Boreæ flatibus vehementiſſimis eſſe obnoxias:

Dum patet & Boreas, & nix iniecta ſub Arcto,
Tum patet has gentes axe tremente premi.

Illud pænè fugerat, legi aliàs, *Gelidas Aquilonis ad Arctos*: quam lectionem agnoſcit & Domitius.

13. VVLNERAQVE IMMITIS REQVIEM QVÆRENTIA VEXAT, IACTAT ET IN TOTO NOMINA NOSTRA FORO] *Vulnera* vocat exilij cauſſas. Quod ſequitur, ſic lego: *Iactat & in toto nomina noſtra foro*. Malè enim in editis nonnullis *crimina*; ſecutuſque ſum auctoritatem Apuleij in Apologia: *Qui tibi plurimas poſtea contumelias dixit coràm, & adiuuante patruo fecit? qui nomen tuum pro tribunalibus ventilauit?* Pro tribunalibus enim lites accuſationeſque inſtruebantur, conuitiaque iaciebantur: Hinc *canina facundia*, Appio apud Salluſtium. Lactantius lib. 6. cap. 18. *Sed qui ipſe caninam illam facundiam, (ſicut Salluſtius ab Appio dictum refert) exercuit, voluit quoque hominem canino more viuere*. Prudentius in Hamartigenia: *Inde canina foro latrat facundia toto*. Reſpiciens ad Varronis Atacini illa: *Latrant fora, claſſica turbant*. B. Hieronymus epiſt. ad Furiam: *Omnis conſonat chorus, & latrant vniuerſa ſubſellia*. Ex his proba etiam videtur lectio iſta: *Iactat & in toto verba canina foro*. Quam & Læuinus Torrentius in Epod. 6. Horatij, & vetus Ciofani codex agnoſcit. Non muto tamen; aliàs eadem totidem ferè verbis repeti infrà fatendum erit, v. 233. Et certè quoquo legas modo, Ouidius *Ibin*, vt maledicum & accuſatorem, traducere voluit, & Cynicis illis Philoſo-

A phis, quorum nota & notata priſcis mordacitas, comparare. Zaroti hîc de rabidis canibus explicatio non placet.

15. PERPETVOQVE MIHI SOCIATAM FOEDERE LECTI NON PATITVR MISERI FVNERA FLERE VIRI] Sollicitabat enim Ouidij vxorem *Ibis*, vt dictum iam antè. *Perillam* intelligit, ſi modò ea quam tertiam Ouidij vxorem fuiſſe volunt, & ad quam poëtæ elegia eſt. Fuere enim vxores tres Naſoni, quarum cum tertia coniunctiſſimè, dum licuit, vixit. Noſter eleg. 9. lib. 4. Triſt.

Penè mihi puero nec digna, nec vtilis vxor
Eſt data, quæ tempus perbreue nupta fuit.
Illi ſucceſſit, quamuis ſine crimine, coniux,
Non tamen in noſtro firma futura toro.
Vltima, quæ mecum ſeros permanſit in annos,
Suſtinuit coniux exulis eſſe viri.

B NON PATITVR MISERI] al. *viui*; vt non abludat Comici illud, *Viuus vidensq́; pereo*. De vxore mariti in exilium diſceſſum deplorante 1. Triſtium eleg 2.

At pia nil aliud quàm me dolet exule coniux:
Hoc vnum noſtri ſcitq́; gemitq́; mali.

Et eleg. 3. dum Roma excederet:

Vxor amans flentem, flens acriùs ipſa tenebat,
Imbre per indignas vſque cadente genas.

Et quæ ſequuntur.

17. ET QVE DEBVERAT SVMMITAS EXTINGVERE FLAMMAS IS PRÆDAM MEDIO RAPTOR AB IGNE PETIT] Elegans tralatio, ab ædium incendio ſumpta.

19. CVMQVE EGO QVASSA MEÆ COMPLECTAR MEMBRA CARINÆ, NAVFRAGII TABVLAS PVGNAT HABERE MEI] Idem innuere

C Naſonem exiſtimo 1. Triſt. eleg. 5. ad vxorem:

Te mea ſuppoſita eſt veluti trabe fulta ruina,
Si quid adhuc ego ſum muneris omne tui eſt.
Tu facis vt ſpolium non ſim, nec nuder ab illis,
Naufragij tabulas qui petiere mei.

Et mox, de hoc ipſo fortaſſe ibidem:

Sic mea neſcio quis moleſidus rebus acerbis
In bona venturas, ſi pateretur, erat.

Vt autem hîc *quaſſa membra carinæ* vocat, ſic 1. eleg. 2. Triſt. *Soluere quaſſatam parcito membra ratis*. Et 4. eleg. 8. *In caua ducuntur quaſſæ naualia puppes*. Item hîc inf. v. 279. *Lacera fracta membra ratis*.

21. NITITVR VT PROFVGÆ DESINT ALIMENTA SENECTÆ. HEV QVANTO EST NOSTRIS DIGNIOR ILLE MALIS!] *Alimenta* exponit Gloſſa-

D rium vetus θρεπτήρια καὶ τροφεῖα, hoc eſt præmia educationis, ſiue quod parentibus nutricationis cauſſa à filijs rependitur. Et Heſychius θρεπτὰ καὶ τροφεῖα explicat τροφῶν ἀμοιβὰν *nutrimentorum retributionem*. Legimus liberos parentibus ætate confectis alimenta ſiue θρεπτήρια ſuppeditare legibus coactos: Græcis νόμοι πελαργικοὶ appellantur. Hinc etiam illa in Controuerſijs Senecæ ac Fabij Quinctil. Declamationibus: *Liberi parentes alant aut vinciantur*. Vnde & Athenienſes laude dignos pronuntiabat Aleais, quòd leges eorum cogant parentes ali à liberis. Auctor Vitruuius proœmio lib. 6. Senſus igitur: Ille, quiſquis is eſt, hoſtis acerrimus, conatur & vxori & liberis bona adimere, quo mihi ætate fracto, & in extremas Ponti oras eiecto, alimenta ſuppeditare nequeant. Rectè *profugam ſenectam* vocat, quòd procul à finibus Ro-

manis

manis pulſus, apud Tomitas, Ponti accolas, ſeneſcere inglorius cogatur.

23. DI MELIVS] Nota priſcis formula. Virgil. 3. Georg. *Dy meliora pyis.* Ouidius 7. Metam. *Dy meliora velint.* Tibullus 3. eleg. 4. *Dy meliora ferant.* Pacuuius, apud Varronem 6. de ling. Lat. *Di monerent meliora atque amentiam auerruncaſsint tuam.*

QVORVM LONGA MIHI MAXIMVS ILLE EST] Sic 3. Triſt. eleg. 2.

Di quos experior nimium conſtanter iniquos
Participes iræ quam deus vnus habet.

Auguſtum intelligit, quem Triſt. 2. *Præſentem conſpicuumq́ue deum* appellat. de quo in deorum numerum relato ſcripſiſſe libellum ſe teſtatur 4. de Ponto eleg 9.

Peruenient illuc & carmina forſitan illa,
Quæ de te ſcripſi talite facta nouo.

Quòd verò Auguſtus poëtæ noſtro bona minimè ademerit (nam de Germanico loqui Ouidium Zatoti ſomnium eſt) ipſe abunde teſtis eſt, 2. Triſt.

Illa noſtra dies, quæ me malus abſtulit error,
Parua quidem peryt, ſed ſine labe domus.

Et mox:

Inſuper accedat, te non adimente, paterna,
Tamquam vita parum muneris eſſet, opes.

Item alibi:

Idq́, Deus ſentit, pro quo nec lumen ademptum eſt,
Nec mihi detractas poſſidet alter opes.

Relegationis beneficium ſignificat, ab Auguſto acceptum: aliàs eorum, qui exilio erant damnati & deportati, bona publicabantur.

25. HVIC IGITVR MERITAS GRATAS, VBICVNQVE LICEBIT, PRO TAM MANSVETO PECTORE SEMPER AGAM] Auguſti manſuetudinem clementiamque paſſim deprædicat poëta. Hinc illa: *Mitiſsime Cæſar*, 2. Triſt. Et, *Mitiſsima Cæſaris ira*, 1. Triſt. eleg. 2. Item, *Cæſare nil ingens mitius orbis habet*, 5. Triſt. 2. Itemque illud, de Ponto 1. eleg. 3.

Sed piger ad pœnas, Princeps, ad præmia velox,
Quiq́, dolet quoties cogitur eſſe ferox.

Et paſſim alibi. Vide 5. Triſt. eleg 8. libr. 4. eleg. 4. lib. 5. eleg 5.

27. AVDIET HOC PVNTVS, FACIET QVOQVE FORSITAN IDEM, TERRA SIT VT PROPIOR TESTIFICANDA MIHI] Hac de re pleni libri Triſtium ac de Ponto: at fruſtrà. Mortuus enim in exilio Ouidius Olymp. CXCIX. teſte Euſebio, hoc eſt ann. V. C. DCCLXX. Kal. Ianuarij, ætatis LX. Tiberij regnantis quarto.

29. AT TV CALCAETS QVI ME, VIOLENTE, IACENTEM, QVAM LICET ET MISERO DEBITVS HOSTIS ERO] Legunt alij: *Quà licet, heu miſero debitus hoſtis ero.* Alij ex manuſcript. *Quod licet, heu miſero*, &c.

31. DESINET ESSE PRIVS CONTRARIVS IGNIBVS HVMOR, IVNCTAQVE CVM LVNA LVMINA SOLIS ERVNT] Perpetuum & irreconciliabilem ſe Ibidi inimicum fururum ſcribit, idque pulcherrima ſimilitudine, à rebus ſemper contrarijs & pugnantibus ſumpta. Similia vero ἀδύνατα apud poëtas paſſim obuia. Seneca Thyeſte:

——— *Antè cum flamma aquâ,*
Cum morte vita, cum mari ventus fidem
Fœduſq́, iungent.

Idem Herc. furente:

———*Priùs*

A *Extinguet ortus, referet occaſus diem,*
Pax ante fida niuibus & flammis erit.

Paria apud noſtrum 1. Triſt. eleg. 7. apud Claudian. in Olybrij & Probini Conſulatum, apud Horat. Propert. alios.

33. PARQVE IDEM CÆLI ZEPHYROS EMITTAT ET EVROS, ET TEPIDVS GELIDO FLABIT AB AXE NOTVS] Ventos hos cardinales, qui quattuor, pulcherrimè deſcribit 1. Triſt. eleg. 2.

Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt.
Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus aduerſa prælia fronte gerit.

Item 1. Metamorph. & Manilius 4. Aſtron. Verùm optimè ad illuſtrationem loci huius Gellius lib. 1.
B cap. 22. *Tres, inquit, ſunt venti orientales Aquilo: Vulturnus. Eurus: quorum medius Eurus eſt. His oppoſiti & contrarij ſunt alij tres occidui: Caurus. quem ſolent Græci nigχῶν vocare; is aduerſus Aquilonem flat. Item alter Fauonius, qui græcè vocatur ζέφυρος, is aduerſus Eurum flat: tertium Africus, qui græcè vocatur λίψ; is aduerſus Vulturnum flat.* Plura Seneca 5. Natural Quæſt. cap. 16. & Sebaſtianus Foxius De naturæ Philoſophia, lib. 3. cap. 4 atque alij.

35. ET NOVA FRATERNO VANIET CONCORDIA FVMO, QVAM VETVS ACCENSA SEPARAT IRA PYRA] Confirmat ἀδύνατον Eteoclis & Polynicis fratrum exemplo, quorum nota diſcordia concordi ſcriptorum voce. Cognita enim Oedipi patris impietate, quòd locaſtam matrem duxiſſet vxorem, domo vetuerunt egredi. Sumpto regno
C ita inter illos conuentum, vt alternis ſinguli annis cum imperio eſſent. Eteocles itaque finito anno, fratri regnum ex fœdere peteti cedere noluit. Hinc bellum, quo Thebæ captæ, fratreſque mutuis vulneribus conciderunt. *Quibus cùm Thebæ parentaretur* (verba ſunt Hygini cap. 68) *etſi ventus vehemens eſſet, tamen ſe numquam in vnam partem conuertit, ſed alius aliò ſeductus eſt.* Pauſanias in Bœoticis: φασὶ γὰρ καὶ ἄλλο τῶν καλουμένων ἡρώων οἱ Θηβαῖοι. καὶ ποιῇ χαίνει ἐναγίζειν πῦρ Ὀ[ι]δίπο[δ]ος τοῖς δὲ ἐναγίζουσιν αὐτοῖς. τὴν φλόγα, ὁμοίως δὲ τὸν καπνὸν δίχα διιστᾶσθαι. Ouidius noſter 5. Triſt eleg. 6.

Ipſa ſibi diſcors, tamquam mandetur ab illis,
Scinditur in partes atra fauilla duas.
Hoc, memini, quonam fieri non poſſe loquebar.
Et me Battiades iudice falſus erat.

Adſcribam & Bianoris epigramma Græcum, e lib.
D 3. Antholog.

Ὀιδιπόδ[ου] παῖδων Θήβη τάφ[ος] ἀλλ᾽ ὁ πανώλης
Τύμβ[ος] ἔτι ζώντων αἰσθάνεται ὀργάνων.
Κείνους οὔτ᾽ ἀΐδης ἐδαμάσατο· κὴν ἀχέροντι
Μάρνανται· κείνων χὼ τάφ[ος] ἀντίπαλ[ος].
Καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον· ὦ ἐλεεινοὶ
Παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δορατῶν.

Huic alterum accedat, ab Auſonio ſic redditum:

Nec Stygijs tacitù meminit ſua fœdera fratres
Oedipodionidæ, demiſero, ab limiſtri.
Namq́, etiam ex vno ſurgentes aggere flammæ
Indiuerſa ſui diſsiliunt cineris.
Inſandos iuuenes, quos nec diſcordia ceſſat
Luce, nec in fentis linquit atrox animus.
Atque vtinam & Thebas quieſſat partiuer ipſas,
Regnorum & metas, vt cineram tabulas.

37. ET VER AVTVMNO, BRVMÆ MISCEBITVR ÆSTAS,

ÆSTAS, ATQVE EADEM REGIO VESPERE TORTVS ERIT] Altera τοῦ ἀδυνάτου amplificatio. *Ver* prima æſtatis pars eſt. Et *ver* quidem Varro vel à Vetrendo, vel à Virore deducit, quòd tum incipiant virere virgulta & vertere tempus anni. *Autumnus* æſtatis labentis pars eſt, quamquam Seruius hieme comprehendi aſſerat. Auctor mihi Virgil. 1.Georg.

Quid tempeſtates autumni & ſidera dicam?
Atque ubi iam breuiorq; dies, & mollior æſtas,
Quæ vigilanda viris, & cùm ruit imbriferum ver.

BRVMA MISCEBITVR ÆSTAS] Seruius apud priſcos annum in duas tantùm partes diuiſum ſcribit, hiemem nimirum atque æſtatem. Non malè quidem ille in hac partitione. Verùm errat, dum ſex hiemi, ſex æſtati menſes tribuit, cùm æſtas maiorem anni partem, etiam autumnum, vt iam diximus, complectatur. Illud pænè fugerat, diſtichon hoc in manuſ. præcedenti præponi, nec malè.

41.QVAM OOIOR HIC VMQVAM SPATIO SVASCERE POSSIT, LENIAT AVT OOIVM TEMPVS ET HORA MEVM] Repetitur diſtichon hoc infrà verſu 135. deſideraturque in libris nonnullis, & in Maffeiano apud Ciofanum, rectè.

43.PAX ERIT HÆC NOBIS, OONEC MIHI VITA MANEBIT, CVM PECORE INFIRMO QVÆ SOLET ESSE LVPIS] Non diſſimile illud Flacci, Epod.4.

Lupis & agnis quanta ſortitò obtigit,
Tecum mihi diſcordia eſt.

Luporum ſiquidem & agnorum inimicitiæ ſunt perpetuæ & à natura. Homerus Iliad. χ.

Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν·
Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισι.

Videnda prouerbia *Ouem lupo committere*; apud Eraſmum, & τὸν καὶ λύκον ἔοι μιμαινομένον, apud Suidam. Huiuſmodi concordiam λυκοφιλίαν vocant Græci. Plato epiſt. 3. Ταῦτα μὲν τὴν ἐμὴν καὶ σὴν λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνίαν διὰ τί γεγονυῖαν.

45.PRIMA QVIDEM COEPTO COMMITTAM PRÆLIA VERSV, NON SOLEANT QVAMVIS HOC PEDE BELLA GERI] *Cœptum verſum* appellat Elegiacum, inquit Domit. quaſi imperfectum & extremo pede fraudatum. & ſic Ouidium velut claudum prodire in pugnam ac ciere bellum ait: *Non ſoleant quamuis*, &c. Bellè ſanè. Tu *cœptum verſum* intellige, quo hæc in *Ibin* ſcribere eſt orſus, Elegis videlicet: quæ explicatio vt ſimplicior, ita melior. Mœſta enim ſuapte natura *elegia* eſt, nec bello apta. vnde *miſerabiles elegi* Horatio 1. od. 33. Idem in Arte:

Verſibus impariter iunctis querimonia primùm,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.

Mordacitati verò & dicterijs Iambus ſeruit, qui & ob id in hoſtem ſtringendus. Ouidius noſter de Iambo, hic in fine:

Poſtmodò plura leges, & nomen habentia verum,
Et pede, quo debent acria bella geri.

Vide mox infrà.

47. VT QVE PETIT PRIMO PLENVM FLAVENTIS ARENÆ NONDVM CALFACTI VELITIS HASTA SOLVM] Velitares haſtas intelligit Turnebus lib.14. cap.11. Aduerſar. hoc eſt, iaculatorias, quibus eminus iaculabantur, proinde alijs leuiores. Lipſius quoq; lib.3. de Milit. Rom. *Iaculatorem* pro Velite ab Ouidio innui ait: nam Velites poëtæ æuo negat fuiſſe. Dicti autem *Velites* quaſi Volites, à Volando, ſi Feſto Pompeio vel Paulo potiùs credimus. Vide Vegetium lib.3. cap.16. de re militari, & Iſidorum 9. Etymologiarum. Hi *leuis armatura* dicti. Cæſar 7. belli Gallici: *Gallis inter equites raros, ſagittarios, expeditoſq; leuis armaturæ interiecerunt.* Liuius lib.r. 30. *Velitibus* (*ea tunc leuis armatura erat*) *vias complent.* Quare velitationem publico certamini opponit Vegetius lib.3. cap.9. De vſu Velitum, deque armis eorum Valet. Max. lib.2. cap.3. memorabilium.

51.ET NEQVE NOMEN IN HOC, NEC DICAM FACTA LIBELLO, TEQVE BREVI, QVI SIS, DISSIMVLARE SINAM] *Nomen* etiamnum quærimus. *Facta*, puta cauſas odij in Ibidem Naſoniani, ea parte indicantur ſuprà:

Vulneraq; immitis requiem quærentia vexat,
Iactat & in toto crimina noſtra foro.

53.POSTMODO SI PERGES, IN TE MIHI LIBER IAMBVS TINCTA LYCAMBÆO SANGVINE TELA DABIT] Nota Iambica mordacitas. Vnde & Ariſtoteles de arte poët. à conuiciando vult dictum, ὅτι, inquit, ἐν τῷ μέτρῳ τούτῳ ἰάμβιζον ἀλλήλους. & Strabo, ὁ δ᾽ ἴαμβος κακιστικός καὶ ὑβριστικός ἐστι, καὶ τὸ ἰαμβίζειν. Terentianus, de Iambo Archilochio verba faciens;

Adaſta felle qualis antè carmina
Dabat amarus, vltor impotens ent.

Archilochum enim primum Iambis vſum volunt. Horatius in Arte: *Archilochum proprio rabies armauit Iambo.* Et in Epodis:

Archilochus iſte ſæuis iratus metro
Contra Lycamben & ſi'tas.

Lycamben enim ſocerum ſuum, à quo repudiatus erat, quo minùs deſponſatæ filiæ nuptijs frui poſſet, virulentis & maledicentiſſimis poëmatis ad laqueos adegit. Auctores Pauſanias in Achaicis, Ariſtot. 3 Rhet. & alij. Adſcribam & M. Fabij verba è lib. 10. Orator. Inſtitut. *Summa*, inquit, *in hoc* (Archilocho) *vis elocutionis, cum valida tum breues vibranteſq; ſententiæ, plurimum ſanguinis atque neruorum*, &c. Pulchrè ergo Naſo per *tela Lycambeo ſanguine tincta*, Iamborum virulentiam, maledicentiamque Archilochi inſinuat. *Liberum Iambum* vocat, vt 1. de Remed. ſub finem: *Liber in aduerſas hoſtes ſtringatur Iambus.*

55.NVNC QVO BATTIADES INIMICVM DEVOVET IBIN, HOC EGO DEVOVEO TEQVE TVOSQVE MODO]Nó repeto, quæ è Suida ſuprà ſcripſi. *Battiades*, Callimachus, quia υἱὸς Βάττου καὶ Μεσάτμας, vt eſt in Suida. Alij à *Batto* rege, Cyrenes conditore, ita vocatum volunt, & Cyrenenſes omnes *Battiadas* dictos.

57.VT QVE ILLE HISTORIIS, &c.] *Tenebroſum* hinc vocat in Nutricijs Politianus.

59 ILLIVS AMBAGES IMITATVS, IN IBIDE DICAR]*i.e. in Ibida dicam*, id eſt inuehar & incurram in Ibin. elige.

63.VTQVE MEI VERSVS, &c.]*atra*, infauſta. Sic *atram lucem*, triſtem & infelicem vocat Seneca in Hippol. v.1212. Contrà *candidos dies*, pro fauſtis, & *candidos ſoles* Catullus. Græcè λευκὴν ἡμέραν διαγαγεῖν, apud Phrynichum, id eſt ἡδέως καὶ ἱλαρῶς. Et Heſych. λευκά, φαιδρά, λαμπρά, *hilaria & illuſtria*. Vide Suidam in dict. λευκὴ ἡμέρα.

65 HAC

65. LUX TIBI NATALI FACITO, IANIQUE CALENDIS] Infelicem triſtemque Ibidi natalem imprecatur, quo felicia lætaque precari ſolebant Romani, vt & Kalend. Ianuarijs. 1. Faſt.

Proſpera lux oritur, linguis animiſq; fauete,
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

67. DI MARIS ET TERRÆ, QUIQUE HIS MELIORA TENETIS INTER DIVERSOS CUM IOVE REGNA POLOS] Apud priſcos & poëtæ & oratores nullam orationem, niſi inuocatis primùm numinibus, inchoabant. De Oratoribus Val. Maximus prologo lib. 1. De poëtis, notiſſima res, vel ex Philoſtrato in Heroicis, qui deos ἡγεμόνας εἶναι ait τῆς ποιητικῆς τῆς πάσης ᾠδῆς. Quin & reges ad militem verba facturi ab inuocatione iſta auſpicium ſumebant. Exempla apud Liuium. Et tale illud Virgilij 9. Æneid. *Præfatus diuos ſolio rex infit ab alto.* Ad quẽ locum Seruius. Ouidius itaque, quo faciliùs diris impetere ac conficere Ibidem queat, ab inuocatione deorum orditur, maiorum ac minorum gentium. Maiorum gentium deos intelligit (quos etiam magnos vocant, meminitque Virgil. 3. Æneid.) cùm ait: *Inter diuerſos cum Ioue regna polos.* Suntque duodecim numero:

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Ioui', Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Quos & *Conſentes* appellabant, quia Conſilio Iouis erant, ita dicti, quòd conſentirent in eo, quod gerendum eſſet. Hæc loco huic ſunt ſatis. Plura Iulianus Aurelius, & Gyraldus, de Dijs gentium.

71. IPSAQUE TU TELLUS, IPSUM CUM FLUCTIBUS ÆQUOR, IPSE MEAS ÆTHER ACCIPE SUMME PRECES] *Tellus*, terræ dea: terra verò ipſum elementum eſt. Primus τοῦ παντὸς ἐδυνάστευσεν *Cælus*, ducta Tellure vxore, vt initio Biblioth. ſuæ ait Apollodorus. Eadem hæc dea eſt cum Maia, ac Magna Deûm matre: dicta & Bona dea, & à Fauendo Fauna. Aurelius lib. 3. c. 8. de cognom. deorum gentil.

73. SIDERAQUE, ET RADIIS CIRCUMDATA SOLIS IMAGO, LUNAQUE, QUÆ NUNQUAM QUO PRIUS ORE MICAS] *Sidera* inter deos numerabat veterum ſuperſtitio, & ſic Seneca in Herc. furente *deos* vocat ſidera: *Ferro minax hinc terret Orion deos.* *Solem* quoque pro ſummo deo coluiſſe Gymnoſophiſtas, auctor Philoſtratus. Dictus *Sol*, quòd ſolus ita luceat, vt ex eo dies ſit. Vnde fortè Macrobio placuit deos omnes ad ſolem referre. Denique *Lunam* dictam volunt à Lucendo, quòd luce luceat aliena. Catullus in Carm. ſæculari: *Et notha es Dicta lumine Luna.*

75. NOXQUE TENEBRARUM SPECIE REVERENDA TUARUM, QUÆQUE RATUM TRIPLICI POLLICE NETIS OPUS] Sic Euripidi πότνια νύξ, vtpote dea, & quidem Pronuba, teſte Claudiano, 2. de Raptu Proſerp.

——Stat pronuba iuxtà
Stellantes nox picta ſinus, &c.

QUÆQUE RATUM TRIPLICI] *ratum*, firmum, conſtans. Parcas intelligit, Clotho, Lacheſin, & Atropon: vnde & hîc *netis*, non *nectis*, legendum.

77. QUIQUE PER INFERNAS HORRENDO MURMURE VALLES IMPERIURATÆ LABERIS AMNIS AQUÆ] Dijs etiam, ipſique Ioui formidabiles aquæ iſtæ: per quarum maieſtatem dij iurare ſoliti. Iupiter enim, vt eſt in fabulis, à Styge contra Titanas pugna adiutus, per illam iurare deos voluit. qua de re Heſiod. in Theogonia, Apuleius 6. Metamorph. Hinc *Stygis iuratus ſuperis lacus* vocat Seneca, in Herc. Oeteo, v. 1065. & *iuratam ſuperis vndam*, in Agamemnone, v. 751. in Thyeſte:

——Talis eſt dira Stygis
Deformis vnda, quæ facit cælo fidem.

Homerus Iliad ο.

Ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ (ὅς τε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.)
Audiat hoc tellus, lata & vertigine cælum,
Atque Stygos ſubterlabens inamabilis vnda.
Dij cuius iurare timent & fallere numen.

Verſus poſtremus Virgilij eſt 6. Æneid. ex Homero expreſſus. Lycophron in Caſſandra, de Styge ſic ait:

——Ἔνθα Τερμιεὺς
Ὁρκωμότους ἔπηξεν ἀφθίτοις ἕδρας,
Λοιβὰς τ' ἀφύσσων χρυσέαις πέλλαις γάνος,
Μέλλων γίγαντας κἀπὶ Τιτῆνας περᾶν.

Hoc eſt, interprete Scaligero:

——Qua Terminus
Iuranda poſuit iura ſupremis deis,
Ire in gigantas atque Titanas parans,
Libamen hauſtriſq; aureis anclans aqua.

Paria habet Apollon. lib. 2. Ἀργοναυτ. vbi λοιβὴν Στυγὸς θεοῖσι ῥιγίστην πάντεσσιν, *iuramentum Stygis dijs ſtupendum omnibus* ait eſſe.

79. QUÆQUE FERUNT TORTO VITTATIS ANGUE CAPILLIS CARCERIS OBSCURAS ANTE SEDERE FORES] Ridiculè Zarotus à vitibus, quæ pedamentis alligantur, ſumptum hoc ait, cùm nulli non notus ſit furiarum habitus, quo eas poëtæ depingunt: vittatum enim loco tribuunt anguibus contortis reuinctum caput. vnde & ὀφιοπλοκάμους eas vocat Orpheus in Hymnis. Horatius 2. ode 13.

——Et intorti capillis
Eumenidum recreantur angues.

Tibullus lib. 1. eleg. 3.

Tiſiphoneq; impexa feros pro crinibus angues
Sæuit, & huc illuc impia turba fugit.

Seneca in Medea, vt alia eius omittam loca, quæ diligenter ibidem collegit Ant. Delrius:

Adeſte, adeſte, ſceleris vltrices deæ,
Crinem ſolutis ſqualida ſerpentibus.

Porrò furias illas orci cuſtodes faciunt poëtæ. noſter hîc, dum ait: *Carceris obſcuras ante ſedere fores.* Et lib. 4. Metamorph. *Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant.* Virgil. 6. Æneid.

Tiſiphoneq; ſedens palla ſuccincta cruenta,
Veſtibulum inſomnis ſeruat nocteſq; dieſq;.

Et pòſt paullò:

Continuò ſontes vltrix accincta flagello
Tiſiphone quatit inſultans, toruoſq; ſiniſtra
Intentans angues, vocat agmina ſæua ſororum.

Subjicit ſtatim:

Cernis cuſtodia qualis
Veſtibulo ſedeat?

Verùm, ne quid diſſimulem, coniecturam hîc meam in Marone lubet proponere. Legendum enim puto:

——Tortoſq; ſiniſtra
Intentans angues;

non *toruos*. Sic enim 3. Georg. *Tortoſq; Ixionis angues.*

Et Ouidius 4.Metam.de Tiſiphone: *Tortoq́, accingitur angue.* Itemque Seneca, in Thyeſte:

Quid ora terres verbere, & tortos ferox
Minaris angues?

At vt vela retraham, pænè facit Tibulli auctoritas, qui *feros angues* furijs etiam tribuit, & Ouidij noſtri 4. Metam. inducentis furias, *atros pectentes crinibus angues.*

81. Vos qvoqve plebs svpervm, Favni, Satyriqve, Laresqve, Flvminaqve, et Nymphae, semidevmqve genvs] Deos minorum gentium intelligit, quos & Plebeios appellabant. Noſter 1. Metamor. in deſcriptione lactei circuli:

Plebs habitat diuerſa locis: à fronte potentes
Cælicolæ, clariq́, ſuos poſuere penates.

Eodemque libro, Iupiter de ſeipſo:

Nec de plebe deo; ſed qui cæleſtia magna
Sceptra manu teneo.

Hos & *minutos* nominat Plautus: *Dij me omnes Magni Minuti, & Patellarij.* Meminitque D. Auguſtinus 4. de Ciuit. Dei cap. 9.

Favni] Hos *Latinorum deos* appellat M. Varro 6. de lingua lat. *Fauni Dei Latinorum, ita ut Faunus & Fauna ſint in verſibus, quos vocant Saturnios, in ſyluestribus locis traditum eſt ſolitos fari : à quo fando Faunos dictos.*

Satyriqve] Hos *leues* vocat Ouid. 1. de Arte, eoſque παρὰ τὴν σάθην dictos vult Macrobius, quòd ſint in libidinem proni. Aliter Phornutus. quem vide, & Iſaacum Caſaubonum Commentario de Satyrica Græcorum. Lege & Pauſaniam in Atticis, & B. Hieron. in vita Paulli eremitæ.

Laresqve] *Lares*, dij domeſtici. vnde & *patrios* nominat Tibullus lib. 1.

Sed patrij ſeruate Lares, aluiſtis & ijdem,
Curſarem veſtros cùm tener ante pedes.

Semidevmqve genvs] Hos Græci ἡμιθέους vocant. Ouid. 1. Metamorph.

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Nymphæ,
Faunique, Satyriq́, & monticolæ Syluani.

Ita enim in duobus MSS. reperi.

83. Deniqve ab antiqvo, divi veteresqve noviqve In nostrvm cvncti tempvs adeste, Chao] In quibuſdam codd. *chori* legi, pro *Chao*, notatum alijs. *Chao* tamen rectè habet. *Antiquum* vocat *Chaos*, vtpote à quo mundi auſpicium ſit, vt idem canit 1. Metamorph.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixêre Chaos, &c.

Hinc Prouerbio locus: χάους ἀρχαιότερος, ἐπὶ τῶν πάνυ παλαιῶν, vt explicat Suidas, de re priſca & obſoleta.

85. Annvite optatis omnes ex ordine nostris, Et pars sit voti nvlla cadvca mei] In alijs eſt *hortatu*, malè. *Caducum* vocant, quod facilè cadat, vel etiam quod iam ceciderit. Vt votum tale auerruncent dij, atque vt ratum firmumque ſit, rogat Naſo.

89. Qvæqve precor fiant, vt non mea dicta, sed ille Pasiphaes generi verba fvisse pvtet] Melius *illa* in vet. cod. Senſus enim eſt: tam rata ac certa mea ſint vota & verba, quàm Theſei, quibus Hippolyto filio dira vouit. Res ita habet: Adamabat Hippolytum Phędra nouerca. Spreuit conſtanter amorem væſanum iuuenis, & cælebs viuere ac colere Dianam, caneſque ad venandum maluit. Concepit in priuignum odium nouerca, & apud virum ab inferis reducem detulit de illato ſtupro. Hinc patris in inſontem diræ & imprecationes, quibus fugientem gnarum proſecutus eſt. Conſcenſo curru Hippolytus, in fuga cùm eſſet, immiſſæ à Neptuno phocæ, quibus territi ac conſternati equi, per ſaxa & ſcopulos currum iuuenemq́; traxerunt ac diſtraxerunt. Nota hæc è Diodoro, Plutarcho, Euripide, Seneca & Ouidio noſtro. Cic 3. Offic. *Quid, quòd Theſeus exegit promiſſum à Neptuno? Cui cùm tres optiones Neptunus dediſſet, optauit interitum Hippolyti, filij ſui, cùm is patri ſuſpectus eſſet de nouerca.* Meminit idem 1. Offic. Plato 3. de Leg. Hyginus cap. 47. Porrò *Paſiphaës* fuit *gener* Theſeus, ducta Ariadna, Minois & Paſiphaës
B filia.

91. Qvasqve ego transiero poenas, patiatvr et illas, Plenivs ingenio sit miser ille meo] al. *Quaſq́, ego tranſ. p. patiatur, & vltrà. Plenius*, &c. Non diſplicet.

93. Nevs minvs noceant fictvm execrantia nomen Vota, minvs magnos commoveantqve deos: Illvm ego devovso, &c.] In deuotionibus enim proprium exprimi nomen neceſſe erat, vt rectè hic Domitius, & ex eo Zarotus. Exemplum apud Macrobium, 3. Saturn. cap. 9. ibi: *Vt omnes illam vrbem Carthaginem, exercitumq́, quem ego me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis,* &c.

97. Nvlla mora est in me, peragam rata vota sacerdos, Qvisqvis ades, sacris ore favete meis] *Rata vota*, vt ſup. v. 75.
C *ratum opus*. *Sacerdos*, poëta: nam ille *Muſarum ſacerdos*, Horatio lib. 3. ode 1. Propertio 3. eleg. 1. Ouidio 3. Triſt. eleg. 2 & 3. Amorum 7. Hinc *vatum ſacra* ſiue ἄδυτα, apud Perſium, in Prologo: *Ad ſacra vatum carmen adfero noſtrum.* Et μουσῶν ὄργια, apud Græcos. Et certè commune fuiſſe omnium artium, vt haberent ſacra ſibi propria, docuit ad Perſium Iſaacus ὁ πάνυ.

98. Qvisqvis ades, sacris ore f. m.] *Ore fauete*, εὐφημεῖτε, bona verba dicite. Faſt. 1.

Proſpera lux oritur, linguis animiſq́, fauete,
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

3. Triſt. 13. *Concipiamq́, bonas ore fauente preces.*
5. Triſt. 6.

Lingua fauens adſis, noſtrorum oblita laborum,
D *Quæ puto dedidicit iam bona verba loqui.*

15. Metamorph.

———Cognouit numina caſtos
Euinctus vitta crines albente ſacerdos:
En Deus, en Deus eſt: animis linguiſq́, fauete.

Ita in vet. cod. lego. Iuuen. ſat. 11. *Ite igitur pueri, linguis animiſq́, fauete.* Virgil. Æneid. 5. *Ore fauete omnes, & cingite tempora lauro.* Alijs *fauere* & εὐφημεῖν, eſt tacere, atque ita Seneca cap. 26. de Vita beata, Seruius in Virg. Donatus in Terentium explicant: quam explicationem iuuat Euripidis illud in Iphigen.

Στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τόδ' ἦν μέλον
Εὐφημίαν ἀνεῖπε καὶ σιγὴν στρατῷ

Vide Læuin. Torrentium in 3. Horat. ode 1. & Variar. lect. lib. 15. M. Ant. Muretum cap. 17.

101. Ominibvsqve malis, pedibvsqve occvrrite lævis, Et nigræ vestes cor-

PORA VESTRA TEGANT] Aliàs *ſcæuis*: de qua voce Turnebus in Aduerſarijs, & Petr. Coluius ſuis ad Sidon. Apollin. Notis. Tertull. in Apologet. c. 11. *ſcæuas libidines* dixit: & *ſcæuam rem*, pro mala, dici notauit Feſtus. *Scæuum dogma*, pro peruerſo, lego in Cod. Theod. Tit. de bis, qui ſuper relig. contend. & *ſcæuitatem morum*, pro peruerſitate, l. 17. De pœnis, ibid.

ET NIGRÆ VESTES] quarum in ſacris illis infernalibus vſus erat.

103. TV QVOQVE QVID DVBITAS FERALES SVMERE VITTAS? IAM STAT, (VT IPSE VIDES) FVNERIS ARA TVI] Ibin ipſum, vittis velut inſignem & iam aris deſtinatum inducit Naſo. Multiplex enim vittarum in ſacris priſcorum vſus. nam & ſacerdotes, & aræ ac victimæ ipſæ vittatæ erant. Sinon de ſeipſo apud Maronem:

Iamq́; dies infanda aderat, mihi ſacra parari,
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ.

Rectè *circum tempora*, nam vittæ capiti ornamento erant, quibus victimæ aris ſiſtendæ obnubebantur. Ouid 15. Metamorph.

Victima labe carens, & præſtantiſſima forma,
Nam placuiſſe nocet, vittis inſignis & auro,
Siſtitur ante aras.

105. POMPA PARATA TIBI EST, VOTIS MORA TRISTIBVS ABSIT, DA IVGVLVM CVLTRIS HOSTIA DIRA MEIS] *Dira hoſtia*, cui diras iſtas vouet. Ceterùm in mactandis victimis veteres etiam cultris vſi. 7. Metamorph. *Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros*. Virgil. 3. Georg. *Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri*.

107. TERRA TIBI FRVGES, AMNIS TIBI DENEGET VNDAS, &c.] Hinc diras ſuas atque imprecationes orditur Naſo: ac primò quidem vouet, vt ijs careat, quæ ad vitam producendam hauriendamque neceſſaria ſunt, vti ſunt fruges, aquæ, ignis, &c.

113. EXVL, INOPS, ERRES, ALIENAQVE LIMINA LVSTRES, EXIGVVMQVE PETAS ORE TREMENTE CIBVM] Peſſimæ hæ diræ apud priſcos, ſi quando imprecaretur quis alicui exilium vagum, incertum, præſertim ſi inopia egeſtaſque accedant comites, quale Iaſoni vouet Medea apud Senecam:

——— Per vrbes erret ignotas, egens,
Exul, pauens, inuiſus, incerti laris.

Et apud Iuſtinum libr 14. militibus ſuis Eumenes: *Has vobis diras atque inferias dico, vt inopes extorreſq́; omne æuum in hoc caſtrenſi exilio agatis*. Notauit hoc D ad Tragicum illum Delrius. Addo Ouid. noſtrum 13. Metamorph. vbi de ſe Hecuba:

Tot generis, natiſq́; potens, nuribuſq́; viroq́;,
Nunc trahor exul, inops.

Quæ ex Euripide deſumpta, in Hecuba:

Τύραννος ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν.
Εὔπαις ποτ' οὖσα, νῦν δὲ γραῦς, ἄπαις θ' ἅμα,
Ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.

Regina dudum, ancilla nunc quidem tua.
Modò cincta gnatis, orba nunc, anus ſimul,
Deſerta & exul, infima in mortalibus.

117. SISQVE MISER SEMPER, NEC SIS MISERABILIS VLLI: GAVDEAT ADVERSIS FŒMINA VIRQVE TVIS] Hunc locutionis modum non vno in loco vſurpat D. Hieronymus, aduerſus Iouinianum lib. 2. *Sed & ipſa mulie rcula miſera, & non*

A *miſerabilis*. In Sophiæ c. 26. *Miſer Iudas, & tamen non miſerabilis*. Item in Sophon. cap. 1. *Populum miſerum, & tamen non eſſe miſerabilem*. Sidonius Apollinaris lib. 1. epiſt. 7. *Paulò pòſt cùm duceretur addictus, miſer nec miſerabilis erat*.

121. SITQVE (QVOD EST RARVM) SOLITO DEFECTA FAVORE FORTVNÆ FACIES INVIDIOSA TVÆ] *Defæta* legunt & interpretantur interpretes. Meliùs vulgati *defecta*, atque ita legendum monuit hîc Micyllus. Similem in Senecæ Hippolyto locum obſeruauit Delrius, vbi vulgò perperam: *Vadit incerto pede, iam viribus defæta*. Addo Ouidium 13. Metamorph. *Illa ſuper terram defecto poplite labens*. Ita è m. s. legendum. Vulgati *deflecto poplite*, non rectè. Sic *defecti ætate*, apud Vlpian. l. 3 §. 2. D. ad S. C. Silan. qui propemodum

B conſumpti ſunt. & *defecta ſenectutis homo*, apud eumdem l. 12. §. 3. de vſufr. quem *ætate feſſum* vocat Tullius.

FORTVNÆ FACIES] Ita excuſi, rectè. m. s. *ærumnæ*, itaque legiſſe Domitium apparet, dum ait: *Ærumnæ dicuntur grauiores labores*.

123. CAVSSAQVE NON DESIT, &c.] Aliter paullò, at eleganter Boëtius de Conſolat. philoſophiæ:

Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret,
Penè caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.

Seneca, in Oedipo:

Mors eligatur longa: quæratur via,
Qua nec ſepultis mixtus, & viuis tamen
Exemptus erres.

Pulcrè noſter epiſt ad Theſeum: *Morſq́; minus pœ-*

C *næ, quàm mora mortis habet*.

127. EVENIENT, DEDIT IPSE MIHI MODO SIGNA FVTVRI PHOEBVS, ET A LÆVA MOESTA VOLAVIT AVIS] In m. s. *eueniet* legi monet Berſmannus. Similis huic locus lib. 2. de Ponto eleg. 1.

Quod precor eueniet, ſunt quædam oracula vatum.
Nam Deus optanti proſpera ſigna dedit.

ET A LÆVA MOESTA VOLAVIT AVIS] cæli parte ſiniſtra: ab ea enim Romanis proſpera auguria. Ennius de Romuli augurio:

Exin candida ſe radijs dedit icta foras lux,
Et ſimul ex alto longè pulcerrima præpes
Læua volauit auis.

Graijs & Barbaris ea meliora erant, quæ à dextra cæli dabantur. Vide Cicer. 2. de Diuinat & Ioach. Camerarium in Append. Problematum.

D 137. PVGNABVNT IACVLIS DVM THRACES, IAZYGES ARCV, DVM TEPIDVS GANGES, FRIGIDVS ISTER ERIT] Ineptit hic Domitius, & cum eo Zarotus, dum *lapides* & legunt & interpretantur. Nec meliùs m. s Berſmanni: *Pugnabunt arcu dum Thraces, Iaſpides haſta*. Optimè hîc Egnatius, Sunt enim Iazyges Ponti accolæ, de quibus ita Valerius Flaccus: *Expertes canentis Iazyges æui*. Ouid. noſter *acres* vocat, 1. de Ponto eleg. 3. *feroces* libr 4. Meminit Plinius lib. 4. cap. 12. Strabo lib. 7. & Ammianus Marcellinus lib. 22.

140. DVM TIBERIS LIQVIDAS THVSCVS HABEBIT AQVAS] *Flauas* in m. s. quam lectionem etiam Domitius agnoſcit, & probat hîc Ciofanus, ex Ouidio noſtro 5. Triſt. eleg. 1. & Horatio libr. 1. ode 2. Adde Virgil. 9. Æneid.

——— Ille ſuo cum gurgite flauo

Excepit venientem.

148. SÆVA SED IMMANES, &c.] al. *in manes*. ita & Zarotus. Domitius vtrumque legit, & explicat.

145. TVNC QVOQVE FACTORVM VENIAM MEMOR VMBRA TVORVM, INSEQVAR ET VVLTVS OSSEA FORMA TVOS] Sic apud Maronem Dido:

Et cùm frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe pœnas.

Horat. Epod. 5.

Quin. vbi perire iuſſus exſpirauero,
Nocturnus occurram furor;
Petamq. vultus vmbra curuis vnguibus,
Quæ vis deorum eſt manium.

Credebant enim priſci illi mortuorum manes vagari paſſim, noctúque inimicis terriculamento eſſe. Qua de re Liuij ac Suetonij loca profert ad Horat. Torrentius. Adde Appuleium in Apologia.

B 147. SIVE EGO, QVOD NOLLEM, LONGIS CONSVMPTVS AB ANNIS, SIVE MANV FACTA MORTE SOLVTVS ERO] Alludit ad Platonicam mortis definitionem, in Phędone, ὁ θάνατος λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. Et, ἡ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγή, ibid.

145. SIVE PER IMMENSAS IACTABOR NAVFRAGVS VNDAS, NOSTRAQVE LONGINQVVS VISCERA PISCIS EDET] Mortis hoc genus 1. Triſt. eleg. 2. deprecatur Naſo, deos ſic alloquens:

Non letum timeo, genus eſt miſerabile leti.
Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Eſt aliquid fatoq. ſuo, ferroq. cadentem
In ſolita moriens ponere corpus humo:
Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulchrum:
Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.

C Flau. Veget. l. De re militari 4. c. 44. *Alij ferro interimuntur, alij ardere coguntur in fluctibus. Inter tanta tamen mortium genera, quo acerrimum caſus, abſumenda piſcibus inſepulta ſunt corpora.* Contrà verò Petronius Arbiter in Satyrico: *Si bene*, inquit, *calculum ponas, vbique naufragium eſt. At enim fluctibus obruto non contigit ſepultura. Tamquam interſit periturum corpus qua ratio conſumat, ignis, fluctus, an mora.* Et eleganter Minutius Felix in Octauio: *Execrantur rogos, & damnant ignium ſepulturas: quaſi non omne corpus, etſi flammis ſubtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram reſoluatur: nec interſit, vtrùm feræ diripiant, an maria conſumant, an humus contegat, an flamma ſubducat.*

D 153. SIVE ALIQVIS DIGNATVS ERIT SVPPONERE TERRÆ, ET DARE PLEBEIO CORPVS INANE ROGO] *Plebeium rogum* vocat humilem, quales tenuiorum & pauperum; diuitum ſublimes. Virgil. 6. Æneid. *Ingentem ſtruxere pyram.*

155. QVICQVID ERO, STYGIIS ERVMPERE NITAR AB ORIS, ET TENDAM GELIDAS VLTOR IN ORA MANVS] In priori verſu notant legi *ab perdis*, pro *aberis*, & fortè rectiùs. In altero *victor* in Maffeiano cod. ſcriptum fuiſſe monet Ciofanus, quod & ſignificantius putat. Non muto.

ME VIGILANS CERNES, TACITIS EGO NOCTIS IN VMBRIS EXCVTIAM SOMNOS VISVS ADESSE TVOS] In m. s. Berſm. eſt: *Tacitis ego concutus vmbris.* Et mox: *Et nulla parte quietus eris.*

161. VERBERA TORTA DABVNT SONITVM, NEXÆQVE COLVBRIS CONSCIA FVMABVNT SEMPER AD ORA FACES] Rectè *conſcia*: cùm acerbior conſcientia ipſa accuſator nemo ſit. Pulcrè Cicero, magnam eſſe air vim conſcientiæ, vt qui

A peccarint, pœnam ſemper ante oculos verſari putent. Porrò pro *torta*, in alijs eſt *torua*, in alijs *ſæua* & *ſcæua*. Vulgata lectio proba eſt: intortos enim anguibus crines furijs tribuit veterum ſuperſtitio. Vide ſuprà verſ. 78.

165. NEC TIBI CONTINGET FVNVS, LACRYMÆQVE TVORVM, INDEPLORATVM PROIICIERE CAPVT] Acerbiſſimum id veteribus viſum, ſi ſepulturæ honore carerent. Hinc eſt, quòd exilium ſuum deprecatur Naſo 3. Triſt. eleg. 3. *Depoſitum nec me qui fleat, vllus erit?* Iterùm:

Sed ſine funeribus caput hoc, ſine honore ſepulchri,
Indeploratum barbara terra teget?

Optabant enim priſci illi ſepeliri ſe, morientibus oculos claudi, ab amicis lugeri. Vnde apud Maronem 9. Æneid. ad Euryalum filium ſic mater:

B *Heu terra ignota, canibus data præda Latinis,*
Alitibuſq. iaces, nec te tua funera mater
Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui.

167. CARNIFICISQVE MANV POPVLO PLAVDENTE TRAHERIS, INFIXVSQVE TVIS OSSIBVS VNCVS ERIT] *Hamotrahones* carnifices illos vocat Feſtus: *Hamotrahones, alij piſcatores, alij qui vnco cadauera trahunt.* Infigebatur autem gutturi vncus, vt patet ex Propertio lib. 4. eleg. 1. & Iuuenale ſat. 1. deinde vel in Tiberim, vel ad Gemonias ſcalas extrahebantur, ne ſepulturæ honore aliquo afficerentur. Quod hîc in Ibide etiam ſuo auguratur fore Ouidius. Pulchrè Sueton. Tiberio cap. 75. *Morte eius ita lætatus eſt populus, vt ad primum nuntium diſcurrentes, pars Tiberium in Tiberim clamitarent: pars terram matrem, deoſq. manes orarent, ne mortuo ſedem vllam, niſi inter impios darent: alij vncos & Gemonias cadaueri minarentur.*

C Vide eundem, Vitellio cap. 18. & alibi.

171. VNGVIBVS ET ROSTRO TARDVS TRAHET ILIA VVLTVR, ET SCINDENT AVIDI PERFIDA CORDA CANES] Et hoc acerbum ac crudele priſcis viſum, Chriſtianis etiam impium. Vnde de his loquens Lactant. 6. Inſtitut. diuin. cap. 12. *Non patiemur*, inquit, *figuram Dei iacere feris in prædam, ſed reddamus id terræ, & quamuis in homine ignoto neceſſariorum munus implebimus.*

175. IN LOCA AB ELYSIIS DIVERSA FVGABERE CAMPIS, QVASQVE TENET SEDES NOXIA TVRBA COLES] Campos Elyſios *amœna vireta ac ſedes beatas*, Virgilius: *Sedes diſcretas piorum*, Horatius; & *arua piorum*, vocat Ouidius noſter. Hos

D Homerus in Hiſpania, nonnulli in Fortunatis inſulis collocant, vt copioſè diſſerit Geographus lib. 1. & 3. De etymo Didymus in Odyſſ. δ'. ἠλύσιον πεδίον, τὸ τῶν ἡρώων ἐνδιαίτημα, κεκλημένον ἀπὸ Ἠλυσίου τοῦ Ἐλευθηρέως ἐνσεβισθέντος γενομένου. ἢ παρὰ τὸ ἄλυτα ἐν αὐτῷ μένειν τὰ σώματα. ὁ δὲ τόπος ἐν ταῖς καλουμέναις μακάρων νήσοις.

177. SISYPHVS EST ILLIC, SAXVM VOLVENSQVE PETENSQVE] De Siſypho, Ixione, Tantalo, Tityo, eorumque apud inferos pœnis multi multa. Nos hîc loci & dicis tantùm gratia, ne otioſè diligentes videamur, pauca delibabimus. Siſyphus igitur Æoli filius, primus mortalium dolis fallacijſque vſus eſt, vafroque in excogitando fuit ingenio; vnde Prou. Σισύφου μηχαναί, *Siſyphi artes*. atque adeò mortem ipſam vinculis conſtrinxiſſe in fabulis eſt. Nam cùm Aſopo Æginam filiam à Ioue raptam nuntiaſſet, Iupiter magno in eum concitatus odio,

odio, mortem immiſit, quam ille vafro, vt dixi, ſolertique, ingenio dicam, an ſuperſtitione quadam? vinculis coërcuiſſe fertur, vt è Pherecyde pluribus notat Didymus, ſi modò is eſt, Homeri interpres. Alij ad inferos detruſum à Ioue aſſerunt, vt ſaxum illic ingēs perpetuò ſudans ſurſum verſum volueret, nec hilum proficeret. qua de re plena poëtarum teſtimonia, Virgilij, Senecæ, & aliorum. Ouidius 4. Metamorph. *Aut petis aut vrges ruiturum Siſyphi ſaxum*, vbi m. s. *rediturum* prætert. non malè. Ego potiùs putem hac eum damnatum pœna, (quis enim in fabulis verum quærat?) quòd, vt refert Lactantius, in Iſthmo Achaiæ habitans, prætereuntes ſaxo obrueret, aut dum iubente eo, pedes lauarent, in mare præcipites daret. Meminit Siſyphi, aliorumque, quos in inferno pœnæ reos collocāt vani poëtæ, Paulinus, epitaph. in Celſum:

Aeternam Tityon funeſti vulturis eſcam,
Ardentemq; ſiti Tantalon inter aquas:
Voluentem ſine fine rotam, & reuolubile ſaxum,
Caſſaq; ſudantum dolia Danaidum:
Hac inopes veri vani cecinere poetæ,
Qui Chriſtum veri non timuere caput.

178. QVIQVE AGITVR RAPIDÆ VINCTVS AB ORBE ROTÆ] Benè habet. nā *rapidus* in m. ſſ. codd. librariorum σφάλμα eſt. *Rapidam* vocat *rotam*, vt hîc infrà: *Verſabunt celeres nunc noua membra rotæ*. Et in Hercule Furente Seneca: *Rapitur volucri tortus Ixion rota*. Idem in Agamemnone:

Vbi ille celeri corpus euinctus rota
In ſe refertur.

Atque alibi ſæpè pœnæ huius Ixioniæ meminit; vt & Tibullus lib. 1. eleg. 3.

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri noxia membra rota.

Didymus in Iliad. ά. Ἰξίων ὁ Φλεγύου παῖς, Δίαν τὴν Δηιονέως (al. Ηἰονέως) γήμας, ἐλθόντα τὸν κηδεστὴν ἐπὶ τὰ ἕδνα δόλῳ καταπρήσας· μανεὶς ὑπὸ θεῶν καθαρθεὶς τὸν φόνον. Ἥρας ὕστερον ἠράσθη. Ζεὺς δὲ βουλόμενος αὐτὸν δοκιμάσαι εἰ τῷ ὄντι τολμᾷ τοιοῦτόν τι, νεφέλην ἀπεικάσας Ἥρᾳ παρέκλινεν αὐτῷ· ὁ δὲ μιγεὶς νεφέλῃ ὡς ἀκοιτῇ τῇ Ἥρᾳ, ἔσχε παῖδα Κένταυρον. ἀφ' οὗ τῶν Κενταύρων γένος, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν λαβὼν δίκας παρ' αὐτοῦ Ζεὺς, ποιήσας αὐτὸν ἐν ... καταχθονίοις στρέφεσθαι μετὰ πολλῆς βίας ἐπὶ τροχοῦ σιδηροῦ. Dignum certè ſcelerum magnitudine ſortitus eſt exitium. Rotæ ſiquidem ferreæ à Ioue poſt obitum alligatum, torqueri, in orbemq; perpetuò ferri fabulantur. Tzetzes in Chiliadibus, vbi de Ixione multa:

Τῆς τόλμης ταύτης δ' ἕνεκα Ἰξίων ἐν τῷ ἅδῃ
Ἐν σιδηρῷ στρεβλούμενος τροχῷ περιηλατεῖται.
Sic temeritatis facinus Ixion luit,
Inferni in vmbris ferrea tortus rota.

Plura Pindari interpres εἰδ. β' πυθίων cuius verba latinè adducit in Artem Poët. Horatij Lambinus, & Ioach. Camerarius in Appendice Problematum. Adde Apollonij Scholiaſten, lib. 2. nu. 4 Mythologian & typum hominis ambitioſi ex fabula proponit Delrius in Seneca, Syntagm. 2. p. 139.

179. QVÆQVE GERVNT HVMERIS PERITVRAS BELIDES VNDAS, EXVLIS ÆGYPTI TVRBA CRVENTA NVRVS] Alibi *Danaides* dictæ à *Danao* patre. Vnde *Danai puellæ* Horatio, & *Danai proles* Tibullo. Hîc *Belides*, à Belo auo. Ouidius 4. Metamorph.

Moliriq; ſuis letum patruelibus auſa,

A *Aſſiduè repetunt quas perdant Belides vndas.*

Fuerunt autem quinquaginta, quibus totidem maritos Ægyptus, Beli item filius peperit: at maritorum omnes cæde maximè infames, vna Hypermneſtra excepta, quę Lynceo marito pepercit. Vnde & hoc pœnæ genus apud inferos fabulæ ijs affingunt, vt vaſis pertuſis aquas perpetuò hauriant, atque in dolium itidem pertuſum inferant. Facti Seneca meminit, in Herc. furente:

Nunc nunc cruenta regis Ægypti nurus
Adeſte, multo ſanguine infectæ manus:
Deeſt vna numero Danais.

Et Sidonius, Epithalamio Polemij:

Hic nox natarum Danai lucebat in auro,
Quinquaginta enſes genitor quibus impius aptat,
Et dat concordem diſcordia iuſſa furorem.
B *Solus Hypermneſtra ſeruatus munere Lynceus*
Effugit.

A ſupplicio earum initium habet prouerb. Δαναΐδων πίθος, *Danaidum dolium*, & ἄπληστος πίθος. Zenobius ἐν παροιμιῶν συναγωγῇ, qui & fabulam copioſè perſequitur.

181. POMA PATER PELOPIS PRÆSENTIA QVÆRIT, ET IDEM SEMPER EGET LIQVIDIS, SEMPER ABVNDAT AQVIS] *Pater Pelopis*. Ita & Horat. libr. 2. ode 13. fuit enim Tantali filius Pelops. Tantalus verò Iouis & Plotus: qui opibus & gloria potens, atq; ob generis claritatem dijs carus, conuiua eorum eſſe meruit. Qui tum cùm ſecreta hominibus palàm feciſſet, à morte pœna iſta apud inferos damnatum ferunt, vt in aëre pendens, impendentis ſaxi metu perpetuò cruciaretur. Alij aiunt
C fame ac ſiti continua premi, vt neque ſitiens aquā, neque eſuriens poma, capiti imminentia, poſſit contingere, eò quòd nectar & ambroſiam è deorum menſis furatus eſſet. Id quod & Homeri Scholiaſtes indicat, ex Aſclepiade in Odyſſ. λ'. licet in pœna variet: Τάνταλος Διὸς καὶ Πλουτοῦς. οὗτος διατρίβων τοῖς θεοῖς, καὶ συνεσθιόμενος αὐτοῖς ἀκόλαστος ἐγένετο. κλέψας γὰρ τὸ νέκταρ καὶ τὴν ἀμβροσίαν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ ἔδωκε τοῖς ἡλικιώταις. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία ἐκβαλεῖν αὐτὸν τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης, καὶ κρεμάσαι ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ ἐκδεδεμένον τῶν χειρῶν, καὶ τὸν Σίπυλον ἔνθα ἐκεκρύβετο ἀνατρέψαι. Extant & verſus pulcherrimi Petronij Arbitri, qui propiùs huc faciunt:

Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Diuitis hac magni facies erit, omnia cernens
D *Qui timet. & ſicco concoquit ore famem.*

Accedat Gallus, poëta Græcus:

Οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος, οὗτος ὁ νηδὺν
Πολλάκι νεκταρέου πλησάμενος πόματος,
Νῦν λιβάδος θνητῆς ἱμείρεται, ἡ φθονερὴ δὲ
Κρᾶσις ἀεὶ χείλευς ἐστὶ ταπεινοτέρη.
Πῖνε λέγει τὸ τόρευμα καὶ ὄργια μάνθανε σιγῆς.
Οἱ γλώσσῃ προπετεῖς ταῦτα κολαζόμεθα.

C. Vrſinus Velius ſic latinè reddebat:

Hic conuiua prius ſuperûm, cui nectaris almi
Impleta eſt auide ſæpiùs ingluuies.
Hic guttam nunc poſcit aqua mortalis at imis
Deſugit a labris inuida lympha viri.
Hæc monet effigies legum bibe, gnare tacendi.
Has ſuperis pœnas garrula turba damus.

Habuit enim ἀχάλινον γλῶσσαν, αἴσχιστην νόσον, vt Euripides ait: *Effrenem linguam, turpiſſimum morbum*,

Tantalus, vtpote arcana deorum vulgare auſus. Ouid. 2. Triſt.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit.

Lib. 2. de Arte:

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Plura de Tantalo leges apud Hyginum c. 72. Pindari & Euripidis interpretes, Suidam, Ioan. Tzetzen Chiliade 5. Hiſt. 10. Lamb. Horteoſium in 6. Æneidos ad verſ. 602. Muretum in Tibullum libr. 1. eleg. 3. alios. Meminit Seneca Agamemnone, v. 766. vbi *ad ora ludere aquas* ſcitè ſcribit, & in Thyeſte, non vno loco, præſertim à verſu 146. & alibi. Denique varijs prouerbijs locum fecit Tantalus. Vnde Ταντάλειοι τιμωρίαι, Ταντάλου λίθος, Ταντάλου τάλαντα, Ταντάλου κῆποι τρυγᾶν, apud Suidam: & ταντάλιζεσθαι, *iactari, agitari*, apud Heſychium.

B 183. IVGERIBVSQVE NOVEM, QVI SVMMVS DISTAT AB IMO, VISCERAQVE ASSIDVE DEBITA PRÆBET AVI] Legunt alij pronocabulum *qui* poſtponendo, *ſummus qui diſtat*, quod ſonorius. Et mox è m. s. *aſſidua*, pro *aſſiduè*, optimè. Ita enim elegantiſſimus Tibullus 1. eleg. 3.

Porrectusq́, nouem Tityus per iugera terræ,
Aſſiduas atro viſcere paſcit aues.

Fuit Tityus Elares & Iouis filius: malè apud Didymum, ſeu quis alius eſt, in Odyſſ. 7. ἰλάρας legas. terræ filius ideo creditus, vt è Pherecyde notat accuratiſſimus Apollonij enarrator, quòd Elaren grauidam Iupiter ob Iunonis zelotypiam in ſubterranea ſecedere compulerit, quæ ibidem ingenti ſtatura filium Tityum peperit. Qui, quòd vim Latonæ intuliſſet, ab Apolline telis confixus eſt, vt in

C Pythijs canit Pindarus, damnatuſque hac apud inferos lege & pœna, vt iecur eius perpetuò vultur exederet, cōſumptumq́; renaſceretur nec ceſſante vultore. Quamquam Homerus vultores duos in pœnam ſuccedere dicat. Et certè plures etiam noſter infrà v. 196. attribuit, & Tibullus hîc ſuprà. Et Lucretius 3. de rerum nat. *Nec Tityum volucres ineunt Acherunte iacentem* Lege ſequentia. nam totam fabulam, vt & Tantali ac Siſyphi vehementer exagitat. Plures etiam Statius Papinius, 4. Theb. *Tityonq́; alimenta volucrum.* Item Seneca in Thyeſte:

Aut pœna Tityi, ſemper accreſcens iecur
Viſceribus atras paſcet effoſſu aues.

Vide eumdem in Hercule Furente, & Oeteo, in Agamemnone, & alibi. Meminit etiam Ouidius noſter 1. de Ponto eleg. 2.

Sic inconſumptum Tityi, ſemperq́; renaſcens
Non perit, vt poſſit ſæpe perire, iecur.

Sed fabulis hiſce diutiùs, quàm par eſt, inhæremus.

IVGERIBVSQVE NOVEM] 4. Metamorph.

Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouemq́;
Iugeribus diſtractus erat.

Virg. 6. Æneid. *Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur.* Et Homero: ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.

185. SIC TIBI DE FVRIIS SCINDAT LATVS VNA FLAGELLO, &c.] Georg. Berſmannus in m. s. ſuo reperiſſe ſe ſcribit; *Hic tibi de furijs ſcindet*, &c. optimè, atque ita aptior cum præcedentibus ſequentibuſque connexio erit. Rectè etiam Ouidius hoſti ſuo furias haſce imprecatur, vt facinorum vindices, vltriceſque deas. Dictæ Græcis ἐριννύες, *ὡς ἐν τῇ ἔρᾳ ναίουσαι*, vt Etymologi tradunt, vel ἀπὸ τοῦ ἔρεας ἐρεύνειν, hoc eſt *quòd in terra habitent*, vel quòd

A *execrationes perficiant.* Item *Eumenides* ob reuerentiam, vt volunt. Nam εὐμενὴς mitis eſt, cùm contrà immites eſſiſtant furiæ. Eademque ratione σεμναὶ θεαὶ ab Athenienſibus appellatæ. auctor in Νεφέλαις Ariſtoph. interpres. Ioan. Tzetzes Chiliad. 12. ſingularum etyma ſic recenſet:

Παρὰ τὸ τίνειν τιμωρεῖν φονὰς δὲ Τισιφόνη.
Η Μέγαιρα ἐκλήθη ἢ ἐκ τοῦ κακοῖς μεγαίρειν.
Η Ἀληκτὼ δ' ὡς ἄληκτος οὖσα πρὸς ἐκδικήσεις.
A puniendo fontes Tiſiphone dicta.
Megæra ex eo, quòd malos odit:
Alecto verò, velut non ceſſans in vindictas.

Adſcribam & Senecæ Tragici in Agamemnone locum:

Inſtant ſorores ſqualidæ,
Sanguinea iactant verbera
Fert læua ſemiuſtas faces,
Et veſtis atra funerea
Exeſa cingit ilia.

De habitu & ornatu, vide quæ ſuprà ad verſum 78. notabamus.

189. NOXIA MILLE MODIS LACERABITVR VMBRA, TVASQVE ÆACVS IN POENAS INGENIOSVS ERIT] Excudunt alij, *Noxia mille modis lacerabis membra*: verùm nihil muto. *Vmbram* enim vocat εἴδωλον ſeu ſimulacrum quoddam; quod inferos petere credebant ſuperſtitioſi Romani, non animam ipſam, quam potius in alia migrare corpora, ex Pythagoreorum ſententia, exiſtimabant. Hinc *vmbrarum potentem* Plutonem vocat Claudianus. Vide Seruium in 4 Æneid. & Mart. An. Delrium, accuratè de his ad Hercul. Oeteum Senecam diſſerentem.

ÆACVS IN POENAS] Fuit hic Iouis & Æginæ filius, tanta iuſtitia præditus, vt apud inferos bonorum malorumque iudicem conſtitutum fabuloſa tradat antiquitas. Horat. 2. ode 13.

Quàm penè furuæ regna Proſerpinæ
Et iudicantem vidimus Æacum.

Propert lib. 4. eleg. vlt.

Aut ſi quis poſita iudex ſedet Æacus vrna,
In mea ſortitá iudicet oſſa pila.

Statius lib. 3. Siluarum, in lacrymis Hetruſci: *Inferna rigidum timet Æacon vrna.* Vide Ouidium libr. 13. Metamorph.

194. VEXABVNT] *Vexabunt* in m. s. Berſm. at deprauatè. Tibullus lib. 1. eleg 3. *Verſantur celeri noxia membra rota*

199. INDE EGO PAVCA CANAM, FRONDES VT

D DISQVIS AB IDA, ET SVMMAM LIBYCO DE MARE CARPAT AQVAM] Elegans eſt infinitatis periphraſis, poëtis admodum familiaris. Pulchrè & aptè huic loco Seneca, in Oedipo v. 600.

Non tot caducas educat frondes Eryx,
Nec vere flores Hybla tot medio creat,
Cùm examen alto nectitur denſum globo:
Fluctuſq́, non tot frangit Ionium mare, &c.
Quot ille populos vatis eduxit ſonus.

Ceterùm Idam Phrygiam reſpexiſſe credo, quam alibi *vmbroſam* & *nemoroſam* vocat Naſo: *frondoſam* Maro.

ET SVM. LIB. DE MARE CARPAT AQVAM] Priſcè, pro *de mari*, vt & veteres notant Grammatici, Priſcian. & Cariſ. libr. 1. Vſus ea locutione Ouid. 5. Triſt. 5. & ante Ouidium Lucret. lib. 1.

E mare primùm homines, è terra poſſet oriri

Squa-

Squamigerum genus.

Et Catullus Carm. 4.

——— Cùm veniret à mare

Nouiſſimo hunc ad vſque limpidum lacum.

201. NAM NEQVE TOT FLORES SICVLA NASCVNTVR IN HYBLA, QVOTVE FERAT DICAM TERRA CILISSA CROCOS] Hybla Siciliæ mons, Hyblę oppido cognomini proximus, & thymo & apibus abundans: vnde mel optimum. Martialis:

Cùm dederis Siculis media de collibus Hyblæ,

Cecropios dicas tu licet eſſe fauos.

Ouid. 2. de Arte:

Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla.

2. de Ponto eleg. 7. *Altaq; quàm multis floreat Hybla thymis.*

TERRA CILISSA CROCOS] Optimum crocum gignit Corycus Ciliciæ mons: vnde *Corycius crocus* Martiali, & *Cilix crocus* Lucretio. Ouid. 1. Faſt. *Et ſonet accenſis ſpica Cilissa crocis.*

205. NEC MALA VOCE MEA POTERVNT TVA CVNCTA REFERRI, ORA LICET TRIBVAS MVLTIPLICATA MIHI] Hyperbole poëtis frequentiſſima, vt in re difficili narranda plures optent linguas atque ora. Vſus ea noſter 1. Triſt. eleg. 4. & 8. Metamorph. Hoſtius lib. 2. belli Hiſtrici apud Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 3. Virgil. 6. Æneid. ex Homero Iliados β'.

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,

Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν.

211. NATVS ES INFELIX (ITA DI VOLVERE) NEC VLLA COMMODA NASCENTI STELLA, LEVISQVE FVIT] Parum feliciter & auſpicatò natum Ibin, do[...]nt ſequentes verſus. Petronius Arbiter in Satyri[c]o *Hunc adoleſcentem quem vides, malo aſtro natus eſt.* I[ſi]dor. l. 10. cap. [...]. *Aſtroſus, ab aſtro, quaſi malo ſidere natus.*

213. NON VENVS AFFVLSIT, NON ILLA IVPPITER HORA, LVNAQVE NON APTO, SOLVE FVERE LOCO] Venus & Iupiter planetæ bonum portendunt.

LVNAQVE NON APTO] Vide Prou. *Quarta luna nati*, apud Eraſm. & *Τετράδι γέγονας*, apud Zenob. Heſych. ac Suidam. Quarta Luna Herculem natum ferunt, cuius celebris quidem vita fuit, at multis exercita laboribus. Pyrrhus Epirota apud Florum lib. 1. cap. 18. *Video me planè Herculis ſidere procreatum, cui quaſi ab angue Lernæo tot cæſa hoſtium capita de ſanguine ſuo renaſcuntur.*

215. NEC SATIS VTILITER POSITOS TIBI PRÆBVIT IGNES, QVEM PEPERIT MAGNO LVCIDA MAIA IOVI] Mercurius Maia & Ioue natus. de quo noſter 1. Metam. & 5. Faſt. *Ioui* verò non *Ioue* legendum, patet ex Heſiodo in Theogon.

Ζηνὶ δ' ἄρ' Ἀτλαντὶς Μαίη τέκε κύδιμον Ἑρμῆν.

Maia Atlantià filia peperit Ioui glorioſum Mercurium.

217. TE FERA, NEC QVICQVAM PLACIDVM SPONDENTIA MARTIS SIDERA PRESSERVNT, FALCIFERIQVE SENIS] Proba lectio eſt præ illa, *Te fera nequicquam*, & vti eam allegat Ioan. Bapt. Pius Annotat. poſter. c. 49. *Et te nequicquam*, &c. eſt autem letifera & fatalis planetarum horum coniunctio, & mali quidpiam perpetuò portendunt.

FALCIFERIQVE SENIS] Saturni. Credebant veteres hunc vitis ſatorem, auctoremque agricolationis, id quod falx ſignificat. *Senem* vocat, vt *Κρόνον* Græci. vnde *κρόνια, priſca*. Apud Suidam eſt, *χάους ἀρχαιότερος καὶ κρονίων ἐπὶ τῶν πάνυ παλαιῶν*. Ex Ariſtoph. *ἐν νεφέλαις*. Res enim priſcæ & obſoletæ dicuntur *τῶν κρονίων ὄζειν*, id eſt *κρονῶν ἀρχαϊκά*, vt explicat Ariſtoph. interpres, *redolere Saturnalia*.

221. HÆC EST IN FASTIS, CVI DAT GRAVIS ALLIA NOMEN, QVÆQVE DIES IBIN PVBLICA DAMNA TVLIT] Lib. 1. de Arte: *Flebilis Allia:*

Tu licet incipias, qua flebilis Allia luce

Vulneribus Latijs ſanguinolenta fuit.

Et 1. Amorum: *Damnis Allia nota ſuis.* Minutius Felix in Octauio; *Allia infauſtum nomen.* Ex Virg. 6. Æneid. *Quoſq; ſecans infauſtum interluit Allia nomen.* Verè grauis, flebilis, & infauſtum nomen, Romanis

B fuit Alia, *iuxta quem*, vt Seruij vtar verbis, *Galli Brenno duce, XV. Calendarum Auguſtarum die, deleto exercitu, poſt triduum deleuerunt etiam Vrbem, excepto Capitolio.* Accepta clades ea anno V.C. CCCLXVII. Vnde *Allienſis dies*, pro infauſto. Cicero lib. 9. epiſt. 5. ad Atticum: *Maiores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quàm Vrbis captæ; quòd hoc malum ex illo*, &c. Tacitus li[b]r. 2. Hiſtor. *Infauſto die, Cremerenſi Allienſiq; cladibus.* Lucanus lib. 7. bel[li] Pharſalici:

——— Cedant feralia Cannæ,

Et damnata diu Romanis Allia faſtis.

Vide Florum lib. 1. cap. 13. Liuium libr. 6. in principio, Oroſium, & alios.

223. QVI SIMVL IMPVRÆ MATRIS PROLAPSVS AB ALVO EST, CINIPHIAM FOEDO CORPORE PRESSIT HVMVM] *Cynips* Africæ fluuius: à quo re-

C gioni & opido nomen. Plurimi ibi & maximi hirci. vnde *Cyniphij hirci* Virgilio 3. Georg. Hirci verò fœti[di] & male-olentes: atque ob id fortè natum ibi Ibin canit poëta, vt conijcit Domit.

225. SEDIT IN ADVERSO NOCTVRNVS CVLMINE BVBO, FVNEREOQVE GRAVIS EDIDIT ORE SONOS] Bubonem inter obſcenas, hoc eſt ſeuales ac diri ominis aues numerat Statius Papin. lib. 3. Theb. de ambus certi incertique augurij loquens:

——— Dira ſtrident in nube volucres,

Nocturnæq; gemunt ſtriges, & feralia bubo

Damna canens.

Ouid. 5. Metamorph.

Fœdaq; fit volucris, venturi nuncia luctus,

Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Idem lib. 10. Metamorph.

Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata, ter omen

D *Funereus bubo letali carmine fecit.*

Et lib. 15.

Triſtia mille locis Stygius dedit omina bubo.

Cetera de triſti hac aue colligit Crinitus lib. & cap. 21. de hon. diſciplina. Atque hæc omnia infelicem inauſpicatumque Ibidis natalem exaggerant: vt & quæ de Eumenidibus ſequuntur, quas *Diras vltrices* vocat Virgil. quòd à ſceleratis hominibus meritas pœnas exigant.

231. GVTTVRAQVE IMBVERVNT EREBEÆ FELLE COLVBRÆ, TERQVE CRVENTATAS INCREPVERE MANVS] *Colubram* fœm. genere extulit & Lucilius lib. 10. ſatyr. apud Nonium:

Iam diſrumpetur medius, iam vt Marſus colubras

Diſrumpit cantu, venas cùm extenderit omnes.

TERQVE CRVENTATAS] Numerus is facer & abſo-

abſolutiſſimus apud priſcos: vnde quicquid ter dictum factumque, ratum id effectumque credebant. In magicis indicat id Virg. in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primùm triplici diuerſa colore
Licia circumdo, &c.

In funeralibus, idem Maro: *Et ſupremum ter voce ciemus.*

232. PERBIBIT INOE SVÆ RABIEM NVTRICIS ALVMNVS, LATRAT ET IN TOTO VERBA CANINA FORO] *Perbibit* rectè: quoniam in moribus inoleſcendis magnam ferè partem altricis ingenium, & natura lactis tenet: quæ iam à principio imbuta paterni ſeminis concretione, ex matris etiam corpore & animo recentem indolem coofigurat. Vnde qui partus ſuos alijs nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filijs natura conſociat, interſcindunt, aut certè diluunt deterunt que. Ita ferè Gellius lib. 12. cap. 1. & Gellij ſimius Macrob. 5. Saturn. cap. 11. Adde Plin. lib. 28. cap. 9. Nat. hiſt. *In lactis vſu vtiliſſimum cuique maternum, nutricu exitioſum eſt.* Hinc apud Poëtam 4. Æneid.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanaq; admorunt vbera tigres.

Ex Iliade Homerica 16. Locum vide apud Gellium. Ouidius lib. 3. eleg. 11. *Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino.*

LATRAT] Hinc *canina facundia* Appio. Vide ſup. v. 13. & ibi notata.

253. NÆVE SINE EXEMPLIS ÆVI CRVCIERE PRIORIS SINT TVA TROIANIS NON LEVIORA MALIS] Troianorum excidium multis poëtis Tragœdiarum argumenta dedit, vt in poëtica tradit Ariſtoteles. Hinc Prou. αἰεὶ Ἰλιὰς κακῶν, & Ἰλιὰς κακῶν· ἐπὶ τῶν μεγάλων κακῶν. παρ᾽ ὅσον ἐν Ἰλίῳ μυρία κακὰ συνέβη γενέσθαι. Cicero libr. 8. epiſt. 11. ad Atticum: *Iamq; mari magno, non multò inquam ſecùs poſſum vaticinari, tanta malorum impendet* Ἰλιάς.

255. QVANTAQVE CLAVIGERI PÆANTIVS HERCVLIS HERES, TANTA VENENATO VVLNERA CRVRE GERAS] *Philoctetem Herculis heredem* nominat & Seneca, in Hercule Oeteo:

—— Læto velut ecce vultu
Quem tulit Pæas, humeriſq; tela
Geſtat, & notas populis pharetras
Herculis heres.

Fuit verò Herculis heres, quia, vt ait Seruius in 3. Æneid. cùm hominem in Oeta monte deponeret Hercules, à Philoctete petijt, ne alicui corporis ſui indicaret reliquias, qua de re iurare cum compulit, & pro munere ſagittas dedit hydræ felle tinctas. De quibus plura Seneca in Herc. Oeteo, Ouidius 9. Metamorph. Interpres Sophoclis ἐν Φιλοκτήτῃ, & contra Pet. Victorium 1. Var. Lect. cap. 14. Benedictus Ægius Notis in Apollodorum, ac Ioan. Brodæus 1. Miſcellan. c. 15. quos adi Lector. Satis fuerit annotaſſe pauca de vulnere Philoctetæ, quod in Lemno à vipera accepit, dum fanum Palladis aoreæ, vel, vt alij, Herculis expurgaret; aut, quod alijs placet, dum ſepulchrum Troili ab Achille occiſi, quod in Apollinis erat, violaret. Philoſtratus in Heroicis: τοῦτον ἐν Λήμνῳ φασὶν ἄτιμον καταλειφθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς, ὕδρου ἐνσκήψαντος αὐτοῦ ἐς τὸν πόδα, ὑφ᾽ οὗ νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον. *Hunc in Lemno neglectum & destitutum à Græcis, cùm natrix pedem eius sauciaſſet, in alti litoris ſaxo iacentem ægrotaſſe aiunt.* Iunior verò Philoſt. in Iconibus de Achiuis Chryſæ aram ab Iaſone extructam quærentibus, ita ait: Φιλοκτήτης ἐκ τοῦ ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς ἐγχρίψαντος αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς θάτερον τοῖν ποδοῖν οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ ναυτιλοῦνται, ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διαβεβρωμένος, φησὶ Σοφοκλῆς, καὶ στάζων τὸν πόδα. *Philoctetes memoria temporis repetita, quo cum Hercule vixerat, aram quærentibus oſtendit, & cum hydrus ſerpens interfeciſſet ei virus alterum pedem, Achiui reliqui Troiam petunt, ipſe in Lemno iacet relictus tabo fluente morbido, ambeſo pede, vt ait Sophocles.* His adde Cointum Calabrum libr. 9. Tzetzem in Lycophronem, & quos ſuprà laudaui. Meminit Ouid. 1. de Ponto eleg. 4. *Magna Philoctetæ vulnere fama ſuo eſt.* Et 5. Triſt. eleg. 4. *Quid rt Philoctetes ictus ab angue gemat.* Et alibi.

257. NEC LEVIVS DOLEAS, QVAM QVI BIBIT VBERA CERVÆ, ARMATVSQVE TVLIT VVLNVS INERME FERENS] Alterum verſum legit hoc modo Micyllus: *Armatiq; tulit vulnus, inermis opem.* Ex hiſtoria ſiue fabula clara res. Telephum enim intelligit, ſic dictum, quòd ceruæ vbera præbuiſſet, ἀπὸ τῆς θηλῆς καὶ τῆς ἐλάφου, teſte Diodoro. Filius fuit Herculis ex Auge, non Aſtue, vt apud Ælian. 12. Var. hiſt. c. 42. vndè lego, rex Myſorum, qui, cum Troiam peterent Græci, [illegible] in Myſiam, repellere eos conatus eſt. At cum Achille congreſſus, vulnus accepit nulla [illegible] medicabile; conſultoque Apolline, reſponſum hoc tulit, ὁ τρώσας ἰάσεται: quo ſignificabatur emedium vulneri à vulneris auctore petendum; alias curari nullo pacto poſſe. Supplex itaque Achilli factus Telephus, ille qui ab armato [illegible] tulerat, ab inermi opem quoque tulit. Achilles verò æruginem medendis [illegible] e [illegible] cuſpide in Telephi vulnus decuſſit & ſanauit, ſiue id ærea, ſiue ferrea cuſpide fecit, vt ait Plin. libr. 34. cap. 18. Addit Smyrnæus libro 4. Telephum pro munere equos ob [illegible] poſſe apud [illegible] oſtra

Καὶ [illegible]
[illegible]

Ouid. 2. de Ponto eleg. 2.

Profuit & Myſo Pelias haſta duci.

1. Triſt. eleg. 1.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more poteſt.

2. Amor. 9.

Quid non Æmonius, quem cuſpide perculit heros,
Confert, medica poſtmodo iuuit ope.

Propertius lib. 2.

Myſus & Æmonia iuuenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

Alij herba quadam, quæ hinc Achillea dicta, curatum Telephum credunt, vt Neſtor apud Smyrnæum & Claudianus:

Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis,
Cum pertulerat vires & ſenſit in vno
Letalem, placidamq; manum &c.

259. QVIQVE AB EQVO PRÆCEPS IN ALEIA DECIDIT ARVA, EXITIO FACIES CVI SVA PAENE FVIT] Ita quidem vulgati omnes, ſed mendosè, vt apparet. Legendum enim *in Aleia* [illegible] *aiunt,*

nis, vel *Aleæis* quattuor ſyllabis. Nam Ἀλήιον πεδίον vocant Græci campum, in quo poſt caſum ſuum corpore fracto ac debilitato errauit Bellerophon, ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου ἄλης, τουτέστι πλάνης, teſte Homeri Scholiaſte in Iliad. ζ. Varino & Euſtathio ad illa Dionyſij:

> Ταρσὸν ἐυκτιμένην, ὅθι δή ποτε Πήγασος ἵππος
> Ταρσὸν ἀφεὶς, χώρῳ λίπεν οὔνομα, τῆμος ἀφ' ἵππου
> Ἐς Διὸς ἱέμενος πέσεν ἥρως Βελλεροφόντης.
> Κεῖθι δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήιον, οὗ κατὰ νῶτα
> Ἀνθρώπων ἀπάνευθεν ἀλώμενος ἐνδιάασκε.

Quæ ſic A. Papius eleganter reddidit:

> *Tarſon magnificam, preſſoquà Pegaſus olim*
> *Calce loco nomen poſuit, Iouis athera cùm heros*
> *Bellerophon inuectus equo delapſus ab alto eſt.*
> *Hic & Aleæi campi: quos ille pererrans*
> *Ex oculis hominum vitam ſecretus agebat.*

Homeri locum interpretatur Cicero 3. Tuſcul.

> *Quis miſer in campis mærens errabat Aleis,*
> *Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.*

Quod verò addit Ouidius noſter:

EXITIO FACTES CVI SVA PENE FVIT] Eius enarratio ex hiſtoria petenda nulli, vt opinor, ignota: à qua prou. Βελλεροφόντης τὰ γράμματα, apud Zenobium; & *Bellerophontes tabellas*, apud Hadr. Iunium Cent. 4. adag. 33. Suidas: Βελλεροφόντης ὃν ὁ Προῖτος ἐβούλετο διὰ γραμμάτων αὐτοῦ τῷ πρὸς Ἰοβάτην ἀνελεῖν. Et lepidè Plautus in Bacchidibus Sc. *Conſtringe*:

> *Bellerophontem iam tuus me fecit filius.*
> *Ego tabellas detuli vt vincirer?*

Plura in Lycophronem Iſaacius.

261. ID QVOD AMYNTORIDES VIDEAS, TREPIDVSQVE MINISTRO PRÆTENTES BACVLO LVMINIS ORBVS ITER] Nunc exoculationis pœnam Ibidi ſuo vouet Ouid. quam barbaram fuiſſe res ipſa clamat, vt effoſſis luminibus homo ad quælibet vitæ munia prorſus ineptus contabeſcat. Certè Iuſtiniano neſcio quo exemplo hoc pœnæ genus in legibus ruſticis ſæpiùs placuit Tit. 2. §. 7. & §. 12. Phœnix autem, Amyntore & Hippodamia natus, cùm ſuaſu nouercæ rem cum Clytia (alij Phthiam vocant) patris pellice habere deprehenſus eſſet, viſu à patre poſt multas in filium diras priuatus, ad Peleum confugit: à quo humaniter ſuſceptus eſt, à Chirone valetudini priſtinæ reſtitutus; ac dein Achillis educationi datus magiſter. Ita ferè Homeri Scholiaſtes ἄδηλος in Iliad. 10. Nam excæcationis non meminit, vt neque Homerus, quanquam multa patrem filio imprecatum referat. ita enim apud eum Phœnix ipſe:

> ———Πατὴρ δ' ἐμὸς αὐτίκ' ὀισθεὶς
> Πολλὰ κατηρᾶτο, στυγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' ἐρινῦς.
> ———*Verùm autem genitor mox talia ſenſans*
> *Horrendas diras, atque atras vouit erynnes.*

Lycophron tamen in Caſſandra Phœnicem & parenti maximè inuiſum, & ab eo lumine priuatum facit:

> Τὸν πατρὶ πλεῖστον ἐστυγημένον βροτῶν,
> Ὅμηρον ὅς μιν θῆκε τητωμένας λύχνους
> Ὅτ' ἐς νόθον στρῶμ' ἦλθεν ἠυνάσθη λέχος.

Hoc eſt, interprete Ioſ. Scaligero:

> *Suo parenti plurimùm inuiſum omnium,*
> *Qui fecit illum caculum oculos forans,*
> *Cubile ſpurij quando inuiſit pellicis.*

A Ad quem locum videndus Tzetzes enarrator, qui ἀπληγερικῶς fabulam proſequitur. Ouidius noſter lib. 1. de Arte:

> *Fleuit Amyntorides per inania lumina Phœnix.*

PRÆTENTES BACVLO] Tibullus libr. 2. eleg. 1. *Et pedibus prætentat iter.*

263. NEC PLVS ASPICIAS, QVAM QVEM SVA FILIA REXIT, EXPERTVS SCELVS EST CVIVS VTERQVE PARENS] Nota quæ de Oedipo memorant Diodorus lib. 4. Biblioth. Suidas, Apollodorus lib. 3. Hyginus cap. 57. ac de poëtis Sophocles in Oedipo Colonæo & Antigone, Euripides in Phœniſſis, ibique interpres, Seneca Tragicus in Oedipo extremo, vbi Oedipum oculos ſibi eruentem his verſibus inducit, vbi cognouit perpetratum à ſe in matrem ſcelus:

B
> ———*Dixit, atque ira furit.*
> *Ardent minaces igne truculento genæ,*
> *Oculiq; vix ſe ſedibus retinent ſuis.*
> *Violentus, audax, vultus, iratus, ferox.*
> *Tantùm cruentus gemuit, & dirum fremens*
> *Manus in ora torſit: at contrà truces*
> *Oculi ſteterunt, & ſuam intenti manum*
> *Vltrò inſequuntur, vulneri occurrunt ſuo.*
> *Scrutatur auidus manibus vncis lumina,*
> *Radice ab ima funditus vulſos ſimul*
> *Euoluit orbes, &c.*

Statius Papinius Oedipum ſimiliter loquentem facit lib. 1. Theb.

> ——*Et lamentabile matris*
> *Connubium gauiſus inii: noctemq; nefandam*
> *Sæpe tuli, natoſq; tibi (ſcis ipſa) paraui;*

C
> *Mox auidus pœnæ digitis cedentibus vltrò*
> *Incubui, miſeraq; oculos in matre reliqui.*

Lege & Zenobium prou. Βοιώτια αἰνίγματα, & Καδμεία νίκη.

QVAM QVEM SVA FILIA REXIT] Antigone, quam apud Senecam Thebaidis initio ſic alloquitur pater:

> *Cæci parentis regimen, ac feſſi vnicum*
> *Patris leuamen quam tanti eſt mihi*
> *Genuiſſe vel ſic; deſere infauſtum patrem:*
> *In recta quid deflectis errantem gradum?*
> *Permitte labi, &c.*

Vide Sophoclem & Euripidem locis ſuprà citatis.

EXPERTVS SCELVS EST CVIVS VTERQVE PARENS] Reſponſum enim erat Laio, cõſulenti de liberorum procreatione oraculum, ſi quis ei ex Iocaſta naſceretur filius, à filio occiſum iri patrem: matremque coniugem ſibi futuram didicerat quo-

D que poſtea ex oraculo filius. Pauſanias in Bœoticis: Ὁ δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποκτενεῖν ἔμελλεν ὡς ηὐξήθη, καὶ τὴν μητέρα ἔγημε. *Ille cùm adoleuiſſet & patrem occidit, & matrem ipſam vxorem duxit.* Homerus Odyſſ. λ'. quem etiam ibidem citat Pauſanias:

> Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον καλὴν Ἐπικάστην,
> Ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀιδρείῃσι νόοιο,
> Γημαμένη ᾧ υἷι. ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
> Γῆμεν, ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι.
> *Matremq; Oedipodes formoſam vidi Epicaſten*
> *Quæ fœdum imprudens facinus commiſerat olim*
> *Connubio gnati iuncta, at tulit ille parentes*
> *E vita: ſuperiſq; ſcelus vulgare nefandum*
> *Eſt viſum.*

265. QVALIS ERAT, POSTQVAM EST IVDEX DE LITE IOCOSA SVMPTVS, APOLLINEA CLARVS

RVS IN ARTE SENEX] Tireſię vatis cæcitas in proverbium abijt, τυφλότερος Τειρεσίου. Iuuenalis *Tireſiam* pro cæco dixit: *Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquã eſſe deorum.* De cauſſa excæcationis variatum video. Ouidius putat à Iunone ideo oculis priuatum, quòd à Ioue ac Iunone, de amoris quantitate certantibus, electus arbiter maiore concupiſcentia feminas quàm viros flagrare pronuntiaſſet. In feminis enim nouem, in viris tres tantùm amoris vncias collocarat. Nonnulli verò, quòd Palladem nudam conſpicatus eſſet: id quod indicare etiam, vt ego quidem arbitror, videtur Propertius lib. 4. eleg. 10.

Interdicta viris metuenda lege piatur,
Quæ ſe commota vindicat ara caſa.
Magnam Tireſias aſpexit Pallada vates,
Fortia dum poſita Gorgone membra lauat.

Et pluribus pulcreque Nonnus 5. Dionyſ. dum Actæonem, à canibus deuoratum, necem ſuam ſic ingemiſcentem inducit:

Ὄλβιε Τειρεσίη, σὺ γὰρ ἔδρακες ἐκτὸς ὀλέθρου
Γυμνὸν ἀναινομένης οὐκ ἄμμορον εἶδος Ἀθήνης.
Οὐ θάνες, οὐκ ἐλάφοιο δέμας λάχες· ἀλλὰ μετώπῳ
Τμητίρῳ προβλῆτες ἐπικύρτωντο κεραιαί,
Ζωὸς δ' ἀν βλεφάρων ὀλέσας φάος, ὑμετέρων δὲ
Ὀφθαλμῶν ἀμάρυγμα νόῳ μετέθηκεν Ἀθήνη.

Quæ ſic reddo:

Felix Tireſia nam tu ſine crimine mortis
Nuda aſpexiſti renuentis membra Mineruæ.
Non te mors rapuit, timidi neque corpora cerui,
Nec extenſa tua ſortitus cornua fronti,
Lumine te viuum orbauit, ſed lumina viſus
Tranſtulit ad mentem, fulgoremq́ addidit illi.

Extat præterea Callimachi hymnus εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος, ab Angelo Politiano c. 80. Miſcellan. totidem verſibus latinè expreſſus; qui etiam Callimachus ἐν Κρονίοις de Saturni legibus ſic ſcriptum reliquit:

Ὅς κε τιν' ἀθανάτων ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται
Ἀθρήσῃ, μισθῶ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλω.
Mortalis qui immortales aſpexerit audax
Diuos, id pœna criminis ipſe luet.

APOLLINEA CLARVS IN ARTE SENEX] Apollodorus lib. 3. Biblioth. ἐγένετο δὲ, inquit, καὶ πολυχρόνιος. Minerua apud Callimachum:

Δώσω καὶ μέγα βάκτρον, ὅ οἱ πόδας ἐς δέον ἄξει,
Δώσω καὶ βιότου τέρμα πολυχρόνιον.
Huic baculum immenſum dabo, quod veſtigia ducat
Quà velit, huic vitæ tempora longa dabo.

Vterque longæuum fuiſſe Tireſiam indicat, ætatem minimè. Vide Bened. Ægium in Apollodorum: cui adde Melampodis verſus è Tzetze in Lycophronem, ſub perſona Tireſiæ:

Ζεῦ πάτερ, εἴθ' ἐμοὶ εἴθ' ἥσσονα αἰῶνα βίοιο,
Ὤφελον δοῦναι καὶ ἴσα μήδεα ἴδμεν
Θνητοῖς ἀνθρώποις· νῦν δ' οὐδέ με τυτθὸν ἐτίσας
Ὃς με μακρόν γ' ἔθηκας ἔχειν αἰῶνα βίοιο,
Ἑπτά μ' ἔτι ζώειν γενεὰς μερόπων ἀνθρώπων
Ἀνδρῶν γυναικῶν.
Iuppiter, aut vitam breuiori includere fato,
Aut dare debebas hominum commercia noſſe.
Nunc verò haud paruo nos es dignatus honore,
Dum vita immenſum largiris degere ſeclum,
Septenumq́ hominum ſpatium tranſcendere vita.

267. QVALIS ET IPSE FVIT, QVO PRÆCIPIENTE COLVMBA EST DATA PALLADIÆ PRÆ-

A VIA OVXQVE RATI] Phineum indigitat, Arcadiæ regem, vel, vt alij, Paphlagoniæ: qui ducta Cleopatra vxore, Oryth[um] & Crambin ex ea filios habuit: ſuperinducta nouerca (quam Δίαν Sophocles apud Apollonij interpretem, alij Harpalicen Zethes & Calais ſororem nominant) ſuaſu & inſtinctu eiuſdem liberos excæcauit. Vnde & ipſi à dijs iratis erepti oculi, immiſſæque harpyiæ, (Διὸς κύνες, atque ira deûm) quę cibos illi abriperent, menſamque fœda colluuie halituque intolerabili infeſtarent: donec aduenientibus ea in loca Argonautis, à Zethe & Calai, alatis fratribus, ad Plotas inſulas fugatæ ſunt, quæ hinc Strophades dictæ διὰ τὸ τοὺς Βορεάδας αὐτόθεν ἀποστρέψαι, συμφέρονται εἰς τοὔπισω admoniti enim erant ab Iride, vt à Iouis canibus
B abſtinerent, volatuſque ſuos conuerterent. Ita ferè Apollonius Rhodius lib. 2. & Val. Flaccus lib. 4. Argonaut. Nam in cauſſa exoculationis variant; Phineum ab Apolline vaticinandi artem edoctum, deorum fata atque conſilia temerè omnibus aperuiſſe:

——Οὐδ' ὅσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ,
Χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι.
——*Neque minimùm veneritus eſt etiam Iouem ipſum,*
Publicans intrepidè ſacram mentem hominibus.

Quidam à Sole occæcatum ferunt, quòd longùm viuere, quàm videre maluiſſet. Ita ex Heſiodo refert interpres. Alij aliter. Lege Diodorum lib. 5. Biblioth.

QVO PRÆCIPIENTE COLVMBA] Phineus enim Argonautarum beneficio ab Harpyijs liberatus, vt beneficium reponeret, euentum nauigatio-
C nis prædixit, monuitque columbam emitterent & ſequerentur. Apollonius:

Ἀλλ' ἐμοὶ δὴ πρόσθε πελειάδι πειρήσασθε
Νηὸς ἀπὸ προμεθεῖς ἐφιέμεν· ἢν δὲ δι' αὐτῶν
Πετράων πόντονδε σόη πτερύγεσσι δίηται,
Μηκέτι δὴν μηδ' αὐτοὶ ἐρητύεσθε κελεύθου.
Ἀλλ' εὖ καρτύναντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμά
Τέμνεθ' ἁλὸς στεινωπόν.
Sed primùm volucris curſum tentate columba,
Quam priùs Aemonia procul emittatis ab Argo.
Illa per inſtabiles cautes, pelagaſq́ profundum
Incolumis ſi tranſierit non læſa volatu,
Rumpite. ſi qua mora eſt, manibuſq́ apprendite remos
Anguſtaſq́ maris ratibus tranſmittite fauces.

Meminit Propert.

D ——*Ignoto miſſa columba mari.*

EST DATA PALLADIÆ PRORATI] *Palladia ratis*, Argo: ἀπὸ τοῦ ἀργοῦ, à *celeritate*, Diodoro lib. 4. Biblioth. ab Argo fabricatore, Apollonio; ab Argo, Phryxi filio, Pherecydi, apud Apoll. interpretem; ab eo, quòd Argiuos vexerit, delectos viros, Ennio apud Cicer. 1. Tuſculan. *Palladia* dicta, quia Palladis cura & monitu ædificata. Apollon. lib. 1.

Νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοὶ
Ἄργον Ἀθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνῃσι.

Valer. Flaccus lib. 1.

—— *Carum Tritonia deuolat Argum,*
Moliri hunc puppim iubet & demittere ferro
Robora.

Seneca Medea:

——*Non Palladia*
Compacta manu, regum referens

In-

Inclyta remos quæritur Argo.

269. QVIQVE OCVLIS CARVIT, PER QVOS MALA VIDERAT AVRVM, INFERIAS NATO QVOS DEDIT ORBA PARENS] Alij aliter hiſtoriam hanc narrant. Abit à noſtro Dictys Cretenſis, & vero abſimilia commemorat. Compendio referam, quæ Euripides, Virgil. atque Ouid. noſter habent. Priamus imminentibus Troiæ Græcis, Polydorum ex Hecuba filium, natum minimum, ad generum Polymneſtorem (ducta Ilione filia) cum magno auri pondere alendum miſit. Polymneſtor, auri potiundi cupidus, vbi vrbis capiundæ inſtare periculum vidit, obtruncauit puerum atque in mare proiecit. Orba verò gnato Hecuba, ac gnatæ Polyxenæ mortem lugens, ad Achillis tumulum mactatæ, fortè

——Liquidas hauriret vt vndas,
Aſpicit eiectum Polydori in littore corpus.

Accitumque ad ſe dolo Polymneſtorem quaſi aurum theſaurumque ei commendatura, ſuis captiuarumque manibus oculos eruit, atque ita eos inferias nato orba dedit parens. Ouidius noſter hæc pulcrè proſequitur lib. 13. Metamorph.

Eſt, vbi Troia fuit, Phrygiæ contraria tellus
Biſtonijs habitata viris: Polymeſtoris illic
Regia diues erat, cui te commiſit alendum
Clam, Polydore, pater, Phrygijſq; remouit ab armis.
Conſilium ſapiens, ſceleris niſi præmia magnas
Adieciſſet opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius enſem
Rex Thracum, iuguloq; ſui demiſit alumni.
Et tamquam tolli cum corpore crimina poſſent,
Exanimem ſcopulo ſubiectas miſit in vndas.

De Polymneſtoris exoculatione dein ſequitur:

Vadit (Hecuba) ad artificē diræ Polymeſtora cadis,
Colloquiumq; petit. nam ſe monſtrare relictum
Velle latens illi quod nato redderet aurum.
Credidit Odryſius, prædæq; aſſuetus amore
In ſecreta venit.

Et mox:

Atque ita correpto captiuarum agmina matrum
Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,
Expilatq; genis oculos. facit ira valentem.
Immergitq; manum. &c.

Paria habet Virgil. 3. Æneidos; vterque ex Euripide in Hecuba; apud quem Polydori vmbra de lamentabili fato ſuo προλογίζει. Verſus, quia pluſculi, non adſcribo. Illos tantùm lubet annectere, quos de exoculatione ſua pronuntiat Polymneſtor:

Τὸ λοίσθιον δὲ πῆμα, πήματος πλέον,
Ἐξειργάσαντο δείν᾽ ἀμῶν γὰρ ὀμμάτων
Κόρας λαβοῦσαι, τὰς ταλαιπώρους κόρας
Κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν.

Eraſmus:

Porrò ſupremum iam malum, pluſquam malum
Mirè patrarunt: quippe correptis manu
Acubus mihi orbes luminum miſerrimos
Fodiunt, cruentant.

271. PASTOR VT ÆTNÆVS, CVI CASVS ANTE FVTVROS TELEMVS EVRYMIDES VATICINATVS ERAT] *Paſtor Aetnæus*, Polyphemus. *Incolam Aetnæ* Tibullus vocat. Huic Telemus vates prædixerat fore, vt ab Vlyſſe excæcaretur. Ouidius 13. Metamorph.

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
A *Terribilem Polyphemon adit, lumenq; quod vnum*
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.

Verùm, riſit Polyphemus, vt falſa vaticinantem, Telemum: *Et, ô vatum ſtolidiſſime, falleris, inquit.* Et apud Theocritum Idyll. 6. ſub Damœtæ perſona:

——Ἀ ὑπὲρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ᾽ ἀγορεύων
Ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ.

——Nam quæ nobis mala peſſima narrat
Telemus ipſe domum referat, natiſq; reſeruet.

Vbi nouus antiquus Scholiaſt. Οὗτος, inquit, ἐστὶ Τήλεμος, ὁ παρ᾽ Ὁμήρῳ Εὐρυμίδης, ἢ Εὐρύμαχος καλούμενος, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο. Verba quæ laudat Homeri, ſunt ea Odyſſ. 9. vbi in his recēſendis longus eſt:

Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο
Καὶ μαντευόμενος κατεγήρα Κυκλώπεσσιν,
Ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα τελευτήσεσθαι ὀπίσσω.

B *Telemus Eurymides, vatum qui prima tenebat,*
Cyclopas inter vixit, ſenuitq;, mihiq; hæc
Tempore in exiguo narrabat cuncta futura.

Vides interpretem Theocriti Εὐρυμήδην perperam ſcripſiſſe, qui Εὐρυμίδης eſt. peſſimè verò proprium feciſſe nomen apud Homerum, cùm patronymicum ſit, ab Eurymo patre. Porrò de excæcatione Polyphemi ſic Iſaacius in Lycophronem: Ὀδυσσεὺς πλανώμενος διὰ τὴν χώραν τῶν Κυκλώπων, εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ Πολυφήμου ἄντρον, υἱοῦ Ποσειδῶνος, ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος, τυφλοῖ αὐτὸν δόλῳ τοιούτῳ. ἐξ γὰρ τῶν αὐτοῦ ἑταίρων φαγόντος τοῦ Κύκλωπος, δίδωσιν αὐτῷ οἶνον ὁ Ὀδυσσεύς,

Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα,
Ὄφρ᾽ εἰδῇς. οἷόν τι ποτὸν τόδε ἡμὴ κατεκεύθει.

Μεθυσθέντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Ὀδυσσεὺς σὺν τοῖς φίλοις ἐν
C δοκῷ πεπυρωμένῳ αὐτὸν τυφλοῖ. Virg. 3. Æneid.

Nam ſimul expletus dapibus, vinoq; ſepultus
Ceruicem inflexam poſuit.

Mox: *——Nos magna precati*
Numina, ſortitiq; vices, vnà vndique circùm
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto.

Quem locum Seruius ἀλληγορικῶς enarrat, & Polyphemum vnoculum fuiſſe negat, nec ab Vlyſſe oculo priuatum. Verùm cùm ſingulari vir prudentia eſſet, oculum ob id in capite illi affingi. Cumque prudentia eum Vlyſſes ſuperaſſet, ideo ab Vlyſſe fingi occæcatum. Ab hac autem Polyphemi excæcatione prouerb. manaſſe vult Diogenianus πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθεῖν. Item illud, ἂν οἶνον αἰτῇ, κόνδυλον αὐτῷ δίδου. de quo vide Suidam, vel potiùs Zenobium copioſè prouerbium explanantem: qui & alterum inde tractum refert: ἀπάλλαξας τὸν οἶνον ἐπι-
D χέας ὕδωρ. Lege Suidam.

273. VT QVI PHINEIDÆ QVIBVS IDEM LVMEN ADEMIT QVI DEDIT, ET THAMYRÆ, DAMONOCIQVE CAPVT] Orythus & Crambis Phinei, Arcadiæ regis, è Cleopatra filij erant, crebris à patre verberibus multati, ob falſas nouercæ criminationes. Phineus enim, Idæa Dardani Scytharum regis filia Cleopatræ ſuperducta, ea amoris impotentia feruens per omnia nouercæ libidini, calumnijs varijs priuignos proſcindentis, acerbè nimis in eos ſæuijt: qui implorata Herculis ope liberati demum ſunt, Phineuſque rex cum alijs non paucis ab Hercule interemptus. Hæc ex Diodoro libr. 4. Biblioth. qui ab Ouidio noſtro, alijſque variat, vt antè paullo indicamus. Vnde addit hæc verba: οὐκ ἀγνοῶ δ᾽ ὅτι τινὲς τῶν μυθογράφων τυφλωθῆναί φασι τοὺς Φινεΐδας ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τὸν Φινέα τῆς ὁμοίας τυχεῖν

τυχῶν συμφορᾶς ὑπὸ Βορέου. Non ignoro mythologos quoſdam Phineidas à patre excæcatos referre, Phineaq́; ſimili calamitatis genere à Borea affectum. Ad hanc fabulam reſpexit hîc Naſo, vt & lib. 1. de Arte:

Quid fuerat commeritus Phineus ſua lumina natis?
Pœna reuerſura eſt in caput iſta tuum.

Plura ex Apollonio & Valerio Flacco ſuprà notauimus ad verſ. 267. vt & illud, quam *Idæam* Diodorus nouercam nominat, alibi *Harpalicen* dici.

ET THAMYRÆ, DEMODOCIQVE CAPVT] Fuere hi ambo muſici excellentes. De Thamyra, vel (vt alij ſcribũt) Thamyra, quem Lini diſcipulum facit Diodor. lib. 3. vocatque φύσει διαφέρουσα κεχορηγημένον) adſcribam Zenobij locum ex ἐπιτομῇ παροιμιῶν. Ὁ Θάμυρις τοιάδε ἐπὶ κάλλει διενεγκών, ἤρξατο πρῶτον ἐρᾷν ἀῤῥένων. ἀσκήσας δὲ κιθαρῳδίαν ταῖς Μούσαις ἤρισεν. συνθέμενος πρότερον, εἰ μὲν κρείττων εὑρεθῇ, πλησιάσειν πάσαις· εἰ δὲ ἡττηθῇ ὧν ἂν ἐκεῖναι θέλωσιν. ὑπέρτεραι δὲ αἱ μοῦσαι γενόμεναι, καὶ τῶν ὀμμάτων αὐτὸν καὶ τῆς κιθαρῳδίας ἐστέρησαν. hoc eſt, *Thamyris ob pulcritudinem multos ad ſeſe attrahens, cœpit primùm mares adamare Cithara verò muſicisq; excellens, Muſas in certamen vocauit; hac conditione, vt ſi ſuperior eſſet, ſingulis potiretur; ſin inferior, qua illæ vellent parte priuaretur. Superiores itaque Muſæ oculis ipſum citharaq; priuarunt.* Hæc ille. vbi obſeruandum, quod ait ἤρξατο πρῶτον ἐρᾷν ἀῤῥένων, idem affirmare Suidam & Lucianum. Nam alij Talonem Creteoſem primum Rhadamanthi pueri amore captum ferunt; alij alios. Ouidius noſter Orpheo tribuit abominandæ illius καταπυγοσύνης inuentum; quod tamen ad liberalem amorem refert Braſſicanus: quo etiam Socrates ingenioſos ſit complexus adoleſcentes:

Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorem
In teneros transferre mares.

Ceterùm certamen Thamyræ cum Muſis pluribus deſcribit Homerus in Catalogo:

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος·
Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διὸς Αἰγιόχοιο·
Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
Θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

Cui accedat Statius Papinius 4. Thebaidos v. 182. qui interpretis vice ſit:

Quos Helos, & Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas, mutus Thamyris damnatus in annos
Ore ſimul citharaq; (quis obuia numina temnat)

Propertius lib. 2. eleg. 22.

Me licet & Thamyræ cantoris fata ſequantur,
Numquam ad formoſas, inuide, cæcus ero.

Vide Pauſaniam in Phocicis & alibi, Tzetzen Chiliade 7. Hiſt. 108. Euſtathium in Homerum, diuerſa ab Homero narrantem, quæ Suidas ad Amyrio refert, quem alium fuiſſe equidem exiſtimo, conſtatq́ue è Diogeniano, Prou. Ἄμυρις μαίνεται. Ceterùm *Thamyrim* Sophoclis fabulam citat Athenæus libr. 1. δειπνοσ. & alibi. Porrò *Demodocus* citharœdus fuit antiquiſſimus, quem Homerus Odyſſ. 8. pulſatorem citharam in Alcinoi Phæacum regis conuiuio inducit:

Τὸν περὶ Μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε
Ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.

Illum in amore habuit, dedit ipſa bonumq; malumq;
Muſa, oculis capto dedit aurea plectra chelynq;.

Cæcum fuiſſe ait, at cauſſam cæcitatis non addit.

275. SIC ALIQVIS TVA MEMBRA SECET, SATVRNVS VT ILLAS SVBSECVIT PARTES, VNDE CREATVS ERAT] Hactenus exoculationem cæcitatemq́ue; nunc membrorum diſcerptionem mutilationemq́ue Ibidi imprecatur. Ac primò quidem Saturni, Cæli Terræque filij, exemplum; de quo ita Macrobius lib. 1. Saturn. c. 8. *Hunc aiunt abſcidiſſe Cæli patris pudenda, quibus in mare deiectis, Venerem procreatam, quæ à ſpuma, vnde coaluit, ἀφροδίτη nomen accepit.* Et paulò pòſt: *Propter abſciſſorum pudendorum fabulam, etiam noſtri eum Saturnum vocitarunt,* παρὰ τὴν σάθην, *quod membrum virile declarat, veluti Sathunnum.* Eleganter etiam Nonnus libr. 7. Dionyſiac.

Μὴ προτέρην μετὰ Κύπριν ἀμειρογάμου Κρόνος ἅρπῃ
Μήδεα πατρὸς ἔτεμνεν ὅτε πάλιν ἀφρὸς ἐχέφρων
Εἰς τόκον αὐτοτέλεστον ἄγων μορφούμενον ὕδωρ,
Ὀπλοτέρην ὤδινε θαλασσαίην Ἀφροδίτην;

Poſt primam Venerem lectos priuante iugales
Falce Dei, atque patris reſecante virilia, num tunc
Perfectum prudens formauit in æquore partum
Spuma, nouamq; dedit Veneremq; marinam?

Item alibi:

——Ὁππότε τέλσαντι γέρων Κρόνος, ὁππότε τέμνων
Ἄρσενα πατρὸς ἄροτρα, λεχώϊον ἤροσεν ὕδωρ,
Σπέρμα ἀπορραίνων θυγατρογόνοιο θαλάσσης.

277. NEC TIBI SIT TVMIDIS MELIOR NEPTVNVS IN VNDIS, QVAM CVI SVNT VISÆ FRATER ET VXOR AVES] Variant in altero verſu codd. Excuſi quidam *ſubita* pro *viſa*, & ita in manuſc. Georg. Berſmanni. Malim vulgatam. Intelligit autem Ceycem Trachiniæ regem, Luciferoſidere genitum, & Alcyonen Æoli filiam, Ceycis vxorem, quæ ob mariti naufragium dolore victa, in mare ſe præcipitauit, & in auem ſibi cognominem vnà cum Ceyce marito abijt. Ouid. 11. Metamorph.

——*Et tandem ſuperis miſerantibus, ambo*
Alite mutantur, fatis obnoxius iſdem
Tunc quoque manſit amor.

Illum adi nam copioſè & eleganter fabulam proſequitur. Adde Lucianum in Alcyone, Homeri item interpretem Iliad. 9. Seneca in Hercul. Oeteo v. 196.

——*Raptum coniux*
Ceyca gemit.

Et in Agamemnone v. 677.

——*Licet Alcyones*
Ceyca ſuum fluctu leuiter
Plangente foueant.

Addit Ouid. hîc: *Frater & vxor aues.* De vxore vidimus. fratrem habuit Ceyx Dædalionem. Huic Chione filia fuit, Dianæ præferre ſe auſa. Vindicauit ſe Diana, & *meritam traiecit arundine linguam.* Dædalion in filiæ rogum inſilire prohibitus, è Parnaſſo præcipitem ſe dedit:

——*Miſeratus Apollo,*
Cùm ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto,
Fecit auem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis, &c.

Viſæ ergò Ceyci frater & vxor aues; ille accipiter, hæc alcyone. Ex Ouidio 11. Metamorph.

279. SOLERTIQVE VIRO, LACERÆ QVEM FRACTA TENENTEM MEMBRA RATIS, SEMELES EST MISERATA SOROR] De Vlyſſe varijs à Neptuno tempeſtatibus iactato, ac liberato Leucotheæ beneficio atque auxilio Homerus Odyſſ. ε. vbi naufragium illud pluribus deſcribit:

> Τὸν δὲ ἴδεν Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνὼ
> Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα,
> Νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς,
> Ἥ ῥ' Ὀδυσῆ' ἐλέησεν ἀλώμενον, ἄλγε' ἔχοντα.
> *Leucothea hunc Ino vidit pulcerrima, Cadmi*
> *Filia, quæ mortalis erat priùs oreſonoq́,*
> *Nunc fortita Deûm eſt in fluctiuomo æquore honorem,*
> *Hæc triſtē miſerata vago in diſcrimine Vlyſſem eſt.*

Tzetzes in Lycophronem: ἀνέμων δὲ γενομένων ὀργῇ Ποσειδῶνος, κατεάχθη ἡ σχεδία δύο δὲ ὅλας ἡμέρας ἐνήχετο. τρίτῃ δὲ ἡ Λευκοθέα ἐλεήσασα αὐτὸν, δέδωκε τὸ κρήδεμνον αὐτῆς, μεθ' οὗ ἐξῆλθεν εἰς τὴν γῆν τῶν Φαιάκων. *Ventis à Neptuno excitatis naufragio Vlyſſes per duos integros dies iactatus eſt. Tertio verò Leucothea illius miſerta, velum porrexit, cum quo in Phæacum terram appulit.* Plura ibidem leges. *Sollertem virum* vocat Vlyſſem, alibi *experientem*, Homerus πολύτροπον, id eſt, συνετὸν ἢ πολλῶν ἔμπειρον τρόπων.

281. VEL TVA, NE POENÆ GENVS HOC COGNOVERIT VNVS, VISCERA DIVERSIS SCISSA FERANTVR EQVIS] Diſſimulanter Domitius diſtichon hoc, vt non intellectum, prætermiſit. Suſpicari tamen licet intelligi ab Ouidio Metium Fufetium (ita ſcribo) Albanorum ducem, quod & Zaroto atque Egnatio in mentem venit: de quo ita noſter 1. Triſt. eleg. 3.

> *Sic doluit Metius, tunc cùm in contraria verſos*
> *Vltores habuit proditionis equos.*

Et Virgilius 8. Æneid.

> *Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ*
> *Diſtulerant.*

Varro de Vita pop. Rom. l. 1. apud Nonium, verbo: *Diſtrahere*: *Metium Fufetium propter perfidiam interemit penè imperioſiùs, quàm humaniùs. Nam equis ad curriculum ex vtraque parte deligatum diſtraxit.* Meminit & L. Florus libr. 1. Auctor de Viris illuſtribus cap. 4. Paulus Oroſius, & alij. Nouum ſanè atque aſperum, dignum tamen proditoribus, ſupplicium. Vnde rectè ſubijcit Maro: *At tu dictis Albane maneres.* De quo ſupplicio lege Gellium libr. 20. Noct. cap. 1.

283. VEL QVÆ, QVI REDIMI ROMANO TVRPE PVTAVIT, A DVCE PVNICO PERTVLIT, IPSE FERAS] Aliàs *Romanos*, verùm nihil intereſt. De M. autem Atilio Regulo plena omnis hiſtoria eſt: *qui cùm legatus* (verba ſunt Auct. de Viris illuſt.) *de permutandis captiuis Romam miſſus dato iureiurando, ſi non impetraſſet, ita demum rediret, in Senatu conditionem diſſuaſit: reiectiſq́, à ſe coniuge & liberis, Carthaginem regreſſus: vbi in arcam ligneam coniectus, clauis introrſum adactis, vigilijs ac dolore punitus eſt.* Hæc ille. Verùm alij aliter de eius ſupplicio. Cicero Orat. in Piſonem *illigatum in machina* ſcribit. Et Valerius Max. lib. 9. cap. 2. *Machina, in qua vndique præacuti ſtimuli eminebant, incluſum.* Seneca epiſt. 68. machinam illam *arcam* nominat; & epiſt. 99. *crucem*, ob ſupplicij videlicet atrocitatem, vt ad Horatium explicat Læuin. Torrentius. malè enim hinc quidam & ex Floro l. 2. cap. 2. Regulum in crucem actum com-

A miniſcuntur. Nec illud inter auctores conſtat, an ſomno diu prohibitus, atque ita vita priuatus fuerit, vt è Tuditano refert A. Gellius libr. 6. cap. 4. nam diuerſa narrat Tubero, apud eumdem, his verbis: *In atras & profundas tenebras eum claudebant; ac diu poſt, vbi erat viſus ſol ardentiſſimus, repentè educebant, & aduerſus ictus ſolis oppoſitum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque eius, ne conniuere poſſent, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant.* Variat & Tzetzes Chiliad. 3. his verbis:

> Τὰ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν μαχαίρᾳ συντεμόντες
> Ἠνεῳγμένους εἴασαν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκείνου.
> Μικρᾷ δὲ τοῦτον εἵρξαντες καλύβῃ στενωτάτῃ
> Ἄγχιον ἐξοιστρήσαντες ἐλέφαντα θηρεῖον,
> Ἐκίνουν τοῦτον κατ' αὐτοῦ συγκατακατατρῶν καὶ ξέειν.

285. NEC TIBI SVBSIDIO PRÆSENS SIT NVMEN, VT ILLI CVI NIHIL HERCÆI PROFVIT
B ARA IOVIS] Priamus, Laomedonte & Leucippe natus, poſt filios omnes (quos quinquaginta numerant) à Pyrrho occiſos ad aram Iouis Hercæi, quod patrium Priamo numen erat, tanquam victima Pyrrhi manu cecidit. Teſtes de noſtris Virgilius 2. Æneid. Cicero Tuſc. 1. *Priamum autem tanta progenie orbatum, cùm in aram confugiſſet, hoſtis manus interemit.* De Græcis, Euripides in Troadibus, Pauſanias in Meſſenicis ac Corinthiacis, Quintus Smyrnæus lib. β παραλειπομένων, Tryphiodotus ἐν Ἰλίου ἁλώσει, qui & ſimilem caſum Pyrrhi ſeu Neoptolemi (nomen id à Phœnice Achillis magiſtro accepit) referunt. Nam cùm iugulato Priamo domum reuerteretur, proditione Macarei, ab Oreſte ad aram Apollinis Delphici obtruncatus eſt. Hinc
C prou. *Neoptolemi vindicta*, de quo in Meſſen. Pauſanias: Νεοπτολέμῳ τῷ Ἀχιλλέως ἀποκτείναντι Πρίαμον ἐπὶ ἐσχάρας τοῦ Ἑρκείου, συνέπεσε καὶ αὐτὸν ἐν Δελφοῖς πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀποσφαγῆναι. Καὶ ἀπὸ τούτου τὸ παθεῖν ὁποῖόν τις καὶ ἔδρασε, Νεοπτολέμειον τίσιν ὀνομάζουσιν. *Cùm ad Hercæi Iouis aram Neoptolemus Priamum iugulaſſet, ipſi poſtea accidit, vt ad Apollinis Delphici aram interimeretur. Vnde quoties, quæ quis alterum affecit iniuria, eam ipſe paſſus, Neoptolemeam vltionem dicunt.* Alia de Priami cæde opinio eſt Seruij in 2. Æneid. Ceterùm *Iupiter Hercæus intra ſeptum domus cuiuſq, colebatur, quem etiam Deum penetralem appellabant*, auctore Feſto. ἕρκος enim ſeptum eſt. Harpocration: Ἑρκεῖος Ζεύς, ᾧ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ αὐλῇ ἱδρυμένοι· τὸ γὰρ περίβολον ἕρκος ἔλεγον. Eadem Suidas habet: pro αὐλῇ tantùm αὐλῇ ibi legitur.
D Heſychius Ἑρκεῖον Δία interpretatur τὸν ἐφέστιον, ἢ τὸν κατὰ τὴν οἰκίαν. Et ita penates à Græcis vocatos notat Dionyſ. lib. 1. Orig. Roman. Meminit Iouis huius Ἑρκείου ſiue Ἑρκίου (nam & ita lego) Plato in Euthydemo, Dinarchus apud Harpocrationem, Sophocles in Antigone. Ex quibus patet manifeſtò Ful. Vrſini error, in Smyrnæo pro Ἑρκείου ποτὶ βωμὸν ſcribentis Ἑρμείου; & in Tryphiodoro pro Ἑρκείοιο Διὸς μεγάλοιο παρὰ βωμῷ, ſubſtituentis Ἑρμείοιο; Notus in Virgilium.

287. VTQVE DEDIT SALTVS À SVMMO THESSALVS OSSA, TV QVOQVE SAXOSO PRÆCIPITERE IVGO] Leg. *Theſſalis* Somnia ſunt, quæ de Hæmone & Theſſalo filio eiuſdem narrat Domit. qui cùm Theſſaliam imperio teneret, ab Euryalo aduena ex Oſſa monte in præceps datus ſit: quæque de Theſſalo Theſſaliæ rege à ſuis præcipitato habet Zarotus. Fabulam, ſeu hiſtoriam manis, Plu-

tarchus memorat, & Apollonij interpres; diuinatricem quandam, Aglaonicem nomine Egemonis Theſſali filiam, cùm in Oſſa monte Lunæ coitus obſeruaret, in iudicio conuictam, à mulierculis, exiſtimantibus ab ea Lunam cælo deduci, grauiſſimis affectam ſupplicijs, & ex Oſſa præcipitatam. Ita Alciatus in lib. 10. Cod. Iuſtinianei.

289. AVT VELVT EVRYALI, QVI SCEPTRVM CEPIT AB ILLO. SINT ARTVS AVIDIS ANGVINVS ESCA TIBI] Adſcribam, quæ Domitius de Euryalo iſto hîc ſcripſit: qui cùm Theſſali cæde purgare non poſſet deditum Stygiæ paludi caput, à ferialibus anguibus dicitur abſumptus. Paria è veteri Commentatore profert Zarotus. Aliud habet, Euryalum Ioni filium, vino depoſitum, filiam ſtupraſſe, ideoque ab anguibus abſumptum. Auctorem laudat Gallum poëtam:

Ionides vti cupiens pro coniuge nata,
Vinum cauſſa fuit, anguibus eſca datur.

Vtrumque incertum, & ſine auctore: amplius ergo quærendum.

291. VEL TVA MATVRET, SICVT MINOIA FATA, PER CAPVT INFVSÆ FERVIDVS HVMOR AQVÆ] Adſcribam hiſtoriam è Conone Narrat. 25. apud Photium: *Minos*, inquit, *Iouis & Europæ filius, Cretam rex tenuit, Dædalumq; quæſiturus claſſe inſtructa, nauigauit in Sicaniam, (quæ hodie Sicilia) vbi à Cocali eius illius regis filiabus eſt interfectus. Natio hinc Cretenſium regis ſui cædem vltura, bellum aduerſus Siculos ſuſcepit. Sed victi Cretes, cùm domum redeunt, ad Iapygas tempeſtate delati ſunt, ibiq; tum ſedes fixerunt, Iapyges pro Cretenſibus facti.* Plura Pauſanias Achaicis, Herodotus, & Plutarchus in Theſeo. Tzetzes Chiliade 1. hiſt. 19.

Ὁ Δαίδαλος δ᾽ εἰς κάμινον σώζεται Σικελίας,
Τοῦτον δὲ Μίνως ἐκζητῶν, ἦλθεν ἐς Σικελίαν,
Ὑπὸ τῶν θυγατέρων δ᾽ θνήσκει τῶν τοῦ Κωκάλου,
Ζέμα θερμὸν περιχεθεὶς καὶ περιψυκτικὰ ψύξας.

Ait Dædalum in Siciliam delatum, atque in Siciliæ camino ſeruatum fuiſſe; quæſitumq; à Minoë, qui Siciliam ingreſſus à Cocali filiabus aqua calida in caput infuſa, ac mox refrigerata fuerit extinctus. Allegoriam hiſtoriæ ſiue fabulæ idem auctor proponit. Diodorus Minoëm à Cocalo in thermis clauſum ac ſecretò detentum auctor eſt, atque ita vapore earumdem confectum.

293. VTQVE PARVM MITIS SED NON IMPVNE PROMETHEVS AERIAS VOLVCRES SANGVINE FIXVS ALAS] De Prometheo decantatiſſima fabula eſt, quam eleganter ac lepidè ſuo more perſtringit Lucianus. Hunc Iupiter, quia ignem dijs furtim ſubduxerat ac mortalibus dederat, in Caucaſo monte vinculis alligauit, aquila propè adſtante, pectuſque depaſcente. Cùm *fixus* dicit Ouidius, clauis affixum inſinuat, vti Apollodorus libr. 1. auctor. Alij catenis ad rupem religatum ferunt. Martialis in ſpectaculis: *Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus.* Vide Pauſaniam in Corinthiacis, Heſiodum in ἔργοις, eiuſque Scholiaſten Proclum, Hyginum, & alios. Meminit Catullus de Pelei & Thetidos nuptijs:

Poſt hunc conſequitur ſollerti corde Prometheus,
Extenuata gerens veteris veſtigia pœnæ,
Quam quondam ſilici reſtrictus membra catena
Perſoluit, pendens è verticibus præruptis.

Propertius lib. 2. eleg. 1.

A *Idem Caucaſea ſoluet de rupe Promethei*
Brachia, & à medio pectore pellet auem.

Μυθολογίαν fabulæ habes apud Platonem in Protagora, Apollonij interpretem, lib. 2. ex Agrœta rerum Scythicarum ſcriptore, Theophr. & Herodoto, Aphrodiſeum in Problematibus, ac Seruium in eclog. 6. *Caucaſeaſq; refert volucres furtumq; Promethei.* Porrò *parum mitem* cur vocet, quærit hîc Sanctius. At quia fruſtrà quærit, *parum metes*, id eſt parum prudens, quaſi parum Prometheus, legendum pronuntiat. Iterùm fruſtrà, ne dicam ineptè. cùm μῆτις Græcè non ſit *prudens*, ſed prudentia, σύνεσις, βουλή, idem quod μῆτιμα. *Parum* ergo *mitis* Prometheus fuit, qui prodeſſe hominibus volens, obfuit maximè: vtpote dijs iratis, qui nouam febrium
B morborumque turbam terris immiſerunt. Ita rectè Zarotus.

295. AVT VELVT ETRACIDES MAGNO TER AB HERCVLE QVINTVS, CAESVS IN IMMENSVM PROIICIARE FRETVM] *Etracides*, ms. *Ecracides* nullo vel portentoſo ſenſu. Tu lege *Atracides*, prono librariorum lapſu, & intellige *Cæneum* Theſſalum, ſic dictum ab Atrace Theſſaliæ opido, de quo Stephanus περὶ πόλεων, dict. ἄτραξ. Numeratur *Cæneus* poſt Herculem decimus quintus, inter αὐτόχειρας, qui violentas ſibi manus intulerunt. Nomina eorum ſunt *Aegeus, Euenus, Aiax, Lycurgus, Macareus, Agrius, Menœceus, Niſus, Climenus, Hercules, Cinyras, Adraſtus, Hipponeus, Pyrrhamus, Oedipus & Cæneus.* Ita recenſet ea Hyginus cap. 242. & qui primus ex eodem locum hunc reſtituit, Ioan. Hartungus Decur. 2. cap. 7. §. 2. Alibi aliud de Cæneo lego, πρότερον
C γεγονέναι γυναῖκα, εἶτα Ποσειδῶνος αὐτῇ πλησιάσαντος μεταβληθῆναι εἰς ἄνδρα. οὗτος δὲ ἄτοπος καὶ ἀσεβείας. ἔπηξε δὲ καὶ ἀκόντιον καὶ ἐσιχεῖθη. οὗτος ἐκέλευε τοὺς παριόντας ὀμνύναι τὸ δόρυ αὐτοῦ. ὅθεν ἡ παροιμία, τὸ Καινέως δόρυ. Ex Apollonij Scholiaſte lib. 1. §. 4. Alij cum Centauris pugnantem, cùm lædi ferro non poſſet, arborum mole oppreſſum, viuumque in terram detectum narrant. Ita Didymus in Iliad. α. Vide Ouid. 13. Metamorph.

297. AVT VT AMANTIADEM TVRPI DILECTVS AMORE ODERIT, ET SÆVO VVLNERET ENSE CAPVT] *Amantiadem*: ſic Domitium legiſſe apparet, nam de Celino & Satillo interpretatur, Amanti, inquit, filio: at quia ſine auctore, pro ſomnio habeo. In Ouidio, quem citat, *Celmus* legitur 4. Metamorph. qui Ioui iratus, cùm eumdem mortalem pronuntiaſſet, in adamantem mu-
D tatus eſt. At aliò reſpexiſſe Ouidium certum eſt. Alij *Abantiadem* legunt, & neſcio quid de Cherino Abantis filio, cuius amore Satillus deperierit, confingunt, neque etiam auctorem, qui id confirmet, idoneum laudant. Verior eorum lectio, qui *Amyntiadem* ſubſtituunt. Philippus namque Amyntæ Macedonum regis ex Eurydice filius, cùm Pauſaniæ Macedonis querimoniam de ſtupro, quod primis pubertatis annis per iniuriam paſſus ab Attalo Philippi amico, alijſque fuerat, cum riſu ſpreuiſſet, verſa in Philippum ira ab adoleſcente ipſo nemini ſuſpecto in tranſitu obtruncatus eſt. Ita ferè Iuſtinus lib. 9. Diodorus libr. 16. Plutarchus in Alexandro & Ariſtot. libro 5. Politic. Adde Bapt. Pium Annotat. Poſter. cap. 12. Ioan. Brodæum lib. 1. Epigrammatum Græc. εἰς ἀνδρείαν, &c., ne quem laude ſua fraudem, Zarotum hîc, qui triplicem lectionem

nem proponit & explanat. Quare non eſt, quo glorietur Pius primò lectionem hanc à ſe inuentam, prius etiam quàm Codrus Vrceus Sermones ſuos ederet. In altero verſu ſuam ſibi laureolam habeat Pius, dum legit. *Et ſaxo vulneret enſe puer*: cùm puer adhuc Pauſanias ab Attalo ſtuprum fuerit paſſus. Id quidem verum: at Ouidius non de iam puero loquitur, ſed de trucidatione à Pauſania facta, cùm ætatis prouectioris eſſet. Addit ab aliis legi: *Et ſcalpto vulneret enſe puer*: gladio enim inſculptas quadrigas habente ferunt interemptum Philippum.

299. NEC TIBI PIOA MAGIS MISCERI POCVLA POSSINT, QVAM QVI CORNIGERO DE IOVE NATVS ERAT] Alexandrum veneno ſublatum multi tradiderunt, quos ſecutus hîc eſt Ouidius. Inſidiarum ac mortis auctor Antipater fuit, Caſſandro filio, (qui cum fratribus Philippo & Iolla miniſtrare regi ſolebat) ad regem miſſo dato que veneno: cuius tanta vis fuit, vt non ære, non ferro, non teſta contineretur, nec aliter ferri, niſi in vngula poterit. Philippus & Iollas temperare & prægustare potum regis ſoliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatam potioni ſuperniſerunt. Ita ferè Iuſtinus lib. 12. extremo. Ab Iolla datum venenum ſcribit Arrianus, à Caſſandro Suidas: καὶ ὑπὸ Κασάνδρου τοῦ ἰδίου σωματοφύλακος φάρμακον δεξάμενος, ἀνῃρέθη. καὶ οὕτως ἐπὶ τοσούτοις κατορθώμασι τὸν βίον μετήλλαξεν. Plura Plutarchus Alexandro, & Zonaras, qui opiniones omnium de morte eius diligenter collegit. Adde quæ in vnum contulit Andr. Schottus, elegantiſſimi & candidiſſimi vir ingenij, in Vitis parallelis Ariſtot. & Demoſth. ad Olymp. 114. an. 1.

QVAM QVI CORNIGERO, &c.] Lucanus lib. 9.

——Stat corniger ille
Iuppiter, vt memorant, ſed non aut fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Ammon.

Corniger dictus à ſimulacro, quod Ioui Ammoni poſuit Liber pater. Seruius in illud Æneid. *Hic Ammone ſatus* &c. Ammonis filius ſalutatus fuit Alexander. Vnde *prolem Garamantici Tonantis* vocat Sidon. Apollin. Carm. 9. Vide Iuſtinum lib. 12. Curtium lib. 10. Gellium 13. Noct. c. 4. & Ælian. 2. *var. hiſt.* cap. 19.

301. MORTE VEL INTERRAS CAPTI SVSPENSVS ACHÆI, QVI MISER AVRIFERA TESTE PEPENDIT AQVA] Variant in pentametro codd. In quibuſdam eſt *triſte* pro *teſte*, & ita Alciat. 10. Parerg. c. 24. atque ad furcam refert, ſiue crucem, ſupplicij genus priſcis etiam vſurpatum; eoque affectum fuiſſe Hiſtiæum Mileſium à Sardium præfecto Artapherne auctor eſt Herodotus l. 5. De hoc Ouidij verſus capiédos opinatur Alciat. & *Achæum* dictum, quòd Miletus Græcorum Ionum colonia eſſet. At longiùs petita iſtæc eſt interpretatio. Alij itaque *triſte* legunt: ego *teſte* retineo, & in priori verſu *more*, vt nonnulli præferunt libri. De *Achæo* ab Antiocho capto & ſuſpenſo locum intelligendum vidit Zarotus: in Pactolo verò fluuio ſuſpenſum fuiſſe, etiam Domitij commentum eſt. *Achæus* ergo, de quo hîc ſermo, Andromachi filius fuit, qui è Sardium arce, in qua obſeſſus ab Antiocho rege tenebatur, Bolidis Cretenſis proditione deductus, Antiocho ipſi traditus eſt cruciandus. Cumque variæ ac diſcrepantes ſuper ſupplicio il-

A lius fuiſſent ſententiæ, viſum demum eſt, vt miſero Achæo primum membra extrema mutilarentur, reliquum deinde corpus amputato capite, culleoque aſinino inſuto, ſuſpenderetur. Ita Polyb. lib. 8 cuius iudicium fecit Paulus Leopardus lib. 1. Miſcellan. cap. 20. Verba ſunt: καθιζόντων δὲ συνεδρίου, πολλοὶ μὲν ἐγίγνοντο λόγοι περὶ τοῦ τίνι δεῖ κατ' αὐτοῦ χρήσασθαι τιμωρίας. ἔδοξε δ' οὖν, πρῶτον μὲν ἀκρωτηριάσαι τὸν ταλαίπωρον. μετὰ δὲ ταῦτα, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντας αὐτοῦ, καὶ καταρράψαντας εἰς ὄνειον ἀσκὸν ἀνασταυρῶσαι τὸ σῶμα. Miſer itaque Achæus pependit aurifera aqua teſte, non in Pactolo ipſo, vt nugantur Domit. & Zarotus, ſed illo quaſi teſte & inſpectore, vtpote Sardibus vicino, vt primus vidit Belgij ſol, I. Lipſius lib. 1. de Cruce cap. 4. Sed & ex Boëthij verſibus, à Zaroto laudatis at malè

B intellectis, id manifeſtum:

Antiochus capit, & victum ſuſpendit Achæum:
Vnda tibi hæc, credas, aurea teſtis erit.

Porrò *auriferam aquam* dixit, vt *auriferum amnem* Tibullus, Pactolum intelligens Lydiæ amnem, quem aureas voluere arenas fabulantur. inde χρυσοῤῥόας dictus. Apollon. interpres in lib. 4. n. 80.

303. AVT VT ACHILLEIDEM COGNATO NOMINE CLARVM, OPPRIMAT HOSTILIS TEGVLA IACTA MANV] Pyrrhus rex Epeirotarum, paterno genere ab Achille; materno ab Hercule oriundus fuit. auctor Scriptor de Viris illuſtr. cap. 35. Vbi notat Schottus, à Iuſtino Achillis filium dici. Vtrumque verum, ſed de alio atque alio Pyrrho. Primus Achillis fuit filius, is à quo Epeirotici regni origo, quemque Oreſtis inſidijs Delphis inter altaria Dei intereiſſe dixi ſup. ad verſ. 285. Succeſſere ex ordine

C Pilades & Arymbas; Arymbæ Neoptolemus; huic Alexāder filius. Et hinc deinde ad Æacidem Alexandri fratrem regnum venit, qui Pyrrhum, filium (de quo hîc Ouidius) bimum reliquit. Ita Iuſtinus lib. 17. Is Pyrrhus eſt, de quo Auctor de Viris illuſtrib. qui cùm imperium orbis agitaret, in Romanos, Siculos, Græcoſque mouit. Repulſus à Spartanis, in Græciam regreſſus, dum Argos oppugnat, ictu tegulæ proſtratus eſt. Sic ille. Strabo lib. 8. Plutarch. in vita, & Polyænus κεραμίδα *teſtam* nominant; Iuſtinus lib. 25. Probus cap. de Regibus, & Oroſ. lib. 4. cap. 2. *ſaxum*. In loco etiam variant. Plutarch. in vrbe, in foro Polyænus, Iuſtinus, extra vrbis muros id factum ſcribunt. Sed Polyæni locum elegantem è lib. 8. Strategem. lubet adſcribere: Πύρρος Ἠπειρώτης ἐνέβαλεν εἰς Ἄργος, καλέσαντος

D αὐτὸν Ἀρισέως Ἀργείου. οἱ μὲν Ἀργεῖοι συνέδραμον εἰς ἀγορὰν μετὰ τῶν ὅπλων. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν προκαταλαβόμεναι τὰ στέγη, τοὺς Ἠπειρώτας ἄνωθεν βάλλουσαι, ἀναχωρεῖν ἐβιάζοντο. ὡς τε καὶ Πύρρος ὁ δεινότατος τῶν στρατηγῶν αὐτὸς ἐπῄει, ἐμπεσοῦσα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κεραμὶς, &c. Locus facilis eſt, nec verſione eget. Paria habet Pauſan. Atticis, qui, cùm fugientes Argiuos in vrbem inſequeretur, tegulę ictu à muliercula occiſum Pyrrhum memorat. addit affirmare Argiuos, non muliierculam illam fuiſſe, ſed Cererem, ſumpta mulieris forma.

305. NEC TVA QVAM PYRRHI FELICIVS OSSA QVIESCANT, SPARSA PER AMBRACIAS QVA IACVERE VIAS] Sebaſt. Corradus eruditis vaſtiſque in 1. Æneid. Commentarijs de ſuperiori Pyrrho iſta intelligit. Et certè conſtat quidem Pyrrhum illum Epeirotam, vbi in manus Antigoni

fecerunt loci illius principes Oenomaus cum ſucceſſore Pelope, & filijs Pelopis. Addit Geographus & Salmoneum hoc in loco imperitaſſe. De Milone Piſano, quod huc pertineat, nihil adhuc legi. Interpres vetus, ex eoque Domitius ac Zarotus Piſanis imperaſſe ferunt, ab iiſdemque, cùm variis cruciatibus afficerentur, in Alpheum fluuium, Piſan præterfluentem, demerſum. A

339. QVÆQVE IN ADIMANTVM PHILESIA REGNA TENENTEM A IOVE VENERVNT, TE QVOQVE TELA PETANT] *Adimanti*, ſed alterius, mentio eſt apud Platonem in Parmenide : alterius, apud Polyb. libr. 4. vt notat hîc Micyllus. Alterius item *Adimanti* meminit Xenophon l. 1. ἑλλην. Diod. Siculus, Æmil. Probus in Alcibiade, cuius in bello ſocius fuit. Suidas Corinthiorum ducem fuiſſe, & à Comicis ob malitiam traductum ſcribit. Vetus interpres *Adimantum* iſtum Phyletiæ regem facit, ſiue, vt alii volunt, Theſſaliæ (vnde fortè *Phylleia regna* hîc legeris rectiùs à Phyllide Theſſaliæ regione) qui cùm Ioue maiorem ſe putaret, fulmine ictus interierit. Ita ille, & qui ſcrinia illius compilarunt Domitius ac Zarotus. Ego, quod iis addam, non habeo. B

331. AVT VT AMASTRIACIS QVONDAM LENÆVS AB ORIS, NVDVS ACHILLEA DESTITVARIS HVMO] *Amaſtris* vrbs Paphlagoniæ, quæ Ponti pars eſt, ὁμώνυμος τῆς συνῳκηκυίας πόλεως, *de conditoris nomine appellata*, ab *Amaſtride* videl. de qua Strabo lib. 12. ἦν δ' ἡ Ἄμαστρις γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δὲ Ὀξυάθρου τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ τοῦ κατ' Ἀλέξανδρον. Eadem Steph. περὶ πόλεων, in quo tamen corruptè eſt Σικελίας pro Ἡρακλείας, vt rectè Micyllus. Ceterùm Ponti regionem, & in ea Amaſtrin, Mithridates tenuit: à quo Dionyſium Heracliæ tyrannum, Lenæum cognomento, pulſum ſcribit hîc Domitius; confugiſſeque in locum, quem Ἀχιλλέως δρόμον, *Achillis curſum* nominant, atque inibi deſertum à ſuis & deſtitutum omni ope miſerè contabuiſſe ac periſſe. C

333. VTQVE VEL EVRYDAMAS TER CIRCVM BVSTA THRASYLLI, EST LARISSÆIS RAPTVS AB HOSTE ROTIS] Fuit qui hoc modo interpretaretur, Codro teſte, *Eurydamas*, inquit, fuit Hector, quaſi latè domans, & *Thraſyllus* Patroclus. Acutè ſcilicet, at longè à vero. Res ita habet: Eurydamas vates cum Thraſyllo in contentionem venit, vicit, & interemit: Thraſylli verò fratris mortem vltus eſt Simon Lariſſæus, tractuſque curru circa Thraſylli buſta Eurydamas: ex more à Theſſalis recepto, vt amicorum interfectores circum cæſorum tumulos raptarentur. Eadem fortè Apollonio ſuo Callimachus imprecatus fuit quæ hîc Ibidi Ouidius. Refert Didymus, Homeri Commentator Iliad. χ. ex eo hîc Micyllus, ante Micyllum Codrus Vrceus Serm. 1. Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν, ὅτι πατρίῳ ἔθει Θετταλοὶ τοὺς τῶν φιλτάτων φονέας σύρουσι περὶ τοὺς τῶν φονευθέντων τάφους. Σίμωνα γάρ φησι Θεσσαλὸν τὸ γένος Εὐρυδάμαντα τοῦ Μειδίου σῦραι φασὶν ἀποκτείναντα Θράσυλλον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Ecce *Thraſymum* nominat, qui *Thraſyllus* Ouidio, niſi vitioſa lectio eſt. D

335. VEL QVI, QVÆ FVERAT TVTATVS MOENIA SÆPE, CORPORE LVSTRAVIT NON DIVTVRNA SVO] De Hectore capio, Priami & Hecubæ filio, Troianorum fortiſſimo, qui, cùm à Græcis premerentur atque intra vrbis muros concluderentur Troiani, ſolus ferè Achillis impetum ſuſtinuit, cum quo congreſſus, primò fugæ ſe dedit; regreſſus mox, Achillis manu cecidit; qui Hectorem pedibus perterebratum, ac loro alligatum currui, ad naues vſque pertraxit. Ita Homerus Iliad. 22. extremo. Scribit idem poëta Iliad. vlt. poſtea ter circum Patrocli ſepulcrum raptatum Hectorem:

> Αὐτὰρ ὅγ' ἐπεὶ ζεύξειεν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους
> Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν·
> Τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο θανόντος.

Virgil. 1. Æneid.

> *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,*
> *Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.*

Idem 2.

> *In ſomnis ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector*
> *Viſus adeſſe mihi, largoſque effundere fletus,*
> *Raptatus bigis, vt quondam, aterque cruento*
> *Puluere, perque pedes traiectus lora tumentes.*

Vetus poëta:

> *Vidi, videre quod me paſſa ægerrumè,*
> *Hectorem curru quadriiugo raptarier.*

Ceterùm raptatum hoc modo ab Achille Hectorem è more patrio ſcribit Homeri Scholiaſtes, ὡς Θεσσαλὸν οὖν καὶ τὸν Ἀχιλλέα πεποιήκασι, τοῦτο ποιῆσαι. Non ergò crudelitate aliquid factitauit, cùm & Eetionem à ſe occiſum vnà cum armis honorificè ſepelierit, ἀλλ' ὅτι πρότερος ὁ Ἕκτωρ εἰς τὸν Πάτροκλον αἰκίαν μήσατο ἔργα. Vide notata ad verſum præcedentem.

337. VTQVE NOVVM PASSA EST GENVS HIPPOMENEIDE POENÆ, TRACTVS IN ACTÆA FERTVR ADVLTER HVMO] Aliàs *Hippomeneia*, non malè. Hoc nomine appellatam inuenio Limonem, Hippomenis filiam; errat que interpres vulgatus, qui *Hippomeneiam* vocatam mutato nomine exiſtimat, quæ antea Limone fuerit dicta. Hiſtoria autem ſic habet: Hippomenes XVII. Athenienſium rex, teſte Euſebio in Chronicis, filiam Limonem à ciue quopiam vitiatam, vnà cum equo in domicilio concluſit, neutri alimentum ſuppeditans. Quare equus in rabiem actus, puellam viuam deuorauit. Vnde Prouerb. ἀσεβέστερος Ἱππομένους, apud Diogenianum ἐν τῇ παροιμιῶν συναγωγῇ. Hiſtoriam Suidas refert, qui & locum ipſum ἵππου καὶ κόρης inde nominatum ſic ſcribit: Ἱππομένης Ἀθηναίων ἄρχων· ὃς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς δι' αἰτίαν τοιάνδε· τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, ὑπό τινος τῶν ἀστῶν αἰσχυνθεῖσαν λαβών, ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν εἰς οἴκημα δήσας σὺν ἵππῳ, καὶ τροφὴν οὐδετέρῳ εἰσέπεμπεν· πιεσθεὶς οὖν λιμῷ ὁ ἵππος ἐφορμήσας τῇ παιδὶ ἀνήλωσε ταύτην, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε μετὰ ταῦτα ἀποκλεισθεὶς αὐτοῦ τῆς οἰκήσεως, ἀφ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο ἵππου καὶ κόρης. Porrò adulterum equis diſcerptum, præter Ouidium hîc, meminit Ælianus de varia hiſtoria libr. 14. cuius verba inf. ad verſ. 463. adſcripſi.

341. VISCERA SIC ALIQVIS SCOPVLVS TVA FIGAT, VT OLIM FIXA SVB EVBOICO GRAIA FVERE SINV] Nauplius Neptuno genitus & Amymone Danai filia, ſi Scholijs Apollonij credimus, in vltionem Palamedis filij, quem Græci ad Troiam Diomedis & Vlyſſis ingenio ductum lapidibus obruerant, Græcorum vxores vt ſtuprarentur effecit, decemque Cretæ ciuitates cepit, ac funditus euertit: denique naues Græcorum in grauiſſimum

A mum naufragium coniecit. Nã redeuntibus Troia expugnata domum naufragioque laborantibus, facula accẽſa fallaci, igne ſignum è Caphareo promontorio extulit, naueſque in cæca ſaxa pertraxit, ſcopuliſque alliſit: vbi *pater Iu Caphareis ſaxis pleros Achiuos perdidit*, vt ait Pacuuius in Duloreſte, apud Priſcianum lib. 5. Refert Smyrnæus libr. 14. Ναυπλίου ab Homero verſ. 620. Strabo lib. 8. Geographiæ, Seruius Honoratus ad illa verba Virgilij, (qui, vt & Strabo, cladem illam Mineruæ tribuit:)

Sic triſte Mineruæ
Sidus & Euboicæ cautes, vltorq́ Caphareus.

Euripides item in Helena, Seneca in Agamemnone, Idem in Medea Nauplium etiam è Caphareis ſcopulis cecidiſſe, ſubmerſumque indicat:

Igne fallaci nocturnus Argis
B *Nauplius, præceps cadit in profundum.*

Meminit Propert. lib 3.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,
Naufraga cùm vaſto Græcia tracta ſalo eſt.

Vide notata inf. ad verſum 622.

343. VTQVE FEROX PERIIT, ET FVLMINE, ET ÆQVORE, RAPTOR, SIC TE MERSVRAS ADIVVET IGNIS AQVAS] *Raptus* è ms. quidam legunt: ego nihil muto. *Raptorem* enim vocat Aiacem Locrenſem, Oilei & Rhenæ filium, ob ſtupratam in templo Palladis Caſſandram. Quæ & ipſi & Græcis exitij cauſſa fuit, cùm euerſa Troia in patriam reditum maturarent. Aiax namque fulmine in acutum Capharei ſcopulum illiſus eſt, naueſque, mare Euboicum concitante Pallade, diſſipatæ, vt iam diximus: licet Nauplio cladem illam alij adC ſcribant. Iuno apud Virg. 1. Æneid.

——Pallaſne exurere claſſem
Argiuûm, atque ipſos potuit ſubmergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Disiecitq́ rates, euertitq́ æquora ventis:
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloq́ infixit acuto.

Vide ibi Seruium. Sidonius Panegyrico Maiorani:

Nec ſic intortum violata Phœbados vltrix
In Danaos fulmen iacit, cùm Græcia Troiæ
Noctem habuit, ſimilemq́ facem, fixuſq́ Capharei
Cautibus inter aquas flammam ructabat Oileus.

Proſequitur pulcrè iſta Homerus Odyſſ. 4. qui ad Gyræas petras Locrenſium multos refert interijſſe, enataſſe verò & conſediſſe in ijs Aiacem: at cùm ſe iactaret, ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης, *En iſſe mare diis fruſtrà obſtantibus æſtum*; indignatum D Neptunum, Aiacemq́ue conſciſſo diuiſoque ſcopulo perijſſe, ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ, *ſalſas poſtquam bibit vndas.* Seneca in Agamemnone verſ. 540. ex Homero tranſcripſit:

Tandem occupata rupe, furibundùm intonat,
Superaſſe nunc ſe pelagus atque ignes: iuuat
Viciſſe cælum, Palladem, fulmen, mare.

Et interiectis paucis:

——Plura cùm auderet furens,
Tridente rupem ſubruit pulſam pater
Neptunus, imis exerens vndis caput,
Soluitq́ montem; quem cadens ſecum tulit,
Terraq́ & igne victus & pelago iacet, &c.

Ecce *terra igne & pelago victum Aiacem* memorat; noſter *perijſſe & fulmine & æquore.* Euripides in Troad. de eadem re:

Καὶ Ζεὺς μὲν ὄμβρον καὶ χάλαζαν ἄσπετον
Πέμψει, ζοφώδη τ' αἰθέρος φυσήματα.
Ἐμοὶ δὲ δώσειν πῦρ κεραύνιον λέγει,
Βάλλειν Ἀχαιούς, ναῦς τε πιμπράναι πυρί.

Plura Tzetzes in Lycophronem, Didymus in Homerum Iliad. ν'. ex Callimachi Ætijs, Plutarch. in Sertorij vita.

345. MENS QVOQVE SIC FVRIIS VECORS AGITETVR, VT ILLI, VNVM QVI TOTO CORPORE VVLNVS HABET] De Marſya intelligendum videri ſcribunt hîc Domitius ac Zarotus. Ineptè. Neq; enim ille in furias verſus legitur. Aiacem ergò Telamonium intelligit Ouidius, vt rectè notat Micyllus, de quo è Didymo ſiue Tarrhæo ita ſcribit Zenobius in Αἴαντος γέλως: ὁ Αἴας παραφρονήσας, καὶ μανεὶς διὰ τὸ προτιμηθῆναι τὸν Ὀδυσσέα, εἰς τὴν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων κατοχὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ξιφήρης ὥρμησε, καὶ κατὰ τῶν βοσκημάτων περιπεσὼν ἔκτεινεν πάντας, ὡς Ἀχαιοὺς τούτους φονεύων. δύο δὲ μεγίστους κριοὺς κατασχὼν, ὡς Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον δεσμεύσας ἐμάστιξε, καὶ κατεγέλα τούτων μαινόμενος. ὕστερον δὲ σωφρονήσας ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. *Aiax, quòd in Achillis armorum ſucceſſione prælatum ſibi Vlyſſem videret, amens factuſq́ diſtricto in Græcos enſe ſæuiebat. At ſortè fortuna in gregem pecorum incidens, eaius Achiuos eos eſſe, trucidabat. Duos verò maximos ſuſpendens arietes, velut Agamemnonem & Menelaum, vinctos flagris cædebat, eiſq́ plurimo cum riſu inſultabat. Poſt reſipiſcens, violentas ſibi manus intulit.* Philoſtratus in Heroicis: Φθορὰς, ὁπόσαι περὶ τὰς ἀγέλας γίγνονται πάσας ἐξ Αἴαντος ἥκειν φασίν. οἶμαι διὰ τὸν ἐν τῇ μανίᾳ λόγον, ὅτι δὴ ὁ Αἴας λέγεται ταῖς ἀγέλαις ἐμπεσὼν, διαφθεῖραι σφᾶς, οἷον κτείνων τοὺς Ἀχαιοὺς ἐπὶ τῇ κρίσει. *Quæcumque greges inuaC dunt contagia, omnia ab Aiace propterea (vt puto) aiunt proficiſci, quòd cùm iudicij cauſſa inſaniret greges pro Græcis ducatus trucidaſſe.* Vide Homerum Iliad. ψ & ibi interpretem, Pindarum ode 5. Iſthmiorum. De furore autem atque inſania Aiacis extat Tragœdia Sophoclis, Αἴας μαστιγοφόρος, à Ioſ. Scaligero latinè feliciter reddita: cuius etiam meminit Io. Tzetzes Chiliad. 3. hiſt. 76.

VNVM QVI TOTO] Inuulnerabilem enim, præterquam in collo, permanſiſſe Aiacem, ex quo eum adhuc infantem leonina pelle induit Hercules, auctor eſt Homeri Scholiaſtes. Vnde Parrhaſius epiſt. 42. locum poëtæ noſtri ſic ex antiquis codd. emendabat: *Vnum cui toto corpore vulnus erat.* Egnatius Domitium ſecutus, de Marſya quoque locum capit, & huc refert, quod de eodem in Metamorp. D ſcribit Ouidius: *Nec quicquam niſi vulnus erat.* Non placet.

347. VTQVE DRYANTIADÆ, RHODOPEIA REGNA TENENTI, IN GEMINO DISPAR CVI PEDE VVLNVS ERAT] Benè ſe diſtichon hoc habet. Nam *ingenuo* pro *in gemino*, ſuppoſititia lectio eſt. Lycurgus Dryantis F. rex Thraciæ, dum Bacchum contemnit, ac deum negat, viteſque eius amputat, crura ſibi incidit. Ita de eo ferè fabulæ, quò Ouidius reſpexit. Seruius in illud 3. Æneid. *Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo. Reuera*, inquit, *abſtemius fuit, quos cõſtat acriores eſſe natura: quod etiam de Demoſthene dictum eſt.* Vnde Plutarchus amputaſſe ideo vineta commemorat, quòd temulentos per vinum ac comeſſationes videret inuicem pugnantes, lib. de Poëtis legendis. Atque ita Tzetzes Chil. 5. hiſt. 19.

Et Ouidius 4. Metam. de Tiſiphone: *Tortoq; accingitur angue.* Itemque Seneca, in Thyeſte:

Quid ora terres verbere, & tortos ferox
Minaris angues?

At vt vela retraham, pænè facit Tibulli auctoritas, qui *feros angues* furijs etiam tribuit, & Ouidij noſtri 4. Metam. inducentis furias, *atros pectentes crinibus angues.*

81. VOS QVOQVE PLEBS SVPERVM, FAVNI, SATYRIQVE, LARESQVE, FLVMINAQVE, AT NYMPHAE, SEMIDEVMQVE GENVS] Deos minorum gentium intelligit, quos & Plebeios appellabant. Noſter 1. Metamor. in deſcriptione lactei circuli:

Plebs habitat diuerſa locis: à fronte potentes
Cælicolæ, clariq; ſuos poſuere penates.

Eodemque libro, Iupiter de ſeipſo:

Nec de plebe deo; ſed qui cæleſtia magna
Sceptra manu teneo.

Hos & *minutos* nominat Plautus: *Dij me omnes Magni Minuti, & Patellarij.* Meminitque D. Auguſtinus 4. de Ciuit. Dei cap. 9.

FAVNI] Hos *Latinorum deos* appellat M. Varro 6. de lingua lat. *Fauni Dei Latinorum, ita ut Faunus & Fauna ſint in verſibus, quos vocant Saturnios, in ſylueſtribus locis traditum eſt ſolitos fari: à quo fando Faunos dictos.*

SATYRIQVE] Hos *leues* vocat Ouid. 1. de Arte, eoſque παρὰ τὴν σάθην dictos vult Macrobius, quòd ſint in libidinem proni. Aliter Phornutus. quem vide, & Iſaacum Caſaubonum Commentario de Satyrica Græcorum. Lege & Pauſaniam in Atticis, & B. Hieron. in vita Paulli eremitæ.

LARESQVE] *Lares*, dij domeſtici. vnde & *patrios* nominat Tibullus lib. 1.

Sed patrij ſeruate Lares, aluiſtis & ijdem,
Curſarem veſtros cùm tener ante pedes.

SEMIDEVMQVE GENVS] Hos Græci ἡμιθέους vocant. Ouid. 1. Metamorph.

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Nymphæ,
Faunique, Satyriq;, & monticolæ Syluani.

Ita enim in duobus MSS. reppeti.

83. DENIQVE AB ANTIQVO, DIVI VETERESQVE NOVIQVE IN NOSTRVM CVNCTI TEMPVS ADESTE, CHAO] In quibuſdam codd. *chori* legi, pro *Chao*, notatum alijs. *Chao* tamen rectè habet. *Antiquum* vocat *Chaos*, vtpote à quo mundi auſpicium ſit, vt idem canit 1. Metamorph.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixêre Chaos, &c.

Hinc Prouerbio locus: χάους ἀρχαιότερος, ἐπὶ τῶν πάνυ παλαιῶν, vt explicat Suidas, de re priſca & obſoleta.

85. ANNVITE OPTATIS OMNES EX ORDINE NOSTRIS, ET PARS SIT VOTI NVLLA CADVCA MEI] In alijs eſt *hortatu*, malè. *Caducum* vocant, quod facilè cadat, vel etiam quod iam ceciderit. Vt votum tale auerruncent dij, atque vt ratum firmumque ſit, rogat Naſo.

89. QVÆQVE PRECOR FIANT, VT NON MEA DICTA, SED ILLA PASIPHAES GENERI VERBA FVISSE PVTES] Melius *illa* in vet. cod. Senſus enim eſt: tam rata ac certa mea ſint vota & verba, quàm Theſei, quibus Hippolyto filio dira vouit. Res ita habet: Adamabat Hippolytum Phędra nouerca. Spreuit conſtanter amorem væſanum iuuenis, & cælebs viuere ac colere Dianam, caneſque ad venandum maluit. Concepit in priuignum odium nouerca, & apud virum ab inferis reducem detulit de illato ſtupro. Hinc patris in inſontem diræ & imprecationes, quibus fugientem gnatum proſecutus eſt. Conſcenſo curru Hippolytus, in fuga cùm eſſet, immiſſæ à Neptuno phocæ, quibus territi ac conſternati equi, per ſaxa & ſcopulos currum iuuenemq; traxerunt ac diſtraxerunt. Nota hæc è Diodoro, Plutarcho, Euripide, Seneca & Ouidio noſtro. Cic 3. Offic. *Quid, quòd Theſeus exegit promiſſum à Neptuno? Cui cùm tres optiones Neptunus dediſſet, optauit interitum Hippolyti, filij ſui, cùm is patri ſuſpectus eſſet de nouerca.* Meminit idem 1. Offic. Plato 3. de Leg. Hyginus cap. 47. Porrò *Paſiphaës* fuit *gener* Theſeus, ducta Ariadna, Minois & Paſiphaës
B filia.

91. QVASQVE EGO TRANSIERO POENAS, PATIATVR ET ILLAS, PLENIVS INGENIO SIT MISER ILLE MEO] al. *Quaſq; ego tranſ. p. patiatur, & vltrà, Plenius, &c.* Non diſplicet.

93. NEVE MINVS NOCEANT FICTVM EXECRANTIA NOMEN VOTA, MINVS MAGNOS COMMOVEANTQVE DEOS: ILLVM EGO DEVOVEO, &c.] In deuotionibus enim proprium exprimi nomen neceſſe erat, vt rectè hîc Domitius, & ex eo Zarotus. Exemplum apud Macrobium, 3. Saturn. cap. 9. ibi: *Vt omnes illam vrbem Carthaginem, exercitumq;, quem ego me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis, &c.*

97. NVLLA MORA EST IN ME, PERAGAM RATA VOTA SACERDOS, QVISQVIS ADES, SACRIS ORE FAVETE MEIS] *Rata vota*, vt ſup. v. 75.
C *ratum opus. Sacerdos*, poëta: nam ille *Muſarum ſacerdos*, Horatio lib. 3. ode 1. Propertio 3. eleg. 1. Ouidio 3. Triſt. eleg 2 & 3. Amorum 7. Hinc *vatum ſacra* ſiue ἄδυτα, apud Perſium, in Prologo: *Ad ſacra vatum carmen adfero noſtrum.* Et μουσῶν ὄργια, apud Græcos. Et certè commune fuiſſe omnium artium, vt haberent ſacra ſibi propria, docuit ad Perſium Iſaacus ὁ πάνυ.

98. QVISQVIS ADES, SACRIS ORE F. M.] *ore fauete*, εὐφημεῖτε, bona verba dicite. Faſt. 1.

Proſpera lux oritur, linguis animiſq; fauete,
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.

3. Triſt. 13. *Concipiamq; bonas ore fauente preces.*
5. Triſt. 6.

Lingua fauens adſit, noſtrorum oblita laborum,
D *Quæ puto dedidicit iam bona verba loqui.*

15. Metamorph.

——— Cognouit numina caſtos
Euiaðum vitta crines albente ſacerdos:
En Deus, en Deus eſt: animis linguiſq; fauete.

Ita in vet. cod. lego. Iuuen. ſat. 11. *Ite igitur pueri, linguis animiſq; fauete.* Virgil. Æneid. 5. *Ore fauete omnes, & cingite tempora lauro.* Alijs *fauere* & εὐφημεῖν, eſt tacere, atque ita Seneca cap. 26. de Vita beata, Seruius in Virg. Donatus in Terentium explicant: quam explicationem iuuat Euripidis illud in Iphigen.

Στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τόδ' ἦν μέλον
Εὐφημίαν ἀνεῖπε καὶ σιγὴν στρατῷ

Vide Læuin. Torrentium in 3. Horat. ode 1. & Variar. lect lib. 15. M. Ant. Muretum cap. 17.

101. OMINIBVSQVE MALIS, PEDIBVSQVE OCCVRRITE LÆVIS, ET NIGRÆ VESTES CORPORA

PORA VESTRA TEGANT] Aliàs *ſcæuis*: de qua voce Turnebus in Aduerſarijs, & Petr. Colvius ſuis ad Sidon. Apollin. Notis. Tertull. in Apologet. c. 11. *ſcæuas libidines* dixit: & *ſcæuam rem*, pro mala, diei notauit Feſtus. *Scæuum dogma*, pro peruerſo, lego in Cod. Theod. Tit. de his, qui ſuper relig. contend. & *ſcæuitatem morum*, pro peruerſitate, l. 17. De pœnis, ibid.

ET NIGRÆ VESTES] quarum in ſacris illis infernalibus vſus erat.

103. TV QVOQVE QVID DVBITAS FERALES SVMERE VITTAS? IAM STAT, (VT IPSE VIDES) FVNERIS ARA TVI] Ibin ipſum, vittis velut inſignem & iam aris deſtinatum indueit Naſo. Multiplex enim vittarum in ſacris priſcorum vſus. nam & ſacerdotes, & aræ ac victimæ ipſæ vittatæ erant. Sinon de ſeipſo apud Maronem:

Iamq; dies infanda aderat, mihi ſacra parari,
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ.

Rectè *circum tempora*, nam vittæ capitis ornamenta erant, quibus victimæ aris ſiſtendæ obnubebantur. Ouid. 15. Metamorph.

Victima labe carens, & præſtantiſſima forma,
Nam placuiſſe nocet, vittis inſignis & auro,
Siſtitur ante aras.

105. POMPA PARATA TIBI EST, VOTIS MORA TRISTIBVS ABSIT, DA IVGVLVM CVLTRIS HOSTIA DIRA MEIS] *Dira hoſtia*, cui diras iſtas vouet. Ceterùm in mactandis victimis veteres etiam cultris vſi. 7. Metamorph. *Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros*. Virgil. 3. Georg. *Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri.*

107. TERRA TIBI FRVGES, AMNIS TIBI DENEGET VNDAS, &c.] Hinc diras ſuas atque imprecationes ordiiur Naſo: ac primò quidem vouet, vt ijs careat, quæ ad vitam producendam hauriendamque neceſſaria ſunt, vti ſunt fruges, aquæ, ignis, &c.

113. EXVL, INOPS, ERRES, ALIENAQVE LIMINA LVSTRES, EXIGVVMQVE PETAS ORE TREMENTE CIBVM] Peſſimæ hæ diræ apud priſcos, ſi quando imprecaretur quis alicui exilium vagum, incertum, præſertim ſi inopia egeſtaſque accedant comites, quale Iaſoni vouet Medea apud Senecam:

——Per vrbes erret ignotas, egens,
Exul, pauens, inuiſus, incerti laris.

Et apud Iuſtinum libr. 14. militibus ſuis Eumenes: *Has vobis diras atque inferias dico, vt inopes extorreſq; omne æuum in hoc caſtrenſi exilio agatis*. Notauit hoc D ad Tragicum illum Delrius. Addo Ouid. noſtrum 13. Metamorph. vbi de ſe Hecuba:

Tot generis, natiſq; potens, nuribuſq; viroq;,
Nunc trahor exul, inops.

Quæ ex Euripide deſumpta, in Hecuba:

Τύραννος ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν.
Εὔπαις ποτ' οὖσα, νῦν δὲ γραῦς, ἄπαις θ' ἅμα,
Ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.
Regina dudum, ancilla nunc quidem tua.
Modò cincta gnatis, orba nunc, anus ſimul,
Deſerta & exul, infima in mortalibus.

117. SISQVE MISER SEMPER, NEC SIS MISERABILIS VLLI: GAVDEAT ADVERSIS FÆMINA VIRQVE TVIS] Hunc locutionis modum non vno in loco vſurpat D. Hieronymus, aduerſus Iouinianum lib. 2. *Sed & ipſa muliercula miſera, & non* A *miſerabilis*. In Sophiæ c. 26. *Miſer Iudas, & tamen non miſerabilis*. Item in Sophon. cap. 1. *Populum miſerum, & tamen non eſſe miſerabilem*. Sidonius Apollinaris lib. 1. epiſt. 7. *Paulò poſt cùm duceretur addictus, miſer nec miſerabilis erat.*

121. SITQVE (QVOD EST RARVM) SOLITO DEFECTA FAVORE FORTVNÆ FACIES INVIDIOSA TVÆ] *Defæta* legunt & interpretantur interpretes. Meliùs vulgati *defecta*, atque ita legendum monuit hîc Micyllus. Similem in Senecæ Hippolyto locum obſeruauit Delrius, vbi vulgò perperam: *Vadit incerto pede, iam viribus defæta*. Addo Ouidium 13. Metamorph. *Illa ſuper terram defecto poplite labens*. Ita è m. s. legendum. Vulgati *deflecto poplite*, non rectè. Sic *defecti ætate*, apud Vlpian. l. 3 §. 2. D. ad S. C. Silan. qui propemodum B conſumpti ſunt. & *defecta ſenectutis homo*, apud eundem l. 12. §. 3. de vſufr. quem *ætate feſſum* vocat Tullius.

FORTVNÆ FACIES] Ita excuſi, rectè. m. s. *ærumna*, itaque legiſſe Domitium apparet, dum ait: *Ærumnæ dicuntur grauiores labores.*

123. CAVSSA DVE NON DESIT, &c.] Aliter paullò, at eleganter Boëtius de Conſolat. philoſophiæ:

Dum leuibus maleſida bonis fortuna faueret,
Penè caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.

Seneca, in Oedipo:

Mors eligatur longa: quæratur via,
Qua nec ſepultis mixtus, & viuis tamen
Exemptus erres.

Pulcrè noſter epiſt. ad Theſeum: *Morſq; minus pœ*C*næ, quàm mora mortis habet.*

127. EVENIENT, DEDIT IPSE MIHI MODO SIGNA FVTVRI PHOEBVS, ET A LÆVA MOESTA VOLAVIT AVIS] In m. s. *eueniet* legi notat Berſmannus. Similis huic locus lib. 2. de Ponto eleg. 1.

Quod precor euenient, ſunt quædam oracula vatum.
Nam Deus optanti proſpera ſigna dedit.

ET A LÆVA MOESTA VOLAVIT AVIS] cæli parte ſiniſtra: ab ea enim Romanis proſpera auguria. Ennius de Romuli augurio:

Exin candida ſe radijs dedit icta foras lux,
Et ſimul ex alto longè pulcerrima præpes
Læua volauit auis.

Graijs & Barbaris ea meliora erant, quæ à dextra cæli dabantur. Vide Cicer. 2. de Diuinat. & Ioach. Camerarium in Append. Problematum.

137. PVGNABVNT IACVLIS DVM THRACES, IAZYGES ARCV, DVM TEPIDVS GANGES, FRIGIDVS ISTER ERIT] Ineptit hic Domitius, & cum eo Zarotus, dum *lapides* & legunt & interpretantur. Nec meliùs m. s. Berſmanni: *Pugnabunt arcu dum Thraces, Iaſpides haſta*. Optimè hic Egnatius. Sunt enim Iazyges Ponti accolæ, de quibus ita Valerius Flaccus: *Expertes canentis Iazyges æui*. Ouid. noſter *acres* vocat, 1. de Ponto eleg. 2. *feroces* libr. 4. Meminit Plinius lib. 4. cap. 12. Strabo lib. 7. & Ammianus Marcellinus lib. 22.

140. DVM TIBERIS LIQVIDAS THVSCVS HABEBIT AQVAS] *Flauas* in m. s. quam lectionem etiam Domitius agnoſcit, & probat hîc Ciofanus, ex Ouidio noſtro 5. Triſt. eleg. 1. & Horatio libr. 1. ode 2. Adde Virgil. 9. Æneid.

——Ille ſuo cum gurgite flauo

Excepit venientem.

142. SÆVA SED IMMANIS, &c.] al *in manes*. ita & Zaroins. Domitius vtrumque legit, & explicat.

145. TVNC QVOQVE FACTORVM VENIAM MEMOR VMBRA TVORVM, INSEQVAR ET VVLTVS OSSEA FORMA TVOS] Sic apud Maronem Dido:

Et cùm frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe pœnas.

Horat. Epod. 5.

Quin, vbi perire iuſſus exſpirauero,
Nocturnus occurram furor;
Petamq; vultus vmbra curuis vnguibus,
Quæ vis deorum eſt manium.

Credebant enim priſci illi mortuorum manes vagari paſſim, noctuque inimicis terriculamento eſſe. Qua de re Liuij ac Suetonij loca profert ad Horat. Torrentius. Adde Appuleium in Apologia.

147. SIVE EGO, QVOD NOLLEM, LONGIS CONSVMPTVS AB ANNIS, SIVE MANV FACTA MORTE SOLVTVS ERO] Alludit ad Platonicam mortis definitionem, in Phędone, ὁ θάνατος λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. Et, ἡ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴ, ibid.

149. SIVE PER IMMENSAS IACTABOR NAVFRAGVS VNDAS, NOSTRAQVE LONGINQVVS VISCERA PISCIS EDET] Mortis hoc genus 1. Triſt. eleg. 2. deprecatur Naſo, deos ſic alloquens:

Non letum timeo, genus eſt miſerabile leti.
Demite naufragium, mors mihi munus erit.
Eſt aliquid fatoq; ſuo, ferroq; cadentem
In ſolita moriens ponere corpus humo:
Et mandare ſuis aliqua, & ſperare ſepulchrum:
Et non æquoreis piſcibus eſſe cibum.

Flau. Veget. l. De re militari 4. c. 44. *Alij ferro interimuntur, alij ardere coguntur in fluctibus. Inter tanta tamen mortium genera, quis acerrimum caſum, abſumenda piſcibus inſepulta ſunt corpora.* Contrà verò Petronius Arbiter in Satyrico: *Si bene*, inquit, *calculum ponas, vbique naufragium eſt. Atenim fluctibus obruto non contigit ſepultura. Tamquam interſit periturum corpus quæ ratio conſumat, ignis, fluctus, an mora.* Et eleganter Minutius Felix in Octauio: *Execrantur rogos, & damnant ignium ſepulturas: quaſi non omne corpus, etſi flammis ſubtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram reſoluatur: nec interſit, vtrùm feræ diripiant, an maria conſumant, an humus contegat, an flamma ſubducat.*

153. SIVE ALIQVIS DIGNATVS ERIT SVPPONERE TERRÆ, ET DARE PLEBEIO CORPVS INANE ROGO] *Plebeium rogum* vocat humilem, quales tenuiorum & pauperum; diuitum ſublimes. Virgil. 6. Æneid. *Ingentem ſtruxere pyram.*

155. QVICQVID ERO, STYGIIS ERVMPERE NITAR AB ORIS, ET TENDAM GELIDAS VLTOR IN ORA MANVS] In priori verſu notant legi *ab vndis*, pro *ab oris*, & fortè rectiùs. In altero *victor* in Maffeiano cod. ſcriptum fuiſſe monet Ciofanus, quod & ſignificantius putat. Non muto.

ME VIGILANS CERNES, TACITIS EGO NOCTIS IN VMBRIS EXCVTIAM SOMNOS VISVS ADESSE TVOS] In m. s. Berſm. eſt: *Tacitus ego concitus vmbris*. Et mox: *Et nulla parte quietus eris.*

161. VERBERA TORTA DABVNT SONITVM, NEXÆQVE COLVBRIS CONSCIA FVMABVNT SEMPER AD ORA FACES] Rectè *conſcia*: cùm acerbior conſcientia ipſa accuſator nemo ſit. Pulcrè Cicero, magnam eſſe ait vim conſcientiæ, vt qui

A peccarint, pœnam ſemper ante oculos verſari putent. Porrò pro *torta*, in alijs eſt *torua*, in alijs *ſæua* & *ſcæua*. Vulgata lectio proba eſt: intortos enim anguibus crines furijs tribuit veterum ſuperſtitio. Vide ſuprà verſ. 78.

165. NEC TIBI CONTINGET FVNVS, LACRYMÆQVE TVORVM, INDEPLORATVM PROIICIERE CAPVT] Acerbiſſimum id veteribus viſum, ſi ſepulturæ honore carerent. Hinc eſt, quòd exilium ſuum deprecetur Naſo 3. Triſt. eleg. 3. *Depoſitum nec me qui fleat, vllus erit?* Iterùm:

Sed ſine funeribus caput hoc, ſine honore ſepulchri,
Indeploratum barbara terra teget?

Optabant enim priſci illi ſepeliri ſe, morientibus oculos claudi, ab amicis lugeri. Vnde apud Maronem 9. Æneid. ad Euryalum filium ſic mater:

B *Heu terra ignota canibus data præda Latinis,*
Alitibuſq; iaces, nec te tua funera mater
Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui.

167. CARNIFICISQVE MANV POPVLO PLAVDENTE TRAHERIS, INFIXVSQVE TVIS OSSIBVS VNCVS ERIT] *Hamotrahones* carnifices illos vocat Feſtus: *Hamotrahones, alij piſcatores, alij qui vnco cadauera trahunt*. Infigebatur autem gutturi vncus, vt patet ex Propertio lib. 4. eleg. 1. & Iuuenale ſat. 1. deinde vel in Tiberim, vel ad Gemonias ſcalas trahebantur, ne ſepulturæ honore aliquo afficerentur. Quod hîc in Ibide etiam ſuo augurатur fore Ouidius. Pulchrè Sueton. Tiberio cap. 75. *Morte eius ita lætatus eſt populus, vt ad primum nuntium diſcurrentes, pars Tiberium in Tiberim clamitarent: pars terram matrem, deoſq; manes orarent, ne mortuo ſedem vllam, niſi inter impios darent: alij vncos & Gemonias cada-*
C *veri minarentur.* Vide eundem, Vitellio cap. 18. & alibi.

171. VNGVIBVS ET ROSTRO TARDVS TRAHET ILIA VVLTVR, ET SCINDENT AVIDI PERFIDA CORDA CANES] Et hoc acerbum ac crudele priſcis viſum, Chriſtianis etiam impium. Vnde de his loquens Lactant. 6. Inſtitut. diuin. cap. 12. *Non patiemur*, inquit, *figuram Dei iacere feris in prædam, ſed reddamus id terræ, & quamuis in homine ignoto neceſſariorum munus implebimus.*

175. IN LOCA AB ELYSIIS DIVERSA FVGABERE CAMPIS, QVASQVE TENET SEDES NOXIA TVRBA COLES] Campos Elyſios *amœna vireta ac ſedes beatas*, Virgilius: *Sedes diſcretas piorum*, Horatius; & *arua piorum*, vocat Ouidius noſter. Hos Homerus in Hiſpania, nonnulli in Fortunatis inſu-
D lis collocant, vt copioſè diſſerit Geographus lib. 1. & 3. De etymo Didymus in Odyſſ. δ'. ἠλύσιον πεδίον, τὸ τῶν ἡρώων ἐνδιαίτημα, κεκλημένον ἀπὸ Ἠλυσίου τοῦ Ἐλευθηρέου ἐνσεβήσαντος γενομένου. ἢ παρὰ τὸ ἄλυτα ἐν αὐτῷ μένειν τὰ σώματα. ὁ δὲ τόπος ἐν ταῖς καλουμέναις μακάρων νήσοις.

177. SISYPHVS EST ILLIC, SAXVM VOLVENSQVE PETENSQVE] De Siſypho, Ixione, Tantalo, Tityo, eorumque apud inferos pœnis multi multa. Nos hîc loci & dicis tantùm gratia, ne otioſè diligentiores videamur, pauca delibabimus. Siſyphus igitur Æoli filius, primus mortalium dolis fallaciiſque vſus eſt, vafroque in excogitando fuit ingenio; vnde Prou. Σισύφου μηχαναὶ, *Siſyphi artes*. atque adeò mortem ipſam vinculis conſtrinxiſſe in fabulis eſt. Nam cùm Aſopo Æginam filiam à Ioue raptam nuntiaſſet, Iupiter magno in eum concitatus odio,

odio, mortem immiſit, quam ille vafro, vt dixi, ſolertiq́ue, ingenio dicam, an ſuperſtitione quadam? vinculis coërcuiſſe fertur, vt è Pherecyde pluribus notat Didymus, ſi modò is eſt, Homeri interpres. Alij ad inferos detruſum à Ioue aſſerunt, vt ſaxum illic ingés perpetuò ſudans ſurſum verſum volueret, nec hilum proficeret. qua de re plena poëtarum teſtimonia, Virgilij, Senecæ, & aliorum. Ouidius 4. Metamorph. *Aut petis aut vrges rediturum Siſyphe ſaxum*, vbi m.s. *rediturum* præfert. non malè. Ego potiùs putem hac eum damnatum pœna, (quis enim in fabulis verum quærat?) quòd, vt refert Lactantius, in Iſthmo Achaiæ habitans, prætereuntes ſaxo obrueret, aut dum iubente eo, pedes lauarent, in mare præcipites daret. Meminit Siſyphi, aliorumq́ue, quos in inferno pœnæ reos collocât vani poëtæ, Paulinus, epitaph. in Celſum:

Aeternam Tityon funeſti vulturis eſcam,
Arentemq́, ſite Tantalon inter aquas:
Voluentem ſine fine rotam, & reuolubile ſaxum,
Caſſaq́, ſudantum dolia Danaidum:
Hac inopes veri vani cecinere poëtæ,
Qui Chriſtum veri non timuere caput.

178. QVIQVE AGITVR RAPIDÆ VINCTVS AB ORBE ROTÆ] Bene habet. nã *rapidus* in m.ſſ. codd. librariorum σφάλμα eſt. *Rapidam* vocat *rotam*, vt hic infrà: *Verſabunt celeres nunc noua membra rotæ*. Et in Hercule Furente Seneca: *Rapitur volucri tortus Ixion rota* Idem in Agamemnone:

Vbi ille celeri corpus euinctus rota
In ſe refertur.

Atque alibi ſæpè pœnæ huius Ixioniæ meminit; vt & Tibullus lib. 1. eleg. 3.

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi
Verſantur celeri noxia membra rota.

Didymus in Iliad. α. Ἰξίων ὁ Φλεγύου παῖς, Δίαν τὴν Δηιονέως (al. Ἠιονέως) γήμας, ἐλθόντα τὸν κηδεστὴν ἐπὶ τὰ ἕδνα δόλῳ κατέπρησεν· μανεὶς δὲ ὑπὸ θεῶν καθαρθεὶς τὸν φόνον. Ἥρας ὕστερον ἠράσθη. Ζεὺς δὲ βουλόμενος αὐτὸν δοκιμάσαι εἰ τῷ ὄντι τολμᾷ τοιοῦτόν τι, νεφέλην ἀπεικάσας Ἥρᾳ παρέκλινεν αὐτῷ. ὁ δὲ μιγεὶς νεφέλῃ ὡς ἀληθεῖ τῇ Ἥρᾳ, ἔσχε παῖδα Κένταυρον. ἀφ' οὗ τῶν Κενταύρων γένος. μετὰ δὲ θάνατον ἔλαβε δίκας παρ' αὐτοῦ Ζεὺς, πήξας αὐτὸν ἐν τοῖς καταχθονίοις στρέφεσθαι μετὰ πολλῆς βίας ἐπὶ τροχοῦ σιδηροῦ. Dignum certè ſcelerum magnitudine ſortitus eſt exitum. Rotæ ſiquidem ferreæ à Ioue poſt obitum alligatum, torqueri, in orbemq́; perpetuò ferri fabulantur. Tzetzes in Chiliadibus, vbi de Ixione multa:

Τῆς τόλμης ταύτης δ' ἕνεκα Ἰξίων ἐν τῷ ᾅδῃ
Ἐν σιδηρῷ στρεβλούμενος τροχῷ περικλατεῖται.
Sic temeritatis factum Ixion luit,
Inferis in vmbris ferrea tortus rota.

Plura Pindari interpres ὠδ. β' Πυθίων cuius verba latinè adducit in Artem Poët. Horatij Lambinus, & Ioach. Camerarius in Appendice Problematum. Adde Apollonij Scholiaſten, lib. 2. mi. 4 Mythologian & typum hominis ambitioſi ex fabula proponit Delrius in Seneca, Syntagm. 2. p. 139.

179. QVÆQVE GERVNT HVMERIS PERITVRAS BELIDES VNDAS, EXVLIS ÆGYPTI TVRBA CRVENTA NVRVS] Alibi *Danaides* dictæ à *Danao* patre. Vnde *Danai puellæ* Horatio, & *Danai proles* Tibullo. Hîc *Belides*, à Belo auo. Ouidius 4. Metamorph.

Moliriq́, ſuis letum patruelibus auſa,
Aſſiduè repetunt quas perdant Belides vndas.

Fuerunt autem quinquaginta, quibus totidem maritos Ægyptus, Beli item filius peperit: at maritorum omnes cæde maximè infames, vna Hypermneſtra excepta, quę Lynceo marito pepercit. Vnde & hoc pœnæ genus apud inferos fabulæ ijs affingunt, vt valis pertuſis aquas perpetuò hauriant, atque in dolium itidem pertuſum inferant. Facti Seneca meminit, in Herc. furente:

Nunc nunc cruenta regis Aegypti nurus
Adeſte, multo ſanguine infectæ manus:
Deſit vna numero Danais

Et Sidonius, Epithalamio Polemij:

Hic nox natarum Danai lucebat in auro,
Quinquaginta enſes genitor quibus impius aptat,
Et dat concordem diſcordia iuſſa furorem.
Solus Hypermneſtræ ſeruatus munere Lynceus
Effugit.

A ſupplicio earum initium habet prouerb. Δαναΐδων πίθος, *Danaidum dolium*, & ἄπληστος πίθος. Zenobius ἐν παροιμιῶν συναγωγῇ, qui & fabulam copioſè perſequitur.

181. POMA PATER PELOPIS PRÆSENTIA QVÆRIT, ET IDEM SEMPER EGET LIQVIDIS, SEMPER ABVNDAT AQVIS] *Pater Pelopis*. Ita & Horat. libr. 2. ode 13. fuit enim Tantali filius Pelops. Tantalus vero Iouis & Plutus: qui opibus & gloria potens, atq; ob generis claritatem dijs carus, conuiua eorum eſſe meruit. Quorum cùm ſecreta hominibus palàm feciſſet, à morte pœna iſta apud inferos damnatum ferunt, vt in aëre pendens, impendentis ſaxi metu perpetuò cruciaretur. Alij aiunt fame ac ſiti continua premi, vt neque ſitiens aquã, neque eſuriens poma, capiti imminentia, poſſit contingere, eò quòd nectar & ambroſiam è deorum menſis furatus eſſet. Id quod & Homeri Scholiaſtes indicat, ex Aſclepiade in Odyſſ λ'. licet in pœna varie: Τάνταλος Διὸς καὶ Πλουτοῦς. συνδιατρίβων τοῖς θεοῖς, καὶ συνεστιώμενος αὐτοῖς ἀπλήστως διετέθη. κλέψας γὰρ τὸ νέκταρ καὶ τὴν ἀμβροσίαν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ ἔδωκε τοῖς ὁμήλιξιν. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία ἐκβαλεῖν αὐτὸν τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης, καὶ ταρτάρῳ ... ἐξ ὄρους ὑψηλοῦ ἐκδεδεμένον τῶν χειρῶν, καὶ τὸν σίπυλον ἔνθα ἐκρέματο ἀνατρέψαι. Extant & verſus pulcherrimi Petronij Arbitri, qui propiùs huc faciunt:

Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia cernens
Qui timet. & ſicco concoquit ore famem.

Accedat Gallus, poëta Græcus:

Οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος, οὗτος ὁ νηδὺν
Πολλάκι νεκταρέου πλησάμενος πόματος,
Νῦν λιβάδος θνητῆς ἱμείρεται. ἡ φθονερὴ δὲ
Κρᾶσις ἀεὶ χείλευς ἐστὶ ταπεινοτέρη.
Πῖνε λέγει τὸ τόρευμα· καὶ ὄργια μάνθανε σιγῆς.
Οἱ γλώσσῃ προπετεῖς ταῦτα κολαζόμεθα.

C. Vrſinus Velius ſic latinè reddebat:

Hic conuiua priùs ſuperûm, cui nectaris almi
Impleta eſt auide ſæpius ingluuies.
Hic guttam nunc poſcit aquæ mortalis at imis
Deſugit à labris iuuida lympha viri.
Hæc monet effigies legum bibe, ſpare tacendi.
Has ſuperis pœnas garrula turba damus.

Habuit enim ἀκόλαστον γλῶσσαν, αἴσχιστην νόσον, vt Euripides ait: *Effrenem linguam, turpiſſimum morbum,*

Tantalus, vtpote arcana deorum vulgare auſus. Ouid. 2. Triſt.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus; hoc illi garrula lingua dedit.

Lib. 2. de Arte:

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Plura de Tantalo leges apud Hyginum c. 72. Pindari & Euripidis interpretes, Suidam, Ioan. Tzetzen Chiliade 5. Hiſt. 10. Lamb. Hortenſium in 6. Æneidos ad verſ. 602. Muretum in Tibullum libr. 1. eleg. 3. alios. Meminit Seneca Agamemnone, v. 766. vbi *ad ora ludere aquas* ſcitè ſcribit, & in Thyeſte, non vno loco, præſertim à verſu 146. & alibi. Denique varijs prouerbijs locum fecit Tantalus. Vnde Ταντάλειοι τιμωρίαι, Ταντάλου λίθος, Ταντάλου τάλαντα, Ταντάλου κῆπος φυγεῖν, apud Suidam: & ταντάλιζεσθαι, *iactari, agitari*, apud Heſychium.

183. IVGERIBVSQVE NOVEM, QVI SVMMVS DISTAT AB IMO, VISCERAQVE ASSIDVE DEBITA PRÆBET AVI] Legunt alij pronocabulum *qui* poſtponendo, *ſummus qui diſtat*, quod ſonorius. Et mox è m. s. *aſſidua*, pro *aſſiduè*, optimè. Ita enim elegantiſſimus Tibullus 1. eleg. 3.

Porrectuſq; nouem Tityus per iugera terræ,
Aſſiduas atro viſcere paſcit aues.

Fuit Tityus Elares & Iouis filius: malè apud Didymum, ſeu quis alius eſt, in Odyſſ. 7. ἰλαρες legas. terræ filius ideo creditus, vt è Pherecyde notat accuratiſſimus Apollonij enarrator, quòd Elaren grauidam Iupiter ob Iunonis zelotypiam in ſubterranea ſecedere compulerit, quæ ibidem ingenti ſtatura filium Tityum peperit. Qui, quòd vim Latonæ intuliſſet, ab Apolline telis confixus eſt, vt in Pythijs canit Pindarus, damnatuſque hac apud inferos lege & pœna, vt iecur eius perpetuò vultur exederet, cõſumptumq; renaſceretur nec ceſſante vulture. Quamquam Homerus vultures duos in pœnam ſuccedere dicat. Et certè plures etiam noſter infrà v. 196. attribuit, & Tibullus hîc ſuprà. Et Lucretius 3. de rerum nat. *Nec Tityum volucres ineunt Acherunte iacentem* Lege ſequentia. nam totam fabulam, vt & Tantali ac Siſyphi vehementer exagitat. Plures etiam Statius Papinius, 4. Theb. *Tityonq; alimenta volucrum*. Item Seneca in Thyeſte:

Aut pœna Tityi, ſemper accreſcens iecur
Viſceribus atras paſcet effoſſis aues.

Vide eumdem in Hercule Furente, & Oeteo, in Agamemnone, & alibi. Meminit etiam Ouidius noſter 1. de Ponto eleg. 2.

Sic inconſumptum Tityi, ſemperq; renaſcens
Non perit, vt poſſit ſæpe perire, iecur.

Sed fabulis hiſce diutiùs, quàm par eſt, inhęremus.

IVGERIBVSQVE NOVEM] 4. Metamorph.

Viſcera præbebat Tityus lanianda, nouemq;
Iugeribus diſtractus erat.

Virg. 6. Æneid. *Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur*. Ex Homero ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα.

185. SIC TIBI DE FVRIIS SCINDAT LATVS VNA FLAGELLO, &c.] Georg. Berſmannus in m. s. ſuo reperiſſe ſe ſcribit; *Hîc tibi de furijs ſcindet*, &c. optimè, atque ita aptior cum præcedentibus ſequentibuſque connexio erit. Rectè etiam Ouidius hoſti ſuo furias hasce imprecatur, vt facinorum vindices, vltriceſque deas. Dictæ Græcis ἐριννύες, ὡς ἐν τῇ ἔρᾳ ναίουσαι, vt Etymologi tradunt, vel ἀπὸ τῆς ἔρας ναίειν, hoc eſt *quòd in terra habitent*, vel *quòd*

A *exſecrationes perficiant*. Item Eumenides ob reuerentiam, vt volunt. Nam εὐμενὴς mitis eſt, cùm contrà immites exſiſtant furiæ. Eademque ratione σεμναὶ θεαὶ ab Athenienſibus appellatæ. auctor in Νεφέλαις Ariſtoph interpres. Ioan. Tzetzes Chiliad. 12. ſingularum etyma ſic recenſet:

Παρὰ τὸ τίνειν τιμωρεῖν φονεῖς δὲ Τισιφόνη.
Η Μέγαιρα ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ κακοῖς μεγαίρειν.
Η Ἀληκτὼ δ' ὡς ἄληκτος οὖσα πρὸς ἐκδικήσεις.
A τίνειν punire ſontes Tiſiphone dicta.
Megæra ex eo, quòd malos odit:
Alecto verò, velut non ceſſans in vindictas.

Adſcribam & Senecæ Tragici in Agamemnone locum:

Inſtant ſorores ſqualidæ,
B *Sanguinea iactant verbera*
Fert læua ſemiuſtas faces,
Et veſtis atra funera
Exeſa cingit ilia.

De habitu & ornatu, vide quę ſuprà ad verſum 78. notabamus.

189. NOXIA MILLE MODIS LACERABITVR VMBRA, TVA QVE ÆACVS IN POENAS INGENIOSVS ERIT] Excudunt alij, *Noxia mille modis lacerabit membra*: verùm nihil muto. *Vmbram* enim vocat εἴδωλον ſeu ſimulacrum quoddam, quod inferos petere credebant ſuperſtitioſi Romani, non animam ipſam, quam potiùs in alia migrare corpora, ex Pythagoreorum ſententia, exiſtimabant. Hinc *vmbrarum potentem* Plutonem vocat Claudianus. Vide Seruium in 4 Æneid. & Mart. Ant. Delrium, accuratè de his ad Hercul. Oeteum ſenecæ differentem.

C ÆACVS IN POENAS] Fuit hic Iouis & Æginæ filius, tanta iuſtitia præditus, vt apud inferos bonorum malorumque iudicem conſtitutum fabuloſa tradat antiquitas. Horat. 2. ode 13.

Quàm penè furuæ regna Proſerpinæ
Et iudicantem vidimus Æacum.

Propert. lib. 4. eleg. vlt.

Aut ſi quis poſita iudex ſedet Æacus vrna,
In mea ſortitâ iudicet oſſa pilâ.

Statius lib. . Siluarum, in lacrymis Hetruſci: *Inferna rigidum timet Æacon vrna*. Vide Ouidium libr. 13. Metamorph.

194. VEXABVNT] *Vexabant* in m. s. Berſm. at deprauatè. Tibullus lib. 1. eleg. 3. *Verſantur celeri noxia membra rota*.

199. INDE EGO PAVCA CANAM, FRONDES VT D SI QVIS AB IDA, ET SVMMAM LIBYCO DE MARE CARPAT AQVAM] Elegans eſt infinitatis periphraſis, poëtis admodum familiaris. Pulcre & aptè huic loco Seneca, in Oedipo v. 600.

Non tot caducas educat frondes Eryx,
Nec vere flores Hybla tot medio creat,
Cùm examen alto nectitur denſum globo:
Fluctuſq; non tot frangit Ionium mare, &c.
Quot ille populos vatis eduxit ſonus.

Ceterùm Idam Phrygiam reſpexiſſe credo, quam alibi *vmbroſam* & *nemoroſam* vocat Naſo: *frondoſam* Maro.

ET SVM. LIB. DE MARE CARPAT AQVAM] Priſcè, pro *de mari*, vt & veteres notant Grammatici, Priſcian. & Cariſ. libr. 1. Vſus ea locutione Ouid. 5. Triſt. 5. & ante Ouidium Lucret. lib.

E mare primùm homines, è terra poſſet oriri

Squa-

Squamigerum genus.

Et Catullus Carm.4.

——— Cùm veniret à mare
Nouiſſimo hunc ad vſque limpidum lacum.

201. Nam neqve tot flores Sicvla nascvntvr in Hybla, Qvotve ferat Ocam terra Cilissa crocos] Hybla Siciliæ mons, Hyblę oppido cognomini proximus, & thymo & apibus abundans: vnde mel optimum. Martialis:

Cùm dederis Siculis media de collibus Hybla,
Cecropios dicas tu licet eſſe fauos.

Ouid.2.de Arte:

Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla.

2.de Ponto eleg.7. *Altaq; quàm multis floreat Hybla thymis.*

Terra Cilissa crocos] Optimum crocum gignit Corycus Ciliciæ mons: vnde *Corycius crocus* Martiali, & *Cilix crocus* Lucretio. Ouid.1.Faſt. *Et ſonet accenſis ſpica Ciliſſa crocis.*

205. Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri, Ora licet tribuas multiplicata mihi] Hyperbole poëtis frequentiſſima, vt in re difficili narranda plures optent linguas atque ora. Vſus ea noſter 1.Triſt.eleg.4. & 8.Metamorph. Hoſtius lib.2.belli Hiſtrici apud Macrob.lib.6.Saturn.cap.3. Virgil.6.Æneid. ex Homero Iliados β.

Πληθὺν δ᾽ οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ᾽ ὀνομήνω,
Οὐδ᾽ εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ᾽ εἶεν.

211. Natvs es infelix (ita Di volvere) nec vlla Commoda nascenti stella, levisve fvit] Parum feliciter & auſpicatò natum Ibin, docent ſequentes verſus. Petronius Arbiter in Satyrico *Hunc adoleſcentem quem vides, malo aſtro natus eſt.* Iſidor.l.10.cap.1. *Aſtroſus, ab aſtro, quaſi malo ſidere natus.*

213. Non Venvs affvlsit, non illa Ivppiter hora, Lvnaqve non apto, Solve fvere loco] Venus & Iupiter planetæ bonum portendunt.

Lvnaqve non apto] Vide Prou. *Quarta luna nati*, apud Eraſm. & Τετράδι γέγονας, apud Zenob. Heſych. ac Suidam. Quarta Luna Herculem natum ferunt, cuius celebris quidem vita fuit, at multis exercita laboribus. Pyrrhus Epirota apud Florum lib.1.cap.18. *Video me planè Herculis ſidere procreatum, cui quaſi ab angue Lernæo tot cæſa hoſtium capita de ſanguine ſuo renaſcuntur.*

215. Nec satis vtiliter positos tibi præbvit ignes, Qvem peperit magno Lvcida Maia Iovi] Mercurius Maia & Ioue natus. de quo noſter 1.Metam. & 5.Faſt. *Ioui* verò non *Ioue* legendum, patet ex Heſiodo in Theogon.

Ζηνὶ δ᾽ ἄρ᾽ Ἀτλαντὶς Μαῖα τέκε κύδιμον Ἑρμῆν.
Maia Atlantis filia peperit Ioui glorioſum Mercurium.

217. Te fera, nec qvicqvam placidvm spondentia Martis Sidera presservnt, Falciferiqve senis] Proba lectio eſt, præ illa, *Te fera nequicquam*, & vti eam allegat Ioan. Bapt. Pius Annotat. poſter. c.49. *Et te nequicquam*, &c. eſt autem letifera & fatalis planetarum horum coniunctio, & mali quidpiam perpetuò portendunt.

Falciferiqve senis] Saturni. Credebant veteres hunc vitis ſatorem, auctoremque agricolationis,

A id quod falx ſignificat. *Senem* vocat, vt Κρόνον Græci. vnde κρόνια *priſca*. Apud Suidam eſt, χαλκὸς ἀρχαιότητ@ ἢ κρονίων ἀπὸ τῶν πάνυ παλαιῶν Ex Ariſtoph. ἐν νεφέλαις. Res enim priſcæ & obſoletæ dicuntur τῶν κρονίων ἄπο ζεῖν, id eſt κρονικῶν ἀρχαϊκὰ, vt explicat Ariſtoph. interpres, *redolere Saturnalia.*

221. Hæc est in fastis, cvi dat gravis Allia nomen, Qvæqve dies Ibin pvblica damna tvlit] Lib.1.de Arte: *Flebilis Allia:*

Tu licet incipias, qua flebilis Allia luce
Vulneribus Latÿs ſanguinolenta fuit.

Et 1.Amorum: *Damnis Allia nota ſuis.* Minutius Felix in Octauio; *Allia infauſtum nomen.* Ex Virg.6. Æneid. *Quoſq; ſecans infauſtum interluit Allia nomen.* Verè grauis, flebilis, & infauſtum nomen, Romanis

B fuit Allia, iuxta quem, vt Seruij vtar verbis, *Galli Brenno duce, XV. Calendarum Auguſtarum die, deleto exercitu, poſt triduum deleuerunt etiam Vrbem, excepto Capitolio.* Accepta clades ea anno V.C.CCCLXVII. Vnde *Allienſis dies*, pro infauſto. Cicero lib.9.epiſt.5.ad Atticum: *Maiores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quàm Vrbis captæ; quòd hoc malum ex illo,* &c. Tacitus lib.2.Hiſtor. *Infauſto die, Cremerenſi Allienſiq; cladibus.* Lucanus lib.7.belli Pharſalici:

——— Cedant feralia Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia faſtis.

Vide Florum lib.1.cap.13. Liuium libr.6.in principio, Oroſium, & alios.

223. Qvi simvl impvræ matris prolapsvs ab alvo est, Cyniphiam foedo corpore pressit hvmvm] *Cynips* Africæ fluuius: à quo re-

C gioni & opido nomen. Plurimi ibi & maximi hirci. vnde *Cyniphij hirci* Virgilio 3.Georg. Hirci verò fœtidi & male-olentes: atque ob id fortè natum ibi Ibin canit poëta, vt conijcit Domit.

225. Sedit in adverso nocturnus culmine bvbo, Funereoqve graves edidit ore sonos] Bubonem inter obſcenas, hoc eſt ferales ac diri ominis aues numerat Statius Papin. lib.3. Theb. de auibus certi incertique augurij loquens:

——— Diræ ſtrident in nube volucres,
Nocturnæq; gemunt ſtriges, & feralia bubo
Damna canens.

Ouid.5 Metamorph.

Fœdaq; fit volucris, venturi nuncia luctus,
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

Idem lib.10.Metamorph.

Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata, ter omen

D *Funereus bubo letali carmine fecit.*

Et lib.15.

Triſtia mille locis Stygius dedit omina bubo.

Cetera de triſti hac aue colligit Citiarus lib.&cap. 21.de hon. diſciplina. Atque hæc omnia infelicem inauſpicatumque Ibidis natalem exaggerant: vt & quæ de Eumenidibus ſequuntur, quas *Diras vltrices* vocat Virgil. quòd à ſceleratis hominibus meritas pœnas exigant.

231. Gvttvraqve imbvervnt Erebeæ felle colvbræ, Terqve crventatas increpvere manvs] *Colubram* fœm. genere extulit & Lucilius lib.10.ſatyr. apud Nonium:

Iam diſrumpetur medius, iam vt Marſus colubras
Diſrumpit cantu, venas cùm extenderit omnes.

Terqve crventatas] Numerus is ſacer & abſo-

abſolutiſſimus apud priſcos: vnde quicquid ter dictum factomque, ratum id effectumque credebant. In magicis indicat id Virg. in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circumdo, &c.

In funeralibus, idem Maro: *Et ſupremum ter voce ciemus.*

232. PERBIBIT INDE SVÆ RABIEM NVTRICIS ALVMNVS, LATRAT ET IN TOTO VERBA CANINA FORO] *Perbibit* rectè: quoniam in moribus inoleſcendis magnam ferè partem altricis ingenium, & natura lactis tenet: quæ iam à principio imbuta paterni ſeminis concretione, ex matris etiam corpore & animo recentem indolem configurat. Vnde qui partus ſuos alijs nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filijs natura conſociat, interſcindunt, aut certè diluunt deteruntque. Ita ferè Gellius lib. 12. cap. 1. & Gellij ſimius Macrob. 5. Saturn. cap. 11. Adde Plin. lib. 28. cap. 9. Nat. hiſt. *In lactis vſu vtiliſſimum cuique maternum, nutricis exitioſum eſt.* Hinc apud Poëtam 4. Æneid.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanaq; admorunt vbera tigres.

Ex Iliade Homerica 16. Locum vide apud Gellium. Ouidius lib. 3. eleg. 11. *Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino.*

LATRAT] Hinc *canina facundia* Appio. Vide ſup. v. 13. & ibi notata.

253. NÆVE SINE EXEMPLIS ÆVI CRVCIERE PRIORIS SINT TVA TROIANIS NON LEVIORA MALIS] Troianorum excidium multis poëtis Tragœdiarum argumenta dedit, vt in poëtica tradit Ariſtoteles. Hinc Prou. ἀεὶ Ἰλιὰς κακῶν, & ἰλιὰς κακῶν· ἐπὶ τῶν μεγάλων κακῶν. παροιμία ἐν Ἰλίῳ μυρία κακὰ συνέβη γενέσθαι. Cicero libr. 8. epiſt. 11. ad Atticum: *Iamq; mari magno, non multò ſecus quam ſecùs poſſum vaticinari, tanta malorum impendet ἰλιάς.*

255. QVANTAQVE CLAVIGERI PÆANTIVS HERCVLIS HERES, TANTA VENENATO VVLNERA CRVRE GERAS] *Philoctetem Herculis heredem* nominat & Seneca, in Hercule Oeteo:

——Lato velut ecce vultu
Quem tulit Pæas, humeriſq; tela
Geſtat, & notas populis pharetras
Herculis heres.

Fuit verò Herculis heres, quia, vt ait Seruius in 3. Æneid. cùm hominem in Oeta monte deponeret Hercules, à Philoctete petijt, ne alicui corporis ſui indicaret reliquias, qua de re iurare eum compulit, & pro munere ſagittas dedit hydræ felle tinctas. De quibus plura Seneca in Herc. Oeteo. Ouidius 9. Metamorph. Interpres Sophoclis ἐν Φιλοκτήτῃ, & contra Per. Victorium [illegible]. Var. Lect. cap. 14. Benedictus Ægius Notis in Apollodorum, ac Ioan. Brodæus 1. Miſcellan. [illegible] 15. quos adi Lector. Satis fuerit annotaſſe pauca de vulnere Philoctetæ, quod in Lemno à vipera accepit, dum fanum Palladis auſeæ, vel, vt alij, Herculis expurgaret; aut, quod alijs placet, dum ſepulchrum Troili ab Achille occiſi, quod in Apollinis erat, violaret. Philoſtratus in Heroicis. τοῦτον ἐν Λήμνῳ φασὶν ἄτιμον καταληφθῆναι τοῖς Ἀχαιοῖς· ὕδρου ἐμπνεύσαντος αὐτοῦ ἐς τὸν πόδα, ὑφ' οὗ νοσεῖν αὐτὸν ἐπὶ ἀκτῆς ὑψηλῆς ἐν πέτρᾳ κείμενον. *Hunc in Lemno neglectum & deſtitutum à Græcis, cùm natrix pedem eius inuaſiſſet, in alti litoris ſaxo iacentem ægrotaſſe aiunt.* Iunior verò Philoſt. in Iconibus de Achiuis Chryſæ aram ab Iaſone extructam quærentibus, ita ait: Φιλοκτήτης ἐκ τῶν ξὺν Ἡρακλεῖ μνήμης τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δεικνὺς [illegible] αὐτῷ τοῦ ὕδρου τὸν ἰὸν ἐς θάτερον τοῖν ποδοῖν. οἱ μὲν ἐπὶ Τροίαν οἱ Ἀχαιοὶ στέλλονται· ὁ δὲ ἐν Λήμνῳ ταύτῃ κεῖται, διαβέβρωται, φησὶ Σοφοκλῆς, καταζώννυται τὸν πόδα. *Philoctetes memoria temporis repetita, quo cum Hercule vixerat, aram quærentibus oſtendit, & cum hydrus ſerpens interfeciſſet ei viru alterum pedem, Achiui reliqui Troiam petunt, ipſe in Lemno iacet relictus tabo fluente morbido, ambeſo pede, vt ait Sophocles.* His adde Cointum Calabrum libr. 5. Tzetzem in [illegible]cophronem, & quos ſuprà laudaui. Meminit Ouid. 1. de Po[illegible]o eleg. 3. *Magna Philoctetæ vulnere fama ſuo eſt.* Et 5. Triſt. eleg. 4. *Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.* Et alibi.

257. NEC [illegible] EIVS DOLEAS, QVAM QVI SIBIT VBERA CERVÆ, ARMATVS [illegible] T[illegible]IT VVLNVS INERME POTENS] Alterum verſum legit hoc modo Micyllus: *Armatiq; tulit vulnus inerme opem.* Ex hiſtoria hæc fabula clara res. Tele[illegible]hum enim intelligit, ſic dictum, quod cerua illi [illegible]bera præbuiſſet. ἀπὸ τῆς θηλῆς [illegible], teſte Dio[illegible]ro. Filius fuit Herculis ex Auge, non A[illegible]ue, vt apud Ælian. 12. Var. hiſt. c. 42. m[illegible]è lego [illegible] rex M[illegible]orum, qui, cùm Troiam peterent Græ[illegible], appel[illegible]re[illegible]que in M[illegible] repell[illegible] eos conatus e[illegible]. At cum Achille cong[illegible]ſſus, vulnus accepit nu[illegible] ra[illegible] medicabile; [illegible]nſultoque Apolline [illegible] reſpon[illegible]um hoc tulit, ὁ τρώσας ἰάσεται quo ſign[illegible] ca[illegible] ut remedium vulneri à [illegible]ulneris auctore peten[illegible]um; aliàs curari nullo pacto poſſe. Supplex [illegible]e Achilli factus Tel[illegible]phus, ill[illegible] qui ab a[illegible] [illegible]us tulerat, ab inermi opem quoque tulit. A[illegible]les verò æruginem medendis [illegible] mam è g[illegible] [illegible]uſpide in Telephi vulnus decuſſit & ſanaui[illegible] ſiue [illegible] ærea, ſiue ferrea cuſpide fe[illegible]it, vt ait Plin. libr. [illegible] 4 [illegible]ap. 18. Addit Sm[illegible]næus libr. [illegible] Telephum pro munere equos [illegible] apud [illegible] oſti[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ouid. 2. de Ponto eleg. 2.

Profuit & Myſo Pelias haſta duci.

1. Triſt. eleg. 1.

Namque ea vel nemo vel qui mihi vulnera fecit,
Solus Achilleo tollere more poteſt.

2. Amor 9.

Quid non Aemonius quem cuſpide percul[illegible] heros,
Cum perijt, medica poſtmodò iunit ope.

Propertius lib. 2.

M[illegible]ſus & Aemonia iuuenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac [illegible] [illegible]ide ſenſit opem

Al[illegible] [illegible]e ba quadam, q[illegible] [illegible]uc Achill[illegible] dicta, curatum Te[illegible]phum [illegible] [illegible]unt, vt Neſtor apud Smyrnæum & [illegible]laudianus:

Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis,
Cuius pertulerat vires, & ſenſit in vno
Letalem, placidamq; manum &c.

259. QVIQVE AB EQVO PRÆC[illegible]PS ALIENIS DECIDI[illegible] ARVIS, EXITIO FACS [illegible] [illegible]E[illegible] PA[illegible]NE[illegible] [illegible]] Ita quidem vulgati [illegible]mnes, at [illegible]endosè, vt apparet. Legendum enim in *Aleis* pro *alienis*,

nis, vel *Aleais* quattuor ſyllabis. Nam Ἀλήιον πεδίον vocant Græci campum, in quo poſt caſum ſuum corpore fracto ac debilitato errauit Bellerophon, ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου ἄλης, τουτέστι πλάνης, teſte Homeri Scholiaſte in Iliad. ζ. Varino & Euſtathio ad illa Dionyſij:

Τάρσον ἐυκτιμένην, ὅθι δή ποτε Πήγασος ἵππος
Ταρσὸν ἀφεὶς, χῶρῳ λίπεν οὔνομα, τῆμος ἀφ' ἵππου
Ἐς Διὸς ἱέμενος πέσεν ἥρως Βελλεροφόντης.
Κεῖθι δὲ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήιον, οὗ κατὰ νῶτα
Ἀνθρώπων ἀπάνευθεν ἀλώμενος ἐνδιάασκε.

Quæ ſic A. Papius eleganter reddidit:

Tarſon magnificam, preſſo quà Pegaſus olim
Calce loco nomen poſuit. Iouis æthera cùm heros
Bellerophon inuectus equo delapſus ab alto eſt.
Hic & Aleai campi: quos ille pererrans
Ex oculis hominum vitam ſecretus agebat.

Homeri locum interpretatur Cicero 3. Tuſcul.

Qui miſer in campis mærens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.

Quod verò addit Ouidius noſter:

EXITIO FACTES CVI SVA PENE FVIT] Eius enarratio ex hiſtoria petenda nulli, vt opinor, ignota: à qua prou. Βελλεροφόντης τὰ γράμματα, apud Zenobium; & *Bellerophonte caſtior*, apud Hadr. Iunium Cent. 4. adag. 33. Suidas: Βελλεροφόντης ὃν ὁ Προῖτος ἐβούλετο διὰ γραμμάτων αὐτοῦ τοῦ πρὸς Ἰοβάτην ἀνελεῖν. Et lepidè Plautus in Bacchidibus Sc. *Conſtringe:*

Bellerophontem iam tuus me fecit filius.
Ego tabellas detuli vt vincirer?

Plura in Lycophronem Iſaacius.

261. IO QVOD AMYNTORIDES VIDEAS, TREPIDVSQVE MINISTRO PRÆTENTES BACVLO LVMINIS ORBVS ITER] Nunc exoculationis pœnam Ibidi ſuo vouet Ouid. quam barbaram fuiſſe res ipſa clamat, vt effoſſis luminibus homo ad quælibet vitæ munia prorſus ineptus contabeſcat. Certè Iuſtiniano neſcio quo exemplo hoc pœnæ genus in legibus ruſticis ſæpiùs placuit Tit. 2. §. 7. & §. 12. Phœnix autem, Amyntore & Hippodamia natus, cùm ſuaſu nouercæ rem cum Clytia (alij Phthiam vocant) patris pellice habere deprehenſus eſſet, viſu à patre poſt multas in filium diras priuatus, ad Peleum confugit: à quo humaniter ſuſceptus eſt, à Chirone valetudini priſtinæ reſtitutus; ac dein Achillis educationi datus magiſter. Ita ferè Homeri Scholiaſtes ἄδηλος in Iliad. 10. Nam excæcationis non meminit, vt neque Homerus, quanquam multa patrem filio imprecatum referat. ita enim apud eum Phœnix ipſe:

——Πατὴρ δ' ἐμὸς αὐτίκ' ὀισθεὶς
Πολλὰ κατηρᾶτο, στυγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' ἐρινῦς.
——*Verùm animo genitor mox talia verſans*
Horrendas diras, atque atras vouit erynnes.

Lycophron tamen in Caſſandra Phœnicem & parenti maximè inuiſum, & ab eo lumine priuatum facit:

Τὸν πατρὶ πλεῖστον ἐστυγημένον βροτῶν,
Ὅ μηρὸν ὅς μιν θῆκε πηρὸν λύχνων
Ὅτ' ἐς νόθον τρήρωνος ηὐνάσθη λέχος.

Hoc eſt, interprete Ioſ. Scaligero:

Suo parenti plurimùm inuiſum omnium,
Qui fecit illum cæcilum, oculos forans,
Cubile ſpurij quando inijt pellicis.

A Ad quem locum videndus Tzetzes enarrator, qui ἀλληγορικῶς fabulam proſequitur. Ouidius noſter lib. 1. de Arte:

Fleuit Amyntorides per inania lumina Phœnix.

PRÆTENTES BACVLO] Tibullus libr. 2. eleg. 1. *Et pedibus prætentat iter.*

263. NEC PLVS ASPICIAS, QVAM QVEM SVA FILIA REXIT, EXPERTVS SCELVS EST CVIVS VTERQVE PARENS] Nota quæ de Oedipo memorant Diodorus lib. 4. Biblioth. Suidas, Apollodorus lib. 3. Hyginus cap. 57. ac de poëtis Sophocles in Oedipo Colonæo & Antigone, Euripides in Phœniſſis, ibiq́ue interpres, Seneca Tragicus in Oedipo extremo, vbi Oedipum oculos ſibi eruentem his verſibus inducit, vbi cognouit perpetratum à ſe in matrem ſcelus:

B ——*Dixit, atque ira furit.*
Ardent minaces igne truculento genæ,
Oculiq́; vix ſe ſedibus retinent ſuis.
Violentus, audax, vultus, iratus, ferox.
Tantùm cruentus gemuit, & dirum fremens
Manus in ora torſit: at contrà truces
Oculi ſteterunt, & ſuam intenti manum
Vltrò inſequuntur, vulneri occurrunt ſuo.
Scrutatur auidus manibus vncis lumina,
Radice ab ima funditus vulſos ſimul
Euoluit orbes, &c.

Statius Papinius Oedipum ſimiliter loquentem facit lib. 1. Theb.

——*Et lamentabile matris*
Connubium gauiſus ini: noctemq́; nefandam
Sæpe tuli, natoſq; tibi (ſcis ipſa) paraui;
C *Mox auidus pœnæ digitis cedentibus vltrò*
Incubui, miſeraq́; oculos in matre reliqui.

Lege & Zenobium prou. Βοιώτια αἰνίγματα, & Καδμεία νίκη.

QVAM QVEM SVA FILIA REXIT] Antigone, quam apud Senecam Thebaidis initio ſic alloquitur pater:

Cæci parentis regimen, ac feſſi vnicum
Patris leuamen quam tanti eſt mihi
Genuiſſe vel ſic; deſere infauſtum patrem:
In recta quid deflectis errantem gradum?
Permitte labi, &c.

Vide Sophoclem & Euripidem locis ſuprà citatis.

EXPERTVS SCELVS EST CVIVS VTERQVE PARENS] Reſponſum enim erat Laio, cõſulenti de liberorum procreatione oraculum, ſi quis ei ex Iocaſta naſceretur filius, à filio occiſum iri patrem: matremque coniugem ſibi futuram didicerat quo-
D que poſtea ex oraculo filius. Pauſanias in Bœoticis: Ὁ δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποκτενεῖν ἔμελλεν ὡς ηὐξήθη, καὶ τὴν μητέρα γῆμαι. *Ille cùm adoleuiſſet & patrem occidit, & matrem ipſam vxorem duxit.* Homerus Odyſſ. λ'. quem etiam ibidem citat Pauſanias:

Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον καλὴν Ἐπικάστην,
Ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀιδρείῃσι νόοιο,
Γημαμένη ᾧ υἷι· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
Γῆμεν, ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι.
Matremq́; Oedipodes formoſam vidi Epicaſten
Quæ fœdum imprudens facinus commiſerat olim
Connubio gnati iuncta; at tulit ille parentes
E vita: ſuperiſq; ſcelus vulgare nefandum
Eſt viſum.

265. QVALIS ERAT, POSTQVAM EST IVDEX DE LITE IOCOSA SVMPTVS, APOLLINEA CLA-

RVS IN ARTE SENEX] Tireſię vatis cæcitas in pro-A uerbium abijt, τυφλότερος Τειρεσίου. Iuuenalis *Tireſiam* pro cæco dixit: *Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquã eſſe deorum.* De cauſſa excęcationis variatum video. Ouidius putat à Iunone ideo oculis priuatum, quòd à Ioue ac Iunone, de amoris quantitate certantibus, electus arbiter maiore concupiſcentia feminas quàm viros flagrare pronunciaſſet. In feminis enim nouem, in viris tres tantùm amoris vncias collocarat. Nonnulli verò, quòd Palladem nudam conſpicatus eſſet: id quod iudicare etiam, vt ego quidem arbitror, videtur Propertius lib. 4. eleg. 10.

Interdicta viris metuenda lege piatur,
Quæ ſe ſemmota vindicat ara caſa.
Magnam Tireſias aſpexit Pallada vates,
Fortia dum poſita Gorgone membra lauat.

Et pluribus pulcreque Nonnus 5. Dionyſ. dum Actæonem, à canibus deuoratum, necem ſuam ſic ingemiſcentem inducit:

Ὄλβιε Τειρεσία, σὺ γὰρ ἔδρακες αὐτὸς ὀλέθρου
Γυμνὸν ἀναινομένης οὐκ ἐπιμοιρον εἶδος Ἀθήνης.
Οὐ θάνες, ἀλλ' ἔλαβες δίφρεας ἀμέρας...
Τ' μετέρων ...
Ζωὸς δ' ... βλεφάρων ὄλεσας φάος, ...
Ο' φθαλμῶν ...

Quæ ſic reddo:

Felix Tireſia nam tu ſine crimine mortis
Nuda aſpexiſti renuentis membra Mineruæ.
Non te mors rapuit, timidi neque corpora cerui,
Nec extenſa tua ſertiris cornua fronti,
Luminis te viuum orbauit, ſed lumina viſus
Tranſtulit ad mentem, fulgoremq̃ addidit illis.

Exſtat præterea Callimachi hymnus εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος, ab Angelo Politiano c. 80. Miſcellan. totidem verſibus latiuè expreſſus; qui etiam Callimachus ἐν Κρονίοις de Saturni legibus ſic ſcriptum reliquit:

Ὅς κε τιν' ἀθανάτων ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται
Ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.
Mortalis quis immortales aſpexerit audax
Diuos, id pœna criminis ipſe luet.

APOLLINEA CLARVS IN ARTE SENEX] Apollodorus lib. 3. Biblioth. ὀψίγονος, inquit, καὶ πολυχρόνιος. Mnoerna apud Callimachum:

Δώσω καὶ μέγα βάκτρον, ὃ οἱ πόδας ἐς δέον ἄξει,
Δώσω καὶ βιότου τέρμα πολυχρόνιον.
Huic baculum immenſum dabo, quod veſtigia ducat
Quà velit, huic vita tempora longa dabo.

Vterque longæuum fuiſſe Tireſiam indicat, ætatem minimè. Vide Bened. Ægium in Apollodorum: cui adde Melampodis verſus è Tzetze in Lycophronem, ſub perſona Tireſiæ:

Ζεῦ πάτερ, εἴθ' ἐμοὶ εἴθ' ἥσσονα μ' αἰῶνα βίοιο,
Ω' φελον δοῦναι καὶ ἴσα μήδεα ἴδμεν
Θνητοῖς ἀνθρώποις· νῦν δ' οὐδέ με τυτθὸν ἔτισας
Ὅς με μακρόν γ' ἔθηκας ἔχειν αἰῶνα βίοιο,
Ε' πτά μ' ἐπὶ ζώειν γενεὰς μερόπων ἀνθρώπων
Α' νδρῶν γυναικῶν.
Iuppiter, aut vitam breuiori includere fato,
Aut dare debebas hominum commercia noſſe.
Nunc verò haud paruo nos es dignatus honore,
Dum vita immenſum largiris degere ſeclum,
Septenumq̃ hominum ſpatium tranſcendere vita.

267. QVALIS ET IPSE FVIT, QVO PRÆCIPIENTE COLVMBA EST DATA PALLADIÆ PRÆVIA DVX QVE RATI] Phineum indigitat, Arcadiæ regem, vel, vt alij, Paphlagoniæ: qui ducta Cleopatra vxore, Oryibum & Crambin ex ea filios habuit: ſuperinducta nouerca (quam Δίαν Sophocles apud Apollonij interpretem, alij Harpalicen Zethes & Calais ſororem nominant) ſuaſu & inſtinctu eiuſdem liberos excæcauit. Vnde & ipſi à dijs iratis eruti oculi, immiſſæque harpyiæ, (Διὸς κύνας, atque ita deûm) quę cibos illi abriperent, menſamque fœda colluuie halituque intolerabili infeſtarent: donec aduenientibus ea in loca Argonautis, à Zethe & Calai, alatis fratribus, ad Plotas inſulas fugatæ ſunt, quæ hinc Strophades dictæ διὰ τὸ στραφῆναι ... ἐκεῖθεν ... admoniti enim erant ab Iride, vt à Iouis canibus

B abſtinerent, volatuſque ſuos conuerterent. Ita ferè Apollonius Rhodius lib. 2. & Val. Flaccus lib. 4. Argonaut. Nam in cauſſa exoculationis variant; Phineum ab Apolline vaticinandi artem edoctum, deorum fata atque conſilia temerè omnibus aperuiſſe:

——Οὐδ' ὅσσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ,
Χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισι.
——*Neque minimum reueritum eſt etiam Iouem ipſum,*
Publicans intrepidè ſacram mentem hominibus.

Quidam à Sole occæcatum ferunt, quòd longùm viuere, quàm videre maluiſſet. Ita ex Heſiodo refert interpres. Alij aliter. Lege Diodorum lib. 5. Biblioth.

QVO PRÆCIPIENTE COLVMBA] Phineus enim Argonautarum beneficio ab Harpyijs libera-

C tus, vt beneficium reponeret, euentum nauigationis prædixit, monuitque columbam emitterent & ſequerentur. Apollonius:

Ο' ιωνῷ δὴ πρόσθε πελειάδι πειρήσασθε
Νηὸς ἀπὸ προμεθέντες ἐφιέμεν· ἢν δὲ δι' αὐτῶν
Πετράων πόντονδε σόη πτερύγεσσι δίηται,
Μηκέτι δὴν μηδ' αὐτοὶ ἐρητύεσθε κελεύθου.
Α' λλ' εὖ καρτύναντες ἑαῖς ἐνὶ χερσὶν ἐρετμὰ
Τέμνεθ' ἁλὸς στεινωπόν.
Sed primùm volucri curſum tentate columba,
Quam priùs Aemonia procul emittatis ab Argo.
Illa per inſtabiles cautes, pelaguſq̃ profundum
Incolumis ſi tranſierit non læſa volatu,
Rumpite ſi qua mora eſt, manibuſq̃ apprendite remos
Anguſtaſq̃ maris rabiem tranſmittite fauces.

Meminit Propert.

D ——*Ignoto miſſa columba mari.*

EST DATA PALLADIÆ PRÆVIA DVX QVE RATI] *Palladia ratis*, Argo: ἀπὸ τοῦ ἀργοῦ, à celeritate, Diodoro lib. 4. Biblioth. ab Argo fabricatore, Apollonio; ab Argo, Phryxi filio, Pherecydi, apud Apoll. interpretem; ab eo, quòd Argiuos vexerit, delectos viros, Eunio apud Cicer. 1. Tuſculan. *Palladia* dicta, quia Palladis cura & monitu ædificata. Apollon. lib. 1.

Νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἔτι κλείουσιν ἀοιδοὶ
Α'ργον Ἀθηναίης καμέειν ὑποθημοσύνῃσι.

Valer. Flaccus lib. 1.

—— *Carum Tritonia deuolat Argum,*
Moliri hunc puppim iubet & demittere ferro
Robora.

Seneca Medea:

——*Non Palladia*
Compacta manu, regum referens

In-

A *Inclyta remos quæritur Argo.*

269. QVIQVA OCVLIS CARVIT, PAR QVOS MALA VIOSRAT AVRVM, INFERIAS NATO QVOS DEDIT ORBA PARENS] Alij aliter hiſtoriam hanc narrant. Abit à noſtro Dictys Cretenſis, & vero abſimilia commemorat. Compendio referam, quæ Euripides, Virgil. atque Ouid. noſter habent. Priamus imminentibus Troiæ Græcis, Polydorum ex Hecuba filium, natum minimum, ad generum Polymneſtorem (ducta Ilione filia) cum magno auri pondere alendum miſit. Polymneſtor, auri potiundi cupidus, vbi vrbis capiundæ inſtare periculum vidit, obtruncauit puerum atque in mare proiecit. Orba verò gnato Hecuba, ac gnatæ Polyxenæ mortem lugens, ad Achillis tumulum mactatæ, fortè

——Liquidas hauriret vt vndas,
B *Aſpicit eiectum Polydori in littore corpus.*

Accitumque ad ſe dolo Polymneſtorem quaſi aurum theſaurumque ei commendatura, ſuis captiuarumque manibus oculos eruit, atque ita eos inferias nato orba dedit parens. Ouidius noſter hæc pulcrè proſequitur lib. 13. Metamorph.

Eſt, vbi Troia fuit, Phrygia contraria tellus
Biſtonijs habitata viris: Polymeſtoris illic
Regia diues erat, cui te commiſit alendum
Clam, Polydore, pater, Phrygijſq; remouit ab armis.
Conſilium ſapiens, ſceleris niſi præmia magnas
Adieciſſet opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius enſem
Rex Thracum, iuguloq; ſui demiſit alumni.
Et tamquam tolli cum corpore crimina poſſent,
Exanimem ſcopulo ſubiectas miſit in vndas.

De Polymneſtoris exoculatione dein ſequitur:

Vadit (Hecuba) *ad artificẽ dira Polymeſtora cædis,*
Colloquiumq; petit. nam ſe monſtrare relictum
Velle latens illi quod nato redderet aurum.
Credidit Odryſius, prædæq; aſſuetus amore
In ſecreta venit.

Et mox:

Atque ita correpto captiuarum agmina matrum
Inuocat, & digitos in perfida lumina condit,
Expilatq; genis oculos. facit ira valentem.
Immergitq; manus, &c.

Paria habet Virgil. 3. Æneidos; vterque ex Euripide in Hecuba; apud quem Polydori vmbra de lamentabili fato ſuo προλογίζει. Verſus, quia pluſculi, non adſcribo. Illos tantùm lubet annectere, quos de exoculatione ſua pronuntiat Polymneſtor:

Τὸ λοίσθιον δὲ πῆμα, πήματος πλέον,
Ἐξειργάσαντο δεῖν᾽ ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων
Κόρας λαβοῦσαι, τὰς ταλαιπώρους κόρας
Κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν.

Eraſmus:

Porrò ſupremum iam malum, pluſquam malum
Mirè patrarunt: quippe correptis manu
Acubus, mihi orbes luminum miſerrimos
Fodiunt, cruentant.

271. PASTOR VT ÆTNÆVS, CVI CASVS ANTE FVTVROS TELEMVS EVRYMIDES VATICINATVS ERAT] *Paſtor Aetnæus*, Polyphemus. *Incolam rupis Aetneæ* Tibullus vocat. Huic Telemus vates prædixerat fore, vt ab Vlyſſe excæcaretur. Ouidius 13. Metamorph.

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
A *Terribilem Polyphemon adit, lumenq;, quod vnum*
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.

Verùm, riſit Polyphemus, vt falſa vaticinantem, Telemum: *Et, ô vatum ſtolidiſſime, falleris, inquit.* Et apud Theocritum Idyll. 6. ſub Damœtæ perſona:

——Αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ᾽ ἀγορεύων
Ἐχθρὰ φέροι ποτὶ οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ.

——Nam quæ nobis mala peſſima narrat
Telemus ipſe domum referat, natiſq; reſeruet.

Vbi non antiquus Scholiaſt. Οὗτος, inquit, ἐστὶ Τήλεμος, ὁ παρ᾽ Ὁμήρῳ Εὐρυμίδης, ἢ Εὐρύμαχος καλούμενος, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο. Verba quæ laudat Homeri, ſunt ex Odyſſ. 9. vbi in his recẽſendis longus eſt:

Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο
Καὶ μαντευόμενος κατεγήρα Κυκλώπεσσιν,
Ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα τελευτήσεσθαι ὀπίσσω.
B *Telemus Eurymides, vatum qui prima tenebat,*
Cyclopas inter vixit, ſenuitq;. mihiq; hæc
Tempore in exiguo narrabat cuncta futura.

Vides interpretem Theocriti Εὐρυμέδην perperam ſcripſiſſe, qui Εὐρυμίδης eſt. peſſimè verò proprium feciſſe nomen apud Homerum, cùm patronymicum ſit, ab Eurymo patre. Porrò de excæcatione Polyphemi ſic Iſaacius in Lycophronem: Ὀδυσσεὺς πλανώμενος ἐπὶ τὴν γαῖαν τῶν Κυκλώπων, εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ Πολυφήμου ἄντρον, υἱοῦ Ποσειδῶνος, ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος τυφλοῖ αὐτὸν δόλῳ τοιούτῳ. ἓξ γὰρ τῶν αὐτοῦ ἑταίρων φαγόντος τοῦ Κύκλωπος, δίδωσιν αὐτῷ οἶνον ὁ Ὀδυσσεύς,

Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα,
Ὄφρ᾽ εἰδῇς, οἷόν τι ποτὸν τόδε νηῦς ἐκεκεύθει.

Μεθυσθέντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Ὀδυσσεὺς σὺν τοῖς φίλοις ἐν C δοκῷ πεπυρωμένῳ αὐτὸν τυφλοῖ. Virg. 3. Æneid.

Nam ſimul expletus dapibus, vinoq; ſepultus
Ceruicem inflexam poſuit.

Mox: *——Nos magna precati*
Numina ſortitiq; vices, vnà vndique circùm
Fundimur & telo lumen terebramus acuto.

Quem locum Seruius ἀλληγορικῶς enarrat, & Polyphemum vnoculum fuiſſe negat, nec ab Vlyſſe oculo priuatum. Verùm cùm ſingulari vir prudentia eſſet, oculum ob id in capite illi affingi. Cumque prudentia eum Vlyſſes ſuperaſſet, ideo ab Vlyſſe fingi occæcatum. Ab hac autem Polyphemi excæcatione prouerb. manaſſe vult Diogenianus πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθεῖν. Item illud, ἂν οἶνον αἰτῇ, κόνδυλον αὐτῷ δίδου. de quo vide Suidam, vel potiùs Zenobium copioſè prouerbium explanantem: qui & alterum inde tractum refert: ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. D Lege Suidam.

273. VT DVO PHINEIDÆ QVIBVS IDEM LVMEN ADEMIT QVI DEDIT, ET THAMYRÆ, DAMONOCIQVE CAPVT] Orythus & Crambis Phinei, Arcadiæ regis, è Cleopatra filij erant, crebris à patre verberibus multati, ob falſas nouercæ criminationes. Phineus enim, Idæa Dardani Scytharum regis filia Cleopatræ ſuperducta, ex amoris impotentia ſeruiens per omnia nouercę libidini, calumnijs varijs priuignos proſcindentis, acerbè nimis in eos ſæuijt: qui implorata Herculis ope liberati demum ſunt, Phineuſque rex cum alijs non paucis ab Hercule interemptus. Hæc ex Diodoro libr. 4. Biblioth. qui ab Ouidio noſtro, alijſque variat, vt antè paullo indicamus. Vnde addit hæc verba: οὐκ ἀγνοῶ δ᾽ ὅτι τινὲς τῶν μυθογράφων τυφλωθῆναί φασι τοὺς Φινείδας ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τὸν Φινέα τῆς ὁμοίας τυχεῖν

τυχῶν συμφορᾶς ὑπὸ Βορέου. *Non ignoro mythologos* A *quoſdam Phineidas à patre excæcatos referre, Phineáq; ſimili calamitatis genere à Borea affectum.* Ad hanc fabulam reſpexit hîc Naſo, vt & lib. 1. de Arte:

> *Quid fodis immeritis Phineu ſua lumina natis?*
> *Pœna reuerſura eſt in caput iſta tuum.*

Plura ex Apollonio & Valerio Flacco ſuprà notauimus ad verſ. 267. vt & illud, quam *Idæam* Diodorus nouercam nominat, alibi *Harpalicen* dici.

ET THAMYRÆ, DEMODOCIQVE CAPVT] Fuere hi ambo muſici excellentes. De Thamyri, vel (vt alij ſcribũt) Thamyra, quem Lini diſcipulum facit Diodor. lib. 3. vocatque φύσει διαφέρει κεχορηγημένον) adſcribam Zenobij locum ex ἐπιτομῇ παροιμιῶν. Ὁ Θάμυρις πολλῷ ἐπὶ κάλλει διενεγκὼν, ἤρξατο πρῶτον ἐρᾷν ἀῤῥένων. ἀσκήσας δὲ κιθαρῳδίαν ταῖς Μούσαις B ἦλθεν, συνθέμενος περὶ ἔριν, εἰ μὲν κρείττων εὑρεθῇ, πλησιάσειν πάσαις· εἰ δὲ ἡττηθῇ ὧν ἂν ἐκεῖναι θέλωσιν. ὑπέρτεροι δὲ αἱ Μοῦσαι γενόμεναι, καὶ τῶν ὀμμάτων αὐτὸν καὶ τῆς κιθαρῳδίας ἐστέρησαν. hoc eſt, *Thamyras ob pulcritudinem multos ad ſeſe attrahens, cœpit primùm mares adamare. Cithara verò muſicisq; excellens, Muſas in certamen vocauit; hac conditione, vt ſi ſuperior eſſet, ſingulis potiretur; ſin inferior, qua illæ vellent parte priuaretur. Superiores itaque Muſæ oculis ipſum citharaq; priuarunt.* Hæc ille. vbi obſeruandum, quod ait ἤρξατο πρῶτος ἐρᾷν ἀῤῥένων, idem affirmare Suidam & Lucianum. Nam alij Talonem Creteuſem primum Rhadamanthi pueri amore captum ferunt; alij alios. Ouidius noſter Orpheo tribuit abominandæ illius κατωπυγοσύνης inuentum; quod tamen ad liberalem amorem refert Braſſicanus: quo etiam Socrates ingenioſos ſit complexus adoleC ſcentes:

> *Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorem*
> *In teneros transferre mares.*

Ceterùm certamen Thamyræ cum Muſis pluribus deſcribit Homerus in Catalogo:

> Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθά τε Μοῦσαι
> Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
> Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος·
> Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἴπερ ἂν αὐταὶ
> Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·
> Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
> Θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

Cui accedat Statius Papinius 4. Thebaidos v. 182. qui interpretis vice ſit:

> *Quos Helos, & Pteleon, Getico quos flebile vati*
> *Dorion. hic fretus doctas anteire canendo*
> *Aonidas, mutos Thamyris damnatus in annos*
> *Ore ſimul citharaq; (quis obuia numina temnat?)*

Propertius lib. 2. eleg. 22.

> *Me licet & Thamyræ cantoris fata ſequantur,*
> *Numquam ad formoſas, invide, cæcus ero.*

Vide Pauſaniam in Phocicis & alibi, Tzetzen Chiliade 7. Hiſt. 108. Euſtathium in Homerum, diuerſa ab Homero narrantem, quæ Suidas ad Amyrin refert, quem alium fuiſſe equidem exiſtimo, conſtatque è Diogeniano, Prou. Ἄμυρις μαίνεται. Ceterùm *Thamyrim* Sophoclis fabulam citat Athenæus libr. 1. *δειπνοσ.* & alibi. Porrò *Demodocus* citharœdus fuit antiquiſſimus, quem Homerus Odyſſ. 8. pulſantem citharam in Alcinoi Phæacum regis conuiuio inducit:

> Τὸν περὶ Μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε·
> Ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.
> *Illum in amore habuit, dedit ipſa bonumq; malumq;*
> *Muſa, oculis capto dedit aurea plectra chelynq;*

Cæcum fuiſſe ait, at cauſſam cæcitatis non addit.

275. SIC ALIQVIS TVA MEMBRA SECET, SATVRNVS VT ILLAS SVBSECVIT PARTES, VNDE CREATVS ERAT] Hactenus exoculationem cæcitatemque; nunc membrorum diſcerptionem mutilationemque Ibidi imprecatur. Ac primò quidem Saturni, Cæli Terræque filij, exemplo; de quo ita Macrobius lib. 1. Saturn. c. 8. *Hunc aiunt abſcidiſſe Cæli patris pudenda, quibus in mare deiectis, Venerem procreatam, quæ à ſpuma, vnde coaluit, ἀφροδίτη nomen accepit.* Et paulò pòſt: *Propter abſciſſorum pudenB dorum fabulam, etiam noſtri eum Saturnum vocitarunt, παρὰ τὴν σάθην, quod membrum virile declarat, veluti Sathunnum.* Eleganter etiam Nonnus libr. 7. Dionyſiac.

> Μὴ προτέρην μετὰ Κύπριν ἀμοιβαίῃ γάμου Κρόνος ἅρπῃ
> Μήδεα πατρὸς ἔτεμνεν ἕως πάλιν ἀφρὸν ἐχέφρων
> Εἰς τόκον αὐτοτέλεστον ἄγων μορφούμενον ὕδωρ,
> Ὁπλοτέρην ὤδινε θαλασσαίην Ἀφροδίτην;
> *Poſt primam Venerem lecti priuante iugales*
> *Falce Dei, atque patris reſecante virilia, num tunc*
> *Perfectum pudens formauit in æquore partum*
> *Spuma, nouamq; dedit Veneremq; marinam?*

Item alibi:

> —— Ὁππότε τίλλουσα γέρων Κρόνος, ὁππότε τέμνων
> Ἄρσενα πατρὸς ἄροτρα, λοχεύσιον ἤροσεν ὕδωρ,
> Σπέρμα δ' ἀπορρανθὲν τὰ θυγατρόγονοιο θαλάσσης.

277. NEC TIBI SIT TVMIDIS MELIOR NEC PTVNVS IN VNDIS, QVAM CVI SVNT VISÆ FRATER ET VXOR AVES] Variant in altero verſu codd. Excuſi quidam *ſubita* pro *viſa*, & ita in manuſc. Georg. Berſmanni. Malim vulgatam. Intelligit autem Ceycem Trachiniæ regem, Lucifero ſidere genitum, & Alcyonen Æoli filiam, Ceycis vxorem, quæ ob mariti naufragium dolore victa, in mare ſe præcipitauit, & in auem ſibi cognominem vnà cum Ceyce marito abijt. Ouid. 11. Metamorph.

> ——— *Et tandem ſuperis miſerantibus, ambo*
> *Alite mutantur, fatis obnoxius iiſdem*
> *Tunc quoque manſit amor.*

Illum adi nam copioſè & eleganter fabulam proſequitur. Adde Lucianum in Alcyone, Homeri item interpretem Iliad. 9. Senecā in Hercul. Oeteo v. 196.

D
> ——— *Raptum coniux*
> *Ceyca gemit.*

Et in Agamemnone v. 677.

> ——— *Licet Alcyones*
> *Ceyca ſuum fluctu leuiter*
> *Plangente ſonent.*

Addit Ouid. hîc: *Frater & vxor aues.* De vxore vidimus. fratrem habuit Ceyx Dædalionem. Huic Chione filia fuit, Dianæ præferre ſe auſa. Vindicauit ſe Diana, *& meritam traiecit arundine linguam.* Dædalion in filiæ rogum inſilire prohibitus, è Parnaſſo præcipitem ſe dedit:

> ——*Miſeratus Apollo,*
> *Cùm ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto,*
> *Fecit auem, & ſubitis pendentem ſuſtulit alis, &c.*

Viſæ ergò Ceyci frater & vxor aues; ille accipiter, hæc alcyone. Ex Ouidio 11. Metamorph.

279. So-

279. SOLERTIQVE VIRO, LACERÆ QVEM FRACTA TENENTEM MEMBRA RATIS, SEMELES EST MISERATA SOROR] De Vlyſſe varijs à Neptuno tempeſtatibus iactato, ac liberato Leucotheæ beneficio atque auxilio Homerus Odyſſ. ε, vbi naufragium illud pluribus deſcribit:

Τὸν δὲ ἴδεν Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνὼ
Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα,
Νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς,
Ἥ ῥ' Ὀδυσῆ' ἐλέησεν ἀλώμενον, ἄλγε' ἔχοντα.

Leucothea hunc Ino vidit pulcerrima, Cadmi
Filia, quæ mortalis erat prius oreſonoq́;,
Nunc ſortita Deûm eſt in fluctiuomo æquore honorem,
Hæc triſtē miſerata vago in diſcrimine Vlyſſem eſt.

Tzetzes in Lycophronem: *ἀνέμων δὲ γενομένων ὀργῇ Ποσειδῶνος, κατεάχθη ἡ σχεδία· δύο δὲ ὅλας ἡμέρας ἐνήχετο. τρίτῃ δὲ ἡ Λευκοθέα ἐλεήσασα αὐτὸν, δέδωκε τὸ κρήδεμνον αὐτῆς, μεθ' οὗ ἐξῆλθεν εἰς τὴν γῆν τῶν Φαιάκων.* *Ventis à Neptuno excitatis naufragio Vlyſſes per duos integros dies iactatus eſt. Tertio verò Leucothea illius miſerta, velum porrexit, cum quo in Phæacum terram appulit.* Plura ibidem leges. *Sollertem virum* vocat Vlyſſem, alibi *experientem*, Homerus *πολύτροπον*, id eſt, *συνετὸν ἢ πολλῶν ἔμπειρον τρόπων*.

281. VEL TVA, NE POENÆ GENVS HOC COGNOVERIT VNVS, VISCERA DIVERSIS SCISSA FERANTVR EQVIS] Diſſimulauit Domitius diſtichon hoc, vt non intellectum, prætermiſit. Suſpicari tamen licet intelligi ab Ouidio Metium Fufetium (ita ſcribo) Albanorum ducem, quod & Zaroto atque Egnatio in mentem venit: de quo ita noſter 1. Triſt. eleg. 3.

Sic doluit Metius, tunc cùm in contraria verſos
Vltores habuit proditionis equos.

Et Virgilius 8. Æneid.

Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant.

Varro de Vita pop. Rom. l. 1. apud Nonium, verbo: *Diſtrahere: Metium Fofetium propter perfidiam interemit penè imperioſiùs, quàm humanius. Nam equis ad curriculum ex vtraque parte deligatum diſtraxit.* Meminit & L. Florus libr. 1. Auctor de Viris illuſtribus cap. 4. Paulus Oroſius, & alij. Nouum ſanè atque aſperum, dignum tamen proditoribus, ſupplicium. Vnde rectè ſubijcit Maro: *At tu dictis Albane maneres.* De quo ſupplicio lege Gellium libr. 20. Noct. cap. 1.

283. VEL QVÆ, QVI REDIMI ROMANO TVRPE PVTAVIT, A DVCE PVNICEO PERTVLIT, IPSE FERAS] Aliàs *Romanos*, verùm nihil intereſt. De M. autem Atilio Regulo plena omnis hiſtoria eſt: *qui cùm legatus* (verba ſunt Auct. de Viris illuſt.) *de permutandis captiuis Romam miſſus dato iureiurando, ſi non impetraſſet, ita demum rediret, in Senatu conditionem diſſuaſit: reiectiſq; à ſe coniuge & liberis, Carthaginem regreſſus: vbi in arcam ligneam coniectus, clauis introrſum adactis, vigilijs ac dolore punitus eſt.* Hæc ille. Verùm alij aliter de eius ſupplicio. Cicero Orat. in Piſonem *illigatum in machina* ſcribit. Et Valerius Max. lib 9. cap. 2. *Machinæ, in qua vndique præacutis ſtimulis eminebant, incluſum.* Seneca epiſt. 68. machinam illam *arcam* nominat; & epiſt. 99. *crucem*, ob ſupplicij videlicet atrocitatem, vt ad Horatium explicat Læuin. Torrentius. malè enim hinc quidam & ex Floro l. 2. cap. 2. Regulum in crucem actum com-

A miniſcuntur. Nec illud inter auctores conſtat, an ſomno diu prohibitus, atque ita vita priuatus fuerit, vt è Tuditano refert A. Gellius libr. 6. cap. 4. nam diuerſa narrat Tubero, apud eumdem, his verbis: *In atras & profundas tenebras eum claudebant; ac diu poſt, vbi erat viſus ſol ardentiſſimus, repentè educebant, & aduerſus ictus ſolis oppoſitum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque eius, ne conniuere poſſent, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant.* Variat & Tzetzes Chiliad. 3. his verbis:

Τὰ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν μαχαίρᾳ συντεμόντες
Ἠνεωγμένους εἴασαν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκείνη.
Μικρᾷ δὲ τοῦτον εἵρξαντες καλύβῃ στενωτάτῃ
Ἄγριον ἐξοιστρήσαντες ἐλέφαντα θηρίον,
Ἐκίνουν τοῦτον κατ' αὐτῇ συγκατακεντᾶν καὶ ξέειν.

285. NEC TIBI SVBSIDIO PRÆSENS SIT NVMEN, VT ILLI
B CVI NIHIL HERCÆI PROFVIT ARA IOVIS] Priamus, Laomedonte & Xeuxippe natus, poſt filios omnes (quos quinquaginta numerant) à Pyrrho occiſos ad aram Iouis Hercæi, quod patrium Priamo numen erat, tanquam victima Pyrrhi manu cecidit. Teſtes de noſtris Virgilius 2. Æneid. Cicero Tuſc. 1. *Primùm autem tanta progenie orbatum, cùm in aram confugiſſet, hoſtis manus interemit.* De Græcis, Euripides in Troadibus, Pauſanias in Meſſenicis ac Corinthiacis, Coiuthus Smyrnæus lib β *παραλειπομένων*, Tryphiodorus ἐν *Ἰλίου ἁλώσει*, qui & ſimilem caſum Pyrrhi ſeu Neoptolemi (nomen id à Phœnice Achillis magiſtro accepit) refert. Nam cùm iugulato Priamo domum reuerteretur, proditione Macarei, ab Oreſte ad aram Apollinis Delphici obtruncatus eſt. Hinc
C prou. *Neoptolemi vindicta*, de quo in Meſſen. Pauſanias: *Νεοπτολέμῳ τῷ Ἀχιλλέως ἀποκτείναντι Πρίαμον ἐπὶ ἐσχάρας τοῦ Ἑρκείου, συνέπεσεν καὶ αὐτὸν ἐν Δελφοῖς πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀποσφαγῆναι. Καὶ ἀπὸ τούτου τὸ παθεῖν ὁποῖόν τις καὶ ἔδρασε, Νεοπτολέμειον τίσιν ὀνομάζουσιν.* *Cùm ad Hercæi Iouis aram Neoptolemus Priamum iugulaſſet, ipſi poſtea accidit, vt ad Apollinis Delphici aram interimeretur. Vnde quoties, qua quis alterum affecit iniuria, eam ipſe paſſus, Neoptolemeam vltionem dicunt.* Alia de Priami cæde opinio eſt Seruij in 2. Æneid. Ceterùm *Iupiter Hercæus intra ſeptum domus cuiuſq; colebatur, quem etiam Deum penetralem appellabāt*, auctore Feſto. *ἕρκος* enim ſeptum eſt. Harpocration: *Ἑρκεῖος Ζεύς, ᾧ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ βυλῇ ἵδρυνται· τὸ γὰρ περίβολον ἕρκος ἔλεγον.* Eadem Suidas habet: pro *βυλῇ* tantùm *αὐλῇ* ibi legitur.
D Heſychius *Ἑρκεῖον Δία* interpretatur *τὸν ἀσφάλειον, ἢ τὸν κατὰ τὴν οἰκίαν*. Et ita penates à Græcis vocatos notat Dionyſ. lib. 1. Orig. Roman. Meminit Iouis huius *Ἑρκείου* ſiue *Ἑρκίου* (nam & ita lego) Plato in Euthydemo, Dinarchus apud Harpocrationem, Sophocles in Antigone. Ex quibus patet manifeſtò Ful. Vrſini error, in Smyrnæo pro *Ἑρκείου ποτὶ βωμὸν* ſcribentis *Ἑρμείου*; & in Tryphiodoro pro *Ἑρκείοιο Διὸς μεγάλου παρὰ βωμῷ*, ſubſtituentis *Ἑρμείοιο*; Notis in Virgilium.

287. VTQVE DEDIT SALTVS E SVMMO THESSALVS OSSA, TV QVOQVE SAXOSO PRÆCIPITERE IVGO] Leg. *Theſſalis* Somnia ſunt, quæ de Hæmone & Theſſalo filio eiuſdem narrat Domit. qui cùm Theſſaliam imperio teneret, ab Euryalo aduena ex Oſſa monte in præceps datus ſit: quæque de Theſſalo Theſſaliæ rege à ſuis præcipitato habet Zarotus. Fabulam, ſeu hiſtoriam magis, Plu-

tarchus memorat, & Apollonij interpres; diuinatricem quandam, Aglaonicem nomine Egemonis Theſſali filiam, cùm in Oſſa monte Lunæ coitus obſeruaret, in iudicio conuictam, à muliereulis, exiſtimantibus ab ea Lunam cælo deduci, grauiſſimis affectam ſupplicijs, & ex Oſſa præcipitatam. Ita Alciatus in lib. 10. Cod. Iuſtinianei.

289. AVT VELVT EVRYALI, QVI SCEPTRVM CAPIT AB ILLO, SINT ARTVS AVIDIS ANGVIBVS ESCA TVIS] Adſcribam, quæ Domitius de Euryalo iſto hîc ſcripſit: qui cùm Theſſali cæde purgare non poſſet deditum Stygię paludi caput, à fatalibus anguibus dicitur abſumptus. Paria è veteri Commentatore profert Zarotus. Aliud habet, Euryalum Ioni filium, vino depoſitum, filiam ſtupraſſe, ideoque ab anguibus abſumptum. Auctorem laudat Gallum poëtam:

Ionides vis rupiens pro coniuge nata,
Vinum cauſſa fuit anguibus eſca datur.

Vtrumque incertum, & ſine auctore: amplius ergo quærendum.

291. VELVT A MATVRE, SICVT MINOIA FATA, PER CAPVT INFVSÆ FERVIDVS HVMOR AQVÆ] Adſcribam hiſtoriam è Conone Narrat. 25. apud Photium: *Minos*, inquit, *Iouis & Europa filius, Cretam rex tenuit, Dadalumq; quaſiturus claſſe inſtructa, nauigauit in Sicaniam, (qua hodie Sicilia) vbi à Cocali vna illius regis filiabus eſt interfectus. Natio hinc Cretenſium regis ſui cadem vltura, bellum aduerſus Siculos ſuſcepit. Sed victi Cretes, cùm domum redeunt, ad Iapygas tempeſtate delati ſunt, ibiq; tum ſedes fixerunt, Iapyges pro Cretenſibus facti.* Plura Pauſanias Achaicis, Herodotus, & Plutarchus in Theſeo. Tzetzes Chiliade 1. hiſt. 19.

Ὁ Δαίδαλος δ᾽ εἰς κάμινον σώζεται Σικελίας.
Τοῦτον δὲ Μίνως ἐκζητῶν, ἦλθεν εἰς Σικελίαν,
Ὑπὸ τῶν θυγατέρων δὲ θνήσκει τῶν τοῦ Κωκάλου,
Ζέμα θερμὸν περιχυθεὶς κατὰ τὰ πρῶτα ψύξας.

Ait Dædalum in Siciliam delatum, atque in Siciliæ camino ſeruatum fuiſſe; quæſitumq; à Minoë, qui Siciliam ingreſſus à Cocali filiabus aqua calida in caput infuſa, ac mox refrigerata fuerit extinctus. Allegoriam hiſtoriæ ſiue fabulæ idem auctor proponit. Diodorus Minoëm à Cocalo in thermis clauſum ac ſecretò detentum auctor eſt, atque ita vapore earumdem confectum.

293. VTQVE PARVM MITIS SEV NON IMPVNE PROMETHEVS AERIAS VOLVCRES SANGVINE FIXVS ALAT] De Prometheo decantatiſſima fabula eſt, quam eleganter ac lepidè ſuo more perſtringit Lucianus. Hunc Iupiter, quia ignem dijs furtim ſubduxerat ac mortalibus dederat, in Caucaſu monte vinculis alligauit, aquila propè adſtante, pectuſque depaſcente. Cùm *fixus* dicit Ouidius, clauis affixum inſinuat, vti Apollodorus libr. 1. auctor. Alij catena ad rupem religatum ferunt. Martialis in ſpectaculis: *Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus.* Vide Pauſaniam in Corinthiacis, Heſiodum in ἔργοις, eiuſque Scholiaſten Proclum, Hyginum, & alios. Meminit Catullus de Pelei & Thetidos nuptijs:

Poſt hunc conſequitur ſollerti corde Prometheus,
Extenuata gerens veteris veſtigia pœna,
Quam quondam ſilicis reſtrictus membra catena
Perſoluit, pendens è verticibus præruptis.

Propertius lib. 2. eleg. 1.

A *Idem Caucaſia ſoluet de rupe Promethei*
Brachia, & à medio pectore pellet auem.

Μυθολογίαν fabulę habes apud Platonem in Protagora, Apollonij interpretem, lib. 2. ex Agrœta rerum Scythicarum ſcriptore, Theophr. & Herodoro, Aphrodiſeum in Problematibus, ac Seruium in eclog. 6. *Caucaſeaſq; refert volucres, furtumq; Promethei.* Porrò *parum mitem* cur vocet, quærit hîc Sanctius. At quia fruſtrà quærit, *parum metes*, id eſt parum prudens, quaſi parum Prometheus, legendum pronuntiat. Iterùm fruſtrà, ne dicam ineptè, cùm μῆτις Græcè non ſit *prudens*, ſed prudentia, σύνεσις, βουλή, idem quod μήτιμα. *Parum* ergo *mitis* Prometheus fuit, qui prodeſſe hominibus volens, obfuit maximè: vtpote dijs iratis, qui nouam febrium

B morborumque turbam terris immiſerunt. Ita rectè Zarotus.

295. AVT VELVT EACIDES MAGNO TER AB HERCVLE QVINTVS, CAESVS IN IMMENSVM PROIICIARE FRETVM] *Etracides*, ms. *Ecracides* nullo vel portentoſo ſenſu. Tu lege *Atracides*, prono librariorum lapſu, & intellige *Caneum* Theſſalum, ſic dictum ab Atrace Theſſaliæ opido, de quo Stephanus περὶ πόλεων, dict. Ἄτραξ. Numeratur *Caneus* poſt Herculem decimus quintus, inter αὐτόχειρας, qui violentas ſibi manus intulerunt. Nomina eorum ſunt *Aegeus, Euenus, Aiax, Lycurgus, Macareus, Agrius, Menœceus, Niſus, Climenus, Hercules, Cinyras, Adraſtus, Hipponeus, Pyrrhamus, Oedipus & Caneus.* Ita recenſet ea Hyginus cap. 242. & qui primus ex eodem locum hunc reſtituit, Ioan. Hartungus Decur. 2. cap. 7. §. 2. Alibi aliud de Cæneo lego, πρότερον γεγονέναι γυναῖκα, εἶτα Ποσειδῶνος αὐτῇ πλησιάσαντος μεταβληθῆναι εἰς ἄνδρα. τοῦτον δὲ ἔτισε καὶ

C ἀτρωσίαν. ἦρεσε δὲ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ ἐπεκλήθη. οὗτος ἀσέλγως τοὺς παριόντας ὀμνύναι τὸ δόρυ αὐτοῦ. ὅθεν ἡ παροιμία, τὸ Καινέως δόρυ. Ex Apollonij Scholiaſte lib. 1. §. 4. Alij cum Centauris pugnantem, cùm lædi ferro non poſſet, arborum mole oppreſſum, viuumque in terram deiectum narrant. Ita Didymus in Iliad. α. Vide Ouid. 12. Metamorph.

297. AVT VT AMANTIADEN TVRPI DILECTVS AMORE ODERIT, ET SÆVO VVLNERET ENSE CAPVT] *Amantiadem*: ſic Domitium legiſſe apparet, nam de Celino & Satillo interpretatur, Amanti, inquit, filio: at quia ſine auctore, pro ſomnio habeo. In Ouidio, quem citat, *Celmus* legitur 4. Metamorph. qui Iouis itatus, cùm eumdem mortalem pronuntiaſſet, in adamantem mu-

D tatus eſt. At aliò reſpexiſſe Ouidium certum eſt. Alij *Abantiadem* legunt, & neſcio quid de Cherino Abantis filio, cuius amore Satillus deperierit, confingunt, neque etiam auctorem, qui id confirmet, idoneum laudant. Verior eorum lectio, qui *Amyntiadem* ſubſtituunt. Philippus namque Amyntæ Macedonum regis ex Eurydice filius, cùm Pauſaniæ Macedonis querimoniam de ſtupro, quod primis pubertatis annis per iniuriam paſſus ab Attalo Philippi amico, alijſque fuerat, cum riſu ſpreuiſſet, verſa in Philippum ira ab adoleſcente ipſo nemini ſuſpecto in tranſitu obtruncatus eſt. Ita ferè Iuſtinus lib. 9. Diodorus libr. 16. Plutarchus in Alexandro & Ariſtot. libro 5. Politic. Adde Bapt. Pium Annotat. Poſter. cap. 12. Ioan. Brodæum lib. 1. Epigrammatum Græc. εἰς ἀνδρείαν, &c, ne quem laude ſua fraudem, Zarotum hîc, qui triplicem lectio-

nem

nem proponit & explanat. Quare non eſt, quo glorietur Pius primò lectionem hanc à ſe inuentam, priùs etiam quàm Codrus Vrceus Sermones ſuos ederet. In altero verſu ſuam ſibi laureolam habeat Pius, dum legit. *Et ſæuo vulneret enſe puer:* cùm puer adhuc Pauſanias ab Attalo ſtuprum fuerit paſſus. Id quidem verum: at Ouidius non de iam puero loquitur, ſed de trucidatione à Pauſania facta, cùm ætatis prouectioris eſſet. Addit ab alijs legi: *Et ſculpto vulneret enſe puer:* gladio enim inſculptas quadrigas habente ferunt interemptum Philippum.

299. NEC TIBI PIDA MAGIS MISCERE POCVLA POSSINT, QVAM QVI CORNIGERO DE IOVE NATVS ERAT] Alexandrum veneno ſublatum multi tradiderunt, quos ſecutus hîc eſt Ouidius. Inſidiarum ac mortis auctor Antipater fuit, Caſſandro filio, (qui cum fratribus Philippo & Iolla miniſtrare regi ſolebat) ad regem miſſo datoque veneno: cuius tanta vis fuit, vt non ære, non ferro, non teſta contineretur, nec aliter ferri, niſi in vngula potuerit. Philippus & Iollas temperare & prægustare potum regis ſoliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatam potioni ſupermiſerunt. Ita ferè Iuſtinus lib. 12. extremo. Ab Iolla datum venenum ſcribit Arrianus, à Caſſandro Suidas: καὶ ὑπὸ Κασσάνδρου τοῦ ἰδίου στρατηγοῦ φάρμακον δεξάμενος, ἀπεπνίγη. καὶ οὕτως ἐπὶ τοσούτοις κατορθώμασι τὸν βίον μετήλλαξεν. Plura Plutarchus Alexandro, & Zonaras, qui opiniones omnium de morte eius diligenter collegit. Adde quæ in vnum contulit Andr. Schottus, elegantiſſimi & candidiſſimi vir ingenij, in Vitis parallelis Ariſtot. & Demoſth. ad Olymp. 114. an. 1.

QVAM QVI CORNIGERO, &c.] Lucanus lib. 9.

——Stat corniger ille
Iuppiter, vt memorant, ſed non aut fulmina vibrans,
Aut ſimilis noſtro, ſed tortis cornibus Ammon.

Corniger dictus à ſimulacro, quod Ioui Ammoni poſuit Liber pater. Seruius in illud Æneid. *Hic Ammone ſatus* &c. Ammonis filius ſalutatus fuit Alexander. Vnde *prolem Garamantici Tonantis* vocat Sidon. Apollin. Carm. 9. Vide Iuſtinum lib. 12. Curtium lib. 10. Gellium 13. Noct. c. 4. & Ælian. 2. *mix. hiſt.* cap. 19.

301. MORTE VEL INTEREAS CAPTI SVSPENSVS ACHAEI, QVI MISER AVRIFERA TESTE PEPENDIT AQVA] Variant in pentametro codd. In quibuſdam eſt *reſte* pro *teſte*, & ita Alciat. 10. Parerg. c. 24. atque ad furcam refert, ſiue crucem, ſupplicij genus priſcis etiam vſurpatum; eoque affectum fuiſſe Hiſtiæum Mileſium à Sardium præfecto Artapherne auctor eſt Herodotus l. 5. De hoc Ouidij verſus capiendos opinatur Alciat. & *Achæum* dictum, quòd Miletos Græcorum Ionum colonia eſſet. At longiùs petita iſtæc eſt interpretatio. Alij itaque *triſte* legunt: ego *teſte* retineo, & in priori verſu *more*, vt nonnulli præferunt libri. De *Achæo* ab Antiocho capto & ſuſpenſo locum intelligendum vidit Zarotus: in Pactolo verò fluuio ſuſpenſum fuiſſe, etiam Domitij commentum eſt. *Achæus* ergo, de quo hîc ſermo, Andromachi filius fuit, qui è Sardium arce, in qua obſeſſus ab Antiocho rege tenebatur, Bolidis Cretenſis proditione deductus, Antiocho ipſi traditus eſt cruciandus. Cumque variæ ac diſcrepantes ſuper ſupplicio il-

A lius fuiſſent ſententiæ, viſum demum eſt, vt miſero Achæo primùm membra extrema mutilarentur, reliquum deinde corpus amputato capite, culleoque aſinino inſuto, ſuſpenderetur. Ita Polyb. lib. 8. cuius indicium fecit Paulus Leopardus lib. 1. Miſcellan. cap. 10. Verba ſunt: καθίζοντος δὲ συνεδρίου, πολλοὶ μὲν ἐγίγνοντο λόγοι περὶ τοῦ τίνα δεῖ κατ' αὐτοῦ χρήσασθαι τιμωρίαν. ἔδοξε δ' οὖν, πρῶτον μὲν ἀκρωτηριάσαι τὸν ταλαίπωρον. μετὰ δὲ ταῦτα, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντας αὐτοῦ, καὶ καταῤῥάψαντας εἰς ὄνειον ἀσκὸν ἀνασταυρῶσαι τὸ σῶμα. Miſer itaque Achæus pependit aurifera aqua teſte, non in Pactolo ipſo, vt nugantur Domit. & Zarotus, ſed illo quaſi teſte & inſpectore, vtpote Sardibus vicino, vt primus vidit Belgij ſol, I. Lipſius lib. 1. de Cruce cap. 4. Sed & ea Boëthij verſibus, à Zaroto laudatis at malè

B intellectis, id manifeſtum:

Antiochus capit, & victum ſuſpendit Achæum:
Vada tibi hæc, credas, aurea teſtis erit.

Porrò *auriferam aquam* dixit, vt *auriferum amnem* Tibullus, Pactolum intelligens Lydiæ amnem, quem aureas voluere arenas fabulantur. inde χρυσοῤῥόας dictus. Apollon. interpres in lib. 4. n. 80.

303. AVT VT ACHILLIDAM COGNATO NOMINE CLARVM, OPPRIMAT HOSTILIS TEGVLA IACTA MANV] Pyrrhus rex Epeirotarum, paterno genere ab Achille; materno ab Hercule oriundus fuit. auctor Scriptor de Viris illuſtr. cap. 35. Vbi notat Schottus, à Iuſtino Achillis filium dici. Vtrumque verum, ſed de alio atque alio Pyrrho. Primus Achillis fuit filius, is à quo Epeirotici regni origo, quemque Oreſtis inſidijs Delphis inter altaria Dei interijſſe diximus ſup. ad verſ. 285. Succeſſere ex ordine

C Pilades & Arymbas; Arymbæ Neoptolemus; huic Alexander filius. Et hinc deinde ad Æacidem Alexandri fratrem regnum venit, qui Pyrrhum, filium (de quo hîc Ouidius) bimum reliquit. Ita Iuſtinus lib. 17. Is Pyrrhus eſt, de quo Auctor de Viris illuſtrib. qui cùm imperium orbis agitaret, in Romanos, Siculos, Græcoſque mouit. Repulſus à Spartanis, in Græciam regreſſus, dum Argos oppugnat, ictu tegulæ proſtratus eſt. Sic ille. Strabo lib. 8. Plutarch. in vita, & Polyænus κεραμίδα *tegulam* nominant; Iuſtinus lib. 25. Probus cap. de Regibus, & Oroſ. lib. 4. cap. 2. *ſaxum*. In loco etiam variant. Plutarch. in vrbe, in foro Polyænus, Iuſtinus extra vrbis muros id factum ſcribunt. Sed Polyæni locum elegantem è libr. 8. Strategem. iuuat adſcribere: Πύῤῥος Ἠπειρώτης ἐνέβαλεν εἰς Ἄργος, καλέσαντος

D αὐτὸν Ἀρισίου Ἀργείου. οἱ μὲν Ἀργεῖοι συνέδραμον ἐς ἀγορὰν μετὰ τῶν ὅπλων. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν προκαταλαβόμεναι τὰ στέγη, τοὺς Ἠπειρώτας ἄνωθεν βάλλουσαι, ἀναχωρεῖν βιάζονται, ὥστε καὶ Πύῤῥος ὁ δεινότατος τῶν στρατηγῶν αὐτὸς ἔπεσεν, ἐμπεσούσης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κεραμίδος, &c. Locus facilis eſt, nec verſione eget. Paria habet Pauſan. Atticis, qui, cùm fugientes Argiuos in vrbem inſequeretur, tegulæ ictu à muliercula occiſum Pyrrhum memorat. addit affirmare Argiuos, non mulierculam illam fuiſſe, ſed Cererem, ſumpta mulieris forma.

305. NEC TVA QVAM PYRRHI FELICIVS OSSA QVIESCANT, SPARSA PER AMBRACIAS QVÆ IACVERE VIAS] Sebaſt. Corradus eruditis vaſtiſque in 1. Æneid. Commentarijs de ſuperiori Pyrrho iſta intelligit. Et certè conſtat quidem Pyrrhum illum Epeirotam, vbi in manus Antigoni

Macedonum regis caput eius venit, Heleno filio redditum, vt patris inſepulti oſſa in patriam, Ambraciam nimirum, Pyrrhi in Epeiro regiam, referret, auctor Iuſtinus. at in Ambracia iacuiſſe inſepultum, nuſquam lego: immò ab Antigono ipſo magnificè ſepultum ſcribit Auctor de Viris illuſtr. Sed quòd eruta ea à M. Fuluio Nobiliore, dum Ambraciam oppugnaret, vineaſque aduerſus Pyrrheum illum locum admoueret, ac cuniculos ageret, exiſtimat Curradus; quia teſtem nullum laudat fide dignum, eras credam, hodie nihil. Hæret quoque Domitius; nec meliora vidit. illud tantùm de altero Pyrrho intelligi debere, cùm ſuperiorem magnificè ſepultum narrent hiſtoriæ. Denique Iſaacus Caſaubonus Animaduerſ. in Suetonium, morem illum ſæuiſſimorum hominum fuiſſe referens, vt reliquias eorum poſt obitum ſpargerent, quos viuos vehementer odiſſent: *Sic magni illius Pyrrhi*, inquit, *diſiecta reliquia, vt & hiſtorici teſtantur & Ouidius in Ibin*: proculdubio de ſuperiori illo Pyrrho loquitur, cùm Magnum nominat, cuius diſiectas reliquias qui ſcriberet, adhuc non vidi. Pyrrhum ergo Neoptolemum intelligo, Achillis filium, (à quo regni Epirotici originem eſſe dixi) vt optimè declarat Hyginus in Mytholog. cap. 122. quod ante Ciofanum vidit Mycillus & Alciat. lib. 10. Parerg. c. 5. qui tamen Hygini verba ad alterum Pyrrhum malè refert. *Neoptolemus*, inquit, *Achillis & Deidamiæ filius, ex Andromacha Eetionis filia captiua procreauit Amphialum. Sed poſtquam audiuit Hermionem ſponſam Oreſti eſſe datam in coniugium, Lacedæmonem venit, & à Menelao ſponſam ſuam petit. Cui ille fidem ſuam infirmare noluit, Hermionemq; ab Oreſte abduxit & Neoptolemo dedit. Oreſtes iniuria accepta, Neoptolemum Delphis ſacrificantem occidit, & Hermionem recuperauit, cuius oſſa per fines Ambraciæ ſparſa ſunt, quæ eſt in Epiri regionibus.*

307. NATAQVE VT ÆACIDÆ SACVLIS MORTARIS ADACTIS, NON LICET HOC CERERI DISSIMVLARE SACRVM] *Diſſimulare nefas* è vet. cod. legit Ciofanus. Rectè. Quam per *Aeacida natam* intelligat Ouid. quæritur. De Heraclia Hieronis filia, quæ veteri affinitate generi Achillis coniuncta fuerit, Domitij commentum eſt. neque enim Liuius, quem ipſe laudat auctorem, Heracliam ad Cereris ſacrarium confugiſſe ait: illud tantùm, in ſacrarium ad penates cum duabus virginibus confugiſſe. Hoc genere mortis extincta eſt Olympias, Alexandri Magni mater, immiſſis à Caſſandro percuſſoribus, qui eam confoderent, vt eſt apud Iuſtin. libr. 14. extremo: & fortè eò reſpexerit Naſo, vt *nata Aeacida* dicta ſit, quia ex Æacidarum genere. nam & Pauſanias in Atticis *Aeacidas* vocat omnes, qui ab Æaco originem habent. Aut potiùs ad Laodamiam reſpexit, Pyrrhi Æacidæ filiam, quæ cùm ad aram Dianæ confugiſſet, concurſu populi interfecta eſt. Iuſtinus libro 28. At Cereris, non Dianæ, aram nominat Ouidius; an quia infeſta ſemper Æacidis fuit Ceres? à qua etiam, ſumpta muliebri figura, Pyrrhum ipſum occiſum ex Argiuorum aſſertione ſcribit in Atticis Pauſan. Ita Alciat. l. 10. Parerg. cap. 4. Vide Parrhaſium epiſt. 48. & Abſtemium Annotat. cap. 3. tom. 1. Lamp. Criticæ.

309. VTQVE NEPOS DICTI NOSTRO MODO CARMINE REGIS, CANTHARIDVM SVCCO SONANTE PARENTIS IBIS] Domitius alium ſilet. Zarotus è vet. interprete Manetem quemdam refert filium Gelonis & Nereidis filiæ Pyrrhi Æacidæ, quem mater, filij complexum fruſtrà ambiens, Cantharidum ſucco atq; veneno ſuſtulerit. Amplius quærendum.

CANTHARIDVM SVCCOS] Cantharidos enim ſuccus venenoſus eſt, & in venas aut ventrem ingreſſus, letalis. Eſt autem *Cantharis* vermis viridis, in ſummitate ramorum fraxini & ulmæ naſcens. Vide Plin. lib. 29. cap. 4. & Dioſcoriden lib. 6.

311. AVT PIA TE CASO DICATVR ADVLTERA, SICVT QVA CECIDIT LEVCON VINDICE, FACTA PIA EST] Verbo indicabo, quod pluribus hîc interpretes. Et *Leuconem* quidem conſtat Ponti fuiſſe regem ſiue tyrannum; ita enim vocatos illius loci reges ſcribit Strabo lib. 7. ἀποδεξαμένους ἀπὸ Παρισάδου καὶ Λεύκωνος, *ſumpto à Pariſade ac Leucone initio*) at Oxylochum ſpe regni occiſum à Leucone fratre adulterio, & item hunc vindice adulteræ manu cecidiſſe, vnde illius in maritum laudata ſit pietas, id verò Domitij figmentum credo. Zarotus è vet. commentatore ſimile narrat de Leucone quodam, è Perſicis regibus oriundo & Spartaco fratre, pari fide.

313. INQVE PYRAM TECVM CARISSIMA PIGNORA MITTAS, QVEM FINEM VITÆ SARDANAPALVS HABET] Locum hunc optimè declarat Diodorus Siculus lib. 3. Biblioth. narrans Sardanapalum expugnato Aſſyriæ regno, ne viuus in hoſtium poteſtatem veniret, rogum in regia ingentem conſtruxiſſe, in eumq́ue aurum omne, argentumq́ue, & quicquid regij erat veſtimenti, congeſſiſſe: tum concubinis & eunuchis in domunculam, quam in medio pyræ exſtruxerat, concluſis, illum, regiamq́ue, & quicquid in ea erat, conflagraſſe. Verba optimi auctoris ſunt: Ἵνα δὲ μὴ (Σαρδανάπαλος) τοῖς πολεμίοις γένηται ὑποχείριος, πυρὰν ἐν τοῖς βασιλείοις κατεσκεύασεν ὑπερμεγέθη, καὶ τόν τε χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἅπαντα, πρὸς δὲ τούτοις τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα πᾶσαν ἐπὶ ταύτην ἐσώρευσε· τὰς δὲ παλλακίδας, καὶ τοὺς εὐνούχους συγκλείσας εἰς τὸν ἐν μέσῃ τῇ πυρᾷ κατεσκευασμένον οἶκον, ἅμα τούτοις ἅπασιν ἑαυτόν τε καὶ τὰ βασίλεια κατέκαυσεν. Cauſſa belli & adempti regni, regis fuit mollities, qui ſe fœminam malebat eſſe, quam virum; nec erubeſcebat inter ſcortorum greges purpuram colo nere, muliebri habitu & oculorum laſciuia feminas omnes anteire, penſa inter virgines partiri. Huc ſolo imitatus virum, quòd victus in regiam ſe receperit, & extructa pyra, ſe & diuitias in incendium miſerit, vt ſcribit Iuſtin. lib. 1. & pulcrè Cteſias lib. 3. rerum Perſic. apud Athenæum 12. δειπνοσ. qui vbi de vita ac morte Sardanapali ſermonem finit, Ὁ μὲν οὖν, inquit, Σαρδανάπαλος ἐκτόπως ἡδυπαθήσας, ὡς ἐνῆν γενναίως ἐτελεύτησεν. *Cariſſima pignora* Ouid. vocat, vxorem, liberos, pellices, aurum, argentum, veſtes, purpuram; quæ omnia cùm Sardanapalo incendio abſumpta ſunt. Cetera de Sardanapalo, deq́ue epitaphio eiuſdem leges apud Athenæum, Suidam, Tzetzen variæ hiſt. Chil. 3. hiſt. 95. & Chil. 7. hiſtor. 146. & Auctorem συναγωγῆς τῶν παροιμιῶν, quem è Biblioth. Vatic. Schottus edidit Cent. 3. 88. De ijs, qui ſimili mortis genere perierunt, colligit multa Iſ. Caſaub. Animad. in Athen. lib. 12. c. 7.

315. VTQVE IOVIS LIBYCI TEMPLVM VIOLA-

RE PARANTES, ACTA NOTO VVLTVS CONDAT ARENA TVOS] Cambyſes eo nomine ſecundus Perſarum rex, Cyri filius, cùm ſucceſſu nullo in Æthiopas, Carthaginenſes & Ammonios tertiò moniſſet, ac commeatus penuria ab Æthiopia retrocedere eum cogeret, contemptu religionis graſſati etiam contra deos furauſus, & ad Ammonis templum expugnandum exercitum miſit: qui tempeſtatibus & arenarum molibus oppreſſus interijt. Auctores Trogi abbreuiator Iuſtinus lib. 1. Herodotus libr. 3. Zonaras, & Oroſius Seneca lib. 3. Natural. Quæſt. cap. 30. *Aliquando Cambyſes ad Ammonem miſit exercitum, quem arena auſtro mota, & more niuis incidens texit, deinde obruit.*

IOVIS LIBYCI] Ammonis, in cuius nemus ac templum terreſtri itinere per Syrtes arenoſas aditus erat, vt ait Luctatius in 8. Theb. Papinij. Et Q. B Curtius de Alexandro ad Iouis Ammonis oraculum contendente ita ait: *Iter expeditum quoque & paucis vix tolerabile ingrediendum erat: terra caloq́; aquarum penuria eſt: ſteriles arenæ iacent*, &c. Hinc etiam Ammoni nomen, ab ἄμμου, quòd in Libya ſint πεδία ἀμμώδεα, καὶ ἀνεμώδεα. Verùm de his plura σὺν θεῷ dicemus in eo libro, quem De Gentilium Oraculis paramus.

316. VTQVE NECATORVM DARÆI FRAVDE SECVNDI, SIC TVA SVCCENDENS DEVORET ORA CINIS] *Darium* vocant Græci, quæ lectio ſi proba eſt, prima corripienda erit. Dictus primò *Ochus* fuit, ac Nothum fuiſſe teſtatur Euſebius. Ceterùm ad loci huius explicationem ſuffecerint Valerij Maximi verba lib. 9. cap. 2. *Ochus*, inquit, *qui poſtea Darius appellatus eſt, ſanctiſsimo Perſis iureiurando obſtrictus, ne quem ex coniuratione, qua ſeptem magos cum eo oppreſſerat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimentorum necaret; crudeliorem mortis rationem excogitauit, qua onerosos ſibi, non perrupto religionis vinculo tolleret. Septum enim altis parietibus locum cinere compleuit, ſuppoſitoq́; (al. ſuperpoſito) tigno prominente, benignè cibo & potione exceptos in eo collocabat; è quo ſomno ſopiti, in illam inſidioſam congeriem decidebant.* Meminit etiam ſupplicij huius à Dario vſurpati Cteſias in Perſicis, apud Photium, de quo Paulus Leopardus, Belga, homo doctiſſimus, lib. 13 Emendat. cap. 20. De eodem ſupplicio locus elegans eſt Machabæorum l. 2. c. 13 vbi Menelaus ſacrilegus cinere ſuffocatus eſt: *Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum vndique habens cineris. hæc proſpectum habebat in præceps. inde in cinerem deijci iuſsit ſacrilegum*, &c. Vide Reinerum Reineccium de Monarchia Perſarum, pag 70.

319. AVT VT OLIVIFERA QVONDAM SICYONE PROFECTO, SIT FRIGVS MORTIS CAVSSA FAMESQVE TVÆ] al. *Sicyone fugato*. Ita Sanctius & Cioſanus legit. *Sicyon* vrbs, & *Sicyonia* Achaiæ regio eſt, olearum fertilis. vnde *olinifera* poëtæ noſtro, & *Sicyonia bacca* Virgilio 2. Georg. Quid verò hic Ouid. velit, adhuc quæro. De Neocle intelligit Domit. & è vet. commentatore Zarotus, qui Sicyone pulſus, deſtitutus omni vitæ præſidio, frigore & fame vitam finierit.

321. AVT VT ACHARNIDES INSVTVS PELLE IVVENCI, TVRPITER AD DOMINVM PRÆDA FERARE TVVM] De *Acharni* ſeu *Acarni* filio, neſcio quo, ſomniant interpretes. Lege *Atarnites*, & de Hermia verſus intellige, Atarnæ rege ſiue tyranno, A vt rectè Turnebus libr. 9. Aduerſ. cap. 26. *Atarna* in ora Myſiæ vrbs fuit, apud Suidam, & Stephanum de vrbibus. De Hermia idem Suidas ait fuiſſe eunuchum, Eubuli Bithyniæ reguli pediſequum, Platonis & Ariſtotelis auditorem. Addit è Diodoro lib. 16. Turnebus, Hermiam, quia à Perſarum rege, id eſt domino, defecerat, circumuentũ ab Hectore duce regis Perſarum, & in poteſtatem redactum. At quod Ouidius ait *inſutum pelle iuuenci*, id de Hermia quiſquam ſcriberet adhuc non vidi. Vnde libr. 2. cap. 32. Obſeruat. Humanar. Andr. Schottus ſine hæſitatione vlla emendandum credit *Achimenides*, de quo idem, quod *Acharnidi* tribuit Ouidius, proditum probat ex Herodoti Polyhymnia & Cteſiæ Excerptis apud Photium. Apud Herodot. quidem lego *Achæmenem* Darii filiũ ab Inaro interemptum: B quo verò mortis genere perierit, non lego. In Cteſiæ repetio Achæmenidem ab Artaxerxe fratre Inaro Lydio obuiam miſſum, commiſſumq́ue cum Ægyptiis bellum, quo victores Ægyptii duce Inaro, & Achæmenides ipſe ab Inaro interemptus eſt, corpuſque ad Artaxerxem remiſſum: an *inſutum pelle iuuenci*? Id Cteſias non expreſſit.

323. INQVE TVO THALAMO IVGVLERIS MORE PHERÆI, QVI DATVS EST LETO CONIVGIS ENSE SVÆ] Ciceronem interpretem dabo, 2. de Inuentione: *Alexandrum, qui apud Pheraeos in Theſſalia tyrannidem occuparat, vxor ſua, cui Thebe nomen fuit, noctu, cùm ſimul cubaret, occidit.* Idem lib. 2. Offic. *propter pellicatus ſuſpicionem* interfectum ſcribit: cùm enim vxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum diſtricto gladio iubebat anteire; præmittebatq́ue C de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres, &, ne quod in veſtimentis occultaretur telum, exquirerent. Ita ferè ille. Adde Xenophontem lib. 6. de rebus Græcorum, Cononem Narrat. 50. apud Photium, Valer. Max. libr. 9. cap. 13. Diodorus libr. 16. Bibliot. à Thebe καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνου occiſum ſcribit. Addit Plutarchus in Pelopida tertium fratrem Pytholaum.

325. QVOSQVE PVTAS FIDOS, VT LARISSÆVS ALEVAS, VVLNERA NON FIDOS EXPERIARE TVO] *Alebas*, Ἀλεύας Græcis. vnde Ἀλευάδαι, οἱ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας εὐγενέστατοι. ἀπὸ Ἀλεύου βασιλέως ἔχοντες. ex Suida. Herodotus quoque libr. 7. initio, *Alebadas* Theſſaliæ reges appellatos fuiſſe D auctor eſt. *Lariſſa* verò plures fuerunt, vt Strabo ait lib 13. Hîc de *Lariſſa* Theſſaliæ vrbe agi puto, quia *Alebas* Theſſalus. Ab Acriſio eam conditam, dictumq́; illi nomen à Lariſſa Pelaſgi filia ſcribit Hellanicus apud Apollonij interp. lib 1. num. 2. Dominatum hic habuiſſe Alebam, è vet. commentatore notat Zarotus, ciuiumq́ue timore ſatellites corpori ſuo & cuſtodiæ adhibuiſſe, verùm ab illis ipſis, quos fidos credebat, poſtea interfectum.

327. VTQVE MILO, SVB QVO CRVCIATA EST PISA TYRANNO, VIVVS IN OCCVLTAS PRÆCIPITERIS AQVAS] De Milone Crotoniata hic infrà ad verſum 613. De Piſano iſto nihil equidem adhuc habeo, quod pro vero affirmem. De *Piſa* Strabo lib 8. Peloponneſi ciuitas eſt, quam aliqui à fonte Piſa appellatam volunt; fontem verò à pitiſſando, οἷον πίσσαν, inquit Strabo: alij ciuitatem eo nomine fuiſſe negant. Piſæ tractum nobilem

 fece-

fecerunt loci illius principes Oenomaus cum ſucceſſore Pelope, & filijs Pelopis. Addit Geographus & Salmoneum hoc in loco imperitaſſe. De Milone Piſano, quod huc pertineat, nihil adhuc legi. Interpres vetus, ex eoque Domitius ac Zarotus Piſanus imperaſſe ferunt, ab iiſdemque, cùm variis cruciatibus afficerentur, in Alpheum fluuium, Piſan præterfluentem, demerſum.

339. QVÆ QVI IN ADIMANTVM PHILESIA REGNA TENENTEM A IOVE VENERVNT, TE QVOQVE TELA PETANT] *Adimanti*, ſed alterius, mentio eſt apud Platonem in Parmenide: alterius, apud Polyb. libr. 4. vt notat hîc Micyllus. Alterius item *Adimanti* meminit Xenophon l. 1. ἑλλην. Diod. Siculus, Æmil. Probus in Alcibiade, cuius in bello ſocius fuit. Suidas Corinthiorum ducem fuiſſe, & à Comicis ob malitiam traductum ſcribit. Vetus B interpres *Adimantum* iſtum Phyleſiæ regem facit, ſiue, vt alii volunt, Theſſaliæ (vnde fortè *Phyllesia regna* hîc legeris rectiùs à Phyllide Theſſaliæ regione) qui cùm Ioue maiorem ſe putaret, fulmine ictus interierit. Ita ille, & qui ſcrinia illius compilarunt Domitius ac Zarotus. Ego, quod iis addam, non habeo.

331. AVT VT AMASTRIACIS QVONDAM LENÆVS AB ORIS, NVDVS ACHILLEA DESTITVARIS HVMO] *Amaſtris* vrbs Paphlagoniæ, quæ Ponti pars eſt, ὁμώνυμος τῆς συνῳκικυίας πόλεως, *de conditoris nomine appellata*, ab *Amaſtride* videl. de qua Strabo lib. 12. ἦν δ' ἡ Ἄμαστρις γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δ' Ὀξυάθρου τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ τοῦ κατ' Ἀλέξανδρον. Eadem Steph. περὶ πόλεων, in quo tamen corruptè eſt Σικελίας pro Ἡρακλείας, vt rectè Micyllus. Ceterùm Ponti regionem, & in ea Amaſtrin, Mithridates tenuit: à quo C Dionyſium Heracliæ tyrannum, Lenæum cognomento, pulſum ſcribit hîc Domitius; confugiſſeque in locum, quem Ἀχιλλέως δρόμον, *Achillis curſum* nominant, atque inibi deſertum à ſuis & deſtitutum omni ope miſerè contabuiſſe ac periiſſe.

333. VTQVE VEL EVRYDAMAS TER CIRCVM BVSTA THRASYLLI, EST LARISSÆIS RAPTVS AB HOSTE ROTIS] Fuit qui hoc modo interpretaretur, Codro teſte, *Eurydamas*, inquit, fuit Hector, quaſi latè domans, & *Thraſyllus* Patroclus. Acutè ſcilicet, at longè à vero. Res ita habet: Eurydamas vates cum Thraſyllo in contentionem venit, vicit, & interemit: Thraſylli verò fratris mortem vltus eſt Simon Lariſſæus, tractuſque curru circa Thraſylli buſta Eurydamas: ex more à Theſ- D ſalis recepto, vt amicorum interfectores circum cæſorum tumulos raptarentur. Eadem fortè Apollonio ſuo Callimachus imprecatus fuit quæ hîc Ibidi Ouidius. Refert Didymus, Homeri Commentator Iliad χ. ex eo hîc Micyllus, ante Micyllum Codrus Vrceus Serm. 1. Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν, ὅτι πατρῷόν ἐστι Θετταλοῖς τοὺς τῶν φιλτάτων φονέας σύρειν περὶ τοὺς τῶν φονευθέντων τάφους. Σίμωνα γάρ φησι Θεσσαλὸν τὸ γένος Εὐρυδάμαντα τοῦ Μειδίου σύρειν φασὶν ἀποκτείναντα Θράσυλλον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Ecce *Thraſyllum* nominat, qui *Thraſyllus* Ouidio, niſi vitioſa lectio eſt.

335. VEL QVI, QVÆ FVERAT TVTATVS MOENIA SÆPE, CORPORE LVSTRAVIT NON DIVTVRNA SVO] De Hectore capio, Priami & Hecubæ filio, Troianorum fortiſſimo, qui, cùm à Græcis A premerentur atque intra vrbis muros concluderentur Troiani, ſolus ferè Achillis impetum ſuſtinuit, cum quo congreſſus, primò fugæ ſe dedit; regreſſus mox, Achillis manu cecidit; qui Hectorem pedibus perterebratum, ac loro alligatum currui, ad naues vſque pertraxit. Ita Homerus Iliad. 22. extremo. Scribit idem poëta Iliad. vlt. poſtea ter circum Patroceli ſepulcrum raptatum Hectorem:

> Ἀλλ' ὅγε ἐπεὶ ζεύξειεν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους
> Ἕκτορα δ' ἕλκεσθαι δησάσκετο δίφρου ὄπισθεν·
> Τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα Μενοιτιάδαο θανόντος.

Virgil. 1. Æneid.

> *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,*
> *Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.*

Idem 2.

> B *In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector*
> *Viſus adeſſe mihi, largoſque effundere fletus,*
> *Raptatus bigis, vt quondam, aterque cruento*
> *Puluere, perque pedes traiectus lora tumentes.*

Vetus poëta.

> *Vidi, videre quod me paſſa ægerrumè,*
> *Hectorem curru quadriiugo raptarier.*

Ceterùm raptatum hoc modo ab Achille Hectorem è more patrio ſcribit Homeri Scholiaſtes, ὡς Θεσσαλὸν ὄντα καὶ τὸν Ἀχιλλέα περιελκύσθαι, τοῦτο ποιῆσαι. Non ergò crudelitate aliquid fecit, cùm & Eetionem à ſe occiſum vnà cum armis honorificè ſepelierit, ἀλλ' ὅτι πρότερον ὁ Ἕκτωρ εἰς τὸν Πάτροκλον αἰκίας μέλλων ἔργα. Vide notata ad verſum præcedentem.

337. VTQVE NOVVM PASSA EST GENVS HIPPOMENEIDE POENÆ, TRACTVS ET ACTÆA C PERTVR ADVLTERA HVMO] Aldus *Hippomeneia*, non malè. Hoc nomine appellatam inuenio Limonem, Hippomenis filiam; etenimque interpres vulgatus, qui *Hippomeniam* vocatam mutato nomine exiſtimat, quæ antea Limone fuerit dicta. Hiſtoria autem ſic habet: Hippomenes XVII. Athenienſium rex, teſte Euſebio in Chronicis, filiam Limonem à ciue quopiam vitiatam, vnà cum equo in domicilio concluſit, neutri alimentum ſuppeditans. Quare equus in tabiem actus, puellam viuam deuorauit. Vnde Prouerb. ἀσεβέστερος Ἱππομένους, apud Diogenianum ἐν τῇ παροιμιῶν συναγωγῇ. Hiſtoriam Suidas refert, qui & locum ipſum ἵππου καὶ κόρης inde nominatum ſic ſcribit: Ἱππομένης Ἀθηναίων ἄρχων ὃς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς δι' αἰτίαν τοιάνδε· τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, ἥν τινα τῶν ἀστῶν πρὸς αἰσχύναντος λάθρᾳ, D ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν εἰς οἴκημα δὲ ἅμα σὺν ἵππῳ, καὶ προσφέρειν οὐδέτερῳ ἀπειρημένον· πεινῶν οὖν λιμῷ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδὶ ἀνήλωσέ τε αὐτήν, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε, μετὰ ταῦτα ἐπονομασθέντος αὐτοῦ τοῦ οἰκήματος, ἀπ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο ἵππου καὶ κόρης. Porrò adulterum equis diſcerptum, præter Ouidium hîc, meminit Ælianus de varia hiſtoria libr. 14. cuius verba inf. ad verſ. 463. adſcripſi.

341. VISCERA SIC ALIQVIS SCOPVLVS TVA FIGAT, VT OLIM FIXA SVB EVBOICO GRAIA FVERE SINV] Nauplius Neptuno genitus & Amymone Danai filia, ſi Scholijs Apollonij credimus, in vltionem Palamedis filij, quem Græci ad Troiam Diomedis & Vlyſſis ingenio ductum lapidibus obruerant, Græcorum vxores vt ſtuprarentur effecit, decemque Cretæ ciuitates cepit, ac funditus euertit: denique naues Græcorum in grauiſſi-

mum

mum naufragium coniecit. Nā redeuntibus Troia A expugnata domum naufragioque laborantibus, facula accēſa fallaci, igne ſignum è Caphareo promontorio extulit, naueſque in cæca ſaxa pertraxit, ſcopuliſque alliſit: vbi *pater in Caphareis ſaxis pleros Achiuos perdidit*, vt ait Pacuuius in Dulorεſte, apud Priſcianum lib. 5. Refert Smyrnæus libr. 14. παραλειπομένων ab Homero verſ. 620. Strabo lib. 8. Geographiæ, Seruius Honoratus ad illa verba Virgilij, (qui, vt & Strabo, cladem illam Mineruæ tribuit:)

Sic triſte Minerua
Sidus & Euboicæ cautes, vltorq; Caphareus.

Euripides item in Helena, Seneca in Agamemnone. Idem in Medea Nauplium etiam è Caphareis ſcopulis cecidiſſe, ſubmerſumque indicat:

Igne fallaci nocturnum Argis
Nauplius, præceps cadit in profundum. B

Meminit Propert. lib 3.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,
Naufraga cùm vaſto Græcia tracta ſalo eſt.

Vide notata inf. ad verſum 622.

343. VTQVE FEROX PERIIT, ET FVLMINE, ET ÆQVORE, RAPTOR, SIC TE MERSVRAS ADIVVET IGNIS AQVAS] *Raptus* è ms. quidam legunt: ego nihil muto. *Raptorem* enim vocat Aiacem Locrenſem, Oilei & Rhenæ filium, ob ſtupratam in templo Palladis Caſſandram. Quæ & ipſi & Græcis exitij cauſſa fuit, cùm euerſa Troia in patriam reditum maturarent. Aiax namque fulmine in acutum Capharei ſcopulum illiſus eſt, naueſque, mare Euboicum concitante Pallade, diſſipatæ, vt iam diximus: licet Nauplio cladem illam alij adſcribant. Iuno apud Virg. 1. Æneid. C

——— Pallaſne exurere claſſem
Argiuûm, atque ipſos potuit ſubmergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Disiecitq; rates, euertitq; æquora ventis:
Illum exſpirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto.

Vide ibi Seruium. Sidonius Panegyrico Maiorani:

Nec ſic intortum violata Phœbados vltrix
In Danaos fulmen iecit, cùm Græcia Troia
Noctem habuit, ſimilemq; facem, ſaxiſq; Capharei
Cautibus inter aquas flammam ructabat Oileus.

Proſequitur pulcrè iſta Homerus Odyſſ. 4. qui ad Gyræas petras Locrenſium multos refert interijſſe, enataſſe verò & conſediſſe in ijs Aiacem: at cùm ſe iactaret, ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης, *Euaſiſſe maris dijs fruſtrà obſtantibus æſtum*; indignatum D Neptunum, Aiacemque conſciſſo diuiſoque ſcopulo perijſſe, ἐπεὶ πίεν ἅλμυρον ὕδωρ, *ſalſas poſtquam bibit vndas*. Seneca in Agamemnone verſ. 540. ex Homero tranſſcripſit:

Tandem occupata rupe, furibundùm intonat,
Superaſſe nunc ſe pelagus atque ignes: iuuat
Viciſſe cælum, Palladem, fulmen, mare.

Et interiectis paucis:

——— Plura cùm auderet furens,
Tridente rupem ſubruit pulſam pater
Neptunus, imis exerens vndis caput,
Soluitq; montem; quem cadens ſecum tulit,
Terraq; & igne victus & pelago iacet, &c.

Ecce *terra, igne & pelago victum Aiacem* memorat; noſter *perijſſe & fulmine & æquore*. Euripides in Troad. de eadem re:

Καὶ Ζεὺς μὲν ὄμβρον καὶ χάλαζαν ἄσπετον
Πέμψει, ζοφώδη τ' αἰθέρος φυσήματα.
Ἐμοὶ δὲ δώσει πῦρ κεραύνιον λέγει,
Βάλλειν Ἀχαιοὺς, ναῦς τε πιμπράναι πυρί.

Plura Tzetzes in Lycophronem, Didymus in Homerum Iliad. ν'. ex Callimachi Ætijs, Plutarch. in Sertorij vita.

345. MENS QVOQVE SIC FVRIIS VECORS AGITETVR, VT ILLI, VNVM QVI TOTO CORPORE VVLNVS HABET] De Marſya intelligendum videri ſcribunt hîc Domitius ac Zarotus. Ineptè. Neque enim ille in furias verſus legitur. Aiacem ergò Telamonium intelligit Ouidius, vt rectè notat Micyllus, de quo è Didymo ſiue Tarrhæo ita ſcribit Zenobius in Αἴαντος γέλως. ὁ Αἴας παραφροσύνην νοσήσας, καὶ μανεὶς διὰ τὸ προτιμηθῆναι τὸν Ὀδυσσέα, εἰς τὴν τῶν ἀχιλλείων ὅπλων κατοχὴν, κατὰ τῶν Ἑλλήνων ξιφήρης ὥρμησε, καὶ κατὰ τῶν βοσκημάτων περιπεσὼν θρεμμάτων, ὡς Ἀχαιοὺς τούτους φονεύειν. δύο δὲ μεγίστους κριοὺς κατασχὼν, ὡς Ἀγαμέμνονα, καὶ Μενέλαον δεσμεύσας ἐμάστιξε, καὶ κατεγέλα τούτων μαινόμενος· ὕστερον δὲ σωφρονήσας ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. *Aiax, quòd in Achillis armorum ſucceſſione prælatum ſibi Vlyſſem videret, amens furenſq; diſtrictum Græcos enſe ſæuiebat. At fortè fortuna in gregem pecorum incidens, ratus Achiuos eos eſſe, trucidabat. Duos verò maximos ſuſpendens arietes, velut Agamemnonem & Menelaum, vinctos flagris cædebat, ijſq; plurimo cum riſu inſultabat. Poſt reſipiſcens, violentas ſibi manus intulit.* Philoſtratus in Heroicis: Φθορὰς, ὁπόσαι περὶ τὰς ἀγέλας γίγνονται, πάσας ἐξ Αἴαντος ἥκειν φασίν. οἶμαι διὰ τὸν ἐν τῇ μανίᾳ λόγον, ὅτε δὴ ὁ Αἴας λέγεται ταῖς ἀγέλαις ἐμπεσὼν, διαφορῆσαι σφᾶς, οἷον κτείνων τοὺς Ἀχαιοὺς ἐπὶ τῇ κρίσει. *Quæcumque greges inuadunt contagia, omnia ab Aiace propterea (vt puto) aiunt proficiſci, quòd iam iudicij cauſſa inſaniret greges pro Græcis dicatur trucidaſſe.* Vide Homerum Iliad. ψ., & ibi interpretem, Pindarum ode 5. Iſthmiorum. De furore autem atque inſania Aiacis extat Tragœdia Sophoclis, Αἴας μαστιγοφόρος, a Ioſ. Scaligero latinè feliciter reddita: cuius etiam meminit Io. Tzetzes Chiliad. 3. hiſt. 76.

VNVM QVI TOTO] Inuulnerabilem enim, præterquam in collo, permanſiſſe Aiacem, ex quo eum adhuc infantem leonina pelle induit Hercules, auctor eſt Homeri Scholiaſtes. Vnde Parrhaſius epiſt. 42. locum poëtæ noſtri ſic ex antiquis codd. emendabat: *Vnum cui toto corpore vulnus erat*. Egnatius Domitium ſecutus, de Marſya quoque locum capit, & huc refert, quod de eodem in Metamorp. ſcribit Ouidius: *Nec quicquam niſi vulnus erat*. Non placet.

347. VTQVE DRYANTIADÆ, RHODOPEIA REGNA TENENTI, IN GEMINO DISPAR CVI PEDE VULNVS ERAT] Benè ſe diſtichon hoc habet. Nam *ingenuo* pro *in gemino*, ſuppoſititia lectio eſt. Lycurgus Dryantis F. rex Thraciæ, dum Bacchum contemnit, ac deum negat, viteſque eius amputat, crura ſibi incidit. Ita de eo ferè fabulæ, quò Ouidius reſpexit. Seruius in illud 3. Æneid. *Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.* *Re vera*, inquit, *abſtemius fuit, quos conſtat auiorum eſſe natura, quod etiam de Demoſthene dictum eſt.* Vnde Plutarchus amputaſſe ideo vinetа commemorat, quòd temulentos per vinum ac comeſſationes videret inuicem pugnantes, lib. de Poëtis legendis. Atque ita Tzetzes Chil. 5. hiſt. 19.

Καὶ γὰρ τῆς Θρᾴκης βασιλεὺς οὗτος ὁ Λυκοῦργος,
Ἔθετο δόγμα τοῖς Θρᾳξὶν, ἀμπέλους μὴ φυτεύειν
Καὶ πάλαι οὔσας ἐξέκοψε πάσας αὐτῶν ἀμπέλους.

Addit poſtea ex vini defectu mente fuiſſe captum, non oculis, vt eſt in fabulis, & à populo occiſum:

Ἐξέστη δ' οὕτω τῶν φρενῶν, ἢ τῷ μὴ χρῆσθαι οἴνῳ,
Εἰς ἀχρηστίας ἐκπεσὼν, καὶ κατεξηρασμένος,
Εἶτ' ἄλλο τοιοῦτόν τι παθὼν ἐξ ἀπειλίας, &c.

Hyginus cap. 132. ſcribit vxorem liberoſque trucidatos à Lycurgo inſaniente; atque hunc ipſum à pantheris, quas Bacchus immiſerat, in Rhodope diſcerptum. Alij aliter finijſſe vitam volunt: de quo Euſtath. in Iliad. 6. Meminit Heraclides Ponticus in Allegoriis Homericis, Philippus libr. 1. ἀνθολ. εἰς ἄμπελον. Seneca in Oedipo:

Regna ſecurigeri Bacchum ſenſere Lycurgi.

Quod verò addit Ouid. *In gemino diſpar*, reſpexiſſe credo ad Græcorum illud, qui μονοκρήπιδα Lycurgum vocarunt, vtpote altero pede cæſo ſiue læſo. Poëta ἄδηλος 4. Anthol.

Τίς τὸν Θρήϊκα τόνδε μονοκρήπιδα Λυκοῦργον
Χάλκεον ἠδωνῶν τεῦξεν ἀμπελάμητον; &c.

349. VT FVIT OETÆO QVONDAM, GENEROQVE DRACONVM, TISAMENIQVE PATRI, CALLIRHOESQVE VIRO] Conglobat hiſtorias varias ac ſimiles, de inſanis & amentibus. Ac primò quidem de Hercule, quem *Oetæum* vocat, ab Oeta monte Theſſaliæ, in quo arſit. Propert. l. 3. eleg. 1. *Oetæum deum* nominat. Hiſtoria ſic habet, quantũ quidem ad locũ præſentem ſatis eſt. Deperibat Iolem, Euryti Oechaliæ regis filiã, ſibi deſponſatam, Hercules. Occiſo rege, regnoque expugnato, Iolem abduxit. Ferre mariti pellicem Deianira vxor non potuit; ſecutaque Neſſi Centauri conſilium, miſit per Lycham ſeruum Herculi veſtem Neſſi cruore ac ſanie imbutam. Induit tunicam ſacrificaturus Hercules; & mox ardens febris, atque hinc inſania furorque illum tantus corripuit, vt Lycham è promontorio præcipitem dederit, ſeque, vt hominem exueret, Oetæis ignibus concremauerit. Ex Seneca in Herc. Oetæo, Diodoro l. 4. Biblioth. Ouid 9 Metamorph. Tzetze Hiſt 36 Chil. 2. Herculis μαινομένου iconem deſcribit Philoſtratus l. 2. Vide notata inf. ad verſ. 495. & 609.

C

GENEROQVE DRACONVM] Athamantem ſignificat, Æoli filium: qui Ino Cadmi & Harmoniæ filiam in vxorem duxit. Quare *generum draconum* vocat Ouid propter Cadmum & Harmoniam, in draconem verſos, vt in Metamorph. legimus. De furore Athamanti à Iunone immiſſo ob nutritum ab Ino Bacchum, Ouid 6 Faſtorum:

D

Iratum Iuno raptum quòd pellice natum
Educet: at ſanguis ille ſororis erat.
Hinc agitur furijs Athamas ſub imagine falſa,
Tuq; cadis patria parue Learche manu.

Et quæ ſequuntur. Pulcerrimè verò libr. 4. Metamorph. furias illi immiſſas deſcribit:

Territus eſt Athamas tectoq; exire parabant.
Obſtitit infelix, aditumq; obſedit Erynnys:
Nexaq; vipereis diſtendens brachia nodis
Cæſariem excuſſit: mota ſonuere colubra.
Parsq; iacent humeris, pars circum tempora lapſa
Sibila dant, ſaniemq; vomunt, linguiſq; coruſcant.

Ita legendum ex ms. cenſeo. Vulgati *circum pectora* habent.

350. TISAMENIQVE PATRI] De Oreſte intel-

A lige, qui ex Hermione Tiſamenum filium ſuſcepit, teſte Pauſania in Corinthiacis, Ὀρέστου, inquit, ἀποθανόντος, ἔσχε Τισαμενὸς τὴν ἀρχὴν, Ἑρμιόνης τῆς Μενελάου παῖς. De Tiſameno vide Apollodorum l. 2. Biblioth. nam Zaroti hic è vet. interprete commẽtum nullo modo placet. De Oreſtis verò inſania ſcriptorum omnium plena eſt auctoritas. Legitur enim διὰ τὴν τῆς μητρὸς σφαγὴν ἅμα καὶ ὑπὸ τῶν Ἐριννύων δειματούμενος, καὶ ὑπὸ τῶν Ἀργείων καταδικασθεὶς θανάτῳ. Virgilius lib. 4 Æneid.

Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes
Armatam facibus matrem, & ſerpentibus atris
Cùm fugit, vltriceſq; ſedent in limine Diræ.

Ad quem locum notat Seruius, reſpexiſſe ad Pacuuij fabulam, in qua Oreſtes inducitur fugiens in Apollinis καθαρσίου templum, ad vitandas furias, ex

B Pyladis conſilio; ab ijſdem ibidem obſeſſus, atque exitu prohibitus. Plura Euripides in Oreſte, & in Iphigenia in Tauricis. Ceterùm ab Oreſtis inſania prouerbiali ſchemate dici cœptum, Ὀρέστου μανίαν νοσεῖν, *Oreſtis inſaniam inſanire*. Vtitur Theophylactus Simocatus in epiſtolis.

CALLIRHOESQVE VIRO] Quod de Pœanibide ſiue Pentheo, è vet. interprete tradit Zarotus; quod item de Calligone (nam & *Calligoneſq; viro* legi notant) Aiacis Telamonij vxore commentatur Domitius, frigidum commentum eſſe & ſine auctore confictum vidit Egnatius, & probat ex Pauſan. Arcadicis Micyllus. Nam Alcmæonem intelligit Ouid. Amphiarai & Eriphyles filium, Amphilochi fratrem, de quo 1. Amor.

Amphilochi frater ne Phegida ſemper amaret,
Callirhoe fecit .... recepta tori.

C Alcmæon, occiſa matre, in furorem quoque verſus fingitur, quò reſpexit hic Ouid. Quare Argo fugiens in Pſophidem ſiue Phegiam venit, & Alpheſibœam Phegei filiam vxorem duxit, cui inter cetera & matris monile dedit. Verùm cùm neque ſic ceſſaret furor, ſed creſceret magis, conſulto oraculo in terram omnium recentiſſimam ire iuſſus eſt. Nactus itaque terram, quà Achelous in mare erumpit, filiam Acheloi Callirhoën vxorem habuit. Phegiam verò regreſſus, vt monile repeteret, à Temeno & Axione AlpheſibϾ fratribus occiſus eſt, fratreſque in matris vltionem ab Alpheſibœa quoque interfecti. Ex Pauſania. Adde Apollodorum lib. 3.

351. NEC TIBI CONTINGAT MATRONA PVDICIOR ILLA, QVA POTVIT TYDEVS ERVBVISSE NVRV] Hiſtoria eſt de Diomede, Tydei &

D Deipyles filio, deque Ægialea eius vxore. Venus enim, vt è Mimnermo narrat Iſaacius in Lycophronem, à Diomede vulnerata cùm eſſet, tantum Ægialeæ furorem immiſit, vt ſe paſſim proſtitueret, remque haberet cum Hippolyto ac Cometa Stheneli filio atque adeò Diomedi ipſi Troia redeunti inſidias strueret. At noctu ille cum ſocijs ad Iunonis aram confugiens; in Dauniam pòſt peruenit, vbi à Dauno dolo interemptus eſt. Hactenus Mimnermus. Verùm locum integrum græcè adſcribere non grauabor: Ἡ δὲ Ἀφροδίτη ὑπὸ Διομήδους τρωθεῖσα, παρεσκεύασεν τὴν Αἰγιάλειαν πολλοῖς μὲν μοιχοῖς, συγγενέσθαι δὲ καὶ Ἱππολύτῳ καὶ Κομήτῃ τῷ Σθενέλου υἱῷ. Διομήδης δὲ παραγενόμενος εἰς τὸ Ἄργος, ἐπιβουλευθεὶς ὑπ' αὐτῆς· νυκτὸς δὲ καταφυγὼν εἰς τὸν βωμὸν τῆς Ἥρας, διὰ νυκτὸς ἔφυγε σὺν τοῖς ἑταίροις, καὶ

ἦλθεν

ἦλθεν εἰς Γ᾽ταλίαν πρὸς Δαύνον βασιλέα, ὃς αὐτὸν δόλῳ ἀνεῖλεν. Plura Didymus in Iliad. ε. vbi & Lycophronem allegat, cuius hæc ſunt:

> Ὅταν θοραῖος θουρὰς εἰς ὄρνην κυνὸς
> Πρὸς λέκτρα τύμβου δ᾽ αὐτὸν ἐκσώσει μόρου
> Ὁπλοσμίας σφαγαῖσιν ηὐτρεπισμένον.
> *Quando audax laſciua canis ſtimulabitur*
> *Ad concubitum templumq; illum Hoploſmia*
> *A morte ſeruabit, neci paratam.*

353. QVAQVE SVI VENEREM IVNXIT CVM FRATRE MARITI LUCRIS, IN ANCILLÆ DISSIMVLATAM CEM. Hypermneſtra Locrenſis, inquit Domitius, cum concubitum appeteret fratris mariti, vt ſcelus ſuum diſſimularet, ancillam necauit, quaſi illam in concubitu deprehendiſſet. Addit Zarotus, deprehenſam noctu Hypermneſtram, & coaſiſſe tenebrarum beneficio, ancillamq; cum famulo occidiſſe. Amplius quæro.

355. TAM QVOQVE DI FACIANT POSSIS GAVDERE FIDELI CONIVGE, QVAM TALAI TYNDAREIQVE GENER.] Amphiaraum ſignificat & Eriphyleo, Talai filiam, Amphiarai vxorem, quæ, accepto à Polynice torque aureo, quo belli Thebani ſocietatem marito perſuaderet, latentem in occulto maritum Polynici prodidit. Amphiaraus cùm, fatalem diem ſuum eu natutus, fruſtrà lateret, videretque ab vxore ſe proditum, ad bellum quidem vnà ſe profectum recepit, ſed Alcmæoni filio in mandatis dedit, vt poſt obitum ſuum de Eriphyle matre vindictam ſumeret. Qui abſumpto hiatu terræ apud Thebas patre, vindex paternæ mortis, matrem necauit, & nefarij ſceleris conſcientia in inſaniam verſus eſt. Hæc ferè Diodorus l. 4. Bibliothecæ. Meminit & Eriphyles atque Alcmæonis Maro lib. 6. Æneid.

> *———Mæſtamq; Eriphylen*
> *Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.*

Ex Homero Odyſſ. λ. qui στυγερὴν vocat Ἐριφύλην, μικρὴν τὴν, inquit Scholiaſtes, διὰ τὸ λαβεῖν ὅρμον Πολυνείκους ἡ Ἀδράστου χρυσοῦν ὅρμον, καὶ προδοῦναι Ἀμφιάραον τὸν ἄνδρα αὐτῆς μὴ βουλόμενον στρατεύεσθαι ἐπὶ Θήβας, εἰδότα ὡς μάντιν, τὸ ἀποθανεῖσθαι. Plura ibidem idem Scholiaſtes, ex Aſclepiade.

356. TYNDAREIQVE GENER] Agamemnon, Tyndarei gener, ducta Clytemneſtra Tyndarei filia. Hic Mycenas reuerſus ab vxore ſua interfectus, veſte inextricabili in balneo ſumpta exitum ouillum collo manibuſque præbente. Ita Lycophron in Caſſandra:

> Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξόδους
> Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου,
> Ἐν ἀμφιβλῆστρῳ πλεκτῷ τηρευμένος
> Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κρουνοὺς ἀφάς.
> Θερμὸν δ᾽ ὑπαὶ λέβητι ῥανθεὶς ἐρείσας τὸν
> Τιβῶσα καὶ κύμβαν ἐγκάρῳ ῥανεῖ,
> Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον εὐθήκτῳ μέσον.

Ioſ. Scaliger:

> *Aſt altus ad lauacra inextricabiles*
> *Laqueos poſcens caecus explorans vias,*
> *Secleſta amiſtus inuolucro compeda*
> *Manibus requires impeditis exitus:*
> *Caueatq; ſubter balnei vrinans lacum*
> *Cerebro recenter atque pollubrum irruet,*
> *Saua bipenni diſſitus medium caput.*

Ita Æſchylus in Eumenidibus, apud quem de genere quo Oreſtes Mineruam ſic alloquitur:

> Ἀ᾽ρχῆς οἶμαι, πατέρος δ᾽ ἱστορεῖς καλῶς
> Ἀγαμέμνον᾽ ἀνδρῶν ναυάτων ἁρμόστορα.
> Ξὺν ᾧ σὺ Τρώιαν ἄπολιν Ἰλίου πόλιν
> Ἔθηκας. οὗτος ἔφθιτ᾽ οὐ καλῶς μολὼν
> Ἐς οἶκον· ἀλλά νιν κελαινόφρων ἐμὴ
> Μήτηρ κατέκτα ποικίλοις ἀγρεύμασι
> Κρύψασα, λουτρῶν ἐξεμαρτύρει φόνον.

At Homerus, vt & in Lycophronem vidit Iſaacius, Clytemneſtrę inſidijs conuiuio exceptum in menſa ab Ægiſtho, vt bouem ad præſepe interfectum canit Odyſſ. δ.

> Τὸν δ᾽ οὐκ εἰδότ᾽ ὄλεθρον ἀνήγαγε καὶ κατέπεφνε
> Δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

Et ipſe Agamemnon Odyſſ. λ᾽. ſic Vlyſſem alloquitur:

> Ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε,
> Ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ, οἶκον δὲ καλέσσας
> Δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

Huic luſſ. agatur Ioan. Tzetzes Chiliad. 5. hiſt. 77.

> Ὁ Ἀγαμέμνων βασιλεὺς πάντων τῶν Ἑλλήνων
> Μετὰ τὰ Τρώιας τρόπαια στραφεὶς ἐν τῇ πατρίδι,
> Ὡς μοιχευθείσης τῆς αὐτοῦ συζύγου Κλυταιμνήστρας,
> Παρ᾽ αὐτῆς κατασφάζεται, σὺν τοῖς τοῦ Αἰγίσθου,
> Ἀγαμέμνων μηχανήμασι, καὶ δολερὰ σου γου.

Ad Huiocii etiam verba reſpexit Philoſtratus Iconum lib. 2. in Caſſandra, loco ab Eraſmo in Chiliadib. malè intellecto: Τὰ δὲ κυριώτατα τῆς σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἔχει κείμενος, οὐκ ἐν πεδίοις Τρωικοῖς, οὐδ᾽ ἐπὶ Σκαμάνδρου τινὸς ἠϊόσιν, ἀλλ᾽ ἐν μειρακίοις καὶ γυναιξὶν, βοῦς ἐπὶ φάτνῃ. *Præcipuam autem ſcenæ partem Agamemnon tenet, non in Troianis iacens campis nec in Scamandri aliculus ripa, ſed inter adoleſcentulos ac mulierculas bos in præſepi.* Plura ibidem de Clytemneſtra nominatim legas licet. Hinc etiam fluxit prouerbium apud Zenobium, aliosq; ie:

> Ἀλλ᾽ οὐ γυναικὸς Ἀγαμέμνονα τῶν Ἀχαιῶν.

357. QVÆQVE PARARE SVIS LETVM PATRVELIBVS AVSÆ, BELIDES, ASSIDVA COLLA PREMVNTVR AQVA.] Vide quæ ſuprà ad verſ. 180. de Danaidibus diximus. Adde nunc Propert. lib. 2. eleg. 1.

> *Dolia virgineo idem ille repleuerit vrnis,*
> *Ne tenera aſſiduè colla grauentur aqua.*

Et Tibullus lib. 1. eleg. 3.

> *Et Danai proles, Veneris quòd numina læſit,*
> *In caua Lethææ dolia portat aquas.*

359. BYBLIDIS ET CANACES SECVT FACIS ARDEAT IGNIS, NEC NISI PER CRIMEN SIT TIBI FIDA SOROR.] Byblis filia Mileti & Cyaneæ nefando Cauni fratris amore arſit. Cuius ob id è patria diſceſſum ægrè ferens, patriamque & ipſa relinquens domum, lacrymis contabuit & in fontem abijt, vt canit Ouid. lib. 9. Metam. vel, vt idem in Arte refert, nexu de zona laqueo ex nuce ſeipſam ſuſpendit:

> *Byblida quid referam, vetito quæ fratris amore*
> *Arſit, & eſt laqueo fortiter vlta nefas?*

Cui ſuffragatur Diogenianus his verbis: Καῦνιος ἔρως· ἐπὶ τῶν μὴ καθαρῶς ἐρώντων· Καῦνος γὰρ ἐρασθεὶς τῆς ἀδελφῆς Βυβλίδος καὶ μὴ τυχὼν τοῦ ἔρωτος, ἀνεῖλεν ἑαυτόν. Meminit & ijſdem penè verbis Suidas in dict. Καύνιος ἔρως. Nam malè idem alibi, Καῦνος, inquit, καὶ Βυβλος, ὄνομα κύριον, &c. Pluribus verò Euſtathius in Dionyſium, Parthenius c. 2. ἐρωτικῶν, & Conon Narratione ſecunda apud Pho-

Photium. Dixi Byblida Mileti & Cyaneæ filiam, A poëtam noſtrum in Metamorph. ſecutus. Nam Theocriti interpres & Stephanus in dict. Βύβλος è Mileto & Area natam aſſerunt: a qua Byblos vrbs in Phœnicia. Ab eadem fontem ac montem cognominem fuiſſe ait Stephanus; itemque à Canno vrbem in Caria eiuſdem nominis. Byblidis fontis meminit Ouidius lib. 9. Metamorph. ita è ms. reſtituendus:

Muta iacet, viridesq́; ſuis terit vnguibus herbas
Byblis, & humectat lacrymarum gramina riuis.

Apud hunc fontem contigiſſe ea, quæ de Byblidis amore narrant ſcriptores, auctor Pauſan. Achaicis.

Et Canaces] Fuit Canace Æoli & Amphiteæ filia; cuius ardens amore Macareus frater, eam violauit. Verùm conceptus infans rem vulgauit. Æolus itaque filiæ enſem miſit, quæ accepto enſe flagitium à fratre illatum nece ſua vlta eſt. Auctor B Plutarchus ex Soſtrati ſecundo rerum Thuſcanicarum, Hyginus c. 238. Antiphanes in Æolo, apud Athenæum lib. 10.

Μακαρεὺς ἔρωτι τῶν ὁμοματρίων μιᾶς
Πληγεὶς, τέως μὲν ἐπεκράτει τῆς συμφορᾶς,
Καὶ εἶχ' αὑτὸν. εἶτα προσλαβὼν ποτὲ
Οἶνον ςρατηγὸν, ὃς μόνος θνητοῖς ἄγει
Τὴν τόλμαν εἰς τὸ πρόσθεν τῆς εὐβουλίας,
Νύκτωρ ἀναςὰς ἔτυχεν, ὧν ἐβούλετο.
Amore captus vnius ſimul ſata
Macareus fuit ferens calamitatem interim.
Se continens, ſed conſecutus poſtea
Vinum ducem, quod fert viris audaciam
Solum, prioresq́; aduenas ſententias,
Is nocte ſurgens cepit optatum diu.

Legitur Canaces ad Macareum fratrem epiſt apud C Ouid. noſtrum, elegantiæ plena. Eiuſdem meminit 2. Triſt.

Nobilis eſt Canace fratris amore ſui.

361. Filia si fveris, sit qvod Pelopeia Thyesti, Myrrha svo patri, Nyctimeneqve svo] Thyeſti Pelopeia filia fuit, qua cum pater ex oraculo concubuit; ex quo nefario concubitu Ægiſthus natus eſt. quem à matre, vt ſcelus tegeret, in ſiluis expoſitum, à capris nutritum fabulantur. vnde illi nomen. Hic ætate grandior Atreum & Agamemnonem occidit. Vide Hyginum, Senecam in Thyeſte, alios.

Myrrha svo patri] Myrrha Cinyræ Cypri regis ſiue Thiantis filia, ignari patris violato lecto, ex nefario illo inceſtu imprægnata fuit. Quod vbi reſciuit illato lumine pater, vix manus eius beneficio noctis filia euaſit, atque in Arabiam profuga, D in ſui nominis verſa eſt arborem. Lycophron in Caſſandra:

——Ὄψεται δ' ὁ τλήμων
Μύῤῥας ἐρυμνὸν ἄςυ τῆς μογοςόκους
Ὠδῖνας ἐξέλυσε δενδρώδης κλάδος.
——*Videbit deinde miſera*
Myrrha munitam vrbem, cuius puerperas
Ægritudines exſoluit arboreus cortex.

Vbi interpres: Μύῤῥα Θείαντος θυγάτηρ ἐγένετο. αὕτη ἐρασθεῖσα τοῦ πατρὸς, καὶ λάθρα μιγεῖσα αὐτῷ. καὶ ἔγκυος γενομένη, αἰδεσθεῖσα τὸν τοῦ πατρὸς, ηὔξατο τοῖς θεοῖς εἰς ἑτέραν φύσιν μεταλλαγῆναι, ἤτοι μήτε μετὰ ζώντων εἶναι, μήτε μετὰ τεθνεώτων. ὅθεν εἰς δένδρον αὐτὴν μετέβαλε, τὸ ἀπ' αὐτῆς λεγόμενον Μύῤῥαν, &c. Latè de eadem Ouid. 10. Metamorph. & 1. de Arte:

A *Myrrha patrem, ſed non vt filia debet, amauit:*
Et nunc obducto cortice preſſa iacet.
Illius lacrymis, quas arbor ſudat odora,
Vngimur, & dominæ nomina nota tenet.

Nemeſianus in Cynegetico:

Byblidos indictum nulli ſcelus, impia Myrrha
Conubia, & ſæuo violatum crimine patrem
Nouimus, vtq́; Arabum fugiens cùm carperet arua
Iuit in arboreas frondes, animamq́; virentem.

Nyctimeneqve svo] Ouid. 2. Metamorph.

An quæ per totam res eſt notiſſima Lesbon,
Non audita tibi eſt? patriam temeraſſe cubile
Nyctimenen? avis illa quidem, ſed conſcia culpæ
Conſpectum lucemq́; fugit, tenebriſq́; pudorem
Celat, & à cunctis expellitur æthere toto.

Vbi Lactantius: *Nyctimene, Nyctei filia, virgo Lesbia, ni-* B *mia libidine effrenata in patris cubile ſe implicauit. Ideoq́; aduerſantibus dijs ob admiſſum ceſſit in noctuam.*

363. Filia neve magis capiti sit fida parentis, Qvam tva vel Pterela, vel tva Nise fvit] De Pterela Thebarum rege capit Domit. qui prodente Polydite filia à Creonte trucidatus fuerit. Tu de Taphiorum rege eiuſque filia Comæthone locum intellige, quæ Cephali amore capta patriam patremque hoſtibus prodidit. Tzetzes in Lycophronem: Κομαιθὼ θυγάτηρ Πτερελάου· ἥ τις ἐρασθεῖσα Κεφάλου, τινὸς τῶν μετ' Ἀμφιτρύωνος, προὔδωκε τὴν πόλιν καὶ τὸν πατέρα τοῖς πολεμίοις. Niſi fortè eò alluſerit Ouidius, quod idem tradit interpres his verbis: ἐρασθεῖσα Ἀμφιτρύωνος Κεφάλου Κομαιθὼ, ἡ Πτερελάου θυγάτηρ, ἀποτεμοῦσα τὴν τοῦ πατρὸς αὐτῆς Πτερελάου χρυσῆν τρίχα, ἀνεῖλεν αὐτόν. *Comætho Pterela filia Cephali vnius ex Amphitryonis* C *ſocijs amore capta, auream Pterelæ patris comam deſecuit, & ſic è medio tulit.* De Scylla verò Megarenſium regis Niſi filia ſic dictus Scholiaſtes: Τεμοῦσα τὴν χρυσῆν αὐτοῦ (Νίσου) τρίχα, καὶ ἄνανδρον ἐργασαμένη ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ τριχὶ ἦν αὐτῷ τὸ πᾶν τῆς δυνάμεως· ἀνῃρέθησαν δὲ ἀμφότεροι ὑπὸ τοῦ Μίνωος, ᾧ καὶ προὔδωκε τὸν πατέρα. *Succiſo aureo patris capillo, in quo omne illius robur erat, viribuſq́; fractus effecit. vt à Minoe, cui patrem prodiderat, trucidaretur.* Virgilius in Ciri:

Nam capite à ſummo regis (mirabile dictu)
Candida cæſaries, florebant tempora lauro,
Et roſeus medio fulgebat vertice crinis.
Cuius quàm ſeruata diu natura fuiſſet,
Tam patriam incolumem Niſi, regnumq́; futurum,
Concordes ſtabili firmarunt numine Parcæ.
Ergo omnis cauo reſidebat cura capillo,
D *Aurea ſolemni comptum quoque fibula ritu*
Cecropiæ tereti nectebat dente cicadæ.
Nec verò hæc vrbis cuſtodia vana fuiſſet,
Nec fuerat, niſi Scylla nouo concepta furore,
Scylla patris miſeri, patriæq́; inuenta ſepulcrum,
O nimium cupidis ſi non inhiaſſet ocellis.

Pulcrè etiam Propertius lib. 3. eleg. 18.

Tuque ô Minoa venundata Scylla figura,
Tondens purpurea regna paterna coma.

Adde Pauſaniam in Atticis, & Ouidium 8. Metamorph.

365. Infamemqve locvm sceleris qvæ nomine fecit, Pressit et indvctis membra paterna rotis] Tullia Seruij Tullij VI Romanorum regis filia, Tarquinij Superbi vxor, immiſſis in patrem percuſſoribus rapere cum Superbo regnum auitum maluit quàm exſpectare; itaumque

in forum properauit, vt prima coniugem regem ſalutaret: à quo iuſſa è turba decedere, cùm domum rediret, *Viſo* (inquit Scriptor de Viris illuſtribus) *patris corpore mulionem cunctantem, ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit: vnde vicus ille Sceleratus dictus eſt.* L. Florus lib. 1. cap. 7. *Nec abhorrebat moribus vxor Tullia, quæ vt virum regem ſalutaret, ſupra cruentum patrem, vecta carpento, conſternatos equos egit.* Infamem ergo & ſceleratum locum illum Tullia fecit. Meminit vici illius & ſceleris Varro lib. 4. de L. Lat. Liuius lib. 1. ab V. C. Val. Max. libr. 9. cap. 11. & pluribus pulcreque poëta noſter 6. Faſt. Silius l. 13. de inferorum pœnis:

Tum virgo, patrios fregit quæ curribus artus,
Et ſteteit adductu ſuper ora trementia frænis,
Tullia non vllos ſatu exhauſtura labores,
Ardenti Phlegethonte natat.

367. VT IVVENES, PEREAS, QVORVM FASTIGIA VVLTVS OLIM PISEÆ SVSTINVERE FORES] Aliter in expreſſis quibuſdam:

Vt iuuenes pereas, proiecta cadauera quorum,
Oraq; Piſea ſuſtinuere fores.

Verùm prior lectio à veteribus libris fidem habet, niſi quòd in illis *Brachia* pro *Oraque* legi conſtanter affirmet Cioſanus. Porrò de Oenomao interfectore procorum (quos hîc *iuuenes* vocat) filiæ ſuæ Hippodamiæ, verba adſcribam Diodori Siculi, è libr. 4. Biblioth. Latinè ſic reddita: In Piſa, inquit, Peloponneſi ciuitate Mars ex Harpina Aſopi filia Oenomaum genuit. Oenomao filia vnica Hippodamia fuit. Sciſcitanti verò ab oraculo vitæ ſuæ finem, reſponſum eſt, tum vitæ futurum finem, cùm filia nupſiſſet. Veritus itaq; nuptias filię, virginem perpetuò voluit manere. Multis verò puellæ coniugium appetentibus, procis certamen eiuſmodi propoſuit, quo vitam victus amitteret, victori puella cederet. Equorum ergo curſum inſtituit à Piſa ad aram Neptuni, quæ eſt ad Iſthmum Corinthi, in hunc modum: Oenomaus arietem Ioui mactabat: interim procus quadrijugo ferebatur curru; peractiſq; ſacrificijs rex ipſe procum, auriga Myrtilo, inſequebatur, & ſi aſſequebatur, haſta, quam geſtabat manu, transfigebat. Atque ita compluribus equorum pernicitate antegreſſis ac necatis, acceſſit & Pelops Tantali filius, qui tum fortè Piſam venerat, conſpectaque Hippodamia nuptias eiuſdem ambiuit. Venit ergo in certamé cum Oenomao etiam Pelops, primuſque Myrtilo Oenomai auriga pretio corrupto, ad Neptuni aram peruenit. Rex itaque exiſtimans reſponſi adeſſe tempus, vitæque finem inſtare, mortem ſibi conſciuit, ac Pelops Hippodamiæ toro, regnoque potitus eſt. Hactenus Diodorus, & ex Pherecyde Apollonij interpres l. 1. Argonaut. vbi Oenomaum τρεισκαίδεκα μνηστῆρας ſuſtuliſſe refert è Pindaro in Olymp. quem etiam laudat Iſaacius in Lycophronem, citatque eius hæc verba, ſub perſona Pelopis, ſic ad Neptunum loquentis: ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτάτων πόρευσον ἁρμάτων ἐς Ἆλιν· κράτει δὲ πέλασον· ἐπεὶ τρεῖς τε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσας μνηστῆρας, ἀναβάλλεται γάμον θυγατρός. Lege ibi Scholiaſtem, qui procorum nomina recenſet. Adde Imaginem Pelopis & Hippodamię apud Philoſtratum & Lucianum in Charidemo. Claudianus de Serenæ laudibus:

——— Curru Piſæa marino
Fugit tela Pelops, nam prouidus obice regis
Proſidit Oenomai deceptus Myrtilus axem.

Statius Papin. in Epithal. Stellæ 1. Silu.

Hanc propter tutum Piſæa lege trementem
Currere, & Oenomai fremitus audire ſequentis.

Piſæam legem vocat, quam procis Oenomaus dictabat.

369. VT QVI PERFVSAM MISERORVM CÆDE PROCORVM, IPSE SVO MELIVS SANGVINE TINXIT HVMVM] Hoc de Oenomao intelligendum, quem procis tredecim necatis manus ſibi ipſi intuliſſe, è Diodoro monuimus. Tzetzes verò in Lycophronem ait Oenomaum ἐν τῷ τρέχειν ἡττηθῆναι καὶ ἀναιρεθῆναι παρὰ τοῦ Πέλοπος, ἐκπεσόντων τῶν τροχῶν, *Dilapſis in curſu rotis ſuperatum à Pelope, ac ſublatum* refert. Apollonij quoque interpres euerſo curru in ipſo curſu præcipitatum fuiſſe, atque occiſum ſcribit; an à Pelope, aut equis ſuis, aut manu violenta, illud non addit.

371. PRODITOR VT SÆVI PERIIT QVR AVRIGA TYRANNI, QVI NOVA MYRTOÆ NOMINA FECIT AQVÆ] Adſcribam eiuſdem interpretis Lycophr. verba: Λαβὼν Πέλοψ Ἱπποδάμειαν, καὶ διερχόμενος ἐν τόπῳ τινὶ, διψώσης αὐτῆς, ἀνεχώρησεν, ἵνα ὕδωρ αὐτῇ κομίσῃ· ἀναχωρήσαντος δὲ τοῦ Πέλοπος, Μύρτιλος ἐπιχειρεῖ βιάζων Ἱπποδάμειαν· ἐλθόντος δὲ Πέλοπος, καὶ διαβληθεὶς παρ' Ἱπποδαμείας, ὡς βιάζων αὐτὴν, ἢ ὡς οἱ πολλοί φασι πειράζων αὐτὴν, ῥίπτεται παρὰ Πέλοπος περὶ Γεραιστὸν ἀκρωτήριον. Et paucis interiectis: καὶ ὁ Γεραιστὸς ἀποθανόντος ἐκεῖ τοῦ Μυρτίλου Μυρτῷον πέλαγος ὠνομάσθη. Myrtilum au è Geræſto à Pelope in mare proiectum ſubmerſumque, ac mari Myrtoo nomen inde datum. Cauſſam affert, quòd de ſtupro interpellatam ſe à Myrtilo perſuaſiſſet Pelopi Hippodamia: vel quòd victorem promiſſi moneret Myrtilus, quo primam Hippodamiæ noctem ſibi cederet, vt habet Pauſan. in Arcadicis.

373. VT QVI VELOCEM FRVSTRA PETIERE PVELLAM, DVM FACTA EST POMIS TARDIOR ILLA TRIBVS] *Velocem puellam* intellige Atalantam, non Arcadicam, à Melanione & Meleagro amatam; ſed Argiuam, Schœnei filiam. ἣν ἔγημεν Ἱππομέδων, inquit Apollonij Scholiaſtes libr. 1. nu. 29. Fortè *Hippomenes* voluit. Nota de Atalanta hiſtoria ſiue fabula: quæ dum

Territa ſorte Dei per opacas innuba ſiluas
Viuit, & inſtantem turbam violenta procorum
Conditione fugat:

ab Hippomene, Macarei filio, curſu ſuperata eſt, proiectis inter currendum malis aureis, quibus ſublegendis puella moram faceret. Atque ita Hippomeni Atalanta coniux data eſt, Veneris ope ac conſilio. Refert fabulam Ouid. 10. Metamorph. & Apollodorus lib. 3. quem vide. Item Tzetzes Chil. 12. hiſt. 453. de vtraque: nam & Arcadicam Atalantam κυνηγὸν καὶ παλαιστρικὴν ait fuiſſe, victamque à Melanione, poma aurea iaciente:

Δρόμῳ νικῶσα πάντας ἡ ποδῶν τῇ ταχύτητι,
Νικᾶται Μειλανίωνι, μῆλα χρυσᾶ ῥιπτοῦντι,
Καὶ ταῦτα δὲ συνάγουσα, καὶ ὅλως ἡττηθεῖσα.

Ex Muſæo de Herus & Leandri amoribus:

Παρθένος οὔ σε λέληθεν ἀπ' Ἀρκαδίης Ἀταλάντη,
Ἥ ποτε Μειλανίωνος ἐρασσαμένου φύγεν εὐνὴν,
Παρθενίης ἀλέγουσα· χολωσαμένης δ' Ἀφροδίτης,
Τὸν πάρος οὐκ ἐπόθησεν ἐνὶ κραδίῃ θέτο πάσῃ.

Non

Non te fama, reor, fugit Arcadica Atalanta:
Quæ cùm Melaniona diu fugiſſet amantem,
Virginitate ferox, tandem, icta Cypridis ira,
Quem priùs aſpernata, ſub alto pectore fixit.

Meliùs Theocr. vt & Tzetzes monet, qui de Argiua idem ſcribit, Idyl. 3.

Ἱππομένης ὄκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι
Μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν, ἄνυε δρόμον. ἁ δ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα.

At verò Hippomenes Atalanta captus amore,
Mala ferens manibus, præuertit curſu. Atalanta
Vt vidit periit, ſaliit ſimul altum in amorem.

Vide ibi interpretem. Ab hac fabula eſt μήλοις βάλλειν, *malis petere*, apud Theocr. & Maronem. Et Arabius Scholaſticus Epigr. quodam de Atalanta μῆλον vocat ζυγίης σύμβολον παφίης.

375. VT QVI TECTA NOVI FORMAM CELANTIA MONSTRI, INTRARVNT CÆCÆ NON REDEVNDA DOMVS] *Cæca domus* labyrinthus: alibi *cæca tecta* vocat; *Dædalea clauſtra* Seneca in Hippolyto. Fuit enim Dædali opus labyrinthus ille Creticus, Minoi in Creta ad Ægyptij exêplum fabrefactus, occurſus ac recurſus inexplicabiles continens, vt ſemel ingreſſo regreſſus difficilis eſſet, niſi ducem quis haberet itineris expertem. Atque hinc *inobſeruabilem errorem* Catullus; *inextricabilem & irremeabilem* apto epitheto vocat Maro. Eiuſmodi quatuor inſignes memorantur, Ægyptius, Creticus, Lemnius & Italicus; de quibus Plin. libr. 36. c. 13. Nat hiſtoriæ. De Cretico hîc Naſo: tortuoſum fuiſſe ait, & limacis in modum, Io. Tzetzes Chil. 11. hiſt. 379.

Τοιοῦτος ὁ λαβύρινθος ἦν ὁ ἐπὶ τὴν Κρήτην,
Φρούριον πολυέλικτον, κοχλοειδὲς τὴν θέσιν.

C

In hoc Minotaurum, ex Paſiphaë Minois vxore & tauro natum, monſtrum βοάνθρωπον, concluſum fabulantur; eique nutriendo miſſos quotannis in Cretam ſeptem pueros Athenienſes, totidemque virgines, pro expianda cæde Androgei, è Minoë nati: Ὃν ὑπὸ τινῶν Ἀθηναίων διὰ φθόνον ἀναιρεθῆναι ἐν τοῖς παναθηναίοις, νικήσαντα τὸ πένταθλον, *Quem ab inuidia quibuſdam adoleſcentibus Athenienſibus ſublatum accepimus, quòd in Panathenaica quinquertio victor diſceſſiſſet* Ita Zenobius Cent. 4. Adag 6. Suidas, Tzetzes dicto loco, Diodorus lib. 4 Bibliothecæ: atque huc Ouidius reſpectum habuit. Porrò Athenienſes tributarios tertio pòſt anno liberauit Theſeus, Ariadnes ac Dædali beneficio, occiſoque Minotauro, glomeris ductu è labyrintho inuenit exitum.

D

Vide Plutarch. in Theſeo, Pherecydem, ex eoque Homeri enarratorem Odyſſ. λ. & Lycoph. interpretem: quos diligenter legit Lamb. Hortenſius in 6. Æneid. Virgilianæ.

379. VT QVORVM ÆACIDES MISIT VIUOS ENTVS IN ALTOS CORPORA CVM SENIS ALTERA SENA ROGOS] *Æacides* Achilles, ab Æaco paterno auo. Hic in vindictam cædis Patrocli, ab Hectore occiſi, occidit Troianos omnes, quos obuios habuit, nec cuiquam pepercit. Perſecutus eoſdem ad Xanthum fluuium; qui ex cæſorum numero volnere ſanguinem viſus fuit, vt ſcribit Hom. Ιλ. φ'.

——— Ἐρυθαίνετο δ' αἵματι ὕδωρ.

Addit idem poëta, duodecim iuuenes viuos ab Achille captos, in vltionem Patrocli:

Ζωοὺς ἐκ ποταμοῖο δυώδεκα λέξατο κούρους,
Ποινὴν Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος.

A Eoſdem poſtea ad Patrocli rogum Achilles obtruncauit & in ignem miſit; Homerus Ιλ. ψ'.

Δώδεκα καὶ Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς
Χαλκῷ δηιόων.

Hoc Ouidius noſter voluit, vt Domitius etiam vidit.

381. VT QVOS OBSCVRIS VICTOS AMBAGIBVS ORIS LEGIMVS INFANDÆ SPHINGA DEDISSE NECI] *Obſcuri* eſt in vet. codice, rectè: *vt obſcurum os* vocet αἰνιγματῶδες, quod ἐν αἰνίγμασι & per flexuoſas ambages loquitur. Sphinx enim, môſtrum Thebanum, corpore canis, facie puella, voce homo, alis auis, vnguibus leo, Thebanis ænigma eiuſmodi propoſuit, τετράπους, δίπους, καὶ πάλιν τρίπους. *quadrupes bipes, ac rurſum tripes*; ea conditione, vt qui ſoluere id non poſſet, præcipitio vitam finiret.

B

Soluit Oedipus, & de homine accepit, qui infans, *quadrupes*, cùm & pedum vice manus ſint; vir *bipes*; ſenex *tripes*, quando pedem ſcipio addit, vtpote creſcentibus annis, decreſcentibus viribus. Id adeò ægrè monſtrum illud tulit, vt de ſaxo præceps ſe iecerit. Oedipus verò mercedem peremptę ſphingis Iocaſtam, & cum illa regnum Thebanum habuit. Ex Diodoro lib. 5. Biblioth. Apollodoro libr 3. Hygino cap. 151. Seneca in Oedipo verſ. 92. Adde interpretem Sophoclis in Oedipo, Zenob. Prouer. Βοιώτιον αἴνιγμα. Ænigma illud verſibus expreſſit Aſclepiades, apud Scholiaſten Sophocl.

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τετράπον, οὗ μία φωνή,
Καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.
Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐρειδόμενον ποσὶ βαίνῃ,
Ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

C

Eſt bipes in terra eſt quadrupes, tripes, vnica eidem eſt
Vox mutat naturam hoc vnum ex omnibus, errant
Quæcunque in terris circum mare, & æthera circum.
Multo ſed pede dum celerat, celeri vtitoq;
Deficiunt vires, & lenta robora neruis.

Refert Eraſm. in Chiliadibus, & in priori verſu legit οὐ μία φωνή, *haud eadem vox*. Ita & ad Zenobium Schottus edidit; vertit tamen, *ſolaq; vox huic*, affirmatiuè. Apud Tzetzen in Lycophr. idem ænigma proponitur, & mythologia fabulæ. Τὸ δὲ ἀληθὲς, inquit, οὕτως ἔχει. αὕτη λῃστρὶς ἦν περὶ τὴν Μοαβίων χώραν Λυβῶν, καὶ τὸ Φίκιον ὄρος, καὶ ἀνῄρει τοὺς παριόντας. Mox: ἐμυθεύσαντο γοῦν αὐτὴν λέαιναν, διὰ τὸ φονικὸν, ὄνυχας χωμικὰς ἔχειν. διὰ τὸ ἁρπακτικὸν πτέρυγας αὐτοῦ. διὰ τὸ τοὺς σὺν αὐτῇ λῃστεύοντας, παρ' ἕκαστον πτερὰ ἔχειν οὖντο ἀμέτως, καὶ ἀναιρεῖν τοὺς ἐλθόντας.

D

Verba clara ſunt, nec verſione egent.

383. VT QVI BISTONIÆ TEMPLO CECIDERE MINERVÆ, PROPTER QVOD FACIES NVNC QVOQVE VERSA DEÆ EST] Pro *verſa* in alijs eſt *torua*, & ita Zarotum legiſſe apparet; in vno *tecta* eſt; in ms. Berſmanni *tecta*. De Spartanis explicat Domitius & Zarotus, vterq; ex vet. commentatore: qui lege lata (quam ξενηλασίαν dixerunt) hoſpites omnes Sparta eiecerunt. Ex lege illa volunt Lemnios multos, deprehenſos Spartę in Mineruę templo, occiſos fuiſſe: quo ſcelere deæ imago oculos obuerterit, ac toruum videre viſa ſit. Et de Lacedæmoniorum quidem ξενηλασίᾳ ea Ariſtoph. meminit Suidas dict. ξενηλατεῖν, Theophilus interpres Græcus Inſtitut. iuris ciuilis libr. 1. tit. 2. Thucyd. & alij Mineruam quoque Spartæ cultam, dictamque χαλκίοικον, ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τοὺς

τοὺ Χαλκιδεῖς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας αὐτὸν κτίσαι, lego apud eumdem Suidam. Aliud, quod huc propiùs ſpectet, adhuc non legi. Sunt autem *Biſtones* Thraciæ populi, vnde *Biſtonia Minerua*, quæ inde Spartam tranſlata, vt vetus hîc ſcribit interpres. At quia ſine auctore, ideò Micyllus putat locum hunc intelligendum de Minerua aliqua in Thracia coli ſolita, deq; Lemnijs ſiue alijs in tēplo illius occiſis.

385. VT QVI THREICII QVONDAM PRÆSEPIA REGIS FECERVNT OPIBVS SANGVINOLENTA SVIS] *Threicij regis*, Diomedis: qui Tindam Thraciæ vrbem tenuit, & equos aluit ferreis catenis vinctos. Præſepia ob feritatem ærea erant. Hos Diomedes pauit non cibis illis, quos terra profert, ſed hoſpitum ſanguine & carnibus, vt eſt in fabulis: quos inter etiam Abderus catamitus, vt Philoſtratus tradit, vel Diomedis famulus, vt Hyginus. Superuenit Hercules, & Diomedem eo ipſo ſupplicio ſuſtulit, quo ille hoſpites. Scribit Plinius lib. 4. cap. 11. Hyginus cap. 30. Philoſtratus in Imaginibus, qui equas fuiſſe refert, quæ furiatæ ferocirent magis. Quò propiùs facit fabulæ μυθολογία: nam, vt Suidas meminit, Diomedes hoſpites ſuos cogebat, vt cum filiabus ſuis deformiſſimis rem haberent; eoſdemq́ue dein occidebat. Vnde habuiſſe ἵππους ἀνθρωποφάγους volunt: nam & *equas* allegoricè dictas Diomedis filias indicat ibidem Suidas, ex Ariſtoph. interpr. in Concionat. eum vide Prouerb. Διομήδειος ἀνάγκη & Heſych. in Lexico. Palæphatus putat ex eo natam fabulam, quòd Diomedes alendis equis ſubditorum exhauriret opes. Seneca Herc. Fuiente v. 225.

Quid ſtabula memorem dira Biſtonij gregis,
Suiſq; regem pabulum armentis datum?

Idem Agamem. v. 838. de Hercule:

Egit Threicium gregem,
Quem non Strimonij gramine fluminis
Hebriue ripis pauit tyrannus,
Hoſpitum dirus ſtabulis cruorem
Præbuit ſæuis, tinxitq; crudos
Vltimus rictus ſanguis auriga.

Hercules ipſe apud Ouid. 9 Metam.

Quid? cùm Thracis equos humano ſanguine pingues,
Plenaq; corporibus laceris præſepia vidi?
Viſaq; deieci, dominumq́; ipſoſq; peremi?

387. THERODAMANTEOS VT QVI SENSERE LEONES, QVIQVE THOANTEÆ TAV[R]ICA SACRA DEÆ] Non dubito huc referendum illud è Punto lib. 1. eleg. 3. ſiue *Therodamon* aut *Therodamas* legendum ibi ſit, pro vulgato illo *Teremedon:*

Non tibi Therodamon, cruduſq́; vocabitur Atreus,
Quiq; ſuis homines pabula fecit equis.

At quis ille fuerit dubito hactenus, nec certius habeo, quàm quod è vet. interprete Zarotus profert; Scythiæ fuiſſe regem, qui, vitæ ſuæ timens, ſanguine humano leones aluerit, quo ſæuirent magis: vt, cùm res poſtularet, ad crudelitatē paratos eos haberet. Hoc malo, quàm vt cum doctiſſimo Schotto legas *Therodantheos*, à *Therodanthe* rege Hiſpaniæ citerioris, qui cùm furore actus Herculis templum oppugnare eſſet aggreſſus, venienteſque ex aduerſo Gaditani instructo nautum exercitu, *ſubitò in fugam verſa ſunt regia naues; ſimulq́; improuiſo igne correpta conflagrauerunt. Pauciſſimi qui ſuperfuerant hoſtium capti, indicauerunt apparuiſſe ſibi leones proris Gaditanæ claſſis ſuperſtantes: ac ſubitò ſuas naues immiſſis ra-*

A *dijs, quales in ſolis capite pinguntur, exuſtas.* Ita Schottus, ex Macrobio 1. Saturn. cap. 20. in quo tamen *Theron* lego: de *Therodanthe* ergo coniectura eſt, longiùs petita.

QVIQVE THOANTEÆ TAVRICA SACRA DEÆ] Lib. 4. Triſt. 4.

Nec procul à nobis locus eſt, vbi Taurica dira
Cæde pharetratæ ſpargitur ara deæ.

1. de Ponto 3.

Cultaq; Oreſtea Taurica ſacra dea.

Iterùm 3. de Punto 2. Silius l. 4. *Sacra Thoãtea rituſq́; imitata Dianæ. Thoanteam* vocat Dianam, à Thoante Tauricæ regionis tyranno, quia alius fuit à Thoante Bacchi filio, patre Hypſipyles, Lemni rege, quod non vidit Zarotus. *Tauri* verò Scythiæ populi, apud quos Dianæ ara nefanda hoſpitum immo-
B latione infamis; nam & ipſi Tauri moribus tales, præſertim in hoſpites. Hinc *Taurica ſacra* Ouidio; & *Taurica* abſolutè, pro ipſa regione, apud Iuuenalem ſat. 15.

——— *Nefandi Taurica ſacri*
Inuentrix homines tantùm immolat.

Sacrificij huius auctorem volunt Thoantem; & ad hunc Dianæ operâ tranſlatam Iphigeniam, Agamemnonis filiam, ac ſacerdotem deæ factam: quæ ſecundùm morem hoſpites quoque, naufragos præſertim & Græcos illuc delatos, Dianæ mactabat: vnde Lycophron in Caſſandra Ἑλλάδος κρανοτόμον, *Græciæ decollatricem* eam vocat. Vide ibi interpret. Euripidem in Iphigenia Taurica, Herodotum libr. 4. Seruium in 2. Æneid. & Hadr. Iunium Cent. 6. Adag. 15.

C 389. VT QVOS SCYLLA VORAX, SCYLLÆQVE ADVERSA CHARYBDIS DVLICHIÆ PAVIDOS ERIPVERE RATI] De Scylla Niſi Megarenſium regis filia antè dictum. De Scylla Phorci ſeu Phorcynis ex Hecate filia dicam pauca. putidum enim ac ſtultum fabulis ad nauſeam inhęrere. Nam confundunt ſæpenumerò auctores, dum volunt illam in auem, hanc in monſtrum marinum abijſſe, repugnantibus licet alijs, vt Propertius:

Quid mirum in patrios Scyllam ſæuiſſe capillos,
Candidaq; in ſæuos inguina verſa canes?

Et Virgil. ecloga 6.

Quid loquar aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris,
Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis?

Idem in Ceiri ſubijcit pulcerrimos hoſce verſus
D poſtquam cecinit Scyllam Niſi in auem verſam:

Complures illam & magni, Meſſalla, poëtæ
(Nam verum fateamur, amat Polyhymnia verū.)
Longè aliâ perhibent mutatam membra figurâ:
Scyllæum monſtra in ſaxum conuerſa vocari.
Illam eſſe, ærumnis quam ſæpe legamus, Vlyſſi,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris,
Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto
Deprenſos nautas canibus laceraſſe marinis.

Dulichias rates vocat Vlyſſeas, à *Dulichio*, quæ vna fuit Echinadum inſularum, quibus Vlyſſes præfuit, non procul ab Ithaca: vnde & *Dulichius* dictus Virgilio. Notum autem iuxta Scyllam ac Charybdim Vlyſſis naufragium, raptuſque ſociorum ſex ex Homero Odyſſ. XII. id quod Ibidi ſuo etiam vouet Ouidius. De Scylla verò Tzetzes in Lycophr. ita ἀλληγορεῖ: ἡ Σκύλλα περὶ τὸ Ῥήγιον τῆς Σικελίας ἐστὶν

ἀκρωτήριον, ἐξέχον εἰς θάλασσαν, ὃ κάτωθεν πέτρας πολλὰς καὶ μεγάλας ἔχουσα κοίλους τόπους καὶ σπήλαια, ἐν οἷς κατακρύπτει θηρία θαλάσσια. τῶν δὲ πλοίων ἐν ταῖς πέτραις ἀκροτηριζομένων ἐκ τοῦ τῆς Χαρύβδεως ὕδατος, καὶ συγκλωμένων σὺν ἄνδρας ἐσθίουσιν. Hæc ille ex doctiſſimo, vt opinor, Apollonij interprete in lib. 4. ἀργοναυτ. qui Scyllam habere αἰτόμιωμα καὶ προσώπου γυναικός. quod argumentum fecit fabulæ.

SCYLLÆQVE ADVERSA CHARYBDIS] Idem Tzetzes. ἡ Χάρυβδις καὶ ἡ Σκύλλα πλησίον εἰσίν. ἡ μὲν γὰρ Χάρυβδις περὶ Μεσσήνην ἐστὶν, ἡ δὲ Σκύλλα περὶ τὸ Ῥήγιον. Strabo lib. 6. Meſſanam à Regio diſtare ait ſtadiis LX. & Charybdin βάθος εἶναι ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης. *profunditatem quandam eſſe prodigioſam, in quam æſtus maris ob naturam loci facilè abripiant nauigia inuerſa, cum circumagitatione & procella magna.*

391. VT QVOS DEMISIT VASTAM POLYPHEMVS IN ALVVM] Homerum expreſſit Odyſſ. I.

> Αὐτὰρ ἐπεὶ Κύκλωψ μεγάλην ἐπλήσατο νηδὺν,
> Ἀνδρόμεα κρέ' ἔδων.
> *At poſtquam humanas vaſtam Polyphemus in aluum*
> *Demiſit carnes.*

Qui & paulò antè Cyclopem Vlyſſis ſocios deuorantem ita deſcribit:

> Ἀλλ' ὅγ' ἀναΐξας ἑτάροις ἐπὶ χεῖρας ἴαλλε·
> Σὺν δὲ δύω μάρψας, ὥς τε σκύλακας ποτὶ γαίῃ
> Κόπτ'· ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
> Τὰς δὲ διαμελεϊστὶ ταμὼν ὁπλίσσατο δόρπον.
> Ἤσθιε δ' ὥς τε λέων ὀρεσίτροφος, οὐδ' ἀπέλειπεν
> Ἔγκατά τε σάρκας τε καὶ ὀστέα μυελόεντα.

Lycophronis interpres errores Vlyſſis poſt captam Troiam commemorans, hoc etiam addit, ignarum in inſulam Cyclopum fuiſſe appulſum antrumque ingreſſum, malo & damno ſuo. Cyclops enim δύο λαβὼν τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων, κατέφαγε. εἶτα ὁμοίως καὶ τῇ ἐπαύριον δύο φαγὼν, καὶ τοὺς λοιποὺς κλείσας ἐξήλαυνε τὴν ἀγέλην ἐπὶ νομήν. Et paucis interiectis: καὶ πάλιν δύο τούτων φαγόντος, κεράσαντες αὐτῷ καὶ οἶνον, καὶ μεθύσαντες τυφλοῦσιν αὐτόν. Boëthius lib. 4. de Conſ. Philoſophiæ:

> *Fleuit amiſſos Ithacus ſodales,*
> *Quos ferus vaſto recubans in antro*
> *Merſit immani Polyphemus aluo.*

Vide notata ſuprà, ad verſ. 271.

392. ET LÆSTRYGONIAS QVI SVBIERAT MANVS] *Læſtrygones* populi in extremo Italiæ Siciliam verſus feritate nobiles, quos apud Alcinoum Vlyſſes narrat humana veſci carne, vti & Cyclopes, teſte Iuuenale ſat. 15. & Homero Odyſſ. 10. qui ſocios etiam Vlyſſis verubus à Læſtrygonibus transfixos aſſoſque igni auctor eſt. Iſaacius in Lycophronis Caſſandram: Λαιστρυγόνες οἱ νῦν Λεοντῖνοι· καὶ ἦ ἐν Σικελίᾳ, ὑπάρχοντες ἀνθρωποφάγοι, διὰ τὸ ἀνελεῖν τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους. οὐ γὰρ ἦσαν εἰθισμένοι ξένους ὑποδέχεσθαι. Obſeruauit & A. Gellius libr. 15. Noct. Attic. cap. 21. *Neptuni filios, vt Cyclopa, Cercyona, Scyrona & Læſtrygonas, ferociſſimos & ab omni humanitate alienos à poëtis appellatos; Iouis verò præſtantiſſimos virtute prudentiaq;.* Antiquam autem *Læſtrygonum* ſedem Caietam portum, opidum Formiæ, fuiſſe ſcribit Plinius lib. 3. cap. 5. primoſque eos Siciliam habuiſſe prodit Stephanus περὶ πόλεων. Imperauit verò Læſtrygonibus Antiphates, Læſtrygonis filius, teſte Homero, & Tibullo lib. 5. ad Meſſallam: *Incultos adijt Læſtrygonas, Antiphatemq;.* Antiphatem ipſum humana etiam victitaſſe carne paret ex Ouidio 4. Metamorph.

> ——— *Antiphates terra regnabat in illa,*
> *Vixq; fuga quæſita ſalus, comitiq; mihiq;*
> *Tertius è nobis Læſtrygonis impia tinxit*
> *Ora cruore ſuo.*

Hinc etiam Papinius in Tiburtino Manlij *cruentum Antiphatem* vocat.

393. VT QVOS DVX POENVS MERSIT PVTEALIBVS VNDIS, ET IACTO CANAS PVLVERE FECIT AQVAS] Notatus etiam aliis Domitij hîc error, & vidit iam antè Zarotus. Nam Ouidij verba de ponte Hannibalis in flumine Gelo è corporibus Romanis conſtructo malè interpretatur, de quo vnum tantùm à ſe lectum Valerium lib. 9. de crudelitate teſtem laudat, cùm multò meliorem habeat T. Liuium lib. 23. Quin & fluuium *Gelium* nominat qui *Gelus.* nam ita in Val. Maximo emendatiores legunt codices. alij *Gellm,* Pighius *Vergellus.* Verùm optimè locum interpretatur idem Valerius eodem libro cap. 6. de perfidia his verbis, quamquam aliter lõgè narrare Liuium non ignorem: *Annibal porrò Nucerinos hortatu ſuo cum binis veſtimentis vrbem inexpugnabilibus muris cinctam egreſſos, vapore & fumo balnearum ſtrangulando, & Acerranorum ſenatum extra mœnia euocatum, in profundum puteorum abiiciendo. nónne bellum aduerſus populum Rom. & Italiam profeſſus, aduerſus ipſam fidem geſſit, mendaciis & fallaciis quaſi præclaris artibus gaudens?* Nota Punicam fidem, non in Acerranis modò, ſed & in Xantippo Lacedæmonio, cuius cùm Carthaginēſes primo bello Punico opera fuiſſent vſi, eoque iuuante Attilium Regulum cepiſſent, ſimulantes ſeſe domum reuehere, in alto merſerunt. Ita ibidem Valerius, & Florus lib. 2. cap. 2. nam Polybius lib. 1. & Oroſius 7. cap. 9. domum cùm rediiſſet factum id ſcribunt. De Acerranis geminum Naſoni tradit Appianus in Libyco: Ἀχερρανῶν δὲ τὴν βουλὴν ἐν σπονδαῖς ἐς τὰ φρέατα ἐνέβαλον, καὶ τὰ φρέατα ἐνέχωσαν. *Acerranorum quoque ſenatum poſt fidem et datam in puteos coniectum terra obruerunt.* Atque hoc eſt, quod Ouidius ait, *iacto puluere cauas feciſſe aquas.*

395. ET VELVT ICARIOOS FAMVLÆ PERIERE, PROCIQVE, INQVE CAPVT DOMINI QVI DABAT ARMA PROCIS] *Famuli* eſt in manuſ. pro vulgato *famulæ,* quæ tamen ſincera lectio eſt. *Icaris,* id eſt Penelope, Icari filia, Vlyſſis vxor, inculpatæ caſtitatis, quam proci plures nullis blanditiis ac pollicitationibus potuerunt per annos viginti expugnare. Infelices ſcilicet proci, quos ex errore reuerſus Vlyſſes, vbi arcuum inter eos finitum eſſet certamen, ſagittis primò aggreſſus eſt, & Antinoum atque Eurymachum occidit: mox in procos armatur, cum Telemacho filio, Demoptolemum, Euryadem, Polybum, Piſandrum, alioſq; neci dedit: famulis verò impudicis, quarum conſuetudine ac thoro proci vſi fuerant, ſuſpendio vitam ademit. Addit Ouid. *Inq; caput domini,* id eſt Vlyſſis. Melanthium intelligit, paſtorem caprarũ Vlyſſis, qui procos Penelopes aduerſus dominum armauerat, cuius rei pœnam luit, abſciſſis naribus atque auribus; inciſis manibus pedibuſque; exſectis adhæc genitalibus, quæ cruda canibus obiecta.

cta, Homer. Odyſſ. 22. quo libro in his ſolis ferè occupatur:

Τοῦ δ᾽ ἀπὸ μὲν ῥῖνάς τε καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ
Τάμνον. μήδεά τ᾽ ἐξέρυσαν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι,
Χεῖράς τ᾽ ἠδὲ πόδας κόπτον κεκοτηότι θυμῷ.

397. VT IACVIT AONIO LVCTATOR AB HOSPITE FVSVS, QVI (MIRVM) VICTOR, CVM CECIDISSET, ERAT] *Antæus*, Neptuni è terra filius, magno ac procero ſuit corpore, *ῥώμῃ σώματος καὶ παλαίστρας ἐμπειρίᾳ διαβεβοημένος*, vt ſcribit Diodor. lib. 4. robore nemini cedens, *paleſtrica etiam artis doctiſſimus & quorumcumque certaminum*, vt Euſebius ſcribit in Chronicis, qui ob id fictum dictumque putat terræ filium, vireſq; ac membra labore feſſa tactu terræ recreari ac reſtaurari ſolita. Hic luctator aduenas quoſque palæſtra victos interimebat, vinci ipſe neſcius, quippe à terra matre quoties eam contingeret, vires animumque ſumens. Quo viſo Hercules, vbi cum eodem in certamen venit, è terra altiùs ſublatum ſuffocauit. Ouid. epiſt. 9. Deianiræ ad Herculem:

Detrabat Antæo duro redimicula collo,
Ne pigeat molli ſuccubuiſſe viro.

Et poſt pauca:

Quiq, inter lænumq, latus, læuumq, lacertum,
Pergraue compreſſa fauce pependit onus.

Statius Papin. 7. Thebaid.

——— Herculeis preſſum ſic fama lacertis
Terrigenam ſudaſſe Libyn.

Iuuenalis:

——— Ceruicibus æquat
Herculis, Antæum procul à tellure tenentis.

Meminit Propert. 3. eleg. 22. Martial 5. epigr. 67. Claudianus in Rufin. lib. 1. v. 288. Martianus Capella libr. 6. Euſebius Gallicanus, vulgò Emiſenus Hom. 8 de paſcha: *Refert & traditio ſecularium litterarum habuiſſe quemdam in exercitio vſúque certaminis hoc genus virtutis ac roboris; vt quoties in luctamine ſuccumbens (v. c. ſuccubuiſſet) virium ſuarum amicam & nutricem terram impulſu aduerſarij contigiſſet, toties de ſolo ſurgens magis ac magis in aduerſarium prænaleret: ac ſic deiectio proſtrati, occaſio fiebat triumphi. Dabat enim quodammodo infirmitas fortitudinem, lapſus palmam, ruina victoriam.* Ceterùm luctam illam Herculis & Antæi pluribus verſibus pulcreque deſcribit Lucanus lib. 4. belli Pharſalici, quem lege. Exſtat de eodem Ennodij Ticinenſis Declamatio. Ceterùm *Aonium hoſpitem* vocat Herculem, à Thebis Bœotiis, natali ſolo: Bœotis enim Aonia dicta eſt ab Aonibus gentibus, è Sunio eò profugis. auctor Strabo.

399. ET QVOS ANTÆI FORTES PRESSERE LACERTI, QVOSQVE FERAE MORTI LEMNIA TVRBA DEDIT] *Vt quos* manuſc. probè. Cetera ex verſu ſuperiori patent. De Lemnio illo malo nota res eſt; natumque inde prouerb. *Λήμνιον κακόν, διὰ τῶν παρανομηθέντων εἰς τοὺς ἄνδρας ἐν Λήμνῳ ὑπὸ τῶν γυναικῶν*, inquit Zenobius. item aliud ex eodem *Λημνία χείρ*, apud eumdem, Diogen. ac Suidam. Hiſtoria eſt apud Apollonij interpr. lib. 1. ex Hellanico, apud Didymum in Iliad. 7. ex Aſclepiade. Refert ille Lemnias mulieres, contemptis Veneris ſacris, iratam deam habuiſſe, ac tetro immiſſo fœtore maritis diſplicuiſſe. Qui cùm in Thraces bellum mouerent, victoreſque adducerent captiuas pellices, iratæ Lemniæ peremerunt noctu vna viros omnes, ſimulque Thracas mulieres, ac filios, ne patrum cædem aliquando vindicarent. Didymus verò nonnihil variat, Lemnios videl. cùm ex more Veneri non facerent, cædis ſuæ cauſſam fuiſſe: *Τὴν γὰρ θεὸν ὀργισθεῖσαν λέγεται τοῖς ἀνδράσιν ἵμερον τινὰ τῶν Θρᾳκίων ἐμβαλεῖν γυναικῶν, τῶν δὲ ἰδίων ἀμελῆσαι.* Mox: *Ταῖς δὲ γυναιξὶ τῶν Λημνίων ἐκ τούτου λύσσαν ἐμπεσεῖν, ὥστε ψηφίσασθαι πάντας ἀνδροκτονεῖν.* &c. Sola Hypſipyle Thoantem patrem ſeruauit. Meminit Eurip. in Hecuba: *καὶ Λῆμνον ἄρδην ἀρσένων ἐξῴκισαν.* Vide ibi interpretem.

401. VT QVI POST LONGVM SACRI MONSTRATOR INIQVI ELICVIT PLVVIAS VICTIMA CAESVS AQVAS] De Thraſio (interpretes Thraſillum vocant) ita Ouid. noſter 1. de Arte:

Dicitur Ægyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus, atque annos ſicca fuiſſe nouem.
Cùm Thraſius Buſirin adit, monſtratq, piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.
Illi Buſiris, Fies Iouis hoſtia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hoſpes aquam.

Hunc Thraſium intelligi hîc puto. qui cùm hoſpitum ſanguine exorandas à Ioue pluuias docuiſſet, primus ipſe à Buſiride mactatus eſt. Cuius rei quia Ouid. locuples teſtis, apparet de Molpide non rectè intelligi, vt putabat Guilel. Canterus Notis in Lycophronem; qui & ipſe in pluuiæ penuria Ioui ſe mactari paſſus eſt. quare ab Eleuſibus Ioui Pluuio ſtructum fuit templum, & conſecrata in eo Molpidis ſtatua. auctor Lycophron, & Tzetzis interpres.

403. FRATER VT ANTAEI, QVO SANGVINE DEBVIT ARAS TINXIT, ET EXEMPLIS OCCIDIT IPSA SVIS] De Pygmalione, Antæi fratre, locum capit è vet. interpret. Zarotus & Domit. at fruſtrà. Antæi enim frater, Neptuni filius, Buſiris fuit. auctor Iſocr. eius Laudatione. Iam verò, canente Virgil. 3. Georg.

Quis illaudati neſcit Buſiridis aras?

Meminit etiam D. Auguſt. 18. de Ciuit. Dei cap. 12. *Illo tempore vel rex, vel potiùs tyrannus Buſiris ſuis dijs ſuos hoſpites immolabat: quem filium perhibent fuiſſe Neptuni, ex matre Libya. filia Epaphi.* Minutius in Octauio: *Tauris Ponticis & Ægyptio Buſiridi ritus fuit hoſpites immolare.* Hercules apud Ouidium 9. Metamorph.

Ergò ego fœdantem peregrino templa cruore
Buſirim domui? ſæuoq, alimenta parentis
Antæo eripui?

Volũt enim Buſirim claua Herculis interemptum, poſtquam Antæum fratrem in Libya ſuffocaſſet, ac dein in Ægyptum eſſet profectus. Vide Diodorum lib. 4. Negat tamen Iſocrates ab Hercule occiſum, cùm Hercules Perſeo, Iouis & Danaæ filio, quattuor ætatibus iunior fuerit: Buſiris verò ſenior annis plus quàm ducentis.

405. VT QVI TERRIBILES PRO GRAMINE HABENTIBVS HERBIS IMPIVS HVMANO VISCERE PAVIT EQVOS] Epiſt. 9. ad Herculem:

Non tibi ſuccurrit crudi Diomedis imago,
Efferus humana qui dape pauit equos?

Verùm hoſpitum ſanguine equos paſcere ſolitus, ſuo eaſdem eoſdem pauit: id quod ſuo hîc hoſti imprecatur Naſo. Plura ſup. notabamus, ad verſ. 385.

407. VT DVO DIVERSIS SVB EODEM VINDICE CA-

ſi

et, Temporibus Nessus, Dissimanique gener] Sic vulgò. perperam. Vera lectio, *Dexameniq́; gener*. Et de Neſſo quidem ſic Hyginus: *Hercules Centaurum Neſſum, quòd Deianiram violare voluit, occidit.* Strabo lib. 10. καὶ ὁ Νέσσος ἐνταῦθα λέγεται πορθμεὺς ἀποδεδειγμένος ὑφ᾽ Ἡρακλέους ἀποθανεῖν, ἐπειδὴ πορθμεύων τὴν Δηιάνειραν ἐπεχείρει βιάσασθαι. *Ferunt hac in parte portitorem fuiſſe Neſſum, ab Hercule occiſum, poſtquam traducendo Deianiram, violare eam conaretur.* Et pulcrè Seneca in Hercule Oeteo verſ. 500. Deianiram ipſam loquentem inducens. locum vide. Plura infrà verſ. 495. Per *Dexameni* verò *generum* Eurytionem Centaurum intelligo, Ixionis ex Nube filium, Neſſi fratrem, qui & ipſe occiſus fertur vindice Hercule, eò quòd Deianiram ſibi à Dexameno metu coacto deſponſatam, petiiſſet. Ita Leopardus lib. 5. Emendat. c. 4. Hyginus: *Hercules cùm in hoſpitium ad Dexamenum regem veniſſet, eiuſq; filiam Deianiram devirginaſſet, fidemq́; dediſſet, ſe eam vxorem ducturum, poſt diſceſſum eius Eurytion, Ixionis & Nubes filius, Centaurus petiit Deianiram vxorem: cuius pater vim timens, pollicitus eſt ſe daturum. Die conſtituto venit cum fratribus ad nuptias. Hercules interuenit, & Centaurum interfecit, ſuamq́; ſperatam abduxit.* His conſentanea refert Luctatius Statij Papinij interpres, ad illa verba:

——— Et quando profuſo
Nubigenæ caluere mero.

Herculis, inquit, *fabulam tangit, qui cùm hoſpitio ad Dexamenum regem veniſſet, Deianiram filiam eius corrupit. & fidem dedit ſe eam vxorem eſſe ducturum. Poſt diſceſſum, Eurytion Ixionis filius Centaurus vxorem Deianiram petiuit, quam pater vireus timens Eurytioni promiſit. Quapropter conſtituto die, quo nuptiæ celebrabantur ſuperueniens Alcides Centaurū interfecit, Deianiramque inſperato ſuo matrimonio copulauit.* Diodorus tamen Siculus nonnihil euariat: γενομένης δὲ μάχης, inquit, πρὸς τοὺς Ἠλείους, τότε μὲν ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξαμενὸν, οὗ τὴν θυγατέρα Ἱππολύτην συνοικιζομένης Ἀζᾶνι Ἡρακλῆς, καὶ δειπνῶν ἐν τοῖς γάμοις ὑβρίζοντα τὸν Κένταυρον Εὐρυτίωνα καὶ τὴν Ἱππολύτην βιαζόμενον ἀπέκτεινε. *Poſtquā pugnatum eſſet cum Elienſibus, tunc quidem infecta re Olenum rediit ad Dexamenum. Huius autem filia Hippolyta cùm Azani nuberet, cenans cum ceteris Hercules, conſpicatuſq; in nuptiis petulantiam exercentem Centaurum Eurytionem, & Hippolyta vim inferentem interemit.*

419. Vt pronepos, Neptune, tuus, quem reddere vitam Iuſſit Coronidis vidit ab arce sua] In aliis eſt, *Vt pronepos, Saturne tuus*: quæ ſi vera lectio eſt, in altero verſu legi poſſe *Corynetes*, vidit hîc Sanctius Brocenſis. *Corynetem* enim ſiue *Corynetam*, à claua (Græcis κορύνη) quam æneam geſtare in pugna ſolebat, dictum puto *Periphetem*, Vulcani filium, Iunonis nepotem, Saturni pronepotem. Et de *Peripheta* quidem locum hunc intelligendum, Domitio, Micyllo & Sanctio facilè aſſentior, quem & *Corynetem* dici diſco ex Pauſania in Corinth. qui ſcribit fuiſſe vſum κορύνῃ χαλκῇ εἰς τὰς μάχας: imò καὶ διὰ τοῦτο Κορυνήτην ἐπικαλούμενον, in Plutarcho lego. in Theſei vita. Hunc enim circa Epidaurum occidit Theſeus. dum totā eam viam, quæ Athenas à Trœzene ducit, latrociniis perpurgaret. auctor Plutarch. & Pauſanias. Iam verò Epidaurum opidum Æſculapij delubro celebre fuiſſe A ſcribit Plinius libr. 4. cap. 5. Æſculapium autem ex Apolline & Coronide natum aſſerit in Hymnis Homerus, Diodorus & alij: vnde *Coronides* dictus; quem ab vrbe ſua Periphetæ cædem proſpexiſſe canit poëta noſter. *Coronides* ergo ſincera lectio eſt, nec temerè tentanda. Alij de Hippolyto interpretantur, vt *reddere vitam* ſit reuiuiſcere, non mori; & *Neptune* in priori verſu legunt. Ita Zarotus. non probat Domitius: nam de Hippolyto mox ſequitur.

411. Vt Sinis, et Sciron, et cum Polypemone natus, Quique homo parte sui, parte iuvencus erat] *Vt Sinis*: ſic legendum hîc, & in Metamorph. libr. 7. nam Græci Σίνιν, ἀπὸ τοῦ σίνεσθαι, *à nocendo*, dedoci voluot. Malè itaque apud Plutarch. in Theſeo Σίννις legitur. Fuit autem B *Sinis* latrocinio nobilis, qui viatores à ſe deuictos, curuatis ad terram picearum ramis arctis vtrimq; vinculis alligabat, atque ita redeuntibus in altum ramis diſtrahebat: quo ipſe poſtea ſupplicij genere à Theſeo affectus eſt. Ita Pauſan. in Corinth. initio. Ouid. 7. Metamorph.

Occidit ille Sinis, magnis malè viribus vſus,
Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.

Idem in epiſt. Phyllidis nobiles hoſce latrones iungit:

Cùm fuerit lectus Sciron, toruuſq; Procruſtes,
Et Sinis, & tauri mixtaq; forma viri.

Propertius:

Arboreaſq; cruces Sinis, & non hoſpita Graijs
Saxa, & curuatas in ſua fata trabes.

Seneca in Hippolyto:

C *——— Membra quis ſæuus Sinis,*
Aut quis Procruſtes ſparſit?

Poſt pauca, ad ſupplicium eius alludit:

Pinus coacto vertice attingens humum
Cælo remiſſa findat in geminas trabes,
Mittatq; præceps ſaxa per Scironia.

Et Sciron] De Scirone Plutar. in Theſei vita: Σκίρωνα δὲ περὶ τὴν Μεγαρικὴν ἀνεῖλε, ῥίψας κατὰ τῶν πετρῶν· ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος λῃστεύοντα τοὺς παριόντας, ὡς δ᾽ ἔνιοι λέγουσιν, ὕβρει καὶ τρυφῇ προτείνοντα τὼ πόδε τοῖς ξένοις καὶ κελεύοντα νίπτειν, εἶτα λακτίζοντα καὶ ἀπωθοῦντα ῥίπτειν εἰς τὴν θάλασσαν. *Scironem idem* (Theſeus) *de ſaxis præcipitem actum occidit ante Megaricam, ſolitum latrocinio eos, qui eò iter facerent, impetere: vt communis eſt fama: alij tradunt progreſſum eſſe eò ſuperbiæ & petulantiæ, vt hoſpitibus pedes lauandos* D *protenderet, atque ita calce eos feriens in mare præcipitaret.* Hinc *infames Scironis petras* vocat Statius 1. Theb. & *ſcelere petras nobiles Scironidas*, Seneca in Hippol. v. 1020.

Et cum Polypemone natus] *Polypemon*, Polypemonis filius, cognomento *Procruſtes*, occiſus à Theſeo ad Cephiſſi alueum. Ita Pauſanias in Atticis. Plutarc. in Theſeo *Damaſten Procruſten* vocat, vt illud nomen ſit, hoc cognomentum. Dictus *Procruſtes* ἀπὸ τοῦ προκρούειν, ab impellendo, quia hoſpitibus in lecto ſiue culcitra collocatis, ſi breuiores eſſent, extenſis luxatiſque membris lecti longitudinem implebat; ſi longiores, parte ſupereminente mutilabat. Diodorus lib. 5. Bibliothecæ. Eo ipſo ſupplicio poſtea vitā illi eripuit Theſeus, ἀναγκάσας αὐτὸν ἀποτεῖσαι τοῖς κλεινοτέροις, ὥσπερ τὸν ξένον ἐποίει. *Coëgitq; ad lecti menſurā extendere membra,*

bra, quemadmodum peregrinos vrgere ille ſolebat. ita Plutarch. in Theſeo. Ouid. 7. Metam. *Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.*

412. QVIQVE HOMO PARTE SVI, PARTE IVVENCVS ERAT] *Minotaurus*, ad humeros vſque taurus, cetera homo, monſtrum biforme, natum è portentoſo Paſiphaës cum tauro concubitu, monumentum nefandæ Veneris: quod labyrintho incluſum, Dædali arte; à Theſeo dein occiſum, ſi fabulis fides. Vide Plutarchum in Theſeo, & notata ſup. ad verſ. 375.

413. QVIQVE TRABES PRESSAS AB HVMO MITTEBAT IN AVRAS, ÆQVORIS ASPICIENS HVIVS ET HVIVS AQVAS] Malim *aſpectans*, ſiue *aſpiciens*, vt præferunt libri nonnulli. Pityocampten, credo, intelligit, cui ſuus etiam eſt inter Theſei ærumnas locos, teſte Pauſan. in Corinth. initio, qui in Corinthiaci agri vico, cui Cromion nomen, pinum in ipſo littore, illius rei ſignum viſam ſuo æuo refert. Et mox de Sini ſubijcit: vnde alium hûc ab illo videtur facere. Alij eundem cum Sini volunt, dictumque ab euentu & factis Πιτυοκάμπτην. Hinc Plutarch. in Theſeo, Σίννιν τὸν πιτυοκάμπτην nominat, ab eo, quòd pinus in terram ſoleret flectere, atque hoc modo vitam pluribus eriperet. Addit Ouid. *æquoris huius & huius aquas*: credit Micyllus reſpexiſſe ad Iſthmi anguſtias, quas poſſederit Pityocamptes, & ſic aſpexiſſe Ionium & Ægeum mare.

415. QVÆQVE CERES VIDIT LÆTO PEREVNTIA VVLTV CORPORA THESEA CERCYONEA MANV] Suidas: Κερκύων ὄνομα λῃστοῦ, ὅστις ᾤκει περὶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τοὺς παρερχομένους ἠνάγκαζε παλαίειν αὐτῷ. Occidit hunc Theſeus. Diodorus de Theſei certaminibus: Ἀνεῖλε δὲ καὶ περὶ τὴν Ἐλευσῖνα Κερκύονα, τὸν διαπαλαίοντα τοῖς παριοῦσι, καὶ τὸν ἡττηθέντα διαφθείροντα. *Ad Eleuſinem Cercyonem interemit, qui lucta cum hoſpitibus decertans, victos perimebat.* Pauſanias in Atticis: Ἔστι δὲ ὁ Κερκύων λέγεται καὶ τὰ ἄλλα ἄδικος, καὶ παλαίειν οὐ βουλομένοις. καὶ ὁ τόπος αὐτὸς παλαίστρα καὶ ἐς ἐμὲ ἐκαλεῖτο Κερκύονος ὀλίγον τοῦ τάφου τῆς Ἀλόπης (ea erat filia Cercyonis) ἀπέχων. λέγεται δὲ ὁ Κερκύων τοὺς καταστάντας ἐς πάλην διαφθεῖραι, πλὴν Θησέως, &c. *Cercyonem ferunt immanem fuiſſe, præcipuè in eos, qui luctari cum eo recuſarent. Et ad hanc diem locus quidam, ab Alopes tumulo non longè diſtans, Cercyonis palæſtra dicitur. Tradunt Cercyonem omnes occidiſſe, quibuſcum in lucta certaret, præter Theſeum*, &c. Meminit Ouid. 7. Metamorph. Ceterùm læto vultu perire Cercyonem vidit Ceres, propter purgatam viam, quæ ad Eleuſinem duceret, Cereri ſacram, quam infeſtabat Cercyon: vt rectè hîc Micyllus.

419. QVALIS ACHÆMENIDES, SICVLA DESERTVS IN ORA, TROICA CVM VIDIT VELA VENIRE, FVIT] Fuit Achæmenides Adamaſci filius, comes Vlyſſis, quem

Immemores ſocij vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere.

Illius autem vitam miſerandam, ſqualoremque pulcerrimè depingit Maro lib. 3. Æneidos:

Cùm ſubitò è ſiluis macie confecta ſuprema,
Ignoti noua forma viri, miſerandaque cultu
Procedit, ſupplexque manus ad littora tendit.
Reſpicimus. dira illuuies, immiſſaque barba
Conſertum tegmen ſpinis, at cetera Graius, &c.

Vide Hom. Odyſſ. 9. & Ouid. 14. Metamorph.

421. ET QVALIS NEC NON FORTVNA BINOMINIS IRI, QVIQVE TENET PONTEM, QVI TIBI MAIOR ERIT] Quidam libri non malè, *Qualis erat nec non*, &c. peſſimè verò in alijs excuſum vidi: *Fortuna bino minus Iri*, contra metrorum legem, contra hiſtoriam. nam binominem fuiſſe, dictum à matre *Arnæum*, à iuuenibus *Irum* refert Hom. Odyſſ. 18. ibidemque copiosè Euſtathius. Aphthonius Sophiſta in Progymnaſmatis: Σκόπει τὸν Ἶρον, ὃς Ἰθάκης μὲν ἦν ἐγγενής, τὴν αὐτὴν δὲ τοῖς ἄλλοις πολίταις οὐ μετελάμβανεν ἄδειαν, ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτοῦ τῆς ἐνδείας περιεγένετο, ὡς μεταθεῖναι τῇ πενίᾳ τὴν κλῆσιν. Ἀρναῖος γὰρ τὴν ἀρχὴν προσκληθείς, Ἶρος μετονομάζεται, τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τοῦ διακονεῖν κομισάμενος. hoc eſt: *Irum cogita, qui tametſi vnus de Ithacenſium numero eſſet, communem tamen cum ceteris ciuibus impunitatis ſecuritatem non habuit, eoque deuenit egeſtatis, vt cum inopia nomen commutarit. Cùm enim Arnæus eſſet primò appellatus, pòſt Irus vocari cœpit, ex famulatu cognomen id ſortitus.* Dictus enim ab ἔρω, quaſi ἀπαγγελεὺς, quòd iret nuntius, quò quis vellet. Meminit Ouidius noſter:

Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quæ ceperit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

Et alibi: *Irus erit ſubitò, qui modò Crœſus erat.* Propertius lib. 3. eleg. 4.

Lydus Dulichio non diſtat Crœſus ab Iro.
Optima mors parca quæ venit apta die.

Martialis: *Cùm ſis tam pauper, quàm nec miſerabilis Irus.* Hinc Prouer. *Iro pauperior*, Eraſmo in Chiliadibus.

422. QVIQVE TENET PONTEM, QVI TIBI MAIOR ERIT] Extremam paupertatem Ibidi imprecatur, vt, mendicorum inſtar, pontem teneat, & ſtipem à tranſeuntibus petat. *Qui tibi maior erit*: numerabitur ſcilicet in maioribus tuis vel iudicio tuo, quamuis aliàs infimæ & abiectiſſimæ ſortis ſit, puta, qui pontem ſeruet, ſedenſque in eo mendicum agat. Ita ferè Turnebus libr. 9. Aduerſ. cap. 25. Nam Micyllus locum inexplicatum relinquit, quia expedire nequit, *qui tibi maior erit.*

423 FILIVS VT CERERIS FRVSTRA TIBI SEMPER AMETVR, DESTITVATQVE TVAS VSQVE PETITVS OPES] Meliùs, *filius & Cereris*. Nec inconcinnè in altero verſu *ſæpè petitus opes*. Imprecatur, vt ad opes numquam perueniat, viuatque ſemper egens & mendicus. Intelligit enim Plutum diuitiarum & opulentiæ deum; quem quicumque adiret, diuitem effici credebat Antiquitas: & habere Plutum putabant is, qui diues eſſet. Fuit *Plutus* Iaſionis ſiue Iaſij & Cereris filius, de quo in Theogonia Heſiodus, & libr. Biblioth. ſuæ vltimo Diodorus Siculus. quem omnino vide. Domitius de Triptolemo locum hunc capit: non rectè, cùm filius ille Cereris nuſquam legatur. Monuit id Zarotus Codrus, Micyllus.

429. VTQVE PATER SOLITÆ VARIAS MVTARE FIGVRAS, PLENVS INEXTINCTA CONFICIARE FAME] Adhuc famem vouet. De Eryſichthone Theſſalo loquitur, Myrmidonis, vt Ælianus lib. 1. c. 27. vt alij, Triopes & Europæ filio, qui filiã Meſtram habuit. De quo ita in fabulis eſt: exciſo Cereris luco fuiſſe in tantam famis ſitiſque rabiem actum, vt, conſumptis voratiſque omnibus, Meſtram filiam vendere ſit coactus, quæ cùm in omne genus animalis transformari Neptuni benefi-

cio poſſet; reſumpta priore forma, ſæpiùs à patre vendita fuit,

Nunc equa, nunc ales, modò bos, modò ceruus abibat,
Præbebatq́; auido non iuſta alimenta parenti.

Atque ita fraudatis non ſemel emptoribus, cùm ſui pretio alere parentem ampliùs non poſſet,

Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Ita ferè Ouid. 8. Metamor. Addit Callimachus patrem oſtiatim mendicaſſe, in Hymno Cereris. Meminit Lycophron in Caſſandra, apud quem interpres veram hiſtoriam huius rei ſiue ἀλληγορίαν, ita proponit, vt Meſtra à patre proſtituta fuerit, quæſtuque corporis inſatiabilem patris ardentemque (vnde & αἴθων dictus) ingluuiem aluerit. ὁ πατὴρ τῆς Μήστρας πάντα καταφαγὼν, καὶ τὴν οὐσίαν διὰ πενίαν ἐκτιμώμενος, ἤτοι πωλῶν, ἐλιμώττεν. ἡ δὲ τούτου θυγάτηρ μεταβαλλομένη, καὶ ποτὲ μὲν βοῦν, ποτὲ δὲ πρόβατον, καὶ ποτ᾽ ἄλλα ἄλλο εἶδος λαμβάνουσα, ἔτρεφε καὶ ἑαυτὴν καὶ τὸν γέροντα. Paria habet Ioannes Iſacij frater Chil. 12. hiſt. 47. Ab hoc Eryſichthone eſt Prou. Αἴθων λιμὸς, apud Suidam. ἀπὸ Αἴθωνος Ἐρυσίχθονος (ita lego) ἐστὶ Δημήτερος ἄλσος κατέκοψε, καὶ τιμωρίαν ὑπέστη ἀξίαν, καὶ διὰ τοῦτο ἐλιμώττεν ἀεί.

431. NEC DAPIS HVMANAE TIBI ERVNT FASTIDIA, QVAQVE PARTE POTES, TVQVE SVSTENTATOR HVIVS ERIS] In manuſc. Cioſani *remanet faſtidia*. De Tydeo, Oenei regis & Eubœæ, alijs Althææ, filio, Stat. 8. Thebaid. extremo. Cecidit Melanippi manu Tydeus, Tydei Melanippus. Moribundus verò Tydeus Melanippi ad ſe caput deferri iuſſit, viuoque ſcelerauit ſanguine fauces, vt Papinius loquitur; ipſeque Tydeus,

Ore tenens hoſtile caput, dulciq́; nefandum
Immorsitat tabo.

433. ATQVE ALIQVID FACIAS, A VESPERE SOLIS AD ORTVS, CVR EXTERNATI RVRSVS AGANTVR EQVI] Atreus & Thyeſtes fratres, Pelopis & Hippodamiæ filij, de regno ita pacti erant, vt alternis annis cum imperio eſſent. Thyeſtes regni auidus, quo voti ſui compos ſolus fieret, Aëropeo Atrei vxorem corrupit, & fugit fratris iras. Reuocauit mox in regni velut partem Atreus Thyeſtem fratrem, obuiam venit & menſa excepit, patrique filios appoſuit epulandos: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, radios auertit. Seneca in Thyeſte, v. 820. Inter alia:

Ipſe inſueto nouus hoſpitio,
Sol auroram videt occiduus,
Terraſq́; iubet ſurgere, nondum
Nocte parata, non ſuccedant
Aſtra, &c.

Vide Tzetzem Chiliad. 1. hiſt. 18. qui filios recenſet Ἀγλαὸν, Ὀρχομενὸν, Καλλέαον. Apud Senecam *Pliſthenem* inuenio: quem Atrei fuiſſe filium, atque ita Atreum proprios filios appoſuiſſe fratri, notat Hyginus fab. 86.

435. FOEDA LYCAONIAE REFERES CONVIVIA MENSAE, TENTABISQVE ITERVM FALLERE FRAVDE IOVEM] Nota ſunt, quæ de Lycaone, Arcadum rege, narrant fabulæ. nam & Ouid. 1. Metamorph: *Fœda Lycaoniæ referens conuiuia menſa*, addit aduenas trucidare ſolitum, nactumque Iouem hoſpitem, tentaſſe mortalis aut immortalis Deus ille eſſet: primò quidem in ipſum Iouem, quem conatus fruſtrà *Nocte grauem ſomno nec-opina perdere morte*. mox mactatum hoſpitem, epulandum eidem appoſuit. Indignatus Iupiter, regiam fulmine deiecit. Lycaon verò in ſyluas fugiens, *Fit lupus, & veteris ſeruat veſtigia formæ*, &c. Ita Ouidius. Pauſanias in Arcad. ob mactatum ad Iouis Lycæi aram infantem, libatumq́; humanum ſanguinem, inter ipſa ſacra in lupum mutatum, tradit ex vulgato apud Arcadas rumore. Vide Suidam in Lexico & Hyginum cap. 176.

437. TEQVE ALIQVIS POSITO TENTET VIM NVMINIS, OPTO, TANTALIDES TV SIS, TV TEREIQVE PVER] *Tantalides*, Pelops Tantali filius: de quo ita ferè fabulæ, dijs epulandum fuiſſe appoſitum à Tantalo patre, quo deorum tentaret diuinitatem: quem cibum cùm reliqui auerſarentur, ſola Ceres humerum edit. Reuocato ad vitam Pelopi Ceres eburneum brachium reſtituit. Vnde Maro *humero eburno inſignem* nominat, Georg. 3. Vide ibi Seruium & Pindari Explanatorem. Cetera ſuprà ad verſ. 181.

TV TEREIQVE PVER] Ita Domit. ac Zarotum legiſſe apparet. al. *Tu Tereuſq́; puer*. Verùm vtrique lectioni videtur refragari quantitas, cùm græcè ſit Τηρεὺς, vt notat Micyllus. Alij rurſum, *Tereos atque puer*. Micyllus *Threiciuſq́; puer* legit. Verùm ſiue hoc ſiue iſto modo legas, idem & de eodem ſenſus erit, puta de Ity Terei & Procnes filio, qui & *Threicius*, quia Tereus Thrax fuit. & ita Ouidius ad Liuiam: *Defle*t *Threiciū Daulias ales Ityn*. Fuit & hic à Procne matre in Philomelæ ſororis vltionem diſcerptus, patrique epulandus appoſitus. Ouid. 6. Metamor. Virg. ecloga 6. & ibi Seruius.

439. ET TVA SIC LATOS SPARGANTVR MEMBRA PER AGROS, TANQVAM QVÆ PATRIAS DETINVERE VIAS] Nota res ac facinus de Abſyrto à Medea diſſecto, vt Iaſonem inſequentem remoraretur, ex Apollonio, eiuſque interprete, lib. 4. Scholiaſte Euripidis, Zenobio prou. Λεύκασε τὸν Πελίαν. & Ouidio noſtro l. 3. Triſt. eleg. 9. vbi inter alia ſic canit:

Inde Tomos dictus locus hic: quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.

Exſtant apud Ciceronem libr. 3. de Nat. Deorum poëtæ antiqui verſus, rem totam oculis ſubijcientes:

Poſtquam pater appropinquat, iamq́; penè vt comprehendatur parat,
Puerum interea obtruncat, membraq́; articulatim diuidit,
Perq́; agros paſſim diſpergit corpus: idq́; ea gratia,
Vt dum nati diſſipatos artus captaret parens,
Ipſa interim effugeret, &c.

Accedat & Archiæ epigramma è libris Ἀνθολογ.

Οὐ τόσον Ἀθάμας ἐπεμήνατο παιδὶ Λεάρχῳ,
Ὅσσον ὁ Μηδείης θυμὸς ἐτεκνοφόνει.
Ζῆλος ἐπεὶ μανίης μεῖζον κακὸν, οἱ δὲ φονῆες
Μητέρες, ὦ τίνι νῦν πίστις ἔτ᾽ ἐστὶ τέκνων;

Athamatis puerum rabies haud tanta Learchum,
Quanta necaui natos Colchidis ira fuit:
Nam peior rabie eſt zelus, genitrice necante:
Cui poſthac natos fidere poſſe putas?

Plura Seneca in Tragœdia cognomine, præſertim à verſu 131. & Ioan. Meurſius in Lycophronem.

441. ÆRE PERILLÆO VERVS IMITERE IVVENCOS, AD FORMAM TAVRI CONVENIENTE SONO]

ſo]Fuit Perillus(quem Lucianus & Tzetzes Perilaum vocant)æris opifex. Plutarchus in Parallelis, Πέριλλος, inquit, τῇ τέχνῃ χαλκουργός. Inuentor ærei tauri, quo Phalaridem tyrannorum crudeliſſimum & immaniſſimum vſum ferunt, in eoque hoſpites concremare ſolitum. Primuſque in eum Perillus tauri fabricator coniectus ac combuſtus eſt. Vnde Callimachus:

Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον.

Meminit Propertius l.2. *Et gemere in tauro ſaue Perille tuo.* Et elegans poëta Claudianus in Eutropium libr.1.

Sic opifex tauri, tormentorumq́ue repertor,
Qui funeſta nouo fabricauerat æra dolori,
Primus inexpertum, Siculo cogente tyranno,
Senſit opus, docuitq́ue ſuum mugire iuuencum.

Ouid.1.de Arte:

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit: infelix imbuit auctor opus.

Plinius libr.34.cap.8. *Perillum nemo laudat ſæuiorem Phalaride tyranno, cui taurum fecit mugitus hominis pollicitus, igni ſubdito: & primus eum expertus eſt cruciatum iuſtiore ſæuitia.* Vide Val.Max.libr.9.de crudelitate, Ciceronem in Piſonem, Phalaridem epiſt.103.& Oroſium lib.1.cap.20.

443. VTQVE FEROX PHALARIS, LINGVA PRIVS ENSE RESECTA, MORE BOVIS PAPHIO CLAVSVS IN ÆRE GEMAS]Fuit hic, vt dixi, Agrigentinorum, atq; adeò totius Siciliæ tyrannus immaniſſimus, cũ à poëtis paſſim notatus, tũ etiam prou. Φαλάριδος ἀρχή, *Phalaridis principatus* nobilitatus, ἐπὶ τῶν ὠμῶς τῇ ἐξουσίᾳ χρωμένων, vt eſt apud Diogenianũ. Vide Suidam in Φάλαρις. Lucianũ in Phalaride, qui graphicè admodum eum depingit, Ioann. Tzetzem Chiliade 1. hiſt.25. vbi etiam Lucianum Syrum laudat, quod non animaduertens interpres locum mutilum reliquit. Adde D. Auguſtinum lib.18.cap. 12. de Ciuitate Dei. Ouid. lib.5. Triſt. eleg.4.

Ipſe Perillæo Phalaris permiſit in ære
Edere mugitus, & bouis ore loqui.

445. DVMQVE REDIRE VOLES AEVI MELIORIS IN ANNOS, VT VETVS ADMETI DECIPIATVR SOCER]Zenobius prou. Αἰσονος ἢ Πελίαν. αὕτη, inquit, ἡ παροιμία προήχθη ἐκ τῶν συμβεβηκότων τῷ Πελίᾳ. ὅτι αἱ θυγατέρες αὐτοῦ εἰς λέβητα ζέοντα καθῆκαν ἐξαπατηθεῖσαι ὑπὸ Μηδείας ὡς νέον ποιήσουσαι. *Tracta parœmia ex his, quæ Peliæ acciderunt; quem filiæ ipſius in feruente recoctum olla, à Medea decepta, quaſi iuuenem è de ſene reddituram, impoſuerant, itaq́ue coctum occiderunt.* Plura ibidem Parœmiographus ille ſcribit, quę exſcribere longum foret, & Diodorus Siculus libr.5. Bibliothecæ ſuæ; itemque Ouid. noſter libr.7. Metamorph. Atque huc Cicero alluſit, in Catone Maiore: *Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit, neùt tanquam Peliam recoxerit.* ita enim legendum cenſet doctiſſim. Adr. Iunius Adagiorum Cent.7. num.76. vbi & primus obſeruauit Plautum fabulam hanc corrupiſſe in Pſeudolo his verbis:

Item vt Medea Peliam concoxit ſenem,
Quem medicamento & ſuis venenis dicitur
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum.

Nam Æſonem, non Peliam, à Medea reſtitutum legimus. Fuit autem Pelias Admeti ſocer, quia, Pelia mortuo, Iaſon filiarum eius curam in ſe recipiens, Alceſtiden natu maximam Admeto Theſſalo, Amphinomen Andræmoni Leontei fratri, Euadnem Canæ Phocenſium regi in matrimoniũ dedit. auctor Diodorus, cuius verba dum malè Domitius perpendit, *Euadnem Oeneo* collocatã ait.

447. AVT EQVES IN MEDII MERGARE VORAGINE COENI, DVMMODO SINT FACTI NOMINA NVLLA TVI] Quidam locum hunc de Amphiarao interpretantur, de quo ita Strabo libr.9. Geogr. οἱ μὲν φασιν ἐκπεσόντος ἐκ τοῦ ἅρματος ἐν τῇ μάχῃ Ἀμφιαράου, κατὰ τὸν τόπον, ὅπου νῦν ἐστὶ τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, τὸ ἅρμα ἔρημον ἐνεχθῆναι ἐπὶ τὸν ὁμώνυμον τόπον. Lege Pauſaniam in Atticis, ex quo diſces non vno loco abſorptionem Amphiarai adſcribi. Ego tamen ad Curtium Romanum Ouidij verba referre malim; de quo præter Liuium l.7. ab V.C. & Oroſium lib.3.cap.1. Lactant. diuinarum Inſtit. lib. 3.cap.1. ita Val. Max. lib.5.cap.5. *Cùm in media parte fori, vaſto ac repentino hiatu terra ſubſideret, reſponſumq́ue eſſet ei illam tantummodo compleri poſſe, quo pop. Romanus plurimum valeret: Curtius & animi & generis nobiliſſimus adoleſcens, interpretatus Vrbem* (Romam) *virtute armiſq́ue præcipuè excellere, militaribus inſignibus ornatus, equum conſcendit. eumq́ue vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit. Super quem vniuerſi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerũt, continuoq́ue terra priſtinum habitum recuperauit,* &c. Minutius Felix in Octauio: *Teſtis & Curtius, qui equitis ſui vel mole vel honore hiatum profundæ voraginis coæquauit.* Hoc ergo Ibidi imprecatur Ouidius, vt cœni mergatur voragine, nulla tamen relicta poſteris ſui fama ac nomine.

449. ATQVE VTINAM PEREAS, VELVTI DE DENTIBVS ORTI SIDONIA IACTIS GRAIA PER ARVA MANV] Decantata fabula eſt de armatis fratribus, natis è draconis dentibus, qui mutuis ſeſe vulneribus confecerunt. Origo à Cadmo eſt, Agenoris filio, qui dum fruſtrà quæreret Europam ſororem, à Ioue tauri ſpecie raptam, conſulto Apolline, in Phocide ſubſtitit, bouem ducem ſecutus. Miſſis aquatum ſociis ad Dircen fontem, vbi audiuit occiſos à ſerpente Marti ſacro; ſubſecutus ipſe, ſerpentem adortus eſt & confecit: cuius dentes hominum ſemina fuere, non frugum. Cadmus Thebas dein condidit, *nomenq́ue genti inauſpicata de boue tradidit.* Pulchrè proſequitur iſta Ouid.3. Metamorp. Euripides in Phœniſſis, Seneca in Oedipo à verſu 709. Adde Euripidis, Lycophronis & Apollonij interpretes. Omittere tamen nõ poſſum, quæ Pherecydes habet apud Apollonij Enarratorem, lib.4.n.54. ἐπειδὴ Κάδμος κατῳκίσθη ἐν Θήβαις, Ἄρης δίδωσιν αὐτῷ καὶ Ἀθηνᾶ τοῦ ὄφεως τοὺς ἡμίσεις ὀδόντας, τοὺς δὲ ἡμίσεις Αἰήτῃ. καὶ ὁ Κάδμος αὐτίκα σπείρει αὐτοὺς εἰς τὴν ἄρουραν, Ἄρεος κελεύσαντος, καὶ αὐτῶν ἀναφύονται ἄνδρες ὡπλισμένοι· ὁ δὲ Κάδμος δείσας βάλλει αὐτοὺς λίθοις. οἱ δὲ δοκοῦντες ὑφ' ἑαυτῶν βάλλεσθαι, κτείνουσί τε ἀλλήλους, καὶ θνήσκουσι, &c. Ecce ait dimidiam tantùm partem dentium Cadmo à Marte & Minerua datam, natoſque ex iis homines armatos: quos cùm timeret Cadmus, ſaxis petiit. illi verò rati a ſuis ſe peti mutuis vulneribus conciderunt.

451. ET QVÆ PENTHEIDES FECIT, FRATERQVE MEDVSÆ, EVENI ANTE CAPITI VOTA SINISTRA TVO] *Pentheides*: mendosè ita legi Domitius ſcribit, quæ tamen vulgaris ferè lectio eſt: quæ ſi

placet, & de Hipponacte locum capere, ad conuitia eius & linguę virulentiam referri debet, de qua ſup. ad v. 53. Verùm tunc *Pytheides* malim cũ Micyllo, ex Suida: Ἱππῶναξ πατρὸς Πυθέω καὶ μητρὸς Πρωτίδος. nam *Pentheides* quî dici, & vndę poſſit non video. Scio *Penthidem* dici Athamantem Ouidio noſtro, at de inſania illius ſup. etiam dictũ ad verſ. 349. Fortè & illud non diſplicebit, quod Micyllus quoque notat, *Pentheide* nomẽ Menœceo poſſe tribui: nã Penthei filius Odaſus traditur, Odaſi Menœceus, huius Creon & Iocaſta, Creontis verò Hæmon & Menoceus, qui bello Troiano ſe pro patria deuouit, & è turri præcipitauit. auctor interp. Euripidis in Phœniſſis. Ceterùm ſi *Battiades* arridet, de Callimacho interpretari licebit: tametſi de illo ſequens diſtichon ſit.

FRATERQVE MEDVSÆ] Domit. & Zarotus *Apollonium* intelligunt. Micyllus de *Archilocho*, aut ſimili accipere malit, dum quid occurret certius.

453. ET QVIBVS EXIGVO EST VOLVCRIS DEVOTA LIBELLO, CORPORA PROIECTA QVÆ SVA PVRGAT AQVA] De Callimacho capio, qui Ibin inſcripſit ſuas in Apollonium Diras. Ibin auẽ hîc verbo deſcribit Naſo. Vide quæ in principio libelli huius diximus.

455. VVLNERA TOTQVE FERAS, QVOT DICITVR ILLE TVLISSE, CVIVS AB INFERIIS CVLTER ABESSE SOLET] De Menedemo capit Zarotus è vet. interprete, quem bello Troiano ſcribit tot vulneribus confoſſum, vt ne vel minima pars corporis reperta ſit, adeò vt, ferrum execrati, non exiſtimarint id inferiis eius more maiórum adhibendum. De Oſiride verò Domitius intelligit, in 24. partes diſcerpto; in cuius quoque inferijs, ab vxore inſtitutis, piaculum ſit gladium ſiue cultrum eſſe. Ita ille. Occiſum diſcerptumq́ue à Typhone fratre, & ab vxore diu fruſtrà quæſitum, Seruius ſcribit in Virgilium. illud etiam, ſacerdotibus tantùm, iiſq́ue mitratis, & non niſi certis diebus, ad Oſiridis ſepulcrum acceſſum dari. Iulius Firmicus de Errore profan. relig. *Iſis*, inquit, *ſoror eſt, Oſiris frater. Typhon maritus. Is cùm comperiſſet Iſidem vxorem inceſtis fratris cupiditatibus eſſe corruptam, occidit Oſirim, artuatimq; lacerauit, & per omnes Nili fluminis ripas miſeri corporis palpitantia membra proiecit. Iſis repudiato Typhone, vt & fratrem ſepeliret & coniugem, adhibuit ſibi Nephtum ſororem ſociam & Anubem venatorem. Cui ideo caninum caput impoſitum eſt, quia lacerati corporis partes artificio canis veſtigantis inuenit*, &c. Hæc ille.

457. ATTONITVSQVE SECES, VT QVOS CYBELEIA MATER INCITAT AD PHRYGIOS, VILIA MEMBRA, MODOS] De Gallis loqui puto, Cybeles (quæ & magna deûm mater) miniſtris, hominibus prorſus euiratis. Nomẽ habẽt à Gallo Phrygiæ flu- nio. Feſtus: *Galli, qui vocantur matris magnæ comites, dicti ſunt à flumine, cui nomen eſt Gallo, quia qui ex eo biberent, in hoc furere incipiunt, vt ſe priuẽt virilitatis parte.* Alia origo iſtius euirationis apud Lactant. lib. 1. de Falſa relig. c. 17. *Deûm mater amauit formoſum adoleſcentem, & eundem cum pellice deprehenſum exſectis virilibus ſemiuirum reddidit: & ideo nunc ſacra eius à Gallis ſacerdotibus celebrantur.* Galli illi inſani, & diuino furore correpti, ſolebãt aſſidua rotatione caput quatere, & ſic diuina fari. Inſaniebant verò vel pota è Gallo fl. aqua, vel ex imperio. Seneca epiſtol. 109. *Nec aliter concitantur, quàm Phrygii ſolent tibicinis ſono*

A *ſemiuiri, & ex imperio furentes.* Ceterùm *vilia membra* vocat Ouid. quia feminiri & molles Galli. Niſi aliud per *vilia membra* ſignificari putes ex Iuuenale ſat. 2.

——— Phrygio quos tempus erit iam
More ſupernacuam cultris abſcindere carnem.

Ita noſter 4. Faſt. *Cadunt iactatis vilia membra comis.* Et Tibullus 1. eleg. 4. *Et ſecet ad Phrygios vilia membra modos.* Illuſtrat iſta Seneca, dum Phrygios facit *tibicinis ſono ſemiuiros.*

459. DEQVE VIRO FIAS, NEC VIR, NEC FEMINA, VT ATTIS, ET QVATIAS MOLLI TYMPANA RAVCA MANV] Atyn ſiue Attin intelligit, πρόπολον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, *miniſtrum matris Deûm*, vt Suidas ait. Variant de Aty ſcriptores. Nos quid de eo Ouid. 4. Faſt luſerit, verbo indicabimus. Fuit

B Calai Phrygis filius, deorum matri in deliciis. quæ ob id viuere caſtè eum voluit, & ſacris ſuis præeſſe. Ille verò ſui parum memor fidem datam non ſeruauit, & cum Sangaritide Nympha rem habuit. Vnde in furorẽ actus, genitalia ſibi exſecuit, pòſt in pinum arborem abiit. auctor Ouid. 10. Metamorp. Diuerſa ab his tradit Pauſan. in Achaicis, Diodorus lib. 3. Porrò Cybeles ſacerdotes tympanis & cymbalis in ſacris vſi ſunt. Catullus in Galliambo: *——— ſequimini*

Phrygiam ad domum, Cybeles Phrygia ad nemora deæ,
Vbi cymbalum ſonat vox, vbi tympana reboant,
Tibicen vbi canit Phryx curuo graue calamo, &c.

Lucretius lib. 2.

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circùm
Concaua, rauciſonoq; minantur cornua cantu,
C *Et Phrygio ſtimulat numero caua tibia mentes.*

Ouid. in Faſtis:

Ibant ſemimares & inania tympana tundunt,
Aeraq; tinnitus ære repulſa dabant.

Plura ibi lege.

461. INQVE PECVS SVBITO MAGNÆ VERTARE PARENTIS, VICTOR VT EST CELERI, VICTAQVE VERSA PEDE] Nota fabula, è 10. Metamor. extremo, de Atalanta Schœnei filia victa, & Hippomene victore, ob violatum Cybeles fanum, in leones mutatis. Vide ſi lubet Seruium ad illum Virgilij verſum: *Et iuncti currum dominæ ſubiere leones.* Narrat enim Cybelen currui ſuo ſummiſiſſe Atalantam & Hippomenem, in leones verſos. Atque hinc etiam *Phrygios leones* alibi Virgilius vocat. De certamine Atalantæ & Hippomenis vide quæ

D ſup. ad verſ. 373. ſcripſimus.

MAGNÆ VERTARE PARENTIS] Cybeles. Hanc alibi *almam parentem* vocat Naſo & Virgilius; *deam magnam* Catullus; *magnam Deûm matrem* Lucretius lib. 2. de rerum natura.

463. SOLAQVE LIMONE POENAM NE SENSERIT ILLAM, ET TVA DENTE FERO VISCERA CARPAT EQVVS] Adde iis, quæ ſuprà verſ. 337. è Suida ac Diogeniano notabam, locum pulcerrimũ Heraclidis Pontici ἐν πολιτείᾳ Ἀθηναίων: Ἱππομένης δὲ εἷς τῶν Κοδριδῶν βουλόμενος ἀπώσασθαι τὴν διαβολὴν, λαβὼν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Λειμώνῃ μοιχὸν, ἐκεῖνον μὲν ἀνεῖλεν, ὑποζεύξας μετὰ τῆς θυγατρὸς τῷ ἅρματι, τὴν δὲ ἵππῳ συνέκλεισεν, ἕως ἀπώλετο. *Hippomenes, vnus ex Codridis, volens diluere animi mollis atque effæminati calumniam. filia Limone cum adultero deprehenſa, illum quidẽ vnà cum filia curru alligatum necauit, filiam verò cum equo domi incluſit, donec moreretur.* Eamdem hiſto-

tiam

tiam refert Æſchines Orat. contra Timarchum, ſuppreſſo nomine. Verba Micyllus recitat.

465. AVT VT CASSANDRÆ DOMINVS, NON MITIOR ILLO, SAVCIVS INGESTA CONTVMVLERIS HVMO] Domitius hic ſilet. Zarotus è vet. interprete, Caſſandrum dominum facit Caſſandræ Potidææ, qui nimiùm in ſuos ſæuiens ab iiſdem ſaxis obrutus ſit. Amplius Badius & is qui Notas breuiores margini hic adiecit, ſcribunt viuum à ſuis defoſſum. Ita illi. Et Potidæam quidem *Caſſandra* *coloniam* noncupatam, auctor eſt Plinius lib. 4. cap. 10. at de Caſſandro iſto aliud non legi, quàm quod interpres ille ſcribit. Porrò pro *Caſſandra* in manuſcript. duobus Berſmanni eſt *Caſſandri*; & ita legendum Micyllus quoque vidit, vt *Caſſandri dominus* ſit Hercules, filius Alexandri Magni, hæres paterni regni, & ſic Macedonum ac Caſſandri dominus, quem Caſſander regni æmulus, *ne fauore paterni nominis in regnum Macedoniæ vocaretur, occidi tacitè cum matre Barſine iuſſit: corporaq; eorum terra obrui, ne cædes ſepultura proderetur. & quaſi parum facinoris in ipſo primùm rege, mox in matre eius Olympiade ac filio admiſiſſet, alterum quoque filium cum matre Roxane pari fraude interfecit, quaſi regnum Macedoniæ, quod affectabat, aliter conſequi quàm ſcelere, non poſſet.* Ita Iuſtinus, Trogi abbreuiator lib. 15.

467. AVT VT ABANTIADES, AVT VT LYRNESIVS HEROS, CÆSVS IN ÆQVOREAS PRÆCIPITERIS AQVAS] Per *Abantiadem* hîc & Metamorp. lib. 3. Perſeum intelligo. Nam ex Lynceo & Hypermneſtra Abas, ex Abante Prœtus & Acriſius, ex Acriſio Danaë, è Danaë Perſeus oriundus eſt: qui arculæ ſiue ſcrinio incluſus, ab Acriſio in mare præceps datus eſt, poſtquam conſulenti deũ περὶ παίδων γενέσεως ἀῤῥένων, ex oraculo reſponſum eſſet, naſciturum è filia filiũ, à quo interimeretur. Verùm pretium operæ eſt fabulam integram adſcribere ex Apollonij Scholiaſte lib. 4. n. 68. Φερεκύδης ἐν δευτέρᾳ ἱστορεῖ, ὡς Ἀκρίσιος γαμεῖ Εὐρυδίκην τὴν Λακεδαίμονος. τῶν δὲ γίνεται Δανάη. χρωμένῳ δὲ αὐτῷ περὶ ἄρσενος παιδὸς ἔχρησεν ὁ θεὸς ἐν Πυθοῖ, ὅτι αὐτῷ μὲν οὐκ ἔσται παῖς ἄρσην. ἐκ δὲ τῆς θυγατρὸς, πρὸς οὗ αὐτὸν δεῖ ἀπολέσθαι. ὁ δὲ ἐπανελθὼν εἰς Ἄργος, θάλαμον ποιεῖ χαλκοῦν ἐν τῇ αὐλῇ τῆς οἰκίας κατὰ γῆς, ὅπου τὴν Δανάην εἰσάγει μετὰ τῆς τροφοῦ· ἐν ᾧ αὐτὴν ἐφύλασσεν, ὅπως ἐξ αὐτῆς παῖς μὴ γένηται. ἐρασθεὶς δὲ Ζεὺς τῆς παιδὸς, ἐκ τοῦ ὀρόφου χρυσῷ παραπλήσιος ῥεῖ· ἡ δὲ ὑποδέχεται τῷ κόλπῳ. καὶ ἐκφήνας αὑτὸν ὁ Ζεὺς τῇ παιδὶ μίγνυται. τῶν δὲ γίνεται Περσεύς, καὶ ἐκτρέφει αὐτὸν ἡ Δανάη, καὶ ἡ τροφὸς κρύπτουσαι Ἀκρίσιον. ὅτε δὲ Περσεὺς τριέτης ἢ τετραέτης ἐγένετο, ἤκουσεν αὐτοῦ τῆς φωνῆς παίζοντος. καὶ διὰ τῶν θεραπόντων μετακαλεσάμενος τὴν Δανάην σὺν τῇ τροφῷ, τὴν μὲν ἀναιρεῖ· Δανάην δὲ καὶ σὺν τῷ παιδὶ ἄγει ἐπὶ τὸν βωμὸν τοῦ Ἑρκείου Διός. μόνος δὲ αὐτὴν ἐρωτᾷ, πόθεν εἴη αὐτῇ γεγονὼς ὁ παῖς. ἡ δὲ ἔφη, ἐκ Διός. ὁ δὲ οὐ πείθεται. ἀλλ᾽ εἰς λάρνακα ἐμβιβάζει αὐτὴν μετὰ τοῦ παιδὸς, καὶ κλείσας καταποντοῖ. Hæc ex Pherecyde diligentiſſimus Apollonij interpres. Paria habes apud Zenobium Parœmiographum in Ἄϊδος κυνῆ. Cent. 1. 41. Didymum Homeri in Iliad 14 & Tzetzem Lycophronis interpretes.

AVT VT LYRNESIVS HEROS] *Heres* Domit. & Zarotus videntur legiſſe, quaſi Telephus à Teuthrãte relictus fuerit imperij hæres. *Lyrneſiũ* enim, ſeu *Lyrneſſum* potiùs dictum volunt Telephũ, ab eo quòd Lyrneſſum vrbem ſub imperio habuit, quã occiſo A Mynete illius principe Achilles, cum nouem alijs, Troianis eripuit, de quo Homer. Iliad β΄. & τ΄. & Strabo libr. 13. Res ita habet: Telephus cum Auge matre, (poſtquam ab Hercule corrupta deprehenſa eſſet) in vrna quadam à patre impoſitus, & in mari demerſus fuit: ſed Palladis prouidentia delatam ferunt ad Caici oſtia vrnam, exceptumque à Teuthrante cum matre Telephum, atque illam vxoris, hunc filij loco habitum: & hinc *Lyrneſium heredem* ſiue *heroem* appellatum ſcribunt interpretes. Ceterùm de Telepho auctorem habeo Strabonem lib. 13. qui ex Euripide iſta refert: Εὐριπίδης δ᾽ ὑπὸ Ἀλεοῦ φησὶ τοῦ τῆς Αὔγης πατρὸς, εἰς λάρνακα τὴν Αὔγην κατατεθεῖσαν ἅμα τῷ παιδὶ Τηλέφῳ καταποντωθῆναι, φωράσαντος τὴν ἐξ Ἡρακλέους φθοράν· Ἀθηνᾶς δὲ προνοίᾳ τὴν λάρνακα περαιωθεῖσαν, ἐκπεσεῖν εἰς τὸ στόμα τοῦ Καΐκου. τὸν δὲ Τεύθραντα ἀναλαβόντα τὰ σώματα, τῇ μὲν, ὡς γαμετῇ χρήσασθαι, τῷ δ᾽ ὡς ἑαυτοῦ παιδί. Atque his quidem conſona ea fuerint, quæ Ouidius tradit, ſi in altero verſu *Clauſus* pro *Caſus* legas, vt eſt in manuſc. Berſmãni: quo modo etiam legendum videatur, ſi pro vulgari *Lyrneſius* reponatur *Cycneius*, à Tene Cycni filio, quę Egnatij cõiectura fuit: qui cùm inſimularetur vim nouercæ intuliſſe, εἰς λάρνακα ἐμβληθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Κύκνου, καὶ εἰς θάλασσαν ῥιφεὶς, λέγεται διασωθῆναι πρὸς τὴν νῆσον, *in arcam à Cycno patre inclũm & in mare proiectũ, atque ad inſulam* (Tenedium) *incolumis euaſiſſe dicitur* Ex Heraclide Pontico ἐν πολιτείᾳ Τενεδίων.

469. VICTIMA VEL PHOEBO SACRAS MACTERIS AD ARAS, QVAM TVLIT A SÆVO THEVDOTVS HOSTE NECEM] Domitius illud vnum inueniſſe ſe ſcribit, *Theodotum* ſiue *Theudotum* Bactrianorum regem ab Arſace Parthorum fuiſſe mactatum. De Theodoto iſto Iuſtinus libr. 41. ait fuiſſe mille vrbium Bactrianorum præfectum, defeciſſe à Macedonibus, iuſſiſſeque regem ſe appellari. Subiungit de Arſace, cùm is imperium Perſicum conderet formaretque, cum Theodoto, eiuſque filio fœdus feciſſe. Atque iſta de Theodoto illo Iuſtinus. Vetus interpres, eiuſque compilator Zarotus, tradunt *Theodotum*, poëtam tragicum, cùm atrocem luſiſſet de Mneſarcho rege Tragœdiam, fugiſſe in Apollinis ædem, & in ea à rege occiſum. quæro auctorem.

471. AVT TE DEVOVEAT CERTIS ABDERA DIEBVS, SAXAQVE DEVOTVM GRANDINE PLVRA PETANT] Interpretes ſcribunt Abderitanos Abderæ incolas, quæ Thraciæ vrbs eſt, ſolitos anni cuiuſque initio hominem pro communi ſalute deuouere, lapidibus obrutum. Equidem auctorem, præter Ouidium noſtrum, qui de Abderitanis ciuibus idem affirmet, laudare non poſſum. Quem verò *deuotum* Latini, eum καθάρματα Græci nominant, explanatque Ariſtoph. interpres ἐν πλούτῳ: addens etiam apud Romanos obtinuiſſe morem, vt immolatione hominis ciuitatem vel à fame, vel à vi maiori aut calamitate expiarent. Lege Andr. Alciatum libr. 9. Parerg. Iuris cap. 22. Addam & ſimilem Abderitanis expiationem, qua in Epheſi peſtilentia Apollonium Tyaneum vſum fuiſſe ſcribunt Philoſtratus in Vita, & Euſebius. Mendicum enim ſenem præcepit lapidibus obrui, vt hac ratione peſtilentiam auerteret. Porrò Abderæ vrbis mentio eſt in Excerptis Strabonis lib. 8.

Ἀβδη-

Ἄβδηρα πόλις ἐπώνυμος Ἀβδήρου, ὃν οἱ τοῦ Διομήδους ἵπποι ἔφαγον. Meminit quoque Suidas.

475. AVT IOVIS INFESTI TELO FERIARE TRISVLCO, VT SATVS HIPPOMENE, DOSITHOEQVE PATER] Imprecatur hoſti κεραυνοπληγίαν. Domitius ac Zarotus per *ſatum Hippomene* Præſtetem intelligunt, Hippomenes ex Atalanta, vt aiũt, filium. Ille deos deteſtatum ſcribit, ob deiectum imperio patrem, ideoq́ue fulmine ictum: hic ex veteri interprete propter occiſum patrem, qui Limonem filiam tam crudeliter peremerat, fulmine percuſſum narrat. Equidem, vt verum fatear, tale adhuc legiſſe non memini. Quare adducor, vt credam corruptam poëtæ noſtri lectionem, præſertim cùm & libros quoſdam *Hippomeo* præferre videam, & ita legere Egnatium, ſed nodum non expedire. Lego itaque cum eruditiſſ. Micyllo *Hipponeo*, vel potius *Hipponi*; & ad Capaneum refero, quem τὸν Ἱππόνου facit Pauſanias in Bœoticis. Καπανέα, inquit, τὸν Ἱππόνου βιαιότερον πρὸς τὸ τεῖχος τὰς προσβολὰς, βληθῆναι κεραυνῷ λέγουσι, &c. quibus verbis indicat Capaneum Hipponi filium, ex Aſtynome Talai filia, Adraſti ſorore, cùm in Thebarum expugnatione, nolente-volente Ioue, Thebas intercepturum ſe diceret, muros aſcendiſſe, ac fulmine percuſſum. Æſchylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις,

Θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν
Καὶ μὴ θέλοντός φησιν, οὐδὲ τὴν Διὸς
Ἔριν πέδῳ σκήψασαν ἐμποδὼν σχεθεῖν·
Τὰς δ' ἀστραπάς τε καὶ κεραυνίους βολὰς
Μεσημβρινοῖσι θάλπεσιν προσῄκασεν.

Plura Pauſanias in Bœoticis, Diod. Siculus libr. 5. Euripides in Phœniſſis, quem etiam citat Tzetzes in Lycophronem, Statius lib. 10 Theb. extr. & 11. initio, Philoſtratus. Hyginus in Catalogo ducum, qui & genealogiam eiuſdem recenſet, vt & Pindari interpres. Adde Andr. Alciatum, virum doctiſſimum, & qui ad bonas doctaſq́ue litteras Iureconſultis velut facem extulit, lib. 6. Parer. c. 21. vbi & *Hipponi* legendum hîc vidit.

DOSITHOESQVE PATER] Ita Domitius: Zarot. *Theſiphileſq.* habet. De Atrace Theſſalo vterque capit, qui filiam ſuam, (ſiue ea Doſithoë ſiue Theſiphile) à Ioue compreſſam prodiderit aut à ſe reiecerit. Atracis quidem Theſſali meminit Stephan. περὶ πόλεων, ab eoque dictam refert Atraciam Theſſaliæ vrbem: verùm neque de Doſithoë neq; de Theſiphile quidquam legere memini.

475. VT SOROR AVTONOES, VT CVI MATERTERA MAIA EST, ET TEMERE OPTATOS QVI MALE REXIT EQVOS] Conglomerat hiſtorias varias ſeu fabulas potiùs. Ac primò quidem de Semele, quæ Autonoës & Inus, ex Cadmo & Harmonia, fuit ſoror; fingiturq́ue arſiſſe Iouis fulmine, poſtquam è Ioue grauida, deluſaque à Iunone, amplexum à Ioue iurato concupiſſet talẽ, qualem ille Iunoni cócederet: *neque enim non hæc optaſſe, nec ille Non iuraſſe poteſt*, vt Ouid. canit 3. Metamorph. Fabula eſt apud Diodor. libr. 5. Biblioth & Homeri interpretem Ἰλιάδ. ξ'. Quod verò ſequitur, *Vt cui matertera Maia eſt*, id ita intelligendum, vt non referatur ad Semelem, cui Maia Atlantis filia matertera magna fuit, vt loquuntur Iuriſconſulti (tunc enim legendum eſſet, *& cui mater Maia*) neque ad Oenomaum, Martis & Steropes Atlantidis filium, cuius domus fulmine quoque arſit, ſed

A potiùs ad Iaſium ſiue Iaſionem Ioue & Electra Atlantide natũ. Nam, vt ex Hellanico & Idomeneo lib. 1. Τρωικῶν refert Apollonij interpres in 1. Argonaut. Ἠλέκτρα ἡ Ἄτλαντος ἐγέννησε τρεῖς παῖδας. Δάρδανον τὸν εἰς Τροίαν κατοικήσαντα· ὃν καὶ Πολυάρχην φασὶ λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. καὶ Ἠετίωνα, ὃν Ἰασίωνα ὀνομάζουσι. καὶ φασὶ κεραυνωθῆναι αὐτὸν ὑβρίζοντα ἄγαλμα τῆς Δήμητρος. τρίτην δὲ ἔσχεν Ἁρμονίαν ἣν ἠγάγετο Κάδμος. Cauſam addit, ob quam percuſſus fulmine ſit, quòd Cereris imagini iniuriã feciſſet. Aliam Homerus profert Odyſſ. 5. quòd cum Cerere conſueſſet:

Ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ,
Ὧι θυμῷ εἴξασα, μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
Νειῷ ἔνι τριπόλῳ· οὐδὲ δὴν ἦεν ἄπυστος
B Ζεὺς, ὅς μιν κατέπεφνε βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῷ.

Ego ſic:

Sic iàm pulcra comas, genitrix mitiſsima frugum,
Alma Ceres lecto atque vnà Iaſionis amori
Mixta erat; haud ignarus facti Iuppiter, ipſum
Percuſsit celeri candentis fulminis igne.

Vide Diodor. Siculum, Dion. Halicar. & Hyginũ. Adde Alciatum l. 6. Pareig. cap. 21. Denique illud etiam non omiſerim, quod è Lycophrone Domitius tradit, Porphyrium ſiue Porphyrionem Siſyphi F. hîc indicari, qui paternam in deos impietatem ſecutus, fulmine ictus interierit. Sequitur Zarotus, quàm rectè & aptè huic loco, ipſe viderit. Subijcit Ouidius:

ET TEMERE OPTATOS QVI MALE REXIT EQVOS] Notiſſimum eſt vt multa inculcare hîc neceſſe non ſit. Fabulã Phaëthontis copioſè proſequitur poëta noſter lib. 2. Metam. Tzetzes Chi-
C liad. 4. hiſt. 137. Euripides, Hyginus fab. 152. & alij. Seneca in Medea v. 599.

Auſus paternos agitare currus,
Immemor metæ iuuenis paternæ,
Quos polo ſparſit furioſus ignes,
Ipſe recepit.

Vbi lege Aduerſaria Ant. Delrij ἀλληγορικῶς fabulam explanantis, & Commentarium eiuſdem.

477. VT GENVS ÆOLIDES, VT SANGVINE NATVS EODEM, QVO GENITA EST LIQVIDIS QVÆ CARET ARCTOS AQVIS] Salmoneus γὰρ τοῦ Ἕλληνος Αἰόλου τοῦ Δευκαλίωνος, vt ait Diodor. ὑβριστὴς ἦν καὶ ἀσεβής. ὑπὸ μὲν τῶν ὑποτεταγμένων ἐμισεῖτο, ὑπὸ δὲ Διὸς διὰ τὴν ἀσέβειαν ἐκεραυνώθη. Quibus verbis ſignificat, ob ſuperbiam impietatemq; ſubiectorum odia incurriſſe, & Iouis fulmine confla-
D graſſe. Seruius verò enarrans locum illum Virg. 6. Æneid.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi:

Salmoneus, inquit, *fabricato ponte æreo, ſuper eum agitabat currus ad imitanda tonitrua: & in quem iaculatus eſſet facem, eum iubebat occidi. Hic poſtea verum expertus eſt fulmen* Hæc ille. Valer. Flaccus lib. 1. Argonaut.

Salmoneus nondum ille furens, iàm fingeret alti
Quadrifida trabe tela Iouis.

Manilius lib. 5. verſ. 91.

Hinc mihi Salmonem, qui cœlum imitatur in orbe
Motibus impoſitis, miſſiſq; per æra quadrigis;
Expreſsiſſe ſonum mundi ſibi viſus, & ipſum
Admouiſſe Iouem terris de fulmine fingit.

Vbi mendum hærere vidit Lud. Carrio lib. 2. Antiquarum Lect. cap. 5. legendumq́ue *pontibus impoſitis*.

ſtis. Claudianus in Epigrammatis: *Quid falſo inſontem tonitru Salmonea miror?* Ioan. Tzetzes Chiliad. 7. hiſt. 107. pellibus curribuſque imitatum fulmina ſcribit:

Ἐν βύρσαις τε καὶ λέβησι τοῖς δρόμοις τῶν ἁρμάτων,
Βροντὰς ἀπομιμούμενος, Διὶ ἐναγωνίσθη.

Huc alluſit Eunapius Sardianus in Chronographia de Eutropio (in quem etiam Claudiani poëtæ inuectiuæ) his verbis: *τὸ ἐκείνου κράτος ἐς τοσοῦτον δὲ κατέσεισεν ἅπαντα καὶ κατεβρόντησεν, ὥστε οὐ μόνον Ῥουφῖνος ἦν αὐτός, ἀλλ᾽ ὁ ἐν μύθῳ Σαλμωνεὺς μικρόν τι χρῆμα πρὸς αὐτὸν ἦν. Illius potentia adeò concuſſit omnia, & tonitru quodam perculit, vt non modò Rufinus eſſe reipſa deprehenſus fuerit; ſed fabuloſus ille Salmoneus nihil fuerit præ iſto.* Vide prou. *Salmoneus alter*, apud Hadr. Iunium.

B Vt sangvine natvs eodem Qvo genita est liqvidis qvæ caret Arctos aqvis] Domitius ac Zarotus Iſmeneum (Meneſi nominat Domit.) Lycaonis filium intelligunt, qui qui cùm deos flocci faceret, à Ioue fulmine ictus interierit. Hæc illi, ex veteri interprete. Equidem certi de hoc afferre nihil poſſum, auctoritate omni deſtitutus. Non tamen omnino diſplicet eorum coniectura, qui de Lycaone ipſo conficiunt ſumenda Ouidij verba, quem etiam conſtat *σὺν τῷ ἀσεβεῖ βλασφήματι τέκνων* à Ioue fulmine percuſſum. ex Metamorphoſi Ouidij lib. 1. & Tzetze in Lycophronem. Et ſic dici poteſt eodem ſanguine natus, quo Salmoneus: nam Lycaon Pelaſgi fuit filius; Pelaſgus à quibuſdam Neptuni, ab aliis Iouis dicitur. atqui à Ioue etiam Æoli genus ducitur: Æolo verò natus eſt Salmoneus. E Lycaone porrò genita eſt Arctos, ſiue Calliſto, quæ ob ereptam à Ioue virginitatem inter ſidera locum inuenit. *Caret liquidis aquis*, quia numquam occidit: vnde *immunem æquoris* alibi Ouidius vocat, & *Oceani metuentem æquore tingi* Virgilius. Tu cogita, mi Lector.

479. Vt Macedon icta est rapidis cvm conivge flammis, Sic precor æthereis vindicis igne cadas] In alijs, *Vt Macedon rapidis icta eſt*, quod ſonantius. A Macedone, Iouis & Thyiæ filio, Macedoniæ nomen eſt, vt Stephanus auctor. Quod ad loci huius explicationē ſpectat, certius non habeo, quàm quod Zarotus ſcribit, fuiſſe Macedoni ex muliere incola Pyreum & Emathum filios, atque illos cum vxore Macedune in proprio combuſtos thalamo. Vnde hîc Micyllus *Macedo* legendum putat, nominandi caſu: cùm D Macedon viri ſit nomen.

481. Præda qvæ sis illis, qvibvs est Latonia Delos Ante diem rapto non adevnda Thraso] Notant interpretes Thraſum iuuenem, Dianæ dilectum, in Delo à canibus diſcerptum. Ego Thraſum eumdem puto cum Thaſio, Anij ſacerdotis filio, de quo Hyginus cap. 247. qui à canibus conſumpti ſunt: *Actæon Ariſtæi filius, Thaſius in Delo, Anij ſacerdotis Apollinis filius, ex eo Delo nullus canis eſt.* In Hygino *Deloanij ſacerdotis* excuditur.

483. Qviqve verecvndæ speculantem membra Dianæ, Qviqve Crotopiadem diripvere Linvm] Sunt qui pro *membra* legant *labra*, atque ita in quibuſdam excuſis. Verùm receptam ſcripturam malim. Nota autem fabula de A- A ctæone, Ariſtæi & Autonoës filio, qui, vel quòd Dianæ in montibus venantis concubitum concupiſſet; vel quòd ſe Dianæ venandi ſtudio anteq; prætuliſſet; aut denique, (quæ poëtæ noſtri hîc & in Metam. lib. 3. & Nonni Dionyſ. lib. 5. opinio eſt) quòd deam ſe lauantem nudam offendiſſet, rem prodente Naiade nympha, in ceruum mutatus eſt, ac demum a ſuis ipſe canibus diſcerptus. Diod. Siculus lib. 4. Biblioth. *τὴν δ᾽ αἰτίαν ἀποδιδόασι τῆς ἀτυχίας, οἱ μέν, ὅτι κατὰ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν, διὰ τῶν ἀνατεθειμένων ἀκροθινίων ἐκ τῶν κυνηγεσίων προῃρεῖτο τὸν γάμον κατεργάσασθαι. οἱ δ᾽ ὅτι τῆς Ἀρτέμιδος αὐτὸν πρωτεύειν τοῖς κυνηγεσίοις ἀποφῆναι.* Scholiaſtes Callimachi *εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος*: *Ἀκταίων*, inquit, *υἱὸς Ἀρισταίου καὶ Αὐτονόης, ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν κατεβρώθη, διὰ τὸ τὴν Ἄρτεμιν ἰδεῖν λουομένην.* Ouid. 2. Triſtium:

Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam,
Præda fuit canibus non minùs ille ſuis.

Plura Pauſanias in Bœoticis, Hyginus cap. 180. & 181. Fulgentius libr. 3. Mytholog. & Palæphatus *περὶ ἀπίστων*: qui Actæonem nimio venandi ſtudio, ac canum multitudine rem omnem decoxiſſe ſcribit, indeque ortam fabulam. alij aliter. Plutarch. in Sertorij vita Actæones duos facit, *Ὁ μέν*, inquit, *ὑπὸ τῶν κυνῶν, ὁ δ᾽ ὑπὸ τῶν ἐραστῶν διεσπάσθη.* Simile autem de Tireſia exemplum ſuprà enarrauimus verſ. 265. cui etiam affine illud de Erichthonio lib. 2. Triſtium:

Pallade conſpecta natum de crimine virgo
Suſtulerit quare quærit Erichthonium.

Qviqve Crotopiadem] Et hæc nota fabula. C Linus enim Pſamathe Crotopi Argiuorum regis filia & Apolline natus, fertur primus in Græcia cytharam & numeros inueniſſe, lamentationes item ac leſſos carmine condidiſſe; periſſe verò à canibus diſcerptus. Conon apud Photium narratione 19 & Euſtathius in Iliad. σ´. Pauſan. in Atticis Linum adhuc infantem refert laceratum à canibus, cùm à Pſamathe, quò patrem illa partum celaret, expoſitus eſſet.

485. Neve venenato levivs feriaris ab angve, Qvam senis Oeagri Calliopesqve nvrvs] Intelligit Eurydicen vxorem Orphei, filij Oeagri & Calliopes. Ioan. Tzetzes Chiliad. 2. hiſtor. 54.

Ἡ Εὐρυδίκη σύζυγος ὑπῆρχε τοῦ Ὀρφέως.
Ταύτην ὑπ᾽ ὄφεως φασὶ δηχθεῖσαν τεθνηκέναι,
Ἀνενεχθῆναι δὲ πρὸς φῶς πάλιν ἐκ τῶν νερτέρων,
D *Ὀρφέως ᾠδὴν θέλξαντος καὶ κόρην μυστηρίαις*, &c.

Ait Eurydicen colubri morſu interijſſe, reductamque ad lucem Orphei manibus, Plutonem atque Proſerpinam ſuaui cantu ac modulatione demulcentis. Fabula eſt apud Ouid. 10. Metamor. in principio. ibi lege.

487. Qvam pver Hypsipyles, qvam qvi cava primvs acvta Cvspide svspecti robora fixit eqvi] *Puerum Hypſipyles* vocat Archemorum, Lycurgi Thraciæ & Eurydices filium, qui ab Hypſipyle nutrice in prato derelictus, ab angue morſus interijt: ex quo Nemei ſunt ludi inſtituti. Refert Pindari interpres & Statius Papin. 5. & 6. Thebaidos.

Qvam qvi cava primvs acvta, &c.] Fuit is Laocoon, Apollinis ſacerdos, qui cùm Apolline vetante vxorem duxiſſet, ac fuiſſe ductus eſſet, vt Neptu-

A Neptuno faceret, cum filiis duobus in Tenedo à ſerpentibus duobus morſus eſt & interiit. Quod ita interpretati ſunt Troiani, vt putarint id factum ob ferro violatum ſacrum Palladi equum. Ita Virgil. 2. Æneid. & ibi Seruius. Tryphiodorus apud Tzetzen Lycoph. interpretem è Calydnis inſulis circa Troiam dracones duos tranaſſe, ſcribit, filiûque Laocoontis ab iis interemptum, quòd is haſta aureum equum violare fuiſſet auſus, ἀφ' ὧν νήσων δύο δράκοντες διανηξάμενοι, Πόρκης τε καὶ Χαρίβοια, τὸ παῖδα τοῦ Λαοκόωντος ἀνεῖλον, μέσον παντὸς τοῦ λαοῦ, ὅτι τῷ δόρατι βαλὼν τὸν δούρειον ἵππον ἐτόλμησε.

489. NEVE GRAVVS AOEAS ELPENORE CAVTIVS ALTOS, VIMQVE FERAS VINI, QVO TVLIT ILLE MODO] Elpenor vnus ſociorum Vlyſſis, natu iunior, nec bello fortis, in ædibus Circes vino depoſitus, dum mouentibus ſe ſociis, abeuntium au- B diret ſtrepitus, incautè ſurgens, ſuique oblitus, ac retrogradè deſcendens, è ſcalis lapſus ceruicem fregit. Sic Homerus Odyſſ. κ.

Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος, οὐδέ τι λίην
Ἄλκιμος ἐν πολέμῳ, οὔτε φρεσὶν ᾗσιν ἀρηρώς·
Ὅς μοι ἄνευθ' ἑτάρων ἱεροῖς ἐν δώμασι Κίρκης
Ψύχεος ἱμείρων κατελέξατο οἰνοβαρείων·
Κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσας,
Ἐξαπίνης ἀνόρουσε. καὶ ἐκλάθετο φρεσὶν ᾗσιν
Ἄψορρον καταβῆναι ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν·
Ἀλλὰ καταντικρὺ τέγεος πέσεν. ἐκ δέ οἱ αὐχὴν
Ἀστραγάλων ἐάγη. ψυχὴ δ' Ἄϊδόσδε κατῆλθε.

Et ipſe Elpenor Odyſſ. λ. apud inferos ſic Vlyſſem alloquitur:

Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
Ἆσέ με δαίμονος αἶσα κακὴ, καὶ ἀθέσφατος οἶνος.
C Κίρκης δ' ἐν μεγάρῳ καταλέγμενος οὐκ ἐνόησα
Ἄψορρον καταβῆναι ἰὼν ἐς κλίμακα μακρὴν,
Ἀλλὰ καταντικρὺ τέγεος πέσον. ἐκ δέ μοι αὐχὴν
Ἀστραγάλων ἐάγη, ψυχὴ δ' Ἄϊδόσδε κατῆλθε.

Quò alluſit Ouidius eleg. 4. lib. 3. Triſt.

At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto,
Occurrit regi flebilis vmbra ſuo.

498. TAMQVE CADAS VOMITVS, QVAM QVISQVIS AD ARMA VOCANTEM IVVIT INHVMANVM THIODAMANTA DRYOPS] Dryopes populi, iuxta Parnaſſum, ἔθνος ἄδικον καὶ λῃστρικόν, vt tradit Apollonij Scholiaſtes, ita dicti ἀπὸ Δρύοπος τοῦ Λυκάονος καὶ Δίας τῆς Λυκαονίας, vel, vt Pherecydes ait, à Dryope Polydoræ & Phinei filio: per quos Hercules, Deianira vxore atque Hyla filio comitibus, iter faciens, in Thiodamantem regem arantem incidit, & cibũ pro filio poſtulauit: quem D cùm ille negaret iratus Hercules bouem vnũ mactauit & comedit. Iniurias vlturus Thiodamas exercitum coëgit: at Hercules ipſum Thiodamantem, profligato Dryopum exercitu, interfecit, & Hylam filium ſecum abduxit. Verùm lubet hiſtoriam integram è Pherecyde ac doctiſſimo Apollonij enarratore hîc adſcribere: Ἡρακλῆς, inquit, γήμας Δηιάνειραν τὴν Οἰνέως θυγατέρα, καὶ διάγων ἐν Καλυδῶνι ἐν συμποσίῳ, κύαθον ἤτει τὸν Οἰνέως οἰνοχόον. Ἀρχιτέλευς δὲ παῖδα πλήξας κονδύλῳ ἀνεῖλεν, ὅτι αὐτῷ τὰ ποδόνιπτρα ὕδατα ἀγνοῶν ἐπὶ τῶν χειρῶν ἐπέχεεν. φεύγων οὖν τὸν φόνον, καὶ σὺν τῇ γαμετῇ στελλόμενος, ἀνεῖλεν ἐν Εὐήνῳ ποταμῷ Νέσσον Κένταυρον. εἶτα καὶ Ἀρχέλοχος ἱερεῖ. ἐπεὶ δὲ παιδίον ἔφερεν καὶ Ὕλαν υἱόν. καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν Δρυοπίαν, λῃστρικὸν δὲ τὸ ἔθνος ὁμοροῦν τοῖς Μηλιεῦσιν, ὡς Φερεκύδης ἐν τῇ τρίτῃ φησίν. τοῦ παιδὸς πεινῶντος, καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ Λίχα ἀπολιμπανομένου συντυχεῖν τῷ Θειοδάμαντι, ᾔτει ὀλίγην τροφήν. ὁ δὲ οὐκ ἔδωκεν· ὀργισθεὶς δὲ ὁ Ἡρακλῆς, καὶ ἀποσπάσας αὐτοῦ ἕνα τῶν βοῶν, θύσας εὐωχεῖτο. ὁ δὲ Θειοδάμας ἐλθὼν εἰς τὴν τῶν Δρυόπων πόλιν, ἐξῆγεν αὐτοὺς κατὰ Ἡρακλέους. καὶ εἰς τοσαύτην ἀνάγκην κατέστη ὁ Ἡρακλῆς, ὡς καὶ τὴν γυναῖκα Δηιάνειραν καθοπλίσαι· ὅτε δὴ καὶ τρωθῆναί φασιν αὐτὴν κατὰ τὸν μαζόν. περιγενόμενος δὲ αὐτῶν, καὶ ἀνελὼν τὸν Θειοδάμαντα, ἀνεδέξατο τὸν τούτου υἱὸν Ὕλαν. &c. Hæc ille. Tu vide Adag. Λίνδιοι τὴν θυσίαν, de quo Conon Narratione 11. apud Photium & Eraſm. non abludit enim ab hac Thiodamantis hiſtoria. Et certè Philoſtratus Iconum libr. 2. Thiodamantem Lindium imprecationibus aduerſus Herculem vſum refert; indeque apud Lindios Herculi ſacra inſtituta, vt bos arator immo- B letur, ſacraque imprecationibus auſpicarentur: de quo Hadr. Iunius 4. Animad cap. 2. ex Lycophr. Callimachi & Apollonij interpretibus.

493. QVAM FERVS IPSE SVO PERIIT MACTATVS IN ANTRO, PRODITVS INCLVSÆ CACVS AB ORE BOVIS] Hunc elegantiſſimè depingit Ouidius lib. 1. Faſt. Virg. 8. Æneidos, & Propertius elegans & ipſe latinitatis auctor l. 4. eleg. 10. ex quo pauca huc transferam:

Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro,
Per tria partitos qui dabat ora ſonos.
Hic, ne certa forent manifeſta ſigna rapinæ,
Auerſos cauda traxit in antra boues.
Nec ſine teſte deo. furem ſonuere iuuenci,
Furis & implacidas diruit ira fores.
Mænalio iacuit pulſus tria tempora ramo
Cacus, & Alcides ſic ait, Ite boues, &c.

C Fulgentius lib. 2. Mythol. *Cacus Herculis boues furatus eſſe dicitur, quem Hercules preſſo gutture interfecit.* Vide Iuſtinum libr. 44. Dionyſ. Halicarn. libr. 1. ἀρχαιολ. Ioan. Tzetzem Chiliade 5. hiſt. 21.

495. QVAM QVI DONA TVLIT NESSÆO TINCTA VENENO, EVBOICASQVE SVO SANGVINE TINXIT AQVAS] In excuſis quibuſdam legitur *Lernæo*; quod etiam vt ſanum Ciofanus recepit, vt ominium ad Herculis ſagittas reſpexerit Ouid. quæ hydræ Lernææ veneno imbutæ & letales erant. Nã *moriens Neſſus cùm ſciret ſagittas hydra Lernææ felle tinctas quantam vim haberent veneni, ſanguinem ſuum exceptum Deianiræ dedit, & id philtrum eſſe dixit; ſi vellet ne ſe coniux ſperneret, eo iuberet veſtem eius perungi.* Verba ſunt Hygini cap. 34. Et ſic ſanguis Neſſi donũ fuit Lernæo tinctum veneno. Ouid. 9. Metamorph. de D hac ipſa re: *Induiturq; humeris Lernæa virus Echidnæ.* Intelligit autem Licham, puerum Herculis, per quem Deianira veſtem, Neſſi imbutam ſanguine, Herculi ſacrificaturo miſit: qui vbi venenum ſenſit, Licham circa Ceneum Eubœæ promontorium rotatum in mare iaculatus eſt. Hyginus cap. 36. Lycophronis interpres, Zenobius, alij, quos infrà laudamus. Ouidius in ſui nominis petram mutatum refert:

Sic illum validũ iactum per inane lacertis,
Exanguemq; metu, nec quicquam humoris habentẽ,
In rigidos verſum ſilices prior edidit ætas.
Nunc quoque in Euboico ſcopulus breuis eminet altè
Gurgite, & humanæ ſeruat veſtigia formæ:
Quem, quaſi ſenſurum, nautæ calcare verentur
Appellantq; Licham.

497. VEL DE PRÆCIPITI VENIAS IN TARTARA

TARA SAXO. VT QVI SOCRATICVM DE NECE LEGIT OPVS] Cicero lib. 1. Tuſcul. diſput. *Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum eſt: qui ait, cùm nihil ei accidiſſet adverſi, è muro ſe in mare abiecisse, lecto Platonis libro.* Exſtat Callimachi epigramma apud Sextum Empiricum aduerſus Mathematicos, & Ἀνθολογίας Græcorum Epigram. lib. 3. tale:

> Εἴπας, ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος Ὡμβρακιώτης
> Ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδην.
> Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
> Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

Quod ſic latinum reddo:

> *Phœbe vale, dixit Ambraciota Cleombrote, ab alto*
> *Desiliens muro Tartareas in aquas.*
> *Dignum morte malum haud paſſus, ſoloq́; Platonis*
> *Lecto opere æterna de ratione animæ.*

Meminit D. Hieronymus, qui Cleombrotum, Zenonem atque Catonem *ſtulta ſapientiæ martyres* vocat. Item Lactantius lib. 3. Diu. inſtit. & Augustinus his verbis: *Ille potiùs Cleombrotus in hac animi magnitudine reperietur, quem ferunt lecto Platonis libro, vbi de animi immortalitate diſputauit, ſe præcipitem dediſſe de muro.*

499. VT QVI THESEÆ FALLACIA VELA CARINÆ VIDIT, IN ILIACA MISSVS AB ARCE PVER] Hæret leue mendum, quod tollas reſtituendo *&* pro *in*. ſic enim ſenſus dilucidior euadet. Hûc autem Ouidij locum optimè illuſtrat Catullus de nuptijs Pelei & Thetidus, vbi de Ægeo Theſei patre filij nauem proſpectante, ſeque è ſcopulo in mare præcipitante, ita canit:

> *At pater, vt ſumma proſpectum ex arce petebat,*
> *Anxia in aſſiduos abſumens lumina fletus,*
> *Cùm primum infecti conſpexit lintea veli,*
> *Præcipitem ſeſe ſcopulorum è vertice iecit,*
> *Amiſſum credens immiti Theſea fato.*

Infecti lintea veli vocat, quę noſter *fallacia vela*, ex hiſtoria, quam ibidem pluribus Catullus proſequitur: Minos enim Cretæ rex ob Androgei filij cædem, Atheniensibus bellum graue intulit, factisq́; ea lege tributarij Athenienſes, vt nouem ipſos annos ſeptem iuuenes, totidemque virgines tributi nomine Minoi mitterēt, Minotauro obijciendos. Anno quarto Theſeus ſolus extra ſortem magno animo in Cretam profectus eſt, reliqui ſorte electi. Cū in nauem conſcēderent, tectam nanis vela alba Ægeus dedit, quibus ſaluo Theſeo in Atticā renauigaret: nigra infortunij argumentum eſſe voluit. τῆς δ' Ἀττικῆς πλησίον φερομένων ἐκλαθέσθαι μὲν αὐτόν, ἐκλαθέσθαι δὲ τὸν κυβερνήτην ὑπὸ χαρᾶς ἐπᾶραι τὸ ἱστίον, ᾧ τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ ἔδει γνώριμον τῷ Αἰγεῖ γενέσθαι. τὸν δ' ἀπογνόντα ῥίψαι κατὰ τῆς πέτρας ἑαυτὸν καὶ διαφθαρῆναι. *Cùm verò Atticæ appropinquarent, traduni neque Theſeo, neque gubernatori venisse in mentem, vt velum illud tollerent, quo ſaluos ſe venire Aegeo oſtenderent. ignarum verò hunc de ſaxo ſe præcipitaſſe ac periiſſe.* ita Plutarchus in Theſei vita.

ET ILIACA MISSVS AB ARCE PVER] Aſtyanax Hectoris & Andromachæ filius, quem Vlyſſes è turri alta in præceps dedit, ne reliquię vllæ è genere Priami eſſent. Ouid. 13. Metamorph.

> *Mittitur Aſtyanax illa de turribus, vnde*
> *Pugnantem pro ſe proauitaq́, regna tenentem*
> *Sæpe videre patrem monſtratum à matre ſolebat.*

A Auſonius:

> *Flos Aſia, tantaq́, vnus de gente ſuperſtes,*
> *Paruulus, Argiuis ſed iam de patre timendus,*
> *Hic iaceo Aſtyanax, Scæis deiectus ab altis.*
> *Pro dolor! Iliaci, Neptunia mœnia, muri*
> *Viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.*

Vide Senecam in Troadib. Ceterùm mos ille, ſupplicium que è ſublimi præcipitandi apud priſcos frequens fuit. De Romanis, qui è Tarpeio ſaxo perduellionis potiſſimùm reos proditoreſque patriæ præcipitabant, id clarum eſt, & exempla apud gentis illius hiſtoricos obuia. De Græcis atque Hebræis idem probat, & exempla aliquot profert V. CL. & nuper amihi amicitia iunctus Iuſtus Rycquius de Capitolio Rom. cap. 4.

501. VT TENERI NVTRIX EADEM MATERTE- B RA BACCHI: VT CVI CAVSA NECIS SERRA REPERTA FVIT] Ino *materteram Bacchi* vocat etiam lib. 6. Faſt. & Seneca in Oedipo v. 445.

> *Pontiregna tenet nitidi matertera Bacchi,*
> *Nereidumq́, choris Cadmeia cingitur Ino.*
> *Ius habet in fluctus magni puer aduena ponti,*
> *Cognatus Bacchi, numen non vile Palæmon.*

Fuit autem Ino Cadmi & Harmoniæ filia, Semeles ſoror (vnde Bacchus natus) Athamantis vxor, cui Melicertam peperit: quo cum fugiens mariti furorem à Iunone immiſſum, in mare ſe præcipitaūit, dictaque à Græcis Leucothea, à Latinis Matuta: filius verò illis Palæmon, his Portunus appellatus. Ouid. 6. Faſt.

> *Leucothoe Graijs, Matuta vocabere noſtris*
> *In portus nato ius erit omne tuo.*

C

> *Quem nos Portunum, ſua lingua Palæmona dicet.*

Plura ibidem leges, vt & 4. Metamorph. Legendus etiam Nonnus in Dionyſiacis, libr. θ' & ι'. Apollodorus lib. 3. Biblioth. Zenobius prou. ἡ ἐπὶ ἐχῖ. Porrò nutricem fuiſſe Bacchi Ino indicat etiam dicto loco Naſo, ibi:

> *Arſerat obſequio Semele Iouis: accipit Ino*
> *Te puer, & ſumma ſedula nutrit ope.*

502. VT CVI CAVSA NECIS] Attalum intelligit, Dædali è ſorore nepotē, de quo ita Ioan. Tzetzes Chiliade prima hiſt. 19.

> Ὁ δ' Εὐπαλάμου Δαίδαλος υἱὸς, τῆς Ἀλκίππης,
> Ὁ ἀρχιτέκτων Ἀττικὸς, ἀγαλματουργός τε,
> Ῥίψας ἐκ ἀκροπόλεως τῆς Ἀττικῆς, ἀνεῖλε
> Παῖδα τὸν ἐξ ἀδελφῆς, καλούμενον Ἄτταλον.
> Οὗτος δὲ εἰδεν πρότερος τῷ θεῷ τοῦ Δαιδάλου,
> Ὄφεως πρῶτος ἐδείξε, ὄφεως σιαγόνι
> Πρίσας ξυλήφιον μικρόν.

D

Quibus verbis indicat Dædalum Eupalami & Alcippæ filium, architectum ac ſtatuarium Atticum præcipitaſſe è promontorio Atticæ nepotem Attalum; eò quòd ab auunculo Dædalo edoctus ſerram primus mortalibus oſtendiſſet, ſerpentis maxilla tabellam paruam cùm ſecaſſet. Plinius lib 7. tradit ipſum Dædalum inueniſſe *fabricam materiarum, & in ea ſerram, aſciam perpendiculum. &c.* Diodorus verò Siculus lib. 4. non Attalum, ſed Talom τὸν ἀδελφῆς τοῦ Δαιδάλου filium, ſerræque inuentorē facit, atque à Dædalo occiſum. Pauſanias in Atticis Calum nominat. Ouidius noſter *Perdica* vocat, ſiue id nomen ſiue cognomētum eſt, 8. Metamor. tantum abeſt, vt Perdix Dædali ſoror fuerit, vt velle videtur Tzetzes, niſi vitiosa lectio eſt. De ſerræ inuentione pulcrè Ouid. citato loco:

Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum, ferroq́, incidit acuto
Perpetuos dentes & ſerræ repperit vſum.

De circino ſubiungit:

Primus & ex vno duo ferrea brachia nodo
Iunxit, vt æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret, pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit, &c.

503. LYDIA SE SUPVITS VT VIRGO MISIT AB ALTIS, DIXERAT INVITO QVÆ MALA VERBA DEO] Domitius, Mars, inquit, Ilicem Ibici Lydij filiam amauit, quæ tuta Dianæ auxilio, dum amores Martis contemnit, diris imprecationibus in furorem acta, ſe dimiſit è ſcopulo. Domitio ſuccinit Zarotus, qui è vet. interprete ait, Martem patrem occidiſſe amaiq; cuius morte puella dolens è rupe ſe deiecerit. At Ianus Parrhaſius *Lenida* reſcribendum contendit. Nam deſignatur, inquit, Aglauros Cecropis filia, quæ Mercurium accedentem ad Herſen prohibere tentauit, immiſſæque à Pallade inuidiæ atro liuore ſuffecta eſt. Fabulam ſcribit Ouidius lib. 2. Metamorph. Pauſanias addit ex hiſtoria *Mineruam apud Cecropis filias Erichthonium depoſuiſſe, cum interdicto ne depoſiti curioſa eſſent: Pandroſumq; in officio fuiſſe, ſorores verò Herſen & Aglauron, quoniam ciſtam reſignauerant, viſo Erichthonio, furere cœpiſſe, & ex arce qua maxime præceps locus erat, ſe deiecisse.* Sed Ouidius totam rem contulit in Aglauron, quæ liuore pallebat, & Mercurio conuitium fecit. Hactenus Parrhaſius epiſt. 47.

50[illegible]. FUITA TIBI OCCVRRAT PATRIO POPVLARIS IN AVRO, SITQVI PAPHAGEÆ CAVSSA LEÆNA NECIS] Paphagus Epiroticus, Ambraciæ rex, cum in agrum non procul ab vrbe ſe contuliſſet, incideretque in leænam catulis ſuis ſtipatam, ab ea laceratus eſt. Hæc è veteri interprete Commentatores: quæ ficticia eſſe omnia exiſtimo. Apud Ælianum lib. 12. hiſt. animalium hæc leguntur: *Phayllus Ambraciæ tyrannus fuit: hunc caſu obuium leæna habuit & diſcerpſit. Ambracienſes eam conſecrauerant, vt libertatis ſuæ vindicem.* Vnde hîc emendandum videri *Phayllea* ſcribit Parrhaſius epiſt. 9.

507. QVIQVE LYCVRGIDEN LETAVIT, ET ARBORE NATVM, IDMONAQVE AVDACEM, TE QVOQVE RVMPAT APER] Sic legendum docuit Egnatius, & ex Eutychij libro 2. clarum eſt citante verſum hunc, vt & alterum ex Metamorph lib. 3. de verbo *Letare*, itaque habent M.SS. Hactenus tamen perperam legitur: *Quiq́, Lycurgidem lacerauit ab arbore natum.* Quæ lectio commentatores in errorem traxit, puta Domitium ac Zarotum. Intelligunt enim Botem Lycurgi fratrem, qui ex arbore detractus, vel, vt è vet. interprete notat Zarotus, in venatione ab apro laceratus eſt. quod ſanè periculum eſt. Et Botem quidem, Boreæ filium, Lycurgi fratrem, non tamen ὁμομήτριον, facit Diodorus Siculus l. 5. Bibliothecæ: at de interitu mire variat. Narrat enim Butem Coronidi vim intuliſſe, eamq́ue vim hanc grauiter ferentem Liberi patris imploraſſe opem; Bacchum verò furorem Butæ inieciſſe, qui commota hinc mente ſeſe in puteum deiecerit. Sic ille, meliùs ſanè quàm Ouidiani interpretes. Ego tamen Ancæum, Lycurgi & Antinoës filium, itemq́ue Adonidem & Idmonē (quos inter Argonautas numerant Orpheus Crotoniata, Apollonius, & Valer. Flaccus) intelligo. Hyginus c. 247. de ijs qui apri ictu occiderunt, ita ſcribit: *Adonis Cinyræ filius, Ancæus Lycurgi F. à Calydonio, Idmon Apollinis filius, qui extra metam exierat, cum Argonautis apud Lycum regem.* Hæc ille, Ouidium vt interpretetur. Seneca in Medea:

Strauit Ancæum violentus ictu
Setiger.

Ictum accepit βουβῶνος ἐν τόμοισι *inguinis in vertibulis*, teſte Lycophr. & Ouidio 8. Metamorph.

ET ARBORE NATVM] Adonin intelligit, Cinyra Cypri rege & Myrrha iam arbore natum, quem iuuenem Mars, in porci ſylueſtris ſpeciem formamq́ue mutatus, vt ſibi primas in amore Veneris vindicaret, incautè contra ſe ruentem percuſſit. Ita Iulius Firmicus de errore profanarum religionum. Vide Ouidium noſtrum lib. 10. Metam. Lucianum de dea Syria, Nonnum Dionyſiacῶn libr. 41. exſtatq́ue in eumdem Theocriti Idyllium 35. itemq́ue Bionis Smyrnæi primum.

508. IDMONAQVE AVDACEM] Fuit & hic vnus ex Argonautis, teſte Apollonio & Orpheo in Argonauticis:

Δὴ τότ' Ἀβαντιάδαο παῖς νόθος ἤλυθε καρτερὸς Ἴδμων,
Τόν ῥ' ἐπ[illegible] κυανοχαίτης τίκτεν Ἀπόλλωνι ἄνακτι
Ἀμβρυσσοῦ παρὰ χεῦμα Φερηϊάς Ἀστερόπεια.
Τῷ καὶ μαντοσύνην ὤπασε, καὶ θέσφατον ὀμφὴν
Φοῖβος, ἵν' ἀνθρώποισιν ἀριπρεπέα μυθίζοιτο.

Martius his Idmon nothus adnumeratur Abantis,
Quem de concubitu generauit Apollinis olim
Circum diuinos animoſa Pherecia fluctus.
Huic præſcire dedit, huic promere voce futura
Phœbus, vt vtiliter gentis memoranda loquatur.

Vatem fuiſſe Idmona teſtatur & nomen ipſum. nam ἴδμων idem valet quod ἐπιστήμων vel ἔμπειρος. Teſtatur id etiam Auſonius hoc diſticho:

Idmona quòd vatem, medicum quòd Iaſona dicunt,
Diſcendas artes nomina præueniunt.

Ita enim legit Paulus Leopardus libr. 4. Emendar. cap. 5. Fuit autem Idmon filius Aſteriæ & Apollinis Pherecydi, Apollonio verò Rhodio & Pindari Scholiaſtæ Abantidis Melampodis filij. De morte idem Apollonius lib. 2.

Αὐτὰρ ὅγ' ἐν νούσοισιν ἀνὰ ῥηγμῖνα ποταμοῖο
Νῆσσ' Ἀβαντιάδης. ὃ δ' ἄρ' ἐκπέπαθεν ἀφεγγέος
Τύψε μέσον ... ἀνεπάλμενος ἤλασε μηρὸν
Αἰγιαλὸν μεσάτης σὺν ὀστέῳ ἶνας ἔκερσεν,
Ὀξὺ δ' ὅγε κλάγξας οὔδει πέσεν.

Huc & Abantiades cœnoſa ad flumina vates
Deuectus curſu, fluuij in crepidine primo
Conſtiterat, cùm de denſis trux beſtia cannis
Proſilit, & rapido miſerum petit Idmona dente,
Perſtringitq́, femur: ſumma vt diſſecat oſſa,
Atque cadit vates, replens clamore paludem.

Nymphis ἐν τῇ περὶ Ἡρακλείας narrat etiam ὡς Ἴδμων ὑπὸ συὸς ἐπλήγη teſte Tarrhæo.

TE QVOQVE RVMPAT APER] Nota locutionem. nam *rumpere* pro interimere vſurpatum etiam alibi inuenias, vt aduertit Turneb. libr. 24. c. 21. & lib. 28. cap. 31. Martialis lib. 12. epigr. 14.

——— *Sæpiùs illis*
Priſce datum eſt equitis rumpere quàm leporem.

Rumpere, id eſt fatigatum curſu capere. Addo ſimilem Martial. locum l. 1. epigr. 50. *Leporemq́, forti callidum rumpes equo.*

509. ISQVE VEL EXANIMIS FACIAT TIBI VVLNVS,

VVLNVS, VT ILLI, ORA SVPER SABVI QVEM CECIDERE SVIS] Vetus interpres: *Solebat Thoas venator arboribus capita ferarum affigere. quadam fortè die apro interfecto, Dianam fertur allocutus, qui ſub ea arbore, in qua erat prædæ poſitum caput, de more ſopore feſſus iacens, à capite apri eſt interemptus.*

511. ATQVE IDEM SIMILI PINVS QVEM MORTE PERSMIT, VENATOR PHRYGIA EISQVE BERENTIADES] De Aty intelligunt interpretes. Zarotus quidem in Berecyntho monte, à venatione laſſum, ſub pinu obdormiuiſſe ſcribit, atque arboris illius pomis perijſſe. ex vet. interprete. Domitius Atyn & Nauclum dormientes, pinei pomi caſu obrutos inter venandum tradit. Et Atyn ſiue Attin, à Cybele adamatum, dictum Phrygem ſiue Phrygium ſcio, quia Calai Phrygis filius. Eumdem interemptum ab apro in Lydorũ agros a Ioue immiſſo, auctor eſt Pauſan. in Achaicis; in pinũ verò arborem abijſſe fabulatur Ouid. 10. Metamorph. at arboris illius pomis perijſſe alibi adhuc nõ legi. Amplius ergo diſpiciendum. Illud addo, Micyllo in altero verſu *Phrygius* vel *Phrygia* legendum videri, cùm de Phrygio venatore ſit ſermo. Ceterùm pro *Berentiades* in vno eſt *Berecyades*. in quo etiam hæreo, & ſilent interpretes.

513. SI TVA CONTIGERIT MINOAS PVPPIS AD VNDAS, TE CORCYRAEVM CRESSIA TVRBA PETAT] *Putet* in alijs eſt, & in manuſc. Berſmanni, rectè. Minos, Cretæ rex, ſecundus eo nomine, Dædalum fuga elapſum, claſſe in Siciliã perſecutus, ac Minoam, vt Diodorus ait, vel Camicũ, vt Herodotus, appulſus, Dædalũ miſſis legatis à Cocalo repetijt. Cocalus ad colloquium Minoëm ipſum admiſit, & in thermas deduxit: vbi nimio æſtu, vel aqua feruida à Cocali filiabus in caput effuſa extinctus eſt. Ita Diodor. l. 4. Pauſanias in Atticis, Pindari interpres in od. 4. Nem. & in od. 6. Pyth. Zenob. Prou. Λούσαις τὸν Πελίαν, Tzetzes Chil. 1. hiſt. 19. & nos ſuprà verſ. 291. Iniuriam illam vlti Cretenſes, occidebant Corcyræos ſiue Sicilienſes omnes, qui in Cretam appellebant. Ita ferè Domitius. Zarotus ſcribit Cretenſes, cùm in patriam Minois oſſa aſportarent, tempeſtate in Corcyram inſulam eiectos, & malè à loci illius incolis tractatos: atque exin in vindictam occidiſſe omnes, qui ex inſula illa in Cretam venirent. Alij aliter.

516. LAPSVRAMQVE DOMVM SVBEAS, VT SANGVIS ALEBAE, STELLA LYCORIDAS CVI FVIT APTA VIRO] Domitius ac Zarotus neſcio quid de Alcidice, Alebæ Lariſſæi filia, tradunt, quæ cum Lycoride viro domus ruina obruta ſit. Nugæ. De Simonide intelligendum vidit Micyllus. *Cenanti enim apud Scopam in Cranone (quod eſt in Theſſalia oppidum) nuntiatum eſt duos iuuenes ad ianuam veniſſe, magnopere rogantes, vt ad eos continuò prodiret: ad quos egreſſus, neminem reperit ibi. Ceterùm eo momento temporis tricliniũ, in quo Scopas epulabatur, collapſum, & ipſum & omnes conuiuas oppreſſit.* Verba ſunt Val. Maximi libr. 1. cap. 9. ex Cicerone libro 2. de Oratore extremo. Duo illi iuuenes *Caſtor & Pollux*, (quos hîc *Stellam* nominat) quorum beneficio ab imminenti periculo liberatus eſt Simonides, & in quos Hymnum conſcripſerat. Cyrenæus ipſum Simonidem violato ab Acragantino ſepulcru ita loquẽtem inducit apud Suidam: οὐδ' ἡμέας (lego ὑμέας) Πολύδευκες ὑπέτρεσας, οἵ με μελάθρου μέλλοντος πίπτειν ἐκτὸς ἔθεσθέ ποτε δαιτυμόνων ἀπὸ μοῦνον. ὅτε Κραννώνιον αἰαῖ ὤλισθε μέγας οἶκος ἐπὶ Σκοπάδας. Scopam autem *Alebæ ſanguinem*, hoc eſt, ex illius progenie fuiſſe, vtpote Creontis & Echecratiæ filium, interpres Theocriti auctor eſt. Andr. Alciatus per *Alebæ ſanguinem* Theſſalos intelligit ab eorum rege: vnde & *Alebadæ* dicuntur Satyro hiſtorico apud Athenæum libr. 12. & Pindaro in Pythijs od. 10. Ἀλευάδαι παῖδες. Sed cur *Lycorides* ab Ouidio Simonides dictus? Hæret Micyllus, nec certam nominis rationem inueſtigando reperit. Hæret & doctiſſimus Turnebus, qui *Lycoridem* dictum opinatur, vel ab Apolline Lycoreo, ex Callimacho Λυκώρεος ἔντεα Φοῖβος; vel quòd genus duxerit à Lycoreo, qui vicum Delphis condidit, quod & verius putat libr. 9. Aduerſ. cap. 25. quem ſequitur A. Schottus 2. Obſeruat. 32.
B Viderat id iam antè Andr. Alciatus 6. Parerg. c. 21. qui *Lycoreta* legebat, à Lycorio pago Delphorum. At Iol. Scaliger lib. 2 Auſon. Lect. cap. 30. felici ſanè coniectura legit: *Stella Leoprepidæ cui fuit æqua viro.* Quam vt verã lectionem libẽter amplector, donec vulgatæ ſtabiliendæ auctoritas firma accedat. Fuit enim Σιμωνίδης Λεωπρεπέως, vt ait Suidas. non tamẽ ignoro paulo pòſt in eodẽ Suida legi υἱὸν Θεοπρέπους.

517. VTQVE VEL EVENVS TORRENTI FLVMINE MERSVS, NOMINA DES RAPIDAS VEL TIBERINVS AQVAE] Euenus Æoliæ amni nomen dedit, qui antea Lycormas dictus. Fuit Martis & Steropes filius, filiamque ex Alcippa Marpiſſam pulcerrimam habuit, quam virginem perpetuò ſeruabat, procoſque ad certamen curule prouocatos, victoſque occidebat, capitaque foribus affigebat. Superuenit Idas Apharei, ſeu Neptuni, vt res erat, C filius. hic è chorea virginem rapuit: fugientem fruſtrà iuſ ſecutus pater, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν Λυκόρμαν ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὔηνος προσηγορεύθη. Ita ferè Didymus Homeri Scholiaſtes Iliad. 9. Euſtath. ibidem. Meminit Pauſanias in Eliacis, Strabo libr. 7. Plutarch. in Parallelis ex Doſitheo, & libr. de fluminibus, & Apollod lib. 1 Biblioth. De Latinis Hyginus fab. 242. qui Herculis filium facit.

VEL TIBERINVS AQVAS] Hæc etiam T. Liuij opinio eſt. ait enim Albulam Tiberini nomen accepiſſe à Tiberino Albanorum rege, Caperi ſucceſſore, qui in hoc flumine merſus fuerit. quod Seruio nõ placet, cùm ipſius figmentũ multò frigidius ſit. Virgilius Tibrim quidem regẽ facit, vnde Tibris fluuius ſit dictus: ſed vbi regnarit, nõ addit:

Tum reges, aſperq; immani corpore Tibris,
D *A quo poſt Itali fluuium cognomine Tibrim*
Diximus, amiſit verum vetus Albula nomen.

519. HYRTACIDAE QVE MODO DEFIXA CADAVERA TRVNCO, DIGNA FERIS, HOMINIS SIT CAPVT ESCA TVVM] Domitius intactum hoc reliquit. Zarotus de Euryalo capit, Hyrtaci filio, qui cùm diei diluculo Rutulorum ac Turni caſtra ingreſſus eſſet, Niſo comite, captus & occiſus eſt; capitaque haſtis præfixa. Virgil. 9. Æneid.

Quin ipſa arrecta (viſu mirabile) in haſtis
Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur,
Euryali & Niſi.

Sanctius hîc aliter legit, & interpretatur:

Aſtacidæq; modo defiſſa cadauere trunco,
Digna feris hominis ſit caput eſca tuum.

Senſus: caput tuum ſit eſca hominis, diffiſſa à trunco cadauere, quamuis feris digna. *Aſtacides* Menalippus:

lippus: cuius capiti ad Tydeum (quem Menalippus grauiter vulnerarat) delato dentes infixit Tydeus, & viuo ſcelerauit ſanguine fauces, vt Statius loquitur, 8. Thebaid. extremo: & ſic *Ore tenẽs hoſtile caput, dulcę́, nefandum* immorſus eſt tabo. Vide Papinium, & ſuprà verſ. 431. Non diſplicet Sanctij iſta coniectura, cùm de Euryalo meminerit Ouid. hîc inf. v. 635.

521. QVODQVE FERVNT BROTHEVM FECISSE CVPIDINE MORTIS, DES TVA SVCCENSÆ MEMBRA CREMANDA PYRAE] *Brotheam* libri alij præferunt. Et *Brotheam* quidem atque Ammonem fratres lego cæſtibus inſignes, at Phinei manu occiſos, apud Ouid. 5. Metamorph. *Brotheum* verò hoc loco Domit. Vulcani & Mineruæ; Zarot. è vet. interpr. Iouis filium facit; qui ob deformitatem oris incendio finire vitam maluerit, quàm ludibrio omnium exponi. Ita illi: at quia ſine auctore, ideo variàt alij. Nam And. Alciatus l. 4. Parergῶν iuris c. 4. carmen hoc Ouidianum eſſe negat, vt Vlpiani I.C. tempore natum, & de Peregrino Pariano Philoſopho, cognomento Proteo explicat, cuius & apud A. Gellium libr. 12. cap. 11. Noct. Attic. eſt mentio; qui celebri Olympiorum die in pyram à ſemet conſtructam, adſtante totius Græciæ conuentu, ſe cõiecit, quem ob idipſum ſingulari libello egregiè traducit Lucianus, irridetque hominis ambitionem & dementiam. Parrhaſius epiſtola 9. *Brotum* legendum cenſet. Brotus, inquit, indigena fuit, ac terræ filius, vt ſcribit Euemerus: vt Heſiodus, Ætheris & Auroræ. Natus hic erat immortalis, ſed eum tantum lucis odium cepit, vt nouo exemplo omnium primus vitam cum morte commutarit, vnde Græcè βροτὸς, id eſt, mortalis ab eo dictus homo. Hæc Parrhaſius, apud quem è Collectaneis hiſtoriarum hoc etiam reperi χύλιον, Βροτέας κυνηγὸς ὢν, τὴν Ἄρτεμιν οὐκ ἐτίμα, ἔλεγε δὲ ὡς οὐδὲν ὑπὸ πυρὸς ἂν πάθοι. ἐμμανὴς οὖν γενόμενος ἐνέβαλεν εἰς πῦρ ἑαυτόν. *Broteas erat venator, is nullo honore Dianam dignabatur, auſuſę́, eſt dicere nullam ſibi noxam ab igne afferri poſſe. Itaque furore correptus, in ardentem rogum præcipitem ſe dedit & perijt.* In alia omnia diſcedit doctiſſ. Paulus Leopardus Miſcell. lib. 1. c. 10. legitque *Biothram*, duarum ſyllabarum contractione, vt de Axiothea ſiue Biothea, (nam vtroque ſcriptum modo reperias) intelligatur; de qua ita Polyænus lib. 8. Strateg. *Axiothea Nicoclis regis vxor, magna militum multitudine veniente ab Ptolemæo Ægypti rege ad deſturbandum regnum, cùm Nicocles vitam laqueo finiſſet, fratreſę́, eius ſibi ipſis mortem cõſciuiſſent, ipſa mortuorum virtutes æmulata eſt: ſororeſę́, eorum ac matres vxoreſę́, conuocauit, & ijs perſuaſit, ne quid genere indignum committerent. Quæ perſuaſæ fortiter ianuas muliebris aulæ cõcluſerunt, recurrenteſę́, ad tecta, multitudine ciuium confluente, liberos, quos in vlnis ferebant, interfecerunt, & igne tectis iniecto, aliæ gladijs ſeipſas occiderunt, aliæ confidenter in flammam inſilientes perierunt. Axiothea verò ducem ſe in periculis optimam præſtabat. Cùm enim videret omnes egregiè iacere, tum & ipſa ſummiſſo gladio per cædem ſe in flammam coniecit, vt ne mortuo quidem corpore hoſtes potirentur.* Lege præterea Diod. Siculum.

523. INCLVSVSQVE NECEM CAVEA PATIARIS, VT ILLE NON PROFECTVRAE CONDITOR HISTORIAE] Chœrilum intelligunt interpretes, manifeſto errore, vt iam vidit Parrhaſius epiſtola 9. Laurentius Abſtemius in Annotationibus, & hîc Egnatius, cùm Calliſthenes ab Ouidio indigitetur, quem cùm ferre Alexandri regis inſolentiam non poſſet deum ſe iactantis, & plus æquo audaciùs eundem alloqueretur; ab ipſo rege increpitum ferunt hoc verſu, ex Iliad. ς.

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι οἷ᾽ ἀγορεύεις.

Qualia mi loqueris vereor ſis nate ſuperſtes.

Quod & ita euenit. Audi Diog. Laërtium Ariſtot. vita: δόξας γὰρ Ἑρμολάῳ συμμετεσχηκέναι τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐπιβουλῆς, ἐν σιδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρᾳ, φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος· καὶ τέλος λέοντι παραβληθεὶς, οὕτω κατέστρεψεν. *Conſcius enim in Alexandrum inſidiarum Hermolai, pædore ſqualoreę́, obſitus, cauea ferrea circumductus eſt, poſtremoę́, leoni obiectus vitam finijt.* Iuſtinus Trogi Pompeii abbreuiator libr. 15. *Cùm Alexander Magnus Calliſthenem Philoſophum propter ſalutationis Perſicæ interpellatum morem, inſidiarum, quæ ſibi paratæ fuerant, conſcium fuiſſe iratus finxiſſet, eumę́, truncatis omnibus membris, abſciſſiſę́, auribus ac naſo labijſę́, deforme & miſerandum cadauer reddidiſſet, inſuper in cauea cum cane clauſum ad metum ceterorum circumferret; Lyſimachus audire Calliſthenem, & præcepta virtutis ab eo accipere ſolitus, miſertus tanti viri, non culpæ ſed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedia calamitatum dedit: quod adeò ægrè Alexander tulit, vt eum ferociſſimo leoni obijci iuberet.* Meminit Plutarch. in Alexandro, Arrianus lib. 4. & alij, quos refert A. Schottus ad Senecæ Suaſoriam primam, & in Vitis comparatis Ariſtot. & Demoſth. Hiſtoricum fuiſſe auctor Cicero 2. de Oratore; citatque Calliſthenis hiſtorias Seneca lib. 4. Natural. quæſt. cap. 26.

525. VTQVE REPERTORI NOCVIT PVGNACIS IAMBI, SIC SIT IN EXITIVM LINGVA PROTERVA TVVM] Domitius hîc rurſum impingit, aſſerens Archilochum interfectum ab his ipſis, in quos Iambum ſtrinxerat; niſi fortè & Calondas, cognomento Corax, à quo Archilochus in bello fortiter pugnans occiſus eſt, Iambis Archilochiis fuerit proſciſſus, vt Alciato viſum eſt lib. 5. Parerg. cap. 18. Archilochum certè à Calonda interemptum teſtatur etiam Plutarc. Commentario de Sera numinis vindicta, Plinius lib. 7. cap. 29. & Suidas, quem Pythium oraculum poſtea arguit, patriaque eiecit, quòd necaſſet virum Muſis ſacrum. Egnatius verò non ad Archilochi cædem referẽda iſta cenſet, verùm ad id, quod narrat de Lacedæmoniis Plutarc. in Apophth. Laconicis, & Val. Max. lib. 6. c. 3. de ſeueritate his verbis; quod & ante Egnatium vidit hîc Zarotus: *Lacedæmonij libros Archilochi è ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quòd eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quàm ingeniis prodeſſet. Itaque maximum poetam, aut certè ſummo proximum, qui domum ſibi inuiſam obſcenis maledictis lacerauerat, carminum exilio multarunt.* Atque hinc rectè Ouidius: *Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.* Addam & tertiam explanationem, non omnino, niſi fallor, ἀπροσδιόνυσον. Pro *exitium*, legunt quidam *exilium*, atque ita reperiſſe ſe in M.S. teſtatur Berſmannus. Quod ſi verum eſt, putem eò alluſiſſe Ouidium, quod Lacedæmonij Archilochum, quia carmine quodam ſcripſerat, *præſtare clypeũ amittere quã in acie mori*, vrbe eiecerint, vt eſt apud Plutar. in Laconicis, Strabonem lib. 10. Carmẽ Archilochi at muſilũ, cuius & initium ἐν εἰρήνῃ Ariſtophanis legas, ſic habet:

Ἀσπί-

Αὐτὶς μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
...Ἀπολέσκοιμι
Ἐῤῥέτω· ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω.

527. Vtve parvm stabili qvi carmine lvsit Athenas, Invisvs pereas deficiente cibo] In quibuſdam libris *pęé*, legitur. verùm hoc paruum; illud non item, quod princeps animaduertit Andr. Alciatus, legendum eſſe *Athenas* pro *Athenas*. In cuius ſententiam libens concedo. Suidam audi: Ἱππῶναξ πατρὸς Πύθεω, καὶ μητρὸς Προτίδος, Ἐφέσιος, ἰαμβογράφος. ᾤκησε δὲ Κλαζομενὰς ὑπὸ τῶν τυράννων Ἀθηναγόρα καὶ Κωμᾶ ἐξελαθείς. ἔγραψε δὲ πρὸς Βούπαλον καὶ Ἀθηνὶν ἀγαλματοποιούς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο. Refert Hipponactem Ephesium, natum Pytheo & Protide, pulſum ab Athenagora & Coma, habitaſſe Clazomenis; ſcripſiſſeque in Bupalum & Athenin ſtatuarios, à quibus probris oneratus eſſet, factis confictiſque ad contumeliam illius ſtatuis. Vide Plinium libr. 36. cap. 5. qui *Anthermum* vocat. Addit autem poëta noſter *parum ſtabili carmine*. nã, vt Dionyſius Halicarn. tradit, primus Hipponax Iambicum trimetrum Archilochium parum ſtabilem & claudicantem fecit, atq; in Scazontem vertit, quò alluſit Sulpitia poëtria:

——*Nec qui pede fractus eodem,*
Fortiter iraſci diſcit duce Clazomenio.

Aduertit id etiam Turneb. lib. 9. cap. 25. qui tamen vulgatam lectionem damnare non audet, quaſi Hipponax in carmine illo ne Athenis quidem pepercerit. Sequitur in noſtro: *Inuiſus pereas deficiente cibo*. Miſerrimum id mortis genus credebant veteres, teſte Homero Odyſſ. μ. quo periiſſe Hipponactem nondum legi, niſi fortè in exilio contabuiſſe inedia dicendum ſit. Interpretes variant. Zarotus Anaxandridem intelligit, qui fame perire coactus ſit, quòd ſcripſiſſet Athenienſes ſanctiſſimas habere leges, prauiſſimis vti, ex Euſtathio 7. Ethic. Alia Domitius comminiſcitur: quem vide.

529. Vtqve lyras vatis fertvr perisse severas, Cavssa sit excidii dextera laesa tvi] Andreas Alciatus lib. 5. Parergon cap. 18. Heſiodum hîc intelligi exiſtimat, qui ob ſuſpicionem violatæ ſororis ab Antipho & Cemeno (vel, vt alij, ab Amphiphane & Gamictone) hoſpitibus fuit interemptus. Vide Plutarch. Tzetzem eius vita, ac Suidam. *Dexteram* interpretatur pro hoſpitij coniunctioniſque iure. Hæc ille. Verùm *Heſiodum lyræ vatem* fuiſſe quàm vellem demonD ſtraſſet. Domitius eumque ſecutus Zarotus *Ariſtochum*, neſcio quem, comminiſcuntur. Egnatius Philoxenum indicari putat, Dithyrãborum poëtam: quem vide, & Parœmiographos, itemque Tzetzem variæ hiſt. Chiliad. 10. v. 830. Philoxenus enim cùm Dionyſij tyranni poëmata reijceret, vt inepta, nec ſuſtineret recitantem, in latomias coniectus eſt. Pòſt Tarentum auſugit, & reuocanti eum per litteras Dionyſio aliud non reſcripſit, quàm litteram ω, vt alij, ſyllabam οὐ. ſæpiùs repetitam. Vide Prouerb. Φιλοξένου γραμμάτιον, de quo Suidas. Ac cur *læſam dextram exitij*, ſiue *excidij*, aut *exilij* (nam libri hîc variant) *cauſſam* facit? Non diſplicet, ſi pro læſa fide, violatoque hoſpitij iure id interpreteris: nam apud Dionyſium egerat antè Philoxenus. quo modo etiam alij capiunt, & Al-

A cæum poëtam Lyricum intelligi hîc volunt, quem in exſilium eiecerit Pittacus, quòd maledicis eum verſibus inſectatus eſſet. Micyllus hîc.

531. Vtqve Agamemnonio vvlnvs dedit angvis Oresti, Tv qvoqve de morsv virvs habente cadas] *Agamemnonium* vocat Oreſtem, quia Agamemnone natus. De furore atque inſania Oreſtis, ob cæſam matrem, diximus ſuprà ad verſ. 350. quantum ſatis erat. Refert Pherecydes, apud interpr. Euripidis in Oreſte extremo, vexatum furijs fugiſſe in Arcadiam ad Dianæ templum, conſediſſe iuxta aram, fugataſque à Diana furias, & ab Oreſte Ὀρέστειον vrbem dictam. Addit ex Aſclepiade idem interpres, ὑπὸ ὄφεως αὐτὸν δηχθέντα ἐκεῖ τελευτῆσαι, percuſſum à ſerpente ibiB dem (loquitur de Parrhaſia Arcadiæ regione) periiſſe.

533. Sit tibi coniugii nox prima novissima vitæ, Evpolis hoc periit, et nova nvpta modo] Domitius Eupolim τῆς ἀρχαίας intelligit, de quo Suidas, & Cicero lib. 6. epiſt. 1. ad Atticum. ille bello Laconico apud Helleſpontum naufragio periſſe auctor eſt; hic ab Alcibiade in Siciliam nauigante in mare deiectum ſcribit. Non hæc mens Ouidij, nec quicquam in eo quod ad Comicum illum trahas. Ineptè etiam vetus interpres ἀνώνυμος, vxorem Eupolidis, Medillam comminiſcitur; qua auctoritate adhuc quæro. Primus Ant. Codrus Vrceus Serm. 2. eumque ſecuri Io. Alex. Braſſicanus in Politiani Nutricia, Io. Bapt. Egnatius hoc loco alium eo nomine Eupolim, Niciæ filium, ab Ouidio indicari viderunt: qui Glycerio, Eudici filia, ducta vxore, nocte prima lapſa C domus cum noua nupta oppreſſus eſt. Didici ea Epigrammate ἀδήλῳ lib. 3. Ἀνθολ.

Αἴ, αἴ, τοῦτο κάκιστον, ὅτι ἔν κλαίουσι θανόντα
Νυμφίον, ἡ νύμφη λιπ᾽ ἔμεινε δ᾽ ἀμφοτέρους.
Εὔπολιν ὃς ἀγαθὸν τε Γλυκέριον, ὃν ὑμέναιον
Ἐύσεβον ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος.
Οὐ καλῶς τόδε κῦδος ἰσόῤῥοπον, ὡς σὺ μὲν υἱὸν
Νικίαι, σὺ κλαίοις δ᾽ Εὐδίκε θυγατέρα.

Nõ diſſimile, quod de Q. Sertullio memoriæ proditum legimus, qui & ipſe prima nuptiarum nocte domus ruina cum vxore ſuffocatus eſt, extatq; vetus Epitaphium apud Hieron. Magium, libr. 3. Miſcell. c. 4.

535. Vtqve cothvrnatvm periisse Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa sagitta tvis] Vetus interpres, D quem Zarotus perpetuò allegat, duos facit Lycophrones, Tragicum, & qui Caſſandram luſit; cùm vnus idemque fuerit: nam & hic Tragicus fuit, & inter ſeptem præſtantiſſimos, qui Pleiadis nomen meruerunt, locum habuit. vnde *cothurnatum* Ouidius vocat. Haſta transfixum, atque in Dianæ Magneſiæ templo conditum ſcribit Theodoretus.

537. Avt lacer in silva manibvs spargare tvorvm, Sparsvs vt est Thebis angve creatvs avo] Rectè interpretes de Pentheo verſus hos capiunt, qui *creatus eſt angue auo*, id eſt Cadmo: quem regno pulſum & apud Illyricos profugum, in ſerpentem mutatum, fabulatur Ouid. 4. Metamorph. Ex Agaue verò Cadmi filia natus eſt Pentheus: qui cùm Liberum patrem contumelijs varijs laceſſere, atque alia etiam inſolenter facere eſſet auſus; poſtremò ad Cythæronem

lippus : cuius capiti ad Tydeum (quem Menalippus grauiter vulnerarat) delato denteſ inflixit Tydeus, & viuo ſcelerauit ſanguine fauces, vt Statius loquitur, 8. Thebaid. extremo: & ſic *Ore tenēs beſtile caput, dulciq; nefandum* immortuus eſt tabo. Vide Papinium, & ſuprà verſ. 431. Non diſplicet Sanctij iſta coniectura, cùm de Euryalo meminerit Ouid. hîc inf. v. 635.

521. QVODQVE PARVNT BROTHEVM FECISSE CVPIDINES MORTIS, DESTVA SVCCENSÆ MEMBRA CREMANDA PYRAS] *Brotheam* libri alij præferunt. Et *Brotheam* quidem atque Ammonem fratres lego cæſtibus inſignes, at Phinei manu occiſos, apud Ouid. 5. Metamorph. *Brotheum* verò hoc loco Domit. Vulcani & Mineruæ; Zarot. è vet. interpr. Iouis filium facit; qui ob deformitatem oris incendio finire vitam maluerit, quàm ludibrio omnium exponi. Ita illi: at quia ſine auctore, ideo variãt alij. Nam And. Alciatus l. 4. Parergωn iuris c. 4. carmen hoc Ouidianum eſſe negat, vt Vlpiani I.C. temporis natum, & de Peregrino Pariano Philoſopho, cognomento Proteo explicat, cuius & apud A. Gellium libr. 12. cap. 11. Noct. Attic. eſt mentio; qui celebri Olympiorum die in pyram à ſemet conſtructam, adſtante totius Græciæ conuentu, ſe cõiecit, quem ob idipſum ſingulari libello egregiè traducit Lucianus, irriderque hominis ambitionem & dementiam. Parrhaſius epiſtola 9. *Brotum* legendum cenſet. Brotus, inquit, indigena fuit, ac terræ filius, vt ſcribit Euemerus: vt Heſiodus, Ætheris & Auroræ. Natus hic erat immortalis, ſed cum tantum lucis odium cepit, vt nouo exemplo omnium primus vitam cum morte commutarit, vnde Græcè βροτὸς, id eſt, mortalis ab eo dictus homo. Hæc Parrhaſius, apud quem è Collectaneis hiſtoriarum hoc etiam reperi σχόλιον, Βροτέας κυνηγὸς ὤν, τὴν Ἄρτεμιν οὐκ ἐτίμα, ἔλεγε δὲ μηδ᾽ ὑπὸ πυρὸς ἂν παθεῖν. ἐμμανὴς οὖν γενόμενος ἔβαλεν εἰς πῦρ ἑαυτόν. *Broteas erat venator: is nullo honore Dianam dignabatur, auſuſq; eſt dicere nullam ſibi noxam ab igne afferri poſſe. Itaque furore correptus, in ardentem rogum præcipitem ſe dedit & perijt.* In alia omnia diſcedit doctiſſ. Paulus Leopardus Miſcell. lib. 1. c. 10. legitque *Biotheam*, duarum ſyllabarum contractione, vt de Axiothea ſiue Biothea, (nam vtroque ſcriptum modo reperias) intelligatur; de qua ita Polyænus lib. 8. Strateg. *Axiothea Nicoclis regis vxor, magna militum multitudine veniente à Ptolemæo Aegypti rege ad deſturbandum regnum, cùm Nicocles vitam laqueo finiſſet, fratreſq; eius ſibiipſis mortem cõſciuiſſent, ipſa mortuorum virtutē æmulata eſt: ſororeſq; eorum ac matres vxoreſq; conuocauit, & ijs perſuaſit, ne quid genere indignum committerent. Quæ perſuaſæ fortiter ianuas muliebris aulæ cõcluſerunt, recurrenteſq; ad tecta, multitudine ciuium confluente, liberos, quos in vlnis ferebant, interfecerunt, & igne tectis iniecto, aliæ gladijs ſeipſas occiderunt, aliæ confidenter in flammam inſilientes perierunt. Axiothea verò ducem ſe in periculis optimam præſtabat. Cùm enim videret omnes egregiè iacere, tum & ipſa ſummiſſo gladio per cædem ſe in flammam coniecit, vt ne mortuo quidem corpore hoſtes potirentur.* Lege præterea Diod. Siculum.

523. INCLVSVSQVE NECEM CAVEA PATIARIS, VT ILLE NON PROFECTVRAE CONDITOR HISTORIAE] Chœrilum intelligunt interpretes, manifeſto errore, vt iam vidit Parrhaſius epiſtola 9. Laurentius Abſtemius in Annotationibus, & hîc A Egnatius, cùm Calliſthenes ab Ouidio indigitetur, quem cùm ferre Alexandri regis inſolentiam non poſſet deum ſe iactantis, & plus æquo audaciùs eumdem alloqueretur; ab ipſo rege increpitum ferunt hoc verſu, ex Iliad. ς.

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι οἷ᾽ ἀγορεύεις.
Qualia mi loqueris vereor ſis vate ſuperſtes.

Quod & ita euenit. Audi Diog. Laërtium Ariſtot. vita: δόξας γὰρ Ἑρμολάῳ συμμετεσχηκέναι τῆς εἰς Ἀλέξανδρον ἐπιβουλῆς, ἐν σιδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρᾳ, φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος· καὶ τέλος λέοντι παραβληθεὶς, οὕτω κατέστρεψεν. *Conſcium enim in Alexandrum inſidiarum Hermolai, pædore ſqualoreq; obſitum, cauea ferrea circumductum eſt, poſtremoq; leoni obiectum vitam finijt.* Iuſtinus Trogi Pompeij abbreuiator libr. 15. *Cùm Alexander Magnus Calliſthenem Philoſophum propter ſalutationis* B *Perſicæ interpellatum morem, inſidiarum, quæ ſibi paratæ fuerant, conſcium fuiſſe iratus finxiſſet, eumq; truncatis omnibus membris, abſciſſiſq; auribus ac naſo labiiſq;, deforme & miſerandum cadauer reddidiſſet, inſuper in cauea cum cane clauſum ad metum cæterorum circumferret; Lyſimachus audire Calliſthenem, & præcepta virtutis ab eo accipere ſolitus, miſertus tanti viri, non culpæ ſed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedia calamitatum dedit: quod adeò ægrè Alexander tulit, vt eum ferociſſimo leoni obijci iuberet.* Meminit Plutarch. in Alexandro, Arrianus lib. 4. & alij, quos refert A. Schottus ad Senecæ Suaſoriam primam, & in Vitis comparatis Ariſtot. & Demoſth. Hiſtoricum fuiſſe auctor Cicero 2. de Oratore; citatque Calliſthenis hiſtorias Seneca lib. 4. Natural. quæſt. cap. 26.

525. VTQVE REPERTOREM NOCVIT PVGNACIS IAMBI, SIC SIT IN EXITIVM LINGVA C PROTERVA TVVM] Domitius hîc rurſum impingit, aſſerens Archilochum interfectum ab his ipſis, in quos Iambum ſtrinxerat; niſi fortè & Calondas, cognomento Corax, à quo Archilochus in bello fortiter pugnans occiſus eſt, Iambis Archilochijs fuerit proſciſſus, vt Alciato viſum eſt lib. 5. Parerg. cap. 18. Archilochum certè à Calonda interemptum teſtatur etiam Plutarc. Commentario de Sera numinis vindicta, Plinius lib. 7. cap. 29. & Suidas, quem Pythium oraculum poſtea arguit, patriaque eiecit, quòd necaſſet virum Muſis ſacrum. Egnatius verò non ad Archilochi cædem referēda iſta cenſet, verùm ad id, quod narrat de Lacedæmonijs Plutarc. in Apophth. Laconicis, & Val. Max. lib. 6. c. 3. de ſeueritate his verbis; quod & ante Egnatium vidit hîc Zarotus: *Lacedæmonij libros* D *Archilochi è ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quòd eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quàm ingenijs prodeſſet. Itaque maximum poetam, aut certè ſummo proximum, quia domum ſibi inuiſam obſcenis maledictis lacerauerat, carminum exilio multarunt.* Atque hinc rectè Ouidius: *Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.* Addam & tertiam explanationem, non omnino, niſi fallor, ἀπροσδιόνυσον. Pro *exitium*, legunt quidam *exilium*, atque ita repeciſſe ſe in M.S. teſtatur Berſmannus. Quod ſi verum eſt, putem eò alluſiſſe Ouidium, quod Lacedæmonij Archilochum, quia carmine quodam ſcripſerat, *præſtare clypeū amittere quā in acie mori*, vrbe eiecerint, vt eſt apud Plutar. in Laconicis, Strabonem lib. 10. Carmē Archilochi ac mutilū, cuius & initium ἐν εἰρήνῃ Ariſtophanis legas, ſic habet:

Ami-

Λαοὶ δὲ μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
Ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
....Αὐτὸς ἐκείνη
Ἐῤῥέτω· ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω.

527. VTVE PARVM STABILI QVI CARMINE LVSIT ATHENAS, INVISVS PEREAS DEFICIENTE CIBO] In quibuſdam libris *vt q;* legitur. verùm hoc paruum; illud non item, quod princeps animaduertit Andr. Alciatus, legendum eſſe *Athenin* pro *Athenas*. In cuius ſententiam libens concedo. Suidam audi: Ἱππῶναξ πατρὸς Πύθεω, καὶ μητρὸς Πρωτίδος, Ἐφέσιος, ἰαμβογράφος. ᾤκησε δὲ Κλαζομενὰς ὑπὸ τῶν τυράννων Ἀθηναγόρου καὶ Κωμᾶ ἐξελαθείς. γέγραφε δὲ περὶ Βούπαλον καὶ Ἀθηνὶν ἀγαλματοποιούς, διὰ αὐτοῦ εἰκόνας περὶ ὕβρει ἐργάσασθαι. Refert Hipponactem Epheſium, natum Pytheo & Protide, pulſum ab Athenagora & Coma, habitaſſe Clazomenis; ſcripſiſſeque in Bupalum & Athenin ſtatuarios, à quibus probris oneratus eſſet, factis confictiſque ad contumeliam illius ſtatuis. Vide Plinium lib.36.cap.5. qui *Antherinum* vocat. Addit autem poëta noſter *parum ſtabili carmine*. nã, vt Dionyſius Halicarn. tradit, primus Hipponax Iambicum trimetrum Archilochium parum ſtabilem & claudicantem fecit, atq; in Scazontem vertit, quò alluſit Sulpiria poëtria:

——Nec qui pede fractus eodem,
Fortiter iraſci diſcit duce Clazomenio.

Aduertit id etiam Turneb. lib.9.cap.25. qui tamen vulgatam lectionem damnare non audet, quaſi Hipponax in carmine illo ne Athenis quidem pepercerit. Sequitur in noſtro: *Inuiſus pereas deficiente cibo*. Miſertimum id mortis genus credebant veteres, teſte Homero Odyſſ.μ. quo periſſe Hipponactem nondum legi, niſi fortè in exilio contabuiſſe inedia dicendum ſit. Interpretes variant. Zarotus Anaxandridem intelligit, qui fame perire coactus ſit, quòd ſcripſiſſet Athenienſes ſanctiſſimas habere leges, prauiſſimis vti, ex Euſtathio 7. Ethic. Alia Domitius comminiſcitur: quem vide.

529. VTQVE LYRAE VATES FERTVR PERIISSE SEVERAE, CAVSSA SIT EXCIDII DEXTERA LAESA TVI] Andreas Alciatus lib.5. Parergωn cap. 18. Heſiodum hîc intelligi exiſtimat, qui ob ſuſpicionem violatæ ſororis ab Actipho & Cemeno (vel, vt alij, ab Amphiphane & Gamictone) hoſpitibus fuit interemptus. Vide Plutarch. Tzetzem eius vita, ac Suidam. *Dexteram* interpretatur pro hoſpitij coniunctioniſque iure. Hæc ille. Verùm *Heſiodum lyræ vatem* fuiſſe quàm vellem demonſtraſſet. Domitius eumque ſecutus Zarotus *Ariſtochum*, neſcio quem, comminiſcuntur. Egnatius Philoxenum indicari putat, Dithyrãborum poëtam: quem vide, & Paræmiographos, itemque Tzetzem variæ hiſt. Chiliad.10. v.830. Philoxenus enim cùm Dionyſij tyranni poëmata reijceret, vt inepta, nec ſuſtineret recitantem, in latomias coniectus eſt. Pòſt Tarentum aufugit, & reuocanti eum per litteras Dionyſio aliud non reſcripſit, quàm litteram *α*, vt alij, ſyllabam *οὐ*. ſæpiùs repetitam. Vnde Prouerb. *Φιλοξένου γραμμάτιον*, de quo Suidas. At cur *læſam dextram exitij*, ſiue *excidij*, aut *exilij* (nam libri hic variant) *cauſſam* facit? Non diſplicet, ſi pro læſa fide, violatoque hoſpitij iure id interpreteris: nam apud Dionyſium egerat antè Philoxenus. quo modo etiam alij capiunt, & Al-

A cæum poëtam Lyricum intelligi hîc volunt, quem in exſilium eiecerit Pittacus, quòd maledicis eum verſibus inſectatus eſſet. Micyllus hîc.

531. VTQVE AGAMEMNONIO VVLNVS DEDIT ANGVIS ORESTI, TV QVOQVE DE MORSV VIRVS HABENTE CADAS] *Agamemnonium* vocat Oreſtem, quia Agamemnone natus. De furore atque inſania Oreſtis, ob cæſam matrem, diximus ſuprà ad verſ. 350. quantum ſatis erat. Refert Pherecydes, apud interpr. Euripidis in Oreſte extremo, vexatum furijs fugiſſe in Arcadiam ad Dianæ templum, conſediſſe iuxta aram, fugataſque à Diana furias, & ab Oreſte Ὀρέστιον vrbem dictam. Addit ex Aſclepiade idem interpres, ὑπὸ ὄφεως αὐτὸν δηχθέντα ἐκεῖ τελευτῆσαι, percuſſum à ſerpente ibi-
B dem (loquitus de Parrhaſia Arcadiæ regione) periſſe.

533. SIT TIBI CONIVGII NOX PRIMA NOVISSIMA VITÆ, EVPOLIS HOC PERIIT, ET NOVA NVPTA MODO] Domitius Eupolim τὸν τῆς ἀρχαίας intelligit, de quo Suidas, & Cicero lib.6. epiſt.1. ad Atticum. ille bello Laconico apud Helleſpontum naufragio periſſe auctor eſt; hic ab Alcibiade in Siciliam nauigante in mare deiectum ſcribit. Non hæc mens Ouidij, nec quicquam in eo quod ad Comicum illum trahas. Ineptè etiam vetus interpres ἀνώνυμος, vxorem Eupolidis, Medillam comminiſcitur; qua auctoritate adhuc quæro. Primus Ant. Codrus Vrceus Serm.1. eumque ſecuti Io. Alex. Braſſicanus in Politiani Nutricia, Io. Bapt. Egnatius hoc loco alium eo nomine Eupolim, Niciæ filium, ab Ouidio indicari viderunt: qui Glycerio, Eudici filia, ducta vxore, nocte prima lapſa
C domus cum noua nupta oppreſſus eſt. Didici ex Epigrammate ἀδήλῳ lib.3. Ἀνθολ.

Αἶ, αἶ, τοῦτο κάκιστον, ὅτῳ κλαίουσι θανόντα
Νυμφίον, ἢ νύμφην ἥλικα δ᾽ ἀμφοτέρους.
Εὔπολιν, ἀγαθήν τε Γλυκέριον, οἱ ὑμέναιον
Ἔνθεσαν ἐν πρώτῃ νυκτὶ παρὰ θάλαμον.
Οὐ καλῶς τόδε κῆδος ἐπέῤῥεπεν, εἰς σὺ μὲν υἱὸν
Νικίου, σὺ κλαίεις δ᾽ Εὐδίκου θυγατέρα.

Nõ diſſimile, quod de Q. Sertullio memoriæ proditum legimus, qui & ipſe prima nuptiarum nocte domus ruina cum vxore ſuffocatus eſt, extatq; vetus Epitaphium apud Hieron. Magium, libr.3. Miſcell. c.4.

535. VTQVE COTHVRNATVM PERIISSE LYCOPHRONA NARRANT, HÆREAT IN FIBRIS FIXA SAGITTA TVIS] Vetus interpres,
D quem Zarotus perperuò allegat, duos facit Lycophrones, Tragicum, & qui Caſſandram luſit; cùm vnus idemque fuerit: nam & hic Tragicus fuit, & inter ſeptem præſtantiſſimos, qui Pleiadis nomen meruerunt, locum habuit. vnde *cothurnatum* Ouidius vocat. Haſta transfixum, atque in Dianæ Magneſiæ templo conditum ſcribit Theodoretus.

537. AVT LACER IN SILVA MANIBVS SPARGARE TVORVM, SPARSVS VT EST THEBIS ANGVE CREATVS AVO] Rectè interpretes de Pentheo verſus hos capiunt, qui *creatus eſt angue auo*, id eſt Cadmo: quem regno pulſum & apud Illyricos profugum, in ſerpentem mutatum, fabulatur Ouid. 4. Metamorph. Ex Agaue verò Cadmi filia natus eſt Pentheus: qui cùm Liberum patrem contumelijs varijs laceſſere, atque alia etiam inſolenter facere eſſet auſus; poſtremò ad Cythæronem

profectus, conſcenſa arbore operta Bacchi ſacra conſpicatus; à Bacchis impete facto ex arbore detractus eſt, viuuſque in fruſta conciſus. auctor Pauſan. in Corinthiacis. Seneca in Oedipo ab Agaue matre, Autonoë & Ino materteris, œſtro percitis, diſcerptum meminit: quod propiùs huc facit. Vide Philoſtratum in Imaginibus.

539. PERQVE FEROS MONTES TAVRO RAPIENTE TRAHARIS, VT TRACTA EST CONIVNX IMPERIOSA LYCI] Dircen intelligit Lyci Thebarũ regis coniugem, repudiata Antiopa, quam à Zetho & Amphione Antiopę liberis tauro ſilueſtri alligatã, eoq; agitato crudeliter diſcerptam legimus. Fabulã ſeu hiſtoriã copioſè narrat Apollonij Scholiaſtes in 4. Argonaut. quam & hîc adſcribam: *Antiopa Nyctei filia, cui Iupiter in Satyrum conuerſus vim intulit. Illa minas Nyctei patris timens, in Sicyoniam ad Epopea fugit. Ibi peperit Amphionem & Zethum, & bubulco cuidam in monte Cithærone alendos tradidit. Nycteus verò ob hanc filiæ audaciam mærore percuſſus, vita abijt, precatus priùs Lycum fratrem, vt filiam in Sicyonem profectus è medio tolleret. Lycus igitur moto aduerſus Epopea bello, poſitiſq; iuxta vrbem caſtris, Epopea interfecit, captiuamq; abduxit Antiopam, & Dircæ vxori ſuæ cuſtodiendam tradidit. Fugiens verò Antiopa, captaq;, filijs Amphioni ac Zetho committitur, bubulco nihil eorum, quæ acciderant, prodente. Illi itaque Antiopam incolumem ſeruant, Dircem verò agreſti alligatam tauro perdunt. Quare ad Lycum, ſtatim mactandi, quòd Antiopam incolumem dimiſiſſent, tranſmiſſi ſunt. At vetat Mercurius, Lycoq; vt regnum illis cedat, imperat.* Seneca in Thebaide initio v. 20.

Vel quà cucurrit corpus inuiſum trahens
Zethi iuuencus; quà per horrentes rubos
Tauri ferocis ſanguis oſtentat fugas.

Propert. lib. 3. eleg. 15. de multis ita canit:

Tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bouis.

Plautus Pſeudolo Act. 1. Sc. *Exite:*

Cras quaſi Dircem olim (vt memorant) duo
Gnati Iouis deuinxere ad taurum: ideo hodie ad carnarium.
Id tibi profectò taurus fiet.

Vide Hyginum fab. 7. & 8. & Apollodorum lib. 3. Bibliothecæ.

541. QVODQVE SVAE PASSA EST PELLEX INVISA SORORI, EXCIDAT ANTE PEDES LINGVA RESECTA TVOS] Philomelam intelligit, quam Seneca in Hercule Furente *Thraciam pellicem* vocat: Fuit illi ſoror Progne, Tereo Daulidis regi nupta: quam dum Philomela inuiſit, captus amore illius Tereus, vim intulit, linguamq́ue, vt facinus occultaretur, abſcidit. Reliqua fabulæ pete ex Ouid. lib. 6. Metamorp. alijſque. Vnum nota, variare lectionem in manuſc. & libris pleriſque, *pellex inuiſa ſororis*, probè; probatq́ue Egnatius, hoc ſenſu, vt ſic lingua illi eripiatur, veluti Philomelæ exſecta fuit, quæ inuiſa pellex ſororis ſuæ fuit.

543. CONDITOR VT TARDAE BLAESVS COGNOMINE MYRRHAE, ORBIS IN INNVMERIS INVENIARIS LOCIS] Domitius ac Zarotus *Traditor* legunt, explanantq́ue locum de Cinyra & Myrrha eius filia, in ſui nominis arborem verſa. de qua vide Apollodorum lib. 3. Biblioth. & quæ ſuprà ad v. 362. diximus. In manuſc. Berſmanni: *Conditor vt tardè Blaſus*, ceteris deficientibus. At Paulus Leopardus lib. 3. Emendat. cap. 12. ex Herodoto, Iuſti-

A no ac Callimacho legendum cenſet: *Cognitor vt tardè Blaſus cognomine Cyrrha*, &c. vt ad Battum Cyrenaium conditorem, cognomine τραυλὸν, hoc eſt *blaſum*, eiuſque errores referatur. Iuſtinus lib. 13. de Batto, eiuſque comitibus: *Cùm veniſſent in Africam, pulſis accolis, montem Cyrrham, (vl. Cyram) & propter amœnitatem loci, & propter fontis vbertatem occupauere. Ibi Battus dux eorum, linguæ nodis ſolutis, loqui primùm cœpit: quæ res animos eorum, ex promiſſis Dei iam parte percepta, in reliquam ſpem condendæ vrbis accendit. Poſitis igitur caſtris opinionem veteris fabulæ accipiunt, Cyrenem eximiæ pulcritudinis virginem à Theſſalia monte Pelio ab Apolline raptam, perlatamq; in eiuſdem montis iuga, cuius collem occupauerant, à Deo repletam quatuor pueros peperiſſe, Nomium, Ariſtæum, Autocum, Agrum*, &c. Plura Leopardus quem vide. Ego verò de veB ra explanatione adhuc dubito.

545. INQVE TVIS OPVS SIT, VATI QVOD FECIT ACHAEO, NOXIA LVMINIBVS SPICVLA CONDAT APIS] De Homero interpretatur Domitius, qui infans apum aculeis oculos amiſerit, dictus inde Meleſigenes. Aliud Herodotus & Plutarchus docent, datum illi id nomen à Melete amne. Figmentum ergo eſt Domitii, Homerum cæcum factum apum ſpiculis. Ridiculum etiã puto, quod è vet. interprete Zarotus notat, Achæi per hortum ambulantis capiti agmen apum inſediſſe, quas dum fugare ille vellet, oculis priuatus ſit. Hoc ſatis, dum quid occurret certius.

547. FIXVS ET IN DVRIS CARPARIS VISCERA SAXIS, VT CVI PYRRHA SVI FILIA FRATRIS ERAT] Pyrrha Epimethei & Pandoræ C filia. Fratrem Epimetheus habuit Prometheum; de quo fabula eſt, quia ignem mortalibus dederat, in monte Caucaſo à Ioue alligatum ſaxo, aquila adſtante, quæ iecur illius perpetuò depaſceretur. Eſt apud Hyginum, Heſiodum, Diodorum, alios. Accius in Prometheo, apud Cicer. 2. Tuſculan.

Iam tertiò me quoque funeſto die,
Triſti aduolatu aduncis lacerans vnguibus
Iouis ſatelles paſtu dilaniat fero.

Et quæ ſequuntur, nam pluſcula ſunt. Mythologia eſt apud Apollonij interpretem lib. 2. nu. 56. ex Agroeta, Duri, Herodoro, alijs: ex quo ſcripſere Cælius lib. 4. Antiqu. Lect. c. 20. & Natalis 4. Mythol. c. 6. Plura ſuprà ſcripſi ad verſ. 293.

549. VT PVER HARPAGIDAE REFERAS EXEMPLA THYESTAE, INQVE TVI PATRIS VISCERA CAESVS EAS] Domitius *Arpyages* legit & inD terpretatur, qui, quod priùs Thyeſtę contigerat, filium & ipſe abſumpſerit. *Arpyages* ergo Thyeſtæ filius non fuit, vt malè Boccatius de genealogia Deorum, qui Thyeſtæ tres fuiſſe ſcribit filios Tantalum, Pliſtenem, & Arpyagen. Ego verò lego *Harpagides*, vt & in excuſis nonnullis rectè ſcribitur; & Harpagi filium intelligo, quẽ Aſtyages Medorum rex, epulandum patri appoſuit, in vltionem ſeruati Cyri nepotis, quem cùm Harpagus, regis Aſtyagis conſiliorum particeps occidendum accepiſſet, paſtori regij pecoris exponendum tradidit. Hiſtoria eſt apud Iuſtinum lib. 1. Addit Herodotus lib. 1. cœna peracta interrogatum Harpagum, numquid epulis illis oblectatus eſſet: illo adſerente, allatas detectaſque reliquias, puta caput, extremoſq; manuum pedumq́ue digitos, vt inde, quod placeret, ſumeret. Percontanti Aſtyagi, numquid agnoſce-

ret,

ret, cuius feræ carne paſtus eſſet? ſe agnoſcere reſpondit, & quando hoc its regi libuerit, non etiam ſibi diſplicere. Ceterùm loci huius explanationẽ, ne quid diſſimulem, ante Micyllum, primus Zarnius detexit. De Thyeſte autem ſuprà dictum v. 435.

551. TRVNCA GERAS SÆVO MVTILATIS DENTIBVS ENSE, QVALIA NYCERNI MEMBRA FVISSE FERVNT] In aliis *Myccerni* eſt: quidam *Mycreni* præferunt. De Mamerte Mycreno intelligunt, qui regni cupiditate nepotem necarit; ideoque à Syſaphone Corinthio fratre fuiſſe laceratum. Ita Domit. & Zarot. Ampliùs quærendum.

553. VIVE SYRACOSIO PRÆSTRICTA FAVCE POETÆ, SIC ANIMÆ LAQVEO SIT VIA CLAVSA TVÆ] De Theocrito, qui ſuſpendio vitam finierit, frigidum interpretum commentum eſt; fortè quia Syracuſius. At Heraclides, Bion, Moſchus, plures alij, ex eadem fuerunt vrbe. Apud Theocritum Eidyll. 27. quidam amore dilecti pueri ſeipſum ſuſpendit, condito priùs hoc ſibi epitaphio:

Τοῦτον ἔρως ἔκτεινεν, ὁδοιπόρε μὴ παροδεύσῃς,
Ἀλλὰ στὰς, τόδε λέξον, ἀπηνέα εἶχεν ἑταῖρον.

Huc alludere Naſonem opinatur Alciat. 9. Parer. c. 24. At non ego id opinor. *Syracuſius poëta* Empedocles eſt, Philoſophus & poëta. Horat. in Arte:

——— *Dicam, Siculiq́ue poetæ*
Narrabo interitum: Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Inſiluit.

De morte alij alia narrant. Democritus Trœzenius lib. contra Sophiſtas, apud Laërtium lib. 8. refert illum iuxta Homerum:

Ἀγχόμενον βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο κρανείης,
Αὐχέν' ἀποκρεμάσας, &c.

Connexo ex alta laqueo ſua guttura torno
Inſeruiſſe, anima vt tetrum penetraret ad orcum.

Hoc alludere Ouidium certum eſt.

555. NVDAQVE DIREPTA PATEANT TVA VISCERA PELLE, VT PHRYGII, CVIVS NOMINA FLVMEN HABET] Marſyas, Phryx, primus tibiis cecinit, à Minerua repertis; quas illa abiecit, quòd deformem inflatumq́ue vultum redderent. Marſyas ſuſtulit, & cum Apolline de compacto certare auſus, victuſque è pinu ramo, detracta pelle, ſuſpenſus eſt. Ex Apollodoro lib. 1. Diodoro & Ouidio 6. Metamorph. Meminit idem 6. Faſtor.

Prouocat & Phœbum: Phœbo ſuperante pependit:
Cæſa receſſerunt à cute membra ſua.

Tzetzes Chil. 1. hiſt. 15.

Μαρσύας Φρὺξ φιλόσοφος ηὗρεν αὐλοὺς τὸ πρῶτον,
Ὃς πρὸς αὐτὸν ἀντήριζεν Ἀπόλλωνα καλάμοις,
Κἄπειτα πρὸς πίτυν ἡττηθεὶς, ἀσκὸς ἀπεκρεμάσθη.

Longus elegans ſcriptor ποιμενικῶν lib. 4. κρεμάσῃ γέροντα ἄνθρωπον ἐκ μιᾶς πίτυος, ὡς Μαρσύαν. *Suſpenderit me ſenẽ de pinu aliqua, ceu Marſyam.* Adde Nonnum Dionyſ. lib. 1. Agathiam lib. 4. & Palæphatum de non credendis hiſtoriis. Ab hoc Marſyas fl. nomen habet *Phrygiæ liquidiſſimus amnis*: cuius mentio apud Liuium lib. 38. Curtium libr. 3. & Strabonem lib. 12. aliosq́ue.

557. SAXIFICÆ VIDEAS INFELIX ORA MEDVSÆ, CEPHENVM MVLTOS QVÆ DEDIT VNA NECI] *Saxificam* vocat *Meduſam*, vt Lycophron μαρμαρώπιδα γαλῆν, & *ſaxificos vultus* Ouid. in Metamorph. ab effectu;

A Ὃς ζωοπλαστῶν ἄνδρας ἐξ ἄκρου ποδὸς
Ἀγαλματώσας ἀμφελυτρώσει πέτρῳ.
Qui effingens homines ab extrema calce
In ſtatuas conuertendo ſaxis inuoluet.

De Perſeo loquitur, qui profectus contra Gorgonas, Phorci filias, Euryalen, Sthẽno & Meduſam, ope Palladis Orciq́ue munitus galea, Meduſam obtruncauit, quæ ſola è tribus mortalis erat. Caput id Seriphiis (ad quos ſcrinio incluſus delatus cum matre fuerat) oſtendit; quo conſpecto in lapides ſinguli obduruerunt. Refert Zenobius Cent. 1. 41. Prou. ἄεθλος κοινὴ, Apollodorus lib. 2. Tzetzes in Lycophronem, Scholiaſtes Apollonij lib. 4. extremo, & alij plures. De Cephenis res nota ex Ouid. 5. Metamorph. in princ. Ita dicti ſunt à Cepheo, Æthiopum rege, cuius filiã Andromedam,
B belluæ marinæ expoſitam, Perſeus liberauit & vxorem duxit. At Phineus, Cephei frater, eam ſibi deſponſatam contendebat. Hinc bellum; multiſq́ue vtrimque cæſis, Gorgonis caput Perſeus protulit; quo viſo Phineus cum ſuis in ſaxum abiit. Nomina Ouid. recenſet,

———*Bis centum reſtabant corpora pugnæ,*
Gorgone bis centum riguerunt corpora viſa.

559. POTNIADVM MORSVS SVBEAS VT GLAVCVS EQVARVM: INQVE MARIS SALSAS GLAVCVS VT ALTER AQVAS] Virgilius 3. Georg. verſ. 266.

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum:
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ.

Vbi Iunius Philargyrius: *Glaucus Siſyphi filius cùm ad*
C *mimicum certamẽ quadrigam duceret, adplicuit ad vicum Bœotiæ, & equas potum ad fontem ſacrum per ignorantiam duxit. vnde qui bibiſſet, in furorem agi ſolebat. Itaque illum equa furore exagitante in ipſo certamine curru effudiſſe ac morſibus laniaſſe dicuntur.* Euripidis interpres, enarrãs illud ex Oreſte Ποτνιάδες θεαί: Πότνιαι, inquit, χωρίον ἐστὶ Βοιωτίας. ἔνθα φαγοῦσαι βοτάνην αἱ Γλαύκου ἵπποι καὶ μανεῖσαι, διεσπάσαντο τὸν ἴδιον δεσπότην Γλαῦκον, ἐν τῷ ἐπιταφίῳ Πελίου. Strabo lib. 9. Geogr. ἔστι δὲ καὶ ἡ Δίρκη κρήνη καὶ Πότνιαι, ἐφ' ὧν μυθεύεται τὰ περὶ τὸν Ποτνιέα Γλαῦκον, τὸν διασπασθέντα ὑπὸ τῶν Ποτνιάδων ἵππων τῆς πόλεως πλησίον. Plura Euſtathius in Homerum, Palæphatus ἐν ἀπίστοις. *Glauci* huius *Potnienſis* ſcripſiſſe Tragœdiam Æſchylum, auctor eius Scholiaſtes, in Periochis Perſarum, citatq́ue Heſychius in ἀφύμοις, & alibi.

INQVE MARIS SALSAS] Hoc de Glauco Anthedonio ſiue Pontio intelligendum, de quo etiam
D Tragœdiam ſcripſiſſe Æſchylum, auctor Strabo lib. 9. & Athenæus lib. 3. Cur Pontius vocatus, docet Mnaſeas apud eumdem Athenæum libr. 7. Μνασέας δ' ἐν τρίτῳ, inquit, τῶν Εὐρωπικῶν, Ἀνθηδόνος καὶ Ἀλκυόνης αὐτὸν γενεαλογεῖ. ναυτικὸν δὲ αὐτὸν καὶ κολυμβητὴν ἀγαθὸν γενόμενον, Πόντιον καλεῖσθαι. *Mnaſeas rerum Europicarum libro tertio, genus illius refert ad Anthedonem & Alcyonem. Ceterùm cùm rei nauticæ peritus atque egregius vrinator eſſet, Pontium vocari.* Palæphatus de non credendis hiſtorijs hæc de Glauco: Γλαῦκος ἦν ἀνὴρ ἁλιεὺς Ἀνθηδόνιος· ἦν δὲ κολυμβητὴς, ἐν τούτῳ ὑπερφέρων πάντας κολυμβητῶν· κολυμβῶν δὲ ἐν τῷ λιμένι, ὁρώντων αὐτὸν τῶν πολιτῶν, αὖθις διακολυμβήσας εἴς τινα τόπον, καὶ μὴ ὀφθεὶς τοῖς οἰκείοις ἡμέρας ἱκανάς, διακολυμβήσας πάλιν ὤφθη αὐτοῖς. πυνθανομένων δὲ τῶν οἰκείων ποῦ διέτριβεν, αὐτὸς ψευδόμενος

μῆμ⊙ ἴδη, ἐν τῇ θαλάττῃ. καὶ συγκαλῶν εἰς αὐτὸν ἰχθύας, ὁπότε χειμὼν γένοιτο, καὶ μηδεὶς τῶν ἄλλων ἁλιέων ἰχθῦς δύναιτο λαμβάνειν, ἔλεγε τοῖς πολίταις: τίνας βούλοιτο τῶν ἰχθύων ἀποκομισθῆναι αὐτοῖς· καὶ κομίζων οὓς ἂν ἤθελον. Γλαῦκ⊙ θαλάσσης ἐκλήθη. ἢ περιτυχὼν θηρίῳ θαλαττίῳ, ἀπώλετο. μὴ ἐλθόντ⊙ δὲ αὐτοῦ ἐκ τῆς θαλάσσης, ἐμυθολόγησαν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἐν θαλάττῃ οἰκεῖ, κἀκεῖ μένει. *Glaucus quidam erat Anthedonius, piſcator, natandiq́; peritus, qua etiam arte alios omnes longè antecellebat. Cùm verò in portu aliquando nataret, ſpectantibus ciuibus in locum quendam ſemotum vrinando ſe contulit, ſuisq́; dies aliquot non viſus, tranatò rurſus portu in conſpectum prodijt. Sciſcitantibus amicis vbinam gentium commoratus eſſet, in mari, inquit. Et conclu ſis hieme quodam in loco piſcibus, cùm reliqui piſcatorum nihil piſcium caperent, rogabat ciues, quoſnam vellent: & mox, quos volebant, adducebat: vnde Glaucus marinus eſt appellatus. Tandem in belluam marinam incurrens, deuoratus eſt: cumq́; non rediret, iactatum eſt vulgò, in mari habitare, vitamq́; traducere.* Diuerſa ab his tradit Ouid. noſter 13. Metamorph. extremo, & Auſonius in Moſella:

Sic Anthedonius Bœotia per freta Glaucus,
Gramina guſtatu poſtquam exitialia Circes
Expertus, carptas moribundis piſcibus herbas
Sumpſit, Carpathium ſubijt nouus accola pontum,
&c.

Quibus conſonat Apollonij Enarrator libr. 1. ſcribens piſcium multitudine, quos ceperat, defatigatum Glaucum Polybi filium, eos depoſuiſſe; atque vbi vidiſſet vnum è piſcibus iam moribundum guſtata herba reuiuiſcere, Glaucum ipſum eadem comeſta immortalem factum: tandemque vitæ tædio in mare ſemet præcipitaſſe, & pro deo marino cœpiſſe coli. Paria ſcribit Tzetzes in Lycophronem, & Philoſtratus in Imaginibus. Adde Euſtathium Iliad. β'.

561. VTQVE OVORVS IN AM DICTIS MIHI NOMEN HABENTI, PRÆFOCENT ANIMÆ GNOSIA MELLA VIAM] In quibuſdam libris eſt *noxia mella*, mendoſè. Hyginus cap. 251. inter eos, qui licentia Parcarum ab inferis redierunt, numerat & *Glaucum Minois filium, reſtitutum à Polyido Cœrani filio.* Polyidi illius mentio eſt apud Homerum Il. ν'.

Πολλάκι γὰρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύειδ⊙

Et lib. 5. Anthol. epigramma eſt εἰς Πολύειδον μάντιν. Volunt verò reſtitutum poto melle, de quo Palæphatus περὶ ἀπίστων, & Pindari Scholiaſtes in Olympijs. Fabula integra eſt apud Hyginum fabula 136. Narrat Glaucum Minois & Paſiphaæ filium, dum pila ludit, cecidiſſe in dolium melle plenum, atque ita extinctum: incluſum verò cum puero in monumento Polyidum vatem, Cœrani filium, herbæ illius tactu vitam Glauco reſtituiſſe, qua olim draco reuixerat. Vnde prouerb. Γλαῦκ⊙ πιὼν μέλι ἀνέστη. Politè Politianus in Nutricijs:

——— *Quiq́; alto in melle necatum*
Reſtituit luci, quo nuper vixerat anguis
Gramine Minoum Dictæo carcere Glaucum.

563. SOLLICITOQVE BIBAS, VELVTI DOCTISSIMVS OLIM IMPERTVRBATO QVOD BIBIT ORE REVS] Sic Horatius lib. 2. ſat. 4. *Qualia vincant Pythagoram, Anytiq́; reum.* Vnde *Anyti* hîc legendum videri pro *veluti* doctis equidem libēter aſſentior: tametſi in ſcriptis vox illa non compareat, ab imperitis librarijs, vt ignota & inaudita, loco mota. Nota Socratis iniqua mors, qui cùm Pythiæ teſtimonio ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατος eſſet pronũtiatus, magnam ſibi multorũ inuidiam cõflauit, quorum è numero & Anytus fuit. Iudicum ſententijs condemnatus, & in carcerem coniectus, cicutam paucos poſt dies bibit, multa priùs ac præclara de animorum immortalitate diſſerens, Olympiadis 95. anno 1. accuſantibus Anyto, Melitone & Lycone. Diodorus Siculus libr. 14. Oroſius lib. 2. cap. 17. ac pluribus Diog. Laërtius eius vita, qui ſcribit eo ipſo die Anytum peregrè profectũ ab Heracleotis exterminatum Ἄνυτόν τε, inquit, ἐπιδημήσαντα αὐθημερὸν ἐξεκήρυξαν Ἡρακλεῶται. Suidas Socratem epota cicuta, votique recordatum, dixiſſe ait θύσατε Ἀσκληπιῷ. *ſacrificate Aeſculapio.* Meminit Seneca epiſt. 13. *Cicuta magnum Socratem fecit.* Et Sidonius Apollinaris Epithalamio ad Polemium & Araneolam extremo:

Pergo libens, nec tu damnes fortaſſe iugari,
Quod noſter iubet eſſe ſenex, qui non piger hauſit
Numina condemnans Anyto pallente venenum.

565. NEC TIBI SI QVID AMAS FELICIVS HÆMONE CEDAT: VTQVE SVA MACAREVS, SIC POTIARE TVA] Vetus interpres: *Hæmon cùm filiam Rhodopem amaret turpiter, vterq́; in montem ſui nominis obduruit.* Hæc ille, in quibus duplex error: neque enim *Hæmon* ſed *Hæmus* vocandus erat, nec *Rhodope* filia, at ſoror Hæmi fuit, vt ex ſubiectis Plutarchi verbis manifeſtum: Οὗτοι, inquit, ἀδελφοὶ (Ῥοδόπη καὶ Αἷμος) τυγχάνοντες, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἀλλήλων ἐμπεσόντες· ὁ μὲν αὐτὴν Ἥραν προσηγόρευσεν, ἡ δὲ τὸν ἀγαπώμενον Δία μετωνόμασε. οἱ δὲ ἀτιμαζόμενοι θεοὶ τὴν πρᾶξιν βαρέως ἐνεγκόντες, εἰς ὁμώνυμα ὄρη μετέβαλον ἀμφοτέρους. Verùm nihil Hæmus ad Hæmonem, de quo Ouidius noſter. Petenda itaque fabula, vt & doctiſſimus Leopardus libr. 19. Emendat. cap. 3. obſeruauit, ex Antigone Sophoclis, cuius hæc eſt περιοχή: Ἀντιγόνη παρὰ τὴν πρόσταξιν τῆς πόλεως θάψασα τὸν Πολυνείκην ἐφωράθη, καὶ εἰς μνημεῖον κατάγειον ἐντεθεῖσα παρὰ τοῦ Κρέοντ⊙ ἀνήρηται. ἐφ' ᾗ καὶ Αἵμων δυσπαθήσας διὰ τὸν εἰς αὐτὴν ἔρωτα ἑαυτὸν διεχειρίσατο. id eſt, *Antigone cùm Polynicem fratrem contra imperium vrbis ſpretaq́; Creontis edicto, ſepeliſſet, deprehenſa, & in monumento ſubterraneo poſita, à Creonte interfecta fuit. Ob quam mœſtus Hæmon, qui eam impatienter amabat, ſibiipſi manum intulit.* Aliter tamen Euripidis Scholiaſtes (non Euripides ipſe, vt vult Egnatius,) narrans, Hæmonem Creontis filium, cui Antigone Oedipi filia deſponſata fuerat, à Sphinge dilaceratum.

VTQVE SVA MACAREVS] *Macareus*, Æoli filius, cum *Canace* ſorore turpiter conſueuit. Natus infans rem prodidit. Canace prodito facinore, acceptoque à patre enſe manus ſibi violentas intulit: id quod & Macareus pòſt paulò fecit. Plutarc. ex Soſtrato libr. 2. rerum Tuſcanicarum. Legitur apud Ouid. Canaces ad Macareum epiſtola. Plura ſuprà verſ. 359. ibi vide.

567. VT VIDEAS, QVOD IAM, CVM FLAMMÆ CVNCTA TENERENT, HECTOREVS PATRIA VIDIT AB VRBE PVER] Aliàs *Et videas.* manuſ. *Vel videas. Hectoreus puer*, Aſtyanax: qui capta Troia, vbi flammis ferroque vaſtari omnia vidit, ipſe etiam è turri altiſſima præceps datus eſt. Suprà verſu 499. *Iliaca miſſus ab arce puer.*

569. SANGVINE PROBRA LVAS, VT AVO GENITORE CREATVS, PER FACINVS SOROR EST

CVI SVA FACTA PARENS] De Adonide interpretantur, amato Veneri puero, Cinyræ Cypriorum regia & Myrrhæ filio. Myrrha verò etiam Cinyra rege natus. *auus* ergo & *genitor* Adonidis Cinyra eſt; ſoror & parens Myrrha. Adonis ſanguine probra luit, quia apri dente percuſſus interfectuſque in florem Anemonem ſanguinei coloris à Venere conuerſus eſt. Theocritus Epitaph. Adonidis:

Δάκρυον ἁ Παφίη τόσον ἐγχέει, ὅσσον Ἄδωνις
Αἷμα χέει. τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη.
Αἷμα ῥόδον τίκτει. τὰ δὲ δάκρυα τὰς ἀνεμώνας.

Ouid. 10. Metamorph.

——*Nec plena longior hora*
Facta mora eſt, cùm flos de ſanguine concolor ortus
Qualem, quæ lento celant ſub cortice granum,
Punica ferre ſolent, &c.

Vide ſup. verſ. 507.

571. OSSIBVS INQVE TVIS TELI GENVS HÆREAT ILLVD, TRADITVR ICARII QVO CECIDISSE GENER] *Icarij gener*, Vlyſſes, ducta Penelope Icarij filia. De Vlyſſis morte variant ſcriptores. Plurium opinio eſt paſtinacæ aculeo ictum perijſſe: quod etiam voluiſſe Ouidium noſtrum certum erit, ſi è Iuris interpretibus notes, *teli* appellatione contineri quoque aculeum, quem τρυγὼν, id eſt, paſtinaca marina injicit, & piſcatoris manum veneno percutit, vt monet Alciatus 6. Parer. c. 21. Interemit verò Vlyſſem patrem Telegonus, accepto à Circe matre iaculo, cui pro cuſpide paſtinacæ marinæ ſpina præfixa erat, dum fortè Ithacam veniſſet, patrem vt viſeret; patriſque armenta abigeret, ignarus patris ea eſſe. Ita Didymus Homeri interpres Odyſſ. λ'. Tzetzes in Lycophronem, qui Oppianum laudat, cuius è libr. 2. ἁλιευτ. verſus ſunt:

——Αὐτὰρ ὁ νῆσον
Αἰγιβάτου προσέκελσε καὶ οὐ μάθε πώεα πάτρον
Πατρὸς ἑοῦ, γεραροῦ δὲ βοηδρομέοντα τοκῆος
Αὐτῷ τῷ μάστιγι, κακὴν προσεμάξατο κῆρα.
Hic Ithacæ appulſus, magni genitoris abegit
Armenta, & clarum belli virtute parentem
Letifero incautus miſit mucrone ſub orcum.

De paſtinacæ ſpina venenata, deque viribus eiuſdem plura ibidem ſcribit. Meminit Nicander in Theriacis:

——Ἄλγεσι μὲν δή ποτ' Ὀδυσσεὺς
Ἔφθιτο λευγαλέοιο τυπεὶς ἁλίου ὑπὸ κέντρου.

Paria de morte Vlyſſis habent Euripides in Rheſo extr. Parthen. libr. 3. Ἐρωτικῶν, Proclus in Chreſtomathia de Poëtica, apud Photium, & Sex. Empiricus lib. 1. aduerſ. Mathem. c. 16. Loca vide apud doctiſſ. Schottum Notis ad Proclum & lib. 3. Obſeruat. cap. 17. quæque collegit ad Caſſandram Lycophronis V. CL. Ioan. Meurſius.

573. VTQVE LOQVAX IN EQVO EST ELISVS GVTTVRA ACERNO, SIC TIBI CLAVDATVR POLLICE VOCIS ITER] Ita princeps locum hunc emendauit, exploſo Domitij commento, Ang. Politianus Miſcellan. cap. 75. atque ita in manuſc. ſuo legiſſe ſe teſtatur Berſmannus. Vulgò *Agenor* mendosè legitur, de quo ridiculè admodũ interpretes: *Agenor*, inquiunt, *lapſu equi inſerta ori manu extinctus eſt*. Optimè Politianus de Anticlo locum interpretatur, his verbis: *Cùm ad equum illum Troianum trabibus contextum, grauidumque militibus, impulſu numinis acceſſiſſet Helena, voces imitari vxorum cuiuſque occœpit, vt*

A *inibi deliteſcentium deſideria euocaret, refricaret memoriam, reſponſa tentaret elicere. Sed enim reliquis patientiam ſilentiumque præſtantibus, cùm ſolus Anticlus in reſpondendi lubrico, articuloque iam foret, ſtatim eſt ab Vlyſſe prauentus, & manibus impreſſis ſuffocatus.* Hæc ille, ex Homero Odyſſ. 4. cuius è multis hæc ſunt:

Ἄντικλος δὲ σέ γ' οἶος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν
Ἤθελεν ἀλλ' Ὀδυσσεὺς ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζε
Νωλεμέως κρατερῇσι.
Anticlus ſolus te compellare volebat,
Continuò at forti dextra preſſit Vlyſſes
Ora manu.

Nec eſt quòd in Politianum incurrant Ioann. Baptiſta Pius c. 151. Annotat. poſter. & Egnarius hîc, quaſi χερσὶ πίεζε malè verterit in Homero, *manibus impreſſis ſuffocauit*, cùm & vetus Scholiaſtes τὸ στόμα
B ἔπνιγε explicet. Falſum etiam eſſe, quod Egnarius addit, Anticlum non ab Vlyſſe necatum, ſed eatenus compreſſiſſe illi labra, quatenus Helena affuit, conuincitur ex Tryphiodoro.

575. AVT VT ANAXARCHVS PILA MINVARIS IN ALTA, IACTAQVE PRO SOLITIS FRVGIBVS OSSA SONENT] Anaxarchus Democritius, vt lib. 3. de nat. Deorum Cicero ait, à Cyprio tyranno excarnificatus eſt. Laërtius in eius vita: *Inimicum habuit Anaxarchus Nicocreontem Cypri tyrannum. Et cùm Anaxarchum aliquando inter epulas rogaſſet Alexãder quidnam de cena illa ſentiret. dixiſſe memorant:* ὦ βασιλεῦ, πάντα πολυτελῶς. ἔδει δὲ λοιπὸν κεφαλὴν σατράπου τινὸς παρατεθεῖσθαι. *Cuncta magnificè, ô rex, verùm oportebat iam caput ſatrapæ cuiuſdam apponi; intentis ad Nicocreontem oculis. Ægrè id tulit tyrannus, cumque*
C *regia naui Cyprum appuliſſet Anaxarchus, comprehenſum eum in ſaxum cõcauum coniecit, iuſſitque ferreis tundi malleis. Anaxarchus verò nullum doloris dans indicium, celebre id dictum ingeminauit,* πτύσσε (ita legitur apud Laërtium. Leopardus πτίσσε ex Gregorio Nazianz. aliiſque legendum docet) τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις. *Tunde Anaxarchi vaſculum; Anaxarchum nihil teris. Iubente tyranno etiam linguam præcidi, fama eſt abſciſſam & commanducatam in os patentis tyranni expuiſſe.* Hæc ille: cuius & poſterius factum commemorat Valer. Maximus libr. 3. cap. 3. Memorabilium, & Plinius lib. 7. cap. 23. Prius verò Tertullianus in Apologetico: *Anaxarchus cùm in exitiũ ptiſanæ pilo tũderetur, Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem.* Ac de Græcis præter Gregorium Nazianzênum epiſt. 58. Philon Iudæus: ὁ δὲ πληκτικώτατος εἶπε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου ἀσκὸν, Ἀνάξαρχον
D γὰρ οὐκ ἂν δύναιο. Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. τὸ γὰρ Ἀναξάρχου σῶμα, πτίσσε, ἐπιβοῶντος τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον γὰρ οὐ πτίσσεις, &c. Celſus apud Origenem lib. 7. aſſerens Anaxarchũ tamquam nũmen adorandũm: Ἀνάξαρχον γοῦν, ὃς εἰς ὅλμον ἐμβληθεὶς, καὶ παρανομώτατα συντριβόμενος, εὖ μάλα καταφρονεῖ τῆς κολάσεως λέγων· πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, αὐτὸν γὰρ οὐ πτίσσεις. θείου τινὸς ὡς ἀληθῶς πνεύματος ἡ φωνή. Cui his verbis reſpondet Origenes: γενναῖος μὲν οὖν ὁ Ἀνάξαρχος, λέγων τῷ τῆς Κύπρου τυράννῳ Ἀριστοκρέοντι, πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον. Et mox: οὐκ ἦν εὔλογον ἀναγορεύεσθαι τὸν Ἀνάξαρχον θεόν. Vides Origenẽ Cypriorum tyrannum facere *Ariſtocreontem*, quẽ Plutarc. περὶ ἠθῶν ἀρετῆς, Cicero, ac Laërtius *Nicocreontem* vocant, alij Nicuclem. Ceterùm nec illud omittam, quod doctiſſimo viro Paulo Leopardo

nota-

notatum *ſalidis* hîc pro *ſolutis* legenti, vt per *ſolidas* A *fruges* intelligantur ἀπεράμονες & ἀντίτυποι, immites ac duræ. Rectè.

577. SALMACIS VTQVE PATREM CONORTTA PHOEBVS IN IMA TARTARA, QVOD NATÆ FECERAT IPSE SVÆ] Alij legunt *vtq; patrem Sameus.* Vnde Parrhaſius epiſt. *Vtq; patrem Pſamathes* emendat. Nam Crotopus, inquit, Argiuorum rex, vbi reſciuit Pſamatem eius filiam ab Apolline vitiatã, atque matrem iam eſſe, neci dedit. Indignatus Apollo Crotopum ſuis confecit telis. Ita Parrhaſius, ex Pauſania in Atticis: qui tamen aliter iſta narrat; Pſamathen, quò partum patrem celaret, expoſuiſſe Linum infantem, quem è vepribus extractum canes lacerarint: indignatum Apollinem Argiuis diram quandam belluam immiſiſſe (Pœnam vocarunt) quæ è matrum gremiis infantes rapuerit: confecto à Corœbo monſtro illo peſtilenti morbo vexatam vrbem, &c. Hęc Pauſan. cui affinia ea ſunt, quæ Statius Papin. 1. Thebaid. canit à verſu 569. diuerſa ab iis, quæ Parrhaſius refert. Quæ verò de Sameri Cyclopis cuiuſdam filia è vet. interprete narrat Zarotus, commentitia planè puto. Quod de Leucothea Orchami filia addit Domitius, ex Ouidio eſt 4. Metamorph. ſed nihil ad hunc locum; niſi *Sameam Apollinem* nouè dicas: quam ita legiſſe Domit. apparet.

579. INQVE TVOS EA PESTIS EAT, QVAM OFXTRA COROEBI VICIT, OPEM MISERIS ARGOLICIS QVA TVLIT] Lucem his addent, quæ ex Pauſania iam retulimus: intelligit enim monſtrum illud, quod è matrum gremijs rapere infantes ſolebat, domitum confectumque à Corœbo. Statius 1. Thebaid.

Hac tam dira lues nocturno ſqualida paſſu
Illabi thalamis, animaſq; à ſtirpe recentes
Abripere altricum gremiis morſuq; cruento
Deueſci & multùm patrio pingueſcere luctu.
Haud tulit armorũ præſtãs animiq; Corœbus, &c.

581. VTQVE NEPOS ÆTHRÆ VENERIS MORIBVNDVS OB IRAM, EXVL AB ATTONITIS EXCVTIARIS EQVIS] Hippolytus *nepos Aethra*, ex Theſeo Æthræ filio & Antiopa Amazone natus, vt Diodoro placet lib. 5. nam alij Theſei & Hippolytæ Amazonis filium faciunt. Hic à Phædra nouerca turpiter adamatus, & de illata vi falsò traductus, conſcenſo curru fugæ ſe dedit, & patris imprecationibus itæque ceſſit. Quadrigarum curriculo littora dum legit, egreſſa è mari phoca equos terruit, raptatuſque per auia infelix iuuenis, miſerè diſcerptus eſt. quem dein Dianæ precibus ab Æſculapio vitæ reſtitutum in fabulis eſt. Pulcrè iſta proſequitur Naſo 15. Metamorph. Euripides & Seneca in Hippolyto. Virgil. Æneid. 7. eaft.

Namque ferunt fama Hippolytum, poſtquam arte nouerca
Occiderit, patriaſq; explerit ſanguine pœnas,
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
Aetherea & ſuperas cæli veniſſe ſub auras
Pœoniis reuocatum herbis, & amore Dianæ, &c.

Claudianus de bello Getico:

Et iuuenem ſpreta laniatum fraude nouercæ
Non ſine Circæis Latonia reddidit herbis.

Fabulam attingit & ridet Lactant. lib. 1. Diuin. Inſtitut. cap. 17. Et nos ſuprà eamdem attigimus ad verſ. 409.

583. PROPTER OPES NIMIAS VT PERDIDIT HOSPES ALVMNVM, PERDAT OB EXIGVAS TE TVVS HOSPES OPES] *Opes magnas* in alijs codd. legitur. Rectè. Polydorus, Priami ex Hecuba filius, minimus de ſtirpe virili, clàm à patre cum magna auri vi ad Polymneſtorem generum, Thraciæ regem, nutriendus miſſus eſt, vt ſi capi Troiam deleríque contingeret, gentis vrbemque inſtaurare filius poſſet. At auri cupiditas, capta iam Troia, etiam Polymneſtorem cepit; quo vt potiretur Polydorum obtruncauit. Virgil. 3. Æneid. Ouid. 13. Metamorph. & Euripides in Hecuba. De Polymneſtoris occęcatione dictum ſuprà verſ. 269. ibi vide.

585. VTQVE PERIERVNT FRATRES SEX CVM DAMASICHTHONE CÆSOS, INTEREAT TOTVM SIC GENVS OMNE TVVM] Concinniùs ac rectiùs, mea B quidem ſententia, in alijs: *Intereat tecum ſic genus omne tuum.* Homerus Iliad ω.

Τῇπερ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο,
Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες.
Τοὺς μὲν Ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο
Χωόμενος Νιόβῃ. τὰς δ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα·
Οὕνεκ' ἄρα Λητοῖ ἰσάσκετο καλλιπαρῄῳ,
Φῆ δοιὼ τεκέειν, ἡ δ' αὐτὴ γείνατο πολλούς.

Hæc ille, narrans Niobem, Tantali filiam, Amphionis vxorem, duodecim domi orbatam liberis, ſex feminis, totidem maribus iam pubeſcentibus. Et hos quidem in Cithærone venantes ab Apolline iaculis confixos; illas verò domi à Diana confectas. Niobe enim tot liberis aucta, Latonaque fœcundior, cõtemnere etiam illam auſa eſt, duos tãtùm pepeiſſe iactans Apollinem & Dianam, ſe verò duodecim. Et hactenus quidem ea Homeri C atque interpretis ſententia. Nam Ouidius noſter hîc & 6. Metamorph. ſeptem facit mares: quorum nomina ex Apollodoro lib. 3. ſunt: Sipylus, Minytus, Iſmenus, Damaſichthon, Agenor, Phœdimus ac Tantalus. Feminarum totidem: Ethodæa, vel, vt alij, Thera, Cleodoxa, Aſtyoche, Phthia, Pelopia, Aſtycratea, Ogygia. Ioannes verò Tzetzes Chiliade 7. hiſt. 137. aliter paulò nomina recenſet:

Σίπυλον καὶ Ἀγήνορα, Φαίδιμον, Ἰσμηνόν τε,
Εὐπίνυτον, καὶ Τάνταλον, τὸν Δαμασίχθονά τε.
Νέαιραν, Κλεοδόξην τε, μετὰ τῆς Ἀστυόχης,
Φθίαν, Πελοπίαν τε, Ἐργίῳ, καὶ Χλωρίδα.

Cum Ouidio faciunt, præter Æſchylum & Euripidem, Leonidas lib. 3. ἀνθολ. ἐπιγραμμάτων παλαιῶν, Diod. Siculus libr. 4. Biblioth. & Auſonius Epigr. 27. Homerum verò ſequitur Pherecydes, Statius lib. 6. Theb. Propert. lib. 2. eleg. 20. Cete-D ri in diuerſa omnia abeunt. Sappho bis nouenos numerat; Heſiodus, Pindarus & Bacchilides bis denos; Alcman & Xanthus Lydius decẽ tantùm: Quidam tres dumtaxat, vt eſt apud A. Gellium lib. 20. cap. 7. Herodotus duos mares & tres feminas. Vide Ælianum lib. 12. cap. 36. Var. hiſt. & Hyginum fab. 9. qui ſolam Chloridem ſcribit, fuiſſe ſuperſtitem. Addunt alij Amyclan. Verùm Pauſan. in Corinth. totam domum exciſam fuiſſe, ex Homero probat. & ſequitur Ouidius. Adeò diſcrepantia ſunt fabularum figmenta, vt iis conciliandis inhærere diutiùs potidom ſit.

587. ADDIDIT VT FIDICEN MISERIS SVA FVNERA NATIS, SIC TIBI SINT VITÆ TÆDIA IVSTA TVÆ] Amphion & Zethus, fratres gemelli: ille mollior muſicam, hic durior rem ruſticam ſecta-

ſectatus eſt. De Amphione coniuge Niobes, Ouid. loquitur, qui fidicen fuit, accepta à Muſis lyra, ſecundùm Pherecydem; ab Apolline, iuxta Dioſcoridem; à Mercurio, iuxta Philoſtratum in Imaginibus, quem vide & Apollonij interp. lib 1. num. 28. Plutarc. de Muſica, & Pauſan. in Bœoticis, qui plecti apud inferos Amphionem ſcribit, ob contumelias, quibus Latonam, filioſq; affecit Ouid. 6. Metamorph. viſa filiorum cæde, victumque dolore, ferrum ſibi mortemque intuliſſe ita meminit:

Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto,
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.

589. VTQVE SOROR PELOPIS SAXO DVRERIS OBORTO: ET LÆSVS LINGVA BATTVS AB IPSE SVA] Poſt amiſſos liberos, coniugemq; Amphionem, ipſa etiam Niobe ſuperbiæ pœnas luit: &, vt in fabulis eſt, doloris impatiens, in Sipylo Phrygiæ monte in ſaxum obduruit, quod viſum eſt poſtea diu lacrymas fundere. Seneca in Agamemnone v. 373.

Stat nunc Sipyli verticis ſummo
Flebile ſaxum, & adhuc lacrymas
Marmora fundunt antiqua nouas.

Idem Hercule Furente v. 389.

Riget ſuperba Tantalis luctu parens,
Mæſtuſq; Phrygio manat in Sipylo lapis.

Et eleganter Nunnus Dionyſ. lib. 12.

Καὶ Νιόβη Σιπύλειο παρὰ σφυρὰ πέτρος ἐχέφρων
Δάκρυσι λαϊνέοισιν ὀδυρομένη σίχα παίδων.

Vide Callimachum in Hymnô Apollinis, Leonidam lib. 3. ἀνθολ. Gr. epigr. & Auſon. epigr. 147. Illud etiam notare viſum, quod in Atticis refert Pauſanias teſtis oculatus, ſaxum illud in Sipylo monte, ſi abſis propiùs, nullam mulieris ſpeciem præ ſe ferre; ſin longiùs, δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾶν καὶ κατηφῆ γυναῖκα. Palæphatus verò ἐν τοῖς ἀπίστοις, & ex eo more ſuo Michaël Apoſtolius ἐν τῇ παροιμιῶν συναγωγῇ, fabulam ἀλληγορικῶς exponens, ait Nioben filiis mortuis lapideam columnam eorũ ſepulcro impoſuiſſe, καὶ ἡμεῖς, inquit, ἐθεασάμεθα αὐτήν. οἵα καὶ λέγεται. En teſtes oculatos duos. Cui credas? Ioan. Tzetzes alia ad allegoriam ſuam detorquet Chiliad. 4. hiſt. 141. quem vide.

590. ET LÆSVS LINGVA BATTVS AB IPSE SVA] Fuit cùm *Baſſus* legendum putarem. De Baſſo enim Corinthio ſcribit Suidas, qui parricida cùm eſſet, falsò ſe ſapientem ſit profeſſus, effreni lingua præditus: cuius conuitia & verbis & ſcriptis compeſcuit deo Apollonius. Nunc muto, & cum interpretibus Battum intelligo equarum cuſtodẽ, in ſaxum verſum: ſimilia enim poëta noſter libenter iungit. Fabula eſt apud Ouid. 2. Metamorph. Paſcente Admeti armenta Apolline, boues quaſdam Mercurius auertit. Solus hoc Battus viderat: cui Mercurius, ne furti indicium faceret, vaccam dedit. Simulauit abitum Mercurius, & rediit mutata mox forma. Dixit amiſſas boues ſe quærere: munus addidit vaccam cum tauro, ſi demonſtraſſet.

At ſenior, poſtquam merces geminata, Sub illis
Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis.
Riſit Atlantiades: Et me mihi, perfide, prodis,
Me mihi prodis, ait: periuraq; pectora vertit
In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur Index.

591. AERA SI MISSO VACVVM IACVLABERE DISCO, QVO PVER OEBALIDES ICTVS AB ORE CADAS] De Hyacintho loquitur; quem Lucianus ac Philoſtratus Oebali ac Diomedæ filium faciunt. alij, vt Pauſanias, Nicander ac Tzetzes, ex Amycla rege Lacedæmoniorum ac Diomeda volunt natum. fuit Hyacinthus Apollinis & Zephyri amor, qui *cùm per iocum in certamen diſci veniſſet, altiùs iactum pondus non priùs deſpicere potuit, quàm capiti ſenſit iniectum. Quo eliſo, poſt obitum eius cruor, eius nomine in florem inſcriptum ceſſit.* Verba ſunt Luctatij, ad Ouid. 10. Metamorph. qui pulcrè iſta narrat. Tzetzes Chil. 1. hiſt. 11. ait diſcum flante vehementiùs Zephyro inuerſum fuiſſe, & capiti Hyacinthi impactum; iuuenemque in ſui nominis florem ceſſiſſe. Mythologiam ex eodem pete. In eũdem florem Aiacem mutatum tradunt fabulæ, de quo Ouid. 13. Metamorph. & meminit Plinius libr. 21. Porrò *Diſcus* ludi genus fuit, olim & Græcis & Romanis in vſu. lapis orbicularis erat, quem iactare vel in ſublime vel in longum ſolebant, & qui vltra metam proijciebat vel ſubliniùs vel longiùs, victor erat. Vnde δίσκον ἀφεῖναι, δίσκον ἐκσφαιρίσαι, δίσκον ἀποσφενδονῆσαι, apud Pollucem. δίσκος verò dicebatur, ſi lapideus σόλος, ſi ferreus, vt docet Homeri interpres, Iliad. 2. De forma idem ſic ſcribit Iliad. 15. Διαφέρει σόλος καὶ δίσκος. ὅτι ὁ μὲν δίσκος, πλατύς ἐστι καὶ κοιλότερος· ὁ δὲ σόλος, στρογγύλος καὶ σφαιροειδής. Martialis lib. 14.

Splendida cùm volitent Spartani robora diſci,
Eſte procul pueri; ſit ſemel ille nocens.

Ad Hyacinthum alludit.

593. SI QVA PER ALTERNOS PVLSABITVR VNDA LACERTIS, OMNIS ABYDENA SIT TIBI PEIOR AQVA] Abydos, Aſiæ ciuitas, Leandri patria, cui opponitur Seſtos, Thraciæ ciuitas, Herus patria; quas vrbes freti Helleſpuntici anguſtiæ diuidunt. Muſæus:

Σηστὸς ἔην καὶ Ἄβυδος ἐναντίον. ἐγγύθι πόντου
Γείτονές εἰσι πόληες. ἔρως δ' ἀνὰ τόξα τιταίνων
Ἀμφοτέρῃς πολίεσσιν ἕνα ξυνέηκεν ὀϊστόν,
Ἠΐθεον φλέξας καὶ παρθένον.

Stabant oppoſita, ponti diſcrimine paruo,
Seſtos Abydenaq; domus: iunxitq; Cupido
Cornibus vnum ambas iaculum conterſit in vrbes
Accendens iuuenem pariter, pariterq; puellam.

De Leandri & Herûs amoribus loquitur: ille ad hanc tranſnatare noctu ſolitus, cùm impacato ac tempeſtuoſo ſe mari committeret, victus ventorũ ac fluctuum vi, in Helleſponto natando periit: hæc vbi fluctuum impulſu delatum ad ſe vidit Leandrum,

Δαιδάλεον ῥήξασα περὶ στήθεσσι χιτῶνα,
Ῥοιζηδὸν προκάρηνος ἀπ' ἠλιβάτου πέσε πύργου.
Continuò pictam rumpens à pectore veſtem,
Præcipitem ſeſe turris de vertice iecit.

Ex Muſæo de Leandri & Herûs amoribus, Philoſtrato de Imaginibus, & Seruio Virgilij enarratore libr. 1. Georg. ad verba iſta: *Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.*

595. COMICVS VT LIQVIDIS PERIIT DVM NABAT IN VNDIS, ET TVA SIC STYGIVS STRANGVLET ORA LIQVOR] Domitius Menandrum intelligit; meliùs Zarotus Terentium. de quo in Vita Donatus: *Q. Conſentius redeuntem è Græcia periſſe in mari dicit, cum centum & octo fabulis conuerſis à Menandro.* Aliter Volcatius:

Sed vt Afer ſex populo edidit Comœdias,

Iter

Iter hinc in Aſiam fecit: nam eum ſemel
Conſcendit, viſus numquam eſt. Sic vita vacat.

Nec deſunt, qui in Arcadia Stymphalo mortuum tradunt, morbo implicitum, dolore ac tædio amiſſarum fabularum in mari. Vide Vitam. Verùm optimè Egnatius Eupolim Comicũ putat intelligi, quẽ bello Peloponneſiaco in Helleſponto periiſſe naufragio conſtat è Suida, καὶ ἀπέθανε (Εὔπολις) ναυαγήσας κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ. Vnde ſcribit, edicto fuiſſe cautum, ne quis poëtarum in expeditione eſſet. Platonius verò ἐν προλεγομένοις, vbi de poëtarum differentiis agit, ait ſubmerſum fuiſſe ab iis ipſis, in quos Baptas Comœdiam ſcripſerat. Verba Politianus recitat cap. 10 Miſcellan. ἱστορεῖται γὰρ ὁ Εὔπολις ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας ἀποπνιγῆναι εἰς τὴν θάλατταν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τοὺς Βάπτας. Ab Alcibiade ſubmerſum didici ex Cicer. 6. ad Atticum epiſt. 1. *Quis enim non dixit* Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, *ab Alcibiade nauigante in Siciliam, deiectum eſſe in mare? Redarguit Eratoſthenes: adfert enim quas ille poſt id tempus fabulas docuerit.* Expreſſit pulcrè Politian. in Nutriciis:

Eupolin, in medium quem mendax fabula pontum
Cliniada manibus puppi deturbat ab alta.

Eupolin verò inter priſcæ Comœdiæ principes numerat Flaccus libr. 1. ſat. 4. Perſius & Quinctilian. lib. 10. Inſtit. Orator. Vnde *Comicum* hîc per excellentiam vocat. Placuit iſta de Eupoli interpretatio Beroaldo in Annotationibus, Turnebo in Aduerſariis, Schotto in Obſeruation.

597. AVT VBI VENTOSVM SVPERABIS NAVFRAGVS ÆQVOR, CONTACTA PEREAS VT PALINVRVS HVMO] *Palinurus*, nauis Æneæ magiſter, preſſus ſomno cum gubernaculo ipſo è naui lapſus eſt; cumque triduum nataſſet, ſuperatoque mari in tuto iam eſſet, à Velienſibus (ea tunc Lucaniæ pars erat) ſpoliatus eſt, occiſus, & in mare deiectus. Virgil. 6. Æneid. ita loquentem facit:

——— *Nec me Deus æquore merſit.*
Namque gubernaclum multa vi fortè reuulſum,
Cui datus hærebam cuſtos, curſuſq; regebam,
Præcipitans traxi mecum.

Et mox:

Tres notus hibernas immenſa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto
Proſpexi Italiam ſumma ſublimis in vnda.
Paulatim adnabam terræ: iam tuta tenebam,
Ni gens crudelis madida cum veſte grauatum,
Prenſantemq; vncis manibus capita aſpera montis,
Ferro inuaſiſſet, prædamq; ignara putaſſet.
Nunc me fluctus habet verſantq; in littore venti.

599. VTQVE COTHVRNATVM VATEM TVTELA DIANÆ, DILANIET VIGILVM TE QVOQVE TVRBA CANVM] Diogenianus in Adag. Ἠρεμέρη κύνες. τοῦτον, inquit, οἰκῆτιν ὄντα βασιλικὸν, μισοῦντα καθ' ὑπερβολὴν τῆς τραγῳδίας τὸν ποιητὴν Εὐριπίδην, ἐπαφεῖναί τε αὐτῷ κύνας ἀγρίους, οἳ τοῦτον κατεθοινήσαντο. Habet eadem Suidas, & Moſcopulus in vita Euripidis. Gellius lib. 15. cap. 20. *Cùm* (Euripides) *in Macedonia apud Archelaum regem eſſet, vteretúrq; eo rex familiariter, rediens nocte ab eius cœna, canibus à quodam æmulo immiſſis, dilaceratus, & ex his vulneribus mors conſecuta eſt.* Adde Valer. Max. lib. 9. cap. 12. Stephanum de Vrbibus dict. Βόρμισκος, & Gyraldum Dialogis Poëtarum.

TVTELA DIANÆ] Alibi *turbam Dianam* vocat.

A Fuiſſe canes in tutela Dianæ notum eſt vel ex eo, quòd ipſa *montium, ſiluarumq;* ac *ſaltuum domina* ab Horatio dicatur, ac venationi præſit. Statius:

——— *Ipſa coronat*
Emeritos Diana canes.

Atque adeò Dianam, vt venationis deam inuocare venatoribus ſolemne fuiſſe notat Xenophon in Κυνηγετικῷ, vocatque deam ipſam ἀγροτέραν. Hinc illa apud poëtas epitheta *iaculatrix, dea pharetrata, venatrix*, & apud Græcos, κυνηγέτις, θηροκτόνος, ἐλαφηβόλος, καὶ ὀρειφοῖτος.

601. AVT VT TRINACRII SALIAS SVPER ORA GIGANTIS, PLVRIMA QVA FLAMMAS SICANIS ÆTNA VOMIT] De Empedocle interpretantur, Philoſopho Agrigentino, qui immortalis vt

B haberetur, viuum ſe noctu in ardentem Ætnam coniecit. at fraus eius ac veſania detecta fuit, ſandaliis ferreis à flamma reiectis. Horatius in Arte; cuius verſus ſuprà laudo verſ. 553. Laërtius in Vita, qui alias aliorum de morte eius opiniones recitat, & Strabo lib. 6. qui fabulam putat, ὄντι γὰρ προσιτὸν εἶναι τὸν τόπον, οὐδ' ὁρατόν, *locum enim ipſum neque aditu neque aſpectu facilem eſſe.*

TRINACRII GIGANTIS] Enceladi, iuxta Virg. 3. Æneid. & Claudianum 1. de raptu Proſerpinæ, qui Ætnam vocat *Enceladi buſtum.* Lycophron verò in Caſſandra Typhoeum ſiue Typhonem Ætnæ ſuppoſitum ſcribit; & Siciliam νῆσον γιγάντων nominat. Sequitur Hyginus fab. 152. Iam clarum eſt, quis *Trinacrius gigas*. De Ætna Virgil. & Claudian. ibid. Pindarus in Pythiis, hymno 1. Strabo l. 6. Iuſtinus lib. 4. alij.

603. DIRIPIANTQVE TVOS INSANIS VNGVIBVS ARTVS

C STRYMONIÆ MATRES, ORPHEON ESSE RATÆ] Egnatius Grammaticorum regulas veritus, è manuſc. codd. *Orphea te eſſe ratæ* reponit. De Orphei autem interitu variæ ſunt ſcriptorum ſententiæ. Tu lege Diodor. Siculum, Pauſaniam in Bœoticis, Tzetzem in Chiliadibus, Suidam, Hyginum, & alios. Pulcerrimè verò Ouid. noſter 11. Metamorp. bacchantes mulieres vnguibus ſuis in Orphea inuolantes inducit:

Mænades Orphei titulum rapuere theatri,
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris,
Et coeunt, vt aues, &c.

Conon narratione 45. in Photij Bibliotheca à Threſſis ac Macedonicis feminis, quòd Orgia cum illis non communicaſſet, laceratum auctor eſt; addens & hanc cauſſam, Orpheum de vxore infeli-

D cem, muliebris ſexus acerrimum fuiſſe oſorem, ideóque à Threſſis membratim fuiſſe diſceptum, & in mare proiectum. Phanocles apud Stobæum ſerm. 62. ſcribit à circumfuſa Thracum mulierum turba amputatum illi caput, clauoque affixum, & in Hebrum proiectum. Ita Virgil. 4. Georg. Statius 2. Siluarum, Silius 2. belli Punici.

605. NATVS VT ALTHÆÆ FLAMMIS ABSENTIBVS ARSIT, SIC TVVS ARDESCAT STIPITIS IGNE ROGVS] Natus Althææ & Oenei Meleager fuit qui flammis abſentibus arſit, accenſo conſumptoque titione Meleagro fatali. namque ita in fatis erat ex Parcarum effatis, quæ aſſiſtẽtes recèns nato æqualẽ cum torre vitam aſſignarant. Ouid. 8. Metamorph.

Inſcius atque abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur, & cæcis torreri viſcera ſentit
Ignibus, &c.

Fabula

Fabula ſic babet: Oeneus frugum primitias dijs libans, ſolam Dianam præterijt. Illa irata aprum immanem immiſit in Calydoniæ agros, omnia vaſtantem. Oeneus conuocata Græciæ iuuentute, pellem promiſit ei, qui feram conficeret: quos inter & Meleager fuit, qui aprum confecit, detractaſque exuuias Atalantæ Schœnei filiæ dono dedit, quæ prima in feram iaculum torſerat. Indignati auunculi Plexippus, Toxeus & Agenor, (Hygino Plexippus, Ideus, Lynceus) quia fortium præmia mulier caperet, pellem Atalantæ eripiunt. Reſtituit Meleager, occiſis auunculis: at mater Althæa, vltura fratrum cædem, ſtipitem, in quo filij vita erit, in ignem coniecit: quo conſumptu, Meleager extinctus eſt. Ita ferè Zenob. Cent.1. Adag. 33. Diodorus lib.4. Bibliothecæ, Ouid.8. Metamorph. Hyginus fab.171.& ſeqq.

B 607. VT NOVA PHASIACA COMPRESSA EST NVPTA CORONA, VTQVE PATER NVPTÆ, CVMQVE PARENTE DOMVS] Hiſtoria eſt de Creuſa (ſecundùm alios Glauca) Creontis Corinthiorum regis filia, quam Iaſon, repudiata Medea, vxorē duxit. Indignata Medea irritans noctu regiam, radiculæ cuiuſdam viribus à Circe oſtenſis, quæ flāma ſemel concepta non extingueretur, palatium ſuccendit, perijtq; Creuſa cum Creonte parente. Alij tamen referunt, Diodoro teſte lib.4. Biblioth. Medeam ſcriniola quædam Creuſæ dono miſiſſe, quibus apertis flamma exierit, quæ Creuſam totamq; regiam flammis abſumpſerit. Hyginus c.25. ita ait: *Medea cùm vidit ſe erga Iaſonem benemerentem, tanta contumelia eſſe affectam, coronam ex venenis fecit auream, eamq; muneri iuſſit filios ſuos nouercæ dare. Creuſa munere accepto cum Iaſone & Creonte conflagrauit.* Quò reſpexit Propert. lib.2. eleg.16.

C

Aſpice quid donis Eryphila inuenit amaris,
Arſerit & quantis nupta Creuſa malis.

Plura Diodorus, Euripidis interpres, & Apollodorus l.1. Biblioth. *Phaſiacam coronam* vocat à Phaſide fluuio, qui Colchidem illabitur: Medeæ verò patria Colchis fuit.

609. VT CRVOR HERCVLEOS ABIIT DIFFVSVS IN ARTVS, CORPORA PESTIFERVM SIC TVA VIRVS EDAT] De lue iſta Neſſea (ita Seneca vocat in Herc. Oetæo v.570.) dictum ſuprà. Veſtem intelligit tinctam Neſſi centauri ſanguine, quam immolaturo Herculi Deianira miſit, rata ſe philtrum mittere: verebatur enim ne ſe coniugio priuaret, abducta Iole eximiæ formæ virgine. Hac indutus Hercules, flagrare ſtatim cœpit. *Qui cùm ſe in flumen coniecisset, vt ardorem extingueret, maior flamma exibat: demere autem cùm vellet, viſcera ſequebantur.* auctor Hyginus fab.36. Ouid.9. Metamorph.

D

Incaluit vis illa mali, reſolutaq; flammis,
Herculeos abijt latè diffuſa per artus, &c.

Seneca in Herc. Oetæo:

——— Vix peſtem indicat,
Et ſauit, artus ipſe dilacerat ſuos,
Et membra vaſta carpit auellens manu.
Exuere amictus quærit: hoc ſolum Herculem
Non poſſe vidit: trahere conatus tamen
Et membra traxit. &c.

Hinc Prou. αἴγης πέπλος, apud Zenobium, qui fusè fabulam narrat, & αὔης ἐν πέπλῳ, apud Apoſtolium. De furore ac morte Herculis, vide quæ notata nobis ad v.349.

A 611. QVA SVA PENTHEIDEM PROLES EST VLTA LYCVRGVM, HÆC MANEAT TELI TE QVOQVE PLAGA NOVI] Butem Lycurgi filium interpretes faciunt, qui in patris vindictam Bacchi ſacerdotes, bacchanteſque mulieres variè occiderit. Addit Zarotus *Pentheidem* dictum Lycurgum, quia nepos Penthei è Dryante filio; ex vet. interprete. Penes illum fides ſit: nam Dryantem Hippolochi filium lego, non Penthei; & Butem Lycurgi fratrem, non filium. attigi ſuprà ad v.505. Aliud ergo hîc Ouidius voluit.

613. VTQVE MILO ROBVR DIDVCERE FISSILE TENTES, NE POSSIS CAPTAS INDE REFERRE MANVS] Lego *diducere:* aliud enim eſt *diduco*, aliud *deduco*. ita aliud *Deripio*, aliud *diripio*, vt in Orthographia Manutiana monuimus. Milo verò hic

B Crotoniates fuit, celebris in ſtadio olympiaco athleta: cuius exitum miſerandum & mirandum, vt loquitur Gellius ſiue Agellius, adſcribam Valer. Maximi verbis, è lib.9.c.11. *Milo Crotoniates cùm iter faciens quercum in agro cuneis adactis fiſſam vidiſſet: fretus viribus, acceſſit ad eam, inſertiſq; manibus diuellere conatus eſt: quas arbor excuſſis cuneis in ſuam naturam reuocata compreſſit, & eū cum tot gymnicis palmis lacerandum feris præbuit.* Eadem ferè Noctes Atticæ habēt, niſi quòd Milonem in locis Italiæ ſilueſtribus vidiſſe narrent quercum proximè viam patulis in parte media hiantē ramis; quo modo & Strabo l.6. Geographiæ, qui addit & manus & pedes in hiantem fiſſuram inſeruiſſe, & hoc tantùm potuiſſe, vt cunei ſoli exilirent, Εἶτ' ἐνδύς, inquit, συμπεσεῖν τὰ μέρη τοῦ ξύλου, ἀπολειφθέντα δ' αὐτὸν ἐν τοιαύτῃ πάγῃ θηρόβρωτον γενέσθαι. Nec abit longè ab his Galenus

C Protrept. ad artium liberalium ſtudia, ſcribens viſum ac deriſum à Milone adoleſcentem, qui ligna finderet, auſumq; Milonem ſolis manibus lignum diducere, at excuſſis mox cuneis educere non potuiſſe; Ὅς γε θαυμαζόμενος, inquit, ποτὲ νεάνισκον σχίζοντα κατὰ μῆκος ξύλα ἐν θεῷ σφῆνα, ἐκεῖνον ἀπίσταιτο καταγελάσας, αὐτὸς δὲ διὰ τῆς ἑαυτοῦ χειρῶν μόνων ἐπιχειρήσας διασπάσαι αὐτό &c. De fortitudine Milonis ibidem Galenus; ſublatum in humeros immolatum taurum per ſtadium baiulaſſe; immò potuiſſe currere, cùm geſtaret. Amplius Strabo; ἐν τῷ συνεδρίῳ ποτὲ τῶν φιλοσόφων πονέσαντος στύλου, τὸν Μίλωνα ὑποδύντα σῶσαι ἅπαντας, ὑποσπάσαι δὲ αὐτόν. *Laborante ac fatiſcente aliquando in Philoſophorum contubernio columna, ſubijſſe Milonem, ſaluiſq; omnibus, ſeipſum deinde ſubtraxiſſe.* Adde Pauſan. in Eliacis poſter. Diod. in

D Biblioth. & Ioan. Tzetzem Chiliad.2. hiſt.39. Ceterùm ad hunc Milonem credo reſpectum habuiſſe Iuuenalem Sat.10. initio:

——— Viribus ille
Confiſus perijt, admirandiſq; lacertis.

615. MVNERIBVSQVE TVIS LÆDARIS, VT ICARVS, IN QVEM INTVLIT ARMATAS EBRIA TVRBA MANVS] Interpretatio patet ex Hygino: Icarus enim, poſtquam Liberum patrem hoſpitem habuit, vtrem vini plenum muneri accepit, & Atticæ terræ paſtoribus diſtribuit: qui cùm biberent immoderatiùs nouo genere potionis inducti, nonnulli ſomno ſopiti ſunt: alij aliam ſe in partem reiiciebant, velut ſemimortua membra iactantes: reliqui venenum arbitrati fuſtibus Icarum mactarunt, & in puteum deiecerunt: vt alij demonſtrant, ſecundùm arborem quandam defoderunt.

Ita ferè Hygin. fab.130. & in Aſtronom. poëtico. Homeri interpres Ιλ.χ΄ ξενίσας δέ ποτε ὁ Ἰκάριος Διόνυσον, ἔλαβε παρ᾽ αὐτοῦ οἶνόν τε καὶ ἀμπέλου κλῆμα. ὑφ᾽ ἧς τοῦ θεοῦ ὑποθήκας, περιῄει τὴν γῆν, περιφαίνων τὴν τοῦ Διονύσου χάριν. ἔχων σὺν ἑαυτῷ καὶ τὴν κύνα. γενόμενος δὲ ἐν τῇ πόλει, βουκόλοις οἶνον παρέσχε. οἱ δὲ ἀθρόως ἐμφορησάμενοι· οἱ μὲν εἰς βαθὺν ὕπνον ἐτράπησαν. ὀψέ τε ἐγερθέντες καὶ νομίσαντες πεφαρμάχθαι, τὸν Ἰκάριον ἀπέκτειναν. Meminit Propert. lib. 2.

Icare Cecropijs meritò iugulate colonis,
Pampineus noſti quàm ſit amarus odor.

Tibullus ad Meſſallam lib. 4.

———*cunctis Baccho iucundior hoſpes*
Icarus, vt puro teſtantur ſidera cælo.

617. QVOQVE DOLORE NECIS PATRIÆ PIA FILIA FECIT, VINCVLA PER LAQVEI FAC QVOQVE GVTTVR EAT] Hyginus cap.243. *Erigone Icari filia propter interitum patris ſuſpendio ſe necauit.* Indicium mortis paternæ canis fecerat, cui Mera nomen, oſtenditque Erigonæ vbi inſepultus iaceret pater. *quò cùm veniſſet, ſuper corpus parentis in arbore ſuſpendio ſe necauit*, inquit Hygin. cap.130. & totidem ferè verbis Germanicus in Phœnom. Arateis, qui in monte Hymetto ſcribit laqueo ſibi mortem conſciuiſſe, atque vlulantem canem ante pedem pendentis virginis mortuum. Poſtea in aſtrorũ numerum relati, ille Bootes, iſta Virgo, hic Canicula dictus. Homeri interpres ibid. ὁ δὲ κύων ὑποστρέψας πρὸς τὴν Ἠριγόνην δι᾽ ὠρυγμοῦ ἐμήνυσεν αὐτῇ τὰ γενόμενα. ἡ δὲ μαθοῦσα τὸ ἀληθές, ἑαυτὴν ἀνήρτησεν, &c. ex Eratoſthene.

619. OBSTRICTVSQVE FAMEM PATIARIS LIMINE TECTI, VT LEGEM POENÆ CVI DEDIT IPSA PARENS] Sic quidem in vulgatis pleriſque. Verùm *obſtructaſq́*, vel *obſtructoſq́*, reſcribendum videri ſatis patet. Nec diſplicet etiam, quod in editis quibuſdam, *templi* pro *tecti*. De Euryſthene exponunt interpretes, qui cùm malè pugnaſſet, reuerſus domum, elatuſque in eã à matre, inedia perire ſit coactus. De Pauſania Lacedæmoniorum duce Egnatius hîc, Alciatus 7. Parerg.c.6. & Couarr.lib.2.Var. Reſolut.c.20.n.17. rectè. Hic enim proditionis accuſatus, (quia vt Spartam proderet cum Xerxe iam pactus erat) in Palladis Chalciœci templum confugit & aſyli iure ſe fruſtrà defendit. Obſtructis enim cocto latere templi foribus, coactus eſt fame finire vitam: atque vt celeriùs poſſet ſub dio mori, tectum demoliri ſunt Ephori. auctor Æmilius Probus, ſiue is Nepos eſt, in Vita, qui fusè iſta narrat, vt & Diodorus lib.11. λέγεται, inquit Diodor. τὴν μητέρα τοῦ Παυσανίου καταντήσασαν εἰς τὸ ἱερόν, ἄλλο μὲν μηδὲν μήτε εἰπεῖν, μήτε πρᾶξαί τι, πλίνθον βαστάσασαν ἀναθεῖναι κατὰ τὴν εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον. Probus: *Dicitur eo tempore matrem Pauſaniæ* (*Theano* Polyænus nominat in Strategem.) *vixiſſe, tamq́, iam magnã natu poſtquam de ſcelere filij comperit, in primis ad filium claudendum lapidem ad introitum ædis attuliſſe.* & ſic legem pœnæ dedit ipſa parens, vt Ouidius canit. Tzetzes quoq; Chil.12.hiſt.413. his lucem adfert: dubitaſſe enim Laconas ſcribit, poſtquam in … lum profugiſſet Pauſanias, quid facto opu… illũ educerent aut non educerent: verùm … lapidem attuliſſet mater, & in templi limine depoſuiſſet, obſtruxiſſe mox fores, vel ſolius matris iudicio:

—Πάντων δὲ ἀπορουμένων,
Τί δέον περιέπειν ἐπ᾽ αὐτῷ, ἐξάγειν, μὴ ἐξάγειν,
Ἡ τούτου μήτηρ ἄρασα τοῦ πλινθίου λίθον,
Τοῦ ἱεροῦ ἐνέθηκε τοῦτον ἐν ταῖς προθύροις.
Οἱ γνόντες Λάκωνες, ἀνέκλεισαν τὰς πύλας.

De eodem ſcribit Chryſermus libr.2. hiſt. Perſicæ, apud Plutarch. in Parallelis c.21. & Ioan. Stobæum ſerm. 37. detecta proditione fugiſſe ad templum vſque Palladis Chalciœcæ, patremque Ageſilaum inſecutum occluſiſſe templi fores; matrem verò necatum fame filium extra Spartæ fines proieciſſe. Simile de Caſſio Bruto adoleſcente narrat Plutar. c.22. Parall. ex Clytonymo 9. rerum Italicarum; ex Plutarcho Couarruuias, quem vide.

621. ILLIVS EXEMPLO VIOLES SIMVLACRA MINERVÆ, AVLIDIS A PORTV QVI LEVE VERTIT ITER] De Aiace Oilei vide quæ ſuprà ad verſ. 343. diximus. Adſcribam hoc loco Iſaacij in Lycophronem verba, iis omiſſis, quæ in ἀλληγορίαις pluribus ipſe detorquet: Φασὶν ὅτι ὁ Λοκρὸς Αἴας ἐν τῇ ἁλώσει τῆς Τροίας καταφυγοῦσαν Κασσάνδραν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τὸ παλλάδιον τῆς Ἀθηνᾶς ἐχομένην ἀπέσπασε. καὶ αὐτόθι συνεγένετο. ὀργισθεῖσα δὲ τούτῳ ἡ Ἀθηνᾶ, ἐν τῇ θαλάττῃ σὺν πολλοῖς ἑτέροις τῶν Ἑλλήνων ἀνεῖλεν. Ait Aiacem, Locrorum ducem, ſtuprata Caſſandra vate in Mineruæ templo, deæ indignatione cũ multis aliis in mari Euboico feciſſe naufragium, qua de re pluribus Homeri interpres Iliad.17. *Aulis* vrbs & portus Bœotiæ vel Eubœæ inſulæ, in quo Græcorum ad Troiam nauigantium ſtatio fuit. Plinius: *Et in ipſis faucibus Euripi quem facit obiectu inſula Eubœa Aulis, capaci nobilis portu.* Strabo lib.9. εἶτα λιμὴν μέγας, ὃν καλοῦσι βαθὺν λιμένα. εἶθ᾽ ἡ Αὐλὶς πετρῶδες χωρίον, καὶ κώμη Ταναγραίων. λιμὴν δ᾽ ἐστὶ πεντήκοντα πλοίοις, ὥστ᾽ εἰκὸς τὸν ναύσταθμον τῶν Ἑλλήνων ἐν τῷ μεγάλῳ ὑπάρξαι λιμένι.

623. NAVPLIADÆQVE MODO FICTO PRO CRIMINE POENAS MORTE LVAS, NEC TE NON MERVISSE IVVET] Hiſtoriam è Luctatio in libr.1. Achilleid. Statij de Palamede Nauplij filio, dolo Vlyſſis lapidibus obruto, Commentarij loco dabo: *Palamedes ſeptimo gradu à Belo originem trahens, vt Apollonius dicit, cùm delectum per Græciam ageret, ſimulantem inſaniam Vlyſſem intuitus, cùm ille iunctis diſſimilis naturæ animalibus ſalem ſereret, filium eius Telemachum Palamedes oppoſuit: quo viſo Vlyſſes aratra ſuſpendit, & ad bellum ductus, habuit iuſtam cauſam doloris. Poſtea cùm Vlyſſes frumentatũ miſſus ad Thraciam, nihil aduexiſſet, à Palamede eſt vehementer increpitus: &. cùm diceret adeò non eſſe negligentiam ſuam, vt ne ipſe quidem ſi pergeret, quidquam poſſet adueherе. Profectus Palamedes infinita frumenta deuexit. Qua inuidia Vlyſſes auctus, inimicitia ficta … epiſtolam ad Palamedem Priami nomine, per quam … gratias proditionis, & commemorabat centum auri pondus eſſe tranſmiſſum, dedit captiuo, & eum in itinere iuſſit occidi. Hæc inuenta more militiæ regi allata eſt, & lecta principibus conuocatis. Tunc Vlyſſes cùm ſe Palamedi adeſſe ſimularet, ait, ſi verum eſt, in eius tentorijs aurum quæratur: quo facto & inuento auro, quod ipſe per noctem corruptis ſeruis abſconderat, Palamedes lapidibus interemptus eſt.* Hæc de Palamede Luctatius, cui adde Iſaacium in Lycophronem & quæ ſuprà ad verſ.341. notabamus.

625. ETHALON VT VITA SPOLIAVIT ISIDIVS HOSPES, QVEM MEMOR A SACRIS NVNC QVOQVE PELLIT Io] *Iſidij* nomen ſuſpectum Micyllo & Sanctio, cùm in *Iſide* prima lõga ſit, breuis ſecunda.

ſecunda. *Esbalon* verò ab Iſidis ſacerdote, quòd filij concubitum cõcupiſſet, interfectum vetus ſcribit interpres; cautumque ideò ab Ægyptiis, ne quis deinceps ex ea familia Iſidis ſacerdos eſſet, aut ſacris eiuſdem intereſſet. Sequuntur Domit. & Zarotus. Ego Non liquere pronuntio.

627. VTQVE MELANTHEVM TENEBRIS A CÆDE LATENTEM PRODIDIT OFFICIO LVMINIS IPSA PARENS] Vetus interpres, *Melantheus homicidio obnoxius, cùm lateret, à matre rei inſcia quærentibus eſt manifeſtatus, vtq́; meliùs cognoſcerent lumen attulit. qui captus capite eſt multatus.* ita ille, apud Zarotum, meliùs quàm Domitius, qui ſimile de Codro Melanthi filio affingit Straboni: ſed Domitij id ſumnium eſt.

631. QVALIS EQVIS PACTIS, QVOS FORTIS AGEBAT ACHILLES, ACTA PHRYGI TIMIDO EST, NOX TIBI TALIS EAT] Dolon, Eumedis filius à Troianis ad Græcorũ caſtra ſpeculator miſſus, Achillis equos ac currus pro mercede pactus erat; incidenſque in Diomedem & Vlyſſem, qui & ipſi ſpeculatum ad Troianus venerant, Troianorũ iis, promiſſa etiam impunitate conſilia aperit. Illi inter cetera de Rhœſi ac Thracum aduentu edocti, Dolonem interficiunt, equoſque quibus fata pendebant Troiana, abducunt, magna dormientium edita ſtrage: nam ita in fatis erat, ſi Rhœſus, equique Rhœſi Xanthum ſiue Scamandrum bibiſſent, ac Troiana guſtaſſent pabula, inuictum fore. Ita Homeri interpres Iliad. 10. Cetera ex Homero petenda, qui copioſè iſta proſequitur Iliad. 10. meminitque Virgilius Æn. 12. & noſter 2. de Arte:

Campus erat, campum fecit, quem cæde Dolonis
Sparſimus, Æmonios dum vigil optat equos.
Illic Sithonij fuerant tentoria Rhœſi,
Hac ego ſum captis nocte reuerſus equis.

Et 3. Triſtium eleg. 4.

Non foret Eumedes orbus, ſi filius eius
Stultus Achilleos non adamaſſet equos.

Sic enim ibi eſſe legendum, non *Eumenides* doctis pridem ex Homero obſeruatum. *Timidum* verò Dolonem Naſo appellat, vt *imbellem* alibi, reſpexitque ad verſus Homeri de Dolone ſic canentis:

——— ὁ δ' ἄρ' ἔστη τάρβησέν τε
Βαμβαίνων. ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίγνετ' ὀδόντων
Χλωρὸς ὑπαὶ δείους.
——— *Conſtitit hic timuitq́;*
Mente tremens, ſtridor dentes atque ora terebat
Pallida.

Nec fruſtrà additur, *nox tibi talis eat:* acta enim hæc διὰ νύκτα μέλαιναν, vt Dolon ipſe apud Hom. loquitur. Denique & illud monebo, in nonnullis codd. legi *Qualis equos pacto*, &c. meliùs ac concinniùs, quàm in vulgatis; probatque è ſuis Ciofanus.

633. NEC TV QVAM RHOESVS SOMNO MELIORE FRVARIS, QVAM COMITES RHOESI, TV NECIS ANTE DIEM] Variant rurſum codices. Excuſus vnus, *ſomno meliore quieſcas*, non malè. Et in altero verſu excuſi quidam & manuſcr. codd. Ciofani, *Quàm comites Rhœſi, ſum necis, ante viæ*. Optimè: Dicit enim eos tum mortis comites fuiſſe, vt antè viæ ſeu itineris. Fuit Rhœſus Thraciæ rex, Eionei filius, vt Homero placet; Strymonis & Euterpæ, vt Homerico Enarratori; qui tùm Priamo Troianiſque aduerſus Græcos auxilio veniſſet, clauſuſque portis tentoria in litore locaſſet, à Dolone, vt diximus, ſpeculatore proditus eſt, atque à Diomede & Vlyſſe, in ipſis tentoriis interemptus cum Thracibus, itineris comitibus, labore ac ſomno feſſis, vti pulcrè deſcribit Homerus Iliad. 10. & ex illo Seruius in 1. Æneidos, Euripides in Rhœſo, & Tryphiodorus. Vlyſſes apud Ouid. 13. Metamorph.

Haud contentus eo, petij tentoria Rhœſi,
Inq́; ſuis ipſum caſtris, comiteſq́; peremi.
Atque ita captiuo victor votiſq́; potitus,
Ingredior curru lætos imitante triumphos,
Cuius equos pretium pro nocte popoſcerat hoſtis.

635. QVAM QVOS CVM RVTVLO MORTI RHAMNETE DEDERVNT IMPIGER HYRTACIDES, HYRTACIDÆQVE COMES] Notiſſima res vel è Virgilio 9. Æneid. verſ. 320. de Niſo & Euryalo, cõiunctiſſimo illo amicorum pari; qui à Troianis ad Æneam miſſi, vt ſua illi pericula indicarent incidentes in Rutulorum excubias, ſomno vinoq́; fuſas ac ſopitas, Rhamnetem cum magna Rutulorũ manu occiderunt: ſed & ipſi mox agniti à Rutulis, atque interempti ſunt; capitaque haſtis præfixa. De vtroque Virgilius; de Niſo id Naſo hîc retulit v. 517. ibi vide.

RHAMNETE] Sic Virgilius: *Simul enſe ſuperbum*
Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Exſtructus, toto proflabat pectore ſomnum.

Exiſtimat autem Turnebus lib. 22. cap. 15. Virgiliũ propter Rhamnes equites Rhamnetis nomen finxiſſe, eò quòd princeps ille poëtarum poëmati ſuo amet latina intexere nomina.

637. CLINIADÆQVE MODO CIRCVMDATVS IGNIBVS ATRIS MEMBRA FERAS STYGIÆ SEMICREMATA NECI] Sic legendum, & ita verè legiſſe interpretem apparet; qui tamen mera nobis ſomnia de Perſico quodam Cilnij F. obtrudit. Intelligendus enim Alcibiades, Athenienſis, υἱὸς Κλεινίου καὶ τῆς ἀδελφῆς Περικλέους, inquit Suidas: qui cùm Athenienſium dux, ægrè ferret abrogatum ſibi imperium, ob fractas Mercuriales ſtatuas, ad Tiſſaphernem Perſam confugit, bellique anſam Athenienſibus dedit, & cum iiſdem rurſus in gratiam venit. Cùm verò Pharnabazus (ad hunc in Aſiam Alcibiades tranſierat, cùm cerneret propter Lacedæmoniorum potentiam nullum locum ſibi tutum in Græcia) cædem illi moliretur, Alcibiades, εἰς κώμην τῆς Φρυγίας ἑταίρᾳ συνὼν, ſomnium tale vidit; rectum ſe amicæ veſte comburi abſque capite. Hæc è Suida. Nec vanum id ſomnium. Miſſi enim à Pharnabazo Suſamithris & Bagœus (vel Magœus, vt habet Plutarc.) ad Alcibiadem interficiendum, cùm ferro aggredi, domumque in qua erat, non auderent ingredi, magna lignorum congeſta ſtrue eam noctu ſuccenderunt, atque ita Alcibiadem, flammis teliſque inſidiantium impatem, interfecerunt, caputque ad Pharnabazum retulerunt. Hæc ex Ephoro tradit Diodorus lib. 14. Addunt Probus & Plutarchus Timandram, (id illi nomen erat, quæ cum eo conſueuerat) muliebri ſua veſte contectum, ædificij incendio mortuum cremaſſe. Aliam etiam mortis cauſam Plutarchos refert his verbis: ἔνιοι δὲ τὰ μὲν ἄλλα περὶ τῆς Ἀλκιβιάδου τελευτῆς ὁμολογοῦσι τούτοις. αἰτίαν δὲ φασὶν οὐ Φαρνάβαζον, οὐδὲ Λύσανδρον, οὐδὲ Λακεδαιμονίους παρασχεῖν. αὐτὸν δὲ τὸν Ἀλκιβιάδην γνωρίμων τινῶν διαφθείραντα γύναιον ἔχειν σὺν αὐτῷ· τοὺς δὲ ἀδελφοὺς τοῦ γυναίου

τὴν ὕβριν οὐ μετρίως φέροντας, ἐμπρῆσαί τε τὴν οἰκίαν νύκτωρ, ἐν ᾗ διατρίβων ἐτύγχανεν ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ καταβαλεῖν αὐτὸν, ὥσπερ εἴρηται, διὰ τοῦ πυρὸς ἐξαλλόμενον. volunt nimirum nonnulli a mulierculæ cuiuſdam fratribus, qua cum conſueuerat, incenſa noctu domo, telis confectum, dum è medijs exiliret flammis.

639. VTQVE REMO, MVROS AVSO TRANSIRE RECENTES, NOXIA SINT CAPITI RVSTICA TELA TVO] Auctor de origine gentis Romanæ: *Romulus cùm muniret mœnibus* (Romam) *dixit, ne quis vallum tranſiliret: quod Remus irridens, tranſiluit, & à Celere Centurione rutro vel raſtro fertur occiſus.* Vbi *vel raſtro* à gloſſa eſt, niſi fortè vtrumque quis vt ſignificationis eiuſdem tueri velit: nam & *Rutrum* à Radendo dici Nonius Marcellus notat; malim tamen à Ruendo dare nomen, quod & Feſtus ſubindicat. nam aliud Rutrum, aliud Raſtrum: illud ligo, quo terram ruimus & iacimus; hoc vapore dentato, glebas frangimus. Variant tamen & Euſebij codices in Chronicis, anno 3 ab V.C *Remus raſtro paſtorali à Fabio Romuli duce occiditur.* Alij enim *rutro* legunt, alii *raſtro*, vt ibidem obſeruauit Arnoldus Pontacus. Ceterùm alij aliter interfectum Remum ferunt. Meſſalla Coruinus de Auguſti progenie, à Romulo ſecuri percuſſum ſcribit. Nec deſunt viri docti, qui Ouidium noſtrum teli hic genus quoddam ſentire aſſerunt; quale id verò ſit fruſtrà inquirunt. Equidem per *ruſtica tela* rutrum vel raſtrum intelligo. nam Zaroti illud commentum: *Ruſtica tela, quia ruſtici tunc Romani erant,* omnino diſplicet. Nunc de edicto Romuli pauca. Edixerat inter alia, ne quis noua mœnia tranſiliret, legemque tulerat, MOENIA SANCTA EXISTIMANTO. Cicero 2. de Nat. Deorum. Deſcribit edictum illud poëta noſter 4. Faſtorum:

> *Neue quis aut muros aut factam vomere foſſam*
> *Tranſeat: audentem talia dede neci.*
> *Quod Remus ignorans, humiles contemnere muros*
> *Cœpit, &c. His populus, dicere, tutus erit.*
> *Nec mora tranſiluit: rutro Celer occupat auſum,*
> *Ille premit duram ſanguinolentus humum.*

Hæc ille, eleganter, vt omnia, niſi quòd in verſu procultimo iam pridem legendum crediderim: *Nec mora, tranſiluit: rutro Celer occupat auſum.* Cur ita cenſeam, facilè ex iam dictis quiuis eliciet. Meminit item edicti illius lib. 4. Triſt. eleg. 3.

> *Aſpicite illa precor, quæ non benè mœnia quondam*
> *Dicitur Iliades tranſiluiſſe Remus.*

Non benè mœnia vocat parua & anguſta, muros humiles, & *factam vomere foſſam*, vt verbis Ouidii vtar.

641. DENIQVE SARMATICAS INTER GETICASQVE SAGITTAS, HIS PRECOR VT VIVAS, ET MORIARE LOCIS] In priori verſu *Scythicaſq;* manoſcr. Berſmanni habet. non muto: nam & *Getæ* è Scythia, ſiue Scythis loco & moribus proximi, populi barbari, *feri, indomiti, truces, inhumani*, &c. ita non vno loco Ouidius eos notat, & ſagittas tribuit iiſdem 4. Triſt. eleg. 9. Fuere iidem cum *Dacis*, teſte Plinio l. 4. c. 14. tametſi ſito & loco diſtinguat eos Strabo l. 7. Geographiæ: poſtea *Gothi* appellati; auctor Spartianus. *Sarmatæ*, Græcis *Sauromatæ*, Scythiæ quoque populi: habitant montes & ſaltus, pro domibus plauſtra habent, &c. Scribit Strabo lib. 7. Τοὺς μὲν γὰρ εἶναι χαλεπούς, ὥστε καὶ ἀνθρωποφαγεῖν: *adeò ſæuos eſſe, vt humana etiam carne veſcantur.* Hos inter vt *Ibis* & viuat & moriatur, Ouidii votum eſt: *His precor & viuas, & moriare locis.* id concinnius, quàm vt legas: *his precor vt viuas.*

645 PAVCA QVIDEM, FATEOR, SED DII DENT PLVRA ROGATIS, MVLTIPLICENTQVE SVO VOTA FAVORE MEA] *Rogamus* eſt in Maffeiano apud Croſan. quod huic loco aptius. Alii *rogantis*, alii *precantis*, in manuſcr. Berſmanni *precatu*. monſtra omnia, inquit Croſanus: verùm parum referre puto, quo legas modo, tantum abeſt, vt monſtroſa lectio ſit.

647. POSTMODO PLVRA LEGES, ET NOMEN HABENTIA VERVM, ET PEDE, QVO DEBENT ACRIA BELLA LEGI] Iambum deſignat, vt rectè Zarotus: is enim acer, & aptus in hoſtem ſtringi. Dixi ſup. ad v. 45. & 55. Atque hic Notarum finis & pauſa. Te rogo, mi Lector, vt ſi quid minùs rectè explicatū, Iambos & conuicia non ſentiam; ſi quid adhuc inexplicatum (vt eſſe ſcio non pauca) id indicare ne graueris: gratum apud me & poſteros erit.

FRAN-

FRANCISCI SANCTII BROCENSIS IN IBIN OVIDII ANNOTATIONES.

D. EMMANVELI SARMENTO DOCTORI THEOLOGO, AMICO MAGNO.

DVm te, amice magne, non ita pridem ad ſacra Bibliorum oracula penetranda propenſum & paratum animaduertiſſem: auctor tibi fui, vt priùs Poëtarum Græcorum & Latinorum verba & ſententias ad vnguem percalleres. Paruiſti candidè monenti, & intra paucos menſes tanti negotij penſum abſoluiſti. Dixiſti tamen, te noluiſſe operam ſeriam Ibidi Ouidianæ impendere, ne præclari tui conatus inutili quaſi mora retardarentur. Quum præcipuè ſæpiùs ex me audiſſes, interpretes illius operis fabulas, aut hiſtorias ſæpe fingere, quæ, ſi quis non acriter aduertat, mirificè propoſito quadrare videantur. Facilè huic malo, dixi, medicinam poſſumus adhibere: nam aliquando in id poëmation quędam adnotauimus, quæ minùs ab interpretibus intelligerentur. Id quicquid eſt, tuo nunc permiſſu in lucem prodit. Vale.

1. LVSTRIS MIHI IAM BIS QVINQVE PERACTIS] Quid ſit *luſtrum* quid *Olympias* non video adhuc inter doctos liquere. In hoc tantũ conueniunt, *luſtrum* ab *Olympiade* in annorum ſpatio non differre: ſed alij quinque annos Olympiadi aſſignant, alij quatuor. Anton. Nebriſſenſis in Quinquagena grauiter errare cõtendit eos, qui quinque aſſignant: hi laudant pro ſe Lucanum, qui de Cæſare ſic ait: *Bellantem geminis tenuit te Gallia luſtris.* Ouidius item decennale bellum Troianum *biluſtre* appellat. Varro de ling. Lat. lib. 5. *Luſtrum nominatur tempus quinquennale, à luendo, hoc eſt ſoluendo, quòd quinto quoque anno vectigalia, & vltro tributa per Cenſores perſoluebantur.* Ouid. libr. 4. Pont. eleg. 6.

In Scythia nobis quinquennis vita peracta eſt,
Iam tempus luſtri tranſit in alterius.

Idem lib. 4. Pont. eleg. 10. de Vlyſſis abſentia. *Ia-* A *ctatus dubio per duo luſtra mari.* Innumera ſunt teſtimonia, quibus quinquennale ſpatium ſignificatur: nihilominus tamen certo certius eſt, *luſtrum*, vel *Olympiadem* quatuor annis abſolui: nec aliter accipiunt, qui Chronica, & Annales ſcripſere. Vt ſi dicas, Plato natus eſt Olympiadis 88. anno 4 Pompeius Magnus Olymp. 169. an. 1. Ouid. Faſt. lib. 3.

Is decies ſenos tercentum & quinque diebus
Iunxit, & expleto tempora quinta die.
Hic anni modus eſt, in luſtrum accedere debet
Quæ conſummatur partibus vna dies.

In codicibus emendatis legitur: *Iunxit & è pleno tempora quarta die.* & ita neceſſariò legendum: annus enim conſtat 365. diebus, & ſex horis. & illæ ſex horæ quarto quoque anno diem integrũ complent. Ita docet diſertè Solinus & Cenſorinus de Die natali, & Plin. lib. 2. c. 8. ſic ait: *Deinde ſolis meatum eſſe partium quidem trecentarum ſexaginta, ſed vt obſeruatio vmbrarum eius ad notas redeat, quinos annis*

dies adiici, ſuperq́, quartam partem diei. Quam ob cauſam quinto anno enus intercalaris dies additur, vt temporum ratio Solis itineri congruat. In his Plin. verbis, quę multos fefellerunt, emendo pro *quinto anno*, *quarto quoque anno*, ex Macrob. lib. 1. Satur. cap. 14. *Iulius ergo Cæſar*, inquit, *decem dies obſeruatione veteri ſuperadiecit, vt annum 365. dies, quibus Sol luſtrat Zodiacum, efficerent; ſed ne quadrans deeſſet, ſtatuit vt quarto quoque anno ſacerdotes, qui curabant, vnum intercalarẽt diem.* Iam igitur hunc Gordianum nodum non ſecantes vt Alexander, ſed planè explicãtes & enodantes, diſſoluamus. Satis conſtat *Olympiadas* quaternis annis abſolui: ſed ludi Olympici quinto quoque anno fiebant, & inde ſemper in annorum enumeratione ſemper Olympiades quinque annorum computantur; vt ſi dicas, *vixit decem Olympiadas*, id eſt, annos quinquaginta: *luſtrum* item quatuor continet annos: & Cenſores per quatuor annos adminiſtrabant cenſuram, & quinto anno rationem reddebant, & cenſebatur ciuitas, & vltro tributa ſoluebantur: factũ item eſt, vt *luſtrum* in annorum computatione pro quinquennij ſpatio acciperetur, & hoc eſt quod dixit M. Varro, *luſtrum nominatur*, &c. Ouid. 2. Faſt. de Arcade: *Iam tria luſtra puer ſurto conceptus agebat*. De eodem Metamor. lib. 2.

Ecce Lycaonia proles ignara parentis
Arcas adeſt, ter quinque ferens natalibus annis.

Martial. l. 7. epigr. 39. *Hic propè ter ſenas vidit Olympiadas*. Loquitur de Hetruſco, de quo ſic Papinius in Syluis lib. 3. *Dextra bis octonis fluxerunt ſæcula luſtris*. Hoc eſt, felicia ſæcula fluxerunt illi per annos octoginta. Martialis verò dixit, vixiſſe ferè annos nonaginta: vtroque modo per quinarios numeros excurrit computatio, non per quaternarios. Nunc igitur Ouidius decem luſtra quinquaginta annos intelligit, non quadraginta.

6. ARTIFICIS PERIIT CVM CAPVT ARTE SVA] Id eſt, caput artificis periit cum arte ſua. De tauro Perilleo Ouid. 1. de Arte:

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit author opus.
Iuſtus vterque fuit, nec enim lex æquior vlla eſt,
Quàm necis artifices lege perire ſua.

24. QVI NOSTRAS INOPES] Quidam de Germanico intelligunt, qui viaticum præbuit. Alij de Auguſto, qui rem Poëtæ non confiſcauit, lib. 2. Triſt. Inſuper accedunt & l. 4. eleg. 4. & l. 5. eleg. 12.

32. IVNCTAQVE CVM LVNA LVMINA SOLIS ERVNT] Id eſt dies & nox ſimul dicerur: contrà illud axioma, *aut dies eſt, aut nox.*

48. NVNDVM CALFACTI] Velites primi laceſſunt bellum, & ſunt milites leuis armaturæ.

54. TINCTA LYCAMBEO] Nota ſunt & trita de Archilocho, & Lycambe. vide Adag. *Archilochum teris*.

55. NVNC QVO BATTIADES] *Battiades* eſt Callimachus à Batto Cyrenes filio ducens originem. ſcripſit *Ibin* contra Apollonium Rhodium, teſte Suida.

90. PASIPHAES GENERI] *Theſeum* intelligit, cui tria vota Neptunus conceſſit. Cic. 1. & 3. de Offic. Ouid. 11. Metaphor. Eurip. in Hippolyto.

93. NEVE MINVS NOCEANT] Macrob. Saturn. l. 3. c. 9. dicit in deuotione deberi nominari deuotas vrbes, vocabulo proprio; ſin minùs, hoc addebant: verbi gratia, *Illam vrbem Carthaginem, exercitúmue quem ego me ſentio dicere.*

98. QVISQVIS ADES ORA FAVETE] *Fauere linguis*, non eſt idem, quod tacere, vt multi putant, vide noſtram *Mineruam* lib. 4. in Euphemiſmo.

101 OMINIBVSQVE MALIS] Sic lege, non *omnibus*. Sæpè in Virgilianis codicibus hic eſt error. *Sic dirigit omnia Chalcas*; lege, *omina*. &, *omnia ni repetant Argis*; lege, *omina*.

121. SIT QVE, (QVOD EST RARVM) SOLITO DEFECTA FAVORE] Id eſt, deſtituta. Quintilian. *Neſcio quomodo omnis pro laborante fauor eſt.*

125. LVCTATVSQVE DIV, CRVCIAT.] Suetonius in Tiberio 61. *Mori volentibus vis adhibita viuendi: nam mortem leue ſupplicium putabat, & precanti cuidam pœnæ maturitatem, reſpondit: Nondum tecum in gratiam redij.*

137. PVGNAVERVNT IACVLIS DVM THRACES, IAZYGES ARCV] Egnatius emendat *Iazyges*, & rectè. Nam ſic legitur in Val. Flacco lib. 6. & Ouid. Triſt. & 1. de Pont. eleg. 3. & Ammian. Marcel. l. 22.

140. DVM TIBERIS LIQVIDAS] Lege *flauas*, ex Horat. *Vidimus flauas Tiberim*. & ex Ouid. l. 5. Triſt. eleg. 1. *Quot flauus Tibris arenas*.

142. SÆVA SED IMMANIS MANIBVS] Lege, *ſæua ſed in manes manibus*, id eſt, apud inferos.

144. EXANIMIS MANES OBSERIT VMBRA TVOS] Lego *mores tuos*, nam animæ malorum, non dicuntur *manes*, ſed *lemures*.

213. NON VENVS AFFVLSIT] Septem hîc planetæ numerantur, quorum qualitates breuiter exponi poſſunt: *Saturnus* enim frigidiſſimus eſt, ac ſicciſſimus, terreus, melancholicus, maleficus, & dicitur *infortunium maius*, quia ſecundùm vtramque qualitatem mortalium naturæ aduerſatur. *Iupiter* eſt calidus & humidus, aëreus, ſanguineus, beneficus, & dicitur *fortuna maior*, quoniam vtraque eius qualitas viuentium naturam fouet. *Mars* calidiſſimus eſt, & ſicciſſimus, igneus, cholericus, maleficus, & dicitur *infortunium minus*, quia vna tantùm eius qualitas noſtrę aduerſatur naturæ. *Sol* calidus eſt, & moderatè ſiccus, eſt *fortuna* per aſpectũ, & *infortunium* per corporalem cõiunctionem. *Venus* eſt humidiſſima, benefica, & dicitur *fortuna minor*. *Mercurius* communis eſt, cum frigidis frigidus, cum bonis bonus, & fortuna cum fortunatis per coniunctionem, vel per felicem aſpectum. *Luna* frigida eſt, & humida, atque ideo aquea.

255. QVANTAQVE CLAVIGERI PÆANTIVS] In bis ſex carminibus enumerantur tres inſignes claudicantes: *Philoctetes* Pæantis regis filius, qui quum ſagittas Herculis, quibus ſucceſſit hæres, tractaret imprudentiùs, punctus ab vna illarũ grauiter claudus eſt effectus: vide Ariſt. l. 7. Ethic. c. 7. & ibi Euſtath. & Senec. in Hercule Oeteo. *Telephus* à cerua nutritus fuit, percuſſuſq; in femore ab Achille, ab eodem poſtea fuit ſanatus. Pauſan. l. 8. Plin. l. 26. c. 5. & l. 34. c. 15. Verſiculum ſic emendauit Iacob. Micyllus: *Armatiq́, tulit vulnus, inermis opẽ.*

259. QVIQVE AB EQVO PRÆCEPS] *Bellerophon*, de quo multa diximus in Emblem. Alciati. Porro verſiculum ſic emendauit Egnatius: *Quiq́, ab equo præceps in Aleïa decidit arua.* Sunt autem *Alei campi* in Cilicia. & *Alei* ab errore dicti Græcis.

261. IN QVOD AMYNTORIDES VIDEAS] His ſeptem diſtichis decem cæci enumerantur hoc ordine.

ne.1.*Phœnix* Amyntoris filius, comes, aut potiùs pędagogus Achillis, cuius apud Homerum honorata eſt mentio, non fingitur ab Homero cæcus, ſed interpretes Lycophronis narrat eum in patriam reuerſum potuiſſe cognoſcere ſuorum neminem, quia cæcus erat. Propert. lib. 2.

Tarda Philocteta ſanauit crura Machaon,
Phœnicis Chiron lumina Phyllirides.

2. *Oedipus*, de quo multa diximus Emblem. 3. *Tireſias* Thebanus. vide Politiani Miſcellan. 80. cap. & Ouid. latè in Metaphor. 4. *Phineus*, qui Argonautas monuit, vt columbam ducem ſequerētur. De quo Orpheus, & Apollon. Rhodius, & Valer. Flac. in Argonaut. 5. *Polymneſtor*, quem excæcauit Hecuba. Virgil. hęc latè 3. Æneid. & multis carminibus Ouid. 3. Metam. & alij. 6. *Polyphemus*, quem Vlyſſes excæcauit, de quo multa nos in Emblem. & Ouid. lib. 13. Vide Adag. *Vates ſecum auferat omen*. de Telemo vate. 7. 8. *Phinei filij* ex vxore Cleopatra vim intulerunt Idæ nouercę, qua de cauſa ab ipſo patre excæcati fuerunt. 9. *Thamyras* vates, & cantor eximius: hunc Muſæ excęcarunt in arte canendi ſuperatum, vt ait Homer. 2. Iliad. 10. *Demodocus* cantor egregius in Alcinoi domo: hunc Homerus laudat, ſeipſum (vt aliqui interpretantur) intelligens.

275. SIC ALIQVIS TVA MEMBRA SECET, SATVRNVS VT ILLAS] Vide Macrob. Satur. lib. 1. c. 8.

277. NEC TIBI SIT TVMIDIS MELIOR NEPTVNVS] Ceyx, & Alcyone vxor, & frater Dædalion verſi ſunt in aues. Ouid. 11. Metamorph.

279. SOLERTIQVE VIRO] id eſt, *Vlyſſi*, cui naufrago Ino ſoror Semeles in auem gauiam conuerſa velum dedit, quo ſuccinctus euatauit. Homer. Odyſſ. 5.

281. VEL TVA, NE POENÆ GENVS HOC] Metius Suffetius dux Albanorum quadrigis illigatus diſtractus fuit. Tit. Liuius, & Virgil. 8. Æneid. quod autem ait Poëta, *Ne genus hoc pœna cognouerit vnus*; videtur innuere ſolum Metium Suffetium fuiſſe hoc genere pœnæ mulctatum: at Plutarchus in Parallelis dicit etiam *Pyræclymen* Eubœæ regem Hercule iubente à quadrigis fuiſſe dilaceratum.

283. VEL QVÆ, QVI REDIMI] De Marco Attilio Regulo pleni ſunt libri. Vide elegantiſſimam odem Horat. lib. 3. ode 5. Agel. lib. 6. cap. 4. Cicer. 3. Offic. Valer. Max. lib. 9. cap. 2. Auguſtinū de Ciuit. lib. 1. cap. 15.

285. NEC TIBI SVASIMO] Priamum dicit, quē Pyrrhus occidit iuxta aram Iouis Hercei. Virgil. 2. Æneid. vide annotat. Egnatij.

287. VTQVE DEDIT SALTVS E SVMMO THESSALVS OSSA] Alciatus in tres libros poſteriores Codicis legit, *Theſſalis*, & intelligit Aglaonicē Egemonis Theſſali filiam, de qua Plutarchus in pręceptis connubialibus in fine. Sed illic legitur *Aglaonice Hegetoris Theſſali filia aſtrologia perita*. De ſaltu verò nulla mentio: quare aliud quærendum. Calderinus ſic exponit: Hemon filiū habuit Theſſalum, qui quum Theſſaliam imperio teneret, ab Euryalo aduena (nam erat Corcyreus) ex Oſſa monte præcipitatus eſt. Necato etiam Neſone filio, à quo *Neſonis* locus dictus eſt, vt ſcribit Strabo. Hęc ille, quę mirificè quadrarent, ſi apud illum legerentur. Ego donec aliam interpretationem inuenoiam meliorem, hanc obtrudo: Quemadmodum, inquit, altiſſimus Oſſa mons fuit ab Olympo diruptus, & præcipitatus, ſic tu quoque pręcipiteris ab alio excelſo montis iugo. Strabo lib. 9. *Antiquus, inquit, ſæculis, vt fama eſt, totus campus ſtagnabat, quem alius ex partibus montes coërcebant, quum etiam littus altiora campus haberet loca. Terra autem motibus facta abrupta ſunt quæ nūc vocantur Tempe: & ab Olympo abſciſſus Oſſa, & hac Peneus fluxit in mare, & oram illam ſiccatam reddidit*. Hęc Strabo. Syntaxis eſt: quemadmodum Oſſa mons Theſſalus dedit ſaltus ab Olympo, ſic tu præcipiteris à ſaxoſo iugo. Virgil. 1. Georgic. *Ter ſunt conati, &c. Ter pater extructos deiecit, &c.*

289. AVT VELVT EVRYALI] Incerta & vana profert hîc Calderinus Ego quęrendū cenſeo. Homerus Odyſſ. 12. in fine, *Eurypyli* meminit filij Telephi filij Herculis, Ceteiorum ducis à Pyrrho occiſi, cui Telephus regnum Myſiæ tradiderat.

291. VEL TVA MATVRAT SICVT MINOIA] Minos in thermis Cocali Siciliæ regis extinctus fuit, dum Dædalum inſequeretur. Tzetzes Chiliad. 1. hiſt. 19. & Diodor. Sicul paulò aliter narrat. Euſebius in Chron. Fraude filiarum Cocali occiſum fuiſſe ait Silius:

Poſtquam perpetuas iudex conceſſit ad vndas
Cocalidum inſidiis.

293. VTQVE PARVM MITIS] Prometheus inuitis diis furatus ignē ab aſtris deduxit, & in quodā ſacrificio Iouem ipſum fefellit, vt ait Heſiodus. ſed non impune: nam acerrimas pœnas luit, vt latè diximus in Emblematis. Lego *parum μῆτις*, non *mitis*. id eſt, parum prudens, aut parum Prometheus. Μῆτιμα enim apud Græcos eſt *conſilium, prudentia, conſultatio*. & Iupiter ſæpe apud Homerum vocatur Μητίετα Ζεύς.

295. AVT VELVT ERACIDES] Nugantur interpretes. Lego *Aetracides*, & de Theſeo intelligo, qui filius Ægei & Æthræ fuit. Hic quum Athenis annos 19. regnaſſet, pulſus à ſuis in Scyrum inſulam conceſſit, ibique in mare fuit præcipitatus. Verba Plutarchi in Theſeo hæc ſunt: *Ipſe poſt execrationem in Athenienſes peractam Scyrum nauigauit, quòd ſibi cum eius inſula hominibus amicitiam, ac prædia ibi paterna eſſe putaret. Scyrorum regnum eo tempore Lycomedes habebat. Ad hunc ſe Theſeus contulit, agroſq; ſibi reddi, vt habitaturus ibi, popoſcit. Alij auxilium contra Athenienſes petiiſſe aiunt. At Lycomedes, ſiue gloriam viri ſuſpectā habens, ſiue, vt rem Mneſtheo gratam faceret, in promontorium regionis Theſeum perduxit, tamquam inde commonſtraturus agros; deturbatumq; de ſaxis perdidit. Quidam lapſum forsitò nemine impellente perhibent: quum more ſuo poſt cœnam deambularet*. Hæc Plutarchus.

MAGNO TER AB HERCVLE QVINTVS] Id eſt, qui quintus Hercules vocatus eſt poſt termagnum illū Herculem, cuius ingentia facta Theſeus eſt æmulatus: vt refert Bocatius in vita Theſei. *Ceſus in immenſ.* malim legere, *cæcus*, id eſt, iocautus, vel falſus, id eſt, deceptus, vel ſimile aliquid.

297. AVT VT AMANTIADAM] *Amyntiadem* emēdauit Bapt. Egnat. & *Pauſaniam* intelligit, qui Philippum Macedonum regem Amyntæ filium occidit. Diod. Sicul. Iuſtin. lib. 9.

299. NEC TIBI FIDA MAGIS] Alexander, qui filius Ammonis dici voluit, veneno interfectus fuit. Plin. & alij.

301. MORE VEL INTEREAS] Achęus iuxta Pactoli fluenta crucifixus fuit. Polybius l. 16. hoc debemus Lipſio in libello de Cruce,

303. AVT VT ACHILLEIDEN] Pyrrhus Epirotarum rex: *cognato nomine clarum* dicit, quia & Ipſe, & eius pater *Aeacides* dicebatur, à regula oppreſſus, quam iecit anicula è tecto, Plutarchus & Pauſan. in Atticis.

305. NEC TVA QVAM PYRRHI] Vide Hygini Aſtronom. & Alciat. l. 10. Parerg. cap. 4. nã alij variant. *Neoptolemus* Achillis filius ab Oreſte ob Hermionem raptam trucidatus fuit.

307. NATAQVE VT ÆACIDÆ] Laodamia. Iuſtinus l. 28. Laodamia autem cùm in aram Dianę (*Cereris* potiùs legendum) confugiſſet, concurſu populi interficitur.

309. VTQVE NEPOS DICTI] *Manetes* (vt aiunt) Gelonis, & Nereidos Pyrrhi filius fuit, cum quo mater rem habere voluit: idq́ue non conſecuta filium cantharidum veneno ſuſtulit. quærendum.

311. AVT PIA TE CÆSO] Oxilochus, & Leucon fratres in Põto. Strab. Leucon Spartacum fratrem regem Perſarum occidit, vt regno & illius vxore, cum qua rem habebat, poriretur. *Oxilochi* vxorem alij, non *Spartaci* dicunt. Illa tamen illum ad paludem Sabelam interficit. Quærendum.

313. INQVE PYRAM TECVM CARISSIMA CORPORA MITTAS] Lege *pignora*, non *corpora*: nam Sardanapalus pretioſiſſima quæque in rogum ſecum miſit. Strab. Diod. Iuſtin. vide Adag. *Sardanapalus*.

315. VTQVE IOVIS LIBYCI] Cambyſes Cyri filius, quum Iouis Ammonis templum ſpoliare conaretur, 5000. hominum amiſit in arena ſuffocatorum. Herod. Iuſtin. Ioſeph. lib. 11. c. 2.

317. VTQVE NECATORVM DARII] Valer. Max. l. 9. c. 2. Ochus autem qui poſtea *Darius* appellatus C eſt, ſanctiſſimo Perſis iureiurando obſtrictus, ne quem ex coniuratione, quæ ſeptem Magos cum eo oppreſſerat, aut veneno, aut ferro, aut vlla vi, aut inopia alimentorum necaret, crudeliorem mortis rationem excogitauit, qua oneroſos ſibi, non perrupto religionis vinculo tolleret. Septum enim altis parietibus locum cinere impleuit, ſuppoſitoq́ue ligno prominente, benignè cibo & potione exceptos ibi collocabat, è quo ſomno ſopiti in illam inſidioſam congeriem decidebant. meminit & Iuſtinus in fine decimi.

319. AVT VT OLIVIFERA QVONDAM SICYONE PROFECTO] Lego *fugato*. Neocles Sicyonum rex, inquit Domitius, à ſuis rejectus. quærendum eſt.

321. AVT VT ACARNIDES] Turnebus Aduerſ. l. 9. c. 25. legendum putat *Atarnides*. Nam Hermia Atarniæ tyrannus quum defeciſſet à rege Perſarum, D à Mentore duce regis oppreſſus fuit, & ad dominum miſſus. Simile quiddam Val. Max. lib. 9. c. 2. in calce. *Ad dominum*, f. Memnonem intelligit.

323. INQVE TVO THALAMO] Alexander Phereus. Cic. 2. Offic. Xenoph. l. 6. Plutarch. in Pelopida. Egnatius aliter.

325. QVOSQVE PVTABIS FIDOS] Multi multa cõminiſcuntur. Vide Alciatum l. 6. Parerg. c. 21. Ego ex Diodoro Siculo in anno 4. Philippi petendam puto interpretationem.

327. VTQVE MILO, SVB QVO] Alij legunt, *Philo*: alij, *Piſus*: dicunt hunc tyrannidem Piſis exercuiſſe. Sunt autem *Piſa* iuxta Alpheum ſitæ, vbi ludi Olympij celebrabãtur. Alpheus amnis eſt, qui ſubter maria occultas agit aquas in Siciliæ Arethuſã. Huc igitur ille tyrannus viuus fuit præcipitatus, & fortè A legendum hîc, *Vtq; ille, ſub quo*. & intelligendum de Pantaleone. Pauſan. pag. 240. 242.

329. QVÆQVE IN ADIMANTVM] Adimantus Philenorum rex, quum nec Ioui ſacrificaret, nec Deo ſe minorẽ crederet, fulmine ictus eſt. Domit.

331. AVT VT AMASTRIACIS] Amaſtrix vrbs eſt in Ponto, ex qua Mithridates expulit Bacchum, qui etiam Lenæus dictus fuit, quem exportatũ in inſulam Ponti Achilleã ſui reliquerunt & deſeruerunt.

333. VTQVE VEL EVRYDAMAS] Eurydamas ſomniorum interpres apud Homerum. Bap. Egnat. ſic ait: *Hic Medus fuit ex Homeri interpretũ teſtimonio, qui circa Thraſylli fratris tumulum à Simone Lariſſæo tractus eſt*. vide Vrceum Codrum ſermone 1. & Homer. Iliad. 22. in Comment.

335. VEL QVI, QVÆ FVERAT TVTATVS] He- B ctor tractus ab Achille. Homer. vlt. Iliad.

337. VTQ. NOVVM PAS.] Vide Adag. *Hippomenes magis impius*. Suidas in Limone, & Ælianus. Verſiculus debet emẽdari, vt conueniat cũ diſticho ſequenti.

339. SIC VBI VITA TVOS] Pendet à ſuperiori diſticho:

Viſcera ſic aliquis ſcopulũ tua figat, vt olim
Fixa ſub Euboico Graia fuere ſinu.

Hoc non de *Aiace Oileo* dici exiſtimo, ſed de tota claſſe Græcorum in Nauplij vindicta. Vide Seruium in illud Virgil. *Vnius ob noxam & furias*.

343. VTQVE FERGOX PERIIT] Hoc de ſolo *Aiace*, qui fulmine correptus in aquis perijt. Seruius ibid.

345. MENS QVOQVE SIC FVRIIS] Septem furioſi enumerantur, *Aiax Telamonius, Lycurgus, Hercules, Athamas, Oreſtes, Alcmæon*. Hîc fit mẽtio de *Aiace Telamonio*, de quo Ouid. non de *Marſya*, de quo infrà. Telamonius autem inuulnerabilis fuit propter pellem leoninam, vt ait Didymus Iliad. penultimo, quam ei puero circumdedit.

347. VTQVE DRYANTIDÆ] Egnatius *Lycurgum* intelligit, qui crura ſuccidit, dum vitem vellet amputare. Iliad 6. Diod. Sicul. l. 3. Bibliot. Codrus ſermone 1. pag. 25.

349. VT FVIT OETAEO] Herculi. *Genero draconum*, id eſt, Athamanti Cadmi genero. *Thyſamenique patri*, id eſt, Oreſti, qui *Thyſamenum* genuit. Pauſan. in Corinth.

CALLIRHOESQVE VIRO] id eſt, Alcmæoni, vt notat Egnatius, & Nicol. Leon. l. 2. c. 78. Pauſan. lib. 8. & Apollodor. lib. 3.

351. NEC TIBI CONTINGAT MATR.] Leonicus l. 3. c. 76. *Aegialem* intelligit; fuit autem *Aegiale* vxor D *Diomedis* quæ abſente viro ad Troiam nupſit *Cillaboro* Stheleni filio, &c.

353. QVÆQVE SVI VENERVM IVNXIT] Domitius *Hypermneſtram* dicit, quæ poſtquam cum fratre mariti concubuit, vt adulterium celaret, ancillam occidit. eſt quærendum. Aut eſt *Hypermneſtra Locrenſis*. Verſus eſt luxatus. Porrò hæc decem diſticha continent vxores & filias impudicas.

355. TAM QVOQVE DII FACIANT] *Eriphyle*, quæ maritum *Amphiaraum* prodidit. Hæc erat *Talai* filia. Virgilius, Homer. *Clytemneſtra* Tyndarei filia *Agamemnonem* maritum ſuſtulit. Atque etiam *Helenae Deiphobum* maritum (vt eſt apud Virg.) lacerauit.

357. QVÆQVE PARARE SVIS] Id eſt, talis tibi cõtingat coniux, quales illæ fuere, quæ ſuis patruelibus mortem pararunt. Nota eſt fabula apud Ouid.

359. BYBLIDOS ET CANACES] Ouidius Me-

Metamorph.9. Byblis Caunum amauit: Canace Macareum. Vide Diogenian. in Prouerbiis.

361. FILIA SI PVERIT] Pelopeia cũ patre Thyeſte concubuit, vnde natus Ægiſthus: Myrrha cum Cynira patre rege Cypriorum. Ouid.10. Nyctimene cum patre Nycteo Æthiopum rege.

363. FILIA NEVE MAGIS] Pterelas Neptuni filius, filiam Cymetho genuit: quæ quum Pterelas ab Amphitryone & Cephalo obſideretur, amore Cephali capta patrem ac patriam hoſti prodidit. Ex comment. Apollonij. Aliter tamen hæc, & latiùs Heſiodi Comment. De *Niſi* filia latiùs Ouid. 8. Metam. Tzetzes Chil.2. hiſt.37.

365. INFAMEMQVE LOCVM] Tullia. Titus Liuius lib.1. latè.

367. VT IVVENES PEREAS] Oenomaus apud Ouid. Pauſan.13. procos cæſos nominat. aliàs, *Quorum faſtigia vultus.* vel *Proiecta cadauera quorum olim Piſea*, id eſt, *Oraq; Piſea.*

371. PRODIBOR VT SÆVI] Hîc eadem hiſtoria: Myrtilus auriga Oenomai dedit nomẽ mari Myrtoo, præcipitatus à Pelope.

373. VT QVI VELOCEM RVSTRA] Muliæ fuerũt *Atalãta*. Hæc fuit filia *Schœnei*. Ouid.10. Metam.

375. VT QVI TECTA NOVI] Loquitur de illis, qui ante Theſeum à Minotauro fuerunt deuorati in ipſo labyrintho.

377. VT QVORVM ÆACIDES] Achilles duodecim ex nobilibus Troianorum ad ſepulcrum Patrocli iugulauit. Iliad.21.

379. VT QVOS OBSCVRIS] Adag. *Bœotia ænigmata.* Vide latè in Emblem. Alciati.

381. VT QVI BISTONIÆ] ξενολασίας Lacedæmonij legem tulere, ne alicui hoſpiti Spartæ eſſe C liceret, quam legem Græci dixerunt ξενολασίαν, id eſt, hoſpitum expulſionẽ. Lemniaci multi Spartæ deprehẽſi ex lege interfecti ſunt in templo Palladis, quam appellabant Thraſiam; quo ſcelere ſtatua auertit oculos.

383. VT QVI THREICII] Diomedes Thracius, (de quo paulò inferiùs v.403.) equis mandendos aduenas obiectabat.

385. THERODAMANTEOS LEONES] Alij *Terodamanteos*. Ouid. *Non tibi Therodamas, crudúſque vocabitur Atreus.*

THOANTEÆ DEÆ] id eſt, Dianæ Tauricæ. Herod. lib.1. & Ouid.3. Faſt. Vide Hecat. in Diodori Siculi Biblioth.

387. VT QVOS SCYLLA VORAX] De Scylla & Charybdi, & Vlyſſe, & de Polyphemo, & de Læſtrygonibus latè Homer. Odyſſ.10. Ouid. Metam. D

391. VT QVOS OVE POENVS] Hic fuit Hannibal. Val. Max. lib.9. c.6. de perfidia.

393. ET VELVT ICARIOOS] Penelope filia fuit Icarij, cuius proci, atque etiam famulæ perfidæ, & Melantius (qui procis arma miniſtrabat) telis Vlyſſis & Telemachi perierunt.

395. VT IACET AONIO] Aonius hoſpes, id eſt, Thebanus, eſt Hercules, qui lucta vicit Antæum. Lucanus latè lib.4. in fine.

397. ET QVUS ANTÆI] Multos antè dederat letho Antæus.

398. QVOSQVE FERÆ MORTI LEMNIA TVRBA] Lemniacæ mulieres tenerentes maritos ex Thracia vna nocte trucidarunt, præter Hypſipylem, quæ Thoantem patrem ſeruauit. Statius in A Thebaid. & Valer. Flac. in Argonaut.

399. VT QVI POST LONGVM] id eſt, poſt aliquot annos. Thraſillus, vel Thraſius vocabatur. Ouid. lib.1. Art. amand.

Dicitur Aegyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus, atque annis ſicca fuiſſe nouem.
Quam Thraſius Baſirin adit, monſtratque piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.
Illi Baſiris: Fies Iouis hoſtia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hoſpes aquam.

401. FRATER VT ANTÆI] Egnatius Buſiridem intelligit Neptuni filium, Antæi fratrem, aut potiùs Antæi fratrem.

403. VT QVI TERRIBILES PRO GRAMEN HABENTIBVS HERBIS] Senſus eſt, vt ille, qui pauit viſcere humano equos. Pro *herbis habentibus gramen* B poteſt legi, *gramina*, vbi vetus legit, *gramine*: poteſt autem intelligi *Diomedes* Thracius, qui ſuo ſanguine ſuas equas pauit, illis ab Hercule obiectus. De abſumptis ab illis equis dixit ſuprà verſ.383. *Vt qui Threicij quondam.* Sunt qui intelligant de *Glauco* Siſyphi filio, qui etiam equis ſuis pabulum fuit: ſed de hoc Glauco, & de equis infrà: *Potniadum morſus ſubeas (vt Glaucus) equarum.*

405. VT QVOQVE DIVERSIS] Hercules item diuerſis temporibus alios duos occidit, Neſſum & Eurytion centauros: Eurytion autem vocat generum Dexameni. Hygin. c.31.33.34.

407. VT PRONEPOS NEPTVNE TVVS] His octo verſiculis continentur latrones à Theſeo dilacerati & occiſi, de quibus ſic Ouid. Metamorph.7. in laudibus Theſei:

Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri.
C *Quodq; ſuam ſecurus arat Cromyona colonus,*
Munus opuſq; tuum eſt: tellus Epidauria per te
Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem Cephiſias ora Procuſten:
Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſis.
Occidit ille Sinis, magnis malè viribus vſus,
Qui poterat curuare trabes: & agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoën Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scirone patet: ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus vnda:
Quæ iactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos. ſcopulis nomen Scironis adhæret.

Corynetes, ſiue Coryneta Volcani filius, pronepos Saturni (non Neptuni) ex Iunone dictus à claua, quæ græcè Coryna dicitur, qua aduenas interfi- D ciebat: *reddere ortam*, id eſt, mori. Sic enim interpretor, non, vt alij, *Coronides* eſt Æſculapius ab vrbe ſua, id eſt, Epidauro, ibi enim occiſus eſt Coryneta. Secundus eſt *Sciniis*, vel *Sinis*, de quo ſuprà, qui poterat curuare, &c. Tertius *Scyron*, vt ſuprà. Quartus *Polyphemon*, id eſt, dãnoſus, qui alio nomine dictus fuit *Procaſtes* à præcidendo, à προκόπτειν vel à κρούειν, *percutio*. Hic (inquit Diodorus, qui omnia hæc narrat l.4. c.7. de rebus Theſei,) viatores cogebat ſuper lectum aliquẽ aſcendere: quòd ſi longiores eſſent, parte ſupereminente amputabãtur. Quintus eſt *Minotaurus*. Ordo eſt, Et qui natus eſt parte alia ſui bumo, alia iuuencus. *Sinis*, (non *Cynĕ* aut *Sinnis*) vocat Pauſan. l.1. Idem l.2. in princ. *Iſthmi fronte locus eſt, vbi Sinis latro curuatâ ad terrã diuerſarum picearum ramis eos, quos pugnando viciſſet actis vtrinque vinculis alligabat, vt quum in ſuam naturam ar-*

heres redirent, miſerabilem illi in modum diſtraherentur, quo ipſe poſtea ſupplicij genere à Theſeo affectus eſt, &c. vide Plutarch. in Theſeo.

417. QVALIS ACHÆMENIDES] Per hæc decem deinceps diſticha enumerantur Mendici, Egeni & Famelici, qui humanis carnibus famem ſedarunt. *Achæmenides*, de quo latè Virgil. 3. Æneid. *Irus* celebris eſt apud Homerum Odyſſ. 18. antea vocabatur *Arneus*, ſic erat binominis. In ponte, & in Ariciæ vis ſedebant mendici. Vide Adag. *Multi Manij Aricia*. De illo dubitant docti.

420. QVI TIBI MAIOR ERIT] Excute illud Perſij ſatyr. ſexta:

Præſtò eſt mihi Manius hæres

Manius hic generis propè maior Auunculus exit.

Vide Turnebum lib. 9. Aduerſar. c. 26.

421. FILIVS AT CERERIS] Eſt Plutus, qui omnes ad ſe euntes ditare ſolebat: vide Heſiodum, Theognidem, & commentaria Ariſtoph. in Pluto. Hic autem legendum, *filius &*, non *filius vt*, ſic Egnat. & Codrus Vrceus.

427. ERISICHTHON à Cerere irata in tantam famem coactus eſt, vt morſu ſuos artus dilacerauerit. Hic vendebat filiam, vt famem ſuſtentaret, quæ in varias figuras vertebatur. *Dryopem* vocat Ouid. 8. Metamor. Tzetzes *Mæſtram* Chil. 2. hiſt. 47. alij *Taopeidem*, à *pauonis* facie, vel forma.

430. TYDEVS letali vulnere vitã finiens Menalippi caput corroſit, vide Statium lib. 8. Theb. De ipſo Menalippo poſtea in illo: *Ac velut Hyrtacides*.

431. ATREVS Thyeſtæ fratri filios mandendos in conuiuio appoſuit, à cuius menſa Sol dicitur auertiſſe currus.

433. LYCAON Arcadiæ rex Iouem excepit conuiuio mactati hominis, & ira Iouis verſus fuit in lupum. Ouid. 1. Metamorph. fab. 6.

436. PELOPS Tantali filius dijs à patre appoſitus fuit ad epulas. Latè Ouid. 6. Metamor. fab. 6. *Tereï puer* fuit Itys, vel Itylus, ſed videtur leg. *Threïcius que puer*.

437. ET TVA SIC LATOS SPARG.] Abſyrtus filius Æetæ Colchorum regis à Medea fuit dilaceratus, & per campos ſparſus, vt in colligendis membris pater inſequens retardaretur. Latè hoc Ouid. lib. 3. Triſt. eleg. 9.

439. ÆRE PERILLÆO VEROS] De quo ſic Ouid. 3. Triſt. eleg. 11.

Pro quibus inuentis vt munus munere penſet,

Da precor ingenio munera digna meo.

Dixerat. At Phalaris, Pœnæ mirande repertor,

Ipſe tuum præſens imbue, dixit, opus.

Nec mora, monſtratis crudeliter ignibus vſtus,

Exhibuit geminos ore gemente ſonos.

Vide Lucianum in Phalaride, & Tzetzem Chil. 1. hiſt. 25. Adag. *Phalaridis imperium*.

441. VTQVE FEROX PHALARIS] Varia traduntur de morte Phalaridis Agrigentini tyranni. Ouidius videtur innuere illum à ſuis comprehenſum, lingua priùs reſecta, in eundem taurum Perilli coniectum.

442. PAPHIO] Cyprio, id eſt æreo, nam ex Cyprio ære conflatus fuit taurus.

443. DVMQVE REDIRE VOLAS] Pelias Admeti ſocer fraudibus Medeæ iuueniles annos promittentis interijt. Ouid. Metam. & Diodorus Siculus.

445. ATQVE EQVES IN MEDII] De lacu Curtio

A variè narratur hiſtoria. Titi Liuij apponam verba ex l. 7. *Eodem anno ſeu motu terræ, ſeu qua vi alia forum medium ferme ſpecu vaſto collapſum in immenſam altitudinem dicitur: neque eam voraginem coniectu terræ, quam pro ſe quiſque gereret, expleri potuiſſe priùs, quàm Deûm monitu quæri cœptum, quo plurimùm populus Rom. poſſet: id enim illo loco dicandum vates canebant, ſi remp. Rom. perpetuam eſſe vellent. Tum M. Curtium iuuenem bello egregium caſtigaſſe ferunt dubitantes, num vllum magis Romanum bonum, quàm arma virtusq́; eſſet. Silentio facto templa Deorum immortalium, quæ foro imminent, Capitoliumq́; intuentem, & manus nunc in cœlum, nunc in patentem terræ hiatum ad deos Manes porrigentem ſe deuouiſſe. Equo deinde quã poterat maximè exornato inſidentem armatum ſe in ſpecum immiſiſſe: donaq́; ac fruges ſuper eum à multitudine virorum ac mulierum congeſtas:*

B *lacumq́; Curtium, non ab antiquo illo T. Tatij milite Curtio Metio, ſed ab hoc, appellatum*. Vide Valerium Max. lib. 5. cap. 6. & Paul. Oroſ. lib. 3. cap. 5.

447. ATQVE VTINAM PEREAS] Cadmus draconis dentes à ſe occiſi ſeminauit, vnde viri armati, qui inter ſe decertantes perierunt. Ouid. Metamorph. Vide Scholia noſtra ad Emblemata in illo: *Litera occidit, ſpiritus viuificat.*

449. ET QVÆ BATTIADES FECIT] Alij legunt *Pentheides*. Lego, *Et quæ Pytheides*, id eſt, Hipponax. Tres poëtæ enumerantur, qui vota fecerunt in inimicos, *Hipponax, Archilochus, Callimachus*. Hipponax Epheſius fuit Pythei & Protidis filius, de quo Politianus in Nutricijs:

Nec ferus Hipponax, atro qui felle cruentus,

Bupalon & ſtratum morſu laniauit Athenim.

Vide Pliniũ lib. 36. cap. 5. & Adag. *Hipponacteum præ-*

C *conium*: & inf. verſ. 525. *Fraterq́; Meduſæ* fuit Archilochus. vide Adagia, *Archilochum teris*, & *Archilochi melos*. Horatius, *Archilochum proprio rabies armauit Iambo*. Tertius Callimachus, qui in Apollonium Rhodium diras fecit, vocãs illum *Ibidem*, quæ aue roſtro vtitur pro clyſtere, Vide noſtra Scholia Emblemate Ibis.

453. VVLNERA TOTQVE FERAS] Oſiris à Typhone diſcerptus in 24. partes per campos Aegyptios proiectus fuit; cuius rei memoriam Ægyptij quotannis celebrantes à ſacris cultros arcent. Vide Plutarch. de Iſide & Oſiride. Lege *culter*, nõ *cultor*.

455. ATTONITVSQVE SECES] Deorum mater Cybele Atin amauit, & is ſibi entheus amputauit virilia. Vide Galliambum Catulli: *Super alta vectus Atis*. Vnde poſtea mos fuit ſacerdotibus Cybeles, vt ad fluuium Gallum emaſcularẽtur. Cybeles cur-

D rum vehunt leones, & hi leones ſunt *Hippomenes & Atalanta*. Vide Ouid. Metamorph. 10. Fab. 11.

461. SOLAQVE LIMONE] Ex Hippomene & Atalanta nata eſt *Limone*, quæ à patre in adulterio deprehenſa equis diſcerpenda tradita fuit. Adag. *Hippomene magis impius*.

463. AVT VT CASSANDREI DOMINVS] Hercules Alexandri Magni filius à Caſſandro vnà cum matre fuit occiſus, & lapidibus coopertus, ne tantum facinus pateret. Iuſtinus libro 15. Pauſ. in Bœoticis.

465. AVT VT ABANTIADAS, AVT VT LYRNESIVS HEROS, CÆSVS IN ÆQVOREAS PRÆCIPITERIS AQVAS] Abantiades paſſim vocatur *Perſeus*, qui ab Abante genus ducens, ab Acriſio in arca cum matre Danaë incluſus in mare proiectus fuit: vnde hic aliqui non *cæſus* legunt, ſed *clauſus*, qui-

bus

bus aſſentior. Porro quoniam de Lyrneſio heroë A nihil reperitur idoneum, Egnat. legit, *Cycneſius heros*, & intelligit *Tenem* Cycni filium. Quod verum puto. Nam vt narrant Homeri comment. Iliad. 1. *Tenes* Cycni filius fuit, qui accuſatus à nouerca, cõiectus fuit cum ſorore à patre Cycno in arcam per mare portandus: qui poſtea regnauit in Lycophre inſula, quam Tenedon ab ipſo appellauere. Vide Adag. *Tenedia bipennis*: & *Tenedius homo*. ac Steph. de Vrbibus.

467. VICTIMA VEL PHOEBO] Theudotus tragicus poëta, quum in Mneſarchum regem ſcripſiſſet atrociùs, ab eodem crudeliter mactatus eſt, quum ille in templum Apollinis aufugiſſet: ita hoe refertur, ſed ſine certo auctore.

469. AVT TE DEVOVEAT CERTIS ABDERA] Abderitæ quotannis certis diebus ſolebant hominem mactare, & impiis imprecationibus deuouere. vide *Anathema* in noſtra Minerua.

471. AVT IOVIS INFESTI] Nunc agit de illis, qui Iouis fulmine perierunt. Primus *Capaneus*, qui quũ Thebanos muros aſcenderet, fulmine ictus præcipitatus eſt. Fuit Hipponoi filius, Pauſan. Bœot. lib. 9. Alciat. lib. 6. Pareig. c. 21. Statius.

473. VT SOROR AVTONOES] Semele Bacchi mater, ſoror Autonoës, Ouid. l. 3. Metamorph.

CVI MATERTERA MAIA EST] Porphyriõn Siſyphi filium intelligit. Comment. Homeri.

474. ET TEMERE OPTATOS] Phaëthon fulmine ictus. Ouid. 2. Metamorph.

475. VT FERVS ÆOLIDES] Salmoneus Æoli filius. Virgil. 6. Æneid. & Diodor. Sic.

VT SANGVINE NATVS EODEM] Iſmeneus Lycaonis in lupum mutati filius, ſed meliùs de ipſo Lycaone intelligas, ex 1. Metamorph. Vide Bocarium. Huius filia fuit *Arctos*, & ipſe à Ioue genus ducebat vt *Salmoneus*.

477. VT MACEDO] *Macedo* (vt Comment. Homeri Iliad.) Ionis & Æthræ filius, ſed Macedo nomen eſt mulieris.

479. PRÆDAQVE SIS ILLIS] Strabo l. 6. Canes in Delo alere religioſum eſt. *Thaſus*, vel *Thraſus* puer ante diem, id eſt, iuuenis dilaniatus fuit à canibus. Hyginus.

481. QVIQVE VERECVNDÆ SPECVL.] De Actæone latè Ouid. & nos in Emblem. de Actæone.

482. QVIQVE CROTOPIADÆ] *Linus*. Pauſanias l. 7. ita ſcribit: *Iſamathe Crotopi regis Argiuorum filia filium ex Apolline peperit, quem canes Crotopi à paſcuis redeuntes dilaniauerunt. Iratus Apollo monſtrum* D *immiſit nomine Pœnam*.

483. NEVE VENENATO LEVIVS FERIARIS] Eurydices fabula notiſſima eſt. Vide 4. Georg.

485. QVAM PVER HYPSIPHILES] *Opheltes* filius Lycurgi regis Nemæorum, qui poſtea Archemorus eſt dictus, dum parum diligenter ab Hypſiphile nutrice cuſtodiretur, ſerpentis morſu extinctus eſt. Statius, & Lactantius.

486. ACVTA CVSPIDE] De Laocoonte multa Virgil. lib. 2. Æneid. & Plin.

487. NEVE GRADVS ADEAS] Elpenor Vlyſſis ſocius ebrius ab ſcalis decidit. Hom. in fin. 10. Odyſſ.

489. TAMQVE CADAS DOMITVS] Id eſt, ita domitus cadas, vt qui ex Dryopum populo iuuit Therodamantem regem cõtra Herculem pugnantem. Ex interprete Apollonii.

491. QVAM FERVS IPSE SVO] Cacus Vulcani filius ab Hercule occiſus. Virg. latè l. 8. Æneidos.

493. QVAM QVI DONA TVLIT NESSÆO] Neſſum Centaurum Hercules occidit, cuius ſanguine imbutam veſtem Lychas Herculi obtulit. Hercules autem tunica indutus furore correptus, Lycham ipſum totatum in mare præcipitauit; vide epiſtolam Deianiræ in Ouid.

495. VEL DE PRÆCIPITI VENIAS] Cleombrotus Ambraciotes lecto Platonis libro de immortalitate animi ſeſe in mare ex alta turri præcipitauit. Cicero lib. 1. Tuſcul. Extat Callimachi epigramma de Cleombroto.

497. VT QVI THESEÆ] Ægeus Theſei pater in mare ſe præcipitauit, videns vela nigra, quæ mutanda dederat filio Theſeo, ſi victor rediret. Plu- B tarchus in Theſeo.

498. MISSVS AB ARCE PVER] Aſtyanax Hectoris filius ab Vlyſſe fuit è turri præcipitatus. Seneca in Troadib. Vide inf. v. 565.

499. VT TENERI NVTRIX] *Ino* Semeles ſoror, & Athamantis vxor, ſeſe cum Melicerta filio proiecit in mare. Ouid. Metamorph. lib. 3. fab. 13.

500. SERRA REPERTA FVIT] Dædalus Perdicem è turri præcipitauit, quòd ſerram inuenerit, Ouid. Metamorph.

501. LYDIA SE SCOPVLIS] Mars Ilicem Ibyci Lydij filiam amauit, quæ tura Dianæ auxilio dum amorem Martis contemnit, diris imprecationibus in furorem acta ſe demiſit è ſcopulo. alij: Mars patrem occidit amatæ, cuius mortem puella dolens è rupe ſe deiecit.

C 503. FOETA TIBI OCCVRRAT] Paphages Ambraciæ rex, quum incidiſſet in leænam fœtam, in hortis ſuis ab ea eſt dilaceratus.

505. QVIQVE LYCVRGIDEM LACERAVIT] Nugantur hîc interpretes. Vreeus Codrus ſermone 1. & Egnatius, & Fanenſis de Ancæo Lycurgi & Antinoës filio Arcade interpretantur: de quo Pauſanias in Arcadicis ita ſcribit: *Lycurgus filios habuit duos, Ancæum, & Epochum: Epochus morbo eſt abſumptus: Ancæus quii expeditionis Colchica particeps fuiſſet, ac deinde Meleagro in pugna Calydonij apri operã nauaſſet, ab eadem ſtratus bellua occubuit*. vide Ouid. Metam. 8. fab. 4.

AB ARBORE NATVM] Hic fuit *Adonis*. Vide Ouid. Metamorph. lib. 10. fab. 10. & 12. & Aphthonij progymnaſmata.

506. IDMONAQVE AVDACEM] Idmon Aſteriæ & Apollinis filius vnus fuit ex Argonautis, & apud Maryandinos ab apro percuſſus interiit. Vocat illum poëta *audacem*, quia quum ſciret ſe in illa expeditione (erat enim vates) periturum, nihilominus expeditionẽ nõ detrectauit. Locum Senecæ correximus in annotationibus ad Siluas Politiani.

507. ISQVE VEL EXANIMIS] Diodorus Siculus libro 4. de Herculis laboribus, cap 2. *Hinc digreſſus (Hercules) peruenit ad quandam in agro Poſidoniacorum petram, vbi fabulãtur miraculum quoddam accidiſſe*. Erat venator in regione, quæ dicitur Andragathia, ſolitus antea, eorum quæ ceperat capita ac pedes Dianæ dicata arboribus affigere. Quum aprum ingentem cepiſſet, contempta dea ait, ſe caput ſolum dicaturum: quumque ſuſpenſo capite ab arbore quapiam meridianum ſomnum ſub arbore periſſet, dormienti caput ligaculis diſſolutis incidens vitam ademit. *ſaxis*, alij habent *fixi*.

509. AT-

509. ATQVE ILLVM SIMILI] Variant Comment. Fortè legendum:

Atque idem ſimilis pinus quē (aliis, *pinus quem*) *morte peremit,*
Venator Phrygia, & ſis Berecynthiades.

Sis alter Atys in Phrygio nemore ab apro ingulatus. Scholia Nicandri in princip. Alexiph.

513. LAPSVRAMQVE DOMVM SVBEAS] Alciat. 6. Parerg. c. 21. ſic legit:

Lapſuramq́ domum ſubeas, vt ſanguis Aleba:
Stella Lycorita quum fuit aqua viro.

Scaliger in Auſonianis Lect. lib. 2. cap. 30. pro *Lycoride*, ſeu *Lycorita*, ſeu *Leoporida*, vt legebatur in ſchidis, legit *Leoprepide*: nam ipſemet *Simonides*, de quo hæc intelligenda ſunt, ſe vocat filium *Leoprepis*. *Stella* verò *aqua*, ſunt Caſtor & Pollux, *ſanguis Aleba*, fuit Scopas. Hiſtoriam narrat Cicero in libris de Oratore, quum agit de memoria, & nos etiam in Siluis Politiani, in Simonide. & Valer. Max. lib. 1. cap. de miraculis.

515. VTQVE VEL EVENVS] Scholia Homeri 9. Iliad. *Euenus* quum filiam Marpiſſam pulcherrimam nollet collocare cuiquam, niſi illi qui curuli certamine ſe ſuperaret, & victorum capita foribus affigeret: *Idas* Apharei filius acceptis à Neptuno (cuius etiam filius dicebatur) velociſſimis equis Euenum ſuperauit. Euenus autem præ dolore amiſſæ filiæ ſe in Lycormam fluuium præcipitauit, qui poſtea dictus Euenus.

517. HYRTACIDÆQVE MODO DEFIXA] His verbis nihil ſignificatur, nec interpretes quicquam explicant. Ego ſic emendo:

Aſtacidæq́ modo, diffiſſa cadauere trunco,
Digna feris, hominis ſit caput eſca tuum.

Hoc ſenſu: caput tuum ſit eſca hominis diffiſſa ab trunco cadauere: quamuis magis erat eſca feris digna. Loquitur autem poëta de *Melanippo*, ſeu *Menalippo*, cuius caput Tydeus iam iam moriturus mordicus diuellebat. Æſchylus in Tragœdia de Thebis ſic ait: *Ego verò Tydeo probum Aſtaci filium nunc apponam* Statius libro 8. Thebaid. in calce: *Aſtacides Menalippus erat.*

519. QVODQVE FERVNT BROTHVM] Alciat. lib. 4. Parerg. cap. 4.

521. INCLVSVSQVE NECEM] Egnatius rectiùs, quàm alij de Calliſthene intelligit, qui res geſtas Alexandri conſcripſit: cui nihil profecit ſcripſiſſe, quo minùs in cauea concluſus mortem obiret.

523. VTQVE REPERTORI] *Archilochum* Lacedæmonij Iambici carminis inuentorē, propter maledicentiam in exilium miſere Lacedæmonij, libroſq́ue eiuſdem extra vrbem exportari iuſſerunt. Valer. Maxim. lib. 6. c. de ſeueritate. Vnde hic quidā malunt legere *exilium* quàm *exitium*. De Archilocho & eius morte multa diximus in Emblem. Alciat. & Siluis Politiani.

525. VTVE PARVM STABILI] Carmen *parum ſtabile* vocat Scazontem, id eſt, claudum, quale illud: *Nec fonte labra proluï Caballino*. *Hipponax* poëta Epheſius Bupalon & Athenin fratres ſculptores carmine ſcazonte dilacerauit, vt ait Plin. lib. 36. c. 5. Lege igitur hîc pro (*Athenas*) *Athenin*, ex Suida. vide Alciat. l. 5. Parerg. c. 18. vide Adag. *Hipponacteum præconiū*. In Plin. legitur *Anthermus*. Politianus in Nutricijs: *Bupalon & ſtratum morſu laniauit Athenin*. De fato autem *Hipponactis* nihil lego, præter hoc Ouidianū.

A 527. VTQVE LYRÆ VATES FERTVR] De *Steſichoro* loquitur, de quo Horat. l. 4. oda 9. *Steſichoriq́ graues camœnæ*. Steſichorus etiam ſi *Lyricus* ſit, à Syneſio *Heroicus* vocatur: vnde Polit. in Nutricijs:

Suſtinet Heroa valida teſtudine pondus
Carminis.

Idem ait l. 9. epiſt. *Maxima bella, & clariſſimos canentem duces, & Epici carminis onera lyra ſuſtinentem*, &c. Ego itaque de *Steſichoro* interpretor, ſed qua morte perierit non inuenio. & fortè hîc legendum *exilij*, non *excidij*, hoc ſenſu: dextra læſa, id eſt, fides non ſeruata, ſit tibi cauſſa exilij. Credibile autem eſt poëtam innuiſſe tres iambographos, eoſdemq́ue maledicos, *Archilochum, Hipponactem* & *Steſichorum*, non vt ſomniant commentatores.

B 529. VTQ. AGAMEMN.] Apud ſolum Scholiaſtem Euripidis in Oreſte, lego Oreſtem à ſerpente interijſſe, his verbis: *Aſclepiades in Arcadia dicit ipſum Oreſtem à ſerpente ſublatum.*

531. SIT TIBI CONIVGII] *Eupolis* (non ille Comicus, ſed alius, qui duxit Glycerium Eudici filiam) qua nocte primùm fuerunt coniuncti, labente tecto mortuus eſt, ex lib. 1. Epig. Græc.

533. VTQVE COTHVRNATVM] De Lycophrone ſcribit Suidas, & Diog. Laërtius; de eius morte nemo, præter Ouidium.

535. AVT LACER IN SILVA] Penthei fabula nota eſt ex Ouidio, & alijs. Nepos fuit Cadmi, qui in anguem fuit conuerſus.

537. PERQVE FEROS MONTES] Dirce Lyci Thebanorum regis vxor Antiopem à Lyco repudiatam in ſæuo carcere detinuit. Mortuo Lyco Zethus & Amphion filij Antiopes Dircem taurorum
C ſiluestrium caudis alligatam diſcerpſerunt. Latiùs hæc interpretes Apollonij.

539. QVODQVE SVÆ PASSA EST] Prognes & Philomelæ fabula notiſſima eſt, ex Ouid. & alijs.

541. COGNITOR VT TARDÆ BLÆSVS COGNOMINE MYRRHÆ, ORBIS IN INNVM.] Alij legunt *laſus & orbus*, & omnes intelligunt de *Cinyra* patre Myrrhæ, de quibus Ouid. Metamorph. l. 10. fab. 9. ſed ego non video, quomodo hæc Cinyræ poſſint adaptari. Crediderim potiùs de *Ariſtæo* hæc dici, qui cognominatus eſt *Battus*, quia blæſus fuit, & impeditæ linguę, vt Pindarus in Pythijs teſtatur. Et *tardam myrrham* vocat *ſilphium* (Hiſpanè *Menjui*, aut *Benjui*) cuius Battus fuit diuiſſimus. Ordo igitur erit, vt cognitor & inuētor tardæ myrrhæ (id eſt, ſilphij, quod tardè creſcit) inueniatur in orbis diuerſis
D locis, vt Ariſtæus, qui varias orbis partes exul peragrauit: donec venit Cyrenas, vbi rex ab Afris conſtitutus ſilphij dominus effectus fuit. Vide hæc latiùs in Adag. *Batti ſilphium*.

543. IN QVA TVIS OPIFEX] Ordo eſt: Apis opifex mellis figat tuis oculis noxia ſpicula, quod fecit illa vati Achæo. *Achæum vatem* multi Homerum vocant, ſed mihi non ſatisfaciunt: nam nec conſtat fuiſſe Homerum cæcum, &, ſi conſtaret, cæcitatis tamen cauſſa penitus ignoratur. Alius igitur quærendus.

545. FIXVS ET IN DVRIS CARPARIS] De Prometheo Epimethei fratre, cuius filia Pyrrha fuit, multa diximus in Emblem.

547. ET PVER HARPAGIDÆ] Sic omnino legendum. ſenſus eſt: Ita tu exemplum Thyeſtæ repetas, vt filius Harpagi, qui deuoratus fuit ab in-

ſciente

ſciente patre. Hiſtoriam refert Iuſtinus l.1.& Herodotus lib.1.latè.

549.TRVNCA GERAS SÆVO] Mamertes Syſaphonis Corinthij frater, regni cupiditate nepotem occidit. quare à fratre dicitur dilaceratus. de hac amplius quærendum.

551.VTVE SYRACOSIO] Omnes de Theocrito intelligunt, ab rege Siculo ob maledicentiam ſuffocato. & id quærendum.

553.NVDAQVE DIREPTA] Marſyas victus à Phœbo excoriatus fuit. nota eſt fabula ex Ouid. & alijs: is dedit nomen fluuio.

555.SAXIFICÆ VIDEAS] Perſeus deuicta Meduſa Cepheoûm populos in ſaxa conuertit. Ouid. Hyginus & alij.

557.POTNIADVM MORSVS] De tribus Glaucis ſatis ſuperque diximus in Emblema And. Alciati 26. cuius titulus *Gramen*.

561.SOLLICITOQVE BIBAS] *Anytirrus* eſt Socrates, qui cicutam bibit. Nota eſt hiſtoria ex Platone, Diogene Laërtio, & alijs.

563.NEC TIBI SI QVID AMAS] *Hæmon* filius fuit Creontis Thebarum regis, hic Antigonem amabat, quam quum vidiſſet à patre damnatam, & ſepulcro incluſam, impatientia amoris ſeipſum interfecit. Sophocles in Antigone. De Macareo & Canace extat Ouidij epiſtola. hanc vide.

565.ET VIDEAS QVVM IAM] Suſpicor hoc diſtichum non eſſe Ouidij, ſed è margine in contextum irrepſiſſe. Nam de Aſtyanacte è turri præcipitato iam antea verſ.498. dictum eſt. inſulſum diſtichon & nullius imprecationis, nec ſalis.

567.SANGVINE PRO ARA LVAS] *Adonis* Cinyræ & Myrrhæ filius ab apro fuit dilaceratus. Ouidius, & ſupra v.505.

569.OSSIAVS INQVE TVIS] Commentaria Homeri, l.11. Odyſſ. narrant, quemadmodum Telegonus Vlyſſis ex Circe filius, patrem inſciens interfecerit. Erat autem Telegoni telum præfixum ſpina piſcis trygonis venenoſa. vide Oppiani ἁλιευτικά.

571.VTQVA LOQVAX IN EQVO] Politianus in Miſcellan.76. ſolus attigit quid hîc dicat Ouidius. *Anticlus*, qui cum cæteris Græcis in equo Durateo fuit incluſus, ab Vlyſſe compreſſis faucibus ſuffocatus eſt, quòd Helenæ vocibus voluerit reſpondere. Meminit & Hom. Odyſſ 4. Polit. in Ambra:

Indicique, metu præcluſum pollice fauces
Anticlon Ortygidem.

573.AVT VT ANAXARCHVS] Miror oſcitantiam interpretum, quum Diogenes Laërtius diſertè in vita Anaxarchi hoc oſtendat; *Quum* (inquit) *Cyprum inuitus appulisſet* (Anaxarchus) *comprehenſum in concauam pilam, ſeu mortarium* (Nicocreon) *iniecit, iuſsitque ferreis malleis cædi: illum pœna ſua negligentem celebre id dictum ingeminaſſe, Tunde, tunde Anaxarchi vaſculum, nam Anaxarchum nihil teris.*

575 SALMACIS VTQVE PATREM] Alij, *vtque patrem Pſamathes*: ita legitur in Aldinis codicibus. Nec aliter legi debet: nam quatuor hæc carmina ex vna eademque hiſtoria pendent. Pauſanias in Atticis ſic ſcribit: *Regnante Argis Crotopo eius filiã Pſamathen tradunt, puerum quem ex Apolline pepererat, vt patrem, à quo ſibi plurimum metuebat, celaret, expoſuiſſe. Quumque, ita accidiſſet, vt à Crotopi canibus pecoris cuſtodibus dilaceraretur, Apollinem diram quandam belluam immiſiſſe* (Ποινὴν ipſi appellarunt) *quæ è matrum gremijs infantes rapiebat: monſtrum verò illud Corœbum Argiuorum miſericordia ductum confeciſſe. Verùm quum Dei ira nihil remiſiſſet, & peſtilenti morbo ciuitas iterum vexaretur, venisſe Delphos Corœbum, vt de Pœnæ cæde Apollini ſatisfaceret.* & paullo inferiùs: *Corœbi verò ſepulcrum Megaris eſt, in quo inſcripti Elegi rem totã de Pſamathe & Corœbo teſtantur: tumuli inſigne eſt, Corœbus Pœnam conficiens.* Hæc Pauſanias: in quibus nulla mentio eſt de morte Crotopi & Pſamathes, ſed credibile eſt, Apollinem iratum de Crotopo pœnas ſumpſiſſe, quas ille de Pſamathe ſumpſerat, & hæc omnia in illis Elegis latiùs contineri. Stat. 1. Theb.

579.VTQVA NEPOS ÆTHRÆ] Theſeus filius fuit Æthræ, & pater Hippolyti. Nota eſt fabula ex Ouid. l.15. Metamorp. fab.44. & 45. Euripide in Hippolyto coronato, & ex Senecæ Tragœd.

581.PROPTER OPES NIMIAS] Ob opes magnas Polydorus Priami filius à Polymneſtore Thraciæ rege necatus fuit. Virg.3. Æneid.

583. VTQVE FERVNT FRATRES SEX] Hæc ſex carmina vnam eandemque continent narrationem. *Amphion* rex Thebarum & citharæ inuentor Niobem duxit vxorem, quæ peperit ei duodecim filios, quorum vnus vocatus fuit *Damaſichthon*. omnes malè perierunt, cum patre & matre: de his latè diximus in Emblem. Battus autem paſtor, vt Niobe, verſus eſt in lapidem indicẽ, quem Hiſpanè vocamus *toque de platero*. Ouid.1. Metam.

589.AARA SI MISSO] Hyacinthus puer Oebali filius ab Apolline diſco percuſſus interijt. Ouid. Metamorph.10. fab.5.

591.SI QVA PER ALTERNOS] Leandri amores notiſſimi ſũt, ex Ouid Metam. & epiſtolis, & Muſæo.

593.COMICVS VT LIQV.] Quidam de Menandro intelligunt, alij de Terentio, qui naufragium fecit. Ego de *Eupoli* Comico dictum puto. Ex Suida, qui narrat eũ ſubmerſum in eo bello quod ad Helleſpontum geſtum eſt, & in prolegomenis ad Ariſtophanẽ ſic ait Platonius: *Scimus Eupolim quum Baptas fabulam docuiſſet, eiectum fuiſſe in mare, ab illis, in quos fabulam compoſuerat.* De *Eupoli* latiùs egimus in Siluis Politiani.

597.AVT VAT VENTOSVM] De Palinuro naufrago, vide Virg *Humo contacta*, dixit. quia poſt longam enatationem tacta terra interijt.

595.VTQ COTHVRN] Euripides à canibus diſceptus fuit, de quo latiùs in Siluis Politiani egimus.

599.AVT VT TRINAC.] Empedocles in Ætnam ſe coniecit. Horat. in Arte poëtica.

SVPER ORA GIGANTIS] Typhœum intelligit, cuius caput Ætna degrauat.

601.DIRIPIANTQVE TVOS] Nota ſunt omnia de Orpheo dilaniato apud Ouid. & Virgil.

603.NATVS VT ALTHÆÆ] Meleager exuſto fatali torre combuſtus fuit. Ouid latè.

605.VT NOVA PHASIACA] Medea Creontis filiã Iaſoni nuptam ignita corona cõcremauit. Nota eſt fabula ex Diodoro Siculo, & Ouid. & alijs.

607.VT CRVOR HERCVLEOS] Tunica venenata membra Herculis corrupta ſunt. Ouidius Metamorph & in epiſtola Deianiræ.

609.QVA SVA PENTHEIDAM] *Butes* Lycurgi filius in vindictam patris à Baccho necati, bacchas diris ſupplicijs affecit.

611.VTQVE MILO] Milonis Crotoniatæ hiſtoria paſſim decantatur. Pauſanias latè proſequitur.

613.MVNERA TAVSQVE TVIS LÆD.] Icarus Erigones pater quum vini vſum Atticos colonos docuiſſet,

euiſſet, ab ipſis ebriis Interemptus eſt, putantibus A veneuum ſibi datum. Filia verò Erigone audita patris morte laqueo vitam finiuit. Hyginus in poëtico aſtronomico.

617. Obstrvctvsqve fame] Sic legendum, non *obſtrictus*. nam loquitur de Pauſania Lacedæmoniorum duce, qui proditionis damnatus in templum Palladis Chalcidoniæ confugit, vbi fame coactus eſt mori. Hæc Thucydides libr. 1. Addunt Commentaria Thucydidis, & Paull. Æmilius, matrem Pauſaniæ Alatheam, quum Ephori fores ædiculæ, vbi ille abditus erat, obſtruerent, vt ad mortem fame compellerent, ipſam, vbi de ſcelere filii eſſet admonita, primum lapidem ad obſtruendam comportaſſe. vnde Ouid. *Legem pœna dedit ipſa parens.* Poterit & de Pauſania intelligi, quem pater Ageſilaus concluſum fame mori coëgit, quia Spartam proderet. Plutarch.

619. Illivs exemplo videas simvlacra Minervæ] De Aiâce Oileo interpretantur, qui B Caſſandram in templo Mineruę violauit. Sed quia iam hoc ſupra poëta narrauit, placet antiqua lectio, *ſimulacra Dianæ*. Credo enim Poëtam loqui de Agamemnone, qui ob violatum Dianæ numen ab vxore fuit occiſus. Et Agamemnoni & claſſi Græcorum negati ſunt venti ob iram Dianæ. vide latè Seruium 2. Æneid. in illo verſu: *Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa.* Et Ouid. 12. Metamorph.

621. Navpliadaqve modo] Palamedes Nauplij filius crimine ficto ab Vlyſſe, quòd aurum à Priamo accepiſſet, lapidibus eſt obrutus. Latè Seruius 2. Æneid in illo: *Belidæ nomen Palamedis.*

623. Æthalon vt vita spoliavit Isidis hospes] Verſus claudicat in voce *Iſidius*. *Iſis* enim, & *Iſiacus* primam producit. Itaq; aliter legendum; & *Acthalon* nihil eſt; aliud quærendum.

625. Vtqve Melanthevm tenee.] Hic fruſtra ſunt commentatores, quare aliud quęrendum: ſed connecte huic diſticho illud ſequens, *Sic tua coniecta*, &c.

629. Qvalis eqvis pactis] Ouid. in epiſt. *Rettulit, & ferro Rhæſum Dolonaq́ caſos.* Dolon ſpeculatum miſſus à Troianis pactis equis Achillis, occiſus noctu eſt ab Vlyſſe. ex Hom. Iliad. *Rhæſi* hiſtoriam narrat Seruius in illo Æneid. 1. *Nec procul hinc Rhæſi*, &c.

633. Qvam qvos cvm Rvtvlos] Niſus & Euryalus multos Rutulorum oppreſſos ſomno interfecerunt. Virgil. l. 9. Æneid.

635. Cliniadæqve] Alcibiades, quum viuus non poſſet comprehendi, igni domo circundata interijt. Iuſtinus l. 5. Plutarch. telis obrutum interijſſe narrat. alij legunt, *Clytiadaq́*, & de filio Clytiæ radijs ſolaribus combuſto interpretantur, ſed fruſtra.

637. Vtqve Remo mvros] Lucan. l. 1. *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.* Hæc nota ſunt ex Liuio, Plutarch. & Dionyſ. Halicarn.

639. Deniqve Sarmaticas] Sarmatæ, quos Græci *Sauromatas* vocant, ſunt Scythiæ populi; tanta ijs eſt barbaries, vt pacem non intelligant. Ibidem ſunt Getæ & Daci, quorum ſæuitiam Ouid. notat in libro de Ponto: *Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe.*

399. Vt qvi post longvm] Thraſius hic fuit. Ouid. 1. Art. Amand.

Dicitur Aegyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus, atque annis ſicca fuiſſe nouem.
Quum Thraſius Buſirin adit, monſtratq́ piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.
Illi Buſiris, Fies Iouis hoſtia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hoſpes aquam.

A01 1464960